00079463

BOMBAY BRANCH
OF THE
ROYAL ASIATIC SOCIETY,
TOWN HALL, BOMBAY.

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 25 June, 2016

00079463

C. JULII CAESARIS
DE
BELLO CIVILI POMPEJANO,
NEC NON
A. HIRTII, ALIORUMQUE
DE
BELLIS ALEXANDRINO, AFRICANO, ET HISPANIENSI
COMMENTARII,
Ad MSStorum fidem expreſſi,
CUM INTEGRIS NOTIS
DIONYSII VOSSII, JOANNIS DAVISII,
ET
SAMUELIS CLARKII.
CURA ET STUDIO
FRANCISCI OUDENDORPII,
Qui ſuas animadverſiones, ac varias Lectiones adjecit.

PARS ALTERA

153
79463



LUGD. BAT., apud SAMUELEM LUCHTMANS,
ROTTERODAMI, apud JOHANNEM DANIELEM BEMAN.
MDCCXXXVII.

C. JULII CAESARIS COMMENTARIORUM DE BELLO GALLICO SCRIPTORE AULO HIRTIO. (*PANSA*)

Liber VIII.

ROYAL F.

Argumentum Lib. VIII. de Bello Gallico.

Hirtii de continuandis Caeſaris Commentariis inſtitutum. I. *Galli bella renovant.* II. *Caeſar, vaſtatis Biturigum &* V. *Carnutum agris,* VI. *Bellovacos ac pleroſque alios aliquot proeliis ſubigit.* XXVI. *Novum interea a Pictonibus,* XXXI. *Carnutibus & Armoricis motum bellum, a C. Fabio Legato conficitur.* XXXII. *Caninius Legatus Lucterii Cadurci & Drappetis Senonis copias profligat.* XXXVII. *atque hunc capit.* XXXIX. *Caeſar, Caninio junctus,* XLIII. *Uxellodunum occupat.* XLVIII. *Commio Atrebati, equeſtri pugna victo, venia data.* XLIX. *Sequenti anno, pacata univerſa Gallia, Caeſar, ultro citroque commeans, res ſingulis diſponit.* LIII. *Inimici ipſius Romae interea contra eum conſpirant.*

1. Scriptore A. Hirtio Pansa.] Jam olim ſuper autore hujus libri dubitatum fuiſſe, docuit nos Suetonius in Julio, cum ait c. lvi. *Nam Alexandrini, Africique & Hiſpanienſis incertus auctor eſt. Alii enim Oppium putant, alii Hirtium: qui etiam Gallici belli noviſſimum imperfectumque librum ſuppleverit.* MS. noſter habebat: *Ab hinc Hirtii Panſae incipit praefatio libri* viii. In Petaviano Cod. nulla inſcriptio erat, ſed a ſecunda manu adſcriptum, *Panſae rerum geſtarum C. Caeſaris.* VOSSIUS. *Dele vocem poſtremam;* nam nullus *A. Hirtius Panſa;* ſed cum conſules fuerint A. U. C. 710. A. Hirtius & C. Vibius Panſa; duos hoſce viros in unum hujuſce libri ſcriptorem contulerunt imperiti Librarii. Vide Cl. *Dodwellum*, differt. de *Julio Celſo.* §. 4. Et *A.* quidem *Hirtii* nomen, omiſſa Voce *Panſae*, recte prae ſe fert editio *Beroaldina.* Eandem rationem ſerves oportet in Indicibus, quae libris de bell. Alex. Afric. & Hiſpan. ſunt praefixae. Hirtium vero *notarium Caeſaris* inepte vocat *Lupus* Epiſt. xxxvii. DAV. *Cur. ſec.* Ineptior ſane inſcriptio nulla excogitari a librariis potuit; quam quae vulgo circumfertur. *Hirtio Panſae* tamen hunc librum adſcribunt MSS. quotquot ſunt vetuſtiores. Praenomen Auli addunt Andin. & Leidenſ. pr. ſec. ac Scaligeri. Q. vocat MSS. Lovan. & Brant. in Leid. ſec. & aliis recentioribus a Grutero (cujus collationes hic rurſus incipiunt) inſpectis *Panſae* nomen recte omittitur, uti & in Edd. Romana, Ven. Mediol. aliiſque multis. In margine Dorvilliani libri exaratur C. *HYRTIUS PANSAE BALBO S.* quod quid ſibi velit non capio. Alii ineptius adſcribunt *Julio Celſo*, *Caeſaris familiari;* ut Ortelian. Leid. tert. & Ed. Incerta Celſi A. 1473. vel *Suetonio Tranquillo*, ut Palatinus. *Panſae* nomen nolui omnino delere, ſed aliis litteris exprimi curavi. Potuerunt quidam *A. Hirtio*, quidam *C. Panſae*, ut alii *Oppio*, adſcribere. *Panſae* ſoli praeter Petav. inſcribere videtur quoque Oxonienſis. At contra Andinus, Scalig. Bong. prim. tantum exhibent nomen *A. HIRTII.* Omnino bene; & ſic etiam nonnulli Codices ad titulum B. Alexandrini, Africi, & Hiſpanienſis.

A. HIRTIUS (*PANSA*) BALBO S.

1 [1] *COactus adſiduis tuis vocibus, Balbe, quum quotidiana mea re-
cuſatio non difficultatis excuſationem, ſed inertiae videretur*
2 *deprecationem habere, difficillimam [a] rem ſuſcepi. Caeſaris no-
ſtri Commentarios [2] rerum geſtarum Galliae, [3] non comparandos ſuperi-
oribus atque [b] inſequentibus ejus ſcriptis, contexui, [4] noviſſimumque [c] in-
perfe-*

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt MSS. 8 & Ed. Inc. b *inferioribus* MS. Samb. c *noviſſimeque imperfecta* vulgo. *a reb.* MSS. 4.

1. COACTUS ASSIDUIS] Huic epiſtolae praemitti debuit haec inſcriptio, *A. Hirtius Balbo S.* Illam exhibet MS. *Carrar.* niſi quod *Caji* praenomen perperam repraeſentet. DAVIS. *Cur. ſec.* Reſcripſi, ut ſupra, A. HIRTIUS (*PANSA.*) BALBO S.

2. RERUM GESTARUM GALLIAE] Hae tres voces deſiderabantur in cod. Petaviano, niſi quod recentiore manu adjectae erant. Certe facile crediderim a librario eſſe, nam quid illud *rerum geſtarum Galliae*, niſi *Galliae* pro *Gallis* poſitum. VOSSIUS. Ultima vox *Dionyſ. Voſſium* offendit, quam ob cauſam repoſuit *rerum geſtarum Gallis*, quod idem valet ac *inter Gallos. Sulpicius Severus* Hiſt. Sacr. l. II. c. XIV. *Quis eo tempore* Perſis *regnaverit. Corn. Severus* in Aetn. vſ. 17.

Ultima quis tacuit juvenum certamina Colchis?

Sic enim legendum, non *Colchos*, ut habent editi, unde commoda interpretatio extundi non poteſt. At in *Caeſare* nihil opus eſt ut quidquam mutemus. Ipſe *Hirtius* hujuſce libri c. XLVIII. *Nullas habet* Galliae *magnopere res geſtas. Corn. Nepos* Chabr. c. III. *Plurimum* Cypri *vixit. Lucanus* l. VIII, 428.

Et ſi Theſſaliae *bellum civile peractum eſt.*

Sic membranae, nec erat neceſſe ut *H. Grotius* emendaret *Theſſalia. Cicero* Tuſc. Quaeſt. l. II. c. XXII. *Cum* Cypri *in manus Nicocreontis Regis incidiſſet.* Vide & *Salluſtium* Jugurth. c. XXXIII. DAVIS. l. III. B. Civ. c. 106. *Pompejum Cypri viſum.* Similia plura vide apud Voſſ. de Conſtr. c. 25. & ad l. III. c. 7. *In Illyricum profectus eſt.* Nec puto, offenſum Voſſium a Genitivis, ab utraque parte nomini junctis. Ejus enim locutionis exempla dedimus ad l. I. c. 30. *Helvetiorum injuriis populi Romani.* Auctior eſt Oxon. edens *ſuſcepi, Caeſaris qui n. comm. contexui.* Nil muto.

3. NON COMPARANDOS SUPERIORIBUS &c.] Fateor, me haec non intelligere *Caeſaris commentarios r. g. G. non comparandos ſup. atque inſ. ejus ſcriptis contexui.* Quod notare debet. Commentarios de Caeſaris rebus geſtis compoſui, vel ſupplevi eos meis, qui non comparandi ſunt ejus libris. Sed tum ſaltem debuit addi *ultimos* vel *ultimarum rerum.* at vel ſic foret haec locutio duriſſima. Senſus auctoris eſſe debet, *ſe ad Commentarios Caeſaris adtexuiſſe ſuos commentarios, qui non comparandi ſunt ſuperioribus*, (ſcil. VII. Libris de Bello Gallico,) *atque inſequentibus* (de Bello Civili) *ejus ſcriptis, noviſſ.* &c. atque ita *ſe interpoſuiſſe mediis*, vel, ut alii habent minus eleganter ex interpretatione *medium*, *Caeſaris ſcriptis.* At hic ſenſus e vulgata lectione exſculpi nequit. *Comparandos* etiam non comparet in MSS. niſi recentiſſimis. *Comparantibus*, eſt in Bongarſ. ſec. Petav. Voſſ. pr. Leid. pr. Cujac. Lovan. ac ſex aliis & Edd. Beroaldina prioribus. *Comparentibus* Bong. prim. Sed Oxonienſis exhibet *Comparandis.* Senſu claro quidem *contexui commentarios Caeſaris non comparandis*, ſc. commentariis, cum ipſius operibus; ſed minus concinna caſuum conjunctione. Latere tamen mendum videtur in hoc participio: Alioqui leviſſima mutatione emendari poſſet locus, ſcribendo *commentariis. Contexui* i. e. addidi, adjunxi, & conſui *Caeſaris commentariis non comparandos* ſc. commentarios &c. quare ſubdit, *quos utinam* &c. Eleganter autem *contexere* adhibet, quod non modo *conjungere*, ſed & *interrupta* continuare notat.

1. NOVISSIMEQUE, IMPERFECTA] MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii, *Noviſſimumque imperfectum* &c. CLARKE. *Noviſſimeque inperfectum* exaratur in MSS. Urſ. And. & Oxon. in Bong. ſec. eſt *noviſque inperfectum.* Ceteri MSS. omnes & Edd. primae, item Vaſcoſ. ſec. Steph. aliaeque *noviſſimumque inperfectum.* niſi quod in Duker. & Voſſ. ſec. ac Ed. Beroaldi ſit *acin perfectum.* Sed tum elegantius legeretur *noviſſimum atque.* quod conjecit Urſinus. At non opus eſt illam copulam inferere. ſi autem haec ſana ſunt, ultimum librum intelligat neceſſe eſt Belli civilis, eumque *inperfectum* dicat, qui deſinit in vocibus *Haec initia belli Alexandrini fuerunt.* a quibus illum perficit

Hir-

perfectum, ab rebus geſtis Alexandriae, confeci uſque ad exitum non quidem civilis diſſenſionis, cujus finem nullum videmus, ſed vitae Caeſaris. Quos [a] utinam qui legent, ſcire poſſint, quam invitus ſuſceperim 3
ſcribendos, quo facilius caream ſtultitiae atque adrogantiae crimine, qui me [b] mediis interpoſuerim Caeſaris ſcriptis: conſtat enim inter omnes, 4
nihil tam [c] operoſe ab aliis eſſe perfectum, quod non horum elegantia Commentariorum ſuperetur: qui ſunt editi, [1] ne ſcientia tantarum rerum 5
ſcriptoribus deeſſet: adeoque probantur omnium judicio, ut [d] praerepta, non praebita facultas ſcriptoribus videatur. Cujus tamen rei major no- 6
ſtra, quam reliquorum eſt admiratio: ceteri enim quam bene, atque emendate; nos etiam, quam facile [f] atque celeriter eos [2] perfecerit, ſcimus.
Erat autem in Caeſare [g] quum facultas, atque elegantia ſumma ſcriben- 7
di, tum veriſſima [h] ſcientia ſuorum conſiliorum explicandorum. Mihi ne 8
illud [i] quidem accidit, ut Alexandrino atque Africano bello intereſſem: quae bella quamquam ex parte nobis Caeſaris ſermone [3] ſint nota; tamen aliter [4] audimus ea, quae rerum novitate, aut admiratione nos capiunt;

VARIAE LECTIONES. *aliter,*

a *Utique* Ox. *legant* Pet. *legerint* L. ſec. V. ſec. Duk. Pal. & Ed. Voſc. Str. Gryph. poſt. *legerent* B. pr. *legerit* B. ſec. ſtatim vulgo *poſſent* contra MSS. & Edd. Vett. b *medium* B. tert. & Edd. quaedam. Al. *medius* male. c *operoſum* And. L. pr. d *praecepta* L. tert. Ed. Inc. e *quam em.* L. pr. Dorv. Edd. R. M. V. non male. an *quamque*? vulgatum exſtat apud Sueton. f *ac* Edd. R. M. *eos* abeſt L. pr. & vulgo *confec.* g *tum* MSS. 5. & Edd. pp. h Sic MSS. & Edd. pp. non *ſuor. ſcient.* Palat. *conſcientia.* i *em̄.* Ox. Mox *notata* Pet.

Hirtius, uſque ad exitum &c. Verum Sueton. in Caeſ. c. 56. diſerte haec verba cepit de hoc Octavo libro ſive Commentario Belli Gallici, dicens. *Hirtium qui etiam Gallici belli noviſſimum imperfectumque librum ſubpleverit:* unde forſan legendum *noviſſimumque inperfectum, ac de rebus geſtis* &c. Hinc forſan illud *ac inperf.* in nonnullis codicibus.

1. NE SCIENTIA TANTARUM R. SCRIPTORIBUS DEESSET] MSS. *deſit.* quae & verior lectio. CLARKE. Verum τὸ *deeſſet* ſervant And. Cujac. Scalig. Leid. pr. & Oxonienſ. qui inſuper cum Edd. poſt Beroaldum uſque ad Scaliger. ingerunt vocem *geſtarum.* Nec male, ut opinor. Quia Hirtius ſuum Caeſarem imitatus plenam orationem adhibuerit; licet *geſtarum* & *geſtis* praecedat. Raro etiam hi codices conſpirantes inponunt, aut aliud quid latere ſignificant.

2. CONFECERIT] Nonnulli libri *perfecerit.* Suetonius in Julio c. LVI. *perſcripſerit*, & ita lego. DAVIS. *Cur. ſec.* Miror, cur Scaliger hic maluerit ſequi Vaſcoſ. & R. Stephanum, quibuscum faciunt Strada & Ed. Gryphii poſterior, cum tamen MSS. ad unum omnes, tam a Grutero, quam me & aliis inſpecti, uti & reliquae Edd. exhibeant *perfecerit* ſive abſolverit. Sic *poëma perficere* apud Ciceronem. Contra *inperfectus liber* ſupra. Vulgaribus libris deceptus eſt magnus Caſaubonus in Suetonio, ex Hirtio praeferens, *confecerit:* Immo ex noſtri Codd. lege *perfecerit.* Fefelliſſent me hoc loco & Gruteriana excerpta per Cl. Gudium & alios deſcripta, niſi eos Codd. partim ipſe vidiſſem, partim ex ipſa Gruteri manu cognoviſſem, *perfecerit*, non *confecerit*, in membranis a ſe inſpectis ſupereſſe. Idem mihi ſaepius uſu venit.

3. SUNT NOTA] Sic MSS. Scaliger & Recentiores (ſint *nota.*) Minus recte. CLARK. Male repoſuit Clarkius *ſunt. Sint* exſtat in Cujac. Scalig. Leid. pr. Bong. pr. ſec. aliiſque, uti & Edd. omnibus, ſi primas excipias. Forſan credidit vir doctus, *quamquam* non cum ſubjunctivo conſtrui. Sed tu vide, Lector, quae laudavi ad Lucan. l. II, 351.

Tempora quamquam
Sint aliena toris.

uti edidi ex MSS. & adde §. 473.

Quamquam bis ſedeat caſtris.

Vide etiam Pearc. ad Cicer. de Orat. l. I. c. 6. Infra c. 55. *Quamquam eſſet dubium* in Leid. pr. immo B. Afric. c. 31. *quamquam adverſarii eſſent magnis copiis freti.* Sic MSS. & Edd. Apulej. l. VI. Met.

9 *aliter, quae [a] pro teſtimonio ſumus dicturi. Sed ego nimirum, dum omnes excuſationis cauſſas conligo, ne cum Caeſare conferar, [1] hoc [b] ipſo crimen adrogantiae ſubeo, quod me judicio cujuſquam exiſtimem poſſe cum Caeſare comparari. Vale.*

VARIAE LECTIONES.

a deeſt praep. Lov. Dorv. Edd. R. M. V. b vulgo *ipſum.*

VI. Met. pag. 115. *Quamquam fruſtra filium dicam.*

4. AUDIMUS] Ita exhibent MSS. Atque ita legendum poſtulat temporum ratio. Tum porro *generalis* eſt Propoſitio: cui minus convenit illud, quod ediderunt Scaliger aliique, (*audivimus.*) CLARKE. *Audivimus* typographicum eſt vitium, quod ex editione *Scaligerana* dimanavit; nam reſcribendum *audimus*, quemadmodum (Edd. primae) *Beroaldus*, aliique plures ediderunt. DAVIS. *Cur. ſec. Audivimus* nihilominus exſtat in Leid. pr. Oxon. & Voſſ. tertio.

1. HOC IPSUM CRIMEN ARROGANTIAE SUBEO, QUOD &c.] Nihil invenuſtius dici potuit; at jacentem ſententiam eriges, eamque *Hirtio* dignam reddes, ſi legas *hoc* ipſo *crimen arrogantiae ſubeo.* Ac ſic edidit *Ant. Gryphius*, ut poſtea deprehendi. Sic etiam *Francofurtenſes.* A. D. 1575. & *Lugdunenſes.* 1576. DAVIS. *Cur. ſec.* Immo *ipſo* jam ediderunt Vaſcoſ. Strada, R. Stephanus A. 1544. Seb. Gryph. A. 1536, 1546. & perſpicue exaratum ſupereſt in MSto Oxonienſi: de Cujac. & Andino dubito. c. 19. *Hoc ipſo fiunt ſuperiores.*

1 I. OMni Gallia devicta, Caeſar quum [1] a ſuperiore aeſtate nullum bellandi tempus intermiſiſſet, militeſque hibernorum quiete reficere a tantis laboribus vellet; complures eodem tempore civitates renovare
2 belli conſilia, nunciabantur, conjurationeſque facere. Cujus rei [a] veriſimilis cauſſa adferebatur, quod Gallis omnibus cognitum eſſet, neque ulla multitudine, in unum locum coacta, [2] reſiſti poſſe Romanis; [b] nec, ſi diverſa bella complures eodem tempore [3] iniſſent [c] civitates, ſatis [d] auxilii, aut ſpatii, aut copiarum habiturum exercitum populi Romani ad omnia

VARIAE LECTIONES.

a *Similis veri* G. L. tert. V. tert. Ed. Inc. non male. b *at* Dorv. c vulgo *intuliſſent.* d *conſilii* Vir D. ad Marg.

1. SUPERIORE AESTATE] Sic ex MS. Reg. reſcripſi: ſenſumque efficit aptiorem. Al. (*a ſuperiore aeſtate.*) CLARKE. Legendum, *quum ſuperiore aeſtate:* quod ex MSto Regio Cl. *Clarkius* recte monuit. DAVIS. *Cur. ſec.* Male ex unico eoque recentiſſimo codice delent praepoſitionem viri docti contra Hirtii mentem. *Superior aeſtas* non intelligitur ejus anni aeſtas, ſed praecedentis. ab ea aeſtate nullum tempus bellandi intermiſerat Caeſar, nam per hiemen maximi motus Gallorum erant facti. Conſule initium libri ſeptimi. Immo licet capiamus de inita ejuſdem anni aeſtate, vel ſic nihil innovari velim contra reliquos MStos. Sed priorem ſenſum praefero.

2. RESISTI POSSE ROMANIS;] MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii habent, (*reſiſti poſſe a Romanis.*) Quae ſi vera Lectio ſit, jam hoc dicet *Hirtius*; Romanos neque, in unum *coactis* copiis, reſiſtere poſſe *tam multis in locis*; neque, *diviſis* copiis, reſiſtere poſſe *tantae multitudini.* Sed neque vulgata Lectio loco movenda. CLARKE. *a* addunt quoque MSS. Urſ. Brantii, uti & Bong. pr. Petav. Leid. pr. Voſſ. pr. Egm. Lovan. & 4 alii & Ed. Inc. Praeſtat tamen reliquorum Codicum lectio. Didicerant Galli cum alias, tum praecedenti aeſtate ad Aleſiam, ſe Romanis pares non eſſe, ſi omnes copiae in unum locum eſſent coactae, uti bene expoſuit Hotomanus. In Bong. ſec. legitur *&.* Forſan olim fuit *poſſe a ſe Romanis.* Illud *a* enim non videtur eſſe de nihilo.

3. INTULISSENT C.] Quanto elegantius Andinae & Oxon. membranae *iniſſent.* cujus gloſſa eſt *intuliſſent.* Ut *inire proelium*, ſic *inire bellum* paſſim adhibent Auctores. Livius l. XXXVI. cap. 1. *Vellent juberentne cum Antiocho rege bellum iniri.* & ſaepiſſime. Vellej. l. II. c. 3. *belloque non cauſſis inita.* Frontin. 1, 1, 8. *majore bellum molitione ini-*

mnia [a] perſequenda: non eſſe autem alicui civitati ſortem [b] incommodi 3
recuſandam, ſi tali mora reliquae [c] poſſent ſe vindicare in libertatem.

II. Quae ne opinio Gallorum confirmaretur, Caeſar M. Antonium quae- 1
ſtorem ſuis [1] praefecit hibernis: ipſe, [d] cum [2] equitatus praeſidio, [e] pridie
[3] Kal. Januarias ab oppido Bibracte proficiſcitur [4] ad legionem XIII, quam
non longe [f] a finibus Aeduorum conlocaverat in finibus Biturigum, ei-
que adjungit legionem XI, quae proxima fuerat. Binis cohortibus [5] ad 2
inpedimenta tuenda relictis, reliquum exercitum in copioſiſſimos agros
Biturigum inducit: qui, quum latos fines, & [g] complura oppida haberent,
unius legionis hibernis non [h] potuerint contineri, quin bellum pararent,
conjurationeſque facerent.

III. Repentino adventu Caeſaris accidit, quod [6] inparatis disjectiſque 1
[7] acci-

VARIAE LECTIONES.

a *Proſ.* L. pr. *perſequendum* V. ſec. b *incommode* V. pr. E. c *poſſint* V. tert. d vulgo deeſt *cum*. e deeſt B. ſec. vulgo *Jan.* vel *Januarii.* & mox *XII.* f *ab* MSS. 2. iidem *fuerit.* g *quampl.* Dorv. Edd. R. M. V. ut alibi ſaepe. h Sic B. pr. V. pr. Egm. Scal. & alii. MSS. 8: *potuerunt*, & Edd. pp. ſed Pet. L. pr. Cuj. *poterant.* vulgo *potuerant.*

inituros. Juſtin. l. VIII. c. 2. *tot bella victores illo duce inierant.* Adde l. XII, 11, 6, XVI. & alios. Ipſe demum Hirt. B. Afric. c. 91. *Inito bello.*

1. PRAEFICIT] Ita repoſui ex MS. Reg. Meliuſque convenit cum eo, quod ſequitur (*proficiſcitur*,) quam illud, quod habent Editi, (*praefecit.* CLARKE. Errat Clarkius. Paſſim Hiſtorici jungunt praeteritum & praeſens, ut aliquoties jam monendum habuimus. Vide praeter alia ad l. V. c. XI. *delegit & jubet.* Immo ordo temporum recte ſervatur. Prius enim praefecit eum; tum profectus eſt. Conſtanter etiam *praefecit* ſervant MSS. mei. Adde l. II. B. Civ. c. 26. *ſe in caſtra recepit & Imp. adpellatur.*

2. EQUITATUS PRAESIDIO] Sic Cuj. Scal. Leid. pr. cum And. & Oxon. Reliqui tam aliorum, quam mei, & Edd. Vett. *equitum.* Nil muta: Adde potius e tribus prioribus MSS. *cum*, ut feci; ſic enim ſolent loqui Caeſar & Hirtius. Vide exempla ad Frontin. l. III. c. 3. §. 1. *Cum praeſidio Epirotarum urbem obtinebat.* Infra c. 46. *Cum equitum praeſidio.* ubi Leid. pr. etiam *equitatus.* & B. Afric. c. 79.

3. KAL. JANUARII] In Pet. cod. erat *Kall.* ſcriptum imperitia librarii: credo putavit, *Kalendae* quoque ſingularem habere numerum, ideoque imitatus veterem morem, quo *coſſ.* pro conſules, *coſ.* pro conſul, ſcribebatur. VOSSIUS. *Januarii* MSS. quidam & plerique Editi. alii *Januariis.* ſed *Januarias*, exhibui fide Bong. pr. Voſſ. pr. Egmund. Gott. & aliorum atque Edd. primarum, Stephani. &c. Vide Cl. Drak. ad Liv. l. IV, 37.

4. AD LEGIONEM XII.] Legionem, quae cum T. Sextio in Biturigibus hiemabat, hujuſce libri c. XI. vocat XIII. adeo ut vel hic vel illic error ſit in numeris. DAVIS. Hoc loco error eſt in numeris, uti patet ex l. VII. c. 51. ubi mentio fit *XIII legionis* & *legati T. Sextii.* Monuit haec jam Glareanus, & ad oram ſuae Editionis *decimam tertiam* adſcripſit Vaſcoſanus. Immo e c. 24. patet Labienum praefuiſſe legioni XII. ſi quidem ſana eſt lectio. *XIII.* jam recepit Clarkius.

5. AD INPED. TUENDA RELICTIS] Docte & nervoſe membranae Andinae non agnoſcunt vocem *tuenda.* quod videtur intruſum ad ſenſum fulciendum. Sed *ad* notat *apud:* uti crebro *ad Caeſarem eſſe*, *ad exercitum manere.* Vide ad l. I, 31. III, 9, 38. Sic MSS. quidam libro VI, 8. *turmis praeſidio ad inpedimenta relictis:* vulgo *dimiſſis.* Ceterum MSS. omnes πλεῖον σίγμα ponunt non poſt *fuerat*, ſed poſt *relictis.*

6. IMPARATIS DISJECTISQUE] In primo & ſecundo Bong. & Petav. ac Palat. codd. erat *dejectiſque* perperam. Nugatur Hottomannus, cum *defectis* veram lectionem putat: ipſe ſenſus reclamat. VOSSIUS. *Defectis* MSS. Stephan. Andin. & Oxon. confirmant, & Rhellican. jam legi voluit. Ceteri Codices, & Edd. Vett. habent, *dejectis*, obvio errore pro *dijectis* ſeu *disjectis* i. e. diſſipatis, diſperſis; licet *dejectis* notare poſſet, turbatis, quod conſilio ſuo & ſpe deciderint. *Detritis* Lipſius libri ſui orae adleverat. Nil muta. Sic Capite VII *Pabulatione cum exigua tum disjecta:* ubi itidem in quibuſdam *dejecta.* c. 10. *Raris disjectiſque aedificiis.*

7. ACCIDERE FUIT NECESSE] Vocem *accidere* neſcio cujus audacia omiſſam repono, quando

 con-

[7] accidere [a] fuit neceſſe, ut ſine timore ullo rura colentes prius ab equitatu obprimerentur, quam confugere in oppida poſſent: namque etiam
2 [1] illud vulgare incurſionis ſignum hoſtium, quod [b] incendiis aedificiorum intellegi conſuevit, [2] Caeſaris id erat interdicto ſublatum: ne aut copia pabuli frumentique, ſi longius progredi vellet, [3] deficeretur; aut hoſtes
3 incendiis terrerentur. Multis hominum milibus captis, perterriti Bituriges, qui primum adventum [c] effugere potuerant Romanorum; in finitimas civitates, aut privatis hoſpitiis confiſi, aut ſocietate conſiliorum, con-
4 fugerant. Fruſtra: nam Caeſar magnis itineribus omnibus locis occurrit, nec dat ulli civitati ſpatium de aliena potius, quam de domeſtica ſalute cogi-

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo deeſt *accidere*. b *incendium* G. *incendio* Edd. R. M. V. *cognovit* Lov. c MSS. tantum non omnes *pot. eff. putaverint* Dorv. Edd. R. M. V.

conſtanter omnes manuſcr. eam agnoſcunt. Et Hirtius ſaepe imitatur Caeſaris phraſin, qui c. 85. de bello civil. ait: *Accidiſſe igitur his, quod plerumque hominibus nimia pertinacia atque arrogantia accidere ſoleat.* Quin infra ipſe Hirtius: *Accidebat autem quotidianis pabulationibus, id quod accidere erat neceſſe*, &c. itaque & hic ſcribe *accidere fuit neceſſe.* VOSSIUS. Vocem (*accidere*,) quam *Scaliger* aliique perperam omiſerant, optime ex MSS. reſtituit *Voſſius.* Atque infra ita loquitur *Hirtius;* de bello Gall. l. 8. c. 10. (*Accidebat autem*, —— *id quod* accidere *erat neceſſe*) CLARKE. Revocavi cum viris doctis verbum *accidere*, quod addunt tum Edd. Vett. tum MSS. omnes praeter unicum Oxonienſem. ut l. v. c. 39. *Huic quoque accidit, quod fuit neceſſe.* Nihilominus pleniorem locutionem praefero. Vide ad l. I. c. 44. & l. II, 9. *Facerem, quod noſtri majores fecerunt.* l. I. c. 44. *Quod exercitum in Gallia habeat, ſui obprimendi cauſſa habere.* Simile infra c. 24. *Ne ſimile incommodum accideret, ac Tergeſtinis accidiſſet.* l. I. B. C. c. 19. *Idne fieret, fiebat.* Paullo aliter ac hic l. v. c. 33. *Accidit, quod fieri neceſſe erat.*

1. Illud vulgare incursionis signum hostium] Trajecta verba ex primo Bongarſ. & Petav. codd. ita ordino *incurſionis hoſtium ſignum;* pro *vulgare* in ſecundo eſt *fugare* MS. noſtr. *futurae.* VOSS. *Illud vulgare incurſionis ſignum hoſtium*, quod *incendiis aedificiorum intelligi conſuevit*) Lego *illud incurſionis hoſtium ſignum*, quae *incendiis* &c. Ordo verborum eſt a *Petav. Bongarſ.* pr. *Gottorp. Voſſ. Egmond.* ſed *quae* nobis debetur; nam pronomen ad *incurſionem* videtur referendum. DAVIS. *Cur. ſec.* Ordo illa verborum *hoſtium ſignum*, eſt etiam in pleriſque meis & Edd. vetuſtis, ſed non in Cujac. Leid. pr. & Oxon. At in Voſſiano primo a manu prima eſt *incurſionibus.* Opinor, Hirtium ſcripſiſſe *illud, vulgare incurſioni, ſignum hoſtium, quod* ſcilicet, *adeſſe hoſtes.* Non temere enim contra MSS. *quod* in *quae* mutem; ut facit Daviſius. *Vulgare incurſioni* notat id, quod in incurſionibus plerumque adhiberi ſolet. *S* autem e ſeq. voce *ſignum* facile adhaerere potuit.

2. Caesaris id erat] Voculam *id* expungo, nixus autoritate quinque MSS. prim. ſec. tert. Bong. Pet. ac Palatini. VOSS. Deeſt quoque in MSS. Reg. & Elienſ. CLARK. Nimis obſequentem ſibi Voſſius habuit Clarkium, ejiciendo τὸ *id.* quamquam fatear abeſſe quoque a Voſſianis, Egmund. Lovan. & aliis, uti & Edd. primis, Beroaldi, Vaſcoſ. Steph. aliorumque. Verum tamen ſervant τὸ *id* Cujac. Scalig. Andin. Oxon. & Leid. prim. quare eam particulam expungere mihi religio fuit, cum ſciam, ſaepiſſime pronomina *is*, *ille, hic*, πλεονάζειν. Vide citatos viros doctos in Miſcell. Obſerv. Vol. III T. II. p. 221. Manut. ad Vellej. l. II. c. 3. Arntzen. ad Aurel. Vict. de Vir. Ill. c. 27. & c. 43. & innumeris aliis locis. Immo ipſe auctor c. 54. *legionem* &c. eam *dedit.* ubi male iſtam voculam ejecit Clarkius. Valer. Max. l. I, 7. §. 5. *M. Cicero, cum in villa quadam campi Atinatis deverſaretur, is animo* &c. Sic MSS. in quibus optimus Harlem. Vide ſoceri notas.

3. Deficeretur] Vulgg. *deficeret;* ſed nos ſecuti ſumus lectionem Codicis *Norv.* & locum ex aliis MSStis ita corrigendum eſſe vidit *Marquardus Gudius* ad *Phaedri* l. I. Fab. XXI. Sic l. III. B. C. c. LXIV. *Quum gravi vulnere eſſet affectus Aquilifer, & viribus* deficeretur. De hac voce nos multis agemus ad illius libri c. XI. DAVIS. Optime, quomodo & in Voſſii quoque MS. ſcriptum eſt. Alii minus recte (*deficeret.*) CLARK. *Deficeret*, in pauciſſimis & recentioribus exſtat MSS.

cogitandi. Qua celeritate, & [1] fideles amicos retinebat, & dubitantes
terrore ad [a] conditiones pacis [b] adducebat. [2] Tali conditione propoſita, 5
Bituriges, quum ſibi viderent [c] clementia Caeſaris reditum patere in ejus amicitiam, finitimaſque civitates ſine ulla poena dediſſe obſides, atque in [d] fidem receptas eſſe, idem fecerunt.

1 [illegible] militibus pro tanto labore ac patientia, qui [e] brumalibus [illegible] ribus difficillimis, frigoribus intolerandis ſtudioſiſſime per[illegible] labore, [f] ducenos ſeſtertios, centurionibus [3] II milia [g] num[illegible] [illegible]edae nomine, [4] condonanda pollicetur: legionibuſque in hi[illegible]iſſis, ipſe ſe [5] recipit [h] die [i] XL Bibracte. Ibi quum jus diceret, 2
Bituriges ad eum [k] legatos mittunt, auxilium [l] petitum contra Carnutes, quos intuliſſe bellum ſibi querebantur. Qua re cognita, quum non 3
amplius X & [m] IIX dies in hibernis eſſet [n] commoratus, [o] legiones XIV, &

VARIAE LECTIONES.

a *conditionem* Ox. b MSS. 3 *reduc.* c *ad clementiam* L. ſec. B. tert. in quo etiam *in ejuſque am. finitimas civ.* d *fide* Ox. e *a br.* V. ſec. f MSS. 3 *ducentos.* g *nummorum* MSS. 3. Ed. Inc. male. Al. melius *numûm.* h vulgo *recepit.* i *XXX* Lov. V. pr. & 4 alii cum Ed. Inc. *triceſimo* Egm. k *legatum* Ox. l *petunt* Lov. Dorv. m *IX* Lov. & 3 alii cum Edd. pp. n Sic Pet. Cuj. Sc. Lov. Reliqui *moratus* & Ed. Inc. o *legionem* L. pr. ſec.

MSS. ſed & in Leid. primo: quod defendi poſſet, praeſertim ſi *vellent* cum Egm. & Dorvill. legeremus; ut *copia* foret nominativus. Sic l. II. c. 37. B. Civ. *Non frumentum deficere poterat.* Sed malim accedere Viris doctis, Grutero, Gudio, uti & Editoribus, Aldo, Vaſc. Stephano, Gryphio aliiſque, & MSS. meis XIV. atque Ed. Inc. 1473. Valer. Maxim. l. VII. c. 6. §. 2. *Alimentorum facultate defici.* Multis hoc de verbo egi ad Front. l. I. 7, I. *Ea, quibus deficimur.* Cellar. ad l. III. B. Civ. c. 64. Voſſ. ad Vell. II, 64. Cort. ad Plin. [illegible] Ep. 16. *Etiamſi jure deficerentur.*

1. FIDELES AMICOS RET.] Ciacconius mallet legere *in fide am. retin.* vel *fideles ret.* ejecta voce *amicos.* Ego, ſi quid mutandum eſt, cum Grutero praeferrem *facile amicos ret.* praeſertim cum huic lectioni ſuffragentur Lovan. Cod. in quo *facile*, uti & Palat. Dorvill. & Brant. cum Edd. Beroaldina antiquioribus, quae dant *facile.* Nihilominus facile & bene explicari poteſt lectio vulgaris. *Amicos retinebat fideles.* id eſt, faciebat, ut amici manerent ſibi fideles, & in fide conſtarent.

2. TALI CONDITIONE BITURIGES PROPOSITA,] Sic MSS. Reg. & Voſſii. Vulgg. minus eleganter, *Tali conditione propoſita, Bituriges &c.* Vide ſupra ad l. 5. c. 49. CLARK. Contra plurimos MStos tales verborum trajectiones non ſunt inculcandae, ſed defendendae, ſi in MSS reperiantur. E meis nihil mutati ordinis in excerptis adnotatum video.

3. II MILIA NUMMUM] Sic reperit Gruterus in ſolo recentiſſimo Bong. tert. Ceteri MSS. omnes &. Edd. primae dant *tot milia n.* Quod fidem excedit. An ſcripſit Hirtius *ad II milia?* Saepe enim hanc praepoſitionem numeralibus addi, & multis in locis corruptam eſſe, dudum docuerunt celeberrimi inſtauratae Latinitatis duum viri J. F. Gron. de Seſtert. l. I. c. 7. & J. G. Graevius ad Suet. Jul. c. 20. *ad XX milibus civium.* Caeſ. B. Gall. l. I. c. 5. *oppida ſua numero ad XII.* l. I. B. Civ. c. 39. *ad VI milia peditum.* l. III. c. 4. *Ad eumdem numerum Cotys dederat.* 53. *ad II milium numero.* ubi etiam vide Ciaccon. Daviſ. Clarkium & alios. B. Afric. c. I. *equitum ad II milia.* Adde c. 21. *ad ternas cohortes.*

4. CONDONANDA POLLICETUR] *Condonata* in IV. Codd. eſt prim. ſec. Bong. Pet. ac Pal. Ciacconius expungendam vocem putabat. Et integra ſententia abeſſe profecto poterat. VOSSIUS. Praeter Bong. tert. conſtantiſſime MSS. cuncti & Ed. Inc. praebent *condonata.* Forſan fuit ab Hirtii manu *condonatae.* id eſt, eo, quod praedam ipſis condonaſſet, nomine. Id ſi minus placeat, a Ciacconii ſententia non alienus ſum. Ut ſolent cuique ſuae, mea tamen adridet magis conjectura. Male Cellarius etiam ea *praedae nomine* ſuſpecta habuiſſe videtur. Apulej. l. VI. p. 114. *accepturus indicinae nomine VII ſavia.* Sic enim cum Elmenh. & Roaldo ſcribendum. MS. noſter *indicive*; vulgo *indicii.* Sic *nauli nomine* p. 121. *ſtipendii nomine* Cicero, & Sueton. Caeſ. c. 25. paſſim *eo nomine.*

5. RECIPIT] Ita ex MS. Regio repoſui, pro-

 pter

& VI, [1] ex hibernis ab [a] Arare educit: quas ibi conlocatas, explicandae rei frumentariae cauſſa, ſuperiore Commentario demonſtratum eſt. Ita cum II legionibus ad perſequendos Carnutes proficiſcitur.

1 V. Quum fama exercitus ad hoſtes eſſet perlata, calamitate ceterorum [2] ducti Carnutes, deſertis vicis oppidiſque, quae, tolerandae [illegible] ſa, conſtitutis repente exiguis ad neceſſitatem aedificiis, in[illegible] per enim devicti [3] complura oppida dimiſerant) diſperſi [illegible]
2 Caeſar erumpentes eo maxime tempore [c] acerrimas temp[illegible] ſubire milites [d] nollet, in oppido Carnutum [e] Genabo caſtra [illegible] [4] in tecta partim Gallorum, partim quae conjectis celeriter ſtramentis, tentoriorum integendorum gratia, erant inaedificata, milites contegit.

Equites

VARIAE LECTIONES.

a *Arari* L. pr. in quo ſemper *Carnotes.* b *confugiunt* Edd. R. M. V. *profugerunt* Egm. c deeſt And. Ox. *acerrimas* B. pr. V. pr. E. d *nollent* G. L. pr. V. tert. e *Cenabo* MSS. & Edd. pp. V. ad l. VII, 3.

pter praecedentem *pollicetur.* Al. *recepit.* CLARK. Ratio, quam adfert Clarkius minus valet, ut vidimus ad c. ſec. Nihilominus hoc loco praeſens praetuli ex Bongarſ. pr. Leid. pr. Oxon. Voſſ. tert. & Dorvill. quia tempus id amant Hiſtorici. quod vel ex hoc ipſo patet capite.

1. EX HYBERNIS AB ARARE EDUCIT] Emendo ex pr. Bong. Pet. & Pal. *ducit.* Nam ſi retineas *educit*, ſcribendum erat *ex hybernis ad Ararim educit.* Sed Bong. habebat, *ab Ara reducit*, quod corruptum ex *Arare ducit.* VOSSIUS. Ex pr. Bong. Pet. & Pal. *Dionyſ. Voſſius* emendat *ex hibernis ab Arare ducit.* Sane ita exhibent editt. *Rom. Ven. Beroald.* Cum tamen ſec. *Bongarſ.* repraeſentet *ab Ara reducit*, reſcribendum crediderim *ab Arare reducit:* frequenter enim fit, ut eadem ſyllaba repetita in cauſa ſit, cur earum altera omittatur. DAVIS. Parvo admodum diſcrimine. CLARKE. Nihil varietatis e Scalig. Andino, Cujac. ac Bong. tert. enotatum eſt. Reliqui omnes cum Edd. primis habent *ducit.* *Ex hibernis educere* frequens eſt in his libris locutio. Malim tamen *reducit*, id eſt, revocat, retrahit. *Ducit* non improbarem, ſi ipſe adfuiſſet Caeſar, ſed per nuncios ex hibernis evocavit. Dein *conlectas* vel *conjectas*, quod malebat Heinſius, eſt in Lovan. Vide ad l. II. B. G. c. 28. *Majores natu, quos in paludes conjectos dixeramus.* Contra ceteros Codices non muto vulgarem & propriam hac in re dictionem. Placet potius Gruteri conjectura, qui in ſeqq. volebat abjicere *τὸ cauſſa*; cum in Palat. Cod. invenerit *explicandae cauſſa r. f.* Adi de hac ellipſi ad l. IV. c. I. & alibi.

2. DUCTI] Ciacconius malebat *adducti.* Cur non potius litterarum ductu inſiſtens tum praetulit *inducti*? Nil contra MStos mutandum, cum Latinus ſit & elegans ſimplicis verbi hoc in ſenſu uſus, ut cuivis notum. V. ad l. VII, 37. Mox pro *deſertis vicis* in MS. Brant. Lovan. Dorv. aliiſque & Edd. primis eſt *vicis deſertis*, & in Andino ac Oxonienſi exaratur *ad nec. rep. exigua conſtituerant aedificia*; unde non inconcinne reſingi poſſet, *Vicis deſertis, quaeque t. h. c. ad nec. exigua conſtituerant aedificia (nuper enim &c.)* reſectis *τοῖς oppidis* & *incolebant.*

3. COMPLURA OPPIDA DIMISERANT] Sic pr. ſec. tert. Bong. Pet. Pal. ſed Cuj. MS. *amiſerant.* Prima locutio rarior eſt: tamen non rejicio. VOSS. *Amiſerant* exhibent quoque Scalig. & Leid. pr. ac Gryphii ora. Cave quid mutes; quamvis *dimittere* frequentius ea dicamur, pro *amittere*, *relinquere*, quae quaſi a nobis recedunt, ut *dimittere auctoritatem, occaſionem, curam, animam* & ſimilia. Verum & alterum non ſine exemplo eſt. Caeſar l. V. c. 18. *ut hoſtes impetum legionum ſuſtinere non poſſent, ripaſque dimitterent. Dimittere Siciliam & Sardiniam* Valer. Maxim. l. VII. c. 6. §. I. quamquam ibi priore ſenſu poſſet, & forſan melius, explicari.

4. IN TECTA PARTIM GALLORUM, PARTIM QUAE CONJECTIS CELERITER STRAMENTIS TENTORIORUM INTEGENDORUM GRATIA, ERANT INAEDIFICATA, MILITEM CONTEGIT] Mira profecto conſtructio, *contegit militem in tecta Gallorum.* Profecto vel dicendum eſt ſui oblitum Hirtium ſubjeciſſe poſtremam hanc vocem, vel librariorum errore pro *conlegit* ſcriptum eſſe *contegit.* Sane ego hoc prope certum habeo: miror vero nemini doctorum haec verba ſuſpecta fuiſſe. At illa *tentoriorum integendorum gratia* Ciacconius putat gloſſema eſſe. Ego non arbitror. Tabernacula ſeu tentoria praeter pelles, ſua quoque

fulcra

Equites tamen, & auxiliarios pedites in omnes partes [1] mittit, quaſcum- 3
que petiſſe dicebantur [a] hoſtes: nec fruſtra. Nam plerumque magna prae- 4
da potiti noſtri revertuntur. [b] Obpreſſi Carnutes hiemis difficultate, terrore [c] periculi, quum tectis expulſi nullo loco diutius conſiſtere auderent, nec ſilvarum praeſidio tempeſtatibus duriſſimis tegi poſſent; diſperſi, magna parte [d] amiſſa ſuorum, diſſipantur in finitimas civitates.

VI. Caeſar, tempore anni difficillimo, quum ſatis [e] haberet conve- 1
nientes manus diſſipare, ne quod initium belli naſceretur; [f] quantumque in ratione [g] eſſet, exploratum haberet, [2] ſub tempus aeſtivorum [3] nullum ſum-

VARIAE LECTIONES.

a abeſt B. ſec. b *obſeſſi* And. Ox. c *perculſi* L. pr. d *ſ. am.* G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. e *duceret* V. ſec. f *quantumcumque* L. pr. G. V. tert. g deeſt L. pr. *eſſe* Pet.

fulcra (ſive aſſeres ii, ſeu pali fuerint) habuere: quis deinde corium inſternebatur. Ita hic ait Hirtius, duplicis generis tecta fuiſſe, alia Gallorum, alia quae Romani ipſi injectis celeriter ſtramentis exſtruxerant, quo iis pelles inſternerent. Vel dicere poſſimus propter truculentiam tempeſtatum extructas a Romanis caſas fuiſſe, ac ſtramine contectas, & ſub iis demum tenſas pelles, quo tutiores adverſus imbrium vim agitarent. Lib. de Bello Africano c. XLVII. locus eſt, qui huc pertineat: *reliqui ex veſtimentis tentoriolis factis, atque arundinibus ſcopiſque contextis permanebant.* Sed vide, quae ad illum locum notavimus. VOSSIUS. Emendat Dionyſ. Voſſius, *conlegit*. Sed fortaſſe nihil opus. Neque enim abſona prorſus eſt iſta conſtructio, *Milites in tecta contegere*. CLARK. Ciacconius legebat *ponit*, *quae tectis p. G. partim conj. c. ſtr. aedificaverat*, *iiſque mil. cont.* At hoc pacto alios facillime accipiemus auctores. Videamus, num MSS. ſaniorem praebeant lectionem: nam in vulgatis ſcabioſi quid ineſſe, non dubito. primo *partim* ante *Gall.* non agnoſcunt Leid. pr. & ſec. dein MSS. longe plurimi, non omnes tamen, dant *partemque*. Mox *quae tent.* Leid. ſec. uti & Edd. Rom. Med. Ven. Beroaldi, Baſil. ſed illae non habent *quae* vel *que* poſt *partim*. *Tentoriorumque* Palat. *tentorium* Leid. pr. Scal. *Centuriorum* Voſſ. pr. *Centor.* ſec. *Teutonorum* Ed. Inc. dein *tegend.* L. ſec. Carrar. *erat* Palat. *aedificata* Beroald. & Leid. ſec. in quo etiam *contexit*. Non me expedio; ſed proxime verum eſt, ni fallor, *atque in tecta partim Gallorum, partim quae celeriter ſtramentis conjectis tent. int. gratia, erant inaedificata, milites contegit.* Videtis, me tranſpoſuiſſe vocem *conjectis* tantum, ſed aliter diſtinxiſſe. Senſus auctoris eſſe videtur; Caeſarem milites diſpoſuiſſe partim in tecta Gallorum, partim in tecta, quae ipſi inaedificaverant ſtramentis, conjectis & collectis ad tentoria integenda, ſi ſub divo manſiſſent. unde etiam minore mutatione ſcribi poſſet *p. in tecta G. partim conj. c. ſtramentis, quae t. int. gratia erant, inaedificata m.* B. Hiſp. c. 16. *caſae, quae ſtramentis erant aedificatae.* Quidquid ſit, hoc firmum maneat, ſtramenta illa fuiſſe collecta ad tentoria integenda. Audacior quis ejiceret τὸ *inaedificata*, legeretque *partem conj. c. ſtram. quae tent. integ. gratia erant* vel etiam ſine *gratia*. Immo & prius *partim* poſſet deleri, ſuffragante praeſertim Leidenſi prima. nam in his diviſionibus, *pars*, *alii* & ſimilia ſemel omitti ſolent. Vide ad l. I. c. 8. ſocerum ad Val. Max. II, 5. §. 3. *pars capitali judicio damnatae.* & omnino infra ad B. Alex. c. 29. *diſperſi vada fluminis quaerentes, partim dem. ripis.* *Contegit in tecta* dicitur, ut *occultare in terram* l. VII. c. 85. Quamvis & hac conſtructione non indigeas, ſi legamus *partim conj. ſtramentis.* Tunc enim *contegit ſtramentis* jungenda, & ad priora *in tecta* ſubintelligendum aliud verbum adfine *diſponit* vel ſimile quid. Haec enim elliptica locutio frequentiſſima eſt, & nota, ac ſexcenties adverſa a Viris doctis. Nunc vide modo ad c. 16. & omnino ad l. III. c. 13. nec non ad Flor. l. IV, 12, 37. *Aliis oculos, aliis manus amputabant.* & infra Daviſ. ad l. III. B. Civ. c. 28. *tempeſtatis & ſentinae vitiis.* Hirt. B. Afric. c. 31. *pabulandi, lignandi aut muniendi gratia vallum petierant.* Apulej. l. IV. Met. p. 66. *non fuſti tantum, ſed machaera perfoſſus morti ſuccumbere*: ut legi e MSS. debet, non *percuſſus occumbere*.

1. MITTIT] Clarius paullo & efficacius Leid. pr. *dimittit*. Vide exempla ad l. IV. c. 19. *nuncios in omnes partes dimiſiſſe*: ubi etiam variant libri recentiores. Mox c. 7. *Equitum turmas dimittit in omnes partes.* c. 24. *plures in partes dimittere exercitum.* Adde c. 25.

2. SUB TEMPUS AESTIVORUM] Ita omnes Codd. mallem *aeſtivum*. ſed & alterum tolero. tempus aeſtivorum eſt aeſtas. VOSSIUS. *Aeſtivorum* enim.

mum bellum poſſe conflari; C. Trebonium cum II legionibus, quas ſe-
2 cum habebat, in hibernis Genabi conlocavit: ipſe, quum crebris legationibus Remorum certior [a] fieret, Bellovacos, qui [1] belli gloria Gallos omnes Belgaſque praeſtabant, [2] finitimaſque [b] his civitates, duce [3] Correo Bellovaco, & Commio Atrebate, [4] exercitus comparare, atque in unum locum cogere, ut omni multitudine in fines [c] Sueſſionum, qui Remis [5] erant adtributi, facerent inpreſſionem; pertinere autem non tantum ad dignitatem, ſed etiam ad ſalutem ſuam judicaret, nullam calamitatem ſocios optime de republica meritos accipere; legionem ex hiber-
3 nis [e] evocat rurſus XI; litteras autem ad C. Fabium mittit, [f] uti in fines Sueſſionum legiones II, quas habebat, adduceret; alteramque ex duabus

VARIAE LECTIONES.

a *fieret* & B. G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. b vulgo *in c.* & *exercitum.* c MSS. plerique *Sueſſonum* hic & infra. ſed aliter l. II. c. 3. & ſeqq. *Sueſionum* B. ſec. & ſtatim G. d *remanſerant a tributis. liberi* Lov. e *rev.* Dorv. Edd. R. V. M. *IX* Ox. f Sic G. V. tert. Ed. Inc. non *ut.*

nim eleganter opponitur τῷ *hibernorum.* CLARK. *ſuperioribus aeſtivis* c. 46. & ibidem *extremum tempus aeſtivorum.*

3. NULLUM SUMMUM BELLUM POSSE CONFLARI] Sic MSS. omnes. ſummum bellum, eſt quod vulgo *generale* dicerent. VOSS. *Summum bellum* eſt: in quo ſumma rei verteretur, & a quo maximum dependeret diſcrimen. V. Gron. ad Liv. l. XXVI. c. 10. & l. XXXVIII. c. 50.

1. BELLI GLORIA GALLOS OMNES BELGASQUE PRAESTABANT] Confirmant hanc lectionem omnes MSSti Codd. *Praeſtare* quando *antecellere* notat, plerumque dativum regit. Conſtruxit tamen cum accuſandi caſu quoque *Livius* l. v. *Ut nuntiare domum poſſint, quantum Galli virtute caeteros mortales praeſtarent.* Nec alia mihi ratione locutus videtur Tacitus IV Annalium, quando *praeſidere* cum accuſandi caſu dixit: *Et haud ſpernenda illic civium ſociorumque manus litora Oceani praeſidebat.* VOSS. Obſervat *Dionyſ. Voſſius* perrarum eſſe, ut haec vox, quando notat *antecellere*, accuſativum regat. Id ne quis in poſterum credat, exemplis, niſi fallor, efficiam. *Quintilianus* Inſtit. Orat. l. I. c. I. Praeſtat *tamen ingenio alius alium.* Idem l. II. c. XX. *Ea in quoque animalium eſt virtus, qua* praeſtat cetera *vel pleraque. Corn. Nepos* Epam. c. VI. *Eloquentia* omnes *eo praeſtabat tempore.* Idem de Regibus c. III. *Animi magnitudine & calliditate* omnes *in Africa natos* praeſtitiſſe *conſtat.* Et vit. Hannib. c. I. *Non eſt inficiandum, Hannibalem* praeſtitiſſe ceteros Imperatores *prudentia.* Adi & vit. Attic. c. III. & XVIII. DAVIS. Vide ad l. I. c. 2. *Virtute omnes praeſtare:* uti eſt in MSto.

2. FINITIMASQUE IN CIVITATES] Emenda *his civitates.* ut eſt in primo ac ſecundo Bongarſiano codice: aut cum Petaviano induce vocem *in.* Vulgata lectio abſurda nec Latina eſt. VOSSIUS. *Fin. civitates.* Sic MSS. Elienſ. & Petav. MSS. autem Reg. & Voſſ. & Editt. Vett. (*finitimaſque iis civitates.*) Quae vera demum eſt lectio. Scaliger (errore, ut opinor, Typographico) edidit *fin. in civitates.*) Quem fideliter ſecuti ſunt recentiores; nullo videlicet, neque ſenſus, neque Latinitatis veſtigio. CLARK. *His* repoſui e MSS. omnibus. *in* ſine dubio pro *iis* operarum vitio in Scal. Editionem inrepſit.

3. CORREO] MSS. omnes *Corbeum* nuncupant. noſter codex ſtat pro vulgatis. VOSSIUS. Variant etiam MSS. Oroſii. *Correo* retinent Leid. pr. Scalig. Oxon. conſtanter hic & in ſeqq. Immo c. 7. & c. 19. etiam Cujac. Bong. pr. ſec. Petav. aliique *Correum* dant. Cum vulgaribus MSS. & Edd. Vett. *Corbeus* vocatur quoque in Celſo.

4. EXERCITUM CONPARARE,] Melior videtur lectio illa, quam exhibent MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii; (*Exercitus comparare:*) propter id quod ſequitur, *atque in unum locum cogere.* Quanquam utrumque recte dicitur. CLARK. *Exercitus* cum habeant Manuſcripti mei omnes, uno alteroque recentiore excepto, uti & Edd. quaedam, ut Steph. Gryphii &c. eum numerum revocavi. c. 48. *Quibus in locis Caeſar exercituſque fuiſſent.* Adde c. 54. *exercitibus contineri.* l. I. c. 40. B. G. *noſtros exercitus capi poſſe.* & ſexcenties.

5. ERANT ADTRIBUTI] Miror equidem Julii Celſi verba, qui p. 161. ſic loquitur. *Rhemorum legatio querentium Bellovacos —— exercitum comparare*, ut Sueſſionem ſuam urbem invaderent. Mira ſane fuit hominis imperitia; quippe *Sueſſionem* pro urbis nomine habuit, nec intellexit Sueſſiones dici Rhemis attributos, quod eorum

facti

bus [1] ab T. Labieno arceſſit. [a] Ita, quantum hibernorum [b] obportunitas, 4
bellique ratio poſtulabat, perpetuo ſuo labore, in vicem legionibus expe-
ditionum [c] onus injungebat.

VII. His copiis coactis, ad Belloyacos proficiſcitur; caſtriſque in eorum 1
finibus poſitis, equitum turmas dimittit in omnes partes ad aliquos excipi-
endos, ex quibus hoſtium [d] conſilia cognoſceret. Equites, officio functi, 2
renunciant paucos in aedificiis eſſe inventos; atque hos, non qui [2] agro-
rum [e] colendorum cauſſa remanſiſſent, [f] (namque eſſe undique diligenter
demigratum) ſed qui ſpeculandi [g] gratia eſſent remiſſi. A quibus quum 3
quaereret Caeſar, quo loco multitudo [h] eſſet Bellovacorum, [i] quodve eſ-
ſet conſilium eorum, [k] inveniebat, *Bellovacos omnes, qui arma ferre poſ-
ſent, in unum locum conveniſſe: itemque Ambianos, [l] Aulercos, [m] Cale-* 4
*tos, Velliocaſſes, Atrebatas locum caſtris, [n] excelſum in ſilva, [3] inpedita
circumdatum palude, delegiſſe; omnia inpedimenta in ulteriores ſilvas
contuliſſe; complures eſſe principes belli auctores, ſed multitudinem ma-
xime [o] Correo obtemperare, quod ei ſummo [p] eſſe odio nomen [q] populi Ro-* 5
mani

VARIAE LECTIONES.

a *Itaque* L. pr. Scal. Oxon. b *obportunitates* Ox. non male. c *munus* Lov. Dorv. B. tert. V. ſec. Edd. pp. Vaſc. Steph. aliaeque. d *conſilium* And. B. pr. *cognoſcerent* L. pr. e vulgo *incol.* f Uncis incluſa deſunt Edd. R. M. V. Fl. Tarv. & MS. Dorv. Pal. Buſl. cum ſeq. *qui.* g Sic Cuj. Sc. L. pr. And. Ox. Reliqui cum Ed. Inc. *cauſſa.* dein *relicti* Ox. h deeſt L. pr. Lov. non male. i Sic MSS. o. & Edd. qdd. non *quodque.* k *cognoſcebat* Urſ. A. Ox. ſed V. ad l. I, 18. l *Aulurcos*, *Auleurcos*, *Amuras*, *Mulori-tos* MSS. inepte, ut alibi. V. ad l. III, 18. m Sic MSS. plerique, non *Caletes*, *Vellocaſſes*, aut *Vellocaſſios* (Al. bene *Velocaſſes*) *Atrebates* V. ad l. VII, 75. *Atrebatos* B. pr. & alii., male. n deeſt L. tert. Ed. Inc. abeſt vulgo *in ſilva.* o Sic B. pr. ſec. L. pr. V. pr. Scal. Cuj. Pet. & alii, non *Corbeo* V. ſupra. p Ita MSS. & Edd. qdd. non *od. e.* q deeſt L. pr. *principis* Lov.

facti erant clientes. DAVISIUS.

1. á T. Labieno.] Praenomen *Titi* agnoſcunt duo recentiſſimi Voſſ. tert. & Dorvill. Omnes reliqui quod ſciam *L. Lucio*, & Oxon. *Lilio* dant. Cuncti etiam *ab*, ut repoſui. Forſan ejiciendum eſt praenomen, niſi lateat aliud, quod ſubodorari nequeo. Non certe *legato.* tam enim Fabius erat legatus, quam Labienus. Notandum autem mox pro *injungebat.* in Codice Scaligeri ſcribi *inpingebat.* Vide ad c. 49.

2. Agrorum incolendorum] *Colendorum* MSS. quinque, quod non minus placet. Aliud Celſus p. 162. ait: *Comperit nullum fere praeter ruſticos in aedificiis inveniri. Demigraſſe omnes Bellovacos armis idoneos*, &c. Fortaſſe vitioſo codice Hirtii uſus erat, qualis Palatinus, qui hoc loco habet: *atque hos qui agrorum colendorum cauſſa remanſiſſent, ſed ſpeculandi gratia eſſent remiſſi.* Ubi ſi pro *ſed* legas *&*, conſtabit ſenſus: verum vulgata lectio optima eſt in Hirtio, & veriſſima. VOSS. MSS. nonnulli *colendorum.* Quod idem eſt. CLARK. *Incolendorum* inveni in ſolis Andino & Oxon. Ceteri ſcripti & Edd. primae, item Vaſc. Str. Steph. aliaeque *colendorum*, quod multum praefero. qui ſcilicet remanſerant ad agriculturam exercendam: unde vitam ſuſtentare poſſent. c. 3. *rura colentes. qui non* placet e V. C. Urſino.

3. Impedita circumdatum palude] *In ſilva circumdata palude*, MS. Cuj., Bong. pr. ſec. Pet. Pal. & V. C. noſter. *in ſilva circumdatum palude*, Bong. tert. *in ſilva circumdata pelle* MS. noſter; quod damno. VOSSIUS. In aliis Codd. omiſſa voce *impedita*, legitur *in ſilva, circumdatum palude*, quam lectionem *Fr. Hotomannus* recipiendam putavit, quia ſtatim *Caeſar ulteriores ſilvas* memoret. Nos autem, utraque admiſſa, ſcribimus *Locum caſtris excelſum in ſilva, impedita circumdatum palude.* Sic c. XIV. *paludem impeditam* dixit. Cum tamen plurimi MSS. & Editt. vett. *Rom. Ven. Beroald.* exhibeant *circumdata*, potius legendum exiſtimarim *locum caſtris excelſum in ſilva impedita, circumdata palude, delegiſſe.* Certe c. XVIII. *ſilvas* vocavit *impeditiſſimas.* DAVIS. Ex MSS. plurimorum conſenſu, exiſtimo legendum, (*Locum caſtris excelſum* in ſilva, *impedita circumdata palude.*)

Codi-

mani intellexiſſent: paucis ante diebus ex his [1] *caſtris* [a] *Atrebatem Com-*
6 *mium diſceſſiſſe ad auxilia Germanorum* [b] *adducenda, quorum &* [c] *vicinitas propinqua, & multitudo* [d] *eſſet infinita: conſtituiſſe autem Bellovacos, omnia principum conſenſu, ſumma plebis cupiditate,* [2] *ſi* [e], *(ut dicebatur,) Caeſar cum* III *legionibus veniret, obferre ſe ad dimicandum, ne miſeriore ac duriore poſtea conditione cum toto exercitu* [3] *decertare cogeren-*
7 *tur:* [f] *ſi majores copias* [4] *adduceret, in eo loco* [g] *permanere, quem delegiſſent; pabulatione autem, quae propter anni tempus* [h] *quum exigua tum* [i] *disjecta eſſet, & frumentatione, & reliquo commeatu, ex inſidiis prohibere Romanos.*

8 VIII. Quae Caeſar, [k] conſentientibus pluribus, quum cognoviſſet; atque ea, quae proponerentur, conſilia plena prudentiae, longeque a temeritate barbarorum remota eſſe judicaret; omnibus [l] rebus inſerviendum ſtatuit,

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt vulgo. b *deduc.* L. tert. Ed. Inc. c *vicina propinquitas* And. Ox. d abeſt ab Ox. e *ut ſi venire offerrent* Edd. Ald. Gryph. Plant. aliaeque. *Diceretur* vulgo. *offerrent* etiam MSS. & Edd. pp. praeter Urſ. Cuj. Sc. L. pr. And. Ox. *ſeſe* L. pr. f Sic MSS. & Ed. Vett. non *ſin.* V. ad l. VII, 66. & paſſim in Caeſare. g Sic MSS. fere omnes, & Edd. pp. R. Steph. aliaeque. vulgo *quum conſ. plurimis cognoviſſet. rebus* addunt Pulm. Sch. *cognoſſet* etiam MSS. 7. & Steph. *conveniſſet* Ox. h deeſt And.

Codices nonnulli, (—— *impedita* circumdatum *palude.*) Daviſius diſtinguit, —— (*in ſilva impedita, circumdata palude.*) Quod parum intereſt. Priorem tamen Lectionem praefero. CLARKE. Uti vulgo editur, diſerte exhibent optimi Codd. Andinus & Oxonienſis. Ceteri tum aliorum, tum mei & Edd. primae *in ſilva, circumdata palude.* Unde legendum eſſe liquido adparet *in ſilva, inpedita circumdatum*, vel ſi mavis ob plurimorum Codicum conſenſum *circumdata palude.* Sed rurſus nolo id mutare, quia poteſt facile ad *locum* referri. Solent enim paluſtria eſſe in ipſis ſilvis. Unde crebro junguntur *ſilvae paludeſque.* & l. VI. c. 34. in MSS. quibusdam; *aut locis ſilveſtribus palus inpedita.* Poſſet alioquin etiam ſcribi *inpeditum circumdata palude.* Certe *inpeditum* ajunt eſſe in Carrarienſi, habetque Oroſius. De *loco inpedito, palude inpedita* vide plura ad l. VI. c. 8. *Circumdari* tam dicitur id, quod ambit & cingit, quam quod ambitur & cingitur. Hirt. B. Afric. c. 74. *Multitudine circumdata.* Vide ad Livium l. I. c. 28. *Armata circumdatur legio*, & ad Juſtin. l. IV. c. 4. *Munitionibus circumdatis.* Ut & *circumfundi* ſaepius. Minus bene Ciaccon. *ſilva inpeditum circumdatum palude.* Dein autem conjicit *inferiore ac duriore cond.* Fruſtra.

1. CASTRIS COMIUM] *Caſtris Atrebatem Comium.* Bong. pr. ſec. tert. Pet. Pal. & v. c. ac MS. noſter. VOSS. *Atrebatem* addunt MSS. omnes praeter Oxon., uti & Edd. primae ut ſupra; quare repoſui.

1. SI, UT DICERETUR, CAESAR] Lege *dicebatur*, ut exhibet *Bongarſ.* tert. DAVIS. *Cur. ſec.* Accedit Leidenſ. ſec. & MS. Latinii, teſte Urſino.

2. DECERTARE COGERENTUR] *Decertare*, ſi Bernartio (notis in Statium) credis, eſt *vehementer & pertinaciter certare.* Ut *deperire*, pro valde perire, &c. Sed multum fallitur. Neque aliud aut ἐμφατικώτερον eſt hoc *decertare*, quam *certare.* Bernartium miror non magis in Papinio verſatum fuiſſe, quam ut hoc diceret. cum conſtet familiare illi aevo fuiſſe compoſitis vocabulis, pro ſimplicibus uti. Sic idem Statius I. Thebaid. *dequeſtus* pro *queſtus* dixit. & Suetonius *decoenare* pro *coenare*, & alia id genus complura habet. Tale eſt quod in Julio ejus legimus c. XXIV. *Sed rebus proſpere decedentibus.* aliis autoribus diceretur, *proſpere cedentibus*, ut *male cedere* Horatius & Ovidius dixerunt. VOSSIUS.

4. ADDUCERET] *J. Fr. Gronovius* ex optimis, ut ait, membranis legit, *ſin majores copias ageret.* Vide ſis eum ad *Livii* VI, 28. Noſtri vero codices vulgatam lectionem tuentur, eamque retineo, cum Caeſar hoc, non illo, modo loqui ſoleat. DAVIS. *Cur. ſec.* More ſolito Andinis membranis adſtipulantur Oxonienſes, quas hic contra reliquorum Codicum conſenſum & frequentem in his commentariis uſum τοῦ *adducere* non quidem auſim ſequi, ut in textum *agere* reponam. Verum eam lectionem egregie juvant integerrimi Codices Hirtii ipſius l. de B. Africo c. 18.

ſtatuit, quo celerius [1] hoſtis, contemta ſuorum paucitate, [a] prodiret in 2
aciem: ſingularis [b] enim virtutis [2] veterrimas [c] legiones [d] VII, VIII, & IX
habebat, ſummae ſpei, [e] delectaeque juventutis XI, quae octavo [f] jam ſti-
pendio [3] functa, tamen, [g] conlatione reliquarum, nondum eamdem ve-
tuſtatis, [h] ac virtutis ceperat opinionem. Itaque [4] conſilio [i] advocato, re- 3
bus iis, quae ad ſe eſſent delatae, omnibus expoſitis, animos multitudi-
nis confirmat. Si forte hoſtes III legionum numero poſſet elicere ad di-
micandum, agminis ordinem ita conſtituit; ut legio [k] VII, VIII, IX
ante omnia [5] irent inpedimenta; deinde omnium inpedimentorum a-
gmen (quod [l] tamen erat mediocre, ut in expeditionibus eſſe conſuevit)
cogeret XI, ne [m] majoris multitudinis ſpecies accidere hoſtibus poſſet,
quam ipſi [n] depopoſciſſent. Hac ratione paene [o] quadrato agmine inſtru- 4
cto,

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *hoſtes prodirent.* b *etiam* And. c vulgo *veteranas.* d deeſt Pet. Edd. R. M. V. & IIX Egm. Contra & ante *nonam* abeſt a MSS. tantum non o. Rect. & malim ponere poſt *habebat.* e *el.* And. L. pr. f deeſt L. pr. g *collocatione* V. ſec. Sc. Ed. Steph. h Sic MSS. & Edd. Vett. non &. i *conv.* Egm. k deeſt Ox. *VII & IIX atque IX* L. pr. A reliquis & Edd. Vett. item Scal. abeſt copula. quare expunxi. dein *iret* vulgo quoque. l *ita t.* Egm. *tum* Buſ. Dorv. Edd. R. M. V. m *minoris* Lov. Edd. R. M. V. n *pop.* L. pr. ſec. o *quadrano* E.

c. 18. *cunctis copiis auxiliisque actis*, ubi vide: vulgo *coactis* vel *accitis.*

1. HOSTES E. SUORUM P. PRODIRENT] Elegantius Bong. prim. *hoſtis prodiret.* quod ultimum etiam exaratur in Bong. ſec. & Egmund. retento *hoſtes*; quaſi *hoſtis* in Nominativo etiam diceretur *hoſtes*, ut *vallis* & *valles* & alia, de quibus vide ad l. VII. c. 47. Praeterea *ſuarum* eſt in Voſſ. primo: unde Librarii alii dederunt forſan *ſua*; quod reſtat in Bongarſ. primo ac Leid. primo, & defendi poſſet.

2. VETERANAS LEGIONES] MSS. quinque *veterrimas.* VOSSIUS. MSS. quinque *Voſſ.* & *Brant. Norvic.* cum editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *veterrimas legiones*: quae quidem lectio videtur recipienda: *veterrimus* enim vox eſt proba, quam induxerunt Librarii, quia minus eſt proletaria. Vide *J. G. Voſſium* de Anal. l. II. c. XXIV. DAVISIUS. *Veterrimas*) Sic MSS. plurimi. Hancque Lectionem recipiendam exiſtimat Daviſius. Al. *veteranas.* CLARKE. Omnes omnino MSS. & Edd. ante Scalig. praeter Vaſc. Str. Steph. & Gryph. poſt. exhibent *Veterrimas*, quod mutari non debuit. *Veterrimas* vocat in collatione aliarum, ut patet ex ſeqq. Alibi *Veteres legiones* Caeſar dicit, ut l. III. B. Civ. 101. ut ipſe Hirt. B. Alex. c. 58. quamquam ibi in Leid. pr. eſt *veteranas.* Contrarium amplectitur Hotom. ex l. I. c. 24. *legionum 4 veteranarum.* ubi MSS. tamen mei omnes *veteranorum* dant. Sed aliter MSS. l. III. B. Civ. c. 29. ubi vide.

3. FUNCTA,] Deeſt in MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii, & Editt. Vett. Et deeſſe poteſt, integra ſententia. Pro *Collatione*) MSS. (in *collatione.*) CLARK. Plerique MSS. & Edd. ante Beroaldum non agnoſcunt *functa.* Sed non loqui tam conciſe ſolet Hirtius. quare hoc participum retinui auctoritate Cujac. Scalig. Leid. pr. And. & Oxon. ac Petav. a m. ſec. Seneca Epiſt. 93. *functum omnibus vitae humanae ſtipendiis.* Iidem Codices, & alii non habent *in*, quod tanquam in omnibus MSS. exſtaret, profert Clarkius, ſed Edd. primae exhibuerunt. Quomodo Auctor B. Hiſpan. c. 31. *In collatu pari ſunt conditione.* Nihilominus vulgarem lectionem praefero.

4. CONSILIO ADVOCATO] Proculdubio legendum *concilio*, cum omnes milites ad hunc coetum cogerentur. DAVIS. *Concilio* eſt in Edd. Vaſcoſ. Str. Steph. Gryphii utraque, & forſan in uno alteroque MSS. At tamen non temere hic mutem. *Conſilium* poſtquam dimiſerat, Tribuni militum, & primi Ordinis Centuriores potuerunt ea communicare, ut ſaepius ante, cum militibus. *Omnibus* pertinet ad conſilii participes, non ad *multitudinem*, a qua ſecernuntur. *Concilio* edidit quoque Clarkius, qui ſine dubio etiam de *concione* intellexit. Contra idem cum vulgaribus edidit *in conſilio* l. I. B. C. c. 19. ubi eaedem Edd. & MSS. plerique *concilio* habent, ubi vide: ibidem *concilia conventusque hominum fugeret.*

5. IRENT] Ita ex MS. Reg. reſtitui. Quod habent Editi, (*iret*,) minus eleganter dictum eſt. CLARKE. Ita bene Clarkius, & jam ante eum Vaſcoſ. Strada, Stephan. Gryph. poſt. confirmaturque

cto, [1] in conſpectum hoſtium, celerius opinione eorum, exercitum [a] adducit.

1 IX. Quum [b] repente inſtructas velut in acie certo gradu legiones accedere Galli [c] viderent, quorum erant ad Caeſarem plena [d] fiduciae conſilia perlata, ſive certaminis periculo, ſive ſubito adventu, [e] ſeu exſpectatione noſtri conſilii, copias inſtruunt pro caſtris, nec loco ſuperiore [f] de-
2 cedunt. Caeſar, etſi dimicare optaverat, tamen admiratus tantam multitudinem hoſtium, valle intermiſſa, magis in [g] altitudinem depreſſa, qua
3 late [h] patente, caſtra caſtris hoſtium confert. Haec imperat vallo pedum XII [i] muniri, [2] coroniſque loriculam pro ratione ejus altitudi[illegible] foſſam duplicem, pedum [k] quinum denum, lateribus [l] directis, deprimi, [m] turris crebras [n] excitari, in altitudinem III tabulatorum, pontibus trans-
4 jectis, [o] conſtratiſque conjungi; quorum frontes viminea [p] loricula munirentur,

VARIAE LECTIONES.

a *Adduxit* Lov. L. ſec. b Sic MSS. fere omnes & Edd. pp. *Quas cum* Scal. *quas legiones r. i. v. in a. c. g. a. G. cum V.* MSS. Cuj. Ox. Lov. pr. & Edd. multae. *Quum leg. &c.* vulgo. *Quum* deeſt V. ſec. c *viderunt* MSS. & Edd. qdd. d *fiducia* L. pr. e *ſive* B. pr. Lov. Edd. qdd. f *deducunt* Ox. And. g *latit.* Edd. R. M. V. *altitudine* Lov. h *patentem* & *depreſſam* Egm. *patentia* L. pr. i *munire* MSS. 12. & Ed. Inc. dein vulgo deeſt *loriculam.* k *quindenum L.* pr. MSS. plerique & Edd. pp. *denum quinum. demum & q.* Lov. Egm. l *der.* B. pr. ſec. V. pr. & alii. V. ad l. VII, 72. *depr. dir.* MSS. plurimi & Edd. pp. *deprimit* Pet. m Sic B. pr. Pet. V. pr. & 2 alii, non *turres.* n *excitavit in altitudine* Ox. o *contractisque* And. p *luricula* B. pr. ſec. V. pr. ſec. L. pr. *lorica* Egm.

turque MSS. Scalig. Oxon. Leid. pr. Voſſianis duobus & aliis cum Ed. Inc. 1473.

1. IN CONSPECTUM HOSTIUM] MS. *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *in conſpectu hoſtium*, nec hanc lectionem alia de ratione mutarunt editores nuperi, quam quod a Grammaticis decepti, accuſativum plane neceſſarium eſſe perperam cenſuerunt. *Phaedrus* l. v. Fab. 1. *Quiſnam cinaedus ille* in conſpectu meo *audet venire*? *Sulpicius Severus* Hiſt. Sacr. l. I. c. VIII. *Qua neceſſitate Iſaac* in Geraris *ad Regem Abimelec ceſſit*, ubi etiam *Car. Sigonius* abſque cauſa ſontica repoſuit *in Geraro.* Idem c. XXIX. *Urgente nocte, compulſus* in oppido. Alia hanc in rem exempla videre eſt apud *G. J. Voſſium* de Conſtr. c. LXV. DAVIS. *In* conſpectu *adducit*) Vide ſupra ad l. IV. c. 12. CLARKE. Ita agit Clarkius, ac ſi MSS. & Edd. omnes darent *conſpectu*, uti etiam l. VII. c. 48. VIII, 23, 27, 29. Verum *conſpectu* non comparet, niſi in Voſſ. pr. Lovan. Egmund. Voſſ. ſec. & tertio ac primis Edd. ſolemni confuſione, ut ſaepe dictum eſt; nec ubique temere recipiendum. Hoc enim pacto facile altera locutio *in conſpectum* poſſet proſcribi, & nullus invenietur locus, in quo non MSS. quidam, omiſſa lineola, Ablativum oſtentent. Delendam autem notam ſuam in curis ſecundis monuit Daviſius.

2. CORONISQUE PRO RATIONE EJUS ALTITUDINIS] *Loriculam pro hac rat.* Bong. tert. Pet. Pal. & ſimiliter fere omnes reliqui codd. Sed nec illud *coronis* rejici velim: nam *coronae* ſunt faſtigia & ſummitates turrium. Στεφάνας Euripides, στεφανώματα πύργων Sophocles nuncupat. Originem vocabulo dedit, quod ut corona dentata plerumque eſt, ita ſaepe & veterum moenia, intervalla exigua, aut rimas in ſummo habebant, quae pro feneſtellis erant propugnantibus. Quin deprehendas hodieque in vetuſtioribus muris indicia, aut potius ipſiſſimam formam. VOSSIUS. De hoc loco multo *Juſt. Lipſius* Poliorc. l. III. Dial. II. DAVIS. MSS. plurimi *Loriculam pro hoc ratione.* CLARK. *Coroniſque* eſt in ſolo Faerni libro. In Andino & *coronis.* In Oxon. & Urſin. *Coronis inaed.* elapſis *que* & ſeqq. 4 vocibus. Ceteri MSS. omnes & Edd. primae aliaeque *Loriculam* vel *loricam* vel *luricam pro hac ratione ej. alt.* quam lectionem propugnat Lipſius, & ex *inaedificandi* verbo ſtatuit fuiſſe ligneam. *Coronae* optime dici poſſunt στεφάνας murorum. Vide Graev. ad Heſiod. Θεογ. §. 916. & alios. Sed quid vetat utramque vocem admittere? Quo facit, verbum *inaedificari. Coronis loricam inaedificari juſſit.* i. e. in ſummo rotundi valli faſtigio aedificari loriculam. l. II. B. Civ. c. 16. *Inaedificata in muris moenia.* Nam & στεφάνας & στεφάνας pro ipſis

rentur, [1] ut hoſtis a duplici [a] foſſa, [2] duplici propugnatorum ordine, defenderetur; [b] quorum alter ex pontibus, quo tutior [c] altitudine eſſet, hoc audacius longiuſque tela [3] permitteret; alter, [4] qui propior [d] hoſtem in ipſo vallo conlocatus eſſet, ponte ab incidentibus telis tegeretur. Portis fores, altioreſque turres inpoſuit.

X.

Variae Lectiones.

a Deſunt *duplici foſſa* vulgo, & *depelleretur* ibid. b *quo* L. pr. c *ex alt.* Carr. Lov. V. ſec. Edd. R. M. V. Fl. d deeſt L. pr. *hoſtium* MSS. & Edd. pp. aliaeque. *ipſo* & *in ipſo* abeſt a MStis & Edd. quibuſdam male.

ipſis muris ſeu eorum ambitu adhibuerunt Graeci, ut in Epigramm. ὑπὸ στεφάνοισι πόληος. lib. I. p. 90. Ed. Steph. Adde ejus Theſaurum. Immo hanc emendationem unice confirmat Curtius l. IV. c. 4. §. 30. *Anguſta muri corona erat: Non pinnae, ſicut alibi, faſtigium ejus diſtinxerant, ſed perpetua lorica obducta tranſitum ſepſerat. Hac* addunt Edd. ante Scalig. & MSS. praeter Faern. & Andin. tamen, quare rurſus intrudere nolui; ſed alioquin abjici poterat *ejus*, ſi MSS. faverent. Si conjecturis indulgere licet, en aliam; quam forſan non nemo amplectatur, *& loriculam pro coronis ac ratione ej. alt. Loricam & pinnas* jungit l. VII. c. 72.

1. Ut hostis a duplici propugnatorum ordine depelleretur] Ab hac lectione multum abeunt Codd. nonnulli. MSS. *Carrar.* & *Norvic. Ut ab hoſtibus duplici propugnatorum ordine defenderentur.* Sic & editt. *Rom. Ven. Beroald.* niſi quod in iis *defenderetur*; Recte, ut opinor. locus enim ſic videtur legendus *ut hoſtis a duplici foſſa, duplici propugnatorum ordine, defenderetur.* Ultima vox in cauſa fuit, cur loco *hoſtis a duplici foſſa*, repoſuerint Librarii *ab hoſtibus duplici foſſa:* rariorem enim hic obtinet *arcendi* ſignificationem. *Quadrigarius* Annal. XII. *Milites Metelli ſauciabantur multo minus, &, quod maxime opus erat*, a pinnis hoſtes defendebant *facillime.* Quis non videt, hinc conjecturam noſtram quam maxime firmari? Quod multo fiet manifeſtius, ſi audiamus *A. Gellium* Noct. Attic. l. IX. c. I. ubi ſic ille. *Quod autem ait idem Q. Claudius* a pinnis hoſtis defendebant facillime; *animadvertendum eſt uſum eſſe eum verbo* defendebant, *non ex vulgari conſuetudine, ſed admodum proprie & Latine, nam* defendere & offendere, *inter ſeſe adverſa ſunt, quorum alterum ſignificat* ἐμποδὼν ἔχειν, *alterum* ἐκποδὼν ποιεῖν, *quod hoc in loco in Q. Claudio dicitur. Silius* Italicus l. V, 491.

—— Defendere *neſcia morti*
Dedecus,

Et VII, 170.

—— *Pura ſoliti* defendere *lympha.*

Vide etiam not. ad l. I. B. G. c. XLIV. Vulgg. *depelleretur* ex hujuſce verbi interpretatione, & *duplici foſſa* omittunt ob primam vocem proxime repetitam. DAVIS. & CLARKE. Egregie hunc locum reſtituit Daviſius, quod e meis Codicibus clarius patet. Nam Bongarſ. Voſſ. Petav. Lovan. Egmond. Gott. Dorv. Leid. ſec. tert. & alii cum primis Edd. habent *ut ab hoſtibus duplici foſſa d. p. o. defenderentur*, vel *defenderetur.* Oxon. & And. cum Scalig. adſtipulantur vulgatis; ſed hinc patet *hoſtis* eſſe in aliis MSS. at Leid. Sec. *hoſtis* & *duplici foſſa* agnoſcit; ſed retinet *depelleretur*, quod ſine dubio e Gloſſa intruſum. Saepe in Caeſare & Hirtio uſu venit, ut e duabus lectionibus tertiam elicere debuerimus, quae ab auctore veroſimillime videtur eſſe profecta. De verbo *defendere* adi Brant. ad l. II. c. 44. & Ill. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. Her. V, 16.

Defenſa eſt humili cana pruina caſa.

Dictys Cret. c. 7. l. 3. *Regis necem defenderent.* Infra l. I. B. Civ. 7. *Imperatoris injurias defendere.* l. II. B. c. 2. ut *ignis jactus & lapides defendi poſſent.* Adde c. 9. l. III. c. 110. *vim ſuorum defendebant.*

2. Duplici propugnatorum ordine] Altero ſcilicet, *in* pontibus; altero, *ſub* pontibus, in ipſo vallo. CLARKE.

3. Permitteret] Sic MSS. conſtanter, vel *permitteret tela.* In Leid. pr. t. *permitterentur.* Edd. tamen primae, multaeque aliae dant *promittere*; idque placuit Heinſio ad Silium Ital. l. III. §. 534. *Quacumque datur permittere viſus.* Sed *permittere* efficacius eſt, quo notatur talis jactus, ut pertingant tela ad hoſtes. Vide notata ad Lucan. l. IV, 651.

Non potuit nati Tellus permittere vires.

Male legi *promitti* ſcribit Gruterus ſe oſtendiſſe in Seneca philoſopho & Martiali non ſolum, ſed & nuperrimo Taciti ſchediaſmate: ubi quaerant, quibus plus otii eſt.

4. Qui propior hostem in ipso vallo collocatus] *Quo* pro *qui* habent MSS. quinque. *propior hoſtium vallo coll.* tert. *propior hoſtem valle coll.* Palat. *propior hoſtem vallo cum locatus* Petav. *cum locatus*, ex *conlocatus* factum. VOSSIUS. Vul-

1 X. Hujus munitionis duplex erat conſilium: namque [1] & [a] operum magnitudinem & timorem ſuum ſperabat fiduciam barbaris [b] adlaturum; &, quum pabulatum frumentatumque longius eſſet proficiſcendum, parvis co-
2 piis caſtra munitione ipſa videbat poſſe defendi. [c] Interim, crebro paucis utrimque procurrentibus, inter bina caſtra palude interjecta, contendebatur: quam tamen paludem nonnumquam [2] aut noſtra auxilia Gallorum Germanorumque tranſibant, acriuſque [d] hoſtes inſequebantur, aut vicissim
3 hoſtes, [3] eamdem tranſgreſſi, noſtros longius ſubmovebant. Accidebat autem quotidianis pabulationibus, (id quod accidere erat neceſſe, quum raris disjectiſque [e] ex aedificiis pabulum [f] conquireretur) ut [g] impeditis locis
4 diſperſi pabulatores circumvenirentur: quae res [4] etſi mediocre detrimentum jumentorum, ac ſervorum noſtris [h] adferebat, [5] tamen ſtultas cogitationes incitabat barbarorum: atque eo magis, quod Commius, quem profectum ad auxilia Germanorum arceſſenda [i] docui, cum equitibus venerat:

VARIAE LECTIONES.

a *Operis* Edd. R. M. V. *munitionem* MS. Br. & alius. b *ablat.* L. pr. V. ſec. *illat.* Lov. Dorv. c *interea* L. pr. *crebra* Egm. a m. pr. d *noſtri* And. Ox. *hoſtes noſtri inſ. ac.* L. pr. e deeſt *ex* MS. Br. Lov. L. pr. ſec. Scal. Edd. Inc. Vaſc. Steph. Gr. poſt. non male. f *conquirerent* Carr. *pabulatio* Lov. g *impediti* MSS. 3. *inpedimentis* MSS. 7. ſed v. ad l. VI, 8. & *diſperſis* MSS. & Edd. pp. praeter Cuj. L. pr. Scal. And. Ox. *diverſis* B. tert. item *pabulatoriis* MSS. 8. h *adferebant* Lov. i Sic MSS. & Edd. primae aliaeque ut c. 19. Edd. Baſ. Ven. 1517. Aldi, Man. Gryph. Plant. & ſeqq. cum MS. Ox. *dixeram.* dein vulgo *tametſi* & *quingentis*.

Vulgata jam lectio eſt a Scaligero ex Faërni & Urſini MSS. ac emendatione, quicum faciunt And. Oxon. Stephan. Hotomani Codd. Reliqui MSS. & Edd. *Quo.* At id ex praecedentibus videtur repetitum. Non enim, quo propior erat miles, tegebatur ponte, ſed quia propior erat, ideo tegi ponte eum volebat.

1. ET OPERUM MAGNITUDINEM ET TIMOREM SUUM] Non revera timebat, ſed metum modo ſimulavit; quapropter legendum crediderim *ex operum magnitudine & timorem ſuum.* Corrigendus etiam eſt *Jul. Celſus* p. 162. ubi haec referens; *id*, inquit, *duplici fiebat ex cauſa, ut & hoſtibus fiducia* opinioque *Romanorum metus creſceret* &c. Legendum *opinione.* DAVIS. I. e. ſimulationem ſuam timoris. Conjecit Daviſius leg. *ex op. magnitudine:* ſed *& op. magnitudinem* idem eſt. CLARKE. Favet Daviſio nonnihil Petav. *magnitudine & timore ſuo.* Nil tamen muto. Ciacconius conjecit etiam *ex op. magnitudine timoris ſuſpicionem*, vel quia MS. habebat *ut tim.* hoc amplectebatur.

2. AUT NOSTRA AUXILIA GALLORUM] Sic recte e Ciacconii conjectura edidit Scaliger, & confirmat Cod. Oxon. Reliqui MSS. & Edd. priores *aut noſtra a. aut G.* vel ut in MS. Brant. & Lovan. *aut noſtri, aut aux.* Verum tum bis idem dixerit auctor. Gallos & Germanos intelligit, qui erant in auxiliis, ſive auxiliares Romanorum: de quibus alibi ſaepius.

3. EAMDEM] MSS. *eodem* Forte *eadem.* CLARK. Ciacconius conjecit *eandem*, uti jam ante legerat Urſinus e ſuo & Faerni libro. Optima eſt conjectura Clarkii, cui adſtipulantur Leid. prim. Scalig. & Oxon. In ceteris MSS. & Edd. prioribus invenias *eodem.* Saepe *quâ* ita corruptum in *quo*; & *eâ* l. v. c. 51. Ceterum pro *ſubmovebant* elegantius Lovan. *promovebant.* uti olim reſtituimus in Lucano l. VI. §. 201.

Hunc aries ferro balliſtaque limine porta
Promoveat.

4. ETSI MEDIOCRE] *Non mediocre* B. ſec. VOSSIUS.

5. TAMEN STULTAS COGITATIONES INCITABAT BARBARORUM] Verba *Jul. Celſi*, ubi hoc narrat, ſunt corruptiſſima. *Aequo id animo*, inquit ille p. 163. *ferebat Caeſar, Barbarorum ſpes* manes *parvisque ſucceſſibus* ineſtandas *ſperans.* Legit J. G. Graevius, *Barbarorum ſpes* magnis *parvisque ſucceſſibus* ineſcandas *ſperans.* Sed multum abeſt, ut ſcopum attigerit. Repone *barbarorum ſpes* inanes *parvis ſucceſſibus* incitandas *ſperans.* DAVIS. *Ineſcandas* malim.

6. Tametſi] Scalig. & Leid. prim. *tametſi.* Bene. Confer l. v. c. 34. *Tamen etſi ab duce & a fortuna deſerebantur, tamen* &c.

1. NON

rat: [a]qui [6]tamen etſi numero [1]non amplius erant quingenti; tamen Germanorum adventu barbari [2]inflabantur.

XI. Caeſar, quum [b]animum adverteret, hoſtem complures dies caſtris, 1
palude & [c]loci natura munitis, ſe tenere; neque obpugnari caſtra eorum ſine dimicatione pernicioſa, nec locum munitionibus claudi, [d]niſi a [e]majore exercitu poſſe; litteras ad [f]Trebonium mittit, ut, quam celerrime [g]poſſet, legionem [h]XIII, quae cum T. Sextio legato in Biturigibus hiemabat, [i]arceſſeret; atque ita cum III legionibus [3]magnis itineribus ad
ſe veniret: ipſe equites [k]in vicem Remorum, ac Lingonum, reliquarumque 2
civitatum, [l]quorum magnum numerum evocaverat, [4]praeſidio pabulationibus mittit, qui ſubitas hoſtium incurſiones ſuſtinerent.

XII. Quod quum quotidie fieret, ac jam conſuetudine diligentia [m]mi- 1
nueretur, (quod plerumque accidit diuturnitate,) Bellovaci [n]delecta manu peditum, cognitis ſtationibus quotidianis equitum noſtrorum, ſilveſtribus locis inſidias diſponunt; [o]eodemque equites poſtero die mittunt, 2
qui

VARIAE LECTIONES.

a qui uſque ad fin. cap. deſunt in Pal. Dorv. & Edd. primis. b vulgo *animadv. animadvertiſſet* L. ſec. *hoſtes* An. Ox. c *locis* minus bene MSS. & Edd. qdd. ut & *obpugnare.* d *niſi* ab hac voce uſque ad *cujus mali* cap. ſeq. incluſa deſunt B. pr. ſec. Pet. Voſſianis, Egm. Lovan. Leid. tert. & Ed. Inc. e *majori* MSS. 3. Edd. R. M. V. f *Gajum Tr.* L. pr. bene. g *poſſit* L. pr. Edd. R. M. V. h *XII.* Pal. *XIV* Ox. Lov. Dorv. L. ſec. Edd. R. M. V. male. V. ad c. ſec. i *arceſſiret* Pal. Dorv. de quo alibi. k *in vicos* L. pr. l *quarum* Ox. male. V. ad l. VII, 37. m *inveniretur* L. pr. Sc. *muniretur* MSS. 3. n *dejecta* MSS. 6. *d. m. equitum, ped.* Carr. o *eademque* L. pr. Scal.

1. NON AMPLIUS ERANT QUINGENTIS] Omnes MSSti habent, *non amplius erant quingenti.* & ſic reſcribendum. VOSSIUS. *Quingenti*) ſic MSS. Vulgg. *quingentis.* Quod minus eſt elegans. CLARKE. *Quingenti* reſcripſi auctoritate MSS. praeter Voſſ. ſec. & Edd. Veterum, uti & R. Stephani: per ellipſin ꝧ *quam.* uti cum reliquis ſaepe amant Caeſar & Hirtius loqui. l. IV. c. 12. *Amplius octingentos equites haberet.* Bis l. III. B. Civ. c. 99. B. Afric. c. 1, 5. *equites minus XXX* c. 78. *minus paſſus* CD. Adde dicta ad l. IV. c. 37. ſed tamen l. III. B. Civ. c. 28. *paullo minus ducentis.* ubi etiam vide. In Scalig. & Leid. pr. exaratur *ſed tamen.*

2. INFLABANTUR] *Nitebantur* B. pr. ſec. tert. Petav. VOSSIUS. MSS. innumeri habent cum Edd. primis, in quibus haec eſt periodus, *nitebantur*, probante Grutero. Mihi ſecus videtur, & vulgarem lectionem retineo nixus auctoritate Cujac. Scalig. Leid. pr. And. & Oxon. c. 12. *Inflantur atque incitantur hoſtium animi.* ubi tamen melius, quam hic, Codd. fere omnes *inflammantur.* quo loco dicemus plura. Alibi *inflatius.* atque ita ſaepe alii. Poſſes legere *Barbari inflati nitebantur.* Dein repoſui rurſus fide Codd. Andin. & Oxon. *animum advertiſſet.* (& c. ſeq. *animum advertiſſent.*) ac c. 16. *Diſceſſum b. animum advertit.* Vide ad l. 1, 24. & mox c. 14.

3. MAGNIS ITINERIBUS] Eleganter, & ut puto, vere Leidenſis ille primus habet *quam magnis.* Adi notata ad l. VI. c. 26. *Rami quam late diffunduntur.* l. 1. B. Civ. c. 55. *Quam magnum numerum intercipiunt.* Sic enim MSS. B. Hiſp. c. 33. *Coenam quam opimam adparari.* Apulej. l. IV. Met. p. 65. *loro quam valido.* V, 99. *quam concolores fallacias.* 101 *niſu quam valido.* & ſaepiſſime: quare nollem, tentatum eſſe locum l. VIII. Init. *fuit Charite quam miſella* ab Ill. Heinſio ad Ovid. Ep. XVII, 192. legenti *inquam.* Praecedit *ſic annunciabat.* nec magis valet Gruteri lectio ſuſp. I, 14. *quoniam.*

4. PRAESIDIO PABULATIONIBUS] Sic Manuſcripti, & veteres editt. (Primus *Gab. Faërnus* reſcripſit *pabulatoribus*, quem perperam ſecutus eſt *Joſ. Scaliger.*) Et eodem modo dictum hoc, quo apud Spartianum in Peſcennio Nigro legitur, *cum videret provincias facili adminiſtrationum mutatione ſubverti.* pro *adminiſtrantium.* Sic Caeſar l. III. de Bello Civili c. 32. *Erat plena lictorum & imperiorum provincia.* Sed talia plura occurrunt. VOSSIUS. Conſentiunt mei omnes. Sic *legationes* pro legatis, *miniſteria* pro miniſtris, *matrimonia*, pro uxoribus, & quae ſunt id genus innumera, quae ſupra jam aliquoties occurrerunt

qui primum elicerent [1] noſtros [a] inſidiis, deinde circumventos adgrede-
3 rentur. Cujus [b] mali ſors incidit Remis, quibus [c] ille dies fungendi mu-
neris [2] obvenerat: namque ii, quum repente hoſtium equites [d] animum
advertiſſent, ac numero ſuperiores paucitatem contemſiſſent, cupidius
4 inſecuti, [e] a peditibus undique ſunt circumdati. Quo facto perturbati
celerius, quam conſuetudo fert [f] equeſtris proelii, ſe receperunt, amiſſo
5 [3] Vertiſco, principe civitatis, praefecto equitum; qui quum vix equo pro-
pter aetatem poſſet uti, tamen conſuetudine Gallorum, neque aetatis ex-
cuſatione in ſuſcipienda praefectura uſus erat, [g] neque dimicari ſine ſe
6 voluerat. [4] Inflantur atque incitantur hoſtium animi ſecundo proelio,
principe [h] & praefecto Remorum interfecto; [i] noſtrique detrimento ad-
monentur, diligentius exploratis locis ſtationes diſponere, ac moderatius
cedentem inſequi hoſtem.

VARIAE LECTIONES. XIII.

a vulgo *in inſidias.* ' b *mala* Ox. c Sic MSS. & Edd. Vett. non *illa. fugiendi* MSS. 3. Ed. Inc. inepte. d Sic And. Ox. non *animadv.* e Ita Cuj. Sc. L. pr. A. Ox. Reliqui & Edd. pp. carent τῷ *a.* f *equeſtri ſe proelio rec.* L. pr. g Hae 5 voces deſunt L. pr. h deeſt & L. ſec. & *praef.* abſunt Edd. R. M. V. i Sic MSS. o. & Edd. pp. vulgo ſine *que.*

runt & a Viris doctis notata ſunt. Vide & c. 16. & c. 19. *inpetus inſidiarum.*

1. NOSTROS IN INSIDIAS] *Noſtros inſidiis*, Palat. & B. tert. *noſtros inſidiae*, MS. Cujacii. VOSSIUS. & MS. Regius. CLARK. *Noſtros inſidiis* exaratur in And. Oxon. Scalig. Dorvill. Bong. tert. Palat. Petav. a m. ſec. (nam a manu prima, ut diximus, haec non habet cum reliquis antiquioribus) Ed. Beroald. *In inſidiis* Leid. ſec. cum Edd. primis. *Inſidiae* etiam Leid. prim. Grutero ſuſpectae ſunt duae hae voces *in inſidias.* Sed quid ni exponere poſſumus *elicere inſidiis* pro *ad inſidias.* Vide omnino notas ad Lucan. l. vi. c. 85. *diſcuſſere ſalo*, id eſt, in ſalum. & adde infra ad l. II. B. Civ. c. 19. B. Hiſp. c. 13. & ſaepiſſime. Nam *in inſidiis* pro *in inſidias* poſitum eſſe, non temere credo, licet ſciam aliis hoc non diſpliciturum, qui *in vinculis conjicere*, *in caſtris venire* & ſimilia propugnant apud aurei aevi ſcriptores: praeterquam quod *in* hic loci a MSS. abſit.

2. ILLA DIES] Ciacconius reſcribit; *illo die obv.* (ſcil. *ſors.*) Emendatione valde ineleganti. CLARK. *Obvenerat.* Non damno. monendum tamen in Lovan. Dorvill. Palat. & Edd. Rom. Ven. ac Mediol. ſcribi *venerat.* Quae mutatio non rara eſt. Vide Graev. ad Juſtin. l. XIII. c. 4. *Pars Ptolemaeo ſorte venit.* Burm. ad Phaedr. Fab. 2. in fin.

Majus ne veniat malum.

Venit dies apud auctores frequens eſt, de ſtatuto die. l. I. B. Gall. c. 8. *Ubi ea dies, quam conſtituerat cum legatis, venit.* l. I. B. Civ. c. 87. *cujus illi diem nondum veniſſe dicerent.* V. Cl. Burm. ad Phaedr. I, 16.

3. VERTISCO] *Verutio* MS. Cujac. & vetus cod. VOSSIUS. *Neruto* addit Leid. pr. *Verutio* Scalig. & Cujacii, non autem pro *Vertiſco* habent *Verutio*, ut ait Voſſius. *Verucio* eſt in Petav. margine. *Veriſco* Pal. & Dorvill. *Vertiſco duce* Leid. ſec. *Vertiſtus* in Celſo. *Vertico* nomine Gallus occurrit l. v. c. 46, 49.

4. INFLANTUR ATQUE INCITANTUR] *Inflammantur* eſt in MSS. quinque. VOSSIUS. MSS. quinque *Voſſ.* & *Norvic.* cum editt. *Rom. Ven. Beroald. Steph. inflammantur atque incitantur.* Sic noſter de Bell. Afric. c. XIX. *Hac ſpe atque audacia* inflammatus *Labienus.* Cum igitur ea lectio Codicum auctoritate nitatur, idoneam ejus rejiciendae cauſam non video. DAVIS. *Inflammantur*) Sic MSS. Al. *inflantur.* CLARK. *Inflammantur* eſt etiam in Edd. Mediol. Inc. Vaſcoſ. Stradae aliiſque, & MSS. omnibus, exceptis tamen Andin. & Oxon. forſan etiam Cujac. & Scaliger. ac Brantii: nam de varietate nihil ille monet. quare mutare τὸ *inflantur* rurſus nolui, licet & altera lectio *Inflammantur* non minus ſit bona. Sed & cap. praec. *inflabantur* habuimus. quamquam auctor variare has locutiones, & *inflantur* ex compendio ſcripturae facile naſci potuit. at dubitationem tollat conſenſus Codd. & Edd. l. III. B. Civ. c. 108. *Hunc incitatum ſuis, & regis inflatum pollicitationibus.*

5. INTERMITTUNTUR] Bong. pr. ſec. Petav. Voſſian.

XIII. Non [5] intermittuntur interim quotidiana proelia in conſpectu 1
utrorumque caſtrorum, quae ad vada, tranſituſque fiebant paludis. Qua 2
contentione Germani (quos propterea Caeſar tranſduxerat Rhenum, ut
equitibus [a] interpoſiti proeliarentur) quum conſtantius univerſi paludem
tranſiſſent, paucisque [1] reſiſtentibus interfectis, pertinacius [b] reliquam
multitudinem [c] eſſent inſecuti, perterriti non ſolum ii, qui aut comminus
obprimebantur, aut eminus vulnerabantur, ſed etiam, qui longius ſubſi-
diari [d] conſueverant, [e] turpiter refugerunt; nec prius finem fugae fece-
runt, ſaepe [f] amiſſis ſuperioribus locis, quam ſe aut in caſtra ſuorum re- 3
ciperent, [2] aut nonnulli pavore coacti longius [g] profugerent. Quorum 4
periculo ſic omnes copiae ſunt perturbatae, ut vix judicari poſſet, utrum
[3] ſecundis [h] parvulis rebus inſolentiores; an adverſis mediocribus timidio-
res eſſent.

XIV. [i] Compluribus diebus iiſdem [k] in caſtris conſumtis, quum pro- 1
pius

VARIAE LECTIONES.

a *interpoſitis* MSS. 9. praeter And. & Ox. & Edd. pp. male. V. l. 1, 48. Infra c. 19. 111. B. Civ. 84. *inpoſitis* G. V. tert. b *reliqui* Egm. c *erant* V. tert. d *conſúerant* V. pr. Lov. Egm. & 4 alii, cum Edd. R. Inc. *longius ſubſidio conſtiterant* Ox. e deſunt 2 voces Pal. Dorv. *fugerunt* vulgo contra MSS. meliores 12 & Edd. Vaſc. Str. Steph. aliaeque. f *omiſſis* Lov. Dorv. *miſſis* Pal. g *effugerent* B. pr. Ox. h vulgo *nimiiſque*, & *mediocribuſque.* i Sic MSS. & Edd. ante Scalig. vulgo *complurimis.* k Ita And. Ox. V. ſec. A reliquis, nec male, deeſt *in*, uti & ab Edd. pp.

Voſſian. pr. ſec. Leid. pr. Oxon. Egmund. habent *intermittit.* Quod non temere damnem. *Caeſaris* nomen ſaepe in his Commentariis reticetur, ut quod ſatis per ſe ſubintelligatur. Vide ad l. 11. c. 17.

1. Resistentibus] MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii & Edd. Vett. *in reſiſtendo.* CLARK. *In reſiſtendo* etiam Vaſcoſ. Steph. & alii cum MSS. fere omnibus. ſine dubio ex Gloſſa alicujus explicantis τὸ *reſiſtentibus*, quod ſervant MS. Hotom. Bong. prim. And. & Oxon.

2. Aut nonnulli pavore coacti longius profugerent] *Bongarſ.* ſec. *aut* nulli *pavore coacti.* Lego *aut* inani *pavore coacti.* DAVIS. *Cur. ſec.* Sic non exſtat in Bong. ſec. ſed *pudore*, quod exhibent reliqui omnes MSS. & Edd. ante Scaligerum, qui Urſiniani codicis lectionem recepit, & etiam amplexus eſt Gruterus, ac Lipſius, qui libri ſui margini adſcripſit *timore.* At *pudore*, quod ſaepe in MSS. commutatur & confunditur cum *timore*, *pavore*, non auſim hic penitus damnare. potuerunt longius profugiſſe, quia pudebat eos in caſtra reverti. Ceterum Daviſii conjectura non eſt neceſſaria. Si quid mutandum facile eſſet reſcribi *nonnullo.* Quod plane legitur in Voſſiano primo. *nonnullis pudore coactis* Bong. tert. & Voſſ. ſec. ac Carrar.

3. Secundis nimiisque rebus] Ita Scaliger edidit. Antea fuerat *ſecundis minimiſque rebus.* quomodo & legitur in pr. ac ſec. Bongarſ. Pro quo Urſinus legebat *maximiſque.* Ego neutrum recte cepiſſe locum ajo: & reſcribo *ſecundis minimis.* Hoc eſt paululum modo ſecundis. in Cujacii MS. & V. C. pro *minimiſque* erat *parvulis*, quod gloſſema eſt, poſtea & textui inrepſit, ac Hirtii ipſius vox extruſa eſt. Interea vel haec vox ſatis oſtendat, Hirtium ſcripſiſſe *minimis.* Ego ſane commodiſſimam hic ſententiam video. Nam autor ut inconſtantiam Gallorum deſcribat, ait dubium fuiſſe, utrum rebus parumper ſecundis inflatiores, an mediocriter tantum adverſis timidiores fuerint. Sed pro eo, quod ſtatim ſubditur, *an adverſis mediocribuſque*, conſtanter in quinque MSStis B. pr. ſec. tert. Pet. ac Palat. eſt *adverſo mediocri caſu.* ita & v. c. habet, unde non dubito reſcribere hoc pacto totam hanc periodum; *Ut vix judicari poſſet, utrum ſecundis minimis rebus inſolentiores, an adverſo mediocri caſu timidiores eſſent.* VOSSIUS. *Secundis* minimis *rebus inſolentiores, an adverſis mediocribus timidiores eſſent.*) Scaliger edidit, (*ſecundis* nimiiſque *rebus.*) Urſinus legit, (maximiſque *rebus.*) Uterque ſenſu plane contrario, atque erat mens Auctoris. MSS. habent, (*ſecundis* minimiſque *rebus.*) Quam eſſe veram Lectionem, recte vidit Dionyſ. Voſſius; deleta ſolummodo particula *que*, qua addita opus eſſe facile judicare potuit Librariorum inſcitia. Porro, pro (*adverſis mediocri-*

prius acceſſiſſe legiones, & C. Trebonium legatum, [a] cognoviſſent; du-
ces Bellovacorum, veriti ſimilem [b] obſeſſionem Aleſiae, noctu dimittunt
eos, quos [1] aut [c] aetate, aut viribus inferiores, aut [d] inermes habebant,
2 unaque reliqua inpedimenta: quorum perturbatum, & confuſum dum
explicant agmen (magna enim multitudo carrorum etiam expeditos ſe-
qui Gallos conſuevit) obpreſſi luce [2] copias armatorum pro ſuis inſtruunt
caſtris; ne prius Romani perſequi ſe inciperent, quam longius agmen in-
3 pedimentorum ſuorum [e] proceſſiſſet. [f] At Caeſar [3] neque reſiſtentes [g] ad-
grediundos, neque cedentes tanto collis adſcenſu laceſſendos judicabat;
neque [h] non uſque eo legiones admovendas, ut diſcedere ex [i] eo loco
ſine

VARIAE LECTIONES.

a *cognoſſent* B. pr. ſec. b *obſidion.* L. pr. c deeſt MSS. 2. Edd. R. M. V. d Per *i* V. tert. e *proceſſiſſent* V. pr. L. tert. f deeſt B. pr. g Haec 3 verba *adg. n. ced.* vulgo deſunt. h *ad uſque adeo* And. *adeo* Ox. i deeſt And. Ox.

diocribuſque, ut Scaliger minus recte edidit;) in MSS. eſt, *adverſo mediocri caſu.* Quod aeque probum eſt. CLARK. Non Urſinus, ſed Ciacconius legebat *maximiſque.* Perperam omnino. *Minimiſque* MStorum turba habet cum Edd. Vetuſtis: unde recte Voſſius *minimis*, male tamen ut Gloſſam proſcribens *parvulis*, uti ſine *que* liquide exſtat in Andino, & Oxon. In Leid. pr. eſt quoque, uti in Cujac. ac Scalig. *parvuliſque.* Vocula haec Caeſari & Hirtio in deliciis fuiſſe videtur: adeo ſaepe ea utuntur. *parvulum detrimentum* l. v, 52. *parvula proelia* l. IV, 30. V, 50. *parvula cauſſa* B. Civ. l. III, 72. *parvula navicula* c. 104. & alibi. ut & Hirt. in B. Afric. c. 37. *parvula proclivitas.* c. 54. *parvula cauſſula.* c. 63. *parvulum navigiolum.* c. 87. *parvula foſſa.* unde puto, me recte in textum recepiſſe. Jungit auctor uni ſubſtantivo duo adjectiva, uti non raro ceteri ſcriptores, tam hic, quam c. VI. *nullum ſummum bellum.* Vide etiam B. Alex. c. 29. Dein *adverſis mediocribus* exhibui, auctoribus MSS. And. Oxon. & Leid. pr. atque Edd. Venet. 1517. Ald. Baſil. *mediocribuſque* male Manut. Gryph. Plant. Scalig. & reliquae. At primae cum MSS. reliquis, item Vaſcoſ. Str. Steph. Cellarius &c. *Adverſo mediocri caſu*: quod tamen e Gloſſa ſive explicatione ortum videtur: (nam in Leid. primo ſcribitur *adverſis mediocribus caſu*:) niſi lateat quid abſtruſius.

1. AUT AETATE AUT VIRIBUS INFERIORES] Loco vocis ultimae *infirmiores* reponit *Pet. Ciacconius*; ſed non eſt, cur quidquam mutemus: *inferior* enim tantundem valet ac *infirmior.* *Juſtinus* l. V. c. 11, 12. *Exaequandaſque vires partium, & inferiores auxilio levandos.* Idem l. VIII. c. 1, 3. *Auxilium* inferioribus *ferendo.* Sic & *multitudine inferior* eſt *Sulpicii Severi* Hiſt. Sacr. l. I. c. 1, 4. DAVIS. Bene hoc defendit Daviſius. Adde Caeſarem l. III. B. G. c. 25. *Sub ſarcinis inferiores animo adoriri.*

2. COPIAS ARMATORUM PRO SUIS INSTRUUNT CASTRIS] Ita e MSto Ciacconii primus edidit Scaliger, quem reliqui ſecuti ſunt: cum vulgo ante ipſum excuſum eſſet *copiis armatorum caſtrorum vias inſtruunt*, quae lectio confirmatur MSS. And. & Oxon. Reliqui cum Edd. primis & R. Steph. *copias a. in* (deeſt praepoſ. Bong. tert. & Voſſ. ſec.) *ſuis inſtruunt caſtris.* Sine dubio male, & Ciacconii lectio utrique praeferenda. *Inſtruere copias pro caſtris*, id eſt, diſponere eas ante caſtra: quomodo paſſim *inſtruere legiones*, *aciem*, & eodem fere modo ſtatim *inſtruere legiones pro vallo* c. 15. immo ſupra c. 9. *copias inſtruunt pro caſtris.* Nihilominus aliud quid ex MStorum diverſitate latere puto, & ſcribendum opinor *copiis armatorum vias pro ſuis inſtruunt caſtris.* *Inſtruunt vias copiis*, ne eas occupare poſſint Romani, & ſic *prius perſequi inciperent* &c. ex quibus verbis *vias* videtur hic eſſe neceſſarium. quod facile excidiſſe potuit ob vicinitatem *ſuis.*

3. NEQUE RESISTENTES TANTO COLLIS ADSCENSU LACESSENDOS JUDICABAT] Pr. & ſec. B. ac V. c. habent, *neque reſiſtentes aggrediendos tanto collis adſcenſu judicabant.* Quod rectum videtur; nam illud *aggrediendos* majorem vim habet. VOSSIUS. *Aggrediendos*) Sic MSS. plurimi. Al. *laceſſendos.* CLARK. *Aggrediendos* ſive potius *adgrediundos* (nam ita eſt in Bong. pr. ſec. Voſſ. pr. ſec. Egmund. & aliis) ante *tanto* exhibent quoque MSS. aliorum & mei, Edd. primae ac R. Stephani, delentque *laceſſendos.* Verum tamen Andin. Cujac. Leid. prim. Oxon. ita legunt *neque reſiſtentes, neque cedentes tanto collis adſcen-*
ſu

ſine periculo barbari, [1] militibus inſtantibus, [a] non poſſent: [2] ita quum pa- 4
ludem inpeditam a caſtris caſtra dividere, ([b] quae tranſeundi difficultas
celeritatem inſequendi [c] tardare poſſet;) atque [d] id jugum, quod trans pa-
ludem paene [e] ad hoſtium caſtra [f] pertineret, mediocri valle a caſtris eo-
rum intercíſum [3] animum adverteret; pontibus palude [g] conſtrata, legio-
nes tranſducit, celeriterque in ſummam planitiem [h] jugi pervenit; [i] quae
declivi faſtigio duobus [k] ab lateribus muniebatur. [l] Ibi legionibus inſtru- 5
ctis ad ultimum jugum pervenit: aciemque eo loco conſtituit; unde tor-
mento miſſa tela in hoſtium cuneos conjici poſſent.

XV. Barbari confiſi loci natura; quum dimicare non recuſarent, ſi 1
forte Romani ſubire collem conarentur, [m] paullatimque copias diſtribu-
tas dimittere non [n] auderent, ne diſperſi [o] perturbarentur, in acie per-
manſerunt: quorum pertinacia [4] cognita, Caeſar, XX cohortibus inſtru- 2
ctis, caſtriſque [p] eo loco metatis, [5] muniri jubet caſtra. Abſolutis operi- 3
bus,

VARIAE LECTIONES.

a exſulat G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. b *haec* And. Ox. c *tardari* L. pr. *tardaret* Dorv. *non p.* Edd. R. M. V. Ber. aliaeque. d *ad* And. B. pr. Egm. e *uſque ad* L. pr. f *perveniret* And. g *contracta* And. h *vallis* Lov. inter verſu haec vox eſt in L. pr. *provenit* Scal. i *qui* L. pr. k *a l.* V. pr. L. ſec. & Edd. qdd. l *Ubi* B. pr. L. pr. m Sic Cuj. L. pr. Sc. And. Ox. Reliqui carent *que. & paull.* B. tert. L. ſec. *ac ipſi p.* Lov. Edd. R. M. V. *ac ſi ipſi p.* Pal. Dorv. Carr. n Ita Cuj. L. pr. Sc. And. B. tert. Pal. Dorv. *poſſent* ceteri cum Ed. Inc. o *turb.* L. pr. p *caſtris eo l.* L. pr. *e l.* B. pr.

ſu laceſſ. jud. Unde elicio hanc lectionem *neque reſiſtentes aggrediundos, neque cedentes tanto c. ad. laceſſ. j. Aggredi* eos, dum reſiſterent, & loco opportuno manerent, noluit Caeſar: ut patet vel ex c. 9. *Cedentes* autem *laceſſere* omnino ſtudebat; at hoc non poterat fieri *tanto collis adſcenſu*: Ideo celerrime copias admovit, & *jugum*, quod intercedebat, occupavit.

1. NOSTRIS MILITIBUS] Ita MS. Reg. In aliis deeſt *noſtris*. CLARK. Addunt eam voculam Edd. Vaſc. Str. Steph. Gryph. poſterior: ſed in MSS. meis non comparet.

2. ITA QUUM PALUDEM INPEDITAM A CASTRIS C. DIVIDERE (QUAE &c.] Intricatior locus eſt, nec, ut videtur, ſine mendo. Videamus ergo, quid in MSS. ſit ac Edd. primis. *Ita* non habent And. & Oxon. *Itaque* Ortel. *quum* deeſt Bong. pr. At *palude impedita* MSS. ad unum omnes, niſi quod in Bong. ſec. a manu ſec. ſit *palus:* uti etiam in Ortel. & Edd. principibus. *a* carent Andin. & Oxon. *in caſtris* Ort. *Divideret* Leidenſes, Voſſiani, Cujac. Scalig. Oxon. Petav. Bong. ſec. tert. Palat. Egmund. Gottorp. Dorvill. *dividerentur* Lovan. Carrar. & Brant. *dum videret* Bong. pr. *dimitterent* Andin. Ex his diverſitatibus commode legi poſſe arbitror: *Itaque* vel *ita quum paludes inpeditae a caſtris caſtra dividerent.* Vulgo jungere debent *cum animum adverteret.* Verum id Caeſar jam demum non animadvertit, ſed quamdiu hic caſtra habuerat, hoc ſciverat. *Paludes*, ut ſaepe, dicuntur totus ille locus paluſtris. Pluralis autem hic numerus anſam corruptioni dediſſe videtur. Mox *difficultate* legit Ciacconius, ut *quae* ad *paludem* referatur. Sed haec correctio ſine MStorum ope non eſt neceſſaria.

3. ANIMUM ADVERTERET] Elegantem hanc lectionem Manuſcripto *Norv.* debemus. in editis enim eſt *animadverteret*, quae ſane ſcriptura pares Veneres non obtinet. Vide not. ad l. I. B. G. c. XXIV. & l. V. B. G. c. XVIII. DAVIS. Sic quoque Bong. pr. Voſſ. pr. And. Oxon. Lovan. Egmund. Gottorp. & duo alii cum Ed. Incerta. Vide ad c. XI.

4. COGNITA, CAESAR] Leid. pr. & Oxon. *Caeſar, cognita.* Recte. Vide ad l. II. c. 49. *Quibus litteris Caeſar adlatis.*

5. MUNIRI JUBET C.] Non adſentior viro docto, haec verba pro ſpuriis habenti, quaſi ſatis ſubintellecta ſub ſeqq. *Abſolutis operibus.* Non ita ſolent Caeſar & Hirtius. Ceterum *munire* eſt in Bong. pr. & Oxon. ſed Cujac. Petav. Scalig. & Leid. pr. *metatis, Menapios munire jubet caſtra.* quaſi hoc onus injunxerit Germanis, qui ipſi erant in auxilio. Confer c. XIII. Nihil temere tamen adfirmo, Dein pro *abſolutis*, quod ſervant MSS. Cuj. Scal. Leid. pr. Oxon. & And. reliqui habent,

3 bus, [a] legiones pro vallo inſtructas conlocat: equites frenatis equis in [b] ſta-
4 tionibus diſponit. Bellovaci, quum Romanos ad inſequendum paratos vi-
derent, neque pernoctare, [c] aut diutius permanere [1] ſine cibariis [d] eodem
5 loco poſſent, tale conſilium ſui recipiendi inierunt, [2] *Faſces*, [e] *uti conſe-
derant*, ([4] namque in acie ſedere Gallos [f] conſueſſe, ſuperioribus [g] com-
men-

Variae Lectiones.

a *Pro v. l.* MSS. plurimi & Edd. pp. b *ſtatione* MSS. qq. & Edd. pp. *deponit* Lov. c Sic MSS. o. & Edd. Vett. non *neque*. V. ad l. III, 14. *reman.* non male L. pr. d *in eod.* L. pr. e vulgo *ubi conſed.* vel *ut conſuev.* & *nam.* f deeſt L. pr. g Sic Cuj. Sc. L. pr. Ox. And. Reliqui cum Edd. Vett. *Comm. Caeſaris.*

habent, *ac ſolutis*. Dorvill. Palat. Carr. & Edd. Rom. Ven. Med. aliaeque *ac ſolitis*. Gruterus, Lipſiusque hinc conjecerunt leg. *caſtra ſolitis operibus*. At vulgaris lectio multo elegantior eſt, concinniorque.

3. Sine cibariis] *Sine periculo* eſt in MS. Cujac. B. pr. ſec. tert. Pal. Pet. & vet. cod. noſtro. VOSSIUS. MSS. *Sine periculo* & *ceperunt* pro *inierunt*. CLARK. Utrumque eſt etiam in MSS. meis, & Edd. primis. Soli Codd. Andin. & Oxon. pro vulgatis faciunt. Et certe *ſine cibariis* verum arbitror. Inpedimenta enim praemiſerant jam. Vide c. 14. Quidni ſcribere poſſumus *neq. pernoctare ſine periculo, aut d. permanere ſine cibariis?* Dein nemo non videt elegantius hic eſſe *inire conſilium*. cujus gloſſa eſt *capere*. ut patet e Bong. pr. in quo *receperunt*. *Inire conſilium* noſtri cum aliis aliquoties adhibent. l. II. c. 13. *Inito conſilio*; & c. 16. infra, *Conſilium initum*.

4. Fasces ubi consederant per manus stramentorum, &c.] Ita omnes MSSi. habent & haec & ſequentia: verba tamen mire diſtorta & tranſpoſita ſunt. Scio quidem ſubinde id fieri in Caeſare, atque Hirtio, ſed una tantum vel altera vocula alieno ponitur loco. Itaque vereor, ut Hirtius ita ſcripſerit. VOSS.

6. Nam in acie sedere Gallos consuesse superioribus commentariis demonstratum est] Putabat *Hotomannus* reſpicere *Hirtium* ad verba, quae l. III. c. XVIII. leguntur: *velut exploráta victoria, ſarmentis virgultiſque collectis, quibus foſſas Romanorum compleant, ad caſtra pergunt.* Ego prorſus id nego: nam quod *Hirtius* remittit lectorem ad commentarios *Caeſaris*, eſt propter morem Gallorum, quos ait in acie *ſedere* conſueviſſe. At nihil illo loco *Caeſar* de *ſedendi* more: quare ſiquid judico, vel periit hic locus ex commentariis Caeſaris, vel alicubi corruptus legitur. Porro pro *commentariis demonſtratum eſt*, MSS. B. pr. ſec. tert. Pal. Pet. habent *commentariis Caeſaris demonſtratum eſt*. VOSSIUS. Crediderim equidem additamentum e margine in textum irrepſiſſe. Vide Viri doctiſſimi Joſ. Waſſe notas ad Salluſtium p. 294. CLARK. De hoc loco ſic *Lipſius* in Epiſtola ad *Joan. Vivianum* data: „ Ad quaeſitum tuum in Hirtio, ſeorſim „ hic habe: Conſului librum, qui pervetus a„ pud me a *Torrentio*: ſed is totidem verbis haec „ repraeſentat: *Faſces, ubi conſederant (nam in „ acie ſedere Gallos conſueſſe ſuperioribus Commen„ tariis declaratum eſt) per manus, ſtramentorum „ ac virgultorum traditos.* At tu duo ambigis, & „ ubi hoc Caeſar? & quomodo credibile, majo„ res noſtros in acie & pugna ſediſſe? De loco „ *Caeſaris*, credo *Hirtium* adſpicere iſtum e Com„ ment. III, 18. *Galli ſarmentis virgultis collectis, „ quibus foſſas Romanorum complerent, ad caſtra „ pergunt.* Non dicit in iis *ſediſſe* aperte, fateor; „ ſed tangit fortaſſe, & aſſignificat. At quis id „ credat, inquies? Mehercule nec ego tecum, „ nec capio, quomodo, ubi ordines diſponen„ di, tela & manus movendae, ignavi homines „ ſederint. Ego vel a *Celſo* hoc verbum *aciei* eſſe, „ non pro ipſo proelio aut procinctu, ſed pro „ bello arbitrer: id eſt, ut in caſtris, & tem„ pore belli majores noſtri ſederint; aut pro *otii* „ voce permutandum. Ut velit ſcribatque, Gal„ los, cum otioſi, etiam in ipſis caſtris plurimum „ ſediſſe. Quid miri, inquies? Imo eſt, pro Ro„ manorum moribus; nam ſeſſio minus apud eos „ crebra: ambulabant magis aut jacebant. At „ barbari aliter, quod & *Tacitus* de Germanis no„ tat; & *Strabo* de Hiſpanis, loco, qui valde „ huc facit, libro III, ſcribit *Vettones veniſſe ad „ Romana caſtra: vidiſſe Centuriones, & Tribunos „ quoſdam per ſpatia obambulantes, & ſe vertentes. „ Illos, arbitratos inſanire homines, accurriſſe, & „ manibus nutibuſque ad tabernacula ſua deduxiſſe; „ quaſi neceſſum eſſet aut ſedere in otio, aut in a„ cie pugnare.* Verba ultima Graece ſic habent: „ Ὡς δέον ἢ μένειν καθ' ἡσυχίαν ἱδρυθέντας, ἢ μάχεσθαι. „ Vides Barbaricum ſenſum & morem; pro quo „ tamen etiam legi in *Hirtio* poſſit *ante aciem*. Haec doctiſſimus ille vir Centur. I. ad Belgas Epiſt. 3: quae tamen haud arrident. V. C. *Joſ. Waſſius* ad *Saluſtii* Jugurth. c. XXIV. additamenti locan

mentariis declaratum eſt) *ſtramentorum ac virgultorum, quorum ſumma erat in caſtris copia,* [a] *per manus inter ſe tranſditos, ante aciem* [b] *conlocaverunt; extremoque tempore diei,* [1] *ſigno pronunciato,* [c] *uno tempore incenderunt.* Ita continens flamma [d] copias omnes repente [2] a conſpectu 6
texit Romanorum. Quod ubi accidit, barbari vehementiſſimo curſu [e] refugerunt.

XVI. Caeſar, etſi diſceſſum hoſtium [f] animum advertere non poterat, 1
incendiis obpoſitis; tamen id conſilium quum fugae cauſſa [g] initum ſuſpicaretur, legiones [h] promovet, [3] turmas [i] mittit ad inſequendum: ipſe veritus inſidias, ne forte in eodem loco [4] ſubſiſtere [k] hoſtis, atque elicere no-

VARIAE LECTIONES.

a Ita Scal. e conjectura Faerni. MSS.& Edd. Vett. *per manus* locant ante *ſtramentorum*. deſunt omnino in Dorv. b Sic Cuj. Sc. L. pr. Pet. And. Ox. alii *conlocarunt*. c *uno t.* deſunt Edd. R. M. V. d *eos rep.* V. ſec. e Sic MSS. omnes & Edd. qdd. praeter Dorv. non *fug.* f Ita rurſus And.& Oxon. non *animadv.* g *inita* B. ſec. V. pr. Egm. h *movet* L. pr. *promovit* MSS. reliqui cum Edd. pp. praeter Cuj. Scal. Ox. And. Carr. i vulgo *&t.* k Edd. Dav. & ſeqq. *ſubſiſteret. hoſtes* & *conarentur* Carr.

ti loco ponit haec verba, *nam in acie cedere Gallos conſueſſe ſuperioribus Commentariis declaratum eſt*; eaque putat a calamo nugatoris adjecta fuiſſe, quod voces *ubi conſederant* de ſedendi actu ceperit, cum revera denotent *ubi caſtra poſuerant.* Ingenioſe quidem; hoc modo tamen ipſae voces, *ubi conſederant*, ſupervacaneae videntur ac inutiles; ſequitur enim *quorum ſumma erat* in caſtris *copia.* Codices dant *faſces ut conſueverant.* Lego *Faſces, ut conſueverant, ſtramentorum & virgultorum, quorum ſumma erat in caſtris copia, per manus inter ſe transditos* &c. Ita recte procedit oratio, nec inani tautologia' laborat. Nimirum cum neſciret ineptulus aliquis, quem uſum in caſtris praebere poſſent ſtramentorum & virgultorum faſces, niſi forſan in iis ſederetur; inaudita quadam Gallorum conſuetudine *Hirtium* noſtrum cenſuit adornandum. DAVIS. *Cur. ſec.* Non capio ſenſum τῶν *uti conſueverant*, quod e MSS. reponi vult Daviſius; An ergo faſces ſoliti erant per manus inter ſe tradere, vel ante aciem collocare? unde hoc didicit Daviſius? Neque etiam MSS. omnes habent *ut conſueverant.* nam Cujac. Faern. Urſin. Scalig. Leid. pr. Andin. & Oxon. dant *ubi conſederant. conſuerant* Dorv. *conſtituerant* Leid. ſec. *ubi ut conſuev.* Voſſ. tert. Ex una & vera Hirtii ſcriptura, duae per Gloſſas confectae ſunt. Legendum enim *uti conſederant*, i. Sic uti in caſtris locati erant, vel ſeſſione proprie ſumenda, quod malim, vel uti diſpoſiti erant in genere, quieti nempe, ne tumultuando & diſcurſando res aperiretur Romanis, per manus faſces traditos ante aciem conlocaverunt; ſenſu claro & eleganti. uſus ille particulae *uti* vel *ut*, a Librariis non perceptus, corruptionis cauſſa fuit. Sic ſaepe in his commentariis; *ſic ut meridie conquieverat, uti pro caſtris collocaverat.* Et alia ſaepe corrupta. Vide omnino ad l. v. c. 43. *Ut ſe ſub ipſo vallo conſtipaverant.* In ſeqq. accedo omnino Cl. Waſſeo. MSS. tamen omnes agnoſcunt, ex quibus uti & Edd. pp. repoſui etiam *namque* pro *nam.* De traditione inſtrumentorum *per manus* aliud habemus exemplum l. VII. c. 25. l. I. de B. Civ. c. 68.

1. SIGNO PRONUNCIATO] Rarus loquendi mos. Signum hic eſt σύνθημα, ſeu teſſera, quae Gallis omnibus data, ut ſiquando pronunciari eam audiſſent, incenderent ſarmenta ac fugam facerent. Alioqui *ſignum dare* plerumque ſcriptores dicunt. VOSSIUS.

2. A CONSPECTU TEXIT] Urſini codex *extulit*, quod placuit Faerno. Suffragatur ei Oxon. In Leid. tert. & Ed. Inc. eſt *exercitus Rom.* ſine *texit* vel *extulit*: quod ſumtum eſſet pro *ſuſtulit, abſtulit.* Nil muto. *tegere a conſpectu*; ut apud Valer. Maxim. l. IV. 7. §. 2. *Gracchum ab irruentibus telis obpoſitu corporum texerunt.*

3. ET TURMAS MITTIT] Abeſt copula eleganter a Leid. pr. Oxon. Bong. pr. tert. Male vero *turmas mittit* abeſt a MSS. omnibus, ſi excipias Cujac. Scal. Leid. pr. And. & Oxon. Admovit propius pedites Caeſar, ſed equitum turmas immiſit ad inſequendum, dum interim cum peditibus tardius procedit, inſidias veritus.

4. SUBSISTERET HOSTIS] Sic reſtitui ex MS. *Norvic.* & edit. *Beroald.* ſenſu ipſo ſuadente; & hanc ſane lectionem, ſi Codd. nihil juviſſent, ſecutus eſſem. Vulgg. *ſubſiſtere conaretur*, quaſi *conatu* ullo opus erat ad locum tenendum, quem jam poſſidebant: eum enim non tentarunt Romani. DAVIS. Acquieſcit in hac emendatione Clarkius, atque ita repoſuit, ſuffragante forſan Oxo-

2 noſtros in locum conaretur iniquum, tardius procedit. Equites, quum in-
trare [1] fumum, [a] & flammam denſiſſimam timerent; [b] ac, ſi qui cupidius
intraverant, vix ſuorum ipſi priores partes [2] adverterent [c] equorum, inſi-
3 dias veriti, liberam facultatem ſui recipiendi Bellovacis dederunt. Ita, fu-
ga timoris [d] ſimul calliditatiſque plena, ſine ullo detrimento, milia non
amplius x progreſſi hoſtes, [e] loco munitiſſimo caſtra poſuerunt. Inde,
quum ſaepe in inſidiis [f] equites peditesſque diſponerent, magna detrimen-
ta Romanis [3] in pabulationibus inferebant.

1 XVII. Quod [g] quum crebrius accideret, ex captivo quodam compe-
rit Caeſar, Correum, Bellovacorum ducem, [h] fortiſſimorum milia VI pe-
ditum delegiſſe, equiteſque ex omni numero M, [4] quos [i] in inſidiis eo loco

VARIAE LECTIONES.

[a] con-

a *Ac* L. tert. Ed. Inc. *fl. fortiſſim.* V. ſec. b *at* Ed. Inc. *cupiditer* L. tert. *turpiter* Ed. Inc. c vulgo *animadvert.* d *ſuum* L. tert. Ed. Inc. *calliditatis* ſine *que* MSS. 3. & Edd. pp. e Sic MSS. f *caſtra d.* L. pr. a m. pr. g *crebrius cum accidere* MSS. 5. & Ed. Inc. *ſaepius* L. pr. h *fortiſſimum* L. pr. i Deeſt Ox.

Oxonienſi. Reliqui MSS. ad unum omnes *ſubſiſtere.* Quod revocavi. Quia facile ſubintelligi poteſt aliquod verbum, ut *vellet*, *poſſet* vel ſimile: licet per unum verbum *conaretur* ſe explicet auctor. De his vide ad l. VII. c. 77. VIII, 5. & alibi. Si tamen in pluribus idoneis Codd. *ſubſiſteret* inveniatur, ad id magis inclinarem. Habet autem Gryphius quoque in Margine.

1. FUMUM ET FLAMMAM] Tametſi proba haec lectio, diſſimulare tamen non debui in B. pr. ſec. tert. Pal. Pet. ac v. c. noſtro pro *fumum* legi, *ſummum jugum.* VOSSIUS. Carrar. quoque & MSS. mei omnes, ſi And. & Oxon. excipias, item Ed. Inc. vitioſe procul dubio. unde tamen facile vera, ut opinor, emendatio ſe ſenſibus noſtris offert, ſcilicet *fumum jugem.* quomodo conjecit jam olim in ineditis Gruterus: quem laude ſua defraudare nolui. *Jugis fumus* hic eſt *continens*, ut ſupra *flammam* vocat Hirtius, *non intermiſſus:* perpetuo *undans*; ut poëtae loquuntur. Paſſim aqua fontana dicitur *Jugis.* Salluſt. B. Jugurt. c. 89. *jugi aqua utebantur.* Conſule Cel. Bentl. ad Horat. l. I. Epiſt. 15, 15.

Puteoſne perennis

Jugis aquae. Sic etiam duo Codices, a me viſi, non *dulcis.* Lactantius Epit. c. XI. *Et tunc etiam lacrimae juges, & gemitus perpetes.* Sic lego ex antiquiſſimi Cod. Bonon. lectione *jugis.* Vulgo *luctus & gemitus p.* niſi malis cum Pfaffio & aliis e Taurin. MS. *lacrimae juges, luctus* &c. Nec tantum de liquidis, ſed & de aliis rebus uſurpatur. Plauto in Pſeud. I, I, 82. *jugis theſaurus.* Avieno deſcr. Orb. v. 181.

Jugis ubique

Mugitus pelago eſt, gemitu loca cuncta reſultant.

Veget. l. II. c. 23. *Jugi perpetuoque exercitio.* Apulej. Flor. n. 13. *Oratio tempore jugis. Intrare fumum* dicit, ut *intrare inſidias* l. III. B. C. c. 38.

2. PARTES ANIMADVERTERENT EQUORUM] Sic poſt R. Stephanum Scaliger, ceterique ediderunt. Olim edebatur *partes animadverterent; equorum inſ.* Vulgo ante Scal. excuſum eſt *adverterent; equorum inſ.* ſed recte Ciaccon. Hotom. & Brantius diſtinguentes legunt, *adverterent equorum:* quomodo jam exhibuerunt Vaſcoſ. Baſil. Strada & Ed. Gryph. poſterior. Confirmaturque MSS. Andinis & Oxonienſi. Ceteri minus bene *Animadverterent. Advertere* eſt perſpicere & cognoſcere equorum ſuorum priores partes. Quod non poterant prae denſo fumo. de hoc iſtius verbi ſenſu vide Cl. Burm. ad Gratii Cyneg. 148. *Advertitur annus.* & ad Nemeſ. Ecl. I, 41. *Tu noſtros adverte modos.* Hirt. B. Alex. c. 15. *Ubi Caeſaris animum advertit Euphranor.* c. 30. *Quum caſtra opere vallata adverteret:* ubi itidem MSS. plerique *animadv.* c. 44. *Repente adverſam ad ſe venientem navem advertit.* Sic MSS. optimi, alii *animadvertit.* atque ita legendum conjeci l. VII, 45. *qui ex oppido non adverterentur.* De confuſione horum verborum adi ad l. IV. c. 16. & l. I. B. Civ. c. 81. *Adverſo vitio caſtrorum.*

3. IN PABULAT.] Si vel unus idoneus addiceret Codex, amplecterer lectionem Scaligeri, quomodo & conjecit Gruterus, delendo τὸ *in.* ut *pabulationes* eodem ſumantur ſenſu, quo c. XI. *Praeſidio pabulationibus mittit.* Sic certe ſeq. capite rurſus Oxon. pro *pabulatoribus* exhibet *pabulationibus.*

4. QUOS IN INSIDIIS EO LOCO collocaret] Lege *collocarat*, ut habent *Norvic. Voſſ. Egmond.* hoc enim jam factum fuiſſe, conſtat. DAVIS. *Cur.*

ſec-

[a] conlocarat, [b] quem in locum, propter copiam frumenti ac pabuli, Ro-
manos [1] pabulatum miſſuros [c] ſuſpicaretur. Quo cognito conſilio, [d] Cae- 2
ſar, legiones plures, quam [e] ſolebat, educit; [2] equitatumque, qua conſue-
tudine pabulatoribus mittere [f] praeſidia conſuerat, praemittit. [3] Huic in-
terponit [g] auxilia levis armaturae: ipſe cum legionibus, quam poteſt ma- 3
xime, adpropinquat.

XVIII. [h] Hoſtes in inſidiis diſpoſiti, quum ſibi delegiſſent campum ad 1
rem [i] gerendam non amplius patentem in omnes partes [k] paſſibus M, ſil-

VARIAE LECTIONES. vis

a vulgo *collocaret*. b *in quem* ſine *locum* male L. pr. Ox. V. ad l. II, 18. c *ſuſpicarentur* L. ſec. d Sic Cuj. L. pr. And. Ox. Reliqui & Edd. pp. carent hoc nomine. V. ad l. II. c. 17. e *ſoleret* Ox. f *praeſidio conſueverat.* vulgo *conſuerat* MSS. longe plurimi & Edd. Vett. g vulgo *praeſidia.* h *Hoſt. inſidiis poſiti* And. Ox. i *gerendum* V. pr. ſec. a m. pr. V. ad l. III, 14. k *paſſus* L. pr. non male V. ad l. IV, 37.

ſec. Accedunt Voſſ. prim. Leid. pr. ſec. tert. Egmund. Scalig. Lovan. Dorvill. & Edd. primae aliaeque multae; quare repoſui.

1. Pabulatum MISSUROS SUSPICARETUR] Si in eo loco *frumenti* ſimul ac *pabuli* fuit copia, par eſt, ut cenſeamus Romanos *frumentatum* aeque ac pabulatum miſſuros. Quid igitur? Vocem *pabulatum* prorſus abundare puto, eaque deleta lego, *quem in locum propter copiam frumenti & pabuli Romanos miſſuros ſuſpicaretur.* Ne vero ſoli meae conjecturae fidem des, eam diſerte firmant *Bongarſ.* tres, *Petav. Norvic. Lovan. Gottorp.* DAVIS. *Cur. ſec.* Fateor ſub verbo *pabulatum* facillime poſſe ſubintelligi *frumentationem*; Utraque enim res uno *pabulationis* nomine venit; immo video *pabulatum* agnoſci a Cujac. Scalig. Leid. pr. Oxon. & Andino. Nihilominus malim cum Grutero & Daviſio hinc eam vocem expellere, auctoritate ceterorum, quotquot vidi Codicum, aliorumque, uti & Edd. antiquiſſimarum. item Beroaldi. *mittere*, ſubintellecto accuſativo ejus, de quo ſermo eſt, ſaepiſſime poni notum eſt; quamvis intrudatur ſaepiſſime. Vide ad l. I, 34.

2. EQUITATUMQUE QUA CONSUETUDINE] MS. *Norv. Equitatumque ſua conſuetudine.* An legi poſſit *equitatum, quem ſua conſuetudine* &c? Certe clarior hoc modo & dilucidior erit ſententia. In Aldino eſt *equitatumque, quem ipſe pabulatoribus*; quam lectionem probat *Fr. Hotomannus*; & quidem recepta eſt facilior, nec tamen admitto, emendatorem enim redolet. DAVIS. *Quem praeſidio pabulatoribus mittere ſemper conſueverat*, ita exhibet MS. Regius; niſi quod, pro (*praeſidio*,) ſcriptum ſit (*ipſe auxilio*:) Scaliger aliique ediderunt; *Qua conſuetudine* (MS. Elienſ. habet, (*ſua conſuetudine*;) forte (*QUEM ſua conſuetudine*,) voce (*quem*) in praecedentem (*equitatumque*) abſorpta, *pabulatoribus mittere praeſidio conſueverat.* CLARK. Temere haec interpolavit Clarkius. Noſtri omnes vulgatis conſentiunt. niſi quod *quem c.* habeat Leid. ſec. ſed Bongarſ. pr. *praeſidia.* Vere. ſic *praeſidia Caeſari adduci* Hirt. B. Alex. c. 25. quae vox hinc excidit in verſum ſequentem; ubi *auxilia* eſſe ſcribendum recte docuit Voſſius. Hic deeſt in Leid. pr. quod meam opinionem unice confirmat. Dicit Caeſarem conſuetum eſſe pabulationibus (ſic enim Oxon. vide c. XI.) mittere praeſidia equitum praeeuntium.

3. HUIC INTERPONIT PRAESIDIA LEVIS ARMATURAE] Ita quidem Scaliger edidit, aliique, ſed potior mihi eſt autoritas ſex MSS. Cujacii, B. pr. ſec. tert. Pal. Pet. Ii habent *auxilia*, quae genuina vox. Nam, ut Feſtus ait, *auxiliares dicuntur in bello ſocii Romanorum exterarum nationum, dicti ex Graeco vocabulo αὔξησις, quod nos dicimus rerum creſcentium auctionem.* Atqui loquitur hic Hirtius de Germanicis auxiliis, quae Caeſar ideo *tranſduxerat Rhenum*, (ſupra dixit autor noſter) *ut equitibus interpoſiti proeliarentur.* Et paullo ante de iiſdem dixit: *noſtra auxilia Gallorum Germanorumque.* Item infra, *Germanoſque pedites ſummae velocitatis.* At vocem *praeſidia* pro *auxiliis* legere me nuſquam memini: & merito. Tria enim diverſa ſunt *praeſidium*, *auxilia*, & *ſubſidia*. *Praeſidium*, ait Feſtus, *eſt quod pro utilitate ac ſalute alicujus, auxilii gratia praeponitur. Subſidium, quod poſtpoſitum eſt ad ſubveniendum laborantibus.* Unde & in Gloſſis *praeſidium* exponitur προστασία, & φρουρά: itaque elephantos & ſimiles belluas optime appellaveris praeſidia. De ſubſidiis etiam manifeſtiſſima res, & ſatis declarant haec verba Caeſaris I. de Bello Civili: *primam aciem quaternae cohortes ex V legione tenebant, has ſubſidiariae ternae, & rurſus aliae totidem ſuae cujuſque legionis ſubſequebantur.* Hic videmus *ſubſidia* quoque e Romanis fuiſſe. Eoſ-

vis undique [1] inpeditiſſimis, aut altiſſimo [2] flumine [a] munitum, velut in-
2 dagine [3] hunc inſidiis circumdederunt. Noſtri, explorato hoſtium conſi-
lio, ad [b] proeliandum animo, atque armis parati, quum, ſubſequentibus
legionibus, nullam dimicationem recuſarent, turmatim in eum locum [c] de-
venerunt.

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *velut ind. mun. h. inſ. circ. noſtri. Expl.* b *ampliandum* L. ſec. c *conven.* L. pr.

dem tamen *auxiliares* cohortes confeciſſe, nullus, arbitror, mihi probaverit: ſaltem ubi proprie autores loquuntur. Nam illud obſervandum, ſaepe abſolute has voces poni, & auxilium ferre, non minus de Romano, quam Gallo dici poſſe. Et tum *auxilium*, *praeſidium*, & *ſubſidium*, idem fere notare ac promiſcue uſurpari omnes ſcimus: & Gloſſae quoque συμμαχίαν vel βοήθειαν, utrumque interpretantur. Sane ipſe etiam Caeſar. l. III. de Bello Civili *praeſidium* poſuit pro loco, cujus natura robur addit, uti colles ſunt: ait enim; *Cum legio Caeſaris nona praeſidium quoddam occupaviſſet, & munire coepiſſet, huic loco propinquum & contrarium collem Pompejus occupavit.* Quem locum fruſtra tentat Ciacconius: probus eſt & ſanus. VOSSIUS. *Auxilia* MSS. ad unum omnes: ut bene emendat Voſſius. Sed Edd. primae praeter Incertam jam habent *praeſidia*, ne quis credat Scaligeri eſſe inventum. Vide notam praecedentem. *Praeſidium* autem ſaepe de loco ipſo dici, vide ad l. VI. B. Gall. c. 34.

1. INPEDITISSIMIS AUT ALTISSIMO FLUMINE] Nihil in hiſce temere delendum eſſe ſuadent Cujac. Scalig. And. Leid. pr. & Oxon. qui ita hunc locum exhibent. niſi quod ultimi ſcribant *flumine altiſſimo*. Reliqui Codices tum aliorum tum mei & Edd. primae *ſilvis undique aut impeditiſſimo flumine.* in Bong. primo eſt *Inpetiſſimo* & rec. manu ſupraſcriptum *inpetuoſiſſimo*; uti diſerte exſtat in Gottorp. & Voſſ. tertio. *inpedimento* Leid. tert. & Ed. Inc. *Altiſſimo* videtur excidiſſe; & inde a *ſilvis* ad *flumen* adjectivam vocem eſſe translatam. Utriſque vox *inpeditus* optime convenit. Vide ad l. VI. c. 18. & uti hic, ſic l. III. B. Civ. c. 77. *altiſſimis fluminibus, atque impeditiſſimis itineribus.* ſi quid mutandum, malim *ſ. u. inpeditiſſimis, aut inpetuoſiſſimo flumine.* Verum dubiae nimis fidei eſt vox *impetuoſus*, quae in Vett. Edd. Plinii l. XXXV. c. 10, ſub finem legitur, ſed MStorum auctoritate ejecit Harduinus. *Impetuoſe* occurrit apud Meſſallam Corvinum, auctorem ſuppoſititium, quare ἐπίχω. Quamvis vox *impetus* de rapacitate fluvii frequenter adhibeatur. Conſule modo Cl. Burm. ad Phaedri Prol. l. III.

2. FLUMINE, VELUT INDAGINE, MUNITUM; HUNC CIRCUMDEDERUNT.] Sic MS. Reg. Al. *hunc inſidiis circumdederunt.*) Quae plenior & vera lectio eſt. Neque contemnendus eſt, quem exhibent nonnulli Codices horum verborum ordinem; (—— *flumine munitum, velut indagine hunc inſidiis circumdederunt.*) Ut illud (*velut indagine*) ſcilicet, non ad (*flumine*,) ſed ad (*inſidiis*) referatur. CLARK. *Flumine, velut indagine, munitum, hunc inſidiis circumdederunt*) Aptius, ut opinor, inſidiae capiendis Romanis deſtinatae, quam ſilva vel flumen *reti venatorio* (ea enim eſt *indaginis* poteſtas) comparentur. Vide *Tacitum* in Agricola c. XXXVII & *Livium* VII. 47. Igitur lego, *Campum* —— *ſilvis undique aut impeditiſſimo flumine munitum; velut indagine hunc inſidiis circumdederunt. Explorato hoſtium conſilio noſtri* &c. Sic enim dant *Bongarſ.* tres, *Petav. Lovan. Voſſ. Pal. Egmond.* & *Norvic.* vocabulo *altiſſimo* deleto. DAVIS. *Cur. ſec. Munitum, velut indagine hunc* &c. Ita ſecure repoſui auctoribus MSS. tantum non omnibus, & Edd. vetuſtis; *Inſidias indagini* comparat, non *ſilvas* vel *flumen.*

3. HUNC INSIDIIS CIRCUMDEDERUNT NOSTRI. EXPLORATO] Locum peſſime ab aliis interpunctum & a Scaligero retentum, ita diſtingue: *hunc inſidiis circumdederunt. Noſtri explorato*, &c. Nam praeterquam quod ita reliqui omnes MSS. habent, in prim. & ſec. Bongarſ. diſertim haec verba ita leguntur: *circumdederunt. Explorato hoſtium conſilio noſtri.* Nam illud *circumdederunt*, refertur ad hoſtes, hoc modo, hoſtes cum campum delegiſſent ad rem gerendam, hunc inſidiis circumdederunt. Noſtri explorato eorum conſilio in eum campum venerunt. Mutandi primus autor Ciacconius fuerat, cujus autoritate decepti alii Hirtium depravarunt. VOSSIUS. Ineptiſſima plane omniſque ſenſus experte interpunctione, (ut recte annotavit Dionyſ. Voſſius,) corrupit hunc locum Ciacconius: Qui ſcribit, (*hunc inſidiis circumdederunt noſtri. Explorato hoſtium conſilio, &c.* Quam tamen abſurdiſſimam emendationem ſecutus eſt Scaliger & recentiores. Clamat tum Sententia ipſa, tum MSS. quamplurimi; qui habent (*hunc inſidiis circumdederunt. Explorato hoſtium conſilio noſtri, &c.*) CLARKE. Recte vindicarunt veterem diſtinctionem Viri docti, quam confirmant cum Edd. pp. mei omnes, qui etiam, exceptis Scal. Cuj. Leid. pr. And. &

Oxon.

venerunt. [1] Quorum adventu quum ſibi Correus oblatam occaſionem rei 3
gerendae exiſtimaret, [a] primum cum paucis ſe oſtendit; atque in proximas turmas inpetum [b] fecit. Noſtri conſtanter [2] incurſum ſuſtinent inſi- 4
diatorum; neque plures in unum locum conveniunt; quod plerumque equeſtribus proeliis [3] quum propter aliquem timorem accidit, tum multitudine ipſorum detrimentum accipitur.

XIX. Quum, diſpoſitis turmis, in vicem [c] rari proeliarentur; neque [d] ab 1
lateribus circumveniri ſuos paterentur, [4] erumpunt [e] ceteri, Correo [f] proe- 2
liante ex [g] ſilvis. Fit magna contentione diverſum proelium: quod quum diutius pari Marte iniretur, paullatim [h] ex ſilvis inſtructa multitudo procedit peditum, quae noſtros [i] coegit cedere equites: quibus celeriter ſubveniunt levis armaturae pedites, quos ante legiones miſſos [k] docui; turmiſque noſtrorum [l] interpoſiti, conſtanter proeliantur. Pugnatur ali- 3
quamdiu pari [m] contentione: deinde, ut ratio poſtulabat proelii, qui ſuſtinue-

Variae Lectiones.

a Sic B. pr. And. Cuj. Urſ. Steph. Scal. L. pr. *prius* Oxon. Reliqui cum Edd. Vett. *primus. ſeſe* V. tert. b vulgo *facit.* dein *noſtri autem c.* Urſ. Cod. ac vulgo *inpetum.* c *rare* Ox. L. pr. Scal. d *a* L. pr. Edd. qdd. *circumvenire* L. pr. e *celeriter* And. Ox. *ceteri celeriter* Ed. Gryph. f *proelii ante* V. tert. vulgo male diſtinguunt poſt *proeliante.* g *illis fit* Pet. h *in* B. pr. G. & *proceſſit* V. tert. L. tert. Ed. Inc. i Sic MSS. 14. meliores & Edd. Vett. non *cogit.* V. ad l. v. c. xi. deeſt G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. k *eſſe d.* L. pr. l *interpoſitis* MSS. plerique, & Edd. male. V. ad c. 13. m *conditione* Edd. R. M. V.

Oxon. habent *Expl. hoſtium conſilio noſtri.*

1. Quorum adventu] Membranae Andinae & Oxon. dant *aditus*, uti illi aliique meliores libri exhibent l. iv. c. iv. *Tantae multitudinis aditu.* Dein *fecit* reſcripſi e MSS. tantum non omnibus, vetuſtioribus ſaltem, & Ed. Inc.

2. Incursum sustinent] Sic MSS. & Edd. Vett. Al. *impetum.* CLARK. Noſtri decem *incurſum*: quomodo legendum. DAVIS. *Cur. ſec.* Idem e ſuis monet Brantius, habentque *incurſum* mei plurimi. l. i. B. Civ. c. 41. *ne repentino hoſtium incurſu exterrerentur.* c. 71. *vix equitum incurſus ſuſtinerent.* Adde l. ii. B. C. c. 8. c. xi. *qui ſubitas hoſtium incurſiones ſuſtinerent.* Nihilominus *inpetum* propugnant Andin. Oxon. Leid. prim. Verum *incurſum* praefero, & vide notata ad Frontin. l. iv. c. i. §. 8. *ad hoſtium incurſum praepararentur. Inpetum & incurſum* ſic jungit Lucanus l. iv, 762.

Neque enim inpetus ille,

Incurſusque fuit. uti legendum e MSS. optimis, vel invito Cortio. Vide & Liv. l. ii. c. 14. §. 6. *Inpetu ſe intulerant, ut funderent ipſo incurſu.* Immo noſter l. i. B. Civ. c. 82. *ad incurſum atque inpetum militum.* & ipſe Hirtius rurſus B. Africo c. 51. *Magno incurſu inpetum fecerunt. ſucceſſus & incurſus* l. ii. B. G. c. 20.

3. Quum p. aliquem timorem accidit, tum multitudine &c.] In Bong. pr. a m. ſec. uti & in Bong. tert. ac Carrar. legas *tum. timorem accidit* deſunt in Leid. pr. *timorem* abeſt a Scaligerano. dein *cum* eſt in Scalig. Leid. pr. ſec. ac Bong. tert. uti & *propter multitudinem* in ultimo, item in Carrar. Orta haec variatio; quia ſenſum non perceperunt librarii: uti non percepit Hotomanus legens *timor.* Hirtius dicit, in equeſtribus proeliis tum detrimentum plerumque accipi multitudine, quum propter timorem aliquem (ſive *aliquorum*, quod orae libri adlevit Lipſius) plures in unum locum conveniunt.

4. Erumpunt ceteri Correo proeliante] *Pet. Ciacconius*, *pronunciante* ſcribendum exiſtimat. Sed antiquum obtinet, & nulla neceſſitate coactus, ſanam lectionem ſollicitat; nam, ut dixit noſter c. xviii. Correus in turmas impetum fecit, quem ut praeliantem Galli videre, ex ſilvis erumpunt, ut Duci auxilium ferant. Hic apertus eſt & facilis loci ſenſus. DAVIS. Qui nimirum, ut jam ante dixerat Hirtius, *primum cum paucis ſe oſtenderat, utque in proximas turmas impetum fecerat.* Ciacconius emendat; *pronunciante.* Verum, ſiquid eſſet mutandum; aut valde me fallit animus, aut conjectura longe feliciori reſcriberem, *praeeunte.* Sed mutatione nulla opus. CLARKE. Mala diſtinctione vulgo laborat Hirtius, quae turbavit ſenſum. Nam *ceteri erumpunt ex ſilvis*, non conjungenda ſunt; Sed *ceteri erumpunt*, ſcilicet equites noſtri, dum primae,

ſtinuerant [1] primos inpetus inſidiarum, hoc ipſo fiunt ſuperiores, quod
4 nullum ab inſidiantibus inprudentes [a] acceperant detrimentum. Accedunt
propius interim legiones: [b] crebrique eodem tempore [c] & noſtris, & ho-
5 ſtibus [d] nuncii adferuntur, imperatorem inſtructis copiis adeſſe. Qua re
cognita, praeſidio cohortium confiſi noſtri, acerrime proeliantur: ne, ſi
tardius rem geſſiſſent, victoriae gloriam communicaſſe cum legionibus
6 viderentur. Hoſtes concidunt animis; atque [e] itineribus diverſis fugam
quaerunt. [f] Nequidquam: nam quibus difficultatibus locorum Romanos
7 claudere [g] voluerant, [h] iis ipſi tenebantur. [2] Victi tamen, [3] perculſique,
[a] ma-

VARIAE LECTIONES.

a *Acceperint* L. ſec. *inpedimentum* L. tert. Ed. Inc. b *crebroque* V. ſec. *crebrisque* And. Ox. L. pr. An fuit *crebra* pro *crebro*? c deeſt And. d *nuncia def.* And. Ox. e *in itin.* MSS. 10. f *nequiquam* B. pr. V. pr. ſec. Lov. Egm. V. ad Lucan. II, 491. l. I. B. C. c. I. g *voluerunt* Lov. Dorv. Edd. R. M. V. h deeſt And. non male. dein vulgo *propulſi.*

primae, quae acceſſerant, turmae impetum Correi ſuſtinent, *proeliantis ex ſilvis.* Hoc clare exigit totius loci contextus. Unde ſequitur; poſtquam equites Romanorum & Correi pari marte contenderent, pedites Correi quoque ſurrexiſſe & *ex ſilvis proceſſiſſe.* &c. Edd. Vaſc. Stradae *paterentur, erumpunt ceteri. Corbeo proeliante ex ſilvis ſit.* &c. *Proeliari ex ſilvis* dicit Hirtius, ut idem B. Alex. c. 29. *ex ripis proelium inire.* Caeſar quoque l. III. B. Civ. c. 67. *E loco propugnare.*

1. PRIMOS IMPETUS INSIDIARUM] Inſidiatorum. Sic ſupra c. XI. *pabulationes* dixit pro pabulatoribus, ac Bell. Afric. c. LIX. *armaturas leves* pro militibus levis armaturae, & c. LXXXVIII. *ſervitia* pro ſervis. Pari modo loquuntur alii auctores. *Silius* Italicus l. II, 230.

—— Spectacula *tantum*
Eſte viri,

Hoc eſt, ſpectatores; fruſtra enim eſt *Caſp. Barthius,* qui Adverſ. l. VI. c. XXV. emendat

—— *Spectacula tanta*
Ferte viri,

Sulpicius Serverus Hiſt. Sacr. l. I. c. XXIV. Matrimonia *e victis aſſumere.* Praeſto ſunt hujuſmodi multa. Vide not. ad l. VII. B. G. cap. LXXVII. DAVIS.

1. VICTI TAMEN PROPULSIQUE] Reſcribit *Pet. Ciacconius, victi tandem propulſique.* Non opus eſt, nam *tamen,* teſte *Nonio, ſignificat tandem.* Sic *Apulejus* Metam. l. II. p. 21. *Nullo quidem initio vel omnino veſtigio cupidinis meae reperto, cuncta circuibam.* TAMEN *dum lixae* &c. *Propertius* l. II. Eleg. I, 76.

Unde TAMEN *veniant tot mala, caeca via eſt.*

Ad eum locum conſulendus *J. Broukhuſius;* adi etiam *Joan. Boſchium* ad *Petronii* Satir. c. XXXI. DAVIS. —— *iis ipſi tenebantur. Victi* tamen —— *confugiunt,*) Cum illud (*tamen*) haereret; reſcribit Ciacconius (*tandem.*) Daviſius retinet (*tamen;*) contenditque vocem iſtam idem ſignificare quod (*tandem.*) Verum hujuſmodi aliqua explicatio, ſimplicior eſt. Quamvis iniquo clauſi loco, tanquam indagine, ut ſupra dictum eſt, tenebantur; *tamen* nonnulli ex victis propulſiſque, etiam cum major pars amiſſa eſſet, effugerunt. Vide ſupra ad c. 32. l. I. & infra de bello civ. l. I. ad c. 84. CLARK. Ab hoc edoctus Daviſius vim vocis *tamen* juſſit notam ſuam deleri in curis ſecundis. Infra c. 33. *Quo defendente nullo, tamen adſcendere eſſet difficile.* Hirt. B. Alex. c. 46. *Depreſſa ſcapha, vulneratus tamen adnatat.*

2. PROPULSIQUE] Ita primus, quod ſciam, edidit Scaliger e MSto Carrarienſi; at Edd. priores cum MSS. Andino, Bongarſ. pr. ſec. tert. Scalig. Petav. Palat. Voſſ. pr. tert. Egmund. Gottorp. Dorv. & Brant. aliorum exhibent *perculſique. periculiſque* in Ed. Ven. *percuſſi* Leid. pr. & ſec. cum Lovan. *proculſi* Voſſ. ſec. Leid. tert. & Ed. Incerta. Quod alicui placere poſſet ex iis, quae adferunt Gebhard. & Broukh. ad Propert. III, 6, 3.

Dum furibunda mero menſam procellit.

Verum revocare malui, quod in optimis libris eſt *perculſi* i. e. profligati, proſtrati, dejecti, fuſi. Decepit Scaligerum, ut puto, quod *perculſi* eo ſenſu ſumſerit, quo ſequitur *conſternati,* adeoque ad Tautologiam vitandam, mutavit. Sed paſſim & proprie id notat, quod diximus: ut vel e lexicis notum eſt. Cicero pro Marc. c. 6. *Quos cives amiſimus, eos Martis perculit vis.* infra c. 48. *Magno inpetu perculſi.* l. III. B. Civ. c. 47. *perculſos aut proelio ſuperatos adorti.* Licet alibi *victi pulſique* jungantur. Adi ad l. I, 44.

3. QUO SORS TULERAT] Deſunt haec verba in quinque MSSis, B. pr. ſec. tert. Pet. Pal. Sed vet.
cod.

[a] majore parte amiſſa, [4] quo fors tulerat, conſternati profugiunt, partim ſilvis petitis, partim flumine; qui tamen in fuga [b] a noſtris acriter inſequentibus conficiuntur: [c] quum interim [1] nulla calamitate victus Correus, excedere proelio, ſilvaſque petere, aut invitantibus noſtris ad deditionem, potuit adduci, quin, fortiſſime proeliando, compluresſque vulnerando, cogeret, [2] elatos iracundia, victores in ſe tela conjicere.

XX. Tali modo [d] re geſta, recentibus proelii veſtigiis ingreſſus Caeſar, quum victos tanta calamitate [e] exiſtimaret hoſtes, nuncio [f] accepto, locum caſtrorum relicturos, quae non longius ab ea caede abeſſe [3] plus [g] minus IIX milibus dicebantur; tametſi flumine inpeditum tranſitum videbat;

VARIAE LECTIONES.

a *Ac* m. Edd. qdd. *majori* Dorv. Edd. R. M. Mox vulgo *conſt. q f. t. conf.* b abeſt praep. And. Lov. G. V. tert. *fugam* Scal. *interfic.* L. pr. c *tum* Ox. d *res* L. ſec. e *exiſtum.* B. pr. V. pr. f *recepto* And. Ox. g *paſſus* L. ſec. *novem* Edd. pp. vulgo additur *paſſuum.* dein *dicebatur* MSS. 2.

cod. habet pro *fors*, *fors:* atque ita emendo. VOSSIUS. Pulm. Schedae, Cujac. Andin. Scalig. Leïd. pr. Oxon. *quo fors tulerat*, *conſternati.* uti edidi, non *conſt. quo fors tul.* In Reliquis MSS. & Edd. primis *quo f. tul.* non comparet, quare Gruterus ſuſpicabatur a mangone haec eſſe profecta, praeſertim cum tantum 2 effugia fuerint *ſilvae & flumen.* Verum in ſilvis variae ſunt viae, per quas evadere poterant fugientes, *quo fors tulerat.* De voce *fors* dictum eſt ſupra. Ceterum reſcripſi itidem *profugiunt* cum MSS. cunctis, (ſi forſan excipias And. & Oxon.) atque Edd. priſcis, item Steph. Gryphii aliiſque. Vide ad Front. l. III. c. 3. in f.

1. Nulla calamitate victus Correus] Penultima vox, ſenſu exigente, deleatur. Arbitror eam e nota marginali in textum irrepſiſſe. Si haec emendandi ratio non placeat, paulo poſt legendum *non potuit adduci.* Utram malis, elige, nam vel haec vel illa plane eſt neceſſaria; quod a nemine obſervatum miror. DAVIS. Aut delendam jubet Daviſius vocem (*victus;*) aut legendum deinceps, (*NON potuit adduci:*) Nam vel hanc vel illam emendationem plane eſſe neceſſariam: Idque a nemine obſervatum, miratur. Verum neque haec, neque illa demum neceſſaria eſt emendatio: Etenim, *nulla calamitate victus Correus —— potuit adduci*, tale eſt, quale ſi dicas, *nulla calamitate adeo fractus erat, ut potuerit adduci, &c.* CLARKE. Dele notam, & ejus loco adde: *Quum interim nulla calamitate victus Correus excedere proelio, ſilvasque petere, aut invitantibus noſtris ad deditionem potuit adduci, quin* &c.) Omnino deeſſe videtur particula negans. *Beroaldus* & *Urſinus* ediderunt *haud invitantibus noſtris;* ac ita legitur in veterrimo *Lovan.* Tranſpoſita vocula lego, *Quum interim nulla calamitate victus Correus excedere proelio, ſilvasque petere; invitantibus noſtris ad deditionem*, haud potuit adduci. *quin fortiſſime* &c. DAVIS. *Cur. ſec.* *Haud* exſtat quoque in Petav. Brant. MSS. uti & Edd. pleriſque vetuſtiorum. Sed bene Urſin. Ciaccon. Hotom. & alii *aut* legerunt jam olim, & reſtituerunt *excedere* & *petere:* cum in Edd. primis *excederet* & *peteret* excuderetur. Conſtructio enim haec eſt: Non potuit Correus calamitatibus ullis victus adduci, ut proelio excederet, aut non potuit adduci, invitatione noſtrorum ad deditionem, quin &c. *Nullus* non raro in conſtructione diſſolvi debet in *non ullus.* V. ad Lucan. V, 5. Infinitivus pro Gerundio uti apud alios, ſic & alibi hiſce in commentariis occurrit. V. Daviſ. ad l. VII, 26, 71. *Conſilium capit equitatum dimittere.* & infra ad c. 44. *non* ἀπὸ κοινοῦ repetendum eſt, ut ſolet fieri ſexcenties. Adi quoque ad Lucan. l. II, 373. Paſſim Hirtii ſtylus eſt intricatior, & diverſus plane a Juliano.

2. Elatos iracundia] Exſulat Participium ab Andin. & Oxon. Quod tamen non probo. *Elatus ſpe*, *victoria* &c. paſſim dicitur. Sed & *elatus iracundia* pro abrepto, & ablato eleganter uſurpatur. Sophocl. Electr. 629. ἐκφέρῃ πρὸς ὀργὴν. Ita *elati ſtudio* l. I. B. Civ. c. 45. *gloria* lib. III. c. 79. Sic Apulej. l. III. p. 49. Ed. Pric. *ad juſtam indignationem arrecti:* ubi non opus eſt *erecti* vel *abrepti*, quod olim conjeceram. Hinc fors defendi poſſet Apulejus quoque l. VI. pag. 117. *truci rabie ſolent* EFFERRI: ubi emendant *efferari* viri docti, & Barth. Adverſ. l. XXXV. c. 14. me non refragante.

3. Plus minus IIX. milibus passuum.] Ultimam vocem non agnoſcunt MSS. tum aliorum, tum mei, uno alteroque excepto, uti nec Edd. primae. Bene omnino. Vide exempla congeſta ad l. I. c. 15. Ceterum male pro *plus minus* Edd. Vaſcoſ. Str. Steph. Gryphii poſt. dant *quam.*

2 bat, tamen exercitu [a] tranſducto progreditur. At Bellovaci, reliquaeque civitates, repente ex fuga paucis, atque his vulneratis, receptis, qui ſilvarum beneficio caſum [b] evitaverant, omnibus adverſis, [1] cognita calamitate, interfecto Correo, amiſſo equitatu, & fortiſſimis peditibus, quum adventare Romanos exiſtimarent, concilio [c] repente cantu tubarum convocato, [2] conclamant, [d] legati obſideſque ad Caeſarem mittantur.

1 XXI. Hoc omnibus probato conſilio, Commius Atrebas ad eos [e] pro-
2 fugit Germanos, a quibus [f] ad id bellum auxilia mutuatus erat. Ceteri e veſtigio mittunt ad Caeſarem legatos: petuntque, *ut ea poena ſit contentus* [g] *hoſtium, quam ſi ſine dimicatione inferre integris poſſet, pro ſua clementia atque humanitate, numquam profecto eſſet inlaturus:* [3] *adfli-*
3 *ctas opes equeſtri proelio Bellovacorum eſſe:* [h] *delectorum peditum multa milia* [i] *interiſſe: vix refugiſſe nuncios caedis:* [k] *tamen magnum, ut in*
4 *tanta calamitate, Bellovacos eo proelio commodum* [l] *eſſe conſecutos; quod Correus, auctor belli,* [4] *concitator multitudinis, eſſet interfectus. Numquam*

VARIAE LECTIONES.

a *reducto* Lov. *producto* V. ſec. b *vitav.* L. pr. ſec. *evitarat* V. ſec. c *recepto* And. Oxon. d vulgo addunt *ut.* e Sic Cuj. Sc. L. pr. And. Ox. Reliqui & Edd. Vett. *confug. perfug.* Ed. Gryph. f *erat ad bell. aux. mut.* Ox. L. pr. g delet Ciaccon. invitis MSS. & uncis incluſit Scaliger. h *elect.* L. ſec. deeſt Ox. i Sic MSS. non *interiiſſe.* k *m. tam.* L. pr. abeſt *magn.* a L. tert. Ed. Inc. l deeſt L. pr. non male. *ſecutos* L. tert. *aſſec.* Ed. Inc.

Nec melius, haec vel τὸ *longius* abundare, credebat Gruterus. Sed vide ad l. v, 47. III *milia paſſuum longe ab ſuis caſtris conſediſſe. Plus minus* idem valet ac *circiter*, ad Poetis ſaepe *pluſve minuſve.*

1. COGNITA CALAMITATE] Has voces expunxit *Gabr. Faërnus*; & in hoc quidem verborum ſitu omnino ſunt ſupervacaneae. Sed cum eas conſtanter exhibeant omnes Codices, videndum, an periodus, tranſpoſita una aut altera vocula, hoc modo legi poſſit: *At Bellovaci reliquaeque civitates, repente ex paucis atque his vulneratis, fuga receptis, qui ſilvarum beneficio caſum evitaverant, cognita calamitate; omnibus adverſis, interfecto Correo* &c. Certe haec potiſſima videtur *Hirtii* emendandi ratio, quam partim vidiſſe doctiſſimum virum *Fr. Hotomannum* lubens fateor. DAVIS. Jungunt alii ſine copula *omnibus adverſis cognita calam.* Grutero haec omnia ſuppoſititia videntur. Noli autem cum Daviſio tranſponere verba *ex fuga paucis receptis.* Ita enim paſſim & eleganter amant loqui Caeſar & Hirtius, *ex fuga*, *ex labore* &c. ſatiſque intelligitur, eos cognoviſſe calamitatem ab illis, qui ſe ex fuga receperant. c. 30. *qua ex fuga* &c. l. I. B. C. c. 31. *Ex fuga in Africam pervenerat:* Immo ſaepe habuimus *ſe ex fuga recipere.* V. ad l. VII. c. 20. *ex fuga paucos nactus* l. III. B. Civ. 96.

2. CONCLAMANT, UT LEGATI &c.] MSS. octodecim & Ed. Inc. non agnoſcunt τὸ *ut.* Quare ablegavi hanc voculam. Conſule notata ad l. IV. c. 16. & Frontin. II, 4, 1. *Proclamat, occuparent ipſi praeſentis proelii gloriam.* l. II. B. Civ. c. 4. *excitati, extremo tempore civitati ſubvenirent:* ſic enim meliores MSS. adde c. 5. l. III. B. Civ. c 82: *fidem inplorarent, praeſtaret.* Ita MSS. vulgo *ut pr.* B. Alex. c. 56. *Edictum propoſuerat, ſe adirent.* Ita MSS. quidam, non *ut ſe ad.* Ceterum male in Leid. pr. Voſſ. pr. Lovan. & 5 aliis eſt *mittuntur.*

3. ADFLICTAS OPES] Nil temere mutari volim: cum bene Latina ſit locutio *adflictae opes.* Adi ad l. VI, 10. Monendum tamen, in Leid. pr. & Oxon. ſcribi *adfectas opes.* quod non minus eſt elegans, ut ibidem patet. Tacit. l. II. Hiſt. c. 84. *Adfectae jam imperii opes.* Apul. l. IV. in f. *Adfectae domus triſte fatum.* Alibi quoque hoc participium in *adflictus* abiit. Conſule Ill. Heinſ. ad Ovid. Am. II, 2, 21.

Ibit ad adfectam, quae non languebit, amicam Viſere.

4. CONCITATOR MULTITUDINIS.] Prima vox exſulat ab Dorvill. At in Andin. & Oxon. membranis reperias *conciliator.* An & hic olim fuit *concitor*? quae vox ubique fere in MSS. abiit in *concitator.* Vide J. F. Gronov. ad Liv. l. XXIII. c. 41.

quam enim ſenatum tantum in civitate, illo vivo, quantum inperitam plebem, potuiſſe.

XXII. Haec orantibus legatis, commemorat Caeſar, *eodem tempore* 1
ſuperiore anno Bellovacos, ceteraſque Galliae civitates ſuſcepiſſe bel-
lum: pertinaciſſime hos ex omnibus in ſententia permanſiſſe, neque ad
ſanitatem reliquorum deditione eſſe [a] *perductos: ſcire, atque intellegere* 2
ſe, cauſſam peccati facillime mortuis [b] *delegari: neminem vero* [c] *tantum*
pollere, ut, invitis principibus, reſiſtente ſenatu, omnibus repugnanti-
bus, infirma manu plebis bellum concitare & gerere poſſet; ſed tamen ſe
contentum [d] *fore ea poena, quam ſibi ipſi contraxiſſent.*

XXIII. Nocte inſequenti, legati reſponſa ad ſuos [e] referunt, [1] obſides 1
conficiunt. Concurrunt reliquarum [f] civitatium legati, quae Bellovaco-
rum ſpeculabantur [2] eventum. Obſides dant: imperata faciunt, excepto 2
Commio, [3] quem timor [g] prohibebat cujuſquam fidei ſuam committere ſa-
lutem: nam ſuperiore anno T. Labienus, Caeſare in Gallia [h] citeriore 3
jus dicente, quum Commium comperiſſet ſollicitare civitates, & conju-
rationem contra Caeſarem [i] facere, infidelitatem ejus [k] ſine ulla perfidia
judicavit comprimi poſſe: quem quia non arbitrabatur vocatum in caſtra 4
venturum, ne tentando cautiorem faceret, C. Voluſenum Quadratum
miſit, qui eum, per ſimulationem conloquii, curaret interficiendum.
[4] Ad eam rem delectos [l] idoneos ei tradit centuriones. Quum in con- 5
loquium ventum eſſet, &, ut convenerat, manum Commii Voluſenus ad-
ripuiſ-

VARIAE LECTIONES.

a *deduct.* L. pr. *deperditos. al' perductos* L. tert. Ed. Inc. b *delegare* MSS. 3 Ed. Inc. c *in t.* L. tert. Ed. Inc. d abeſt Edd. R. M. V. *illa p.* L. ſec. *ſibi* exſulat a L. pr. *ipſi* a Scalig. e *def.* L. pr. f Sic B. pr. V. pr. V. ad l. IV, 3. non *civitatum. qui* MSS. 7 & Edd. pp. *aliaeque*. g vulgo *cohib.* h *inter.* L. ſec. i deeſt Dorv. *conjurationes* Ed. Inc k *ſimili* adlevit orae libri Lipſ. contra MSS. l vulgo *del. tranſdidit.* dein vulgo *adr. cent. v. i. re p. v. hominem conficere, c. a f. p. C. non potuit.*

c. 41. Bongarſ. ad Juſt. l. 11, 9. *Auctor & concitor ejus belli.* ubi in 2. MSS. a me viſis quoque *concitator*. Supra Petav. l. VII, 77. *Galliam concivimus.* Contra MStos tamen nil muto. Conſtanter omnes c. 38. *Principem ſceleris illius & concitatorem belli.* c. ſeq. *bellum concitare.*

1. OBSIDES CONFICIUNT] MSS. Lov. & Leid. tert. *conſtituunt*. Cave, quid mutes. *Conficiunt* eſt comparant, colligunt obſides, quos ſe daturos Caeſari polliciti erant: uti hunc locum jam expoſuit Gronov. ad Liv. l. XXIX. c. 35. *ad XXX milia confeciſſet.* Saepe *conficere exercitum, multitudinem.* Terent. Eun. V, 4, 6.

Virginem confeci ſine moleſtia,
Sine ſumtu, ſine diſpendio. id eſt, comparavi. l. 1. B. Civ. c. 24. *Ex iis CCC equites conficit.* V. & Hirt. B. Alex. c. 26. *legiones* l. 1. B. c. 25. III, 107. & crebro. quibus locis in nonnullis MSS. eſt *efficere*, quod eodem redit, & a Caeſare ſaepe adhibetur quoque, ut l. 1. B. Civ. 15, 31. III, 1. alibi hoc ſenſu *rem, pecuniam conficere.*

2. EVENTUM] Leid. prim. & Oxon. *eventus.* Bene. Vide ad l. VI, 42. *eventus belli non ignorans.*

3. QUEM* TIMOR COHIBEBAT.] Lege *quem timor* PROHIBEBAT, ut jubent *Bongarſ.* tres, *Petav. Norvic.* aliique codices. DAVIS. *Cur. ſec. Prohibebat* exhibent quoque Voſſiani, Leidenſes, Lovan. Scalig. Egmund. & omnes tum aliorum tum mei, excepto Oxon., uti & Edd. vetuſtiores. quare repoſui, licet alterum non damnem.

4. AD EAM REM DELECTOS TRANSDIDIT CENTURIONES] MS. *Norv.* & editt. *Rom. Ven. Beroald. Steph.* habent *ad eam rem delectos* idoneos ei *tradidit centuriones*, nec intelligo, cur bigam illam verborum repudiarint nuperi. *Caeſar* l. II. B. G. c. XVII. *Qui locum caſtris idoneum deligant.* l. III. c. XVIII. *Idoneum quendam hominem & cal-*
lidum

ripuiſſet; & [1] centurio, velut inſueta re permotus, vellet Commium in-
terficere, celeriter a familiaribus prohibitus (Commii) conficere hominem
6 non potuit: graviter tamen primo ictu gladio [2] caput percuſſit. [a] Quum
utrimque gladii [3] deſtricti eſſent, non tam pugnandi, quam diffugiendi
fuit utrorumque conſilium; noſtrorum, quod mortifero vulnere Com-

mium

VARIAE LECTIONES.

a *noſtri cum d.* Pet. vulgo *diſtricti.*

lidum delegit Gallum. l. VII. c. XV. *Defenſores idonei oppido deliguntur.* Et ſic alibi ſaepe. DAVIS. Ita junxit Eurip. Hec. 525. λεκτοὶ ἔκκριτοι νεανίαι. *Idoneos ei* in textum jam admiſit Clarkius, & agnoſcunt MSS. mei praeter Oxon. & Andin. ſed & *idoneos* a m. pr. non exaratum fuit in Leid. pr. Contra *ei* abeſt a Bong. tert. Non autem a Scaligero ejecta ſunt haec verba, ſed jam olim Baſil. Veneti, Ald. Manut. Gryph. & Plant. ea non agnoverunt. Admiſi tamen, ſed paullo timidius. At item auctoritate omnium reſcripſi *ei tradit* pro *tranſdidit.*

1. CENTURIO VELUT INSUETA RE PERMOTUS VELLET HOMINEM CONFICERE, CELERITER A FAMILIARIBUS PROHIBITUS COMII NON POTUIT.] Editiones, omiſſa voce (&,) exhibent: (*Quum* —— *arripuiſſet; centurio &c.*) Qui cum ſenſus eſſet nullus, vocem iſtam (&) interpoſui. Verum cum particula illa, in nullis reperiatur MSS. atque etiam vox (*vellet*) in omnibus MSS. deſit, & voces iſtae (*velut inſueta re permotus*) non bene in eo, quo poſitae ſunt, loco conveniant; & tum in MSS. tum in Editt. Vett. tranſpoſita legatur pars ſententiae poſterior, (*celeriter a familiaribus prohibitus Comii, hominem conficere non potuit*) utique ne iſtam quidem, quam edidi, veram eſſe puto lectionem. MS. Elienſ. hoc modo exhibet: (*Quum* —— *manum Comii Voluſenus arripuiſſet; centurio*, velut *inſueta re permotus*, vel *celeriter a familiaribus prohibitus Comii, conficere hominem non potuit: Graviter tamen &c.*) Unde, ne literula quidem mutata, ſed (*vel ut*) ſolummodo pro (*velut*) poſita, iſto demum modo ipſum ſcripſiſſe *Hirtium* nullus dubito: (*Quum* —— *manum Comii Voluſenus arripuiſſet; centurio, VEL ut inſueta re permotus, VEL celeriter a familiaribus prohibitus Comii, conficere hominem non potuit: Graviter tamen* &c.) Quanto tandem elegantius! CLARK. Locus eſt perturbatus. *Norvic.* habet *Centurio* velut *inſueta re permotus vel celeriter a familiaribus prohibitus Commii, conficere hominem non potuit.* & hanc lectionem probat Cl. Clarkius; ſi modo, diviſa vocula, reponatur *vel ut inſueta re.* Eundem ordinem praeſtant *Beroald.* & *Gryph.* In eo ſolo diverſi abeunt, quod in iis *permotus celeriter* exhibeatur, omiſſa particula disjunctiva. Lego *Centurio* vel *inſueta re permotus*, *vel celeriter a familiaribus prohibitus Comii hominem conficere non potuit.* Qua ratione deletur vox omnino ſupervacanea. DAVIS. *Cur. ſec.* Bene & ante τὸ *centurio* addidit Clarkius, nec enim aliter conſtat ſenſus, aut conſtructio; habentque τὸ & Codd. Cujac. Scalig. Leid. prim. And. Oxon. & Bong. pr. eamque conjunctionem, ſi Urſiniani libri lectio admittatur, addendam monuit jam Hotomanus: quod miror, non adverſum eſſe a ſummo Scaligero, qui prius in textum Urſiniani Codicis lectionem admiſit. Antea edebatur *Cent. velut inſ. re p. celeriter a fam. pr. Comm. conficere hominem non potuit*, aut *permotus vel celeriter.* atque ita maxima MStorum turba, unde etiam Lipſius, & P. Aicardus libri ſui margini corrigendum adſcripſerunt *vel inſ. re permotus*, *vel celeriter a f.* &c. ſed *vellet* etiam eſt in Cujac. At Urſiniano plane conſentiunt Andin. Oxon. hoc modo: *vellet Commium conficere, cel. a fam. prohibitus non potuit.* Sed Leid. prim. amplior eſt: habet enim *vellet Comm. conficere, c. a. f. prob. Commii, conficere hominem non potuit.* Prope verum, quod unice nobis ſervavit Scaligeri Codex; uti reſcripſi: & *centurio*, *velut inſueta re permotus*, *vellet Commium interficere*, *celeriter a familiaribus prohibitus* (Commii) *conficere hominem non potuit.* Excidiſſe illa *Commium interficere* quodammodo etiam docet Egmund. Codex, in quo *interficere* pro *conficere.* *Commii* tamen uncis incluſi, quia haec videtur interpretatio ſive elucidatio lectoris ad vocem *familiaribus.* Videtis ſenſum jam clariſſimum, & luculentam ac concinnam orationem, totam e MSS. nulla ſyllaba de meo addita. Centurio erat quaſi permotus nova re, quod alter alterius manum prehendiſſet, quaſi inſcius, quid hoc ſibi vellet.

2. CAPUT PERCUSSIT.] *Caput* non comparet in Petav. Andino, Oxon. Lovan. Pal. Dorv. Brant. & Edd. Rom. Mediol. Ven. Tarvis. Flor. & aliis. Pro *percuſſit* etiam *vulneravit* Pet. And. & Oxon. ſi quid mutandum, delere malim τὸ *gladio.*

3. DESTRICTI] Sic exaratur in Bong. pr. Voſſiano pr. & Egmund. Bene non *diſt.* ut vulgo. Vide ad l. 1. c. 25. *diſcreti* ſine τοῦ *eſſent* Ed. Inc.

1. VIDE-

mium credebant adfectum; Gallorum, quod, inſidiis cognitis, plura, quam [1] videbant, extimeſcebant. Quo facto ſtatuiſſe Commius dicebatur, [2] numquam in conſpectum [a] cujuſquam Romani venire.

XXIV. Bellicoſiſſimis gentibus [b] devictis, Caeſar quum videret, nul- 1
lam [c] jam eſſe [d] civitatem, [3] quae bellum pararet, quo ſibi reſiſteret; ſed
nonnullos ex oppidis demigrare, ex agris [4] diffugere, ad praeſens [e] im-
perium evitandum, [f] plures in partes exercitum dimittere conſtituit.
[g] M. Antonium, quaeſtorem, [5] cum legione XI ſibi conjungit: C. Fa- 2
bium, legatum, cum cohortibus [h] XXV mittit in diverſiſſimam [i] Galliae par-
tem; quod ibi quaſdam civitates in armis eſſe audiebat, neque C. Cani-
nium [k] Rebilum, legatum, [l] qui in [6] illis regionibus praeerat, ſatis firmas

II le-

VARIAE LECTIONES.

a *cujuſque* G. *cujus* L. tert. Ed. Inc. b *victis* Pet. L. pr. c deeſt Pet. L. pr. tert. Ed. Inc. d *cauſam al. civit.* L. tert. Ed. Inc. dein vulgo *effugere*. e *periculum* B. tert. Ox. pro var. l. & Edd. quaed. *devit*. L. ſec. Pet. non male. f deeſt L. tert. Ed. Inc. g deeſt B. pr. L. ſec. *Quaeſtorem* exſulat ab And. Oxon. h *XV miſit* Pet. *XXVI m.* B. tert. i Ita L. pr. Ox. non *p.* G. dein *audierat* Ox. k male MSS. & Edd. qdd. *Rebilium*, *Rebillum*. *Rectum* L. tert. Ed. Inc. in Pet. *neque Revilum l. Revilum* Scal. l *qui illis* vulgo.

1. VIDERANT,] Sic MS. Reg. Al. *videbant*. CLARK. At pluſquam perfecto nullus meorum, aliive Codd. favent.

2. NUMQUAM IN CONSPECTUM CUJUSQUAM ROMANI VENIRE] Numquam, fide data, Romanis ſuam ſalutem committere. In MSto *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* legitur *numquam in* conſpectu *cujuſquam Romani venire*, de qua loquendi ratione vide not. ad hujuſce lib. c. VIII. DAVIS. *In conſpectu —— venire.*] Sic MSS. Vide ſupra ad l. 4. c. 12. CLARK. Deleri ſuam notam in curis ſecundis juſſit Daviſius. Ubique cum Clarkio accuſativum hunc in ablativum mutare, quid aliud eſt, quam novandi pruriginem aperire? licet *conſpectu* habeat Lovan. Scalig. & ſex alii, ſed recentiſſimi Codd. cum Edd. primis. Vetuſtiores quique, ut Bong. Voſſ. pr. Leid. pr. Cujac. And. Oxon. Petav. Egm. aliique dant *conſpectum*.

3. QUAE BELLUM PARARET, QUO SIBI RESISTERET] MS. *Norv.* & editt. *Rom. Ven. Beroald. quae bellum id pararet*, *quod ſibi reſiſteret*. Reponendum arbitror *quae bellum* adpararet, *quo ſibi reſiſteret. Cicero* pro lege Manil. p. 1564. Ed. Lambin. *Tantum bellum*, *tam diuturnum*, *tam longe lateque diſperſum —— Cn. Pompejus extrema hieme* apparavit. *Vellejus Paterculus* l. II. c. XII. *Tertius in* apparatu belli *conſumtus*. Vide & c. LXXXIII. DAVIS. Probat Daviſii conjecturam Clarkius. Nec male, confirmantque MSS. undecim & Edd. primae, habentes *id*. *Adparatus omnium rerum ad bellum* dicit l. II. B. Civ. c. 2. Caeſar. Verum Bong. pr. ſec. Cujac. Scal. Petav. Leid. pr. And. Oxon. non agnoſcunt. In Carrar. eſt *praepararet*. *Quod* ſolenni variatione praebent plurimi, non autem Bong. pr. ſec. Cujac. And. & Oxon.

4. DIFFUGERE] Sic MSS. Reg. & Elienſ. & Voſſii, multo elegantius. Vulgg. *effugere*. CLARKE. Ita etiam MSS. mei quatuordecim & Edd. Inc. Vaſc. Str. Steph. Gryph. poſt. Omnino bene. *defugere* Bong. pr. & Petav. quod placebat Grutero. Sed *diffugiendi conſilium* cap. praec. Cic. in Verr. III, 18. *Diffugerant permulti*, Sc. ex agris. Lucan. l. I, 572. *Quique colunt junctos … moenibus agros*, *Diffugiunt*. Plura vide ad l. I. B. Civ. c. 82.

5. CUM LEGIONE XI.] MSS. tantum non omnes, & Edd. priſcae habent vel *duodecima* vel *XII*; quibus obſequendum vult Gruterus. Sed omnino perperam. Mox ſequitur Labienum praefuiſſe Legioni XII, ſi ſana eſt lectio; ſed & ex capite ſec. clare patet, legionem XI adtributam fuiſſe Quaeſtori Antonio.

6. ILLIS REGIONIBUS PRAEERAT] MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii *in illis regionibus erat*. CLARK. Ita quoque Bong. pr. ſec. Voſſiani, Lovan. Egmund. & alii. Leid. pr. & Scalig. vulgatum ſervant. Verum Cujac. Petav. Pal. Bong. tert. Dorvill. immo Andin. Oxon. & Edd. primae, ceteraeque ad Urſinum & Scaligerum uſque *in illis r. praeerat*. Vere, ut repoſui. *Erat* tamen e ſuo, Faërni & Urſ. Cod. praefert Hotomanus. At Urſinus notavit in ſuo & Faërni Cod. eſſe *qui illis reg. praeerat*. Crediderunt illi librarii, *praeeſſe* junctum habere Dativum. Sed Hirt. B.

Afric.

3 II legiones habere [a] exiſtimabat. T. Labienum ad ſe evocat: [1] legionemque XII, quae cum eo fuerat [b] in hibernis, in Togatam Galliam [c] mittit, ad colonias civium Romanorum tuendas; ne quod ſimile incommodum accideret [2] decurſione barbarorum, ac [d] ſuperiore aeſtate [3] Tergeſtinis accidiſſet; [4] qui repentino latrocinio atque inpetu eorum erant ob-

VARIAE LECTIONES.

a *Exiſtum.* B. pr. V. pr. E. Mox *vocat* L. pr. Lov. Dorv. Edd. R. M. V. ſed V. ad l. VI. c. 34. b deeſt B. pr. Ox. c *comm.* V. ſec. d *ſuperiori* L. pr. B. pr. *ingeſtinis* L. tert. Ed. Inc. *acciderat* MSS. plerique & Edd. pp. aliaeque. *accideret* Eg.

Afric. c. 33. *Adrumeti praeerat.* Liv. l. XXV, 16. *In Bruttiis praeerat.* Adde Cl. Drakenb. ad l. II, 6. *Praeerat Aruns.*

1. LEGIONEMQUE XII, QUAE CUM EO FUERAT IN HIBERNIS, IN TOGATAM GALLIAM MITTIT] MSS. omnes conſtanter habent XII. Ciacconius & Urſinus legunt *legionem* IV, non hic modo, verum & in fine hujus libri, ubi dicitur: *Caeſar tamen, quum de voluntate adverſariorum nemini dubium eſſet, Cn. Pompejo legionem remiſit, & ex ſuo numero* XV, *quam in Gallia citeriore habuerat, ex S. C. jubet tranſdi.* Sed hoc loco pro XV in ſec. MSto Bongarſiano eſt XIV: vitioſe, quando illam Pompejo tranſditam non fuiſſe, vel hinc manifeſte conſtet, quod habuit eam Caeſar in Hiſpania, & primo de Bello Civili ait, occiſum ex ſuis fuiſſe Q. Fulginium, *ex primo haſtato legionis* XIV. Sed cauſſa emendandi fuit Ciacconio & Urſino, quod hic dicitur legio XII in citeriorem Galliam miſſa, infra ait Hirtius legionem XV in citeriore Gallia fuiſſe, ac Pompejo a Caeſare tranſditam. At ipſe Caeſar l. III. (c. 88.) de Bello Civili ait: *Erant in ſiniſtro cornu legiones duae tranſditae a Caeſare initio diſſenſionis, ex S. C. quarum una prima, altera tertia appellabatur.* contra Lucanus l. VII.

—— *cornus tibi cura ſiniſtri*
Lentule, cum prima, quae tum fuit optima bello,
Et quarta legione datur.

Lentulus igitur primae legioni & quartae praepoſitus. Et ſane arbitror corruptum in Caeſare numerum. Ut vix dubium relinquam mihi, quin vera obſervarint. VOSS. Nihil variant quoque mei codices; niſi quod cum aliis & Edd. priſcis habeant *Legionem autem*, praeter Petav. Cujac. Scalig. Leid. pr. And. & Oxon. in Leid. tert. & Ed. Inc. *legionem XII. undecimam* libro ſuo adlevit Lipſius, quod quid ſibi velit, neſcio.

2. DECURSIONE BARBARORUM] Ita repoſuit Scaliger. An recte, diſquiri merito poſſit. Antea ſcriptum erat *de incurſione.* In Petaviano cod. eſt, *de concurſione*, in tertio Bongarſ. *diſcurſione:* atque ita Lipſius edidit: ſecundo *diverſione.* Primus tamen codex habet *decurſione.* Veteribus *decurſio* vocatur equeſtre certamen, quod manifeſtius, quam ut probari debeat. Unde Tacitus, de Germanico, *princeps honori patris decucurrit.* Non tamen hanc decurſionis vocem alio ſignificatu apud autorum quemquam legere me memini. Sed *decurſus* pro καταδρομῇ uſurpatur, uti cum amnis de monte decurrere dicitur: itaque ſi barbari Alpibus decurrentes Tergeſtinos invaſerunt, percommoda hic *decurſus* vox. *Decurſio* etſi hac notione non legerim, tamen improbare temerarii putem, & ejus qui neſciat, veteres tam *contemtus* quam *contemtio*, tam *auctus* quam *auctio* & innumera id genus alia uſurpaſſe. Sed *incurſionis* vocem huic loco magis congruere arbitror. VOSSIUS. MS. Reg. *diſcurſione.* Al. *de incurſione.* CLARK. *Decurſione* habent cum Bong. primo & Voſſ. primo multi ex meis. *diſc.* Voſſ. ſec. *diſcuſſione* Carr. Sed id quod ante Scaligerum vulgo edebatur, ſervant Cujac. Scalig. Leid. prim. tert. Lovan. Gott. Voſſ. tert. Dorvill. & Edd. primae. Neque cauſſam video, cur hoc mutari debuerit. *De* cauſſam notat, uti dicimus *ea de cauſſa* & *ea cauſſa; quo facto* & *quo de facto.* Eadem praepoſitio abeſt a pleriſque MSS. c. 30. *de detrimento aut timore provinciae magna infamia caperetur.* Praeterquam quod & aliquando abundet. Confer Cl. Burm. ad Nemeſ. Cyneg. v. 17. & Pric. ad Apulej. *A.* IV. p. 61. *Solatium de refectione tribues.* Heum. ad Lactant. Sympoſ. v. 12. *de verſu.* Vox vero *incurſio* hac in re propria & ubivis obvia eſt. Nolui tamen rurſus inmutare, quia video hoc verbo *decurſio* eodem ſenſu ab Hirtio uſurpatum B. Alex. c. 42. *Ad decurſiones faciendas & bellum inferendum.*

3. TERGESTINIS] Nullus veterum, quod ſciam, hujus cladis Tergeſtinorum meminit. VOSSIUS.

4. QUI —— IMPETU EORUM] Codices plerique (quia —— *impetu* incolae *illorum* &c. CLARK. *Qui* ſervant veterrimi Bong. pr. ſec. Cujac. Petav. Voſſ. pr. Leid. pr. Scal. And. Oxon. aliique. *Quod* Egmund. *quia* Edd. primae cum aliis recentioribus. Si quis admittere velit, disjungat ille *qui a latr. Inpetu eorum* diſerte exſtat

obpreſſi. Ipſe ad [a] vaſtandos [1] depopulandoſque fines Ambiorigis proficiſcitur: 4 quem [2] perterritum [b] ac fugientem quum redigi poſſe in ſuam poteſtatem deſperaſſet, [3] proximum ſuae [c] dignitatis eſſe ducebat, [d] adeo fines ejus [4] vaſtare [e] civibus, aedificiis, pecore, ut odio ſuorum Ambiorix, [f] ſi quos fortuna feciſſet reliquos, nullum reditum propter tantas calamitates [g] haberet in civitatem.

XXV. Quum in [5] omnis partes finium Ambiorigis aut legiones aut 1 auxilia dimiſiſſet, [h] atque omnia caedibus, incendiis, [i] rapinis vaſtaſſet, magno numero hominum interfecto aut capto; Labienum cum II legionibus in [k] Treviros mittit; quorum civitas, propter Germaniae [l] vi- 2 cinitatem, quotidianis [6] exercitata bellis, cultu & feritate, non multum a Germa-

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. vetuſtiores & plures atque Edd. pp. aliaeque, non *dev.* b vulgo *atque.* c *dignitati* vulgo. dein *educebat* B. pr. *dicebat* MSS. 2. Ed. Inc. d deeſt Pet. e *finibus* B. ſec. f *ſuos ſi* G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. g *habeat* L. pr. h deeſt L. pr. i *rapiniſque* Carr. k *Treveros* MSS. vetuſtiores. l *viciniam* Ox.

ſtat in Cuj. Petav. Scal. Leid. pr. Oxon. & And. a ſed Edd. Vaſc. Str. Steph. Gryph. poſt. *incolae illorum:* Primae & aliae cum MSS. ceteris *imp. in colle* vel *incole* vel *incolae illorum.* Latere quid videtur. An *inpetu incauto*, id eſt, inproviſo, inopinato? V. ad Lucan. l. IV, 17. *incauto ex hoſte.*

1. DEPOPULANDOSQUE.] *Popul.* Dorvill. ſed Petav. Leid. prim. Oxon. *oppugnandoſque.* Cuj. vero *oppugnandoſque occupandos.* Nihil eorum ſequendum arbitror.

2. PERTERRITUM ATQUE FUG.] Bongarſ. pr. *praeterritum*: forſan fuit *proterritum.* Vide ad l. v. c. 58. *proterritis hoſtibus atque in fugam conjectis.* ſed c. 27. *fugientes perterritoſque.* dein *ac* pro *atque* repoſui, fide MStorum tantum non omnium & Edd. Vaſc. Steph. aliorumque. *Poſſe* abeſt quoque a Lovan. Gottorp. Voſſ. tert. Leid. tert. Dorvill. & Edd. primis. Quod elegantius videtur. De hac ellipſi egimus ad l. II, 32. & alibi.

3. PROXIMUM SUAE DIGNITATI ESSE DUCEBAT] Codices plerique *dignitatis.* CLARK. Faërnus voces *ſuae dignitati* vellet delere, ut ſupervacuas, eaſque uncis incluſit Scaliger. At MSS. omnes ſervant, qui, exceptis Petav. Oxon. & Andino, dant *dignitatis*; item Edd. Inc. Vaſc. Str. Steph. Gryphii aliaeque. Omnino rectius. Dignitatis Caeſarianae erat, vivum capere Ambiorigem. At cum hoc non poſſet fieri, proximum ducebat, ſuae dignitatis eſſe, vaſtare fines ejus.

4. VASTARE CIVIBUS, AEDIFICIIS, PECORE] *Pet. Ciacconius*, & *Fr. Hotomannus* reponunt *vaſtare vicis* &c. Sed fruſtra ſunt, cum vulgatam lectionem ſollicitent: fines enim aeque poſſunt vaſtari *civibus* ac *pecore*, & c. XXV. fatetur Caeſar ſe *omnes partes finium Ambiorigis caedibus, incendiis, rapinis vaſtaſſe*; quod denotat eum cives trucidaſſe, aedificia incendiſſe, pecora rapuiſſe. DAVIS.

5. OMNES FINES PARTIUM AMBIORIGIS] Ἐναλλαγὴ pro *partes finium Ambiorigis*, quod poëtis quam hiſtoricis uſitatius. Sic Papinius I. Thebaid.

—— —— —— *ignes*
Sopitum cinerem, & tepidi libamina ſacri
Servabant, pro

Cinis ignem ſervabat. Sed in ſec. Cod. Bongarſii erat *omnes partes & fines.* Carrarienſis & Florentinus, uti Ciacconius affirmat, habebant *partes finium.* Quae lectio vera ſit, dictu arduum. VOSSIUS. *Partes finium.* Codices nonnulli *in omn. fines partium.* Quod idem eſt. CLARK. *Partes finium* eſt in Bong. pr. Petav. Leid. pr. Cujac. Scalig. aliiſque. at *fines partium* cum quibuſdam Edd. dant And. & Oxon. in quo *omnis. partes finis* Voſſ. tert. Lovan. Egmund. Gott. Leid. tert. Dorvil. Ed. Inc. *partes fines* Voſſ. prim. Leid. ſec. *finium* deeſt in Voſſ. ſec. Putem, ab Hirtio profectum eſſe *quum in omnis partes per finis Amb. Per* enim facile excidiſſe potuit ob vocem *partes.* Genitivum pluralem fecerunt pro Genitivo ſingulari, ut credebant librarii, cum eſſet accuſativus in *is.* De locutione *in omnes partes dimittere* adi ad l. IV, 19. & ſupra c. 5. *In omnes partes dimittit.* Quamvis etiam lectio Bong. ſec. *In omnis partes & finis* admitti poteſt. Conſule notata ad l. VI. c. XI. *In omnibus civitatibus atque in omnibus pagis partibuſque.*

6. EXERCITATA BELLIS] Bongarſ. prim. Voſſ. prim.

Germanis [a] differebat: neque imperata umquam, niſi exercitu [b] coacta, faciebat.

1 XXVI. Interim [c] C. Caninius legatus, quum, magnam multitudinem
conveniſſe hoſtium in fines Pictonum, litteris nunciiſque [d] Duratii cogno-
ſceret, qui perpetuo in amicitia Romanorum [1] permanſerat [e], quum pars
2 quaedam civitatis ejus defeciſſet; ad oppidum [2] Lemonum contendit. Quo
quum adventaret, atque ex captivis certius cognoſceret, multis hominum
milibus [f] a [3] Dumnaco, duce Andium, Duratium clauſum Lemoni ob-
pugnari; neque infirmas legiones hoſtibus committere auderet; caſtra mu-
3 nito loco poſuit. Dumnacus, [g] quum adpropinquare Caninium [h] cogno-
viſſet, copiis omnibus ad legiones converſis, caſtra Romanorum obpu-
gnare

VARIAE LECTIONES.

a *Differebant* V. tert. b *coacto* Lov. Dorv. Edd. R. M. c *Revilus l.* Petav. ut ſupra, nec male, at L. pr. Scal. *C. Caninius Rebilus l.* ut ſupra vulgo & infra e MSS. d Sic vel potius *Durati* (V. ad l. I. 46.) MSS. & Ed. Inc. per *t* hic & infra non *c*. item *cognoſceret* praeter unum aut alterum recentiorem, non *cognoviſſet*. quod contra in Lov. & Dorv. MSS. legitur pro *cognoſc.* e Sic Pet. Cuj. Sc. L. pr. Ox. And. Reliqui *manſerat Rom.* cum Edd. pp. *permanſerant* Pet. *manſerant* Edd. R. M. *manſiſſet* Carr. *quum* deeſt B. pr. Pet. *quodque* Ox. Al. *quod. ejus* abeſt L tert. G. Ed. Inc. *paenis defeciſſent* Ox. dein vulgo ter *Limonum.* f vulgo abeſt praep. g *dum* V. pr. L. tert. h Sic B. pr. V. pr. Scal. Egm. *cognoſceret* MSS. 3 Ed. Inc. vulgo *cognoviſſet.*

prim. Lovan. Egmund. & 5 aliis cum Edd. Rom. Inc. Mediol. *exercita.* Quod ſane non temere eſt ſpernendum. Adi dicta ad Frontin. l. II. c. I. §. 9. Perpetuo autem haec variantur. *exercitationibus* inepte Voſſ. tert.

1. PERMANSERAT, QUUM PARS QUAEDAM CIVITATIS EJUS DEFECISSET;] Ita reſtituimus, ipſa ſententia clamante. Scaliger & Recentiores omnes, peſſima interpunctione, ſententiam prorſus perturbarunt. —— *Permanſerat; quum pars quaedam civitatis ejus defeciſſet, &c.* CLARK.

2. LEMONUM] Teſtatur Ciaccon. in duobus Codd. ſcribi *Limonum:* cum Edd. Vett. haberent *Lemonem* vel *Lemovicum*, ut eſt in Oxon. *Limonum* vidi quoque in Leid. tert. Palat. & Voſſ. tert. ac Inc. Ed. Verum ceteri omnes vetuſtiores *Lemonum.* Petav. *Lemo unum.* Putem omnino in Ptolemaeo quoque legi debere Λέμωνον. Adi omnino Valeſium Not. Gall. p. 449. Hinc *e* deinceps in MSS. adhaeſit *Lemonem obp.* & *Lemonem redit.* ubi vide etiam. Surita tamen & Weſſeling. *i* praeferunt ad Anton. Itin. p. 459. ubi eadem in MSS. confuſio.

3. DUMNACO DUCE ANDIUM DURACIUM CLAUSUM, LIMONUM OBPUGNARI] Faediſſima eſt menda, quam miror a nemine animadverſam. MS. *Norv. Duracium clauſum Limone oppugnari.* Sic & editt. vett. *Rom. Ven. Beroald.* niſi quod illae *Lemone.* Recta eſt MSti *Norv.* lectio. Diſtingue *Duratium clauſum Limone, oppugnari.* Tertiae enim *declinationis* nomen eſſe ſtatuimus, & ita omnes MSSti praeter eos, qui corrupte *Limovicum* exhibent; unde ſupra lege *ad oppidum Limonem*, & infra *ad obſidendum Limonem.* Hanc ſcripturam ſimul cum conjectura noſtra tuetur *Jul. Celſus* p. 165. *Duracius*, inquit ille, *tum temporis ad* Limonem *obſidebatur ab Andio Dumnaco.* Erroris anſam praebuit *Pet. Ciacconius*, qui *Duracium* vicum fuiſſe contendit, cum luce meridiana ſit clarius, inter primores fuiſſe Pictonum. Prius tamen & gravius deliravit *Raymundus Marlianus*, dum ex hoc loco *Duracios* finxerit populum, qui perpetuo in amicitia permanſerat Romanorum. DAVIS. *Dumnaco Duce*) MS. Reg. & Elienſ. (a *dumnaco duce*) quae & melior Lectio. *Duracium clauſum Limone oppugnari;*) Ita optime reſtituit Daviſius ex MSS. & Edd. Vett. Niſi forte legi poſſit *clauſum Limono, obpugnari.* Urbs enim iſta (annotante Cellario,) Ptolemaeo eſt λίμωνον. Scaliger & Recentiores ediderunt *D. c. Limonum opp.* Quam lectionem Ciacc. acceptam referunt, qui *Duracium*, hominem Romanis amiciſſimum, oppidum, eſſe ſcilicet exiſtimavit. Multo autem etiam adhuc lautius erravit R. Marlianus (eodem obſervante Daviſio,) qui ex hoc loco *Duracios* neſcio quem *populum* finxit. CLARK. *Norvic.* dat *adumnaco duce Andium.* Legendum *a Dumnaco d. A.* quod etiam Cl. *Clarkius* animadvertit. Ita diſerte repraeſentat *Egmond. Gottorp. Bong.* pr. ſec. DAVIS. *Cur. ſec.*. Primo *a* addidi ex Hotom. Cod. *Adimniaco*, qui neſciebat, quid hoc vellet, uti & Voſſ. primo, & tribus aliis atque Incerta

Ed.

gnare inſtituit. Quum [a] complures dies [1] in obpugnatione conſumſiſſet;
&, magno ſuorum detrimento, nullam partem munitionum convellere
potuiſſet, rurſus ad obſidendum [b] Lemonum redit.
XXVII. [c] Eodem tempore C. Fabius, legatus, complures civitates in 1
fidem [d] recipit, obſidibus firmat, litteriſque C. [e] Caninii Rebili fit certior,
quae in Pictonibus [f] gerantur. Quibus rebus cognitis, proficiſcitur [2] ad au- 2
xilium Duratio ferendum. At Dumnacus, adventu [g] Fabii cognito, de-
ſperata ſalute, ſi eodem tempore coactus eſſet, [3] & Romanum externum
ſuſtinere hoſtem, & reſpicere ac timere oppidanos, repente [h] eo ex loco
cum copiis recedit: nec [i] ſe ſatis tutum fore [k] arbitratur, niſi [l] flumen Li-
gerim, quod erat ponte propter magnitudinem [m] tranſeundum, copias
tranſduxiſſet. Fabius, [4] etſi nondum in conſpectum venerat hoſtibus, ne- 3
que [n] ſe cum Caninio conjunxerat; [o] tamen doctus ab iis, qui locorum
noverant naturam, potiſſimum credidit, hoſtes [p] perterritos [5] eum locum,
quem

VARIAE LECTIONES.

a *Plures* B. pr. *que pl.* B. tert. b Sic diſerte rurſus L. pr. Scal. Cuj. Egm. Al. *Limonem*, *Lemonem*. And. *Lemones*. *tendit* etiam Ox. c *Eo* MSS. 5. Ed. Inc. d *recepit* L. pr. & 4 alii. e Sic MSS. tum aliorum tum mei, fere omnes, vel *Revili* vel *Rebilii*: multi quoque *Canini*. ut C. praec. *Durati*. *C. Rebili Caninii* L. ſec. vulgo *Caninii certior fit*. f *gererentur* And. Ox. V. tert. G. *geruntur* Lov. Dorv. dein *bis rebus* And. Ox. L. pr. bene. g deeſt G. V. tert. h MSS. plerique, & Edd. quaed. *ex eo l.* i deeſt L. pr. k *arbitrabatur* L. pr. Lov. G. V. tert. Ed. Inc. non male, ut alibi diximus. l Sic Cuj. Sc. L. pr. Pet. And. Ox. Reliqui & Edd. pp. *flumine Ligeri*. m *conſtratum* Pet. Edd. quaed. & Vaſc. M. quo pertinent ſeqq. *ad eumdem pontem*. n *ſecum Caninium* L. pr. *cum* abeſt MSS. 13. & Edd. pp. *junxerat* G. L. tert. Ed. Inc. *junxerit* V. tert. o *cauſam* L. tert. Ed. Inc. p *territos* L. pr.

Ed. dein pro *Limonum* MSS. tantum non omnes *Lemonem* vel *Limone* aut *Lemone*: uti eſt in Oxon. Lovan. Gott. Leid. tert. Voſſ. tert. Dorv. & Edd. primis. *Libonae* Egm. Errant ſine dubio, qui ex ſcriptura Codd. faciunt hanc urbem tertiae declinationis; maleque *Lemone* revocavit Clark. Cur non ſervatis iiſdem litteris *Lemoni*? quamvis ſi addicerent MSS. non inprobarem *Lemono*. Vide ad l. VII. c. 32. *Avarico commoratus*.

1. OBPUGNATIONE] MS. Scalig. & Edd. Manut. Gryph. *obpugnationem*. Quod ut adrideat, cave tamen, quid temere mutes. l. V. c. 11. *In his rebus* x *dies conſumit*. l. I. B. C. c. 27. *diebus in ea re conſumtis*. c. 81. *in ea re diem conſumunt*. B. Afric. c. 78. *tempus in otio conſumebatur*.

2. AD AUXILIUM DURATIO FERENDUM] Subeſſe mendoſi quid, MStorum varietas indicare videtur. *Auxilia* Scalig. *ad auxilii Durati* Bong. pr. *Durati* etiam Bong. ſec. Scal. Leid. pr. Voſſ. pr. ſec. item Petav. in quo *ferendum Durati*. Non male ſuſpicatur Gruterus, *ferendum* eſſe ſubpoſititium. Sed forſan majus ulcus latet, & reſtituendum *ad auxilia Duratio*. de plurali *auxilia* vide ad l. VI, 8. de Dativo ad l. V, 48. *Communis ſalutis auxilium*.

3. ET ROMANUM EXTERNUM S. HOSTEM] Sic quidem repoſuit Scaliger, ex Hotomani ſententia, & ſuffragantur And. Oxon. Palat. ac Dorvill. Eddque Rom. Ven. aliaeque primae. MSS. reliqui & Edd. ceterae addunt *&* externum. Leid. pr. ac Scal. *& R. hoſtem & ext. ſuſt.* Beroaldus legebat *& R. & exercitum* i. e. exercitatum. quod ſane confirmatur a Bong. tert. *extremum* Gott. & Voſſ. tert. cum Ed. Inc. Ciacconio placebat deleri *& Romanum*, tamquam ex interpretatione natum. quod mihi non diſplicet quoque.

4. ETSI NONDUM IN CONSPECTUM VENERAT] Hic etiam editt. antiquiſſimae *Rom. Ven.* exhibent *in conſpectu venerat*, & infra c. XXIX. *In conſpectu hoſtium veniunt*; quem probum quidem eſſe, ſed paullo inuſitatiorem loquendi modum oſtendimus ad hujuſce libri c. VIII. Vide & *Th. Munckerum* ad *Hygini* Fab. L. DAVIS. *In conſpectu*. Vide ſupra ad l. IV. c. 12. CLARK. Temere hunc ablativum ubivis intrudit Clarkius, quem hic oſtentant ex meis ſoli Lov. Scalig. Leid. ſec. Dorvill. & Edd. Ven. Med. Adi etiam ad l. II, 17. & ſaepius. Ceterum pro *hoſtibus* eſt *hoſtis* in Buſlid. & Edd. Rom. Ven. Med. *hoſtium veniat*. Oxon. Leid. pr. Scalig. Edd. Vaſc. Str. Steph. & aliae. Magis placet alterum. Vide ad l. V. c. 44. *Gladium ed. conanti*. &c.

5. EUM

4 quem [a] petebat, petituros. [b] Itaque cum copiis ad eumdem pontem con-
tendit, [c] equitatumque tantum procedere ante agmen imperat legionum,
quantum quum proceſſiſſet, ſine [d] defatigatione equorum in eadem ſe re-
5 ciperet caſtra. Conſequuntur equites noſtri, [e] ut erat praeceptum, inva-
duntque Dumnaci agmen: & [f] fugientes perterritoſque ſub ſarcinis [g] in iti-
nere adgreſſi, magna praeda, multis interfectis, potiuntur. [1] Ita, re be-
ne geſta, ſe recipiunt in caſtra.
1 XXVIII. [h] Inſequenti nocte Fabius equites praemittit, ſic paratos, ut
[i] confligerent, atque [k] omne agmen morarentur, dum conſequeretur ipſe.
2 Cujus praeceptis ut res gereretur, [2] Q. Atius Varus, praefectus equitum,
ſingularis & animi & prudentiae [l] vir, ſuos hortatur, agmenque hoſtium
[m] conſecutus, turmas partim idoneis locis diſponit, partim equitum [n] proe-
3 lium committit. [3] Conſiſtit audacius equitatus hoſtium, ſuccedentibus ſibi
4 peditibus, qui [4] toto agmine ſubſiſtentes, equitibus ſuis contra noſtros fe-
runt

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *petebant.* b *eoque* Pet. quod placet Grutero, deletis *ad e. pontem.* Certe *pontem* abeſt a V. ſec. *locum* G. V. tert. Ed: Inc. c *que* deeſt G. V. tert. d *fatig.* G. V. tert. Ed. Inc. *defet.* V. pr. Egm. *equitum* Lov. *reciperent* Dorv. e *uti eis er.* V. pr. *imperatum* L. pr. f per *i* Ox. g deeſt *in* MSS. 12. Ed. Inc. ſed V. ad l. 111, 24. h *inſequente* MSS. 6. & Edd. quaed. i *confligeret* L. pr. k deeſt V. C. Urſ. Faerni, Oxon. non male. an *omnino*? l abeſt ab And. L. ſec. m *ſecutus* MSS. 3. Edd. R. M. V. *turbas* B. pr. n *proelio* Pet.

5. EUM LOCUM, QUEM PETEBANT, PETITUROS] Sic Cujac. Scal. Petav. And. Oxon. Leid. pr. In reliquis *non eum locum*, vel *n̄* uti & Edd. primis, ac R. Steph. ſine dubio corrupte. pro *petebant* in Leid. tert. & Ed. Inc. eſt *credebant.* at Oxon. Leid. pr. Petav. & Vaſcoſ. margine *petebat.* Unde acute conjecit Gruterus *unum eum l., qui patebat, petit. petere* enim & *patere* frequenter confunduntur. Hinc emendandus auctor Moreti e MSS. Scal. & quem contulit Iſ. Voſſius. *Hinc ſibi depromit, quantum menſura patebat.* vulgo *petebat. patet via* obvia eſt locutio. At huic emendationi obſtat, quod tum non debuerit *potiſſimum credere*, hoſtes eum locum petituros; ſed *certiſſime ſcire*, cum alia non pateret. Quare probo quidem *unum*, ſed *petebat* praefero. Ipſe enim in itinere quoque erat; credebatque hoſtes eodem, quo ipſe tendebat, profecturos,

1. ITA, RE BENE GESTA] Sic reſcripſimus ex MSto *Norvic.* & editt. *Rom. Beroald.* Vulgg. *itaque:* haud pro *Caeſaris* & *Hirtii* more. DAVIS. *Ita,*) Sic edidit Daviſius ex MS. Elienſi. Cui ſuffragantur & MS. Reg. & Editt. Vett. Recentiores; *Itaque.* CLARK. & MSS. mei omnes.

2. Q. ATIUS VARIUS] Ita quidem e conjectura Fulvii Urſini edidit Scaliger, ſive *Attius.* Quae gens hoc tempore erat inluſtris, ut vel e bello civili liquet. Juvant hanc conjecturam Petav. & Egmund., in quibus *Q. Tatius Varus.* In Leid. pr. *Quintus Citatius Durus. Citatius* etiam Scalig. Reliqui cum Edd. vetuſtis habent *Q. Titatius Varus*; niſi quod in Oxon. non compareat *Q.* unde facere poſſes *Titus Atius Varus*, niſi ignotius lateat nomen.

3. CONSISTIT] MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii & Editt. Vett. *confligit.* CLARK. Vulgarem lectionem ſoli propugnant And. & Oxon. Reliqui MSS. omnes tam aliorum, quam mei, item Edd. primae, Vaſcoſ. R. Steph. aliaeque *confligit*, praeterquam Petav. in quo *conſtitit*: quod verum arbitror; & inde natum *confligit*, aut pro Gloſſa ſuperſcriptum. Hinc alii infra pro *conflixerunt* ediderunt *conſtiterant.*

4. TOTO AGMINE SUBSISTENTES, EQUITIBUS SUIS] Sic eſt in editt. *Rom. Ven. Beroald.* nec repudio. Haud male tamen MS. *Brant.* & *Steph. Toto agmine, ſubſiſtentibus equitibus ſuis*; niſi forte cum *Norvic.* legere placeat *toto agmine, ſubſiſtentibus ſuis*, omiſſa voce *equitibus.* DAVIS. Item MSS. Reg. & Voſſii *ſubſiſtentibus eq. ſuis &c.* CLARK. At *ſubſiſtentes* legas in Cujac. Scal. Petav. Leid. pr. And. & Oxon. Nequaquam tamen damno reliquorum Codicum lectionem *ſubſiſtentibus eq. ſuis* vel ſine *equitibus*, quam vocem fruſtra etiam quaeras in Gott. & Voſſ. tert. *ſubſiſtere* enim idem eſt, quod *ſuſtinere*; idque hoc loco melius equitibus, qui audacius *conſiſtebant*, ſeu *confligebant*, convenire videtur. l. 1. B. G. 15.
Hoſtes

runt auxilium. Fit proelium acri certamine. Namque [a] noſtri, contemtis pridie ſuperatis hoſtibus, quum [b] ſubſequi legiones meminiſſent, & pudore [c] cedendi, & [1] cupiditate per ſe [d] conficiendi proelii, fortiſſime contra pedites proeliantur: hoſteſque, nihil amplius copiarum acceſſurum, [2] credentes, [e] ut pridie cognoverant, delendi equitatus noſtri nacti occaſionem videbantur. 5

XXIX. [f] Quum aliquamdiu ſumma contentione [g] dimicaretur, Dumnacus [h] inſtruit aciem, quae ſuis [i] eſſet equitibus in vicem praeſidio. [k] Tum repente confertae legiones [3] in conſpectum hoſtium veniunt. Quibus viſis [l] perculſae barbarorum turmae, [m] perterritae acies hoſtium, perturbato [n] inpedimentorum agmine, [o] magno clamore diſcurſuque paſſim fugae ſe mandant. At noſtri equites, qui paullo ante cum reſiſtentibus [p] fortiſſime conflixerant, laetitia victoriae elati, magno undique clamore [q] ſublato, cedentibus circumfuſi, quantum equorum vires ad perſequendum, dextraeque ad caedendum valent, [4] tantum eo proelio interficiunt. Itaque amplius [r] milibus XII aut armatorum, aut eorum, qui [5] timore arma projecerant, interfectis, omnis multitudo capitur inpedimentorum.

1 (Dumnacus) · 2 (Quibus viſis) · 3 (fortiſſime) · 4 (Itaque)

XXX.

VARIAE LECTIONES.

a *Noſtris* MSS. 4. Ed. Inc. *contemtis* deeſt Pet. *ſuperatisque* MSS. plerique & Edd. pp. male. b *ſequi* Pet. c *reced.* V. pr. a m. pr. dein vulgo additur *celerius*. d *confitendi* G. *confidendi* V. tert. e *ac* Lipſ. *noverant* And. Ox. f *ut* Pet. g *dimicarunt* Ox. h *inſtituit* Pet. V. ad l. III, 24. i *eſſe* MSS. 4. Ed. Inc. k *cum* MSS. & Edd. pp. praeter Pet. Cuj. Sc. L. pr. And. Ox. Rectius eſt *tum*. *confertae* abeſt ab Ox. *venerunt* L. pr. Scal. l *percuſſae* L. ſec. *proculſae* V. tert. m Sic And. Ox. Cuj. Pet. L. pr. vulgo *ac p.* In iisdem etiam *perterrita*, non male, niſi praeferas inſuper *acie.* n *inpeditorum* L. pr. o deeſt Cuj. Pet. Ox. *curſuque* Pet. p *potiſſime* L. tert. Ed. Inc. *conſtiterant* Edd. R. M. V. *conflixerunt* V. tert. q *ſoluto* Lov. r *milia* And. Ceterum ridicule MSS. 9. *m. paſſuum XII.* immo *hominum. aut* abeſt a L. pr. Ox.

Hoſtes audacius ſubſiſtere, nonnumquam etiam noſtros proelio laceſſere coeperunt. Adde ad l. v, 10. *Ancorae ſubſiſterent.* Mutaſſe videntur, ne duo participia ſimilia jungerentur.

1. ET CUPIDITATE CELERIUS] Ultima vox abeſt a MSS. *Brant. Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* nec ullam patitur jacturam ſententia, equites enim Romani ſine peditum auxilio proelium conficere voluerunt. Ad hoc tamen praeſtandum celeritate fuit opus, quia ſequebantur legiones; ideo ſalva maneat recepta lectio, per me licet. DAVIS. Neque ego damnarem *celerius:* ſi addicerent id mei MSS. aut Vett. Edd. At a cunctis tam aliorum, quam meis conſtanter ea vox abeſt, nec in Edd. ante Scalig. vel Lipſianam vidi, praeter quam in Vaſcoſ. & Stradae: quare ablegavi hanc voculam ſine ſenſus diſpendio. Ajunt tamen ita legi in Carrar.

2. CREDENTES &c.] Haec vox abeſt a Bong. pr. in quo mox pro *nacti* eſt *nati* a m. pr. *nacti* vero deeſt in And. & Petav. qui dat *occaſione utebantur.* Unde non diſplicuit Grutero olim *occ. rati &c. del. eq. noſtri occaſione uteb.* Nil ego temere moveo.

3. IN CONSPECTU —— VENIUNT.] Vide ſupra addi l. IV. c. 12. CLARK. *conſpectu* eſt quidem in Scal. & tribus aliis recentiſſimis. Temere tamen ubique hunc Ablativum intruſiſſe Clarkium, monui ſaepius, uti & c. 27.

4. TANTUM EO PROELIO INTERFICIUNT] In Petaviano codice erat *perficiunt*. Conſtat veteribus *facere* ſignaſſe, quod *interficere*. Unde *conficere*, *interficere*. *Perficere* tamen eo ſignificatu haud legi. Alioqui ſolet haec particula ſaepe praeponi vocibus tali notione, ut cum *perimere* dicunt. VOSSIUS. At Gruterus, e cujus excerptis varias lectiones habuit Voſſius, memoriae reliquit, in Petaviano eſſe *proficiunt*. quod idem probat: quia ſequitur *interfectis*. At haec ratio parum valet in Caeſare & Hirtio contra ceteros omnes Codd. V. tamen ad l. IV, 19. *tanto* erat in Leid. pr. a m. prima.

5. TIMORE] Sic optime And. Oxon. Cujac. Scalig. & Leid. pr. Reliqui omnes cum Edd. pri-

1 XXX. Qua ex fuga, [a] quum conſtaret, [1] Drappeten Senonem (qui, ut primum defecerat Gallia, conlectis undique perditis hominibus, ſervis ad libertatem vocatis, [2] exſulibus omnium [b] civitatium [3] adſcitis, receptis [4] latronibus, inpedimenta & [5] commeatus [c] Romanorum interceperat,) non amplius [6] hominum [d] II milibus ex fuga conlectis, provinciam petere, unaque conſilium cum eo Lucterium Cadurcum cepiſſe, quem [7] ſuperiore Com-

VARIAE LECTIONES.

a *Dum* L. pr. b vulgo *civitatum accitis.* c *noſtrorum R.* L. ſec. d vulgo *v. eſ.* MSS. 3. deſunt Lov. MS. Brant. male. V. ad l. I, 35. dein vulgo *Luter.* & *in ſup.*

primis *eo tempore.* Poteſt admitti utrumque, *qui eo tempore timore arma proj.*

1. DRAPPETEN] Sic MSS. conſtanter, non *Drapetem,* & in Nominativo *Drappes* &c. niſi quod Cujac. Petav. Scalig. & Leid. pr. *Draptes, Draptis* in Gen. & in Accuſ. *Drapten* perpetuo, item Andin. & Oxon. niſi quod in illis ſit *Oraptes.* at illi c. 39. *Drapete,* ſervant. In Leid. pr. tamen aliquando *Diraptes. Draptes* non diſplicet. Mox *Lucterium,* ut l. VII, 5. &c. exhibui fide optimorum Codd. hic & infra. Sic enim Bongarſ. Voſſiani, Petav. Cuj. Scal. Leid. pr. Oxon. & alii multi fere conſtanter; ut & Edd. Inc. Steph. Vaſcoſ. aliaeque.

2. EXSULIBUS O. CIVITATUM.] Petav. & Leid. pr. *Exſulibus omnibus omnium c.* At Andin. & Oxon. *Exſ. omnium civitatum omnibus.* Placet *omnibus omnium.* uti ſaepe hae & ſimiles voces repeti ſolent. Dein *civitatium* repoſui ex Andinis membranis. Vide ad l. IV, 3.

3. ACCITIS] In primo Bong. eſt *aſcitis.* quod perplacet. Nam facilius crediderim ad eum conveniſſe exules, quam ut ille diſperſos ex omnibus partibus acciverit. In ſecundo deeſt haec vox. VOSSIUS. Vox *accitis* exſulat a MSS. *Carrar. Bongarſ.* ſec. *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald. Steph. Gryph.* & in iis locus ſic legitur *exulibus omnium civitatum receptis, latrociniis impedimenta* &c. Forſan legendum *exulibus omnium civitatum aſcitis, receptis latrociniis,* hoc eſt, latronibus, ut *matrimonia* pro uxoribus, pro ſervis autem *ſervitia* ponuntur. Vide not. ad l. VII. B. G. c. LXXVIII. & hujuſce libri c. XIX. Hoc cum non intelligerent Librarii, Syntaxeos rationibus conſuluiſſe ſibi videbantur, cum verbum *aſcitis* omitterent. DAVIS. dele notam ibid. pro qua repone: Vocem *accitis* neſciunt *Bongarſ.* ſec. tert. *Norvic. Carrar. Pal. Gottorp. Voſſ. Egmond.* dantque *exulibus omnium civitatum receptis,* latrociniis *impedimenta & commeatus* &c. cum quibus facio; nam *latrones* ſub nomine *perditorum hominum* comprehenduntur, & *perditorum hominum latrocinia* paulo poſt commemorat noſter. Vide ſic c. XXXIX. IDEM. *Cur. ſec. Latrociniis,* quod eſt etiam in meorum pleriſque, deleta voce *accitis;* uti & in Edd. primis, ſi recipere placeat, malim nihilominus abjicere vocem *receptis,* & ſervare *adſcitis;* cujus gloſſa potius videtur eſſe *receptis,* quam vice verſa. *Adſcitis* certe pro *accitis* eſt in Bong. pr. Petav. Cujac. Scalig. Steph. And. Oxon. Leid. pr. qui omnes integerrimi & fidiſſimi codices ſervant *rec. latronibus.* Ut verum tamen fatear, accedere malim primae ſententiae Daviſii, quae & Clarkio adriſit legendo *adſcitis, receptis latroniciis.* de verbo *adſciſcere* adi omnino Cl. Burm. ad Phaedr. l. IV, 16, 17. & Grat. Cyneg. 16. quosque ibi laudat. *ducem adſciſcere* B. Alex. c. 59.

4. LATRONIBUS,] MSS. plerique, *latrociniis.* Quam & veram eſſe Lectionem erudite exiſtimat Daviſius; *latrociniis* pro *latronibus* poſito, quomodo alibi *matrimoniis* pro *uxoribus, ſervitiis* pro *ſervis, pabulationibus* pro *pabulatoribus,* &c. CLARK.

5. COMMEATUS] Bene quidem. Vide ad l. II. c. 5. non contemnenda tamen Cujac. Cod. lectio, quam & inter verſus habet Leid. pr. *comitatus.* quo nomine intelliguntur tam *commeatus,* quam *ſubplementa,* aliaque ad exercitum venientia. Vide omnino l. I. B. Civ. c. 48. *Neque maximi comitatus, qui ex Italia venerant,* &c. c. 51. *Magnos comitatus, qui iter habebant ad Caeſarem, ad flumen conſtitiſſe.* c. 54. *Comitatus & qui frumenti cauſſa proceſſerant.* Quibus locis eadem eſt confuſio, ut & l. I. B. G. c. 34.

6. HOMINUM V MIL. EX F. CONL.] Scal. Leid. pr. *hominibus. h. duobus* Steph. And. Oxon. & Edd. Ber. Baſ. Ald. Man. Gryph. Plant. Recte: ut patet e Bong. pr. *In quo h. duobus m. ex f. quinque c.* Aut valde fallor, aut legi debet *hominum II m. ex f. undique conl.* II repoſui; ſed conjecturam, licet, ut opinor, veriſſimam, intrudere nolui.

7. QUEM IN SUPERIORE COMMENTARIO —— cognitum EST] *Norvic.* Bongarſ. tres, *Pet. Pal. Gottorp. Voſſ. Egmond.* & *Buſlid.* praepoſitionem neſciunt. Lege *quem e ſuperiore Commentario. — cognitum eſt.* DAVIS. *Cur. ſec.* Abeſt praepoſitio

Commentario, prima defectione Galliae facere in provinciam inpetum 2
voluiſſe, cognitum eſt; [a] Caninius legatus, cum legionibus II ad eos per-
ſequendos contendit, [1] ne [b] de detrimento aut timore provinciae magna
infamia, [c] perditorum hominum latrociniis, caperetur.
XXXI. C. Fabius cum reliquo exercitu in [d] Carnutes, [e] ceteraſque pro- 1
ficiſcitur civitates, quarum eo proelio, quod cum Dumnaco fecerat, [2] co-
pias eſſe acciſas, ſciebat: Non enim dubitabat, quin recenti calamitate 2
ſubmiſſiores eſſent futurae; dato vero ſpatio ac tempore, eodem [3] inſtan-
te Dumnaco, poſſent [f] concitari. Qua in re ſumma felicitas celeritaſque in 3
recipiendis civitatibus Fabium conſequitur: nam [4] Carnutes, qui ſaepe
vexati numquam pacis fecerant mentionem, datis obſidibus, veniunt in 4
dedi-

VARIAE LECTIONES.

a *C. Antonius* And. Pet. b vulgo *de t. aut detr.* c *proditorum* L. pr. d *Carnotes* L. pr. ſemper. *Carnotas* Pet. e Sic MSS. o. praeter Dorv. qui cum Edd. perperam *reliquasque*, & dein *accitas*. f *contentari* L. ſec.

tio a MSS. omnino omnibus & Edd. quibuſdam. Quare delevi: neque enim opus eſt, refingere aliam.

1. NE DE TIMORE AUT DETRIMENTO PROVINCIAE] Offendunt me paullum haec verba: reſcribo *ne detrimento aut timore provinciae.* Quomodò habent VII MSS. B. pr. ſecund. tert. Pet. Pal. v. c. & MS. noſter. VOSSIUS. Cum *Voſſii* MSS. faciunt *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* DAVIS. *Ne* de *timore aut detrimento &c.*) Emendat Dionyſ. Voſſius ex MSS. *ne detrimento aut timore &c.* Quocum facere MS. Elienſ. & Editt. vett. annotat Daviſius. MS. Reg. habet; *ne timore aut detrimento &c.* CLARK. Cum Voſſio cave ne deleas *de*; licet MSS. mei ſine *de* habeant vel *timore* aut *detr.* vel *detrimento aut timore*, ut eſt in vetuſtiſſimis, item Edd. Vaſc. Str. Steph. aliisque, adſentiente Grutero. Nam *de* ſervant And. & Oxon. quod excidit per ſeq. vocem *detrimento.* Vide ad c. 24. *Incommodum accidit de incurſione.*

2. COPIAS ESSE ACCITAS SCIEBAT] *Auctas* Petav. *occiſas* B. ſec. & MS. noſter. *acciſas* pr. (Sic & *Norv.*) quae genuina lectio, & ſic reſcribo: nam ſubdit Hirtius, *non dubitabat, quin recenti calamitate ſubmiſſiores eſſent futurae.* VOSSIUS. Quis dubitare poſſit de hujus lectionis veritate? Merito ergo placuit jam Grutero, & in textum recepit Clarkius; immo jam olim R. Stephanus. *Acciſas* eſt quoque in Egm. Lovan. ac Leid. tert. & Ed. Inc. ſed *aſcitas* Leid. pr. *Acceſas* in Voſſ. ſec. immo *acciſas* Scal. quoque, Voſſ. pr. tert. & Gottorp. Crebro *accidi res*, *opes* & ſimilia dicuntur, quae inminuta ſunt. De *copiis* Livius l. VII. c. 29. *robore juventutis acciſo.* Plura vide ad Silium Ital. l. II. §. 302. *Accitis populis*, ubi alii *Attritis*, alii *Acciſis* legunt. Sed *Accidi* populus ipſe an dici poſſit, quaeritur. Apud Statium l. XII, 52. Theb.

Ardent exciſae viſcera gentis.

Barthius quidem vellet *acciſae.* Sed ſine MSS. *Excidere copias* eleganter etiam dici, vidimus ad Front. l. I. c. I. §. 9. eamque vocem Floro plus ſemel reſtituendam alibi docebo. Apulej. l. VII. p. 137. *factione militarium v. indagatu confecta atque conciſa.* Ceterum hinc patet *accidere arbores* rectum eſſe, non *abſcidere*, ſupra lib. VI. cap. 27.

3. INSTANTE DUMNACO] Scribo *inſtigante*, ex MSS. ſex. Bong. primo, ſecundo, tertio, Petav. Palat. & noſtro. VOSS. In MSS. *Voſſ.* ſex, & *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* eſt *inſtigante Dumnaco*, & ita reponit *Voſſius.* Parum refert, utrum hoc vel illo modo ſcribamus: eadem enim eſt utriuſque vocis poteſtas; ſed cum elegantior & rarioris uſus ſit lectio vulgata, illam teneamus. DAVIS. *Inſtante* ſervant Cujac. Scal. Petav. (ut diſerte teſtatur Gruterus) Andin. Oxon. & Leid. pr. Reliqui cum Edd. vetuſtis *inſtigante*; ſed bene judicat Daviſ. vulgatum quod deinceps eſt, eſſe retinendum: atque ita Terent. Cicero, Livius, aliique loquuntur. Heaut. IV, 4, 16. *Num ego inſto.* Plura vide ad Frontin. l. IV. c. 7. §. 5. *Cum deinde inſtaret*, ut ſcribendum docui. Liv. IV, 46. *Inſtitiſſe filio*, ubi V. Cl. Drak. Ceterum fruſtra Ciacconius *poſſe* conjicit contra MSStos, & Hirtii mentem.

4. CARNUTES, QUI SAEPE VEXATI NUMQUAM PACIS FECERANT MENTIONEM] Fallitur Hirtius. nam l. VI. ipſe Caeſar dixit: *Eodem Carnutes legatos obſideſque mittunt, uſi deprecatoribus Rhemis, quorum erant in clientela.* Niſi velit autor, ab eo tempore, quo noviſſima conjuratio facta. VOSS.

4 [a] deditionem; ceteraeque civitates poſitae in ultimis Galliae finibus, [b] O-
ceano conjunctae, quae Armoricae adpellantur, auctoritate adductae Car-
5 nutum, adventu Fabii legionumque, imperata ſine mora faciunt. Dum-
nacus ſuis finibus expulſus, errans, latitanſque, ſolus extremas Galliae
regiones petere [c] eſt coactus.

1 XXXII. At Drappes, unaque Lucterius, quum legiones Caniniumque
[d] adeſſe cognoſcerent, nec [e] ſe ſine certa pernicie, [f] perſequente exercitu,
putarent Provinciae fines intrare poſſe; [1] nec jam liberam vagandi latro-
ciniorumque faciendorum facultatem [2] haberent, conſiſtunt in agris Ca-
2 durcorum. Ibi quum Lucterius apud ſuos cives quondam, integris [g] re-
bus, multum potuiſſet, ſemperque auctor [h] novorum conſiliorum magnam
apud barbaros auctoritatem haberet; oppidum [i] Uxellodunum, quod in
clientela fuerat ejus, natura loci egregie munitum, occupat ſuis & Drap-
petis copiis, oppidanoſque ſibi conjungit.

1 XXXIII. Quo quum confeſtim C. [k] Caninius veniſſet, [l] animadverte-
retque, omnes oppidi partes praeruptiſſimis ſaxis eſſe munitas, [m] quo, de-
fendente nullo, tamen armatis adſcendere eſſet difficile; magna autem
inpedimenta oppidanorum videret: quae ſi clandeſtina fuga ſubtrahere
cona-

VARIAE LECTIONES.

a V. ad l. VI, 9. b *Oceanoque* Ox. *convictae* G. c Sic MSS. & Edd. Vett. non *c. eſt. eſt cantus* Ed. Inc. d *a ſe receſſiſſe* Pet. male. e *niſi* Pet. *ſin* deletis *nec ſe* L. tert. f *ſi ſequeretur* Pet. g de[illegible] V. tert. Ed. Inc. h *eſſet n.* Cuj. Scal. *n. conſ. eſſet* L. pr. *eſſet conſ.* ſine *nov.* Pet. Ox. male. *novoru*[illegible] eſt a G. i *Auxilio demum* Cuj. Scal. L. pr. B. pr. ſec. V. pr. a m. pr. V. ſec. Egm. *Velud.* V. pr. a m. ſec[illegible] *led.* L. ſec. ſed V. c. 40. k *Anton.* Pet. l Bene *advert.* L. pr. *animum advert.* And. Ox. V. ad l. [illegible] m *quod* MSS. plurimi & Ed. Gr. de more. ſed aliter Pet. Cuj. Sc. L. pr. And. Ox. G. Utrumque [illegible]

1. NEC JAM LIBERAM VAGANDI LATROCINANDIQUE FACULTATEM] In tert. Bongarſii codice, & MS. noſtro eſt, *nec tam libere vagandi latrociniorumque faciendorum facultatem.* etiam in primo & ſecundo Bongarſ. *liberam*, erat *libere*, & pro *latrocinandique* legebatur, *latrociniorumque faciendorum.* IDEM. Codex *Bong.* tert. MS. *Voſſ.* cum editt. *Rom. Ven. Beroald. Nec tam libere vagandi, latrociniorumque faciendorum facultatem.* Ita & MS. *Norvic.* niſi quod ille *liberam* exhibeat. Alii *nec jam libere vagandi latrociniorumque faciendorum facultatem.* Sic *latrocinia facere* dixit etiam *Florus* l. II. c. III. DAVIS. Perinde eſt. CLARK. Lege igitur *nec jam* liberam *vagandi* latrociniorumque faciendorum *facultatem haberent.* Noſter. B. C. l. II. c. XI. *Non datur* libera *muri defendendi facultas. Capitolinus* in M. Antonio c. XXVI. Liberam *vagandi* poteſtatem *haberent.* Vide ſis & *Vulcatium Gallicanum* in Avidio Caſſio c. IX. DAVIS. *Cur. ſec.* Vulgatis accedunt And. & Oxon. In Petav. *libere vagandi latrocinandique.* In ceteris meis quoque, aliorumque *nec jam*, vel *tam libere vagandi, latrociniorumque faciendorum f.* exceptis tamen Scalig. & Leid. primo; qui unice vere, quod reſcripſi, & conjecit Daviſius; [illegible] *nec jam liberam vagandi, latrociniorumque f*[illegible]*dorum fac.* niſi malis *liberam evagandi. Liber*[illegible] cebat Hotomano, atque ita l. I. B. Civ. c. 3[illegible] *re decernendi poteſtas.* ubi contra Daviſius e[illegible] reſcribit *libera.*

2. HABERENT] Ex MSS. Reg. Elienſ. [illegible] ſii, omnino legendum exiſtimo (*habere.*) [illegible] haereat non cum (*putarent*) ſed cum (*intrare* [illegible]) Pro *agris* Codices plerique habent *finibus.* C[illegible]KE. *Habere* inveni in ſolo Voſſ. ſec. male. Non enim tantum putabant, ſe habere nullam v[illegible] facultatem, ſed omnino jam non habeban[illegible] in *conſiſtunt in agris* ſervarunt ex meis ſo[illegible] Oxon. at Scalig. & Leid. pr. *conſiſtunt* [illegible]*bus.* Alii cum Bong. pr. & Edd. quibus[illegible] *finibus conſiſtunt. in fin. conſtituunt* Bong. ſec[illegible] pr. Egm. & plerique. *in fin. ſe conſtituunt* [illegible] tert. Carrar. Palat. Dorv. & Edd. Rom. [illegible] Ven. *conſtruunt* Lovan. *conſiſtere* Egmund[illegible] tur quid latere. An *conſiſtere, ſe conſtitue*[illegible] *ſtruere* hoc loco gloſſae ſunt verioris verb[illegible] *dunt*, vel *conſiderunt?* Vide ad Lucan. l. [illegible]

Junctis vidit conſidere caſtris.

conarentur, effugere [1] non modo equitatum, ſed ne legiones quidem 2
poſſent: tripartito cohortibus diviſis, trina [a] excelſiſſimo loco caſtra [b] fe-
cit, a quibus paullatim, quantum copiae patiebantur, vallum [2] in oppidi
circuitum ducere inſtituit.

XXXIV. Quod quum [c] animum adverterent oppidani, [d] miſerrimaque 1
Aleſiae memoria [e] ſolliciti, ſimilem caſum [f] obſeſſionis vererentur, maxi-
meque ex omnibus Lucterius, qui [g] fortunae illius periculum fecerat, mo-
neret, [h] frumenti rationem eſſe habendam: conſtituunt omnium conſenſu,
parte [i] ibi relicta copiarum, ipſi cum expeditis ad [k] inportandum frumen-
tum proficiſci. Eo conſilio probato, [l] proxima nocte, II milibus armato- 2
rum relictis, reliquos ex oppido Drappes & Lucterius educunt: ii, [3] pau- 3
cos dies morati, ex finibus Cadurcorum, qui partim re frumentaria ſub-
levare [m] eos cupiebant, partim prohibere, quo minus ſumerent, non po-
terant; magnum numerum frumenti comparant: nonnumquam autem
expeditionibus nocturnis caſtella [n] noſtrorum adoriuntur. Quam ob cauſ- 4
ſam C. Caninius toto oppido munitiones circumdare [4] moratur; ne aut
opus

VARIAE LECTIONES.

a Sic Cuj. Pet. And. Ox. *excellentiſſimo* L. pr. Sc. Reliqui cum Ed. Inc. *celſiſſ.* b *facit* Pet. Ox. Mox *circuitu* vulgo. & *inducere* L. tert. Ed. Inc. c Sic And. *advert.* L. ſec. vulgo *animadv.* d *que* abeſt Pal. Dorv. *quod* L. ſec. e *ſollicitiſſime cauſſam* Pet. *cauſſam* etiam B. pr. V. ſec. f *obſidionis* L. pr. dein *maxime ex* Pet. g *fortiſſime p.* G. V. tert. Ed. Inc. h Sic MSS. non *rat. fr.* V. ad l. VII, 71, 75. i *hic* Pet. abeſt L. pr. k *comp.* L. pr. l *proxuma* B. pr. *maxima* G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. *primo* ſine *nocte* Pet. m deeſt V. pr. n *eorum* L. ſec.

Supra l. VII. c. 58. *Contra Labieni caſtra conſidunt.* c. 79. *Non longius a munitionibus conſidunt.* Infra c. 36. *Conſidunt non longius ab oppido.* ubi itidem turbant MSS. & B. Alex. c. 28. *Conſiderat cum copiis rex loco*, ac B. Afric. c. 3. *Ante portam conſidunt*; item c. 24. 65. Flor. l. II. c. 8. *Hic rex quibus auxiliis, quibus copiis conſiderat.* Sic MSS. 3 Voſſiani. vulgo *ſed.* Sic & *ſubſidere*, *reſidere.* de quo vide ad l. VII. 64. & Cort. ad Plin. l. III. Ep. I. *Iterum ambulat, iterum reſidit.* quod & reſtituendum Apulejo l. I. Met. 14. *Juxta platanum reſidamus.* Sic enim MSS. & Edd. Vett. Perperam dedit Colvius cum ſeqq. *reſideamus.*

1. NON MODO EQUITATUM] Poſcere res ipſa videtur, ut ſcribatur, *non modo non equitatum.* quae particula librarii incuria, aut imperitia potius, omiſſa videtur. VOSS. Voſſio res ipſa poſcere videtur *non modo non equitatum*, quapropter ultimam particulam negantem librarii incuria, aut imperitia potius, omiſſam arbitratur. Nolim equidem virum eruditum incuriae, multo minus imperitiae, poſtulare, ſed memoria certe lapſus eſt; hoc enim modo ſaepe loquuntur optimi auctores. *Caeſar* l. III. B. G. c. IV. *Non modo defeſſo ex pugna excedendi, ſed ne ſaucio quidem ejus loci, ubi conſtiterat, relinquendi —— facultas dabatur.* *Livius* l. I. c. XL. *Non modo civicae, ſed ne Italicae quidem ſtirpis.* Sic etiam l. XXIII. c. XXIX. *Juſtinus* l. II. c. I. *Ita ut non modo primae generare homines, ſed ne advenas quidem recipere ac tueri poſſent.* Vide & *J. Voſſium* de Conſtruct. c. LXIII. p. 244. DAVIS. Vide plura ad l. II. B. G. c. 17. *Non modo intrari, ſed ne perſpici quidem poſſit.* Cl. Drak. ad Liv. v, 38.

2. IN OPPIDI CIRCUITU] MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii *in circuitum.* CLARK. *circuitum* etiam Bongarſiani, Voſſiani, Leidenſes, Egmund. Petav. Scal. Gott. &c. & Edd. Inc. Vaſc. R. Steph. Gryph. poſt. Recte. Vide tamen ad l. v, 42. *In circuitu munitionem perfecerunt. circumitum* Oxon.

3. PAUCOS DIES MORATI, EX FINIBUS CADURCORUM] Reſcribo, *paucos dies morati in finibus Cadurcorum*, ſublato commate, quod in Lipſiana, & Scaligeri editione eſt. Pro me ſtat Petavianus codex. VOSSIUS. Sed melior eſt vulgata Lectio. CLARK. Mei Codices nihil variant. jungenda *ex finibus C. frumentum comparant.*

4. MORATUR] Editi quidam *conatur.* Inepte. CLARK. Monuerunt hoc jam Glareanus, Ciacc. Hotom. & patet clariſſime tum ex ſenſu, tum ex c. 37. *conatur* eſſe falſum. Nihilominus ſic invenias in Andin. Oxon. Petav. Leid. pr. Palat. Dor-

opus effectum tueri non [1] poſſit, aut plurimis locis infirma diſponat praeſidia.

1 XXXV. Magna copia frumenti comparata, [b] conſidunt Drappes & Lucterius [c] non longius ab oppido [1] x milibus, [d] unde paullatim frumen-
2 tum in oppidum ſubportarent. [2] Ipſi inter ſe provincias partiuntur, Drappes caſtris praeſidio cum parte copiarum [e] reſtitit: Lucterius agmen ju-
3 mentorum ad oppidum [3] adducit. Diſpoſitis ibi praeſidiis, hora noctis circiter x ſilveſtribus [f] anguſtiſque itineribus frumentum inportare in op-
4 pidum inſtituit. Quorum ſtrepitum [4] vigiles caſtrorum quum ſenſiſſent, exploratoreſque miſſi, quae [g] agerentur, renunciaſſent, Caninius celeriter cum [5] cohortibus armatis ex proximis caſtellis in frumentarios ſub ipſam
5 lucem inpetum fecit. [h] Ii, repentino malo perterriti, diffugiunt ad [i] ſua praeſidia: quae noſtri ut [k] viderunt, acrius contra armatos incitati, neminem ex eo numero vivum capi patiuntur. [6] Effugit inde cum paucis Lucterius, nec ſe recipit in caſtra.

1 XXXVI. Re bene geſta, Caninius ex captivis comperit, partem copiarum cum Drappete eſſe in caſtris [7] a milibus [l] non amplius XII. Qua [a] re

VARIAE LECTIONES.

a. Sic Cuj. Sc. L. pr. And. Ox. Pet. Reliqui & Edd. pp. aliaeque *poſſet.* & dein vulgo *in l.* & Edd. R. M. V. Vaſc. R. Steph. Gr. poſt. *diſpoſita praeſidia baberet* contra MSS. *diſpoſita pr. babeat* placet Hotom. b *conſidet* MSS. 10. *conſident* B. tert. & Edd. pp. *conſedit* B. ſec. *conſtituunt* L. ſec. male. V. ad c. 32. c *nec* V. pr. *longe* L. pr. paullo poſt vulgo *m. paſſuum.* d deeſt And. Ox. e *reſiſtit* Pet. quod placet Grut. f *anguſtiſſimiſque* Car. Lov. Dorv. Edd. R. M. V. *anguſtuſque* MSS. 2 Ed. Inc. g *gererentur* Ox. V. o. Leidd. B. pr. a m. ſec. *facit* Ox. L. pr. h *qui* Reg. *in* V. pr. *illi* V. ſec. i deeſt Pet. k *videre* Pet. Ox. L. pr. l vulgo *m. n. a. X.*

Dorvill. a m. pr. aliiſque, & Edd. Rom. Ven. & pleriſque ante Scalig. An fuit *commoratur* vel *cunctatur* potius: pro quo ſcripſerunt librarii, & forſan melius, *contatur.* Omnino adridet mihi *cunctatur*, cujus Gloſſa mera eſt *moratur.* *In* etiam abjeci auctoribus And. Oxon. Leid. pr. aliiſque ante τὸ *locis.*

1. X. M. PASSUUM.] Vocem *paſſuum* ejeci rurſus fide MStorum octodecim & Edd. primarum. Vide ad l. I. B. G. c. 15. & ſaepe alibi. Statim *a milibus non amplius XII.*

2. IPSI INTER SE PROVINCIAS PARTIUNTUR] Tantundem eſt ac ſi curas, vel munia dicas. More Romano locutus eſt, apud quos Praetores & Conſules ſoliti provincias ſortiri: hinc *provincia* pro quovis munere. Apud hiſtoricos tamen is mos loquendi oppido rarus eſt. VOSSIUS.

3. ADDUCIT] Sic quidem Lovan. Cujac. & Scalig. niſi excerpta fallunt. MSS. certe reliqui, & Edd. primae exhibent modo *ducit.* Sed adi l. III. c. 22. Ceterum *in oppidum* habent And. Oxon. Leid. pr. Petav. ut actio ipſa pro voluntate ejus ponatur, quomodo paſſim loquuntur ſcriptores. Verum vulgata praeſtat. prius ad oppidum verſus egit jumenta; dein in oppidum inportare per illa frumentum inſtituit.

4. VIGILES CASTRORUM] Excubitores. Lucan. l. VIII. v. 24.

—— —— *Ne rumpite ſomnos,*
Caſtrorum vigiles, nullas tuba verberet aures.

Auctor de Bell. Hiſp. c. III. *Vigiles non poterant diligentiam praeſtare.* Vide & c. XXXV. DAVIS.

5. COHORTIBUS ARMATIS] Supervacua videri poſſit vox *armatis.* quia nemo tam fatuus foret, ut crederet, eum inermibus cum cohortibus inpetum feciſſe. Sed jungi poſſunt *armatis ex caſtellis proximis*; quas inde ſcilicet ſecum ſumſerat, quo faciunt optimae membranae And. Oxon. Petav. Leid. pr. non agnoſcentes τὸ *cum.* Vide tamen ad l. V. 49. *Copiae erant armatae*, ut eſt in MSS. multis. Immo c. 36. *legionem armatam inſtructamque adducit.*

6. EFFUGIT.] MSS. Reg. Elienſ. & Voſſ. & Edit. Rom. *Profugit.* CLARK. Urſiniani Codicis lectionem recepit Scaliger, quae confirmatur ab ipſius Codice, item Petaviano, And. & Oxon. in ceteris MSS. & Edd. *profugit.* Bene utrumque.

7. X MILLIBUS PASSUUM] Supra idem di[illegible] ce[illegible]

[a] re ex compluribus cognita, quum intellegeret, fugato duce altero, per-
territos reliquos facile obprimi poſſe; [1] magnae felicitatis eſſe arbitraba-
tur, [b] neminem ex caede refugiſſe in caſtra, qui de accepta calamitate
nuncium Drappeti [c] perferret. Sed, [d] in experiundo quum periculum 2
nullum videret, equitatum omnem, Germanoſque pedites [2] ſummae
[e] velocitatis homines, ad caſtra hoſtium praemittit: ipſe legionem unam
[3] in trina caſtra diſtribuit, alteram ſecum expeditam ducit. Quum [4] pro- 3
pius hoſtis acceſſiſſet, ab exploratoribus, quos praemiſerat, cognoſcit, ca-
ſtra eorum, ut barbarorum [5] fert conſuetudo, relictis locis ſuperioribus,
ad

VARIAE LECTIONES.

a deeſt MSS. 4 & Ed. Inc. *pluribus* L. pr. b *nemines* B. pr. *nemine* Lov. *excedere in* B. ſec. And. Pet. *ex c. refugere* L. pr. Scal. *ex c. fugiſſe* V. pr. c *referret* L. pr. d Sic MSS. plurimi, & Edd. pp. vulgo *q. in exp. experiendo* etiam MSS. aliquot & Edd. pp. minus bene. e *felicitatis* B. pr. ſec. Hot. MS. & vulgo *omnes*, ac dein *boſtem acc. boſtes acceſſiſſent* L. tert. Ed. Inc.

celare tamen non debui hoc loco in MSStis octo conſtanter legi XII. VOSSIUS. *Millibus non amplius X*) MSS. Ciacc. & Norv. cum veteribus editt. habent *a millibus non longe amplius XII.* quod cur rejiciatur non video. Saltem ſcribendum *a millibus amplius X.* Vulgata enim lectio vix eſt Latina. DAVIS. *A millibus non amplius X.*) Scaliger & recentiores, (*millibus.*) Sed MSS. omnes habent, (a *millibus.*) Quam & veram eſſe lectionem vidit Daviſius. MSS. Reg. & Elienſ. & Editt. Vett. habent, (a *millibus non* longe *amplius* &c.) Vide ſupra ad l. v. c. 47. CLARK. *A milibus non amplius XII.* reſcripſi e MSS. omnibus & Edd. Vett. niſi quod Vaſcoſ. Baſ. Ven. Ald. Gryph. Plant. cum Oxon. codice non ineleganter reliquerint *intra milia non amplius XII.* quam veriorem etiam lectionem fere opinor. *longe* addunt quoque MSS. aliorum & mei (praeter Cuj. Scal. Leid. pr. And. & Oxon.) & Edd. primae. Sed *longe* ſi admittas, praeſtaret abeſſe *a:* vel legi debet *a ſe milibus non longe amplius XII.* Vide ad l. v. c. 47. *III milia paſſuum longe ab ſuis caſtris abeſſe. paſſuum* male inculcat Lipſianus codex.

1. MAGNAE FELICITATIS ESSE ARBITRABATUR] Hanc lectionem omnes exhibent Codd. & eam ſine nota tranſmiſere viri eruditi. At, ſi ita ſcripſit *Hirtius*, plane dormitavit. Cenſebat Caninius, *fugato duce altero, perterritos reliquos facile opprimi poſſe*; ejus igitur e re fuit, ut nuncius de Lucterii clade Drapeti perferretur; huic enim ob acceptam calamitatem alia ratione timor incuti non poterat. Ne minime quidem dubito, quin reſcribendum ſit *magnae infelicitatis eſſe arbitrabatur.* Idem etiam, niſi fallor, iis, qui locum perpendent, videbitur. DAVIS. Optima conjectura legendum docet Daviſius, *infelicitatis.* Id enim vult Hirtius; magnae *infelicitatis* fuiſſe, neminem ex caede refugiſſe in caſtra, qui de accepta calamitate nuncio allato Drapetem terreret. CLARK. *Felicitatis* non muto. Gaudebat Caninius, neminem cladis nuncium adferre Drappeti potuiſſe, ne aufugeret, antequam ad eum de inproviſo venire poſſet; quo ſubito & inopinato adventu perterritus facilius obprimeretur. unde non male forſan in Urſini, Petav. & Leid. pr. eſt *perterreri r. facile*, & *obp. poſſe.* Niſi & aliud quid lateat. Vide varias lectiones.

2. SUMMAE VELOCITATIS OMNES] In IV MSStis, & noſtro, pro *omnes* reperio *homines*, nec damno, quia ſtatim praeceſſit *omnem equitatum.* In Petaviano tamen, qui reliquis emendatior eſt codicibus, eſt *omnes.* VOSSIUS. Codd. nonnulli *homines*; lege *ſummae velocitatis* homines, quemadmodum recte dant quinque, *Voſſian. Norvic. Gottorp. Egmond.* & *Bodlid.* DAVIS. *Cur. ſec.* Accedunt Voſſ. pr. Leidenſes, Scalig. & alii cum Edd. Incerta, Vaſcoſ. Strad. Steph. Gryph. poſt. veriſſime. De hac corruptione egi pluribus ad l. II, 30. VI, 16. & alibi.

3. IN TRINA CASTRA] Vulgg. (intra *caſtra*) Sed ex Urſini Codice eſt, (in trina *caſtra.*) Quam veram eſſe lectionem recte vidit Ciacconius. Sic enim jam ſupra dixerat Hirtius; (trina *excelſiſſimo loco caſtra fecit*, §. 33.) CLARK. Confirmant *in trina* MSS. Petav. Andin. Oxon. recepitque jam Hotomanus, Scaliger aliique.

4. PROPIUS HOSTEM ACCESSISSET] Codices *propius hoſtis*, vel *hoſtes*, ac ita reponendum. DAVIS. *Cur. ſec. Hoſtis* in Accuſativo repoſui, fide MSS. Bong. pr. ſec. Egmund. Voſſ. pr. & aliorum. In reliquis & Edd. Vaſc. Strad. Steph. eſt *hoſtes*, quod ut & *hoſtem* repoſuerunt ad ambiguitatem vitandam.

5. FERT CONSUETUDO,] MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii, & Editt. Vett. (fere *conſuetudo* eſt.) CLARK.

ad ripas fluminis eſſe [a] demiſſa; [1] at Germanos, equiteſque inprudenti-
4 bus [b] omnibus de inproviſo advolaſſe, [c] & proelium commiſiſſe. Qua re
cognita, legionem armatam inſtructamque adducit. Ita, repente omni-
bus ex partibus ſigno dato, loca ſuperiora capiuntur. Quod ubi accidit,
Germani, equiteſque, ſignis legionis viſis, [d] vehementiſſime proeliantur.
5 [2] Confeſtim [e] cohortes undique inpetum faciunt; omnibuſque aut inter-
fectis, aut captis, magna praeda potiuntur. Capitur ipſe eo proelio
Drappes.
1 XXXVII. Caninius, feliciſſime re geſta, ſine ullo paene militis vulne-
2 re, ad obſidendos oppidanos revertitur. [f] Externoque hoſte deleto, [3] cu-
jus timore [g] antea augere praeſidia, [h] & munitione oppidanos circum-
dare

VARIAE LECTIONES.

a *dim.* L. pr. V. tert. *at* deeſt Pet. a m. pr. *ad ea* Ed. R. Steph. vulgo *equites* ſine *que* hic & infra. b *hominibus* L. pr. Sc. *de* abeſt a Pet. c MSS. plerique & Edd. quaedd. *proeliumque*. a MSS. 4 & Ed. Inc. abeſt *&*. d *vehementius* Pet. e vulgo *omn. coh.* item *omnibus aut* cum MSS. uno & altero. *multiſque* Pet. f *heſterna* MSS. 4. g vulgo deeſt *antea*. h deeſt Pet. *ex* Lov.

CLARK. Ita optime reſtat in And. Oxon. & Petav. Male in reliquis, & Edd. pp. item Vaſc. Steph. aliiſque *fere eſt*. l. VI, 7. *quam populi Rom. fert conſuetudo*. L. I. B. Civ. c. 51, *ut fert Gallica conſuetudo* & ſaepius. Alia vide ad auctorem de B. Hiſpan. c. 26. *Opinio fert*. Par. ad Ter. Heaut. II, I. 3. *fert adoleſcentia*.

1. AT GERMANOS EQUITES] Ita viſum Scaligero edere, cum in omnibus Codd. legatur, *Germanos, equiteſque*: & ipſe Hirtius diſertim ſupra dicat equites, & cum his pedites Germanos ad oppugnanda caſtra miſſos. Tu veterem lectionem retine. Illud tamen diſſimulare nolo, paucis ab hoc loco verſibus, ubi legitur *Germani equiteſque ſignis legionis viſis*, in MSto Cujacii, primo, ſecundo, tertio Bong. ac Pet. legi *Germani equites*: ſed noſter MS. & Palat. retinent *equiteſque*. Excuſari tamen Scaligeri lectio poſſit; nam non ſoli pedites, ſed & equites Germani in exercitu Caeſaris fuere. Teſtatur ipſe l. VII. de bello Gallico, & ait: *Caeſar ex caſtris equitatum educi jubet, proeliumque equeſtre committit: laborantibus jam ſuis Germanos equites circiter* CD *ſubmittit, quos ab initio habere ſecum inſtituerat*. Et aliquanto ante eodem libro: *Caeſar, quod hoſtes equitatu ſuperiores eſſe intelligebat, &, interclusis omnibus itineribus, nulla re ex Provincia atque Italia ſublevari poterat, trans Rhenum in Germaniam mittit ad eas civitates, quas ſuperioribus annis pacaverat; equiteſque ab his accerſit; & levis armaturae pedites, qui inter eos proeliari conſtituerant*. Nihilominus vulgatam lectionem praefero. VOSSIUS. *Germanos, equiteſque*, ——. *Germani, equiteſque*.) Ita Codices plerique. Scaliger edidit, (*Germanos equites*, ——. *Germani equites* &c.) Atque ita utroque in loco ſcriptum eſt in MS. Reg. Neutra Lectio mala: Fuere enim in exercitu Caeſaris, & *pedites* & *equites* Germani. CLARK. *Que* male Scaliger cum Urſino ex ipſius codice omiſit hic & infra. Pedites Germanos intelligit, qui equitibus interpoſiti proeliari ſolebant, ut ait c. 13. & alibi ſaepius. [illegible]cutio autem eadem eſt, ac *exercitus equitatuſque*, *milites equiteſque*, immo *homines equiteſque* l. [illegible] B. Civ. c. 39. ubi vide etiam; & ſimilia, q[illegible] aliquoties ſupra habuimus & ubivis obvia ſ[illegible] Adde Cortium ad Salluſt. B. Jug. c. 49. *Equi* [illegible]*midaeque*. Vacillant MSS. nam *equiteſque* pri[illegible] loco cum pleriſque retinent And. & Oxon. [illegible] poſteriori omittunt. Utroque loco omitt[illegible] etiam Leid. pr. Bong. pr. ſec. & alii. Sed omnino retinere praeſtat cum Voſſianis, Lovan. [illegible] mund. & plurimis. Ejecta eſt copula a librari[illegible] non capientibus lectionis elegantiam.

2. CONFESTIM OMNES COHORTES] Ut deleatur vox media, jubent *Bongarſ.* pr. ſec. *Petav.* [illegible] aliique MSSti. DAVIS. *Cur. ſec.* Forſan ex[illegible] in ſolo Bong. tert. & Edd. quibuſdam. A[illegible] ceteris & Edd. primis non comparet. q[illegible] ejeci.

3. CUJUS TIMORE AUGERE PRAESIDIA ET MUNITIONE OPPIDANOS CIRCUMDARE PROHIBITUS ERAT] In MSS. pr. ſec. tert. Bong. Pal. & noſtro ſcriptum invenio *cujus timore antea dividere praeſidia*. [illegible] & MS. Cujacii & Petavianus (ad oram) habet multo ſane aptius quam vulgatae editt. Et miror Scaligerum ac Lipſium aliter edidiſſe. Nam timore externi hoſtis auſus non erat Caninius dividere praeſidia, ne minus valida reſiſtere nequirent. Unum occurrit, quo defendi vulgata lectio

dare prohibitus erat, opera undique imperat adminiſtrari. Venit eodem cum ſuis copiis poſtero die C. Fabius, partemque oppidi ſumit ad obſidendum.

XXXVIII. Caeſar interim M. Antonium [a] quaeſtorem cum cohortibus 1
[b] xv in Bellovacis reliquit; [c] ne qua rurſus novorum [1] conſiliorum capien-
dorum Belgis facultas daretur. Ipſe reliquas civitates adit: obſides plures 2
imperat: timentes omnium animos [d] conſolatione ſanat. Quum [e] in Car- 3
nutes veniſſet, [2] quorum conſilio in civitate, ſuperiore Commentario [f] Caeſar expoſuit, initium belli eſſe ortum, quod praecipue eos, propter conſcientiam facti timere, [g] animum advertebat, [h] quo celerius civitatem [i] metu liberaret, principem ſceleris [k] illius, & concitatorem belli

VARIAE LECTIONES. 1 Gu-

a deeſt Pet. b *XII* B. ſec. pr. a m. pr. *XIII* Pet. xvi And. dein *Belgis* MSS. 9 & Edd. pp. uti & *relinquit.* c *nec vi* Ox. *ne cui* Pet. d *conſolari q.* B. ſec. *conſ. facta ſ.* B. ſec. a m. ſ. Buſl. B. tert. Pal. Dorv. Carr. Edd. R. M. V. Fl. e abeſt B. pr. f deeſt MSS. 4 & Ed. Inc. *Caeſaris* L. ſec. g Sic Ox. And. *advert.* Edd. R. M. V. vulgo *animadv.* h *quod* Eg. *liberius* L. tert. Ed. Inc. i Sic Pet. C. Sc. An. Ox. L. pr. Reliqui & Edd. pp. *timore.* k Ox. & Edd. vulgares *ipſius.*

lectio poſſit, ut hoc modo accipias verba Hirtii. Caninius veritus erat plures milites munitionibus imponere ob externum hoſtem, cujus metu manum ſemper in armis paratam habere cogebatur. Interea non dubito, quin praeſtet ſcriptura manuſcriptorum. VOSSIUS. *Antea dividere* etiam MS. Norvic. & Edd. Rom. Ven. Beroaldi. DAVIS. Ad ſenſum parum intereſt. CLARK. Baſ. Ven. 1517. Ald. Gryph. Manut. & Plant. ante Scaligerum jam ediderunt *augere:* eamque lectionem confirmant Petav. And. & Oxon. Cujac. a m. ſec. Reliqui, etiam Cellarius cum MSS. ceteris, *antea dividere.* niſi quod Ciacconii liber *ſua tum div.* & Voſſ. ſec. *annua div.* *Augere* non muto, ſed *antea* ſuo loco reſtitui. Reſpicit ad c. 35. *ne plurimis in locis infirma diſponat praeſidia.* Augendo praeſidia diviſiſſet illa, & infirma reddidiſſet.

1. CONSILIORUM CAPIENDORUM BELGIS FACULTAS D.] Sic quidem MSS. plerique & Edd. primae. Sed cur non repetit *Bellovacis?* quod videntur ſenſiſſe librarii quidam, qui pro *Bellovacis* dedere ſupra *Belgis*, in quibus ſunt Bellovaci; qui praecipue ſuſceperant bellum, ſed & aliae civitates Belgarum ſe iis junxerant. Vide praecedentia & Cluver. l. II. Germ. c. II. qui infra c. 54. pro *Belgis* ſubſtituit fruſtra *Bellovacos*, qui ſatis intelliguntur inde. quare nihil temere muto: ſed eruditior videtur lectio, quam ut proficiſci potuerit a librariis, quam ſervant Petav. Andin & Oxon. *conſ. ad capiendum bellum f. d.* quomodo exhibuerunt Ven. 1517. Baſil. Ald. Gryph. Manut. Plant. aliique. *Capere bellum* eſt id capto tempore & occaſione facere, ſuſcipere, pro quo frequentius dixerunt *ſumere bellum.* Vide Heinſ. & Burm. ad Ovid. Epiſt. XVII. in f. Duker. ad Florum IV, 12. Cort. ad Salluſt. B. Jugurt. cap. 83. Ita *capere* & *ſumere arma* idem notant. Aliter legi poſſet quoque *faciendum:* quae verba ſexcenties confunduntur. ſed non opus eſt.

2. QUORUM CONSILIO IN CIVITATE] Non ſoli rebellionis principes, ſed tota gens Carnutum timebat; ideo Caeſar, ut *civitatem metu liberaret*, Guturvatum ad ſupplicium depoſcit. Quod cum ita ſit, omnino ſuperflua videtur vox *conſilio*, quam recte omittunt MS. *Norv.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald. Steph.* & ſane Carnutes *principes ſe ex omnibus bellum facturos* pollicentur, ut dixit *Caeſar* l. VII. B. G. c. II. quem locum *Hirtius* noſter in animo habuit, cùm haec ſcriberet. DAVIS. *Quorum in civitate.* Ita recte edidit Daviſius ex MS. Elienſi & Edd. Vett. Quomodo & in MS. Regio ſcriptum eſt. Scaliger aliique ediderunt (quorum conſilio *in civitate* &c.) perperam. Non enim recte dicas (*Carnutum* conſilio *initium belli in Carnutum* civitate *eſſe ortum*) ſed (*Carnutum* in civitate *initium belli* (Gallici ſcilicet univerſi) *eſſe ortum.*) CLARK. Agnoſcunt *conſilio* Petav. Cujac. & Edd. quas modo nominavi. Ceteri ſcripti & Edd. non habent. Nihilominus dubito, an ſit quidem Gloſſa. Non enim tantum in civitate Carnutum, ſed & eorum conſilio bellum ortum eſt, uti patet loco per Daviſium citato. Quare rejicere nolui. Clarius locutus eſſet ſcribendo *quorum conſ. & in c.* vel *quorum in civitate & conſilio:* aut denique potius, *quod praecipue eos, quorum conſilio in civ.* &c.

 1. Gu-

[1] Gutruatum ad ſubplicium [a] depoſcit: qui etſi [b] ne civibus [c] quidem ſuis
4 ſe committebat; tamen celeriter, omnium cura quaeſitus, in caſtra [2] per-
5 ducitur. Cogitur in ejus [d] ſubplicium Caeſar contra naturam ſuam, maximo militum [e] concurſu; [f] qui ei, omnia pericula & [3] detrimenta belli a Gutruato accepta, referebant; [g] adeo ut verberibus exanimatum corpus ſecuri feriretur.

1 XXXIX. [h] Ibi crebris litteris [i] Caninii fit certior, quae [4] de Drappete & Lucterio geſta eſſent, [k] quoque in conſilio permanerent oppidani:
2 quorum etſi paucitatem contemnebat, tamen pertinaciam [l] magna poena eſſe adficiendam judicabat; ne univerſa Gallia non [m] defuiſſe vires ſibi ad reſiſtendum Romanis, ſed conſtantiam, putaret; neve hoc exemplo ceterae civitates, locorum obportunitate fretae, ſe vindicarent
3 in libertatem. Quum, omnibus Gallis notum, [n] ſciret, reliquam eſſe unam aeſta-

VARIAE LECTIONES.

a *depopoſcit* MS. Br. L. pr. V. pr. Egm. & 4 alii cum Ed. Inc. nec male. b *nec* B. pr. *non* Dorv. Edd. R. M. V. c deeſt Pet. V. ad l. VII. c. 8. *ſuis* abeſt ab Pet. B. pr. L. tert. Ed. Inc. d *ſubplicio* Pet. e Pet. Ox. And. Edd. quaedd. *conſenſu.* minus bene. MSS. quidd. & Edd. *contra ſuam n. cone. m. mil.* f vulgo ſine *ei.* g *in eo v.* Pet. *adeo in v.* And. h deeſt Pet. i *Canini* MSS. multi. *C. Antonius* Pet. k *& in quo* L. pr. Ox. l *magnam p. e. a. judicavit* V. pr. m Sic MSS. & Edd. pp. non *v. ſibi d. def. ibi* MSS. 9 Ed. Inc. Hic autem deſinit manus vetuſta Bong. pr. n Sic Pet. Ox. vulgo *eſſe ſc.*

1. GUTURVATUM] Supra nominavit Caeſar *Cotuatum* & *Conetodunum* duces Carnutum: ſed ille in Petaviano Cod. nominatur *Catuatus.* & hoc loco in MSto Petaviano ſcribitur *Matruatus* pro *Guturvatus.* In Cujaci MSto & Palatino eſt *Gutruatum*, in pr. B. *Gutruatium*, in tertio *Gatriatrium.* In MSto noſtro eſt *Gutruatrum.* In veteri codice *M. Gutirnatum.* Unde quis in tanta nominum diverſitate non immerito ſuſpicetur eundem deſignari, quem ſupra Caeſar *Cotuatum* appellavit. VOSSIUS. Utrobique e ſuo Codice *Gutuatum* vel *Cotuatum* ſcribendum cenſet Ciacconius. Certe *Guturvatum* vel *Guturnatum* eſt in nullo MSto. Plerique meliores hic & ſtatim *Gutruatum* exhibent: Niſi quod hoc loco *Maturatum* Petav. And. & Oxon. dent, *M. Guttruatum* Leid. pr. Alii *Gutriatum*, *Gutriatrum*, *Gutuatrum*, *Gatuatrum.* Sed ſtatim *Gutruato* And. Pet. Cuj. Leid. pr. Oxon. Bong. pr. ſec. Voſſ. pr. Lovan. & plures cum Edd. primis: quod interim repoſui.

2. PERDUCITUR] Leid. pr. tert. Scalig. Carrar. & Ed. Inc. *producitur* e latebris ſcilicet protractus. Vide ad l. VII, 13. *Ad Caeſarem perduxerunt.* ubi eadem varietas, ut paſſim.

3. DETRIMENTA BELLI A GUTURVATO ACCEPTA REFEREBANT] Guturvatum detrimentorum cauſam eſſe praedicabant. Metaphora ducta eſt a re nummaria; proprie enim *acceptum referre* dicebantur, qui pecuniam iis numeratam in Codicem *accepti* referebant. Sed, quod praecipue notandum, huic locutioni *Dativum* apponunt alii Scriptores, *Ovidius* Triſt. l. II. El. I, 10.

Acceptum refero verſibus, eſſe nocens.

Horatius l. II. Epiſt. I, 233.

—— *Incultis qui verſibus, & male natis,*
Rettulit acceptos, regale numiſma, Philippos.

Ad eum locum plura *Dionyſ. Lambinus.* Forte igitur apud *Hirtium*, omiſſa praepoſitione, ſcribendum *detrimenta belli Guturvato accepta referebant.* DAVIS. *Guturvato.* Ita legendum vidit Daviſius. Alii omnes habent (a *Guturvato*) quae tamen & ipſa lectio forte ferri poſſit. CLARK. *A* deleverunt jam Vaſcoſ. Strada, R. Steph. Gryph. Ed. poſt. Verum MSS. omnes ſervant praepoſitionem *a.* Recte quidem, ſi modo mecum legas *qui ei*, uti eſt in Petav. Bong. pr. & Leid. pr. quo facit etiam ſecundus, qui dat *quo.* Milites referebant ſive narrabant ei, omnia detrimenta belli eſſe accepta a Gutruato. Non adfuerat enim ipſe Caeſar: *Accipere detrimentum ab aliquo*, cum apud ceteros ſcriptores, tum crebro in hiſce commentariis occurrit. Vide modo l. III. B. Civ. c. 72. Si tamen Daviſii lectio a bonis codicibus confirmaretur, iis adſenſum meum non denegarem. Forſan totum *Gutruati* nomen eſt e Gloſſa ortum, ut *ei* ad Gutruatum, non ad Caeſarem referatur.

4. DE DRAPETE GESTA] MS. Reg. (a *Drapete* &c.)

aeſtatem ſuae provinciae; quam [a] ſi ſuſtinere potuiſſent, nullum ultra periculum vererentur. Itaque [b] Q. Calenum legatum cum legionibus II re- 4
linquit, qui juſtis itineribus ſe ſubſequeretur: ipſe cum omni equitatu, quam [c] poteſt celerrime, ad Caninium [d] contendit.

XL. Quum, contra [e] exſpectationem omnium, Caeſar [f] Uxellodunum 1
veniſſet, oppidumque operibus clauſum [g] animum adverteret; [1] neque ab obpugnatione recedi videret [h] ulla conditione poſſe; [i] magna autem copia frumenti abundare oppidanos, ex [k] perfugis [l] cognoſſet; aqua prohibere hoſtem [m] tentare coepit. Flumen [n] infimam vallem dividebat, 2
[2] quae [o] totum paene montem cingebat, in quo poſitum erat [p] praeruptum undique oppidum Uxellodunum. [3] Hoc [q] averti loci natura prohibebat: 3
[4] ſic enim in imis radicibus montis ferebatur, ut [r] nullam in partem, [s] de-

VARIAE LECTIONES.

depreſſis

a Deeſt *ſi* MSS. 2. *poſſent* iidem & Edd. R. M. *poſſet* Ed. Ven. b Edd. pp. & aliae C. male. V. Gland. *II.* abeſt a MSS. & Edd. praeter Pet. Cuj. Sc. L. pr. Ox. And. qui etiam ſervant *ſe*, quod a reliquis abeſt. ut l. I. B. C. c. 8. & ſaepe. *Reliquit* etiam in longe plurimis MSS. Bene utrumque. c *ponit* G. *potuit* V. tert. an *pote*? d *tendit* Oxon. e *Exſpectationes* Eg. f *Auxiliodunum* Eg. a m. ſ. *Uſellod.* hic & mox L. pr. *Uſellud.* B. tert. *Uſelludonum* V. pr. ſec. & mox. *Uxelled.* L. ſec. V. c. 32. g Sic rurſus Ox. non *animadv.* h *nulla* Dorv. Pal. i deeſt G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. k *prof.* L. pr. ſec. V. tert. pr. a m. Edd. qdd. more ſolito. l Sic B. ſec. Pet. Egm. Lov. V. pr. Br. & 4 alii cum Ed. Inc. *cognoſceret* Ox. V. ſec. & Edd. multae. *cognoviſſet* Al. *conveniſſet* B. pr. Edd. R. M. V. m deeſt G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. & L. pr. inter verſus. n *infra inf.* Pet. o Sic MSS. & Edd. Vett. non *p. t. pontem* inſerit L. Inc. p tria haec verba non ſunt in Pet. q vulgo *avertere*, & *enim imis.* r *nulla ex parte* Lov. s *deflexis* L. ſec. male.

&c.) Et ſane, *de aliquo geri* pro eo, quod eſt *de aliquo fieri*, inuſitatior eſt loquendi modus. CLARKE. *De* abeſt a Voſſ. ſec. male. *Geſta* idem, quod *acta*, *facta*. Quae verba crebro inter ſe permutantur ab auctoribus. Virgil. G. IV, 305. *Hoc geritur.* Adi Gron. Obſ. IV, 14. Munker. ad Fulgent. p. 67. Sic *Agere & gerere Remp.* *Gerere* & *agere bellum.* & cetera hic & alibi.

1. NEQUE AB OPPUGNATIONE VIDERET ULLA CONDITIONE RECEDI POSSE.] Petavianus codex: *neque oppugnatione poſſe recipi, aut conditione ulla videret.* VOSSIUS. Petaviani Codicis lectionem probat omnino Gruterus: Bene. Cauſſam enim non video, cur Caeſar ab obpugnatione recedere non poſſet, ſalva etiam exiſtimatione: cum modo hanc illamve cauſſam praetexere voluiſſet; multo minus, ut id fieri non potuerit, *ulla conditione.*

2. QUAE PENE TOTUM MONTEM CINGEBAT] Quid hoc? vallis pene totum montem cingebat? cur non totum? Emendo, *Flumen infimam vallem dividebat, quod pene totum montem cingebat.* Infra autor ipſe ait c. XII. *Sub ipſius enim oppidi murum magnus fons prorumpebat ab ea parte, quae fere pedum* CCC *intervallo fluminis circuitu vacabat.* Merito dicit *pene* oppidum flumine cinctum fuiſſe; cum trecentorum tantum, vel vix trecentorum pedum ſpatium eſſet, qua intermittebat amnis. Sane primus ac ſecundus Bongarſiani codd. non habent *quae:* nec tamen quomodo haberent, recte legere potui. VOSSIUS. Dionyſ. Voſſius emendat; (Quod *pene totum* &c.) Ut ſcilicet *flumen*, non *vallis*, dicatur pene totum montem cingere? Quomodo & infra ait Hirtius, (*fere pedum* CCC *intervallo*, fluminis *circuitu vacabat:*) *Vallis* enim, cur *pene totum*, non *totum* montem cingere dicatur? Sed recte reſpondet Cellarius, fieri etiam poſſe, ut *Vallis* montem *pene totum*, non *totum* ipſum, cingat; depreſſior ſcilicet illa, per quam flumen labatur. Quae demum ſi vera Lectio ſit; erit illud porro obſervandum, ex eo quod infra dicitur, (*pedum tantum* CCC *intervallum, fluminis circuitu vacare*,) utique flumen vallem illam infimam non diviſiſſe tranſverſam, ſed per mediam tranſiſſe tota ea ſui parte, qua montem cingebat. CLARKE. *Quod* margini adlevit Vaſcoſanus, & Lipſius. *quis* videtur eſſe in Bong. ſec. poſſet eſſe *quâ.* ut ſit nominativus verbi *cingebat* etiam *flumen.* De hac particula diximus ſupra aliquoties.

3. HOC AVERTERE.] In Petav. And. & Oxon. legitur *flumen averti.* Scribe *hoc flumen averti, loci n. prob.* Id flagitare mos horum Commentariorum ſtylus videtur. ſtatim *magnus fons &c.*

hoc

4 preſſis foſſis, derivari [a] poſſet. Erat autem oppidanis difficilis, & praeruptus eo deſcenſus; ut, prohibentibus noſtris, ſine vulneribus, ac periculo vitae, neque [b] adire flumen, neque arduo [c] ſe recipere poſſent adſcenſu.
5 Qua difficultate eorum cognita, Caeſar, ſagittariis funditoribuſque diſpoſitis, tormentis etiam quibuſdam locis contra faciliimos deſcenſus conlocatis, aqua [d] fluminis prohibebat oppidanos; quorum omnis poſtea [1] multitudo aquatum unum in locum [e] conveniebat.

1 XLI. [2] Sub [f] ipſum enim oppidi murum magnus fons aquae prorumpebat ab ea parte, quae [g] fere pedum ccc intervallo [3] fluminis [h] circuitu va-
2 cabat. Hoc fonte prohiberi poſſe oppidanos, quum optarent reliqui, Caeſar unus videret; ([4] *non ſine magno periculo*) [i] e regione ejus vineas agere [1] adver-

VARIAE LECTIONES.

a *Poſſit* Ox. b *adiri* Pet. Sc. *poſſet.* c deeſt Pet. d exſulat a Pet. e *veniebat* Dorv. Edd. R. M. V. Fl. f vulgo *ipſius o. m. m. f. pror.* g *vero* MSS. 2. *pedes* Ox. *pede* Eg. V. pr. h *circumitu* Ox. B. pr. i deeſt MSS. 6.

hoc fonte. Averti certe recepi.


4. SIC ENIM IMIS] Ita MS. Steph. Petav. & Oxon. In Andin. *ſic enim in imis.* Carr. *infimis enim ſic.* Reliqui & Edd. primae aliaeque *In infimis enim ſic.* Quare addidi ſaltem *in*, eliſum a ſyllaba vocis *enim.* Niſi altius ulcus & interius ſedeat.

1. MULTITUDO AQUATUM] Ultimam vocem utpote probam, retineo, ſed aliud jubere videntur MSti. Eſt enim *aquarum* in duobus, *equitorum* in alio. Sed Cujac. Andin. Bong. ſec. Pet. Leid. pr. Scalig. Egm. Voſſian. pr. & 4 alii cum Carrar. & Ed. Inc. exhibent *aquatorum.* Nec male. Caeſ. B. Civ. I, 73. *Aquatores ab equitatu premi.* Auctor B. Hiſp. c. 21. *Ad aquatores noſtros excurrerunt.* Et ſic Livius, alii. Mutaſſent ii, qui Genitivis duobus utrimque uni ſubſtantivo junctis offendebantur; at yide notata ad l. I. c. 30. *Helvetiorum injurias populi Romani.* Adridet tamen magis hic loci *aquatum.*

2. SUB IPSIUS OPPIDI MURUM MAGNUS FONS PRORUMPEBAT] MS. *Norv.* & *Brant.* cum editt. *Rom. Ven. Beroald. Sub ipſius oppidi murum* ubi *magnus fons prorumpebat*, unde ſcribendum, mutata diſtinctione. *Quorum omnis poſtea multitudo aquatum unum in locum conveniebat ſub ipſius oppidi murum, ubi magnus fons prorumpebat* &c. DAVIS. *Conveniebat ſub* ipſius *oppidi murum:* ubi *magnus fons &c.*) Ita optime reſtituit *Daviſius* ex Editt. Vett. & MSS. Elienſ. & Brantii; Quibuſcum conſentit MS. Reg. Scaliger aliique ediderant, (—— *conveniebant. Sub ipſius oppidi murum, magnus fons &c.*) Al. (—— *conveniebat. Sub* ipſum enim *oppidi murum, magnus fons &c.*) CLARKE. Lectionem, quam in textum recepit Daviſius, invenias quoque in Voſſiano primo, Egmund. Lovan. & 5 recentioribus MSS. cum Edd. primis. At in iiſdem, uti etiam in Bong. ſec. tert. Pal. Voſſ. ſec. Gott. additur *f. aquae.* Verum longe elegantius eſt vulgata; ſive potius *ſub ipſum enim op. murum:* uti exhibent Petav. Andin. Oxon. *enim* addunt quoque Cujac. Scalig. Leid. pr. (in quo *muro*) & Edd. Baſ. Ven. 1717. Vaſc. Ald. Gryph. Manut. Steph. Plant. aliique; quod reſtitui. *Aquae* tamen addidi ob ceterorum Codicum conſenſum, quem augent Vaſc. Strada, Steph. aliique. Crebro has voces *fons aquae* junctas reperies. Languet nimium iſtud *ubi*, & ut vidimus, in vetuſtioribus ſcriptis non comparet.

3. FLUMINIS C. VACABAT] Nonnihil clarius Petav. & Scalig. *a fl. circuitu vacabat.* Utrumque Latine dici, nemo neſcit.

4. NON SINE MAGNO PERICULO] Sane non damnaverim Petavianum codicem, in quo haec verba omittuntur, uti & ſecundo Bongarſiano. Itaque hoc pacto legenda haec periodus: *Hoc fonte prohiberi poſſe oppidanos cum optarent reliqui, Caeſar unus videret; e regione ejus vineas agere,* &c. VOSSIUS. Repetendum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ *prohiberi poſſe:* quod cum haud caperent e Librariis nonnulli, has voces a quibuſdam Codd. exulare juſſerunt. Cave enim aures praebeas *Voſſio*, qui eas recte abeſſe cenſuit; ſequitur enim in *Hirtio*, quod ejus conjecturam prorſus evertit. *Continua* certe *dimicatio*, & loco quidem iniquo magnum affert periculum. DAVIS. *Caeſar unus videret; Non ſine magno periculo —— aggeres ſtruere coepit.* Ita diſtinxi; quoniam quod in Editis erat (*Caeſar unus videret* eos *non ſine magno periculo* prohiberi poſſe;) difficilis videbatur & ſalebroſa conſtructio. Nec ſane recte dicitur Caeſar id *unus* videre, ſine magno periculo fieri non poſſe; quod


Uxellodunum
A. Uxellodunum, naturæ loci egregie munitum. B. Magnus fons prorumpens ſub ipſius oppidi murum, cujus venæ à Cæſare interciſæ atque averſæ ſunt.
C. Cupæ ſevo, pice, ſcandulis impletæ, ac ardentes in opera Cæſaris provolutæ. D. Agger cratibus ac viminibus contextus. E. Plutei & cuniculi. G. Turris decem tabulatorum, fontis faſtigium ſuperans.
A
C
C
B
G
F. Flumen infimam vallem dividens, penoque totum montem in quo Uxellodunum poſitum erat, cingens.

[1] adverſus montem, & [2] aggeres [a] inſtruere coepit, [b] magno cum labore,
& continua dimicatione. Oppidani [c] enim, loco ſuperiore [3] decurrentes [d], 3
eminus ſine periculo proeliabantur, multoſque, pertinaciter ſuccedentes,
vulnerabant; [e] ut tamen non [f] deterrerentur milites noſtri vineas proferre, ([4] & labore) atque operibus vincere locorum difficultates. [5] Eodem 4
tem-

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *ſtruere.* b *cum magna & cont.* Pet. And. Ox. L. pr. Scal. Cuj. c *vero* L. pr. Sc. d *diſc.* Leid. pr. *rec.* Ox. A. *ſuperiori* etiam L. pr. *eminus* vulgo abeſt. e *uti* And. f *terrer.* L. pr. And.

quod utique & *reliqui omnes*, propter manifeſtam difficultatem, *optarent* potius quam ſperarent. Ut tamen verum fatear; neque eo, quo edidi modo, caret difficultate haec locutio. Cum enim proxime ſequatur, (*magno cum labore & continua dimicatione;*) ſupervacuum judicare poſſit quis iſtud, (*Non ſine magno periculo*,) in eadem parte ſententiae praemiſſum. Quamobrem notatu dignum videtur, quod obſervavit Dionyſ. Voſſius; utique deeſſe iſtas voces, (*Non ſine magno periculo*,) in Codicibus Petaviano & Bongarſiano: Ut & in MSS. Elienſ. & Iſ. Voſſii deſunt. Si conjecturae indulgere liceat, fieri forte poteſt, ut ex eo, quod tribus poſt lineis (*ſine periculo*) ſcriptum eſt, irrepſerint. Nam in MS. Reg. & hic quoque, omiſſa particula (*non*,) ſcriptum eſt (*ſine magno periculo*,) Sed judicet Lector eruditus. CLARK. Quod ſi durior videatur loquendi ratio, legi queat, *quanto cum periculo id fieret*, uti quidem dat *Egmond.* DAVIS. *Cur. ſec.* Non dubium mihi eſt quin Egmundani Codic. lectio ſit e doctioris alicujus hominis interpolatione, qui videret, alteram minus ſanam eſſe: verum tamen eadem manet difficultas. nam cum id *optarent* modo reliqui, utique viderunt quoque ſine magno periculo id fieri non poſſe. *Non* abeſt quoque a Palat. Bong. tert. Carrar. Dorv. Leid. ſec. Immo omnia *non ſine m. periculo* deſunt quoque ab Oxon. And. Cujac. Scalig. Leid. pr. Voſſianis omnibus, Lovan. Gott. & Edd. Inc. ac R. Stephani; quare omnino eas voces ſuppoſititias & alienas exiſtimo, uncisque incluſas aliis litteris excudi curavi. Vel ſic tamen ter hoc capite occurrunt *ſine periculo.*

1. ADVERSUS M.] Andin. & Oxon. *contra montem.* Quae videtur verior lectio. Sic l. IV, 20. *Regiones, quae ſunt contra Galliam.* V, 13. *Tertium eſt contra Septentriones.* VII, 62. *Contra caſtra Labieni.* l. I. B. c. 56. *Inſula, quae eſt contra Maſſiliam*; & l. III. c. 22. *Quae contra portum Br. eſt.* Adde c. 40. & Davis. ad B. Hiſp. c. 27. *Contra Hiſpalin.* Adde notata ad Front. I, 4, 7. *Contra Abydon.*

2. AGGERES STRUERE] Sic quidem And. Oxon. Petav. Leid. pr. Scal. & Cujac. niſi excerpta fallunt. At MSS. reliqui & Edd. primae *aggerem inſtruere.* Sed Edd. Vaſc. Str. Steph. & Gryph. poſt. *Aggeres inſtruere.* Quod omnino verum credo. Saltem *inſtruere* revocavi; quod compoſitum eleganter pro ſimplici adhiberi ſolet. *Contabulationem* vel *parietes inſtruere* l. II. B. Civ. c. 9. ubi v. B. Afric. c. 51. *Opus inſtruebat.* Adi viros doctos ad Nepotis Them. c. VI. *Audierunt muros inſtrui.* ubi eadem varietas. Front. III, 17, 4. *Inſtructum duplici munitione caſtellum.* Reſtituendum & hoc Apulejo, ſi vere doceat Elmenhorſt. in MSS. Flor. & Bertin. ita legi l. VI. p. 112. *fanum ſublimi fabrica inſtructum.* vulgo *ſtructum.* ut l. X. p. 232. *mons ſublimi fabrica inſtructus.*

3. DECURRENTES, SINE PERICULO PROELIABANTUR; —— VULNERABANT: UT TAMEN NON DETERRERENTUR &c.] MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii, & Editt. Vett. (*decurrunt; eminus ſine periculo proeliantur; —— vulnerant: Non deterrentur tamen &c.*) CLARKE. *Ut tamen non deterrentur*) MS. *Norvic.* prima voce omiſſa, exhibet *non tamen deterrentur.* Editt. *Rom. Ven. Beroald.* *non deterrentur tamen.* Vulgatam autem lectionem retineo, a qua abiere Librarii, quod ejus elegantiam non intelligerent. DAVIS. Vulgarem jam lectionem e MSS. Urſini, & Faerni recepit primus Scaliger, eaque confirmatur MSS. Andin. Oxon. Leid. pr. Cujac. Scalig. & Petav. niſi quod *eminus* etiam agnoſcant Cujac. & Scalig. quare eam vocem addidi confirmatam a MSS. & Edd. reliquis: *Deterrentur* eſt quoque in Leid. ſec. At exceptis ante nominatis MSS. omnes quoque habent mei, quod de ſuis monent alii. Sed male. Subintelligitur *ſic*, *ita*, *tamen*, *ut noſtri non deterr.* Vide omnino ad l. III. c. 14.

4. ET LABORE] Deſunt hae voces in Petav. Scalig. Leid. pr. And. & Oxon. Bene: ſupra enim jam dixerat *magno cum labore.* unde etiam e MSS. illis exciderat. Hic certe plane otioſae ſunt; quare uncis incluſi. *Vineis atque operibus v. loc. d.* tantum legas in Oxon. & And.

5. EODEM TEMPORE TECTOS CUNICULOS CRATES, ET VINEAS AGUNT AD CAPUT FONTIS] Ita & Scaliger edidit, & in tertio Bongarſiano reperio.

in

tempore tectos cuniculos [a] ab vineis agunt [1] ad caput fontis. quod genus operis ſine ullo periculo, [b] & ſine [2] ſuſpicione hoſtium facere licebat. Exſtruitur agger [3] in [c] altitudinem pedum IX: [d] conlocatur in eo turris X tabu-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *crates & vineas*. b deeſt & MSS. 10. Ed. Inc. *p. ſine etiam ſ.* Egm. c *altitudine* MSS. 4. *pedes* MSS. XI. Ed. Inc. vulgo *LX*. d *collocantur in eo turres* Pet. *niſi* G. abeſt cum ſeq. v. a V. ſec. *quidem* etiam deeſt And. Ox.

In ſecundo eſt *cuniculos tectos ad vineas agunt ad caput fontis*. Primus, *cunic. tect. ad aggeres ac vineas agunt ad caput fontis*. Palatinus, *cuniculo tectos ad vineas agunt, & ad caput fontis*. Neſcio tamen, an probare auſim ſcripturam, quam Scaliger retinuit. Primo quia ſubdit autor, illud genus operum ſine ſuſpicione hoſtium facere licuiſſe: nam crates & vineas conſpicere poterant oppidani. Deinde quia nullus ſcriptorum dixit *crates agere*. VOSS. Manifeſte vitioſa eſt haec lectio; neque enim *ſine ullo periculo & ſine ſuſpicione hoſtium* crates projici, & vineae agi poſſunt, cum hujuſmodi opera in omnium conſpectu adminiſtrentur. Solis cuniculis hoc convenit, qui ſub terram aguntur. Primus *Bongarſ. Cuniculos tectos ad aggeres & vineas agunt ad caput fontis*; ſic etiam editt. *Rom. Ven. Beroald. MS.* autem *Palat. Cuniculo tectos ad vineas agunt & ad caput fontis:* ita & *Carrar.* niſi quod ille *cuniculos. Bongarſ.* ſecundus *Cuniculos tectos ad vineas agunt ad caput fontis*, pro quo *Norvic.* habet *& caput fontis*. Legendum crediderim, *Cuniculos tectos ab aggere & vineis agunt ad caput fontis*, vel prope ad veſtigia aliorum Codicum, *cuniculos tectos a vineis agunt ad caput fontis*, ut dicat *Hirtius*, cuniculos a vineis initium cepiſſe, ad caput autem fontis pertinuiſſe; & ſane c. XLIII. narrat *cuniculis venas fontis interciſas eſſe atque averſas*. Confirmat hanc conjecturam *Jul. Celſus* p. 168. *Cuniculis*, inquit ille, *ſub terram actis ad ipſius fontis venas penetrando pervenit*. DAVIS. *Cuniculos*, ab aggere & vineis *agunt ad caput fontis*, —— *ſine ſuſpicione hoſtium*.) Pulcherrima haec eſt Daviſii emendatio. Scaliger aliique ediderant; (*cuniculos*, crates & vineas *agunt &c.*) Sed praeterquam quod jam ſupra dixerat Hirtius, (*vineas agere coepit*,) &, (*non deterrerentur vineas proferri*;) quod proinde hic repetere ſupervacuum ſit: illud quoque falſum, *crates & vineas agi poſſe*, *ſine ſuſpicione hoſtium*. MSS. variant: Al. *ad aggeres & vineas agunt*. Al. *ad vineas agunt ad caput fontis*. Al. *ad vineas agunt & ad caput fontis*. Emendatione Daviſiana haud facile quicquam concinnius reperias. Niſi forte cum Cellario, ex Veteribus quibuſdam Editis, ſola iſta, (*cuniculos agunt ad caput fontis*,) vel ſine lacuna; vel cum lacuna, (*cuniculos* **** *agunt ad caput fontis*,) ſcribas. CLARKE. *Ad aggeres ac vineas ag.* eſt in ſolis Ortel. & Bong. pr. cujus manus hic eſt recentiſſima, atque Edd. Rom. Ven. Med. Flor. Cell. Inc. MSS. Faerni, Urſ. & Bong. tert. *cun. crates & vin. ag.* ineptiſſime: quam lectionem miror ſecutum eſſe Scaligerum. MSS. duodecim vel plures, uti & aliorum cum Ed. Inc. dant *ad vineas agunt & caput f.* niſi quod Pal. Ortel. Carr. & Dorvill. *& ad c. f.* quod ultimum edidit Cellarius. At vero Andin. Oxon. & Petav. a manu prima non agnoſcunt omnia illa *crates & vineas*. uti nec Edd. Baſ. Ven. 1517. Vaſc. Strada, Ald. Gryph. Manut. Stephan. Plant. unde parum abeſt, quin ſtatuam, illa eſſe repetita pro interpretatione e ſuperioribus, inepte. Ejeci ſaltem *aggeres* vel *crates*, & *ab vineis* exhibui. cum ſoleant ſaepe librarii *ad* mutare in *ab*. Hinc confuſa *ab labore* & *ad laborem*. Vide ad l. V. c. 9. *ad ſententiam* & *ab ſententia*. V. ad l. VII. c. 78. l. I. B. C. c. 18. l. II. c. 1, 39. & ſimiliter crebro pro *ab* in MSS. eſt *ad*. Oroſius ait *ſub obtentu aggeris tuti cuniculos perfodiebant*.

1. AD CAPUT FONTIS] Originem atque initium, ut ſaepe alias. Vide *Laevin. Torrentium* ad *Horatii* l. I. Od. I, 22. At *Caeſar* l. IV. B. G. c. X. de Rheno ait, *multiſque* capitibus *in Oceanum influit*, ubi liquet *capitibus* oſtia denotari: negarunt autem interpretes, hoc vocabulum ea notione alibi uſurpatum, nec quiſquam dubitet illam vocis poteſtatem eſſe rariſſimam. *Cl.* tamen *Mamertinus* Pan. II. c. XVI, [illegible] eodem [illegible] adhibuit. *Citra Maeotim*, inquit, *ſub* [illegible] *trionis plaga*, *qua fervidum* caput *Danubius* evolvit. Qui non ſunt prorſus [illegible], probe norunt Maeotim non fonti, ſed oſtiis Danubii eſſe propinquam. DAVIS.

1. SUSPICIONE] Voſſ. pr. & ſec. *ſuſcepione*. Forſan pro *ſuſpectione*. Vide ad l. VII. c. 7.

2. IN ALTITUDINEM PEDUM IX.] Sic ex Oroſii l. VI. emendavit *Pet. Ciacconius*, quem in ſua editione ſecutus eſt *Joſ. Scaliger*, cum e MSS. & antiquis cuſis alii habeant *pedum* XX. alii *pedum* VI. DAVIS. *LX.* Sic quidem in Petaviano Codice exſtare monet Gruterus. Verum vix mihi credibile, aggerem feciſſe pedum LX. & in eo inſuper turrim collocatam eſſe. Andin. & Oxon. cum Edd. Vaſc. Ven. Baſ. Aldi, Gryph. Manut. & Plant.

tabulatorum, [a] non quidem, quae moenibus [1] adaequaret [b] (id enim nullis operibus effici poterat,) ſed quae [2] ſuperaret fontis faſtigium. Ex [c] ea quum 6
[d] tela tormentis jacerentur ad fontis aditus; nec ſine periculo [3] poſſent adaquari oppidani; non tantum pecora, atque jumenta, ſed etiam [e] magna hominum multitudo ſiti conſumebatur.

XLII. Quo malo perterriti oppidani [f] *cupas ſevo, pice*, [4] *ſcindulis* I
[g] *complent: eas ardentes in opera provolvunt.* [h] *Eodem tempore acerrime proeliantur, ut ab incendio reſtinguendo* [i] *dimicatione & periculo deterreant*

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt And. Ox. b vulgo *aequaretur.* c *eis* Pet. d *late* B. ſec. e deeſt And. Ox. Pet. *mult. hoſtium* MSS. 10. & Edd. pp. *ſiti* deeſt MSS. 4. *ſibi* V. pr. G. *ibi* MSS. 3. Ed. Inc. f *cuppas* MSS. plerique. *ſebo* Egm. V. ad l. VII. 25. & vulgo *ſcandulis.* g *implet*, *&* L. pr. *completas & ard.* Pet. And. Ox. h *Eodemque* MSS. 8 & Edd. qdd. i Sic e MS. Urſ. dedit Scal. atque ita Pet. Ox. And. per ἓν διὰ δυοῖν. MSS. ceteri & Edd. Vett. *dimicationis per*, *Deterrerentur Romani* Pet. And.

Plantini dant *IX*. In reliquis MSS. & Edd. *VI*. Rectum omnino eſt *IX*. Quod patet ex ipſo Oroſio l. VI. c. 11. *Exſtruitur agger & turris pedum ſexaginta, cujus vertex adaequare fontis locum poſſit:* Non dicit Oroſius, *aggerem* fuiſſe pedum LX, ſed *aggerem & turrim.* Si ergo aggeri des IX pedes & turri L pedes, ſive ſingulis tabulatis V, efficientur LX pedes; quod etiam bene advertit Hotomanus.

1. AEQUARETUR] Aldus Manutius, allatis exemplis, contendit, legendum, *aequaret.* Atque ita in MS. Elienſi ſcriptum eſſe adnotavit Daviſius. CLARK. Placet Manutii conjectura *aequaret:* uti eſt quoque in Leid. tert. Voſſ. pr. tert. Lovan. Gottorp. Dorvill. Ed. Inc. aliiſque. Sive potius *adaequaret:* quod ſervarunt nobis And. Leid. pr. & Scalig. *Adaequaretur* eſt in Petav. & Oxon. Praepoſitionem addendam vel Oroſii locus e noſtro deſumtus docere poteſt. *Adaequare* autem cum Dativo vel ſimpliciter poſitum neutraliter ſolet adhiberi. Livius l. I. c. 56. *Quibus operibus vix nova haec magnificentia adaequare potuit.* Supra l. VI. c. 12. *Adaequare apud Caeſarem gratia.* ubi etiam alii *adaequari* malebant. l. II. B. Civ. c. 16. *Virtute ſe noſtris adaequare non poſſe.* ubi MS. unus *noſtros.* Vide etiam ad B. Alex. c. 16. *Virtuti noſtrorum adaequare.* ut eſt in nonnullis.

2. SUPERARET FONTIS FASTIGIUM.] MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii, & Editt. vett. (ſuperare *fontis faſtigium* poſſet.) CLARK. Quod vulgo jam editur, Scaliger primus recepit ex Urſini Codice & confirmatur MSS. And. & Oxon. Reliqui MSS. & Edd. *ſuperare f. poſſet.* dein etiam habent *aditum* MSS. plerique & Edd. primae, item R. Steph. aliaeque. Sed rectius *aditus* legitur cum Petav. And. & Oxon. Nam credibile ad fontem plures uno fuiſſe aditus.

3. POSSENT ADAQUARI.] Ita Cujac. Leid. pr. Scal. In ceteris & Edd. primis aliiſque eſt *aquari*, niſi quod in Urſin. And. & Oxon. aliiſque ſit *adaquarentur*, bene, ſi ſupra legas *ſuperare poſſet.* Petav. & Bong. ſec. *aquarentur.* Sed *adaquari* occurrit quoque apud alios, uti & l. I. B. C. 66. *adaquandi cauſſa:* Item in Lov. Cod: B. Afric. c. 24. *adaquandi gratia* & in aliis c. 41.

4. SCANDULIS COMPLENT] Primus Turnebus hoc loco *ſcindulis* emendavit. Oroſius in multis exſcriptor Caeſaris *ſcandulis* habet. Freculphus exſcriptor Oroſii *ſindulis.* Sed in optimo & perantiquo Oroſii codice, quem MS. habemus, invenio *ſcindulis* (& ſic apud *Hirtium* legitur in MSS. *Norv.* ac *Brant.*) Iſidorus lib. XIX. c. XIX. *Scindulae*, inquit, *eo quod ſcindantur, & dividantur.* Sunt *ſcandulae* tabellae e ligno, quibus tegi aedes ſolitas Romae ex Plinio diſcimus. Hodieque pro iis lamellas e lapide uſurpamus, quae fortaſſe inde apud Italos *ſcaglia*, Galliſ *eſcaille*, nobis *ſchalie* dicuntur, extrito *ndu:* quod in lingua noſtra novum non eſt, cum pro *tanden*, i. e. dentes, etiam *ta'en* dicamus; pro *laeden*, onerare, *la'en*. Uſus ea voce & Vitruvius l. II. c. I. & Columella l. VIII. c. III. *Sed ab coborte forinſecus praedictis feneſtellis ſcandulae ſimiliter injungant, quibus irrepant aves ad requiem nocturnam.* Mihi ſane Turnebus audacter nimis ubique *ſcindulae* reponere videtur, cum in cunctis ſcriptoribus fere *ſcandulae* reperiatur: & Appulejus Metam. l. III. p. 54. *ſcandulare tectum* dicat, & in ff. de jure immunit. l. ult. *ſcandulariorum* mentio fiat. Vide, quae de hac voce notavit parens meus in Etymologico ſuo. VOSSIUS. Vocis hujus incerta eſt ſcriptura prae codicum varietate. Apud Oroſ. l. VI. c. XI. MSS. fere omnes *ſcindulis* vel *ſindulis.* Eamdem dant confuſionem viri docti in Apulej. l. III. ubi conſule eos

p. 44.

reant Romanos. Magna repente [a] *in ipſis operibus* [1] *flamma exſtitit: qua-*
cumque enim [b] *per locum praecipitem miſſa erant,* [2] *ea vineis & agger*
3 *ſubpreſſa* [c] *comprehendebant id ipſum, quod morabatur.* Milites contr
noſtri, quamquam [d] perículoſo genere [e] proelii, locoque [f] iniquo [g] preme-
4 bantur, tamen omnia [h] paratiſſimo ſuſtinebant animo. Res enim gereba-
tur [i] & excelſo loco, & in conſpectu exercitus noſtri; [k] magnuſque utrim-
que clamor oriebatur: ita [3] quam quiſque poterat maxime inſignis, quo
notior teſtatiorque virtus ejus eſſet, telis hoſtium flammaeque ſe [l] obfe-
rebant.

1 XLIII. Caeſar, quum complures ſuos vulnerari videret, ex omnibus
oppidi partibus cohortes [m] montem adſcendere, &, ſimulatione [n] moe-
2 nium occupandorum, clamorem undique jubet [o] tollere. Quo facto [p] per-
territi

VARIAE LECTIONES.

a *Ex* B. pr. Dorv. Buſl. Edd. R. M. V. dein vulgo *exiſtit.* b *per loc.* deſunt Ox. And. *locum* abeſt a B. pr. *miſerant* And. Ox. c *comprehendebantur idque quod* And. *quo morabantur* L. ſec. d *periculo* MSS. 3. e *proelio* MSS. 4. Ed. Inc. *ibi* B. ſec. f *in ipſo* And. Ox. g *premerentur* Ed. R. Vide ſupra. h Sic Pet. And. Ox. Reliqui MSS. & Edd. pp. *fortiſſimo.* i deeſt L. pr. ſec. male. V. l. I. B. G. 5. III. B. C. 85. & ſaepe. k *magnus* L. pr. Pet. H. l vulgo *offerebat.* m *montes* Ox. n *moeniorum* L. pr. *occupatorum* Lov. o *attollere* L. pr. & Oroſ. V. ad Front. III, 9, 5. p *territi* Pet. Ox. L. pr.

p. 44. Ed. Colv. Hic etiam Oxon. Pulm. Sched. Lovan. & Brantii ac alii 4 recentiores *ſcindulis.* Vide Turneb. l. XXII. Adverſ. c. 18. cui inter alios adſenſum praebet Stewech. ad Apulej. & Veget l. II. c. 23. *De tegulis vel ſcandulis.* Ubi MSS. ejus 7. uti & Scriv. habent *i:* at MSS. 4. a me viſi *a* ſervant. Ipſe autem cum Wouwerio derivat a voce σκινδαλμός: de qua conſule Schol. Ariſtoph. ad Nub. 130. Ranas 835. Heſych. & Suidam. Verum MSS. in Apulejo & Edd. Vett. propugnant τὸ *ſcandulare tectum.* Ego Patri Voſſio accedo, & hic *ſcindulis* a ſcindendo, in Apulejo *ſcandulare* a *ſcandendo* lego.

1. FLAMMA EXISTIT] *Carrar. Norvic. Gottorp. Voſſ.* & *Egmond.* habent *flamma extitit.* & ut ita reponatur, jubent ſequentia. DAVIS. *Cur. ſec.* *Exſtitit* etiam MSS. mei & Edd. primae. *Exiſtit* tamen exſtare videtur in And. & Oxon. Sed parum refert. De vi verbi adi ad l. VI. c. 5. *Motus exſiſtat.*

2. EA VINEIS ET AGGERE SUPPRESSA] *Supprimere* hic non ὑποκρύπτειν eſt, ſed reprimere, aut retinere, vel morari, ut ipſe Hirtius explicat. Sic Caeſar libro I. de bello Civili dixit *iter ſupprimere*, pro retrahere ſe ab itinere, & Livius libro ſeptimo, *impetum ſupprimere*, pro *reprimere.* VOSSIUS. Ita *ſupprimere claſſem* apud Nepot. Timoth. 3. *Subprimere habenas* Ovidio Art. Am. III, 467. Eidem l. XV. Met. 282. *Subpreſſi fontes.* Ita & *ſubprimere hoſtem inſequentem* l. I. B. Civ. c. 45. ubi vide Dav.

3. QUAM QUISQUE POTERAT MAXIME INSIGNIS] *Quam* non agnoſcunt *Lovan. Norvic & Buſlid.* Ac *poterat* abeſt ab *Egmond.* Lege *ita quiſque maxime inſignis* &c. DAVIS. *Cur. ſec.* Male omnino, nam *Quam quiſque poterat* optime edidit Scaliger: cum in Urſin. eſſet *ita ut quam q;* & antea exhiberetur *Ita ut quiſque p.* uti eſt in MSS. multis. Particula autem haec abeſt a MSS. ſex, Ed. Inc. & in Voſſ. ſec. *Ita quisquis ut p.* ſed *quam* diſerte exſtat in Petav. And. Oxon. Leid. pr. Scalig. pro *quantum.* Vide praeter alia Ill. Heinſium ad Ovid. Rem. Am. 325.

Quam potes in pejus dotes deflecte puellae.

Reſtituendum hoc Apulej. l. I. p. 10. [illegible] *quam maxime patebat, ſpongia* [illegible] In Bonſ. ſec. eſt *que.* Poſſet etiam [illegible] ut jungantur cum Edd. primis [illegible] *me inſignis* ſive quocumque modo & loco maxime poterat conſpicuus, ut ipſius virtus magis pateret. Adi ad Ovid. Ep. XIII, 41.

Qua poſſum, ſqualore tuos imitata labores.

De hac particula diximus plura ſuperius aliquoties. Eadem variatio l. III. B. Civ. c. 67. Caeterum legitur *potuit* in Voſſ. tert. & *notior* [illegible] *teſtatior* eſt in Lov. Gott. Voſſ. tert. Leid. tert. & Ed. Inc. Unde quis conjicere poſſet [illegible] *tiorque*; ſed vulgatum ſervare malo. [illegible] cum variat in MSS. fere [illegible] mis: quare ſuſpicor abund[illegible] *bant* eleganter legitur in B[illegible] tert. & Edd. Rom. Medio[illegible] *bant* Leid. tert. & Ed. Inc. Vide [illegible] *Quiſque equitatu praeerant*, & alibi; quare [illegible]

Territi oppidani, quum, quid ageretur in locis reliquis, eſſent [1] ignari, ſuſpenſi revocant ab inpugnandis operibus armatos, muriſque diſponunt. Ita noſtri, ſine [2] proelii facto, celeriter [b] opera flamma comprehenſa [c] par- 3
tim reſtinguunt, partim interſcindunt. Quum pertinaciter reſiſterent op- 4
pidani, [3] &, jam magna parte ſuorum ſiti amiſſa, in ſententia permanerent; ad poſtremum cuniculis venae fontis interciſae ſunt, atque averſae.
Quo facto exhauſtus repente [4] perennis exaruit fons [d], tantamque ad- 5
tulit

VARIAE LECTIONES.

a vulgo deeſt vox *ſuſpenſi* & editur *proelio.* b *operum* Pet. *operata* B. ſec. deeſt L. pr. tert. Ed. Inc. *compreſſa* Pet. L. pr. c haec 2 verba deſunt Pet., L. tert. Ed. Inc. *reſtringunt* MSS. 2 contra addunt Edd. R. V. M. *partim reſcindunt*, natum e varia lect. & *interſc.* d vulgo *repente fons perenn. exhauſtus tantam.*

junxi τῷ *poterat*: adpoſite Ovid. l. III. Triſt. El. IV, 75. *Et quam quisque poteſt, aliqua mala noſtra levate.*

1. IGNARI] MSS. *Carrar.* & *Norvic.* *eſſent ſuſpenſi.* quod tantundem valet ac dubii, incerti. *Virgilius* Aen. II, 114.

Suſpenſi, Eurypylum ſcitatum oracula Phoebi Mittimus.

Noſter Bell. Afric. c. XLVIII. *Exercitus ejus magis ſuſpenſiore animo ante adventum Jubae commovebatur.* Editt. *Rom. Ven. Beroald.* utramque vocem exhibent, in iis enim eſt *eſſent ignari ſuſpenſi.* Alterum eſt Gloſſema: cum autem haec *ſuſpenſi* poteſtas ſit rarior, quin ea lectio ab auctore, *ignari* vero a Gloſſa profluxerit, nullus dubito. Repone igitur: *cum quid ageretur in locis reliquis, eſſent ſuſpenſi.* DAVISIUS. MSS. Elienſ. & Voſſii (*eſſent* ſuſpenſi) MS. Reg. *reſcirent* (leg. *neſcirent.*) CLARK. *Ignari, ſuſpenſi* exaratur quoque in Lovan. Bong. tert. Dorv. Edd. Mediol. Florent. Sed *ſuſpenſi* tantum in Voſſianis, Leidenſibus, Cujac. Scalig. Bong. ſec. tert. Egmund. Gottorp. Palat. Buſlid. & Ed. Incerta. At *ignari* ſervant Petav. And. & Oxon. Placuit utrumque: cum ignari eſſent quid ageretur, ideo *ſuſpenſi* ſolliciti & in dubio atque incerto exiſtentes revocant armatos.

2. PROELIO] MSS. & Edd. plerique *proelii.* Quod idem eſt. CLARK. Non damnarem Dativum *proelio:* ſi inveniretur in MSS. ſed MSS. & Edd. omnes *proelii* ante Ed. Amſt. 1697. in quam typothetarum vitio ſine dubio inrepſit *ſine proelio*, unde in ſeqq. *ſine proelio.* Durior etiam foret ille caſus hoc loco.

3. ET JAM &c.] Sic e MS. Urſini reſcripſerunt Viri docti: cum antea legeretur: *Magna etiam parte ſ. ſ. a. in ſent. permaneant:* atque ita MSS. mei omnes. niſi quod *permanerent* reſtet in And. Oxon. & Bong. pr. a m. prima vetuſta, quae hic rurſus adparet. Plerique etiam & Edd. pp. *amiſſa ſiti ſuorum.* Singularis & bona eſt lectio Cod. Petaviani: *Quum pertinaciter oppidani magna parte ſuorum ſ. a. in ſententia permanerent, cuniculis* &c. Ceteris reſectis. Legendum opinor *quum pertinaciter oppidani, magna etiam parte ſuorum amiſſa ſiti, in ſ. permanerent, ad poſt.* Otioſum eſt τὸ *reſiſterent. at poſtr.* Leid. pr.

4. FONS PERENNIS EXHAUSTUS] Primus Bongarſii Cod. & Pal. *repente perennis exaruit fons.* eandemque vocem retinent ſecundus & tert. Quam lectionem praefero: nam fons non exhauſtus, ſed aruit, & rationem ex Oroſio intelligere eſt: ait enim, *repertos in abſtruſo aquarum meatus per multa dividendo tenuari in ſemetipſis conſumique fecerunt.* VOSS. *Bongarſii* tres Codd. & MS. *Palat.* hic repraeſentant *repente perennis exaruit fons*, nec aliter editt. Rom. Ven. Beroald. quam lectionem praetulit *Dionyſ. Voſſius*, quod, ut ait, *fons non exhauſtus, ſed aruit.* Nihili eſt ratio, cum *exhauſtus ſiccati* vim obtineat. Sic apud *Virgilium* Georg. III, 432.

Poſtquam exhauſta palus, terraeque ardore dehiſcunt.

Vulgatam igitur ſcripturam plurium MSS. auctoritate ſuffultam retineo. DAVIS. Codices nonnulli; (*exaruit, tantamque* &c.) Quam Lectionem omnino recipiendam exiſtimavit Voſſius, quod fons non *exhauſtus eſſet*, ſed *exaruerit.* At vero merito virum doctiſſimum reprehendit Daviſius, cum *exhauſtum eſſe* idem ſit plane, quod *exaruiſſe.* Adde, quod hic fons proprie etiam *exhauſtus* fuerit, *venis interciſis* videlicet, atque *adverſis.* CLARK. *Repente perennis exaruit fons tantamque* exhibent quoque MSS. Voſſ. Leidd. Pal. Egm. Lov. Gott. Dorv. & Edd. primae, niſi quod *que* in Leid. pr. ſit tantum a. m. ſec. *Repente* deeſt in Bong. tert. *Aquae rep. perennis exar. fons* Bong. ſec. quomodo fere edidit R. Stephan. *aquae perennis exar. fons. Aquae fons;* uti eſt in MSS. c. 41. At Petav. And. & Oxon. ſervant *fons perennis exh. tantam.* Quod participium nequaquam loco movendum eſt. Lucan. l. II, 410. *Heſperiamque exhaurit aquis.* idem

 ex-

tulit oppidanis ſalutis deſperationem, [1] ut id non hominum conſilio, ſed Deorum voluntate factum putarent. Itaque neceſſitate coacti ſe tranſdiderunt.

1 XLIV. [a] Caeſar, quum ſuam [b] lenitatem cognitam omnibus ſciret; [c] neque vereretur, ne quid crudelitate naturae videretur aſperius feciſſe, neque exitum [d] conſiliorum ſuorum animadverteret, [e] ſi tali ratione diverſis in locis [2] plures [f] rebellare conſilia iniſſent, exemplo ſubplicii deterrendos reliquos exiſtimavit. Itaque omnibus, qui [g] arma tulerant, manus [h] praecidit. [i] Vitam conceſſit; quo teſtatior eſſet poena inproborum.
2 Drappes, quem captum eſſe a Caninio docui, ſive [3] indignatione, & dolore

VARIAE LECTIONES.

a *C. itaque* Ox. V. pr. L. ſec. b *ſententiam* And. Pet. *voluntatem* Ed. Inc. c *atque* Ox. d *conſilii ſui* Pet. Ox. L. pr. Margo Gr. *adverteret* Pet. e *ſed* MSS. 3 Ed. Inc. f vulgo *rebellare coepiſſent. aliquos* G. V. tert. g *armati erant* B. ſec. h *praeſcidit* G. V. tert. Ed. Inc. i Sic Urſ. e MS. & Scal. ceterique cum L. pr. And. Ox. Reliqui & Edd. priores *vitamque*.

exhauſtus Iber, *exhauſtum pelagus* l. IV, 315. V, 644. & alias. Sed nec *exaruit* damnare auſim. Quid vetat, quo minus ordinem ſequentes MStorum, legamus, *quo facto exhauſtus repente perennis exaruit fons*, *tantamque*? Fons alioquin perennis, ſed hoc facto exhauſtus, repente *exaruit*. *Areſcere venas*, *fontes* &c. crebro occurrit. Et uti *repente* & *facto* (quod deeſt Egmundano) hic excidere potuit ex quibuſdam Codd. ſic facile ex aliis *exhauſtus*, ex aliis *exaruit* elabi potuit. id quod ſaepiſſime in his Commentariis uſu venit. Paullo ante *ignari*, *ſuſpenſi*.

1. UT ID NON HOMINUM CONSILIO SED DEORUM VOLUNTATE FACTUM PUTARENT] Nimirum erat in talibus ſuperſtitioſa antiquitas: nec temere fontes aut amnes, quibus aliquid divinum ineſſe credebatur, quin & pro diis colebant, ſiſtere curſum, aut ſolitum deſerere alveum putabant. Hinc apud Tacitum I. Annalium, cum in Senatu ageretur, de avertendis fluminibus, per quae Tiberis augeſcit, quo obviam iretur crebris ejus inundationibus, dictitant Reatini, *Optime rebus mortalium conſuluiſſe naturam, quae ſua ora fluminibus, ſuos curſus, utque originem, ita fines dederit. Spectandas etiam religiones ſociorum, qui ſacra, & lucos, & aras patriis amnibus dicaverint. Quin ipſum Tiberim nolle prorſus accolis fluviis orbatum, minore gloria fluere. Seu preces coloniarum, ſeu difficultas operum, ſive ſuperſtitio valuit, ut in ſententiam Piſonis concederetur, qui nil mutandum cenſuerat.* VOSSIUS. Similis Gallorum exiſtimatio de turribus ambulatoriis l. II. c. 31.

2. PLURES REBELLARE COEPISSENT] MS. *Carr.* habet *plures. conſilia iniſſent.* (Sic & MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.*) Etſi autem me non fugit, uſum *Livium* verbo *rebellare*, & *rebellione* *Caeſarem*, ut tamen aſſentiar facile *Carrarienſi* non ſolum ejus vetuſtas facit, ſed locutionis vis; non enim magis apertae defectioni, quam occultis Gallorum conſiliis erat obviam eundum. *Joan. Mich. Brutus.* MSS. plerique & Editt. Vett. *conſilia iniſſent.* Quod cur a recentioribus mutatum, equidem non video. CLARK. Vulgarem lectionem ſervant ſoli Petav. & Oxon. & pro V. L. Scalig. Ceteri, etiam Andin., mei & aliorum, atque Edd. primae *conſilia iniſſent*, Bong. ſec. *inirent.* An dedit Hirtius *plures belli conſilia iniſſent*? Certe addendum de *bello* aliquid videtur. Scilicet hic quoque utrumque admittendum fuerat, *Rebellare conſilia iniſſent.* a qua lectione non modo non alienus ſum, ſed veram adeo credo, ut in textum receperim. *Rebellare* pro ad *rebellandum* vel *rebellandi*. Nepos Lys. c. 3. *Iniit conſilia reges tollere.* Plura vide [illegible] 26. *Conſilium ceperunt profugere.* & 71. *Conſilium cepit omnem a ſe equitatum d*[illegible] ad Sall. B. Jug. c. 89. Drakenb. [illegible] Amat autem hanc conſtructionem [illegible] *Excedere proelio non adduci p*[illegible] *tum habebat continere civitate*[illegible] MSS. quidam *continendi*. B. Afric. c. 78. [illegible] *rent facultatem circumfundi.* & Caeſar [illegible] l. I. B. Civ. c. 83. *Uterque tenere propoſitum videbatur. Caeſar, niſi coactus proelium non committere.* Sic MSS. vulgo *ut committeret*.

3. INDIGNATIONE ET DOLORE VINCULORUM] Lege *indignitate*, ſicuti dant *Bongarſ.* tres, *Petav. Gottorp. Voſſ.* & *Egmond.* DAVIS. [illegible] MSS. etiam Leidenſes, Voſſiani, Scalig. Palat. & Carrar. cum Ed. Inc. *indignitate*. Caeſar [illegible] B. G. 14, 4. *Omnes indignitates contumeliaſque perferre.* VII, 56. *Infamia atque indignitas rei.* [illegible] *indignatione* ex meis ſervant And. Oxon. Lovan.

Dorvill.

ore vinculorum, ſive timore gravioris ſupplicii, paucis diebus [1] ſe [a] cibo abſtinuit, atque ita interiit. Eodem tempore Lucterius, quem profugiſſe ex proelio [b] ſcripſi, quum in poteſtatem veniſſet [c] Epaſnacti Arverni (crebro enim [d] mutandis locis, multorum fidei ſe [e] committebat, quod nuſquam diutius ſine periculo commoraturus videbatur, quum ſibi conſcius eſſet, quam inimicum [f] deberet Caeſarem habere,) hunc Epaſnactus Arvernus, amiciſſimus populi Romani, ſine dubitatione ulla [g] vinctum ad Caeſarem [h] deduxit.

XLV. Labienus interim in Treviris equeſtre proelium ſecundum [i] facit; compluribusque [k] Treviris interfectis, & Germanis, qui [l] nulli adverſus Romanos auxilia denegabant, principes eorum vivos in ſuam [2] redegit poteſtatem; atque in iis [m] Surum Aeduum, qui [3] & virtutis & generis ſummam nobilitatem habebat, ſoluſque ex Aeduis ad id tempus permanſerat in armis. 1 2

XLVI. Ea re cognita, Caeſar quum [n] in omnibus Galliae partibus bene res [o] geſtas videret, judicaretque, ſuperioribus [p] aeſtivis Galliam devictam [q] & ſubactam eſſe, [r] Aquitaniam numquam [s] ipſe adiſſet, ſed per P. Craſſum quadam ex parte deviciſſet, cum II legionibus in eam partem. 1

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *ſeſe cibo. pauc. dieb.* abſunt a L. pr. *fugiſſe* Ox. b *exſcripſi* Egm. *dixi* Pet. c *inter Avernos* Pet. male. d *mutatis* L. pr. e *commendabat* Lov. Dorv. Edd. R. M. V. *quo* MSS. 3 *diutius* deeſt Edd. R. M. V. *morat.* Lov. Dorv. Edd. R. M. V. f *haberet Caeſarem* Pet. *deb. h. Caeſ.* Lov. Ox. *Caeſar* L. pr. *C. deb.* L. ſec. g deeſt Pet. Lov. h Sic MSS. praeter Ox. & Edd. Vetuſtae, non *duxit.* i *fecit* Lov. Dorv. Edd. R. M. V. *fac. ſec.* MSS. multi & Edd. pp. dein *compluribus* Lov. Dorv. Edd. R. M. V. at *compluribuſque* etiam Pet. L. pr. Ox. And. k And. Ox. Pet. a m. pr. *Germanis interf.* ſine *Trev. &. Tr. & G. interf.* L. pr. l Sic Urſ. Pet. L. pr. And. Ox. Reliqui & Edd. ante Scal. *nullis* m *Curum* L. ſec. n deeſt L. pr. o *geri* MSS. XI. Ed. Inc. p *bellis* Egm. q Sic C. Sc. L. pr. And. Pet. Ox. Reliqui & Edd. Inc. *ſubactamque. eſſe* abeſt Pet. r *Aquitaniamque* Lov. Edd. R. V. M. Vaſc. Str. Steph. Gr. poſt. *in Aq. quam* V. ſec. Carr. s Sic B. pr. Pet. And. Ox. Reliqui carent *ipſe* & Edd. pp. *diſceſſiſſet* B. ſec. plerique etiam non agnoſcunt *ſed*; uti nec Edd. pp.

Dorvill. & Cuj. de qua confuſione vide Cl. Drakenb. ad Liv. l. II. c. 16. Dein *& dolore* non comparent in Cujac. Petav. Bong. pr. Scalig. And. Leid. pr. & Oxon. eaque verba nauci non aeſtumat Gruterus. Non auſim tamen proſcribere, licet, ſi abeſſent, non magno opere deſiderarem. At Velleio quoque junguntur l. II. c. 61. *Indignatio & dolor omnibus aderat.* Immo Caeſar l. I. B. Civ. c. 84. *neque corpore dolorem, neque animo ignominiam ferre poſſe.* Utrumque de animo l. III. B. Civ. c. 21. *Ignominia & dolore permotus.*

1. SESE CIBO ABSTINUIT] Hoc verbum vulgo *intranſitivum* cenſetur; ei tamen vim *activam* tribuunt boni auctores. *Livius* l. XXI. c. XLIX. *Uſque ad lucem portu* ſe abſtinuerunt. *Lactantius* de ira Dei c. X. *Quo ſe homines imperiti a peccando* abſtinerent. *Auguſtinus* cum alibi, tum de C. D. l. I. c. IX. *Ab eorum reprehenſione* ſeſe abſtinent. Vide & *G. J. Voſſium* de Conſtruct. c. XXII. DAVIS. Male itaque *ſeſe* abeſt ab Oxon. & Bong. ſec. & Edd. Rom. Med. Ven. Reliqui MSS. & Edd. primae aliaeque *cibo ſe abſt.* quomodo exhibui. Valer. Max. I, 4. in f. *abſtinuit ſe ab ejus tecti uſu.* c. 6. §. Ext. I. *ſe ab incepto propoſito abſtineret*, ubi vide ſoceri mei notas.

2. REDEGIT] MSS. rectius *redigit.* CLARK. Etiam MSS. mei praeter Petav. Cujac. Pal. Leid. pr. Scal. Quare nil muto. Frequentiſſime praeſens & praeteritum jungi ſupra aliquoties monendum fuit. Ceterum plerique ordinem mutant *redigit in ſuam pot.*

3. ET VIRTUTIS ET GENERIS SUMMAM NOBILITATEM HABEBAT] MSS. *Carrar.* & *Norv.* cum editt. vett. *Rom. Ven. Beroald. Et virtutem & generis ſummam nobilitatem habebat*, ut, tranſpoſita voce, legi poſſit *ſummam & virtutem & generis nobilitatem habebat.* Vulgatam ſcripturam non moveo. DAVIS. MSS. complures *virtutem.* Sed

79463

tem eſt profectus; [1] ut ibi [a] extremum tempus conſumeret aeſtivorum.
2 Quam rem, [b] ſicut cetera, celeriter feliciterque confecit: namque omnes
Aquitaniae civitates legatos ad [c] eum miſerunt, obſideſque [d] ei dederunt.
3 Quibus [e] rebus geſtis, ipſe [2] cum equitum praeſidio Narbonem profectus
eſt; exercitum per legatos in hiberna deduxit; IV legiones [3] in Belgio
conlocavit cum M. [f] Antonio, & C. Trebonio, & P. Vatinio, [g] & Q.
4 Tullio legatis: [h] II [4] in Aeduos miſit, quorum in omni Gallia ſummam
eſſe auctoritatem ſciebat: II [5] in Turonis ad fines Carnutum poſuit,
quae

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *ubi.* paullo ante MSS. longe plurimi & Edd. Vett. *part. Galliae eſt pr.* Conſule omnino Cluv. l. II. Germ. Ant. c. ſec. b *ſicuti* MSS. plerique & Edd. Inc. Vaſc. Str. Steph. Gr. poſt. *ſicut pleraſque* Pet. c *Sic* Cuj. Pet. Sc. And. Ox. L. pr. Reliqui & Edd. pp. *Caeſarem.* d *ei* deeſt Carr. & MSS. Ciacc. *dediderunt* L. ſec. e Sic MSS. o. & Edd. Vett. Male Edd. quaed. recentiores omittunt *rebus.* f *Ant. Quaeſtore* Ciaccon. ut ſaepius ſupra & infra. g *& Q. Tullio* deſunt MSS. pleriſque & Edd. pp. *& Q.* abſunt a Sc. L. pr. *legato* MSS. 5. h *II legiones* MSS. plurimi e Gloſſa. *duos* perperam Ed. Dav.

Sed elegantior eſt vulgata Lectio. CLARK. *Virtutem* eſt in Voſſianis, Leid. ſec. tert. Gottorp. Lovan. Dorvill. & Edd. primis. Sed male. l. I. B. G. c. 28. *egregia virtute cogniti:* ubi vide Daviſium. Alibi ita Caeſar ait *Virtutis famam.*

1. UBI EXTREMUM TEMPUS] In MSS. pr. ſec. tert. Bong. & Palat. recte legitur, *ut ibi.* VOSS. MSS. Plerique *ut ibi* recte. CLARK. *Ubi* eſt in Pet. Oxon. At reliqui cum Edd. primis Steph. aliiſque *ut ibi;* quod repoſui. *& ubi* Leid. ſec.

2. CUM EQUITUM PRAESIDIO] Non bene Gruterus praeferebat *eq. praeſidio* ſine *cum* e MSS. ſuis, quibuſcum quidem conſentiunt tum aliorum, tum mei plerique & Ed. Inc. Sed *cum* rectius ſervant Petav. Scal. Cuj. Leid. pr. And. & Oxon. & in Leid. pr. eſt *equitatus.* Vide ad c. 2. *Cum equitatus praeſidio proficiſcitur.* Ceterum *Narbonam* Bong. pr. Lov. Scalig. Leid. pr. ſec. Dorvill. Forſan *Narbona.* Vide ad l. III, 20.

3. IN BELGIO] Ob uſum *Caeſaris Fr. Hotomannus* reponit *in Belgis.* Sed nec ea conſuetudo apud *Caeſarem* eſt perpetua; nam l. III. B. G. c. IX. dixit. *Naves in Venetiam cogunt*, non *in Venetos*; & *noſter* paullo poſt ait: *ad Legiones in Belgium ſe recipit.* Vide & c. LIV. Fieri etiam poteſt, ut hic loci *Hirtius Belgium* vocarit eam Galliae Belgicae partem, quam eodem nomine inſignivit *Caeſar*, qua de re vide not. ad l. V. B. G. c. XXIV. DAVIS. *Belgis* eſt tantum in recentioribus MSS. Gott. Voſſ. tert. Leid. tert. & Ed. Inc. Vide etiam ad l. IV, 38. V, c. 12. ſtatim c. 47. *In Belgium ſe recepit:* ubi itidem Hotoman. vult. *Belgas.* & c. 49. *In Belgio biemaret.* c. 54. *In Belgio locat.*

4. IN AEDUOS MISIT.] Sic quidem Pet. And. & Oxon. non male. Et ita alibi Caeſar. ut l. V. c. 24. VII, 90, At MSS. Bong. Voſſ. Leid. ſec. tert. Carr. Lovan. Palat. Gott. Dorv. & Edd. pp. *deduxit.* ut c. 55. *Fabium cum totidem in Aeduos deducet:* & ſaepius Caeſar. Sed praeceſſit hic, *in biberna deduxit.* Egmund. *dedit.* At Leid. pr. & Scalig. *In Aeduis conſtituit.* quo facit Ed. R. Stephani *In Aeduos conſtituit.* Placet maxime *in Aeduis conſtituit.* l. III. B. G. in fine *In Belgis omnium legionum biberna conſtituit.* Alibi *conſtituere aciem.* Vide ad l. II. c. 19. *conſtituere caſtra* MSS. B. Hiſp. c. 27.

5. IN TURONIS POSUIT —— II RELIQUAS IN LEM. FINES.] Mire variant *MSS.* nam *Urſin.* Petav. Scal. Cuj. And. Oxon. Leid. pr. primo loco habent quidem *Turonis*, at altero exhibent *fines.* Contra reliqui Codices mei, [illegible] *Turones* & *finibus* legunt; quibus [illegible] Edd. Veterrimae. At Edd. Vaſc. Steph. Stradae Gryph. poſterior utrobique, Accuſativum exhibuerunt. Certe populus ille vulgo [illegible] vocantur, non *Turoni*, quamquam in [illegible] *Turonos* exaratur in MSS. multis [illegible] tamen videri poſſit a Caeſare ſcriptum [illegible] *In Treviris* perperam editur in Ed. [illegible] Clarkius tamen & Daviſius in *Turonis* [illegible] praeferunt, alterumque ne quidem Latinum eſſe pronunciat Daviſius: Mihi ſecus videtur [illegible] lativum in MStos quoſdam primitus [illegible] credo ex Orthographia Accuſativi [illegible] c. 44. & alibi *ponere in aliquid* apud [illegible] quoque occurrit, praeſertim quando *&* [illegible] vel *intra*, uti hic ſignificationem aliquam obtinet. Conſule notata ad Lucan. l. VI. v. [illegible] ubi MSS. etiam optimae notae.

In Magni viventem ponere caſtra.

quae [1] omnem regionem conjunctam Oceano continerent: II reliquas in Lemovicum [2] finis non longe ab Arvernis, [a] ne qua pars Galliae vacua ab exercitu eſſet. [b] Paucos dies ipſe in provincia moratus, quum celeriter 5
[3] omnes conventus [c] percucurriſſet; publicas controverſias [d] cognoviſſet; bene meritis praemia [e] tribuiſſet: (cognoſcendi enim maximam faculta- 6
tem [f] habebat, quali quiſque animo [4] in Rempublicam fuiſſet, totius Galliae defectione, quam ſuſtinuerat fidelitate atque auxiliis [5] provinciae [6] illius:) his

VARIAE LECTIONES.

a *ne Gallia* Pet. b *ipſe p. d.* L. pr. Pet. c *percurr.* L. pr. B. ſec. Lov. & 7 alii cum Edd. quibuſdam. Male. d *cognoſſet* B. pr. Lov. Egm. & 3 alii cum Ed. Inc. *agnoviſſet* Pet. *cognoſceret* V. pr. cum 2 aliis. perperam omnes hic loci. e *contuliſſet* L. tert. Ed. Inc. f *habuerat* Pet. Ox. L. pr. vulgo poſt *illius* novum incipit caput.

Val. Max. II, 5. §. I. *Statua poneretur in aedem pietatis.* Sic Harl. & alii MSS. apud eumdem l. VI, 3. §. 5. plerique Codd. cum Harlem. *hoc in finem ſeveritatis & ſaevitiae ponendum.* Vide etiam ad B. Afric. c. 51. & Varias LL. l. I. B. Civ. c. 55. ac Comm. ad Ter. And. I, I, 102. *In ignem impoſita eſt.* Caeſ. B. Civ. III, 14. *legionibus in naves poſitis.* Sed illic tamen e MSS. malo *inpoſitis.* uti videbimus. Jam vero quamvis *fines* ſeu *finis*, & retineam, nihilominus mutari nolim *Turonis*, in *Turones* vel *Turonas.* Variaſſe caſum videtur Hirtius, & hinc nata eſſe confuſio. Nec rarum, duos caſus jungi uni verbo vel nomini. Vide Cl. Waſſe & Cort. ad Salluſt. B. Catil. c. 33. *Plerique patriae, ſed omnes fama atque fortunis expertes.* Adde l. I. c. 74. B. Civ. & c. 77. Apulej. l. II. p. 23. Ed. Pric. *Omnem iſtam lucem imis Tartari, & in vetuſtum chaos ſubmergere novit*: ubi Becichemius, Wouwerius & Scriverius male e MSS. quibuſdam *in ima* repoſuere. l. III. p. 41. *Magiſtratibus eorumque miniſtris & turbae miſcellaneae cuncta completa.* Sic MSS. & Edd. praeter Scriver. *turba miſcellanea* l. IV, p. 78. *Onere vecturae ſimul & aſperae viae toti fatigati.* [illegible] illic Scal. Elmenh. Scriv. & alii *aſperitate.* l. II. p. 42. *caedis fatigatum.*

1. OMNEM REG.] MSS. Bong. pr. Voſſiani, Lovan. Egmund. & 4 alii cum Edd. primis, item Vaſc. Steph. aliiſque *omnem illam reg.* quod ne ſpernas temere, adeaſque ad l. VII. c. 21.

2. FINIBUS] Codices nonnulli *fines.* Quod idem eſt. CLARK. *Fines.* Lege *finibus*, auctoritate *Bongarſ.* trium, *Lovan. Pall. Gottorp.* aliorumque codicum. Sed & Latinitas hanc flagitat Lectionem. DAVIS. *Cur. ſec.*

3. OMNES CONVENTUS PERCUCURRISSET] *Conventus* vocat oppida quaedam ſuae provinciae, juri dicendo ſelecta. De hac verbi notione videndus *Joan. Frid. Gronovius* Obſerv. l. III. c. XXII. p. 638. DAVIS.

4. IN REMP. F. TOTIUS G. DEF.] MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii, & Editt. Vett. (*animo fuiſſet, in totius G. defectione.* CLARK. Aliorum quoque & mei codices plerique cum Edd. primis *fuiſſet animo in totius G. def.* Nec male. Verum tamen cum And. Oxon. Leid. pr. Cujac. Petav. Scalig. Palat. & Bong. tert. retineant, praefero vulgatum: niſi quod malim cum Oxon. & Leid. pr. *In Republica:* Quae cauſſa videtur, cur ejecerint *Republica.* Vide ad l. I. B. G. c. 6. *Quod nondum bono animo in populo Romano viderentur. Defectione* ponitur quaſi eſſet Ablativus temporis, ut *ludis*, *diſſenſione* &c. Vide ad l. II. c. I. *Imperio populi Romani.*

5. PROVINCIAE ILLIUS] Scribe *Provinciae*, & omnino dele *illius.* Ita enim ſemper loquitur Caeſar, cum Romanorum *Provinciam* κατ' ἐξοχὴν memorat. Deeſt vox (*illius*,) in MS. Regio; Et in aliis MSS. editiſque Veteribus, corrupte emerſit ex ſequente vocula (*his*;) quae utique deeſt in iis Codicibus, in quibus legitur prior iſta (*illius.*) CLARK.

6. ILLIUS. HIS REBUS CONFECTIS] Initium capitis alieno loco ponitur, ſententia enim quae praeceſſit, manca fit & hiulca. Diſtinctione mutata, totam ῥῆσιν ſic ordina: *Quum celeriter omnes conventus percucurriſſet; publicas controverſias cognoviſſet, bene meritis praemia tribuiſſet; (cognoſcendi enim maximam facultatem habebat, quali quiſque animo in Remp. fuiſſet, totius Galliae defectione, quam ſuſtinuerat fidelitate & auxiliis provinciae illius) his rebus confectis, ad legiones* &c. Simili modo peccatum initio *Tatiani* orat. ad Graecos. Μαρσύου δὲ, inquit, καὶ Ὀλύμπου τὴν αὐλητικὴν ἀπηνέγκασθε. Dein orditur caput ſecundum his verbis: Φρύγες δὲ οἱ ἀμφότεροι, τὴν διὰ σύριγγος ἁρμονίαν ἀγροῖκοι συνεστήσαντο. Vitioſe. Reſtituendum, Μαρσύου καὶ Ὀλύμπου τὴν αὐλητικὴν ἀπηνέγκασθε. Φρύγες δὲ οἱ ἀμφότεροι. Τὴν διὰ σύριγγος &c. Phryges enim fuiſſe Marſyam & Olympum

his rebus confectis, ad legiones in Belgium ſe recipit, [1] hibernatque [a] Nemetocennae.

1 XLVII. Ibi cognoſcit, Commium Atrebatem proelio cum equitatu
2 ſuo contendiſſe. Nam, quum Antonius in hiberna veniſſet, civitaſque Atrebatum [b] in officio [c] maneret, Commius, qui poſt illam vulnerationem, quam ſupra [d] commemoravi, ſemper ad omnes motus paratus ſuis civibus [e] eſſe conſueſſet, ne conſilia belli quaerentibus auctor armorum [f] duxque deeſſet, [2] parente Romanis civitate, cum ſuis equitibus ſe ſuoſque latrociniis alebat, infeſtiſque itineribus [3] commeatus complures, [g] qui comportabantur in hiberna Romanorum, [h] intercipiebat.

1 XLVIII. Erat adtributus Antonio, praefectus [i] equitum, C. Voluſenus Quadratus, qui cum eo [k] hiemaret. Hunc Antonius ad [l] perſequendum
2 hoſtium equitatum mittit. Voluſenus [m] autem [4] ad eam virtutem, quae ſingu-

VARIAE LECTIONES.

a *Nemetocernae* Edd. Vett. *Nemotocennae* L. pr. B. tert. *Nemoceteunae* Pal. *Nemetecenae* al. V. etiam c. 52. b L. pr. deeſt. c Sic Cuj. Pet. Sc. L. pr. And. Ox. Reliqui cum Edd. pp. *eſſet*. d Sic MSS. fere omnes & Edd. Vett. *memoravi*. Ox. *demonſtravi* Carr. Reg. B. tert. vulgo *commemoravimus*. e abeſt B. ſec. L. tert. Ed. Inc. in G. V. tert. ponitur ante τὸ *ſemper*. *ne* abeſt quoque Lov. & 3 aliis ac Ed. Inc. f exſulat a Pet. And. g deſunt *qui c.* in Ox. *portab.* L. pr. a m. pr. h *intercipiebant* L. ſec. V. ſec. i *equis* Pet. k Sic Urſ. Cuj. Pet. Sc. L. pr. And. Ox. ſive potius *q. c. e. h. C. Vol. Quad.* Reliqui & Edd. Vett. *hibernaret*, ut c. 46. & alibi. l *proſ.* L. ſec. m Sic Cuj. And. Ox. Ceteri & Edd. pp. non agnoſcunt *autem*.

lympum diſerte teſtatus eſt *Clemens* Alexandrinus Strom. l. 1. p. 225. ed. Lugd. Prava tamen haec interpunctio Metaphraſtem & omnes illius orationis editores fefellit. DAVIS. —— *Provinciae illius;*) *his rebus confectis*, *&c.* Ita optime interpunxit Daviſius, (excepto, quod vocem, *illius*, delendam non viderat;) cum alii fere Editores, diſtracta media ſententia, novam Sectionem ab iſtis verbis, (*His rebus confectis.*) ineptiſſime nulloque ſenſus veſtigio exordiantur. Suſpenſa enim eſt iſto modo periodi praecedentis conſtructio, nullamque habet ἀπόδοσιν. CLARKE. Rectius tamen cum Clar. *Clarkio* deleatur *illius*; vel, quoniam *Norvic. Bongarſ.* ſec. *Gottorp. Voſſ. Egmond.* dant *provinciae* illius *rebus confectis*, legatur *provinciae*) illis *rebus confectis* &c. DAVIS. *Cur. ſec.* Recte monuerunt Viri Docti, prave Capitis initium poſteriores Editores incepiſſe ab illis *His rebus conf.* Bene jam Stephanus, Scaliger, aliique junxerunt cum praecedentibus *tribuiſſet*, reliquis parentheſi incluſis, quod ſecutus ſum. In Voſſianis quoque, Leid. ſec. tert. Dorvill. & Edd. primis non comparet *his*. & in plerisque diſtinguitur *auxiliis. Provinciae illius rebus confectis*, *vel confectis rebus*. Sed probabilis maxime emendatio Daviſii *provinciae*) *Illis rebus confectis*. Niſi *illius* emphatice mecum capere malis ſenſu τοῦ *ipſius*, vel hoc pronomen ſubſtituere. Sexcenties enim *ipſe* & *ille* confundi, ſciunt, qui priſcos auctores, eorumque membranaceos codices volverunt. Defectionem Galliae ſuſtinuerat, nec tantum ei par fuerat, ſed & illam repreſſerat fidelitate & auxiliis Provinciae, cujus civitatibus & principibus bene meritis ideo praemia diſtribuit.

1. HIBERNATQUE NEMETOCENNAE] Sic repoſui ex editt. *Rom. Ven. Beroald.* ob verbum *praeſentis temporis*, quod anteceſſit. In vulgg. *hibernavitque*. DAVIS. *Hibernatque*) Ita optime reſtituit Daviſius ex Editt. Vett. Quomodo & in MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii, ſcriptum eſt. Al. *hibernavitque*. Quod cum praecedente, *recipit*, minus apte cohaeret. CLARKE. Et Codices plerique *hibernatque* propugnarent, parum valida eſſet virorum doctorum ratio. Paſſim enim praeteritum praeſenti jungunt hiſtorici, ut vidimus paullo ſupra etiam c. 48. Sed *hibernavit* eſt in ſolo Bong. pr. quod ſciam; *hiemavit* in Leid. pr. & praeſens jam exhibuerunt quoque Edd. Med. Inc. Vaſc. Str. Steph. aliique. Contra *recipit* eſt in Leid. pr. ſec. Voſſ. ſec. tert. Dorv. & aliis, ut ſemper variantur.

2. PARENTE ROMANIS CIVITATE] [illegible] *omni civitate*, Pet. VOSSIUS. [illegible] iam in And. Oxon. Egmund. & Voſſ. [illegible]

3. COMMEATUS COMPLURES QUI COMPORTABANTUR IN HIBERNA] Petavianus, *commeatus complures comparatos in hiberna*. IDEM.

ſingularis in eo erat, magnum odium Commii adjungebat, [a] quo libentius
id faceret, quod [b] imperabatur. Itaque, diſpoſitis inſidiis, ſaepius ejus e-
quites adgreſſus, ſecunda proelia [c] faciebat. Noviſſime, quum vehemen- 3
tius contenderetur, ac Voluſenus ipſius intercipiendi Commii cupiditate
pertinacius [d] eum cum paucis inſecutus eſſet; ille autem fuga vehementi
Voluſenum longius [e] produxiſſet, [1] repente omnium ſuorum invocat fi-
dem atque auxilium, [2] ne ſua vulnera, perfidia interpoſita, paterentur in-
ulta: converſoque equo, ſe a ceteris incautius [f] permittit in praefectum.
Faciunt [g] idem omnes ejus equites, paucoſque noſtros convertunt, [h] at- 4
que

VARIAE LECTIONES.

a *Quod* And. V. pr. Egm. L. ſec. errore ſolito. b *injungebatur* L. pr. V. ad c. 49. c *afferebat* G. V. tert. Ed. Inc. d deeſt Pal. Edd. R. M. V. paullo ante *voluptate al. cupid.* L. tert. Ed. Inc. e MS. Urſ. Edd. quaedd. *perd.* male. f *praem.* MSS 5 & Edd. R. M. V. perperam. g Sic Pet. C. And. Oxon. Ceteri cum Edd. pp. aliiſque *hoc idem. ejus* abeſt a V. ſec. Carr. h *&* L. pr.

4. AD EAM VIRTUTEM] Petav. *ad eam partem virtutis.* At Scalig. & Leid. pr. *ad eam partis virtutem.* Codex vero Urſini *ad eam partam virtutem.* dein *qui* Leid. pr. & *in eo* deeſt in Petav. Plerique MSS. & Edd. primae habent *erat in eo.* Videtur quid latere, quod eruere adhuc dum nequeo. An fuit *ad compertam virt., quae ſingularis in eo erat?* An *ad famam partam virtutis ſingularis*, reſectis ceteris? Vix puto.

1. REPENTE OMNIUM S. INV. F.] Turbant hic rurſum MSS. vehementer. Vulgarem lectionem, quae bona eſt, retinent Petav. Oxon. And. Palat. Leid. ſec. & Edd. Rom. Mediol. Ven. aliaeque. Illae tamen cum pleriſque MSS. & Edd. antea dant *prod. longius.* Primo *tum rep.* eſt in Bong. tert. & Edd. Vaſc. Str. Steph. Gr. poſt. *tum* legas quoque in Voſſ. pr. & Leid. tert. *vicos* Voſſ. ſec. Dein *Inimicus homini repente omnium* ſcribitur in Cujac. Scalig. Quae duo prima verba invenias quoque in Bong. pr. ſec. Leid. pr. tert. Voſſ. pr. tert. Egm. Gottorp. Lov. & Ed. Inc. ac margine aliquarum Edd. ſed *repente* abeſt a Leid. pr. & Bong. ſec. & *repente omnium* deſunt in Voſſianis, Leid. tert. Egm. Lov. Gott. & Ed. Inc. *omnium* exſulat a Bong. pr. Unde videant, quibus plus otii eſt, quid effingi queat certi. Mihi non liquet. *Producere* ſimpliciter ſolet poni pro *in inſidias perducere.* Conſule notata ad Nepot. Hann. c. 5. & quae laudavi ad Luc. l. IX, 389. & ad Front. 1, 1, §. 11. atque alibi. *longius produci* occurrit quoque l. III. B. Civ. cap. 100. B. Alex. c. 38.

2. NE SUA VULNERA, PERFIDIA INTERPOSITA, PATERENTUR INULTA] In primo B. ſupraſcriptum erat, *per fidem interpoſitam.* & ſic habet ſec. ac Palat. *per fidem interpoſita* Bong. tert. Mihi nulla lectio ex his placet, & emendo, *vulnera, perfidia impoſita.* Nam Comius a Voluſeno vulneratus erat ſub ſpecie colloquii. Unde ſupra Hirtius de Labieno dixit, *infidelitatem ejus ſine ulla perfidia judicavit comprimi poſſe.* Et ne ſuſpiceris non recte dici vulnera imponere, audi Tullium IV. de Finibus: *Quae hic Reip. vulnera imponebat, eadem ille ſanabat.* VOSS. Voſſ. repoſuit *perfidia impoſita*, adduxitque locum *Ciceronis* de fin. l. IV. ubi ait, *Quae hic Reip.* vulnera imponebat, *eadem ille ſanabat.* MSS. *Bongarſ.* ſec. *Palat. Norvic. Brant.* & editt. *Rom. Ven. Beroald. Steph. Vaſcoſ. per fidem interpoſitam.* MS. *Bongarſ.* tert. *per fidem interpoſita.* Omnino lege *per fidem impoſita.* Nam Voluſenus *per ſimulationem colloquii* Comium vulneraverat, ut docuit *Hirtius* c. XXIII. *Cicero* de Invent. l. 1. fol. 57. B. ed. *Lamb. Qui ſaepenumero nos* per fidem *fefellerunt, eorum orationi fidem habere non debemus.* *Caeſar* lib. 1. B. G. c. XLVI. *Dici poſſet eos a ſe* per fidem *in colloquio circumventos.* Ad quem locum nos hujuſmodi plura collegimus. DAVIS. Daviſii emendationem in textum recepit Clarkius, atque ita jam olim conjecit Gruterus, adducto Livii loco e Libro 1. c. 9. *Cujus ad ſollemne ludoſque per fas atque fidem decepti veniſſent:* additque ſe eam formulam reſtituiſſe etiam Plauti Moſtell. Act. II. Sc. 2. uti & adſeruiſſe aliis auctoribus in Suſpicionum libellis, quorum ſcilicet pars tantum lucem adſpexit. Verum ad Livii locum in Caeſare Gruterus legit, *per fidem interpoſitam.* Et ſic exſtat etiam in Lovan. Voſſ. pr. & quinque recentioribus ac primis Edd. *perfidia inpoſita* Egm. & Voſſ. ſec. ſed *perfidia inpoſita* eſt in Andin. & Petaviano. *Per fidem fallere, decipere, circumvenire* bonae ſunt locutiones, ſed *per fidem vulnus alicui inponere* pro *aliquem per fidem interpoſitam deceptum vulnerare*, neſcio, an aeque Latinum ſit. Quare dubito, an non aliunde medela huic loco quaerenda ſit. Certe pro *inulta* in Bongarſ. Voſſianis, Lovan.

 Egmund.

5 que inſequuntur. Commius incenſum calcaribus equum [a] jungit equo Qua-
drati, lanceaque infeſta [1] medium femur ejus magnis viribus transjicit.
6 Praefecto [b] vulnerato, non dubitant noſtri reſiſtere, & [2] converſi hoſtem
pellere. Quod ubi accidit, complures hoſtium, magno noſtrorum inpetu
[3] perculſi [c], vulnerantur, [d] & partim in fuga proteruntur, partim interci-
7 piuntur. [4] Quod ubi malum dux, equi velocitate, [e] evitavit; [5] graviter vul-
neratus praefectus, ut vitae periculum aditurus videretur, refertur in ca-
8 ſtra. Commius autem, ſive expiato [f] ſuo dolore, ſive magna parte amiſſa
ſuorum, legatos ad Antonium mittit, [g] ſeque & ibi futurum, ubi prae-
9 ſcripſerit :· & ea facturum, quae [h] imperarit, obſidibus [i] datis firmat:

[1] unum

Variae Lectiones.

a Sic Sc. Cuj. Pet. L. pr. Pet. Ox. And. alii & Edd. Vett. *conjungit.* b *voln.* B. pr. & ſtatim *volnerantur.* c vulgo *pulſi.* d *ac* MSS. & Edd. qdd. *in fugam perterr.* L. pr. *fugam* etiam Scal. e *vitavit* L. pr. Dorv. Edd. R. M. V. f MSS. & Edd. quaed. *dolore ſuo.* Scilicet ejiciendum *ſuo* cum L. pr. in quo exſtat inter verſus. g ita B. pr. ſec. Sc. Cuj. L. pr. V. pr. Egm. & 6. alii cum Edd. quibuſd.. vulgo deeſt *&*. h Sic meliores plerique. *imperat* B. pr. vulgo *imperaverit.* i Sic B. pr. Pet. Sc. L. pr. C. And. Ox. Ceteri & Edd. pp. carent *datis.*

Egmund. Gott. Leid. ſec. tert. Carr. Dorv. & aliis atque Edd. primis ſcribitur *inpunita*, & in Oxon. ac Leid. pr. *inulta pater.* & *perfidia interpoſita* ſervatur cum ab aliis, tum a Scalig. Cujac. Oxon. Leid. pr. Quare forſan erat ſcribendum *ne ſua vulnera, per fidem interpoſitam inlata, paterentur inpunita. Interponere* eſt praetexere, inferre, quomodo ſaepe in his commentariis *mora interpoſita.* Alibi Hirtius & Caeſar l. I. c. 42. B. G. *interpoſita* i. e. praetexta *ſenatus auctoritate* infra c. 52. Immo *fidem interponere* idem l. v. B. Gall. c. 6. l. I. B. Civ. c. 86. Hirt. B. Alex. c. 63. atque ita ſaepe alii quoque. Adde Cel. Gronov. Obſerv. l. IV. c. I. Si quis tamen vel ſic malit retinere *inulta*, cujus gloſſa videtur eſſe *inpunita*, per me licet.

1. Medium femur ejus magnis virib. tr.] Sic quidem eſt in And. Oxon. & Pet. Alii Codices & Edd. primae aliaeque *magnis viribus medium femur trajicit Voluſeni*, niſi quod Bong. prim. habeat *ac m. v.* atque ita Ed. R. Steph. *a m. vir.* Leid. pr. Scalig. Bong. ſec. Voſſ. prim. ſec. Egmund. *Medium* etiam deeſt in Leid. pr. Grutero placebat legere reſectis ceteris *lanceaque infeſta femur trajicit.* Forſan *l. ingeſta a magnis viribus med. femur transjicit.* Obvium eſt *ingerere tela.* V. ad Lucan. VI, 232. *Infeſta lancea* tamen non auſim damnare. Non enim modo l. VI. c. 8. & alibi *infeſtis ſignis ad ſe ire* occurrit. Sed *infeſtis pilis procurrere* l. III. B. Civ. c. 93. & B. Afric. c. 84. *Infeſto telo ad ſe venire.* plura vide apud Priceum ad Apulej. Met. l. I. *Infeſto mucrone.* & Drakenb. ad Liv. l. II, 36. *Infeſtis provolare haſtis.*

2. Conversi] MSS. Reg. Elienſ. & Voſſ. & Edd. Vett. *converſis equis.* CLARK. Sic quoque unus Urſini, & omnes mei praeter Petav. And. & Oxon. In Leid. tamen primo eſt *converſi equis*, ut videatur natum *equis* e Gloſſa & ex praecedentibus. *converſo equo* Urſini Cod. antiquiſſimus. Nil muto, cum idem ſit ſenſus.

3. Pulsi] Sic quidem Petav. Oxon. & And. Sed praeceſſit *pellere*, & MSS. reliqui omnes atque Edd. Primae, Vaſc. Steph. aliaeque habent *perculſi.* i. equis dejecti, ut e ſeqq. patet. quare id revocavi. Vide ad c. 19. *Victi tamen perculſique.*

4. Quod ubi malum] Mediam vocem omittit MS. *Norvic.* Optime. Diſtingue & lege *partim in fuga proteruntur, partim intercipiuntur, quod malum Dux* (Comius) *equi velocitate evitavit.* Ibi πλεία σιſμὴ pingatur. Qui locum perpendet, huic lectioni & diſtinctioni non refragabitur. DAVIS.

5. Graviter vulneratus] In primo B. haec inter lineas adjiciuntur *evitavit, ac ſi proelio ſecundo graviter ab eo vulneratus.* etiam in ſecundo eſt *ac ſic proelio ſecundo graviter ab eo vulneratus.* VOSS. Duo MSSti *Bongarſ.* & editt. *Rom. Ven. Ac ſi proelio ſecundo graviter ab eo vulneratus praefectus.* Ita & MS. *Norvic.* & edit. *Beroald.* niſi quod haec *ac ſi erat proelio ſecundo*; Ille *ac ſic proelio ſecundo* &c. An legendum *facto proelio ſecundo graviter adeo vulneratus praefectus* &c. Senſus certe congruit, nec nimia eſt mutatio. DAVIS. Vulgaris lectio reſtat ſolummodo in And. Oxon. & Bong. pr. a m. pr. In Reliquis & Edd. pp. *ac ſi proelio ſecundo graviter ab eo vuln.* &c. [illegible] Leid.

unum illud orat, ut timori ſuo concedatur, ne [2] in conſpectum veniat
cujuſquam Romani. [a] Quam poſtulationem Antonius quum [b] judicaret ab
juſto naſci timore, veniam petenti dedit; obſides accepit.

SCIO, Caeſarem ſingulorum annorum ſingulos Commentarios [c] *confe-* 10
ciſſe: quod ego non [d] *exiſtimavi mihi eſſe faciendum:* [e] *propterea quod in-*
ſequens annus, [3] *L. Paullo,* [f] *C. Marcello, COSS. nullas* [g] *res Galliae* 11
habet [4] *magno opere geſtas. Ne quis tamen ignoraret, quibus in locis, Cae-*
ſar, exercituſque eo tempore [h] *fuiſſent, pauca* [i] *ſcribenda, conjungenda-*
que huic Commentario ſtatui.

XLIX. CAESAR, [k] in Belgio quum hiemaret, unum [l] illud propoſitum 1
habebat, [m] continere in amicitia civitates, [5] nulli [n] ſpem aut cauſſam dare 2

VARIAE LECTIONES.

armo-

a Sic iidem ſupra nominati praeter B. pr. ille & reliqui cum Edd. pp. *cujus*. F. *quam ejus*. b *aeſtimaret* L. pr. c *feciſſe* Edd. pp. Al. Gr. Pl. d *aeſtimavi* MSS. Ed. Inc. *eſſe* abeſt Lov. Edd. R. M. V. e deeſt Ox. Lov. f *& C. M.* MSS. & Edd. qdd. male. *cum M.* L. tert. Ed. Inc. *M. Marc.* V. ſec. g vulgo *hab. G. magnopere res g. egeſtas* B. pr. *geſta* V. pr. h *fuiſſet* MSS. 5. ſed V. ad c. 6. *feciſſent* G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. i *eſſe ſcr.* MSS. 9. & Edd. qdd. k Sic MSS. meliores & Edd. qdd. non *quum in B. Belgis* L. ſec. V. tert. & Hotom. V. ad c. 46. l deeſt L. pr. Ox. *illum* MSS. 5. m *continendi* And. Ox. Pet. L. pr. ſed vide ad c. 44. *amicitiam* Ox. non male. n *nullam* Lov. G. L. tert. V. tert. Ed. Inc.

Leid. *icto ab eo.* Carrar. Edd. Vaſc. Str. Steph. Gryph. poſt. *Sic proelio ſec. graviter ab eo.* Non dubium mihi eſt, quin ſcripſerit Hirtius. *Quod malum* (*ubi* inrepſit ex praec. *quod ubi accidit*, & delevit etiam Faernus) *d. e. v. evitavit: ac ſic proelio ſecundo facto graviter vuln.* &c. *facto* abiiſſe in *ab eo* patet ex *icto.* pro quo male *adeo* conjecit Daviſius ob ſequens *ut.* Sed ſolet ea conjunctio poni, ſubintellecto *adeo*, *ita.* ut dicendum jam habuimus ad l. III. c. 14. Eamque lectionem in textum recepiſſem; niſi vetuiſſent MSS. mordicus retinentes vitioſe *ubi.*

1. UNUM ILLUD ORAT.] Sic repoſui ex MSto *Norvic.* & edit. *Rob. Stephani* A. D. 1544. In aliis tam veteribus, quam nuperis legebatur *unum erat illud* vel *unum illud erat*, ex quo qui bonam mentem extuderit, per me licet, retineat. DAVIS. Ita recte reſtituit Daviſius ex MS. Elienſ. & Edit. Stephani; cum Scaliger (errore, ut opinor, typographico) Aliique edidiſſent, (*Unum illud* erat.) Quod autem addit vir doctiſſimus, in aliis omnibus (praeterquam Stephani) tam veteribus quam nuperis Editionibus legi *erat*; In eo demum fallitur. Nam & Hotomannus & Joannes Roſſelus & Joannes Mich. Brutus & Anonymus apud Plantinum 1586. & Goduinus & Cellarius, in ſuis omnes Editionibus ſcripſerunt, *orat.* CLARK. *Orat* MSS. o. & Edd. plurimae, in quibus Venetae, Vaſc. Stradae, Ald. Gryph. Plant. 1574. &c.

2. IN CONSPECTUM] MSS. Elienſ. & Ed. Rom. *in conſpectu.* Vide ſupra ad l. IV. c. 12. CLARK. *conſpectu* Lovan. Dorv. Ed. Med.

3. L. PAULLO, C. MARCELLO Coss.] Pantagathus, Urſinus, & Manut. legunt *L. Lentulo.* atque ita exhibent MS. Urſ. Dorv. & Edd. Rom. Ven. ac Med. *P. Lentulo* Lov. ſed Bene Ciacconius & Hotomanus docuerunt errare Viros doctos, ac nono Caeſaris in Gallia anno *Paullum cum C. Marcello C. F.* fuiſſe Conſules. Sequenti vero, de quo paullo poſt, *L. Lentulum & C. Marcellum M. Filium*, hujus Caji patruelem, & germanum Marci Marcelli, qui duobus annis ante Conſul fuerat. Confer Faſtos & Sueton. Jul. 29. Hinc patet quoque pro *L.* in MSS. fere omnibus perperam ſcribi *Tito* ſeu *T.* in Voſſ. ſec. *C.* Vide plura huc pertinentia ad c. 55.

4. MAGNOPERE.] Bongarſ. pr. Voſſian. pr. Oxon. Egmund. dant *magno opere.* Eleganter & vere. Adi ad l. I. c. 13. B. G. Ordo autem, quo verba locavi, eſt fide MStorum omnium antiquorum. Vulgo *habet G. m. res g.* In aliis *magnopere Galliae:* ut ſuſpiceris *Galliae* eſſe inſititium, ſicuti etiam non comparet in Leid. ſec. tert. & Ed. Inc. At vide in Praef. hujus libri *rerum geſtarum Galliae.*

5. NULLI SPEM AUT CAUSSAM DARE ARMORUM] Repono *nulli ſpeciem*, id eſt, praetextum. *Sulpicius Severus* Hiſtor. Sacr. l. II. c. III, 6. *Dedentibus ſemper pacis ſpecie traditum conſtat.* Ibi *Car. Sigonius* conjecit legendum *dedentibus ſe per pacis ſpeciem.* quae quidem emendatio ſatis eſt concinna, haud tamen neceſſaria. *Suetonius* Jul. cap. LXXXII. *Aſſidentem conſpirati* ſpecie *officii circum-*

ſtete-

armorum. Nihil enim minus volebat, quam [1] ſub [a] deceſſu ſuo neceſſita-
tem ſibi aliquam inponi belli gerendi; ne, quum exercitum deducturus
eſſet, bellum aliquod relinqueretur, quod [2] omnis Gallia libenter ſine prae-
3 ſenti periculo ſuſciperet. Itaque, honorifice civitates adpellando, princi-
pes maximis praemiis [b] adficiendo, nulla onera [c] nova [3] inponendo, de-
feſſam tot adverſis proeliis Galliam, [4] conditione [d] parendi meliore, fa-
cile in pace continuit.

1 L. Ipſe, hibernis peractis, contra conſuetudinem [e] in Italiam quam
maximis itineribus eſt profectus, ut municipia & colonias adpellaret, qui-
2 bus M. Antonii, quaeſtoris ſui, [5] commendaret ſacerdotii petitionem. Con-
tende-

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *diſceſſum ſuum.* b *donando* Egm. c Sic Pet. Cuj. Sc: L. pr. And. Ox. Reliqui & Edd. pp. carent τῷ *nova.* d *parcendi* L. pr. Pal. Dorv. B. pr. pro V. lect. e *in It.* deeſt Lov.

ſteterunt. Sic & alibi loquitur idem ſcriptor. *Florus* l. II. c. II, 4. Specie *quidem ſocios juvandi, re autem ſollicitante praeda.* Mendum in *Hirtio* procreavit compendiaria ſcriptura; *ſpem* enim & *ſpeciem* in Manuſcriptis ſola diſtinguit lineola, per litteram ſecundam ducta; hinc fit, ut ſaepe confundantur. DAVIS. Errat vir doctus. Sperabat enim ſemper Gallia cauſſam novorum motuum. Quare iis omnem ſpem & praetextum vel cauſſam adimere volebat. Patet id ſatis e ſequentibus. *Bellum omnis Gallia libenter ſine praeſenti periculo ſuſciperet:*

1. SUB DECESSUM SUUM] Ita ſcribendum exiſtimo. Sic enim jam infra. (*Caeſaris* decedentis) alii (diſceſſum *ſuum.*) CLARKE. Recte Clarkius *dec.* emendavit, quod egregie confirmant Andin. Oxon. Voſſ. pr. Palat. Leid. ſec. uti & MSS. Urſini ac Faerni, atque ita ſcribendum margini adlevit Lipſius. *Decedere* huic rei proprium eſſe verbum, ut & *deceſſoris*, jam tirones ſciunt. Adi & Voſſium ad cap. ſeq. *Caeſaris decedentis*, uti eſt in MSS. plurimis & integerrimis. Ceterum minus bene Scaliger ex Urſ. & Faerni libris repoſuit Accuſativum. Nam omnes ad unum MSS. & Edd. habent Ablativum, at puto Fulvium reſpexiſſe tantum ad praepoſitionem & indicare voluiſſe, in ſuis libris eſſe *deceſſu*, non *deceſſum.* quamvis hac variatione nihil ſit frequentius, & utrumque exemplis defendi poſſit. Adi ad l. II. B. G. c. II. l. I. B. C. c. 27. *ſub ipſa profectione.* Boſ. Animadv. in Caeſ. p. 24.

2. OMNIS GALLIA SUSCIPERET] Sic Caeſar dicit ſaepius; cum de tribus Galliis loquitur. Confer Voſſ. ad l. VII. c. 4. Verum nec ſpernendum temere, quod eſt in And. & Oxon. *quod Galliae ſuſciperent:* Ut e MSS. pleriſque reſtituimus l. IV. B. G. 20. *Quae ſunt contra Gallias.*

3. INPONENDO] Sic quidem Petav. Scalig. Cujac. And. Oxon. & Leid. pr. cum Bong. pr. a m. ſec. ac Dorvill. & Celſo: quare nil muto. Verum Bong. pr. a m. pr. & reliqui Codices mei, in quibus Bong. ſec. Voſſ. pr. Lovan. Egmund. &c. uti & Carrar. & Edd. Inc. ac Flor. exhibent *injungendo.* Non minus eleganter. Vide quos laudat Cel. Burm. prooem. Quinct. Inſt. Orat. *injungere laborem non injuſte viderentur.* & ſaepe his in commentariis adhibitum. l. II. B. Civ. c. 18. *Iis graviora onera injungebat.* Ipſe Hirtius c. 6. *Expeditionum onus injungebat.* at ibi Scaligeri Codex *Inpingebat:* unde forſan hic reſcribi placeret *inpingendo*, pro qua voce alii librarii ſcripſerant *inpon.* alii *injung.* De hac voce adi, quos & quae laudat Cl. Duker. ad Flor. l. III. c. 12. §. 13. *Haec Catilinam patriae ſuae inpegit.* Sed tamen *inpingere alicui onus* num Latine dici poſſit, adhuc dubito, & *injungendo* praefero. Mox *defeſſam* non agnoſcit Bongarſ. pr. *defectam* dicit Oroſ. l. VI. c. 12. Sic enim MSS. non *defoetam.*

4. CONDITIONE PARENDI MELIORE FACILE IN PACE] Tert. Bongarſianus habet *conditione parendi meliore facilem.* quod non male. alterum tamen magis ex Hirtii more. VOSSIUS.

5. COMMENDARET SACERDOTII PETITIONEM] Lege *commendaverat*, ut habent *Norvic. Buſlid.* & *Egmond.* Hoc enim tempore municipia petiit, ut eis gratias ob praeſtita Antonio officia referret. DAVIS. *Cur. ſec.* *Commendaverat* etiam Bon. pr. Voſſiani, Gottorp. Lovan. Leid. ſec. tert. Dorv. cum Edd. primis, item Vaſcoſ. Steph. aliisque. Verum Caeſarem non habuiſſe in anim[o] eo proficiſci, ut gratias pro officiis Antonio pr[ae]ſtitis ageret, ſed ut eum commendaret, pa[tet] luce clarius e ſequentibus: ubi docet Hirti[us] demum in via Caeſarem audiviſſe, Antoni[um] creatum eſſe Augurem: at nihilominus Caeſar[em] non rediiſſe ad exercitum, ſed vel ſic colonias mu-

tendebat enim [1] gratia [a] quum libenter pro homine [b] ſibi conjunctiſſimo, quem paullo [c] ante praemiſerat ad petitionem; tum acriter contra factionem, & potentiam paucorum, qui [d] M. Antonii repulſa, [2] Caeſaris [e] decedentis convellere gratiam cupiebant. Hunc etſi augurem prius factum, 3
quam Italiam adtingeret, [f] in itinere audierat; [g] tamen non minus juſtam ſibi cauſſam municipia & colonias adeundi exiſtimavit, ut iis gratias ageret, quod frequentiam [h] atque officium ſuum Antonio praeſtitiſſent: [i] ſi- 4
mulque ſe, & honorem ſuum [k] in ſequentis anni commendaret [l] petitione; propterea quod inſolenter adverſarii ſui gloriarentur, L. Lentulum & C. Marcellum Coss. creatos, [3] qui omnem honorem & dignitatem Caeſa-

VARIAE LECTIONES.

a *tum* L. pr. a m. ſec. V. ſec. b deeſt Edd. R. M. V. c abeſt L. ſec. d exſulat ab Ox. *in* L. pr. *Antoni* V. pr. ut alibi. e *rec.* B. tert. Pal. Dorv. & Edd. qdd. *decedentem* L. pr. *decentis* Lov. Egm. G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. *intercedentis* Urſ. *Abſentis* conj. Hotom. f *ut in it. audivit* Ox. *audirent* MSS. 3. Ed. Inc. g deeſt Ox. nec male. V. ad B. Alex. c. 50. h *&* Lov. i *ſimul* Ox. k abeſt praep. ab Edd. quibuſd. & MSS. praeter Cuj. Sc. L. pr. And. Ox. Pet. Contra Clark. cum Urſ. Hotom. aliiſque edidit *in inſeq.* l exſulat a MSS. XII & Edd. nonnullis. Sed praeter nominatos agnoſcit quoque Bong. pr. *petitionem* non male conjecit Hotom.

nunicipia adiiſſe, ut gratias ageret; & ſe quoque & honorem ſuum commendaret in ſeq. anni petitione. Quare omnino *commendaret* cum ceteris retineo. Niſi altius haereat vulnus. Nam Buſlid. Egmund. & Petav. habent *M. Antonium quaeſtorem ſuum comm. ſac. petitione*, ut loquitur mox Hirtius. *petitione* reſtat quoque in Gott. Voſſ. tert. & Ed. Inc. Forſan pro *commendaverat*, ſcribendum *commendaret ad S. petitionem* i. e. in, propter, ob. Vide ad l. V. B. G. c. 40. l. II. B. Civ. c. 32. in f. III, 101. Et ita alii. Nepos Dat. III. *exercitus contrahebat ad bellum.* Liv. I, 9. *ad ingenium efficaces preces.* & ſaepe. Immo c. 52. *majore commendatione conciliaretur ad conſulatus petitionem.* Verum cum ſequatur modo *ad petitionem* & vulgata lectio, optimis Codicibus And. Oxon. Leid. pr. Cujac. aliiſque confirmata, bene ſeſe habere videatur, nil innovari ſuadeo.

1. Gratia] Hanc vocem abundare putavit Ciacconius, & Scaliger uncis incluſit. Fruſtra. *Gratia* eſt illud, quo multum Caeſar apud colonos & municipes valebat ob obtinendum votum. Sueton. Jul. cap. 19. *Inferior gratia.* Salluſt. B. J. c. 20. *Vulgus fuimus ſine gratia, ſine auctoritate. Itaque omnis gratia, potentia, honos, divitiae apud illos ſunt.* ubi vide Cl. Cort. Statim *Caeſaris convellere gratiam.* & *gratia ſuffragiiſque* ... *re.* Neque enim phraſis obſtitit, credo, viris doctis: quae ſaepe occurrit in his Commentariis. Vide ad l. I. c. 13. *Dolo contendere.*

2. Caesaris decedentis convellere gratiam] Sic recte etiam in Cujacii manuſcripto legebatur. Cicero pro Muraena: *multi obviam prodierunt de provincia decedenti.* Unde is, qui deceſſit, *deceſſor*: qua voce primus Tacitus uſus, pro eo, qui legionis imperio abſcedebat. Gloſſae; *Deceſſor* προηγησάμενος, διακάτοχος. Poſtea & in jure uſurpatum pro eo qui de provincia decedit. Barbari ſcriptores inde ineptam & nulli ignotam vocem *praedeceſſoris* formaverunt. VOSSIUS.

3. Qui omnem honorem et dignitatem Caesaris exspoliarent] Sic omnes MSS. & vett. impreſſi, praeterquam quod nonnulli *ſpoliarent*: Conjecit *Pet. Ciacconius* legendum *omni honore & dignitate Caeſarem exſpoliarent*, & ita eum ſecutus edidit *J. Scaliger* cum recentioribus. Dubitari quidem non poteſt, quin haec loquendi ratio ſit magis proletaria; proba tamen eſt & altera. *Vellejus Paterculus* l. II. c. LXXX. *Spoliata, quam tueri non poterat, dignitas.* *Cicero* pro M. Coelio p. MMCCLXXXVIII. Ed. *Lambin. Detrahendaeque dignitatis gratia, dixerunt.* Et iterum p. MMCCCIV. *Parcat juventus pudicitiae ſuae, ne ſpoliet alienam.* His exemplis inductus, Codicum ſcripturam revocavi. DAVIS. Cellarius etiam ſecutus eſt Ciacconii conjecturam, invitis MSS. omnibus, qui habent cum Edd. Vett. *ſpoliarent.* Bong. ſec. *ſpoliarentur.* Andinus tamen & Oxon. cum Petav. ſervant *exſpoliarent.* Valer. Max. l. I. c. I. §. 20. *Theſauro Proſerpinae ſpoliando.* ubi Harlem. Cod. & alii *exſpoliando.* Vide ad l. VII. c. 77. *Hos veſtro auxilio exſpoliare.* Ceterum *exceptus* & ſeqq. iiſque ad verba illa c. 53. *quo majores*, deſunt in Bong. ſec. Voſſianis, Egmund. Gottorp. Leid. tert. & Ed. Inc. Verum ex parte leguntur ad finem hujus libri adtexta, nempe ad verba c. 52. *cum Caeſaris cauſſam*, ita ut deficiant in ſyllaba *Ceſ.*

Caeſaris exſpoliarent, [1] ereptum Sergio Galbae conſulatum, quum is multo plus gratia [a] ſuffragiiſque valuiſſet, quod [2] ſibi conjunctus & familiaritate, & [b] neceſſitudine legationis eſſet.

VARIAE LECTIONES. LI.

a *ſuffragii* And. b *conſuetudine* B. pr. Voſſ. o. Lov. Egm. G. Leid. ſec. tert. Scal. pro var. lect. & Ed. Inc. ſed *famil.* & *conſuet.* eadem ſunt.

1. EREPTUM SERG. GALBAE CONSULATUM] Contra *Suetonius* Galbae c. III. *Hujus nepos* (Serg. Galba) *ob repulſam conſulatus infenſus Jul. Caeſari, cujus legatus in Gallia fuerat, conſpiravit cum Caſſio & Bruto*; adeo ut videantur noſter & *Suetonius* frontibus adverſis dimicare. Nodum ſolvit *Ph. Rubenius*, qui Elect. l. I. c. XXVII. duplicem fuiſſe repulſam contendit. Prima, quam memorat *Hirtius*, evenit, cum Caeſar eſſet in Galliis; alteram, cujus meminit *Suetonius*, Caeſare jam dictatore, contigiſſe cenſet. DAVIS.

2. SIBI CONJUNCTUS] *Pronomen* eſt *reciprocum* pro *Demonſtrativo*, qui quidem loquendi modus *Fr. Hotomanno* durus videtur, nec tamen eum refugerunt optimi ſcriptores. Noſter Bell. Afric. c. XLIX. *Longius* ſibi *progrediendi eripuerunt facultatem.* *Sulpicius Severus* Hiſt. Sacr. l. II. c. II, 4. *Jam revelato* ſibi *per Dominum myſterio.* Idem Vit. B. *Martini* c. XV, 4. *Plerumque autem contradicentibus* ſibi *ruſticis.* Adi etiam *Th. Munckerum* ad *Hygini* Fab. IX. p. 108. DAVIS. Exiſtimat Daviſius, pronomen *reciprocum* hic poſitum pro *demonſtrativo*; ſed a Grammaticis deceptus. Nam proprie hoc in loco poni debuit pronomen *Reciprocum*, propterea quod *continua* oratione dixerat Hirtius, (Caeſarem juſtam *ſibi* cauſſam exiſtimare, —— ſimulque *ſe* & honorem *ſuum* commendare. —— & adverſarios *ſuos* eſſe gloriatos, —— & *ſibi* (eidem ſcilicet Caeſari) Galbam eſſe conjunctum familiaritate.) Caeterum, quoniam merae fere tenebrae ſunt, quicquid hac de re apud *Grammaticos* inter ſe litigantes reperias; breviter totam hujuſmodi locutionum rationem apponere viſum eſt. Primarius igitur ſive maxime naturalis & praecipuus *Reciproci* Uſus, eſt in *ſententia Simplici*; in qua oratio, unde fuerit tranſitiva, eo proxime & *immediate* (quod ajunt) reciprocatur. Ut, (*Lucretia* ſe *interfecit*;) (*Cato pectus* ſuum *gladio transfixit.*) Ubi, cum nullo modo ferri queat, ut *Demonſtrativum* ponatur pro *Reciproco*, (Quis enim unquam tam barbarus fuit, ut diceret, (*Lucretia* eam *interfecit*,) pro eo quod eſt, (ſe *interfecit*?) vel, (*Cato pectus* ejus *gladio transfixit*,) pro eo quod eſt, (*pectus* ſuum *transfixit*?) liquet utique, non poſſe promiſcue uſurpari *Demonſtrativum* & *Reciprocum*; ſed *Demonſtrativum* ſemper *demonſtrative* eſſe poſitum, *Reciprocum* ſemper *reciproce.* Secundo, uſurpatur *Reciprocum* nihilo minus *proprie*, & revera *reciproce*, in *ſententia Compoſita*; ubi, etſi non quidem *immediate* (quod ajunt,) at nihilo tamen minus *vere*, reciprocatur cum eo, quod praeceſſit. Ut, (*orat Petrus, ne deſeras* ſe.) Nam, quemadmodum recte dicitur, (*Petrus ſollicitus eſt de* ſe;) ſimiliter recte itidem dicitur, (*ſollicitus eſt Petrus, nequid accidat* ſibi; (*ſollicitus eſt, ne deſeras* ſe;) (*rogat, ne deſeras* ſe;) &c. In quibus omnibus illud (*Se*,) aeque vere reciprocatur cum praecedente (*Petrus*,) ac in *ſententia Simplici.* Quod ſi hujuſmodi *ſententiae Compoſitae* pars utraque in Perſona tertia efferatur; ut, (*rogat Petrus Paulum, ne deſerat* ſe;) jam illud (*Se*,) vel cum *priore* & remotiore, vel cum *poſteriore* & propiore Antecedente, poterit aeque proprie reciprocari; ut ſcilicet vel ad *Petrum* rogantem, vel ad *Paulum* deſerentem, referatur. Quo pacto cum ambigua demum ſit facta conſtructio; jam aut ex reliquae orationis contextu manifeſta fiat oportebit ſententia, aut vitari debebit iſta conſtructio, utcunque puriſſima & maxime Latina. Atque haec quidem hactenus ſatis manifeſta. Verum in errorem jam hinc deinceps inducti ſunt Grammaticorum plerique, ac ſi *promiſcue* uſurpari poſſent *Demonſtrativum* & *Reciprocum*, propterea quod in hujuſmodi quidem *ſententia compoſita*, (aliter prorſus atque in *Simplici*, uti ſupra eſt oſtenſum,) poſſit interdum aeque Latine uſurpari vel *Demonſtrativum* vel *Reciprocum.* Id quod ideo utique evenit, non quod *Reciproca* poſſint unquam aliter uſurpari, quam ut ſint *vere reciproca*; nedum quod aliud vocabulum pro alio poſſit unquam proprie & Latine poni; (id enim, niſi in plane Synonymis, ſemper eſt ineptiſſimum; neque certa ulla eſſet futura ratio aut norma loquendi:) ſed quod, in *ſententia compoſita*, poſſit eodem in loco, *diverſo reſpectu*, poni vel *Reciprocum* vel *Demonſtrativum.* Exempli gratia; (*Redde Ciceroni librum ſuum*, vel *ejus*,) ex aequo dici poteſt; Nimirum reciproce *librum ſuum*, reſpectu *Ciceronis* cui reddatur; vel demonſtrative *librum ejus*, reſpectu *Tui* qui reddas. (*Rogat te Paulus, ne deſeras ſe*, vel *ne deſeras eum*:) reciproce nimirum, (*ſe*) reſpectu *Pauli* qui roget; vel demonſtrative, (*eum*,) reſpectu *Tui* qui deſeras. Denique, *Reciprocum* non

LI. Exceptus [a] eſt Caeſaris adventus ab omnibus municipiis & colo- 1
nis incredibili [b] honore atque amore: ([c] tum primum enim veniebat ab 2
illo [d] univerſae Galliae bello.) Nihil relinquebatur, quod ad ornâtum portarum, [1] itinerum, [e] locorum omnium, qua Caeſar iturus erat, excogitari [f] poſſet. Cum liberis [g] omnis multitudo obviam [h] procedebat; ho- 3
ſtiae omnibus locis inmolabantur; tricliniis ſtratis fora templaque occupabantur, ut vel exſpectatiſſimi triumphi laetitia [i] praecipi poſſet. Tanta erat magnificentia apud opulentiores, cupiditas apud [2] humiliores.

LII. Quum omnes regiones Galliae Togatae Caeſar [k] percucurriſſet, 1
ſumma cum [3] celeritate ad exercitum [l] Nemetocennam rediit; legionibuſque

VARIAE LECTIONES.

a abeſt Ox. b *bon. atque* exſulant L. pr. *atque am.* deſunt And. Ox. Al. *am. atque b.* c *cum* B. pr. & 3. alii cum Ed. Inc. Uncis incluſa Grutero pro ſpuriis ſuſpecta ſunt. d *univerſo* Edd. R. M. V. e vulgo *locorumque.* f MSS. plerique *poterat* & Ed. Inc. *poſſit* Dorv. g *omnium* V. pr. ſec. L. ſec. h *procedit* L. pr. i MSS. 4. & Edd. quaedd. *percipi* male. V. ad l. III. B. Civ. c. 1. k *percurr.* MSS. 7. & Edd. pp. aliaeque male, & ſtatim vulgo deeſt *cum.* l Sic MSS. o. niſi quod L. pr. ſec. *Nemotoc.* V. c. 47. *redit* MSS. 3.

nonnunquam apud bonos Autores refertur ad Antecedens ſubintellectum; Ut in iſto Plinii, (*Vinea ſi macruerit*, (ei) *ſarmenta* ſua *comburito.*) Et in duriſſima iſta conſtructione apud Senecam, (*Puer ad tuum formetur arbitrium*, *multum* ſibi *dabis*;) hoc eſt, *multum* (ei) *dabis*, *ſibi*; vel *multum* (ei) *dabis*, *quod ſibi habeat.* Poſtremo, in iſto Ovidii, (*Reſpice Laërten*, *ut jam* (ei) *ſua lumina condas*:) Siquidem ita ſcripſiſſet Ovidius: Nam vera Lectio longe aliam exhibet conſtructionem; (*Reſpice Laërten: Ut jam ſua lumina condas*, *Supremum fati ſuſtinet ille diem.*) Atque his demum modis facile explicari poterunt, quaecunque loca apud *Sanctium* alioſque Grammaticos cum in finem adducta reperias, ut oſtendant Reciprocum & Demonſtrativum *promiſcue* pro ſe invicem uſurpari poſſe. Id quod in univerſum omnibus in linguis, & in omnibus exemplis vocabulorum, quorum aliud ſcilicet pro alio poſitum dicatur, non utique prorſus Synonymorum; non poteſt non eſſe ineptiſſimum. CLARK. Sic c. 54. *Caeſar*, *cum de voluntate adverſariorum ſe ſpoliari nemini dubium erat.* l. 1. B. C. c. 24. *atque ad ſe Brundiſium ſit venturus.* id eſt, ad Pompejum, ad quem ſcribit. quod male mutant. Vide etiam ad B. Alex. c. 38. B. Afric. c. 49, 57.

1. Itinerum] Vult floribus & coronis conſperſa eſſe: quod facere olim populus ſolebat cum gaudio aliquem excepturus. Unde legimus in Polybio T. Quintium, cum liberam Graeciam pronunciari juſſiſſet, coronarum conjectu honoratum. οἱ δὲ, inquit, πολλοὶ στεφάνους ἐπιῤῥίπτοντες καὶ λημνίσκους. Et de Curione tr. pl. ait Plutarchus eum ſuperato in ſuffragiis Pompejo florum conjectu plauſuque a plebe exceptum eſſe: κἀκεῖνος μὲν ὡς νενικηκὼς λαμπρὸς ὑπὸ χαρᾶς εἰς τὸν δῆμον ἐξήλατο, κρότῳ καὶ βολαῖς στεφάνων, καὶ ἀνθῶν δεξάμενον αὐτόν. Addit autem ὡς νενικηκὼς; ut oſtendat ſolitos victores eo honore affici: nam nemo ignorat ſolitos in Graecia athletas, & olympionicas florum jactu coli, unde notae illae ἀνθοβολίας, & φυλλοβολίας voces. Non ſolis tamen athletis, ſed & maximo cuique duci id honoris habitum; quod & Pompejō accidiſſe e Plutarcho diſcimus. VOSSIUS. Pro *locorumque* extat in Bong. pr. Scalig. Leid. pr. tert. Voſſianis, Gottorp. & Ed. Inc. *locorum.* Omnino rectius. Vide ad l. IV. B. G. c. 15. *timore*, *laſſitudine*, *vi fluminis.* Dein pro *qua* in Leid. ſec. eſt *quo*, at Bong. pr. & Voſſ. pr. *quae: Ire viam*, *portus*, *forum* frequens eſt poëtis, non item hiſtoricis. Recte ſe habet *qua.* Adi omnino ad l. 1. c. 6. *Vix qua ſinguli carri ducerentur.* Quatuor autem haec verba *qua C. it. erat* deſunt in And. & Oxon.

2. Humiliores] Petav. Scalig. Leid. pr. Voſſ. pr. & 4 alii cum Ed. Inc. *Meliores.* Quaſi vellet innuere; opulentiores non aeque bono animo magnificentiam oſtentaſſe, quam alios, qui meliore in Caeſarem animo erant praediti. Videtur tamen potius haec lectio nata, e more ſcribendi per omiſſionem 𝔉 *h umiliores.* Unde ſupra docui *hominum* ſaepe abiiſſe in *omnium.* Sic *Umerus*, *Omerus*, *Oratius.* & alia innumera.

3. Celeritate] Bong. pr. cujus hic rurſus incipit manus recens, Leid. pr. Scal. Oxon. Buſlid. Dorv. & Edd. Rom. Ven. Med. *cum celeritate.* Quod repoſui. Saepius haec praepoſitio fuerat ejecta.

buſque ex omnibus hibernis ad fines Trevirorum [a] evocatis, eo profectus
2 eſt, ibique exercitum luſtravit. [1] T. Labienum Galliae [b] Togatae praefe-
cit, quo majore [c] commendatione conciliaretur ad conſulatus petitio-
nem. Ipſe tantum [d] itinerum faciebat, quantum ſatis eſſe ad mutationem
3 locorum propter ſalubritatem exiſtimabat. Ibi quamquam crebro audie-
bat, Labienum ab inimicis ſuis ſollicitari; certiorque [e] fiebat, id agi pau-
corum conſiliis, ut, interpoſita ſenatus auctoritate, aliqua parte exerci-
tus ſpoliaretur; tamen neque de Labieno credidit [f] quidquam, neque
4 contra ſenatus auctoritatem, ut aliquid faceret, [g] potuit adduci. Judica-
bat enim, liberis ſententiis patrum conſcriptorum cauſſam ſuam facile
[2] obtineri. Nam C. Curio, Tribunus [h] plebis, quum Caeſaris cauſſam di-
gnitatemque defendendam ſuſcepiſſet, ſaepe erat ſenatui pollicitus, ſi
quem timor [i] armorum Caeſaris laederet, & quoniam Pompeji domina-
tio, atque arma, non minimum terrorem [k] foro inferrent; diſcederet u-
terque ab armis, exercituſque dimitteret: fore eo [3] facto [l] liberam, & ſui
5 juris civitatem. Neque hoc tantum pollicitus eſt; ſed etiam per ſe
[4] diſceſſionem facere coepit: quod ne [m] fieret, [n] conſules amicique Pom-
peji

VARIAE LECTIONES.

a *advoc.* MSS. 2. Edd. R. M. V. b *praef. Tog.* MSS. 3. Edd. qdd. c *recommend.* L. tert. Ed. Inc. inepte. d *itineris* & *itinere* ac *munitionem* MSS. qdd. & Ed. Inc. e *fieret* L. pr. a m. pr. f *quaquam* Ox. g *poterat* L. pr. *abduci* Ox. h *pl. tum erat* Dorv. L. ſec. quaſi in parentheſi. i abeſt B. tert. k *in foro ferrent* MSS. 3. Edd. R. V. M. *in foro ferret* Ox. *ſero inferret* L. pr. *inferret* Pet. Pal. l vulgo *pacto* & mox *ſenatus diſc.* m *faceret* L. pr. n *omnes amici P.* And. Ox. B. pr. L. ſec. Pal. Dorv. & Edd. pp. *conſules amici* B. tert. Tum *interceſſerunt* Edd. recentes.

ejecta. Alibi *ſumma cum contumelia*, *diligentia*, *periculo &c.* Vide Indicem notarum, & ad B. Hiſpan. c. 2.


1. T. LABIENUM GALLIAE TOGATAE PRAEFECIT, QUO MAJORE COMMENDATIONE CONCILIARETUR AD CONSULATUS PETITIONEM] *Gallia Togata* eſt Ciſalpina. Vide *Ald. Manutium* Quaeſt. per Epiſt. l. II. Ep. II. Coloniae & municipia populi Rom. ſuffragiorum jus habebant, quam ob cauſam *T. Labienum Galliae Togatae praefecit* Caeſar, *quo majore commendatione conciliaretur ad conſulatus petitionem.* Noſter c. I. *Municipia & colonias appellaret, quibus M. Antonii Quaeſtoris ſui commendaret ſacerdotii petitionem.* Et iterum, *Juſtam ſibi cauſſam municipia & colonias adeundi exiſtimavit, ut iis gratias ageret, quod frequentiam atque officium ſuum Antonio praeſtitiſſent.* *Cicero* ad Attic. l. I. Ep. I. p. 15. Ed. Graev. *Quoniam videtur, in Suffragiis multum poſſe Gallia* (Ciſalpina) *cum Romae a judiciis forum refrixerit, excurremus menſe Septembri legati ad Piſonem, ut Januario revertamur.* Ad eum locum videndi ſunt *Paullus Manutius* & *Pet. Victorius.* De tempore, quo jus ſuffragii omnibus municipiis & coloniis dabatur, conſulas *H. Noriſium* ad Cenot. Piſ. Diſſ. I. c. I. DAVISIUS.

2. OBTINERI] Vide ſupra ad l. VII. c. 36. *prohiberi videantur.* CLARK. Adi notas ad l. II. c. 32. *facere dixerunt.* unde patet minus bene in And. & Oxonienſi ſcribi *cauſſam ſ. facilem. nam.* Dorvill. etiam *facilem.* Bong. pr. *obtinere.* Frequens locutio eſt *obtinere rem*, *cauſſam.* & ſubintelligitur *poſſe*, vel futurum tempus innuitur, ut adlatis locis patet.

3. PACTO] Sic quidem placuit Faërno; e MS. an e conjectura, non additur. Recepit tamen Hotom. & Scaliger, cum ante eum ederetur *facto*; atque ita exhibent excerpta Gruteri, meique quotquot hanc partem habent, codices, quare revocavi. Saepe *facto* in *pacto* mutarunt librarii. Adi ad Front. pag. 214. *Quo facto* Hirt. B. Alex. cap. 5, 7, 23. Dein *tantum* non male abeſt ab And. & Oxon. *ſolum* & *tantum* ſequentibus *ſed etiam* non raro ſubintelligi ſolet. Vide ad ejuſdem l. II, 13, 5. *Non armis, ſed vulneribus.* Stewech. ad Apul. l. III. Met. p. m. 326. l. III. B. Civ. c. 57. *Non ſolum, quae probaſſet, exponere, ſed etiam* &c. in Lovan. deeſt *ſolum.*

4. DISCESS.] Ejeci vocem *ſenatus* intruſam a Faërno & Scaligero contra MSS. & Edd. omnes.

Me-


Maſſilia.
A Turres ac munitiones Maſſiliæ. B Turris latericia ſex tabulatorum ab legionariis contra repentinos incurſus obſeſſorum exſtructa. C. Storiæ ex funibus anchorariis factæ ac circum turrem propendentes.
D. Summum tabulatum calce ac lateribus ſtratum. E. Muſculus pedum LX longus à turre latericia ad hoſtium turrem muruumque perductus. F. Maſſilia ex tribus oppidi partibus mari alluitur. G. Vallum. H. Plutei.
A
B
C
F
H
H
I. Cervi.
I
K
K Pinnæ.

peji [1] juſſerunt, atque, ita [a] rem moderando, diſceſſerunt.

LIII. Magnum hoc teſtimonium ſenatus erat univerſi, convenienſque 1
ſuperiori facto: nam Marcellus proximo anno, quum inpugnaret Caeſaris dignitatem, contra legem Pompeji & Craſſi, retulerat ante tempus ad ſenatum, de Caeſaris provinciis; ſententiiſque dictis, [b] diſceſſionem faciente Marcello, qui ſibi omnem dignitatem [c] ex Caeſaris invidia quaerebat, 2
ſenatus [d] frequens in alia omnia tranſiit. Quibus non frangebantur animi inimicorum Caeſaris, ſed [e] admonebantur, quo [2] majores [f] pararent neceſſitudines, quibus cogi poſſet ſenatus id probare, quod ipſi [g] conſtituiſſent.

LIV. Fit deinde ſenatusconſultum, ut ad bellum Parthicum legio una 1
a Cn. Pompejo, altera a C. Caeſare [3] mitterentur [h]: neque obſcure [i] hae duae legiones uni Caeſari detrahuntur. Nam Cn. Pompejus legionem primam, quam ad Caeſarem [k] miſerat, [4] confectam ex [l] dilectu provinciae 2
Caeſa-

VARIAE LECTIONES.

a *Remorando* MS. Faerni. b *diſſenſ.* MSS. 3. c *de* L. pr. d abeſt Dorv. *tranſit* B. ſec. Ox. & 3 alii. e *commovebantur* B. tert. Edd. Vaſc. Str. Steph. Gr. poſt. minus bene, nec melius *ut m.* L. pr. f *parerent* Pal. Dorv. *ſperarent* Lovan. Pet. L. pr. Sc. B. ſec. Egm. & 3 alii cum Ed. Inc. *ſpirarent* V. ſec. g *inſtit.* L. pr. h *committeretur* B. ſec. i deeſt MSS. 6 & Ed. Inc. dein MSS. 9. & Ed. Inc. cum Reg. non habent *Caeſari. uni* abeſt L. pr. k *miſerant* Egm. l Sic B. ſec. L. pr. V. pr. Lov. & plures alii.

Melius idem legebat *S. C. per diſc. f. c.* Vide Urſ. quamvis abſit vox *ſenatus*, facile intelligi poteſt de diſceſſione ſenatus pedibus facta. c. 53. *diſceſſionem faciente Marcello.*

1. INTERCESSERUNT] Sic repoſuit Scaliger ex conjectura Pantagathi, ſed invitis MSS. & Edd. omnibus, in quibus eſt *juſſerunt*, uti ſenſus eſſet, Conſules, qui amici in primis erant Pompejo, juſſerunt, ne fieret diſceſſio. Sed *jubeo, ne quid fiat*, vereor ut Latinum ſit. Quare veriſimilior videtur lectio Codicis Carr. Bong. tert. Leid. ſec. Ed. Beroaldi & Vaſcoſ. Marg. *ſuaſerunt.* quod & arridet Bruto. de tota re vide hic Ciacconium & Hotom. *juſſerunt* interim revocavi e MSS. plurimis & melioribus. quo[d] uſus verbo eſſet Hirtius, ad invidiam conflandam.

2. MAJORES PARARENT NECESSITUDINES] MS. *Norvic.* habet *neceſſitates*, quae quidem varietas non de nihilo eſt; ut enim *neceſſitudo* eandem ſaepe vim obtinet ac *neceſſitas*, ſic interdum *neceſſitas* idem denotat ac *neceſſitudo. Caeſar* l. 1. B. C. c. VIII. *Semper ſe Reip. commoda privatis* neceſſitatibus *habuiſſe potiora.* Sic & *Cicero* pro Sylla p. 1857. *A. Gellius* Noct. Attic. l. XIII. cap. III. *Nihil rationis dici poteſt, qui* neceſſitudo & neceſſitas *ſeparentur. Itaque in libris veterum vulgo reperias* neceſſitudinem, *dici pro eo quod neceſſum eſt; ſed* neceſſitas *ſane pro jure officioque obſervantiae infrequens eſt; quamquam qui ob hoc ipſum jus affinitatis familiaritatiſque conjuncti ſunt,* neceſſarii *dicuntur. Repperi tamen in oratione C. Caeſaris, qua Plautiam rogationem ſuaſit* neceſſitatem *dictam pro* neceſſitudine, *id eſt, jure affinitatis. Verba haec ſunt:* Equidem mihi videtur pro noſtra *neceſſitate*, non labore, non opera, non induſtria defuiſſe. Hactenus ille; ex quibus patet, lapſum eſſe *Soſipatrum Chariſium*, qui ἀποτόμως negavit, *neceſſitatem* pro *neceſſitudine* unquam poni. DAVIS. *Neceſſitates* legitur in Voſſianis omnibus, Bongarſ. ſec. Egmund. Lovan. Gott. Buſlid. Leid. tert. Bong. pr. pro var. lect. & Ed. Inc. ita variatur quoque l. 1. B. Civ. c. 4. Contra pro *neceſſitate* in MSS. eſt *neceſſitudo* apud Valer. Max. 1, 6. §. 12. ubi conſule doctos viros. l. 1. B. C. c. 8. MSS. vetuſtiores *neceſſitudinibus* habent. plura vide apud Cort. ad Salluſt. B. Cat. c. 17, 33.

3. MITTERETUR] Sic MSS. Reg. & Voſſii. Al. *mitterentur.* Minus eleganter. CLARK. *Mitteretur* cum Ed. Inc. etiam mei omnes, ſi tamen Pal. & Bong. pr. recentiſſimae quidem manus excipias, forſan & Cujac. Scalig. & Andin. Quare Clarkio non parui; licet alterum facile ferri poſſit. Sed cum agatur de duabus legionibus ſub uno hoc verbo, elegantius adhibetur plurale. quem numerum e MSS. reſtituimus Caeſari l. VII. c. 39. *Alter pro C. Alter pro Conv. pugnaverant.*

4. CONFECTAM EX DELECTU PROVINCIAE, CAESARI EAM TANQUAM EX SUO NUMERO DEDIT]

Ttt Locus

3 [a] Caeſaris, eam tamquam ex ſuo numero dedit. Caeſar tamen, [b] quum voluntate [1] adverſariorum [c] ſuorum ſe exſpoliari nemini dubium eſſet, [d] Cn. Pompejo legionem remiſit, [2] & ſuo nomine [e] xv, quam in Gallia citeriore habuerat, ex ſenatusconſulto jubet transdi. In ejus locum XIII [f] legionem in Italiam mittit, quae praeſidia tueatur, ex quibus praeſidiis xv [a] dedu-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *Caeſari eam.* b *etſi* Eg. *de* abeſt Pet. & Faern. *ex* G. c *ſuorum ſe exſp.* deſunt Edd. Scal. *ſe expoliari* aliis. d abeſt MSS. plurimis & Edd. poſt. e vulgo *ex ſ. numero. XV legionem* Edd. R. M. V. *ex ſe j. t.* B. tert, V. ſec. f deeſt Ox. ſtatim vulgo *tueretur.*

Locus tam certo depravatus, quam luce meridiana diem eſſe conſtat. Non dubitavit tamen ſic quoque Scaliger edere. Nam prima legio haec confecta erat ex delectu Galliae Ciſalpinae, quae provincia Caeſaris erat. Hanc legionem Pompejus jam dedit Bibulo, tanquam ſuam; & Caeſar coactus eſt alteram ex ſuis addere legionibus. VOSSIUS. Locum eſſe certo depravatum notavit *Dionyſ. Voſſius*, qua tamen ratione ſit emendandus, nec ille vidit, nec alius quiſpiam. *F. Urni* liber *confectam ex delectu provinciae Caeſaris, ei tanquam ex ſuo numero dedit.* Legendum crediderim *confectam ex delectu provinciae Caeſaris, eam tanquam ex ſuo numero repetit. Caeſar* l. VI. B. G. c. I. *Simul ab Cn. Pompejo Procoſ. petit* —— *quos ex Ciſalpina Gallia Conſulis ſacramento rogaviſſet, ad ſigna convenire & ad ſe proficiſci juberet* —— *quod Pompejus & Reip. & amicitiae tribuit.* Hanc legionem, tanquam ex ſuo numero repetit Pompejus: quam idcirco ei remiſit Caeſar. Vide & *Dionem* l. XL. p. 151. Prima ſyllaba vocis *repetit* excidiſſe videtur ob ſimilitudinem, quae ei fuit cum antecedente; dein *petit* & *dedit* facile a Librariis confuſa. DAVIS. *Provinciae Caeſaris, tanquam ex ſ. n. dedit*) Codex Urſini habet *Confectam ex delectu provinciae* Caeſaris, ei *tanquam ex ſuo numero dedit.* Alii omnes MSS. & Editi (*conf. ex del. provinciae*, Caeſari eam *t. ex ſ. n. dedit.* Lectio manifeſto depravata. Sed Daviſii mutatione nihil opus. Senſus enim manifeſtus eſt (*t. ex ſ. n.* dedit) ſcilicet ad Parthicum bellum. Quare hoc modo edidi. (*conf. ex d. provinciae* Caeſaris, *tanq. ex ſ. n. dedit*) omiſſa ſolummodo voce *ei* vel *eam*, quae ſententiam turbat prorſus; & manifeſto orta eſt, prior ex corruptione ultimae ſyllabae vocis praecedentis (*Caeſaris*,) poſterior ex corruptione primae ſyllabae vocis ſequentis (*tanquam.*) CLARKE. Bene defendit Cl. Clarkius verbum *dedit*, & *Caeſaris* repoſuit jungens id nomen τῷ *provinciae*, atque ita ante ipſum ſcribendum docuerunt Glandorp. & Ciacconius, e lectione Urſ. Cod. tantum delens *ei. Caeſaris* clare etiam exaratur in Leid. pr. & ſec. Sed *eam* MSS. mei cuncti retinent. Et bene per Pleonaſmum additur *eam*, optimorum quorumvis more, uti noſter ipſe locutus eſt ſupra quoque c. 3. *illud ſignum &c. Caeſaris.* Id *erat interdicto ſublatum.* ubi plura adnotavimus. Hotomannus putabat delendam vocem *Caeſari.*

1. ADVERSARIORUM SE EXSPOLIARI NEMINI DUB. ESSET] Haec eſt Cellarii & vulgaris lectio uſque ad Scaligerum; niſi quod Vaſc. Str. Steph. & alii dederint *ſpoliari.* Primus quod ſciam Scaliger verba iſta *ſe exſpoliari*, ſecutus fidem Cod. Carrar. & Brutum, ejecit; unde etiam non agnoſcunt Edd. Dav. & Clarkii, qui inſeruerunt pro iis *ſuorum.* Sed & ea vox additur in Edd. Amſtel. & Lugdun. MSS. plerique & Ed. Inc. *cum de v. minime dubium eſſet adverſariorum ſuorum. dubius* Bong. ſec. Verum Leid. pr. ſec. And. Oxon. Scalig. Cujac. Bong. prim. exhibent *de vol. adv. ſe ſpoliari nemini dubium eſſet.* In Leid. pr. *nulli.* Nec video, cur ea ſperni lectio debuerit. *Cum nemini dubium eſſet*, ſe (i. e. ipſum Caeſarem, qui praecedit. Vide ad c. 50.) ſpoliari ſeu exſpoliari, prout placebat ipſius *inimicis.* Certe *ſuorum* gloſſam magis olet, quam alterum *ſe ſpoliari.* Retinui utrumque, cum Edd. Amſt. a Graevio procurata, & Lugdun. Hotomanus malebat voce auctius *ea ſe exſpol.*

2. ET EX SUO NUMERO XV] Malo cum MS. noſtro, & Cujacii ſec. primo, tert. Bong. Pal. Pet. *ex ſuo nomine. Ciacconius* & *Urſinus* pro XV ſcribunt IV, ut ſupra dictum. VOSSIUS. Cum iis facit *Juſt. Lipſius* Milit. Rom. l. IV. Dial. VIII. p. 212. nec adſenſum denegabit, quicunque rem perpendet. Miror autem, cur *Voſſius*, ex nonnullis Manuſcriptis legi velit *ex ſuo nomine*; cum ſaltem Latinitas poſtulat, ut omittatur praepoſitio. DAVIS. MS. Reg. habet (*& ſuo nomine*) Recteque adnotat Daviſius, etiam Latinitatem poſtulare, ut iſta in phraſi omittatur Praepoſitio. Sed manifeſto verior eſt vulgata Lectio (*& ex ſuo* Numero *transdi*) ſcilicet ad Parthicum bellum. Quemadmodum jam ſupra *de Pompejo* dixerat, (*tanquam ex ſuo* numero *dedit*) ad idem nimirum bellum Parthicum. CLARK. Atqui MSS. Bongarſ. Voſſiani, Leidd. Lovan. Egmond. Gottorp. item

[a] deducebatur: ipſe [1] exercitui [b] diſtribuit hiberna; C. Trebonium cum le- 4
gionibus IV in [c] Belgio conlocat; [d] C. Fabium cum totidem in Aeduos
deducit. Sic enim exiſtimabat tutiſſimam fore Galliam; [2] ſi Belgae, quo-
rum maxima virtus, [3] & Aedui, quorum auctoritas ſumma eſſet, exerciti-
bus continerentur.

LV. Ipſe in Italiam profectus eſt. Quo quum veniſſet, [e] cognoſcit, per 1
[4] C. Marcellum conſulem legiones [f] II, ab ſe remiſſas, quae ex ſenatuscon-
ſulto deberent ad Parthicum bellum duci, [g] Cn. Pompejo tranſditas, atque
in Italia retentas eſſe. Hoc facto, [5] quamquam nulli erat dubium, [h] quid- 2
nam

VARIAE LECTIONES.

a *Duceb.* MSS. 3. ſed V. ad l. VII, 87. b vulgo *exercitum d. per hib.* c *Belgis* Voſſ. tert. d *Q. Fab.* V. ſec. e *cognovit* L. pr. f deeſt L. pr. *a ſe* MSS. & Edd. qdd. *ad ſe* V. tert. *miſſas* Ox. Gr. margo g abeſt L. pr. h vulgo *quin arma pararentur.*

item Andin. Scalig. & Codices Urſini, Brantii cum Edd. vetuſtis, item Vaſcoſ. Str. Steph. & alii exhibent *& ſuo nomine*, quod non dubito, quin voluerit Voſſius etiam: Optime. Caeſar remiſit legionem Pompeji (ut eſt in Voſſ. pr. & ſec.) ipſi non ſuo nomine, ſed Pompeji nomine, quia illa erat ea, quam ad bellum Parthicum ex SCto mitteret Pompejus; At *ſuo nomine* tradidit illam, quam in Gallia citeriore habuerat. Adſentior autem viris doctis pro *XV* reponentibus *IV*, at tum etiam ſtatim ſcribi debet *IV deducebatur.* Vide ad c. 24. & Urſinum aliosque ad l. III. B. Civ. c. 88. ubi *tertia* pro *quarta* ponitur. Mordicus tamen MSS. retinent *XV* vel *quintam decimam* praeter Andinum, qui habet hic, non ſeq. loco, *undecimam.* Quare nil in his mutare auſus fui. Ceterum *ei* addunt Edd. Rom. Ven. Med. Vaſc. Str. Steph. Gr. poſt. & MSS. plerique *tradi jubet.* Mox repoſui *tueatur* e MSS. And. Oxon. Leid. pr. & Egmund. pro *tueretur.* In Gott. Leid. tert. Voſſ. tert. & Ed. Inc. legas *tuerentur.*

1. EXERCITUM DISTR. PER HIBERNA] Grutero placuit magis lectio Bongarſ. ſec. *Exercitui diſtribuit hiberna.* Veriſſime; nam & ita invenitur in membranis Andinis, Oxon. Voſſ. pr. Egmund. Buſlid. Scalig. Gottorp. Brant. ac duobus aliis, & Ed. Incerta. Sed in Leid. pr. & Voſſ. ſec. aliisque *Ex. diſt. in hiberna.* Confuſio forſan orta eſt, quod, ut Caeſar, ita & Hirtius *exercitu* pro *exercitui* ſcripſerit.

2. SI BELGAE QUORUM MAXIMA VIRTUS] Quatuor has legiones in Belgio proprie dicto collocatas fuiſſe cenſet *Phil. Cluverius* Germ. lib. II. c. II. quam ob cauſam hic reponit *Bellovaci* &c. Si rem ita ſe habere concedamus, nulla opus eſt mutatione: *Lucanus* enim l. I. vs. 426. *Belgam* pro Belgii proprie dicti incola uſurpavit. Vide notata ad l. V. B. G. c. XXIV. DAVIS. Vide & ſupra ad c. 38. 46.

3. ET AEDUI.] A MS. Carrar. Brant. & 8 meis, atque Ed. Incerta abeſt *&*. Bene Beroaldus edidit *ſi Aedui*, quod firmatur a Cod. Bong. tertio; eleganti repetitione.

4. C. MARCELLUM] Sic recte MS. *Norv.* cum antiquae editt. perperam repraeſentarent *M. Marcellum*, ut vidit *H. Glareanus*, cui temere adverſatur *Joan. Glandorpius*; Cajus enim Marcellus tunc temporis conſulatum gerebat. Vide *Dionem* l. XL. pag. 148. & 151. DAVIS. In ſolo Bong. pr. inveni *M.* perperam. Fuit enim *C. Marcellus*, atque ita Edd. plerique exhibuerunt e MSS. ſuis. Aliam lectionem praefert Hotomanus, cujus eſt mentio in margine Ed. Gryph. *a Paulo & Marcello Coſſ.* quam confirmant Andin. & Oxon. qui habet *a P. & a Marc.* Ego acquieſcere malo vulgata, quia Marcellus praecipuus Caeſari fuit inimicus, eique, non item collegae, a ceteris auctoribus adtribuuntur ſententiae graviſſimae in Caeſarem. Immo defenſorem habuit Paullum. Vide omnino ad Sueton. Julium c. 29. De his conſulibus etiam vide ad c. 48. Nam ſequentis anni Conſul *C. Marcellus M. Filius* non minus infenſus Caeſari fuit, quam hic, Caji filius.

5. QUAMQUAM NULLI ERAT &c.] In Bongarſ. ſec. hic exaratur *nullo*, qui etiam non agnoſcit vocem *quamquam.* Vide ad l. VI. c. 13. *Nullo adhibetur conſilio.* uti illic habent MSS. multi. Dein *eſſet* exſtat in Leid. pr. uti loquitur ipſe Hirtius, in Praefat. *Quamquam ſint nota:* ubi male repoſuit Clarkius *ſunt*, ut ibi docui. Tandem exhibui *quidnam pararetur* fide MStorum omnium Voſſii, Cujac. Scalig. Leid. pr. tert. Bong. ſec. Egmund. Petav. Lovan. Buſlid. Gottorp. Edd. Inc. Vaſcoſ. Str. Steph. & Gryph. poſt. Idque politius etiam viſum Grutero, quam vulgare *quin arma pararentur.* quod natum ex Gloſſa interlineari.

6. BELLI GERENDI] Optimi Codices, Petav.

Cujac.

nam contra Caeſarem pararetur; tamen [a] Caeſar omnia patienda eſſe ſtatuit, [b] quoad ſibi ſpes aliqua relinqueretur jure potius diſceptandi, quam
6 belli [c] gerundi. Contendit.

VARIAE LECTIONES.

a *Eo C.* MSS. 3 Edd. R. M. V. b *quod* MS. Edd. R. M. V. c vulgo *gerendi*, ſine verbo *contendit.* Cuj. Scal. Leid. pr. Voſſ. prim. Lov. *belligerandi*; uti edunt quidam l. VI. c. 22. *ſtudium belligerandi agricultura commutent.* Sed ibi ſcribendum eſt *belli gerundi*: ut saepius; atque ita diſerte hic Egmund. quare id repoſui. V. etiam B. Afric. c. 36. *Belligerare* tamen uſus eſt Cicero, Plautus, Tacitus, ut lexica notant, item Sueton. Aug. c. 94. atque ita MSS. plerique apud Valer. Max. l. VI, 5. Ceterum rectius tum fore videtur *belligerando*, ſive potius cum Grutero *bello.* aut *bello. Gerendi* &c. Diſceptandi jure potius, quam bello; Ut ſequens verbum ſit initium periodi, quae cum reliquis perierit. Nam non dubium eſt mihi, quin deſint hic nonnulla. Hoc clare patet e MSS. qui addunt verbum *contendit*, quod licet ſine ullo ſenſu, ne quid e Codd. pereat, addidi. Sic enim exſtat in Bong. ſec. Voſſ. pr. Leid. pr. Lovan. Gottorp. & aliis cum Ed. Inc. Auctius inſuper eſt in Egmund. *Contendit quadam utraque die futurum.*

C. JU-

C. JULII CAESARIS
COMMENTARIORUM
DE
BELLO CIVILI
LIBER I.

C. JULII CAESARIS COMMENTARIORUM DE [1] BELLO CIVILI

Liber I.

Argumentum Lib. I. de Bello Civili.

Cauſſae & origo civilis belli. VIII. *Caeſar totam Italiam, favore municipiorum celeriter occupat.* XXV. *Pompejum Brundiſii obſidet.* XXVIII. *ille tamen elabitur. Oppidum deditur.* XXX. *Ejecti a Caeſarianis, e Sardinia Cotta, e Sicilia Cato.* XXXII. *Caeſar ad Urbem proficiſcitur.* XXXIII. *ſed, infectis iis, quae agere deſtinaverat, in Galliam ulteriorem contendit.* XXXVI. *Maſſiliam terra marique obſeſſurus,* XXXVII. *Fabium legatum in Hiſpaniam praemittit.* XXXIX. *Mox, relictis ad Maſſiliam C. Trebonio & D. Bruto, ipſe ſubſequitur;* XLI. *ac cum Afranio & Petrejo bellum ad Ilerdam gerit.* XLVIII. *Subita coorta tempeſtate fractis pontibus inter duo flumina coartatur.* LIV. *omnes nihilominus anguſtias perrumpit.* LVI. *Interea proelio navali vincuntur Maſſilienſes.* LIX. *Caeſar ex eo tempore rem proſpere in Hiſpania gerit.* LXIII. *Euntes & redeuntes hoſtes paſſim inſequitur, & equitatu a pabulatione prohibet.* LXXXI. *Tandem interceptos ad deditionem cogit.*

1. Bello Civili] Hotomanus probat lectionem MSti *de Bello Civili Pompejano*, quod inveni etiam in Leid. ſec. & Voſſiano, item Aicard. Forſan ex Suetonio c. 56. *Reliquit & rerum ſuarum commentarios, Gallici, civiliſque belli Pompejani. Nam Alexandrini &c.*

DIONYSII VOSSII SUPPLEMENTUM IN C. JUL. CAESAR. LIB. I. DE BELLO CIVILI.

1. Nihil nunc dicam de abſurda illorum opinione, qui hos de bello civili commentarios Caeſaris ipſius eſſe negant. Quod etſi ne Suetonius quidem affirmaret, tamen ſatis ipſa dictio Caeſarem nec quemquam alium eſſe autorem prodit. Illorum accedo ſententiae, qui ἀκεφάλους hos eſſe Commentarios arbitrantur. Etenim nequeo perſuadere mihi abruptum adeo exordium hujus operis fuiſſe. Et praemittenda fuiſſe multa ſatis ipſa oſtendit hiſtoria. Quare operae pretium nobis fuit ex Plutarcho, Appiano, ac Dione contexere, quae deſiderari hoc loco

1 I. LItteris a Fabio C. Caeſaris conſulibus redditis, aegre ab iis impetratum eſt, ſumma tribunorum plebis contentione, ut in ſenatu reci-

loco exiſtimamus. Sunt autem haec: *Subacta omni Gallia multis de cauſſis Caeſar cum in Ciſalpinam provinciam contendiſſet, legatos Romam mittit, qui conſulatum illi, & provincias prorogari peterent. Ea in petitione Pompejus, qui alieno in Caeſarem animo, nondum tamen inimicitias palam gerebat, neque commendatione ſua juvandum eum, neque contra dicendum exiſtimavit. Sed Lentulus & Marcellus coſſ. qui jam ante inimico in Caeſarem fuerant animo, id prohibendum ſibi omnibus modis putavere: Marcellus vero non dubitavit aliis quoque injuriis Caeſarem afficere. Nam nuper coloniam Novumcomum Caeſar in Galliam deduxerat; cui Marcellus jus civitatis ademiſſe non contentus, decurionem ejus coloniae Romae deprehenſum, virgis caedi juſſerat, & querelas ſuas Caeſari ut exponeret, dimiſerat: qua ignominia nullus adhuc civis Romanus fuerat affectus. Quae dum ita fiunt, venit ad Caeſarem in provinciam C. Curio tribunus plebis. Qui multum pro Republ. & cauſſa Caeſaris enixus, tandem ubi fruſtra omnia tentari intellexit, metu adverſariorum profugiens, de omnibus, quae acta eſſent, & quomodo opprimere eum inimici agitarent, edocuit. Caeſar virum ampliſſimum, optimeque de ſe ac de Rep. meritum comiter excepit: & gratias pro ſummis ejus in ſe beneficiis egit. At Curio, quia jam non obſcure vis in Caeſarem pararetur, ſuaſit ei, ut omnem exercitum quam maturrime contraheret, & oppreſſam paucorum audacia Rempublicam vindicaret. Caeſar quamvis ea omnia ita eſſe haud ignorabat, cenſuit tamen Reip. imprimis habendam eſſe rationem: nequis armorum cauſſam eum eſſe judicaret. Itaque per amicos id ſolum contendit, ut duae ſibi legiones, & provincia Gallia Ciſalpina, atque Illyricum relinqueretur. Quae omnia ab illo acta, ut ſi forte conditionum aequitate adduci poſſent adverſarii, in otio Reſp. foret. His poſtulatis ne ipſe quidem Pompejus refragari auſus eſt. Sed cum nihil a coſſ. impetraret Caeſar; literas ad ſenatum perſcribit, quibus breviter geſtis ſuis, & meritis in Rempubl. percurſis, orabat, ne populi ſibi beneficium eripiatur, qui abſentis rationem haberi proximis comitiis juſſiſſet: non recuſare ſe, ſi ita ſenatui populoque Rom. videatur, exercitum dimittere, modo idem a Pompejo fiat. Illo imperium & exercitus retinente, nullam cauſſam eſſe, cur inimicorum ſe injuriis ipſe exponeret, & militem dimitteret. Has literas Curioni perferendas tradit: qui incredibili celeritate millia paſſuum CLX emenſus, tridui ſpatio ad urbem venit, antequam Kal. Januariae adveniſſent, aut coſſ. de Caeſaris imperio quidquam ſtatuere potuiſſent. Confecto itinere Curio literas retinet, nec niſi in frequente Senatu, & praeſentibus Tribb. plebis tradit: metuebat enim, id prius ſi feciſſet, ne ab iis ſupprimerentur.* Hic deinde ſubjicienda illa, *Literis Caeſaris conſulibus traditis:* nam verba illa *a Fabio C.* aliquis ineptus librarius inſeruit, quod audacter affirmare non dubito, etſi eas in omnibus MSStis invenio. VOSSIUS.

1. Litteris a Fabio C. Caesaris &c.] Recte Viri docti obſervant, apertum in his verbis ineſſe errorem. Nam Caeſaris litterae non traditae ſunt conſulibus a Fabio, ſed a Curione. dein quaeritur, an alibi Caeſar de ſe loquens addiderit praenomen C. & non ſemper ſcribſerit ſimpliciter *Caeſar.* Hinc Vaſcoſ. jam, Strada, Steph. Manut. & alii dant *a C. Fabio Caeſaris.* Exſtat tamen locus l. III. B. Civ. c. 1. *Conſules creantur Julius Caeſar & Servilius.* Sed Urſinus ibidem *Julius* adjectitium putat. At l. I. B. Civ. c. 13. *C. Caeſarem Imperatorem*; ubi quidem aliorum refert verba. Confer. Suet. c. 30. *C. Caeſar condemnatus eſſem* & ibi Caſauboni notam. Etiam apud Hirt. in B. Alex. c. 34. MSS. Petav. & Leid. pr. habent *C. Caeſari victori.* Immo l. VIII, 54. *a C. Caeſare*, & B. Afric. c. 35. MSS. & Edd. omnes habent *C. Caeſarem.* Sic etiam omnes MSS. in c. 88. *in C. Caeſaris clementia.* Itidem in B. Hiſpan. c. 2. ſi quidem ſanus eſt locus, quod non credo. In MSS. pleriſque eſt *C. Caeſaris a Fabio.* Hinc Clacconius, Lipſius, alii legunt *a C. Curione*; nam turpiter peccat Hotomanus conjiciens *a C. Fabio Curione.* Cum Curio ſit cognomen Gentis *Scriboniae*, non *Fabiae*; quod jam monuit Urſinus. Scaliger & alii cum Voſſio ejici malunt *a Fabio C.* Verum praepoſitio *a* omnino eſt retinenda: immo genuinam Caeſaris ſcripturam ex parte nobis ſervavit optimus ille Leidenſis primus codex, qui habet *a Fabio Caeſare.* Hinc enim ſcribo *Litteris a Cajo Caeſare*, id eſt a Caeſare miſſis, quae a Caeſare venerant. Quod non intelligentes librarii, auctorem tam turpiter interpolarunt. Terentius Phorm. 1, 2, 99. *Sed epiſtolam ab eo adlatam eſſe audivi modo.* id eſt, *ejus.* Liv. l. II. c. 3. *His litteras ab Tarquiniis reddunt.* Cicero l. II. ad Fam. Epiſt. 17. *Litteras a te mihi ſtator tuus reddidit Tarſi.* Immo ipſe Caeſar l. III. B. Civ. c. 36. *Scipionem litterae ſunt conſecutae a M. Favonio.* Hinc intelligimus vim locutionis, quam e MSS. reſtitui l. V, B. G. 54. *Imperia a populo Romano.* l. VII. c. 17. *Vox ab iis eſt audita.* id eſt, eorum: ubi adi Brant. Simi-

lia

recitarentur: ut vero [1] ex litteris [a] ad ſenatum referretur, inpetrari non
potuit. Referunt conſules de republica. ([2] in civitate.) L. Lentu- 2
lus conſul [b] ſenatu reique publicae [c] ſe non defuturum pollicetur, ſi au- 3
dacter [d] ac fortiter ſententias dicere velint: ſin Caeſarem reſpiciant, at-
que ejus gratiam ſequantur, ut ſuperioribus [e] fecerint temporibus, ſe ſibi
conſilium capturum, neque ſenatus [f] auctoritati obtemperaturum; habere
ſe quoque ad Caeſaris gratiam, atque amicitiam receptum. In [g] eamdem 4
ſententiam loquitur Scipio; Pompejo eſſe in animo, reipublicae non de-
eſſe, ſi ſenatus ſequatur: [3] ſin [h] cunctetur, atque agat lenius, [i] nequid-
quam ejus auxilium, [4] ſi poſtea velit; [k] ſenatum inploraturum.

VARIAE LECTIONES. II.

a *eis lectis* V. b *ſenatui* L. ſec. V. & alii cum Edd. Vett. ac L. pr. a ſec. m. ſed V. ad l. I. B. G. 16. *reip.* L. pr. V. c deeſt B. *ſeipſe* Lov. d *aut* L. pr. e *fecerunt* Pal. B. Edd. pp. f *auctoritatem* Lov. g *eadem ſententia* V. h *ſi* MSS. & Edd. Vett. ut alibi. *aut* L. ſec. Edd. pp. i *nequaquam* Lov. Edd. pp. *nequiquam* V. ut l. VIII, 19. k deeſt vulgo.

lia paſſim occurrunt innumera. Vide Grammaticos & Giſan. Ind. Lucr. V. *a.* Gronov. ad Liv. XXVII, 5. *fides a Conſule.* Cort. ad Salluſt. Jug. c. 31, 1. *Multa a vobis.* Si quis tamen mordicus retinere velit nomen *Fabii*, poſſet fingere litteras Caeſaris ſimul & Fabii Conſulibus redditas eſſe, ac legere *L. a Fabio ac Caeſare*, minima ſane vel nulla mutatione. Verum non video cauſſam, cur de Fabii litteris mentionem feciſſet Caeſar. Quare niſi vetaret mos Caeſaris, reſcribi facile foret *L. a Julio C. Caeſare.* Ut *Pupius M. Piſo.* De quo vide ad l. I. c. 2. Quidquid ſit, hoc ſaltem veriſſimum eſt *Litteris a Caeſare.*

1. Ex litteris ad Senatum referretur] Quo ſententias rogati ſenatores, diſceſſionem facerent. Referebat autem conſul, qui priore loco creatus erat, ſi modo praeſens adeſſet. Nec impedit, quod paullo poſt ait noſter, *retuliſſe conſules de Rep.* has enim partes unus ſuſtinuit, alter collegae relationem comprobavit. Vide *Paullum Manutium* de Sen. Rom. c. VII. DAVIS.

2. In civitate] *Civitatem* hic pro *Urbe*, aut Roma dixit Caeſar. Et ſic infra: *ut tribunos ea re ex civitate expulſos, in ſuam dignitatem reſtitueret.* Et ita accipiendum hunc locum ſatis oſtendit, quod poſtea Caeſar ait, *ſenatus in urbe habebatur.* Quamvis durius illud Hottomanno videatur. Ne quis vero miretur Caeſarem dicere *ſenatum in civitate habitum*, ſcire oportet factum id, quia infra ait Caeſar, *Proximis diebus habetur ſenatus extra urbem.* Nam ut ex Paullo Feſti abbreviatore diſcimus, in Bellonae templo ſenatus iis dabatur, quos in urbem admittere nolebant Romani. Unde liquet ſine cauſſa Ciacconium pro *in civitate* reponere *indefinite:* nempe quia ſolebant Coſſ. ad Senatum referre aut infinite de Republica, aut de ſingulis rebus finite, uti ex Gellio conſtat. Sed nec valde adverſum me habebit, qui haec verba *in civitate* arbitretur a librario inſerta. VOSSIUS. Merito ſuſpectas habent has voces Viri Eruditi, ut & ſupervacaneas, & Caeſari hanc in ſententiam prorſus inſolentes. CLARKE. *Infinite* non reſpuit quoque Hotomanus, ſi MSS. addicerent, ex Gellio l. XIV. c. 7. Cum Scaligero Faërnus, Urſinus, Gruterus ejicere malebant. Magis mihi adridet conjectura Petri Fabri *incitate* ad Cicer. Acad. l. II. c. 5. *Exclamant quaſi mente incitati.* quam vocem orae libri ſui quoque adlevit Lipſius, qui & adſcripſit *in calamitate*, ut ad ſequentia referantur.

3. Sin cunctetur atque agat lenius] *Lentius* malebat Ciacconius, quod non probo. *Cunctari* enim, & *lentius agere* idem ſunt, quare nihil attinebat eandem vocem repetere. *Cunctari & lenius agere*, hic opponitur ei, quod ſupra dixit, *ſi audacter ac fortiter ſententias dicere velint.* Nam cunctatur qui timet; & qui lenius agit cum alio quam oportet, aliquem quoque timorem, aut ſtudium prodit. Itaque mens Scipionis eſt, Pompejo mentem eſſe Reip. non deeſſe, ſi exemplum ſequatur Senatus; ſin ille metu Caeſaris cunctaretur, & lenius de eo decerneret, fruſtra poſtea Pompeji auxilia imploraturum. VOSSIUS. *Lenius* recte defendit Voſſius. Liv. l. III, 31. *Tribuni lenius agere cum patribus.* Cl. Drak. ad c. 50, 11. *leniter agentibus reſponſum non redditur.* Vide & viros doctos ad Salluſt. Jug. c. 60. *conſulto lenius agere;* ubi idem Ciacconius conjiciebat *lentius.* Plura diximus ad l. V. B. G. c. 17. *Lenius noſtros laceſſere coeperunt.* uti e MSS. reſtituimus.

4. Si postea velit, imploraturum] Omnes Codd. exhibent, *ſi poſtea velit*, ſenatum *imploraturum;*

1 II. Haec Scipionis oratio, quod [1] ſenatus in urbe habebatur, Pompe-
2 juſque aderat, ex ipſius ore Pompeji mitti videbatur. Dixerat aliquis le-
niorem ſententiam, [a] ut primo M. Marcellus, ingreſſus in eam oratio-
nem, non oportere ante [2] de ea re ad ſenatum referri, quam [b] delectus
tota Italia habiti, [c] & exercitus conſcripti eſſent: quo praeſidio, [d] tuto,
3 & libere, ſenatus, quae vellet, decernere auderet: ut M. Calidius, qui
cenſebat, ut Pompejus in ſuas provincias proficiſceretur, [e] ne qua eſſet
armorum cauſſa: timere Caeſarem, [3] abreptis ab eo II legionibus, ne ad
ejus periculum reſervare, & retinere eas [f] ad urbem Pompejus videre-
4 tur: [g] ut M. Rufus, qui ſententiam Calidii, paucis [h] fere [4] mutatis rebus,
ſequebatur. Hi omnes convicio L. Lentuli [i] conſulis correpti exagitaban-
5 tur. Lentulus ſententiam Calidii pronunciaturum ſe omnino negavit.
Marcellus perterritus conviciis a ſua ſententia diſceſſit. Sic vocibus con-
ſulis

VARIAE LECTIONES.

a deeſt Lov. *Marcello* L. pr. Mox vulgo *de rep.* b Sic Pet. L. pr. V. c abeſt V. *exercituſque* L. ſec. d *tute ac l.* L. ſec. e *neque* MSS. 4. f *in* L. ſec. Lov. g *at M. R. ſent. Calidi* Lov. h *vero* Carr. V. vulgo *m. verbis.* i abeſt L. pr.

raturum; nec ſane editores nuperi ad *Caeſaris* ἀφέλειαν attendiſſe videntur, qui vocem penultimam expunxerunt. DAVIS. Agnoſcunt MSS. & Edd. omnes uſque ad Lipſ. & Scalig. quare vocem eam, quod & recte Cl. Clarkius fecit, revocavi.

1. SENATUS IN URBE HABEBATUR, POMPEJUSQUE ADERAT] Sic MSS. omnes, & recte. Sed torquent ſe viri docti ſuper hoc loco. Nam quomodo, ajunt, in urbe habito Senatu, adeſſe Pompejus potuit, qui pro conſule ad urbem erat? neque enim talibus licet ingredi urbem, unde & ſenatus iis in templo Bellonae extra urbem datur. Ob haec P. Victorius legebat *aberat*: quod merito docti omnes damnant. Ciacconius ait in codice quodam ſe reperiſſe *auerat*: & arbitratur corruptum hoc ſcriptumque antea *a. u. erat*, hoc eſt *ad urbem erat*. Sed velim oſtendat, quis hoc compendio *a. u.* deſignari dixerit *ad urbem*. Ego ſane in veterum notis nihil tale invenio. Quare & hoc rejicio, & lectionem *aderat* veram eſſe ſtatuo. Nam quod ait Caeſar in urbe habitum ſenatum, & Pompejum adfuiſſe: inde non ſequitur eum in urbe fuiſſe. *Aderat* hic eſt haud longe aberat, nimirum ſub urbis moenibus. Sic infra Caeſar ait, *Cn. Pompejus pridie ejus diei ex urbe profectus*: ubi illud *ex urbe*, eſt pro *ab urbe*. Conſtat autem ſic ſententia. Nam quod Victorio videbatur, ideo Scipionis verba accepta eſſe, quaſi ex ore Pompeji miſſa fuiſſent: quia ille aberat: id contra ſe habet; videbantur enim ab ipſo Pompejo prolata, quia in propinquo erat; unde credebatur haud dubie Scipio cum Pompejo locutus, & ejus inſtinctu haec protuliſſe. VOSSIUS. Cum Voſſio faciunt recte Urſinus, Cellarius, Clarkius & alii. Sed Muretus Var. Lect. x, 20. contendit e ſuo MSto *auerat* reſcribendum *ad urbem erat*; immo Hotomanus ſcribit, ſe admonitum eſſe, a viro docto in codice plenis litteris repertum eſſe *ad urbem erat*. Sed nil mutandum. Eadem eſt vis in verbo *aderat*; id eſt, praeſto erat, ad manum erat, ut ſuccurrere poſſet. Hinc ſaepe, *jam aderit*. Peſſime autem *aberat* ediderunt Manut. Brutus, Plantin. alii.


2. DE REP.] Sic quidem Ven. 1517. Ald. Baſ. Manut. Gryph. Plantin. & ſeqq. Non male, ſi e MSS. ſed Codices Brantii, Hotomani, meique ad unum omnes, & primae Edd., item Vaſc. Strad. Steph. Gryph. poſt. dant *de ea re.* quod interim repoſui.

3. ABREPTIS AB EO LEGIONIBUS.] Giſan. in Obſerv. Ling. Lat. p. 53. e Vet. Cod. emendat *correptis*: cum in editione, qua utebatur, inveniſſet *corruptis*. Et ſane MSS. Hotom. Brant. & mei cum Edd. primis dant *correptis*. Solus recentiſſimus Leid. ſec. habet *abreptis*. Quod rectius eſt, & retineo. Si quid mutandum, mallem *ſurreptis* ſive *ſubreptis* fraude ſcilicet & dolo. Adi ad Lucan. II, 475. *Parthorum ſubducta metu.*

4. MUTATIS VERBIS] Quia Ciacconius in aliis MSS. compererat eſſe *rebus*, utrumque pro gloſſa accipiebat, exiſtimabatque ſcriptum fuiſſe *Paucis mutatis*. Non probo. *Rebus* eſt in Carr. Petav. Scalig. Leid. pr. ſec. Palat. & Voſſiano. Bene. Ejus gloſſa eſt *verbis*. Paſſim *res* ſumuntur

A. Musculus Cæsaris





B *Turris latericia Cæſaris, cum funibus anchorariis præpondentibus, dum ſit opus.* C. *Tectum ſuperne, mobile.*

ſulis, [1] terrore praeſentis exercitus, minis amicorum Pompeji, [a] plerique compulſi, inviti & coacti, Scipionis ſententiam ſequuntur; *Uti ante certam diem Caeſar exercitum dimittat: ſi non [b] faciat, eum adverſus rempublicam facturum videri.* [2] Intercedit [c] M. Antonius, Q. Caſſius, tribuni plebis. Refertur confeſtim de interceſſione tribunorum: dicuntur ſententiae graves: ut quiſque [d] acerbiſſime crudeliſſimeque dixit, ita quam maxime ab inimicis Caeſaris conlaudatur.

7

8

III. Miſſo ad veſperum ſenatu, [3] omnes, qui ſunt ejus ordinis, a Pompejo evocantur. [4] Laudat [e] Pompejus, atque in poſterum confirmat; [f] ſegniores caſtigat, atque incitat. Multi undique ex veteribus Pompeji exercitibus,

1

2

VARIAE LECTIONES.

a *A plerisque c. multi* & Lov. *inpulſi* Pet. b *fecerit* Pet. c *tum M.* Carr. d *acerb. dicit* Lov. e vulgo *promptos.* f *ſeniores* Pet. Lov. L. pr. V.

tur pro argumentis, filo orationis, & ſimill. Vide praeter alios Cl. Burm. ad Phaedr. l. I, 27. Hinc ſaepe *hac re, his rebus, quibus rebus:* cum de oratione vel ſermone agatur tam apud alios, quam noſtrum. Eumdem conſule ibid. ad l. IV, 9. & Nos ad l. IV, B.G. c.17. l.V, 36. *Quae de re communi dicere vellent, quibus rebus controverſias minui ſperarent.* Infra c. 8. *Eadem fere atque eisdem* REBUS *agit.* ubi alii *diebus*, alii *verbis* ſubponunt. Apulej. l. X. p. 215. Ed. Pric. *Quibus verbis accuſator reum urſerit* (ſic bene Ed. Scriv.) *quibus* REBUS *diluerit reus.* ubi *rationibus* fruſtra ſubſtitui a Stewechio, jam monuit Sciopp. Verif. l. I. Ep. IV.

1. TERRORE PRAESENTIS EXERCITUS] Vocem *praeſentis* recte praetermittit *Lov.* DAVIS. *Cur. ſec.*

2. INTERCEDIT] Inpedit, ne hac de re fiat Senatusconſultum; tanta enim fuit Tribunorum poteſtas. *Liviana* Epit. CIX. *M. Antonio, Q. Caſſio, Tribb. plebis, quoniam interceſſionibus id Senatusconſultum impediebant, urbe pulſis.* Adi & *Dionem* l. XLI. p. 153. Hoc cum eveniret, ſententia, quam tulerant Senatores, *auctoritas Senatus* proprie vocabatur. Vide *Joan. Sarium Zamoſcium* de Sen. Rom. l. II. c. XI. & *Barn. Briſſonium* de Form. l. II. p. 192. DAVIS. *Intercedunt*) Codices plerique, *Intercedit.* Quod tamen minus elegans videtur. CLARK. In Plurali quidem ediderunt quoque Vaſcoſ. Strada, Steph. & Gryph. poſt. Sed contra MSStos omnino omnes, quod nequaquam mutari debet; licet aliud doceat Grammaticorum regula. Vide ad l. IV. B. G. 17. *Principes ac ſenatus feciſſet*, & paſſim. Adde Cort. ad Salluſt. B. Catil. c. 47. in fine. Hinc patet, emendatione non opus eſſe apud Lucan. l. IV. Init.

Jure pari rector caſtris Afranius illis
Ac Petrejus erat. ubi Markland. ad Stat. Silv. II, 2, 60. reponit: *Et Petr. erant.* l. III. B. Civ. c. 7. *Erat Orici Veſpillo & Rufus cum navibus, quibus praeerant.* ubi Clarkius mavult *Erant.* Contra ubi plures Codices ſervant pluralem, nolim inculcare ſingularem numerum. Adi Cl. Drak. ad Liv. I, 31.

3. OMNES QUI SUNT EJUS ORDINIS] Putat Hottomannus per ordinem hic non ſenatum notari, ſed inimicos Caeſaris: ut, *omnes ejuſdem ordinis* idem ſit, ac ſi dixiſſet Caeſar, *omnes qui eandem ſententiam habebant*, vel *qui earundem erant partium.* Sed nolim id ita accipere: puto intelligi per ordinem univerſum ſenatum, quem falſum eſt fuiſſe prope hominum mille, quod putabat Hottomannus; nam Caeſar dictator ita numerum auxit; antea plures aliquanto quadringentis erant, ut diſcere eſt ex epiſtola Ciceronis ad Atticum, quam ſcripſit coſſ. Meſſalla & Piſone, ſive anno urbis DCXCII. ubi ait: *Homines ad* XV *Curioni nullum ſ. c. facienti, aſſenſerunt, facile ex altera parte* CCCC *affuerunt.* Etiam apud Appianum l. II. de bello Civili de fere quadringentis legimus p. 446. Ἐπανερομένου δὲ τοῦ Κουρίωνος εἰ ἀμφοτέρους δοκεῖ τὰ ἐν χερσὶν ἀποθέσθαι, δύο μὲν καὶ εἴκοσιν ἀνδράσιν ἀπήρεσκε, τριακόσιοι δὲ καὶ ἑβδομήκοντα ἐς τὸ συμφέρον ἀπὸ τῆς ἔριδος ἐπὶ τὴν τοῦ Κουρίωνος γνώμην ἀπέκλιναν. id eſt, *Et cum denuo rogaret Curio, utrum juberent ambos poteſtatem deponere, duobus &* XX *hoc diſplicuit, trecenti* LXX, *ob utilitatem publicam omiſſis rixis, in Curionis ſententiam tranſiverant.* Unde liquet Syllanum ſenatum plures aliquanto quam quadringentos homines habuiſſe. VOSSIUS.

4. LAUDAT PROMPTOS, ATQUE IN POSTERUM CONFIRMAT] MSSti omnes & vett. cuſi *Laudat Pompejus, atque in poſterum confirmat*, unde lectionem vulgo receptam extudit *Octav. Pantagathus*, aliter enim deeſt vox, quae *ſegnioribus* opponatur. Vide tamen, an ſcribi poſſet *Laudat Pompejus: acres in poſterum confirmat* &c. ut ſententia

3 citibus, ſpe praemiorum atque ordinum, evocantur: multi ex duabus legionibus, quae [a] ſunt tranſditae a Caeſare, [b] arceſſuntur. [1] Completur [c] 4 urbs. Ad jus comitiorum Tribunos plebis C. Curio evocat. Omnes amici conſulum, neceſſarii Pompeji, atque [d] eorum, qui veteres inimicitias cum 5 Caeſare gerebant, [e] in ſenatum coguntur: quorum vocibus, & concurſu terrentur infirmiores, dubii confirmantur; pleriſque vero [2] libere decernendi

VARIAE LECTIONES.

a *Tr. a C. fuerant* Lov., b *arceſſiuntur* L. pr. V. ad l. 1, 31. c *compleretur* B. d *ii* Hotom. ſi adduceret V. C. e Sic MSS. non *cog. in ſ. amicitias* ante L. pr.

tentia ſit, Pompejum initio univerſos laudaſſe, quia omnes erant inimico in Caeſarem animo; dein maxime vehementes confirmaſſe, ſegniores autem incitaſſe; vel etiam *laudat Pompejus acres, in poſterum confirmat: Segniores* &c. Ac hanc ſane conjecturam praetulerim. DAVISIUS. *Promptos*,] MSS. & Editt. Vett. habent, *Pompejus*. Quod & ferri poteſt. Neque enim neceſſe eſt, ut ſit, quod τῷ (*ſegniores*) opponatur. Laudat Pompejus Omnes; Siqui tamen paullo ſegniores videantur, hos caſtigat inſuper, atque incitat. CLARK. Poſt *opponatur* adde; *Tacitus* in vit. Agricolae c. XXI. *laudando* promptos, & *caſtigando* ſegnes. Nec ea ſane conjectura melius quidquam poſſum comminiſci, niſi forſan, *promptiores* a *Caeſaris* manu fuiſſe judices. Dele *vide tamen* &c. ad finem notae. DAVIS. *Cur. ſec. Pompejus* habent MSS. & Edd. omnes ad Scaligerum uſque. quod repoſui, donec Pantagathi aut Daviſii conjectura certius aliunde confirmetur. Taciti locum jam laudaverat Ciacconius. Clarkio praeivit Hotomanus.

3. COMPLETUR URBS AD JUS COMITIORUM. TRIBUNOS PL. CURIO EVOCAT] MS. Cujacii & v. c. noſter habent *& jus comitium*. (Sic & MS. *Norv.*) Sed quia haec comitia jam habebantur ineunte Januario, nec ulla alia brevi futura erant, diſpiciendum, an non corruptus locus ſit. Sane id putabat Ciacconius, legebatque *completur urbs. Ad jus comitiorum tribunos pl. C. Curio evocat.* Ut illud *completur* ad milites Pompeji referatur, quos Caeſar arceſſitos dicit: altera verba denotent Curionem evocaſſe Tribb. plebis ad defendendum illud jus, quod Caeſari ſuperioribus comitiis a populo conceſſum erat, uti abſentis ejus ratio haberetur. Sed mihi inſolens illa locutio videtur, evocare aliquem ad jus comitiorum; pro eo quod eſt, ut jus comitiorum defendat: deinde quo evocavit tribb. Curio? Ego ſcribo; *completur urbs. ad jus comitiorum tribunus pl. C. Curio provocat:* vel *completur urbs: ad jus comitiorum tribb. pl. & Curio provocant*; nam uti ex Dione diſcimus, Curio tunc pontifex non erat; niſi tribunum nuncupet Caeſar eum, qui illo in ordine aliquando fuit. VOSS. Niſi me animus fallit, ſcribendum *Completur urbs. Ad jus comitiorum Tribunos plebis C. Curio advocat*; haec enim vox ad *patrocinium* κυρίως pertinet. DAVIS. Vide ſis *J. Fr. Gronovium* ad *Senecae* de Clem. l. 1. c. 9. IDEM. *Cur. ſec.* Rectius ſine dubio diſtinguitur: *Completur urbs. Ad jus comitiorum &c.* Quomodo jam Vaſcoſ. Str. Steph. aliique ediderunt, eoſque ſecutus ſum. Pro *evocat* Vir doctus conjecit & *ſevocat.* Sed malim, ſi in eo quid mutandum, *advocat.* uti apud Tacitum l. 11. Hiſt. quem citavit jam Ciaccon. *Tribunos plebis in auxilium ſpretae poteſtatis advocavit.* Nota ſunt omnia de *advocatis.* Verum altius vulnus auctori inſidet. Petav. Cujac. Scalig. Leid. pr. Lovan. Pulm. ſchedae habent *Urbs & Jus comitium.* atque ita Var. LL. Plant. Ed. 1578. *Comitium* eſt quoque in Palat. & Voſſ. *Ejus* in Ed. Ven. 1494. Dein pro *C. Curio*, qui apud Celſum p. 143. corrupte vocatur *Cicero*) MSS. Pet. Scal. Cujac. Leid. pr. ſec. Voſſ. Lovan. Bong. dant *Centurio*, cum ſchedis Pulm. & variis LL. Plant. Unde forſan non procul a vero refingere poſſemus. *Completur urbs & ejus Comitium tribunis mil. Centurionibus, evocatis.* Quomodo partim ad libri ſui marginem adſcripſerat Lipſius. *Comitium* addiderit auctor, quia hoc in foro erat prope curiam: unde metu armatorum ſenatores, Caeſaris partibus dediti, libere ſententiam dicere non auſi fuiſſent. Urbem militaribus viris plenam fuiſſe, alii quoque tradunt hiſtorici. Alias quoque in tumultu hoc factum. Cicero pro Sextio c. 35. *forum, comitium, curiam armatis hominibus implevíſſet.* Immo ipſe Caeſar metuebat, ne, ſi privatus rediſſet, Milonis exemplo, circumpoſitis armatis, cauſſam apud judices diceret, teſte Suetonio c. 30. Pro *tribunis mil.* poſſet etiam ſimpliciter ſcribi *tribunis*, ut crebro ſolet. *Plebis* addere potuit librarius, credens de *Tribunis plebis* agi.

1. LIBERE POTESTAS DECERNENDI] Lege cum *Bongarſ.* tertio *libera decernendi poteſtas.* Vide ad B. G. VIII, 32. DAVIS. *Cur. ſec.* Recentiſſimo iſti Codici nullus meorum ſubſcribit. Sed *dec. poteſt.* eſt in omnibus; quem idcirco ordinem repo-

di poteſtas eripitur. Pollicetur L. Piſo Cenſor, ſeſe iturum ad Caeſarem; item
L. Roſcius praetor, qui de his rebus eum doceant: VI dies ad [a] eam rem 7
conficiendam ſpatii poſtulant. Dicuntur etiam [b] a nonnullis ſententiae,
ut legati ad Caeſarem mittantur, qui voluntatem ſenatus ei proponant.
IV. Omnibus his reſiſtitur, [c] omnibusque oratio conſulis, Scipionis, 1
Catonis [d] obponitur. [1] Catonem veteres inimicitiae Caeſaris incitant, & 2
dolor repulſae. Lentulus aeris alieni magnitudine, & ſpe exercitus, ac
provinciarum, & regum adpellandorum largitionibus movetur: ſeque al- 3
terum fore Sullam, inter ſuos gloriatur, ad quem [e] ſumma imperii redeat.
Scipionem eadem ſpes provinciae atque exercituum inpellit; quos ſe [2] pro
[f] neceſſitudine partiturum cum Pompejo arbitratur; ſimul judiciorum [g] me-
tus, [3] adulatio, atque oſtentatio ſui, [h] & potentium, qui in republica
judiciiſque tum plurimum pollebant. Ipſe Pompejus ab inimicis Caeſaris 4
inci-

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt Buſl. Edd. pp. *conficiendi* V. b *ab* V. c *omnibus o.* L. ſec. idem & C. male. d *adponitur* MSS. 4. e *ſummum imperium* Lov. f *neceſſitate* V. *arbitrabatur* L. pr. g *motus*. Pal. h vulgo deeſt &.

poſui. Hirt. de B. Alex. c. 8. *Mare libere tenerent*: ubi potuiſſet dicere *liberum*.

1. CATONEM VETERES INIMICITIAE CAESARIS INCITANT, ET DOLOR REPULSAE] Falſum utrumque: ſolus Catonem publici amor impulit, qui tantus, ut nec Pompejo quidem ſatis faveret, quia formidoloſam Reip. potentiam ejus judicabat. Narrat Plutarchus in vita Pompeji, cum Pompejus ſenatusconſulto conſul factus eſſet, comiter ab eo appellatum Catonem, & rogaviſſe Cneum, uti ſe conſilio juvaret. Dein ſubdit, Κάτων δὲ χάριν μὲν ἔχειν αὐτῷ τὸν Πομπήϊον οὐκ ἠξίου (δι' ἐκεῖνον γὰρ, ὧν εἶπεν, οὐδὲν εἰπεῖν, διὰ δὲ τὴν πόλιν) ἔσεσθαι δὲ σύμβουλος ἰδίᾳ παρακαλούμενος. ἐὰν δὲ μὴ παρακαλῆται, δημοσίᾳ φράσειν τὸ φαινόμενον. τοιοῦτος οὖν Κάτων ἐν πᾶσι. *Cato vero gratias ſibi agi a Pompejo paſſus non eſt, (neque enim quae dixiſſet illius cauſa ſed Reip. protuliſſe) conſiliumque ſuum affirmavit ſeorſum ei non defuturum, ſi peteret: ſi non peteret, publice ſe quod videretur dicturum. Atque talis Cato in omnibus fuit.* Huc reſpexit Vellejus Paterc. cum ait l. II. c. XLIX. *Conſules ſenatuſque cauſſae, non Pompejo ſummam imperii detulerunt.* Quae verba non intellexit magnus Lipſius, & neſcivit, quid illud eſſet, *cauſſae deferre ſummam imperii*. Nimirum hoc vult Paterculus: cauſſae delatum imperium, & Pompejo propter cauſſam: nam non tam Pompejo, quam Reipub. conſultum volebant Cato aliique. Ut fruſtra Lipſius ſit, qui emendabat *cauſſa nominis Pompejo ſummam imperii detulerunt*. VOSSIUS.

2. PRO NECESSITUDINE] Incuria lapſus eſt *Fr. Hotomannus*, qui ait Scipionem *Pompeji filiam in matrimonio habuiſſe*, cum e contrario Pompeji fuerit ſocer. *Plutarchus* in Caeſ. p. 722. Σκιπίων μετὰ ὁ Πομπηΐου ΠΕΝΘΕΡΟΣ εἰσηγήσατο γνώμην. Vide & *Dionem* l. XL. p. 144. DAVIS. Ciacconius e conjectura mavult *quae ſecum part. Pompejum.* Quia *partiri cum aliquo* notat *participem facere* l. III. B. Civ. c. 82. *Pompejus ſuum cum Scipione honorem partitur.* Sed ut hoc verum ſit in omnibus exemplis, ſtudioſe Caeſar ita hic ſcripſiſſe videtur, quo exaggeret Scipionis ſpem, ſibi promittentis quamdam electionem in partiendo, ut qui Pompeji eſſet ſocer.

3. ADULATIO ATQUE OSTENTATIO SUI, POTENTIUM;] Potentes nimirum adulabantur ſibi ipſi, ſeſeque oſtentabant, quantum in Republica judiciiſque tum pollerent. Codd. Vett. habent (*adulatio atque oſtentatio ſui* & *potentium.* Quod ab iis videtur inſertum, qui neſcirent, quid eſſet; *potentium, adulatio & oſtentatio ſui.* CLARKE. Particulam & ejecit Scaliger e conjectura Octavii Pantagathi, ſed invitis MSS. omnibus ac priſcis Edd., & ut mihi videtur, idoneo refragante ſenſu, quem non cepit Clarkius. Non enim auctor hic vult potentes ſibi adulatos eſſe, ſeſeque oſtentaſſe, ſed Scipionem, quem ad arma incitabat ſpes provinciarum, ſimul judiciorum metus, magnaque de ſe ipſo opinio, qua ſibi adulabatur & ſe oſtentabat, jactans viros potentes, eorumque gratiam, dum & ipſe ſimul iis adulabatur, qui &c. quomodo hunc locum recte interpretatum fuiſſe Manutium, ſi bene ejus verba intelligo, opinor. Alioquin non ignotam mihi, & Caeſari aliquoties uſurpatam eſſe conſtructionem;

incitatus, [a] & quod neminem ſecum dignitate exaequari volebat, totum ſe ab ejus amicitia averterat, & cum communibus [b] inimicis in gratiam redierat, quorum ipſe maximam partem illo adfinitatis tempore [1] injunxerat Caeſari: ſimul infamia II legionum permotus, quas ab itinere Aſiae Syriaeque ad ſuam potentiam dominatumque converterat, rem ad arma deduci ſtudebat.

IV. His de cauſſis aguntur omnia [2] ruptim, atque turbate; [c] nec docendi Caeſaris propinquis [d] ejus ſpatium datur; nec tribunis plebis ſui periculi deprecandi, neque etiam [3] extremi juris interceſſione retinendi, quod

VARIAE LECTIONES.

a Perperam & abeſt ab Edd. quibuſd. b *inimicitiis* V. vulgo *adj.* & *Caeſar* MSS. & Edd. pp. male. c Sic MSS. d deeſt L. pr.

nem, qua duo Genitivi uni jungantur ſubſtantivo, oſtendi ad l. I. B. Gall. c. 30. *Helvetiorum injurias populi Romani.* Multo minus accedere poſſum Ciacconio legenti *jud. metu.* atque exponenti, quod Scipio ſperaverit, Caeſarem judiciorum ſibi metu adulaturum, & ſe tunc illi maxime oſtentaturum cum potentibus quibusdam, qui &c. quomodo Piſonem Cicero vocat *judiciorum metu horrentem, adulantem omnibus.* Hotomanus vero, quorſum *oſtentatio potentum* pertineat, neſciens, *adſentatio* conjiciebat. Sed quid tum differt *adulatio* ab *adſentatione.* Manutii expoſitio maxime, ut dixi, placet, & congruit cum MSS. quorum lectionem revocavi. Monendum tamen in Leid. pr. eſſe *obteſtatio ſui & potentum*, in Leid. vero ſec. *cunctatio ſui & p.* & in *Voſſ. obtent. ſ. & p.*

1. ADJUNXERAT CAESARI] Quidam libri veteres *injunxerat;* quod placere videtur *J. Fr. Gronovio* ad *Livii* VIII, 32. Ipſe quidem aliter cenſeo. DAVIS. *Cur. ſec. Conjunxerat* exſtat in Bongarſ. & Leid. ſec. vitioſe, quod ortum eſt ex τῷ *injunxerat*, uti in Urſin. Florent. Lovan. non tantum, ſed & in Scalig. Cujac. ac Leid. pr. exaratur; quo facit & Voſſ. qui habet *immiſerat. adduxerat* alter Urſin. Elegantius omnino eſt *injunxerat*, quam quod a Librariis proficiſci potuerit. Dicit Caeſar ad invidiam Pompejo augendam, ſibi ab eo inimicos illo adfinitatis tempore *injunctos* fuiſſe, tanquam grave onus, quod tamen ſuſcipere debebat, contractae neceſſitudinis gratia. De verbo *injungere* plura diximus ad l. VIII. B. G. 49. *Nulla onera nova injungendo.* Sic Caeſar l. VII. c. 77. dixit *injungere ſervitutem.* Alii *injungere detrimentum, injuriam, contumeliam.* Vide Ibid. ad Liv. Gron. ſed & l. VIII. c. 3. Vorſt. ad Juſtin. III, 5. Burmann. ad Ovid. l. V. Argum. Met. f. 1. *Contumeliam ſibi graviſſimam injunctam.*

2. RUPTIM ATQUE TURBATE] Haec lectio Scaligero placuit. Et ita erat in v. c. ac MS. Cujac. Petav. ac Palat. Neſcio tamen, an probare auſim. Ait Hottomannus *ruptim* idem eſſe quod *ſine ordine*, ergo tantundem quoque valet quam *turbate.* Sed cur idem bis dixerit Caeſar? Ego malim *raptim*, praeſertim cum *ruptim* quod ſciam apud autores non reperiatur. Sic Livius de Carthaginenſibus ait, *aguntur omnia raptim, ſtimulante fortuna.* Raptim eſt celeriter; & ait Caeſar omnia ſine ordine ac praepropere acta, ut minus ſpatii Caeſari, ejusque partibus eſſet ad conſultandum: atque huc pertinet, quod ſubjicit: *neque docendi ejus ſpatium propinquis datur.* Opponitur illud *raptim* ac *turbate* τῷ *recte atque ordine*: quod Graecis ὀρθῶς τε καὶ κατὰ λόγον. VOSSIUS. Utra lectio verior parum conſtat. CLARK. *Ruptim* eſt etiam in Leid. pr. Hotoman. & Edd. Rom. Mediol. *deruptim* Ven. placet tamen magis *raptim.* Millies *raptus* & *ruptus* confunduntur. Vide ſi res tanti videtur, quos laudat Arntz. ad Aur. Victor. Orig. c. 18. & ad Lucan. l. VI, 781.

3. EXTREMI JURIS INTERCESSIONE RETINENDI] Ita Scaliger edidit ex v. c. & ſic quoque in ſuo reppererat Urſinus. In aliis exemplaribus erat *interceſſionem.* Non diſplicet illa lectio, ut illud *quod* referatur ad vocem *juris:* itaque Caeſaris mens eſt: non datur tribunis plebis facultas retinendi per interceſſionem extremi juris, quod jus Sylla reliquerat; ſed nec alteram lectionem damno, quin pene praeferam. VOSSIUS. Codd. Nonnulli habent *interceſſionem.* Quod eodem redit. CLARKE. Manut. & Hotoman. delent *interceſſione.* Ciacconius interpolat *extremum jus interceſſionis.* Sed male. *Interceſſione*, ſive per interceſſionem, qua retinebant jus extremum, & in qua ſola conſiſtebat, legas quoque in Leid. pr. ſec. Petav. Palat. Bong. Lovan. & Edd. Rom. Med. Ven. aliisque, In Dorvill. eſt *extrema juris interceſſione.*

4. SED DE SUA SALUTE DIE SEPTIMO COGITARE COGUNTUR] Recte haec verba accipienda, nam

quod L. Sulla reliquerat, facultas [a] tribuitur; [4] ſed de ſua ſalute [b] VII die 2
cogitare coguntur; [1] quod illi turbulentiſſimi [c] ſuperioribus temporibus tribuni plebis [2] IIX denique menſe ſuarum actionum reſpicere ac timere [d] conſuerant. Decurritur [3] ad illud extremum atque ultimum SC. quo, ni- 3
ſi paene [4] in ipſo urbis incendio, atque [e] in deſperatione omnium ſalutis, [5] latorum audacia numquam ante [6] diſceſſum eſt, *Dent operam conſules, [f] praetores, tribuni [g] plebis, [7] quique [h] conſulares ſunt ad urbem, ne quid reſpu-*

VARIAE LECTIONES.

a *Attribuitur* V. Plant. M. b Ita Pet. L. pr. & alii. non *die VII. ſupremo die* V. c *ſuperioris temporis* Edd. qdd. *tempore* Lov. d Sic MSS. plerique, non *conſueverant. cenſuerant* Edd. pp. e vulgo deeſt *in*. f *populus R.* Edd. Ven. Baſ. Ber. *populi R.* B. Ed. Gr. inepte. *P. R.* L. pr. ſec. V. Edd. pp. g deeſt Cuj. h vulgo *pro conſulibus.*

nam foede in iis lapſi ſunt cum Urſinus, tum Ciacconius, qui ajunt VII diem hunc fuiſſe, ex quo magiſtratum inierunt Tribuni, qui ſpiſſus error eſt: nam Tribuni ut diſertim teſtatur Dionyſ. Halicar. IIII. Id. Decemb. dignitatem auſpicabantur. Unde & Plutarchus in Quaeſtionibus Rom. p. 283. c. ait, Διὰ τί περιπόρφυρον ὁ δήμαρχος οὐ φορεῖ, τῶν ἄλλων ἀρχόντων φορούντων; ἢ τὸ παράπαν οὐδέ ἐστιν ἄρχων; οὐδὲ γὰρ ῥαβδούχους ἔχουσι, οὐδὲ ἐπὶ δίφρου καθήμενοι χρηματίζουσιν, οὐδὲ ἔτους ἀρχῇ, καθάπερ οἱ λοιποὶ πάντες, ἄρχοντές εἰσιν, &c. VOSS.

1. QUOD ILLI TURBULENTISSIMI] Senſus poſtulat, ut legatur, cum *illi turbulentiſſimi* &c. Olim *quom*, at id in *quod* facile mutatur. Vide ad B. G. I, 18. DAVIS. *Cur. ſec.* Male mutare conatur Daviſius. *Quod* ſcilicet *cogitare de ſua ſalute.*

2. OCTAVO DENIQUE MENSE] Legebam *duodecimo menſe*, & video nunc idem Ciacconium poſuiſſe. Facile enim potuit XII in IIX mutari. Si XII legas, facile conjectu eſt, quid Caeſar velit. Si *octavo* retines, dicendum cum Hottomanno propter comitia conſularia, quae octavo poſt habebantur, dicere Caeſarem tribunos tum demum coepiſſe metuere; quia quotidie videbant illos, apud quos rationem reddituri eſſent actionum ſuarum. An, quo tempore coſſ. deſignabantur, eodem & Tribuno denuntiabatur, ut ſe pararet ad rationem reddendam omnium quae egiſſet, inquirendum cenſeo. VOSSIUS. MSS. mei decem, & Edd. primitus cuſae exhibent conſtanter *octo d. menſes.* Pro *ſuarum* in Petav. Scalig. Leid. pr. Voſſ. exſtat *variarum.* An *vanarum* i. e. levium? quae voces ſaepiſſime permutantur. Quod certi hic dicam, nihil habeo. Quare aliis diſpiciendum relinquo.

3. AD ILLUD EXTREMUM ATQUE ULTIMUM S. C.] De hoc fuſe *Barn. Briſſonius* Form. I. II. p. 211. ſeqq. Ed. Francof. DAVIS.

4. IN INCENDIO ATQUE DESPER.] MSS. omnes item Edd. Vaſc. Str. Steph. Gryphii addunt *in deſp.* Uti debet, ſi exprimere volumus id, quod ſolet paſſim addere auctor, ut innumeris liquet exemplis. Vide ad l. II. B. G. c. 10. *ut potius in ſuis, quam in alienis finibus decertarent.*

5. LATORUM AUDACIA] Has voces, appoſita admirationis nota, Parentheſi includendas cenſuit *J. Fr. Gronovius.* Diatr. in *Statium* c. 3. p. 20. Ipſe potius eas, tanquam Gloſſema, deleo. DAVIS. *Cur. ſec.* Manutius has voces abeſſe teſtatur a veteri Pinelli libro. Idem olim ſuſpicatus eſt *latronum audacia*, quomodo Ciacconius ſcribit eſſe in ſcripto libro. *Virorum* inveni in Voſſ. alii legunt inepte *civium perditorum audacia.* Ciacconius delebat *ſalutis latorum audacia* ultimamque vocem etiam a Viterbienſi libro exſulare monuit. Poſt *audacia* diſtinctionem ſuſtuli. Ait Caeſar, ad id SC. numquam ante deſcenſum eſſe audacia eorum, qui tulerunt, & tale SC. ut fieret, perpulerunt ſenatores, niſi in incendio atque deſperatione ſalutis omnium civium.

6. DISCESSUM EST.] Hoc quidem retinent mordicus MSS. cuncti: placet tamen magis conjectura Kohlii legentis *deſcenſum eſt.* Non enim agitur de diſceſſione in hanc vel illam ſententiam, ſed de totius ſenatus decreto. Adi omnino quae congeſſi ad l. VII. B. G. c. 78. *Ad Critolai ſententiam deſcendant.*

7. QUIQUE PROCOS. SUNT AD URBEM] Ita primus reſtituit Aldus Manutius, ſed nulla codicis veteris autoritate motus. Certe in Bong. Petav. & Pal. erat non *procoſ.* ſed *coſ.* Unde temere mutatum ſuſpicor: & repono *conſulares.* Nam conſulares ad urbem manebant, quando in provincias ituri, vel ex iis remeabant. VOSSIUS. *Procoſſ.* ſive *proconſulibus* emendavit Pantagathus & Briſſon. de Form. l. II. p. m. 212. *Proconſules* autem praeter Manut. etiam legunt Glandorp. Hotom. Ciaccon. & alii; ſed nullus MStorum favet, nec Ed. Vetus. In iis eſt *Conſules* vel *Conſ.*

4 *reſpublica detrimenti capiat.* [a] Haec S. C. perſcribuntur [1] a. d. [b] VIII Idus Januarias. Itaque V primis diebus, quibus haberi ſenatus potuit, qua ex die conſulatum iniit Lentulus, biduo [2] excepto comitiali, & de imperio Caeſaris, & de ampliſſimis viris, tribunis plebis, graviſſime a-
5 cerbiſſimeque decernitur. [c] Profugiunt ſtatim ex urbe tribuni plebis, ſeſeque ad Caeſarem conferunt. Is eo tempore erat Ravennae, exſpecta- bat-

VARIAE LECTIONES.

a *Lex tum deſcribitur* L. ſec. Carr. *SCto* L. pr. V. *praeſcr.* V. b vulgo *VII Id. Januarii. Iduum* Gr. c *perſ.* Pet.

Conſ. id eſt, Conſulares; uti bene ante Voſſium jam conjecit Brutus. *Proconſulibus* eſt quidem apud Ciceron. l. XVI. ad Famil. Ep. XI. Sed cum fuerint illi *Conſulares,* ut Pompejus, Scipio, Domitius, Cicero; non video, cur non ita potuerit ſcripſiſſe Caeſar. *Praetores* autem bene emendarunt Viri docti ex eodem loco aliiſque, quae videas apud Briſſonium: atque ita Petav. Cujac. & plures. Ceterum *omnes* habet Voſſianus, & *ſunt* abeſt a Scalig. Leid. pr. atque Ed. R. Steph. qui cum Vaſcoſ. Str. Gryphio edidit *Conſules.* Quomodo forſan vocaverit *Proconſules*, ut ſaepius apud Florum. V. Duker. ad l. II. c. 20. Infra c. 12. *praetor*, propraetor vocatur. ubi plura. ſed *Conſulares* diſerte inveni in Pulmanni ſchedis.

6. A. D. VII ID. JANUAR.] Recte Urſinus & Ciacconius putabant mendum latere, & pro VII ſcribendum eſſe VIII. Error ortus ex ſequente vocula *id.* hoc eſt *idus.* Primo enim ſcriptum erat VIII *id.* librarius unam lineolam omiſit. Nam Kal. Januariae, & IV Nonas, ipſaeque Nonae faſti erant dies, III & Prid. Nonas comitiales. IIX idus iterum faſtus. at VII idus comitialis, quo die ſenatus haberi nequivit. Itaque e quinque primis Januarii diebus, cum duo eſſent comitiales, per triduum tantum de Caeſare agere ſenatus potuit. Quod non cepiſſe videtur Manutius, cum pro IV emendat VI. Ille nimirum incluſit quoque VIII Id. Januarii. Sed perperam. nam ſi hoc Caeſar, voluiſſet; non addidiſſet verba illa *biduo excepto comitiali:* alioqui opus non erat haec verba addi, quia ſenatum comitialibus diebus non haberi nulli ignarum erat. Sexto vero menſis Januarii die, qui VIII Id. eſt, ſenatusconſulta perſcripta ſunt. Idque verum eſſe ipſa etiam Caeſaris verba indicant, quibus ait, *de ſua ſalute die* VII *cogitare coguntur.* Nam VI Januarii die, qui IIX Idus erat, SCta perſcripta ſunt; poſtero die qui ſeptimus menſis, de ſua ſalute cogitare coguntur. Itaque eo, quo dixi modo, emendandus locus. Niſi forte, quod alioqui non ſolebat fieri, die comitiali ſenatus habitus eſt. Nam etſi lege, quam Cn. Pupius trib. plebis tulerat, & ab eo dicta eſt Pupia, interdicebatur, ne comitialibus diebus ſenatus haberetur, contigiſſe tamen illud aliquando ſcio. Nam l. VIII. epiſt. VIII. Coelius in epiſt. ad Ciceronem ubi SCta recenſet, haec verba habet: QVOD M. MARCELLVS COS. V. F. DE PROVINCIIS CONSVLARIBVS: D. E. R. I. C. VII L. PAVLLVS, C. MARCELLVS COSS. CVM MAGISTRATVM INISSENT, EX A. D. KAL. MART. QVÆ IN SVO MAGISTRATV FVTVRÆ ESSENT, DE CONSVLARIBVS PROVINCIIS AD SENATVM REFERRENT, NEQVE QVID PRIVS EX KAL. MART. NEVE QVID CONIVNCTIM DE EA RE REFERRETVR A CONSVLIBVS: VTIQVE EIVS REI CAVSSA PER DIES COMITIALES SENATVM HABERENT, S. Q. C. FACERENT. Et l. II. epiſt. *Riſi*; ad Q. fratrem ait Tullius: *comitialibus diebus, qui Quirinalia ſequuntur, Appius interpretatur non impediri ſe lege Pupia, quo minus habeat ſenatum.* Sed hoc ſciendum extra ordinem factum fuiſſe. Et quid ſi etiam hoc tempore id actum? tum rectum ſit illud VII Idus. nam Kal. Jan. & IV Non. habitus ſenatus. Sequitur biduum comitiale: Nonis ipſis & VIII Idus habitus ſenatus. ſunt quatuor dies: adjice quintum comitialem: plenus erit numerus. Atque adeo pro hac ſententia adducere quoque liceat ea, quae ſubjicit, *die ſeptimo de ſalute ſua cogitare coguntur.* Nam VII Id. Januar. idem eſt ſeptimus menſis dies. Priorem tamen opinionem non damno. VOSSIUS. Quum in Carrar. Voſſ. & Leid. ſec. ſit *VIII*, eum numerum recepi cum Cellario. *Idus Januarias* plene ſcripſi e Petav. & Leid. ſec. Ceterum haud ineleganter in Lovanienſi exaratur *iiſque V primis diebus.* Vide ad l. V. B. G. c. 25. & Viros doctos ad Phaedr. l. I. Fab. I.

Ante hos ſex menſes.

2. EXCEPTO COMITIALI] Vir eximius *J. Fr. Gronovius* ad *Senecae* Nat. Quaeſt. l. III. Praef. reponit *biduo* exempto *comitiali;* nec dubium, quin ita loqui potuiſſet *Caeſar.* Cum tamen recepta lectio cunctis nitatur MSStis, non equidem video, cur ſit repudianda. DAVIS. *Cur. ſec. Exemto* exemplaris ſui margini adſcripſit quoque Lipſius.

batque ſuis [a]leniſſimis poſtulatis reſponſa; ſi qua hominum aequitate [1] res ad otium deduci poſſet.

VI. Proximis diebus habetur ſenatus extra urbem. Pompejus eadem 1
illa, quae per Scipionem oſtenderat, [b] agit; ſenatus virtutem conſtan- 2
tiamque conlaudat; copias ſuas exponit; legiones habere [c] ſeſe paratas x. praeterea cognitum, compertumque ſibi, alieno eſſe animo in Caeſarem milites, neque iis poſſe perſuaderi, [d] uti eum defendant, aut [e] ſequantur. [2] Saltem de reliquis rebus ad ſenatum [f] refertur, tota [g] Italia dilectus [3] ha- 3
beantur; Fauſtus [4] Sulla Propraetor in [h] Mauritaniam mittatur; pecunia uti ex aerario Pompejo detur. [i] Refertur etiam de rege Juba, ut ſocius 4
ſit atque amicus. Marcellus [k] vero paſſurum [l] ſe in praeſentia negat. De Fauſto

VARIAE LECTIONES.

a MSS. Br. Pal. L. ſec. B. Dorv. & Edd. pp. aliaeque *leviſſ.* perperam. b deeſt L. pr. c *ſe* V. d Sic MSS. & Edd. Vett. non *ut.* e *ſubſeq.* B. L. ſec. vulgo deeſt *ſaltem.* f *referunt* Edd. pp. g vulgo *ut J. del. habeatur. ut in* B. Pal. L. ſec. *in It.* Dorv. h *Mauret.* Urſ. e MSS. & nummis. V. alibi. *mittitur* MSS. plerique & Edd. pp. i *referunt* Edd. pp. k *non p.* C. L. pr. Sc. Pet. l deeſt L. pr. Lov.

Lipſius. Proprie quidem & eleganter. Sed vulgarem lectionem ſervant MSS. omnes. quamvis facilis lapſus ex *excepto.*

1. RES AD OTIUM DEDUCI POSSET] Pacem & tranquillitatem. Sic l. VII. B. G. c. LXVI. *Ad reliqui temporis pacem atque* otium *profici.* Ac l. II. B. C. c. XXXVI. *Erat in oppido multitudo inſolens belli, diuturnitate* otii. Vide & ſcriptorem de Bell. Hiſp. c. XLII. DAVIS.

2. DE RELIQUIS R.] Multae Edd. in quibus Steph. Aldi, Gryph. Plant. *ſtatim de r.* in Vaſc. *ſequantur ſaltem. de.* quod diſplicuit Hotomano, qui e MS. expunxit. Verum optimi Petav. Cujac. Scal. Leid. pr. exhibent *ſaltem de rel. rebus.* in Voſſ. ridicule *ſenatusconſultum.* Quaſi dicat, *Quidquid ſit, ſaltem de.* Vel an, ut Grammatici quidam volunt, ſcribendum *ſaltim* i. ſaltuatim, *raptim*? Vide Vorſt. de Latin. ſuſp. c. 18. Auctoritate optimorum MStorum motus addidi *ſaltem.* Ex iiſdem Codicibus, Schedis Pulm. & Voſſ. ejeci *ut*, ac *dilectus*, ut paſſim, repoſui.

3. HABEANTUR;] Recentiores ediderunt, *habeatur.* Sed ex Edit. Vet. Rom. reſtitui, *habeantur.* Sic enim alibi ſaepe loquitur Caeſar. Supra c. I. *delectus tota Italia habiti.* Infra, hoc cap. *Tota Italia delectus habentur.* c. 9. *Tota Italia delectus haberi.* c. X. *Non intermiſſuros* —— *delectus.* c. XI. *delectus habere.* c. XIV. *Delectus* —— *intermittuntur.* c. I. *delectus habebat.* CLARKE. *Habeantur* revocavi e MSS. Lovan. Dorvill. & Edd. primis. *Habentur* marg. Plant. *habetur* Leid. pr. a m. pr. Sexcenties Caeſar *dilectus* in plurali uſurpat.

4. SYLLA PROPRAET. IN MAURITANIAM] In v. c. MSStis Cujac. Bongarſ. Pal. erat *propere*, corrupte, ut aliis etiam locis *propere* ſcriptum erat, ubi eſſe oportuerat *propraet.* Apud Ciceronem l. IX. epiſt. ad Attic. epiſt. I. legitur *Fauſtus proquaeſt.* Sed in Beſſarionis codice, ut Manutius ait, erat *prope*, eodem modo corruptum ex *propraet.* quare & ita ſcribe apud Ciceronem. Sed cum infra dicatur, *de Fauſto impedit Philippus Trib. pl.* videndum quomodo nihilominus a Cicerone *propraet.* dicatur. Arbitror interceſſiſſe tribunum, quod Caeſar ait, ſed nihil interea effeciſſe. Alioqui non poterat eum Tullius eodem nomine appellare. Sed illud in Caeſare adverſatur, quod ſubdit *de reliquis rebus SC. perſcribuntur.* Nam cur non de Fauſto quoque ſcriptum SC. ſcilicet quia irritum fuit interceſſione Tribuni: aut diu Fauſtum obtinuiſſe Mauritaniam, ſed SC. non perſcriptum eſſe, quia Tribunus interceſſerat: certe non invenio quenquam in Pigio, qui pro praetore adminiſtrarit Mauritaniam: unde de Sylla verum eſſe ſuſpicor. Sed tertium jam ſuccurrit. Nimirum potuit Sylla pro quaeſtore miſſus fuiſſe in Mauritaniam, quae dignitas minor eſt. Nam eum publico in munere fuiſſe nullus dubito, quia in epiſtol. Pompeji ad coſſ. invenio militem ab eo lectum. Extat ea l. VIII. epiſt. XVII. apud Ciceronem ad Atticum. ait enim: *cum iis militibus, quos Fauſtus legit.* Sed ait Caeſar, *de reliquis rebus SC. perſcribuntur:* itaque oſtendunt haec verba, hoc de Fauſto ratum non fuiſſe, atque ita & Caeſar, & Cicero recte habeat: nimirum volebant Syllam Patres pro praetore mittere in Mauritaniam, ſed obſtitit Tribunus: quare pro quaeſtore abiit.

 VOS-

Fauſto inpedit Philippus, tribunus plebis. De reliquis rebus SC. perſcri-
buntur. [1] Provinciae privatis decernuntur; [2] duae conſulares, [a] reliquae
5 praetoriae. Scipioni obvenit Syria, L. Domitio Gallia: [3] Philippus &
6 Marcellus [4] privato conſilio praetereuntur, neque eorum ſortes dejiciun-
tur. In reliquas provincias [5] praetores mittuntur, neque exſpectant, quod
ſuperioribus annis acciderat, ut de eorum imperio [6] ad populum [b] fera-
tur;

VARIAE LECTIONES.

a *reliquaeque* Pet. b vulgo *referatur*.

VOSSIUS. *Propraet.* eſt emendatio Aldi Manutii. In MSS. omnibus & Edd. pp. *propere.* niſi quod exſulet a Vaticano & Voſſ. ſollemnis haec eſt corruptio. Vide ad l. I. c. 21. B. G. *Propraetore* exſtat in Pulmanni ſchedis.

1. PROVINCIAE PRIVATIS DECERNUNTUR] More Romano locutus eſt: nam moris erat, priuſquam conſules novi deſignarentur, ut illis, qui tunc regebant, conſulibus decernerentur provinciae conſulares, in quas ſtatim exſpirante magiſtratu proficiſcebantur. Sed accidebat ſaepe, ut non mitterentur coſſ. ii, & ſaepe demum tertio, aut quarto poſt anno in provincias irent: unde illi, qui interea temporis in provincias miſſi, privati appellabantur. Sed haec nota. VOSSIUS.

2. DUAE CONS. REL. PRAET.] Has voces non male Octavius Pantagathus ſuſpectas habebat, ut ſuppoſititias: quia illae ſatis intelliguntur ex ſeqq. *in reliquas prov. praetores mittuntur.*

3. PHILIPPUS ET MARCELLUS PRIVATO CONSILIO PRAETEREUNTUR] Locus haud dubie corruptus. Pantagathus pro *Philippo* reſcripſit *Paullum*. Nam ſuperioris anni DCCIII coſſ. fuere, L. Aemilius Paullus, C. Claudius Marcellus. De Paullo rationem capio, cur illum praeterierint Pompejani: nimirum quia corruptus erat a Caeſare, ut ſatis ex Dione & Appiano & Plutarcho conſtat. Sed quare Marcellum, hominem Caeſari infeſtiſſimum praeterierunt? Nam & M. & C. Marcellus inimico in Caeſarem animo erant: unde Cicero l. IX. epiſt. I. ad Atticum: *Marcelli quidem*, inquit, *niſi gladium Caeſaris timuiſſent, manerent.* Quare diſplicet Pantagathi conjectura. In MSStis tribus, noſtro, Cujacii, & Petaviano reperiebam pro *Marcellus*, *Cotta*, mendoſe; nam Cotta, ut hoc libro dicitur, Sardiniam obtinuit. Ego cenſeo *Philippi* nomen hic rectum eſſe, ſed illud *Marcelli* ſuſpectum habeo: & lego *Marcellinus.* Nam anno urbis DCCXCVII conſules fuerunt L. Cornelius Lentulus Marcellinus, & L. Martius Philippus. Eos ſequente anno profectos in conſulares provincias oportuerat: ſed domi manſerunt, quia provincias eas Gabinius & Caeſar obtinebant. Itaque quia adhuc illi in provincias profecti non erant, poſcebat aequitas, eorum nunc rationem haberi. Sed non placuit id Pompejanis, nec obſcura eſt ratio: nam Philippus quidem affinitate Caeſari junctus erat; Marcellinus ei infenſus; nam bello civili ſtetit a partibus Caeſaris. Ob hanc cauſſam Caeſar ſubjicit mentionem Marcellini & Philippi, quia non Marcello, & Paullo ſuperioris anni conſulibus, ſed Marcellino & Philippo, qui quinquennium & eo amplius poſt conſulatum privati vixerant, tanquam Senioribus offerri provincias par erat. Nunc video idem quoque Pigio placuiſſe: quare ſententiam hanc retineo. VOSSIUS. *Philippo & Cotta* MS. Brant. Carr. Cujac. Petav. Scalig. Lov. Leid. pr. Voſſ. Edd. Flor. Beroaldi &c.

4. PRIVATO CONSILIO] Privatum conſilium vocat Caeſar id, quod paucorum voluntate actum: ſeque ipſe explicat ſub finem hujus libri, cum ait: *in ſe jura magiſtratuum commutari, ne ex praetura & conſulatu, ut ſemper, ſed per paucos probati & electi, in Provincias mittantur.* VOSS.

5. PRAETORES MITTUNTUR] Pigius legit *praetorii*, quia SCtum factum erat, ut qui ad urbem erant praetores, viderent, nequid Reſp. caperet detrimenti. IDEM.

6. AD POPULUM REFERATUR] Notat Manutius dici Latine *ad populum ferri*, *ad ſenatum referri.* Et hoc quoque loco in MSStis, noſtro, Pal. Pet. erat *feratur.* Sed niſi fallor legi apud probatos quoque autores *referre ad populum.* Sane in SC. quod legitur l. VIII. epiſt. Coelii ad Ciceronem epiſt. VIII. haec verba reperio: SENATUI PLACERE, AUCTORITATEM PERSCRIBI, ET DE EA RE AD SENATUM POPULUMQUE REFERRI. Niſi hic illud referri ad ſenatum dicamus, tanquam dignius membrum. VOSS. Nonnulli MSSti *feratur*, & hanc quidem lectionem *Ald. Manutio* Latini Sermonis conſuetudo videtur poſtulare; cui praeivit *Paullus Manutius* in *Ciceronis* Epiſt. ad Fam. l. I. Epiſt. I. Dubium quidem non eſt, quin illa loquendi ratio ſit longe frequentiſſima, nec tamen alteram non uſurparunt probati auctores. *Florus* l. III. c. XXI, 9. *Quum de revocandis, quos Senatus hoſtes judicaverat*, ad populum referretur. Eandem locutionem *Livio* reſtituendam arbitror, apud quem lib. XXIII. cap. XXXI.

tur; paludatique, votis nuncupatis, exeant. [1] Conſules, quod ante id tempus acciderat numquam, ex urbe proficiſcuntur: lictoreſque habent in urbe [2] & Capitolio privati, contra omnia vetuſtatis exempla. Tota Italia 8
[a] dile-

XXXI. ſic legitur ex *Car. Sigonii* conjectura: *De trecentis equitibus Campanis, qui in Sicilia cum fide ſtipendiis emeritis Romam venerant*, dein latum ad populum, *ut cives Romani eſſent.* At omnes Codd. exhibent *delatum ad populum*, unde reſcripſerim *relatum ad populum.* Idem ſane l. XXI. c. VI. in impreſſis ait, *cum* delata *ex integro res ad Senatum*, ſed in Manuſcriptis eſt *relata*, probante *J. F. Gronovio.* DAVIS. AD POPULUM FERATUR. Audenter ego ſimplex verbum repoſui. Nam ita exſtat quoque in MSS. Urſini, Ciacconii, item Scalig. Leid. prim. Lovan. Dorvill. Voſſ. & jam monuit Cl. Dukerus, Florum parum idoneum eſſe auctorem probandae Latinitatis, ceteraque exempla, quae Daviſius & Voſſius adtulerunt, huc non pertinere.

1. CONSULES, QUOD ANTE ID TEMPUS ACCIDERAT NUMQUAM] Explodo Paſſeratium, qui non dubitavit hoc loco reſcribere *cenſores*, pro *conſules.* nam, inquit, & vere profecto, ſaepiſſime conſules ab urbe profectos. Sed quid hic Cenſores? aut quomodo verba de lictoribus cohaerent? quos nunquam illi habuerunt. Inepta haec ſunt. Quod ad Caeſaris verba attinet, ſi recte accipiantur, & vera, & recte vulgo ſcripta ſunt. Nam quod ait Conſules ex urbe profectos, idque nunquam accidiſſe, id eatenus verum, quatenus nunquam privati in Capitolio lictores habuerunt. Itaque haec verba interpretare, ac ſi ſcriptum eſſet. Conſules ex urbe proficiſcuntur, & quod ante hoc tempus nunquam accidiſſet, lictores in Capitolio a privatis habitos. At quid, inquies, illa tum verba, *contra omnia vetuſtatis exempla*? Recte ſane. Pertinent ea ad ἔμφασιν, ut foeditatem rei tanto magis exprimeret Caeſar. Atque hoc quidem ego arbitror: quod ſi cui haec opinio non ſatisfaciat, fortaſſis magis placebit dicere haec verba, *quod ante id tempus acciderat numquam*, a librario primo margini adſcripta, ad explicationem eorum quae poſtea ſequuntur, *contra omnia vetuſtatis exempla*, indeque in textem irrepſiſſe, Sane non abſimili modo corrupta eſt Epitome Liviana l. LXXXIX. in qua legitur: *Sulla dictator factus, qood nemo quidem unquam fecerat, cum faſcibus* XXIV *proceſſit.* Nam falſiſſimum eſt id a nemine factum; omnes dictatores habuerunt tot faſces; nam duplicatum illi imperium, ideo & faſces, quot uterque conſul habebat. Ut videamus ab inepto homine inſerta eſſe verba illa, *quod nemo quidem unquam fecerat.* VOSSIUS. Duriſſima videtur *Dionyſ. Voſſii* explicatio, nec minus audax conjectura; videamus igitur, an leniorem medicinam huic loco poſſimus adhibere. Voce una tranſpoſita, reſcribendum crediderim *paludatique votis nuncupatis exeant, quod ante id tempus acciderat numquam. Conſules ex urbe proficiſcuntur.* &c. hoc ſenſu; Praetores non exſpectant, ut de eorum imperio ad populum referatur, quod ſuperioribus annis acciderat; nec etiam vota nuncupant, paludative exeunt, quod ante id tempus nunquam evenerat. Attamen, ut nihil diſſimulem, teſtatur *Livius* l. XXI. c. LXIII. Flaminium conſulem fugiſſe *ne auſpicato, profectus in Capitolium ad vota nuncupanda, paludatus inde cum lictoribus ad provinciam iret.* Sed praeterquam quod de praetoribus agatur hoc in loco, non de Conſulibus, tanta in Flaminium hac de cauſa fuit invidia, ut illi *juſtum imperium* non fuiſſe crederetur, quod obſervat idem ſcriptor lib. XXII. c. I. DAVIS. Conjectura Voſſii, e margine in textum inrepſiſſe iſta *quod ante id tempus acciderat numquam*, non temere rejicienda videtur; quia in illis non conſtant ſibi Codd. *ante ultis* eſt in Voſſ. *accidit* habent Petav. Palat. Leid. pr. ſec. Lovan. Voſſ. Nihilominus praeſero tranſpoſitionem, quam fecit Daviſius, ſive eam, quam propoſuit Petavius, ſex iſta verba removens poſt *lictoreſque*, ad Themiſtium pag. 595. Ceterum *exeant* eſt a Glandorpio & e ſolo Urſini libro; nam reliqui & Edd. Vett. exhibent *exeunt.* Forſan altius vulnus latet, & reſcribendum *paludatique, votis non nuncupatis, Conſules*, &c. Ut dicat, Conſules cum paludamento quidem & imperio, ſed votis non nuncupatis, quod ante acciderat numquam, ex urbe profectos eſſe. Glandorpius interjicit *ſimiliter Conſules* &c.

2. ET CAPITOLIO PRIVATI] Sic quidem Lipſius & Scaliger aliique ediderunt e Cod. Urſ. vel *ac privati* ex ejuſdem Urſ. & Ciacconii Codd. Reliqui MSS., etiam mei, & Edd. Vett. legunt *ex Capitolio.* quaſi fuiſſet olim *ex SCto*; item *privatim*; niſi quod Bong. & Voſſ. dant *privatum.* In Lovan. diſtinguitur *privatim contra o. v. exempla tota It. dil. habentur.* Sed aliorum lectione acquieſco. *privati* & *privatim* aliquoties apud noſtrum confunduntur. Adi ad l. 1. c. 17. *Qui privatim plus poſſint, quam ipſi magiſtratus.* Ceterum *dil.* eſt e Pulm. Schedis, Pet. Lov. Leid. pr. Voſſ. *Habentur* ex omnibus MSS. & Edd. ante Scaliger. in quam librarii culpa forſan inrepſit ſingularis. V. ſupra.

 1. HA-

[a] dilectus [1] habentur, arma imperantur, pecuniae a municipiis exiguntur, [2] e fanis tolluntur; omnia divina humanaque jura permiſcentur.

1 VII. Quibus rebus cognitis, Caeſar apud milites concionatur: *omnium temporum injurias inimicorum in ſe commemorat, [3] a quibus [b] ſeductum ac depravatum Pompejum queritur, invidia atque obtrectatione laudis ſuae, cujus ipſe honori & dignitati ſemper faverit, adjutorque fuerit.*
2 *Novum in [c] Republica introductum exemplum queritur, [4] ut tribunitia interceſſio armis notaretur, atque obprimeretur, quae ſuperioribus annis*
3 *armis [d] eſſet reſtituta. Sullam, [e] nudata omnibus rebus [f] tribunitia pote-*
4 *ſtate, tamen interceſſionem liberam reliquiſſe: Pompejum, [5] qui [g] amiſſa reſti-*

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *del. habetur*; *& e f.* ac *d. & humana.* b vulgo *diductum &. privatum* V. c *Remp.* Pet. bene. d vulgo deeſt *armis*. e *nudatum* L. pr. ſec. *privatum* Lov. f *tribunitiam poteſtatem t. interceſſione libera* Lov. *& trib.* L. ſec. g vulgo *amiſſam* & *habuerat*.

1. HABENTUR] Sic MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii & Edd. Vett. Scaliger & Recentiores minus recte *habetur*. CLARKE.

2. ET E FANIS T.] Nemo non videt, languere hic copulam &. Quare delevi auctoritate MStorum Pulm. Petav. Cujac. Scalig. Leid. pr. A Lovan. & Voſſiano abeſt *e*. In Palat. Bong. Leid. ſec. Dorv. Edd. Rom. Ven. Med. *& a f. t.* Dein *humanaque* reſcribi juſſerunt iidem Petav. Scalig. Leid. pr. ſec. Lovan. Dorv. Voſſ. & Edd. Vaſc. Str. Steph. Gryph. poſt. Abeſt autem vox *jura* a Leid. ſec. nec male, uti e conjectura placebat Grutero. Salluſt. Catil. c. XII. *Divina atque humana promiſcua, nihil penſi, atque moderati habere.* Nihil temere tamen reſeces.

3. A QUIBUS DIDUCTUM ET DEPR.] Sic quidem Edd. primae & MS. Hotomani, cui placuit bene, praetulitque τῷ *& inductum*: quod eſt in Edd: Ven. 1517. Aldi, Gryphii aliiſque, vel τῷ *deductum*, quod Vaſcoſ. Steph. & alii ediderunt, eſtque in MSS. tantum non omnibus. Horat. lib. III. O. 9, 18.

Quod ſi priſca redit Venus,
Diductosque jugo cogit aheneo. & ſaepe.

Verum quia MSS. longe plurimi habent *deductum*, quod etiam Urſinus de ſuis & Brutus de Carr. teſtatur codice, vide lector, num mecum hic praeoptes ſcribere *ſeductum*, quod ſervarunt egregiae membranae Leidenſes pr. cujus gloſſa eſt *diductum*. in quod abiit crebro. Vide omnino ſummum Gronovium ad Senecae Conſ. Helv. c. 16. & ad ludum de Morte Claudii. *Diducere* tamen qui velit retinere, ei exempla plura ſuppeditabit Celeb. Burm. ad Ovid. l. IV. Metam. 372.

Nec me ſeducat ab iſto.

De verbo *ſeducere* vide etiam ad Lucan. l. II. 474. & Heinſ. ad Ovid. l. IV. F. 384.

Plura locuturi ſubito ſeducimur imbre.

Dein *ac* pro & reſcripſi, auctoritate MSS. omnium & Edd. primarum.

4. UT TRIBUNITIA INTERCESSIO ARMIS NOTARETUR, ATQUE OPPRIMERETUR, QUAE SUPERIORIBUS ANNIS ESSET RESTITUTA] Ciacconius legit: *ut tribunitia poteſtas ab iis notaretur, atque opprimeretur, a quibus ſuperioribus annis eſſet reſtituta:* Nam, inquit, ſi tribunitia interceſſio amiſſa non eſt, quomodo reſtitui potuit? Sed non diſtinguit Ciacconius inter interceſſionem, quam ſub Sulla habuerunt Tribuni, ab ea quam ante & poſt illum habuerunt. Nam ſub Sulla tribunis ademta eſt nocendi poteſtas. Pompejus eam reddidit. Alioqui non mala ejus conjectura: ſed vix dubito Caeſarem ſcripſiſſe ut in vulgatis eſt. In tribus tamen MSSis, corrupte legitur *ut tribunitia interceſſio armis notaretur, atque opprimeretur, quae ſuperioribus annis armis eſſet reſtituta.* VOSSIUS. Conjecit etiam Ciaccon. *quae ſ. annis armis eſſet conſtituta.* quomodo Salluſt in Oratione Lepidi dicit *Tribuniciam poteſtatem per arma conditam a majoribus.* Et ſane vox *armis* additur in MSS. omnibus & Edd. ad Scaligerum uſque. *& armis* Bong. Leid. ſec. & Ciaccon. Primus ejici τὸ *armis* ſuaſit Ant. Auguſtinus, & dein Hotomanus, qui etiam conjiciebat *ſine armis.* quia non armis, ſed lege, eam reſtituit: at *armis* Rempublicam quaſi ſubjectam tum habebant Craſſus & Pompejus Coſſ. quare potuit ita ad invidiam Pompejo majorem conflandam ſcripſiſſe Caeſar. Propugnaſſe ſe hanc vocem in ſuſpicionum libellis in notis ſuis hic etiam ſcribit Gruterus: at quo argumento, non addit. MStorum lectionem ego revocavi. Ceterum male vir doctus *nudaretur* conjecit. *Notari* hac in re adhibuit etiam Cicero l. VII. ad Att. Ep. VIII. *Tribunus plebis notatus.* quem locum adpoſite citavit jam idem Ciacconius.

5. QUI

reſtituiſſe videatur, [1] *dona etiam*, *quae ante habuerit*, [a] *ademiſſe*: *quotieſcumque* [b] *ſit decretum*, Darent magiſtratus operam, ne quid reſpublica detrimenti caperet; *qua voce*, *& quo SC. populus Romanus ad arma* 5 *ſit vocatus*; *factum in pernicioſis legibus*, *in vi Tribunitia*, *in ſeceſſione populi*, *templis locisque editioribus occupatis*; (*atque haec ſuperioris aetatis exempla* [2] *expiata Saturnini atque Gracchorum caſibus docet*:) *quarum rerum illo tempore nihil factum*, [c] *ne cogitatum quidem*; *nulla lex promulgata*, *non cum populo agi coeptum*, *nulla* [d] *ſeceſſio facta*. Hor- 6 tatur, *cujus Imperatoris ductu* [e] IX *annis rempublicam feliciſſime geſſerint*, *plurimaque proelia ſecunda fecerint*, [3] *omnem* [f] *Galliam*, *Germaniamque pacaverint*, *ut ejus exiſtimationem*, *dignitatemque ab inimicis defendant*. Conclamant legionis [g] XIII, quae aderat, milites, (hanc enim initio tu- 7 multus evocaverat: reliquae nondum [h] convenerant,) ſeſe paratos eſſe Imperatoris ſui, Tribunorumque [i] plebis injurias defendere.

VIII. Cognita militum voluntate, Ariminum cum ea legione profi- 1 ſcitur, ibique Tribunos plebis, qui ad eum [k] confugerant, convenit: reli-

VARIAE LECTIONES.

quas

a *Amiſiſſe* Lov. b *fit* L. pr. c MSS. & Edd. qdd. *nec. nil* MS. Carr. unde conjecit Ciacc. *nihil ne c.* paullo ante *caſus* L. ſec. Carr. d *ſucc.* L. pr. *ſeceſſione* Dorv. e *VIII* L. ſec. f *omnemque* V. g *XIIII* L. ſec. & *quique aderant* cum Carr. B. h *venerant* Pet. Cuj. L. pr. i *populi jura* Lov. male. V. ad l. I, 30, 44. k *confugerunt* Lov.

5. QUI AMISSAM RESTITUISSE VIDEATUR] Ita ediderat Scaliger: in aliis editis eſt, *qui amiſſa*: utrumque recte, & ambigo utrum praeferam; ſi hoc mavis, refertur vox *amiſſa* ad illa *omnibus rebus*, ſi *amiſſam*, refer ad *tribunitia poteſtate*. VOSSIUS. MSS. Elienſ. & Voſſii aliique habent (*qui* amiſſa *reſtituiſſe videatur bona, etiam quae &c.*) MS. Reg. (nedum amiſſa *reſtituiſſe &c.*) CLARK. *Amiſſa* MSS. Victorii, Brantii, item Petav. Pal. Scalig. Leid. pr. ſec. Lovan. Dorv. Bongarſ. & alii cum Edd. Aldi, Plantini, pluribusque. *amiſſa* recte ſive ad *dona* referas, ſive ad *omnibus rebus*. Saepe enim illis ſubjungi ſolet genus neutrum. Adeas modo Cl. Cortium ad Salluſt. B. Jug. c. 41. *abundantia earum rerum*, *quae prima mortales ducunt*, & Cl. Burm. ad Phaed. IV, I, 5; ac Suet. Claud. c. 38. ſupra ad l. II. c. 21. & l. III. c. I. Adde lib. IV, 17. §. 7. Drakenb. & Duker. ad Liv. I, 31. l. IV. 54. §. 4. Hinc junguntur paſſim *vilia rerum*, *minima rerum*, *ultima rerum*, & ſimilia. Ceterum *nedum amiſſa r. videbatur* eſt etiam in Leid. ſec. & Bong. male. Pro *dona* Leid. ſec. habet *verum*. Dein reſcripſi *habuerit* cum Edd. Vaſc. Str. Steph. Victorii & aliis cum Cod. Petav. & Lovan. pro vulgato *habuerat*, quod e ſuo Codice obtruſit Hotom. quamquam malo *habuerint*, ſcilicet *tribuni*. Sic enim exaratur in Scalig. Leid. pr. ſec. Bong. Voſſ.

I. DONA ETIAM QUAE ANTE HABUERAT] Victorius legebat *bona*: multum probante Urſino & Ciacconio: ego exulare eam vocem jubeo. Donum eſt, quod largimur alicui. Sylla caeteris ademtis, interceſſionem tamen largitus erat Tribunis: quid commodius dici poterat? VOSS. *Pet. Victorius*, quem ſecuti ſunt *Fulv. Urſinus*, *P. Ciacconius*, & *Fr. Hotomannus*, reponendum cenſuit Var. Lect. l. X. c. XXIV. *bona etiam* &c. Ego ſane vulgatam lectionem ſuo loco movendam non cenſeo; *dona* etiam ſunt privilegia ſeu praerogativae, Tribuniciae poteſtati conceſſae. In MSto autem *Norv.* & aliis vetuſtis Codicibus locus hoc modo legitur & interpungitur *Pompejum qui amiſſa reſtituiſſe videatur dona*, *etiam quae ante* &c. ac erunt fortaſſe, quibus haec ratio non diſplicebit. DAVIS.

2. EXPIATA SATURNINI ET GRACCHORUM CASIBUS] Hi cum eſſent Tribuni plebis, ob ſeditiones reducendis legibus agrariis concitatas, interfecti ſunt. Vide, inter alios, Epit. *Livian.* l. LVIII, LIX. & LXIX. DAVIS.

3. OMNEM GALLIAM, GERMANIAMQUE] Elate dictum ab eo, qui primas Germaniae oras tantum ingreſſus eſt. VOSSIUS. Nam licet primas Germaniae oras tantum ingreſſus eſt, tamen complurium civitatum legationes eum adiere, quae pacem & amicitiam petierunt, ut teſtatus eſt *Caeſar* l. IV. B. G. c. XVIII. Hoc tamen adeo non crediderunt poſteri, ut Caeſarem, alioſve ante

2 quas legiones ex hibernis evocat, & ſubſequi jubet. Eo L. Caeſar adoleſcens venit: cujus pater Caeſaris erat legatus. Is, reliquo ſermone confecto, cujus rei cauſſa venerat, habere ſe a Pompejo ad eum [a] privati officii man-
3 data demonſtrat: *velle Pompejum ſe Caeſari purgatum*, [b] *ne ea, quae reipublicae cauſſa egerit, in ſuam contumeliam* [c] *vertat: ſemper ſe reipublicae commoda* [1] *privatis neceſſitatibus habuiſſe potiora: Caeſarem quoque pro ſua dignitate debere & ſtudium & iracundiam ſuam reipublicae dimittere, neque adeo graviter iraſci* [d] *inimicis*, [2] *ne, quum illis nocere ſe*
4 [e] *ſperet, reipublicae noceat.* Pauca ejuſdem generis addit cum excuſatione Pompeji conjuncta. [3] Eadem fere, atque eiſdem [f] rebus praetor Roſcius agit cum Caeſare, ſibique Pompejum commemoraſſe, demonſtrat.

1 IX. Quae res etſi nihil ad levandas injurias pertinere videbantur; tamen idoneos nactus homines, per quos ea, quae vellet, ad eum perferrentur, petit ab utroque, quoniam Pompeji mandata ad ſe [g] detulerint, ne graventur ſua quoque ad eum poſtulata deferre; ſi parvo labore magnas controverſias tollere, atque omnem Italiam metu liberare [h] poſſint,
2 [4] *ſibi ſemper reipublicae primam fuiſſe dignitatem, vitaque potiorem; doluiſſe*

VARIAE LECTIONES.

a *Privatim* Pet. Lov. L. pr. V. ad l. I. B. G. 17. b *nec* Ed. Elz. c *convert.* L. pr. d *in inimicis* V. e *ſperaret* Leid. pr. *ſperat* Carr. f vulgo *de rebus*. g *detulerunt* Edd. pp. h Sic Pet. Scal. Cuj. L. pr. & alii cum Edd. Vaſc. Steph. vulgo *poſſent*.

Maximianum Imperatores, Rhenum tranſiiſſe prorſus negaverint. Auctor Paneg. v. c. VIII. 2. *Hic* (Maximianus) *quod jam falſo traditum de antiquis Imperatoribus putabatur, Romana trans Rhenum ſigna primus Barbaris gentibus intulit.* Quam vero ob cauſam hiſtorias habuere ſuſpectas, ratio reddi non poteſt. DAVIS.

1. PRIVATIS NECESSITATIBUS] Alii *neceſſitudinibus*, quae quidem lectio, ex recepta interpretatione eſt nata. Vide quae notavimus ad l. VIII. B. G. c. LI. DAVIS. *Neceſſitatibus* eſt quidem in Faerni, & Hotom. MSS. item Pal. Bong. Dorv. & aliis, atque Edd. primis. Sed vetuſtiſſimi mei Petav. Cuj. Scal. Lovan. Leid. pr. ſec. Voſſ. dant *neceſſitudinibus* cum pleriſque Edd. quod non auſim prae altero damnare. Perpetuo autem hae voces commutantur.

2. NE CUM ILLIS NOCERE SE SPERET] Petav. & Palat. habent, *ut cum illis n. ſ. ſp.* quod probo. Palatinus pronomen *ſe* expungit. VOSSIUS. His in locis perinde eſt. CLARK. *Ut* habent quoque Cujac. & Leidenſ. pr. qui item cum Carr. caret τῷ *ſe*. *Ne* abeſt a Lovan.

3. EADEM FERE ATQUE EISDEM DE REBUS] Ταυτότης; quare Philippus Rubenius (l. I. Elect. c. 8.) legebat *eiſdem diebus*. Quod perplacet. Veritatem ipſa arguit hiſtoria. VOSSIUS. Manifeſta ταυτολογία. Ita tamen edidit Scaliger, & Recentiores. Rubenius emendat, (*eiſdem* diebus:) Quod Voſſio perplacet. Verum cum in MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii, omiſſa praepoſitione, ſcriptum ſit, *eiſdem rebus*; crediderim potius legendum, *eadem fere, atque eiſdem VERBIS*. CLARR. Numquam credam, librarios *verbis* hic mutaſſe in *rebus*. Abeſt praepoſitio *de* etiam a Leid. pr. ſec. Lovan. Dorvill. & Edd. Rom. Med. Optime. quod non dubito, ab aliorum etiam Codicibus abeſſe. *Rebus* eſt *argumentis*, ratiocinationibus: quomodo & Graeci ſuum χρῆμα adhibent. Vide ad cap. ſec. *Qui ſententiam Calidii paucis fere mutatis rebus ſequebatur*; ubi itidem inculcarunt *verbis*. *Eiſdem de rebus* Hotom. poſt *Pompejum* locare nitebatur, fruſtra.

4. SIBI SEMPER REIP.] Ultimam vocem omittit *Faerni* Codex, applaudente *Fr. Hotomanno*, ſed, ut videtur, temere prorſus & inconſulte; reſpondet enim Caeſar Pompejanae orationi, qua teſtatus eſt *ſemper ſe Reip. commoda privatis neceſſitatibus habuiſſe potiora*; *Caeſarem quoque pro ſua dignitate debere & ſtudium & iracundiam ſuam Reip. dimittere.* Res eſt manifeſta; nec minus certum, operam luſiſſe *Fulv. Urſinum*. qui cum *Gabr. Faerno* reponit *ſibi ſemper Remp. primam fuiſſe dignitate*. *Hirtius* Bell. Alex. c. VIII. *Fugae vero nullum eſſe conſilium, non ſolum iis, qui primam dignitatem haberent.* Idem c. XXXIII. *Imperii*

luiſſe ſe, quod [a] populi Romani beneficium ſibi [b] per contumeliam [c] ab inimicis extorqueretur; ereptoque [d] ſemeſtri imperio, in urbem retraheretur, [e] cujus abſentis rationem haberi proximis comitiis populus juſſiſſet;
3 *tamen hanc [f] jacturam honoris ſui, reipublicae cauſſa, aequo animo tuliſſe: quum litteras ad ſenatum miſerit, ut omnes ab exercitibus diſcederent,*
4 *ne id quidem [g] inpetraviſſe: tota Italia [h] dilectus haberi, retineri legiones II, quae ab ſe [i] ſimulatione Parthici belli ſint [k] abductae: civitatem*
5 *eſſe in armis. Quonam haec omnia, niſi ad ſuam perniciem, pertinere? ſed tamen ad omnia [l] ſe deſcendere paratum, [m] atque omnia pati reipublicae cauſſa. Proficiſcatur Pompejus in ſuas provincias; [1] ipſi exercitus [n] dimittant: diſcedant in Italia omnes ab armis: metus [o] e civitate tol-*
6 *latur: libera comitia, atque omnis reſpublica Senatui populoque Romano permittatur. Haec quo facilius, certiſque conditionibus fiant, & jurejurando [p] ſanciantur; aut ipſe propius accedat, aut ſe patiatur accedere: fore, uti per conloquia omnes controverſiae componantur.*

1 X. Acceptis mandatis Roſcius [q] cum L. Caeſare Capuam pervenit, ibi-
2 que conſules Pompejumque invenit. Poſtulata Caeſaris [r] renunciat. Illi [2] deliberata re reſpondent, ſcriptaque ad eum mandata [3] per eos remit-
3 tunt: quorum haec erat ſumma: *Caeſar in Galliam reverteretur, Arimino excederet, exercitus dimitteret. quae ſi feciſſet, Pompejum in [s] Hiſpanias*

VARIAE LECTIONES.

a *Pro beneficio* MSS. Hot. Carr. Br. & mei (praeter Cuj.) ac primae Edd. & aliae, male. b Sic etiam Pet. Cuj. Sc. L. pr. Reliqui & Edd. pp. *contumelia.* c deſunt L. pr. d *ſemenſtri* MSS. 3. e *ſibi* L. pr. f Sic MSS. & Edd. Vaſc. Steph. & aliae. non *hon. j. J. h. proprii* L. pr. f. *privi.* g *impetraviſſet* Lov. L. pr. h Sic Pet. Lov. L. pr. V. *teneri* Ed. Elz. i *ob ſimulationem* L. ſec. *a ſe.* Edd. pr. k *add.* MSS. 2. & Ciaccon. ſcilicet *ad urbem.* Male. dein in Edd. Vaſc. Str. Steph. Gr. poſt. *Quonam haec o. tandem?* Bene, ſi e MSS. l deeſt L. ſec. m Hae 5 voces exſulant a L. pr. n vulgo *dimittantur.* dein *deſcendant* V. o *a c.* MSS. 4. & Edd. pp. *tollantur* L. pr. non male, & ita Celſus. *tolletur* Dorv. p *ſanciatur* Lov. Dorv. q *a Caeſ.* Pet. C. Sc. L. pr. *C. Caeſaris* V. male. V. praec. & ſeqq. r *renunciant* Dorv. s *Hiſpaniam* V.

perii dignitatem, & cap. XXXVI. *dignitatem populi Rom.* memorat. DAVIS. Hotomanus non probat lectionem Cod. Faerni *remp. primam fuiſſe dignitate*, quomodo etiam exaratur in Leid. ſec. Sed ſequitur Codicem Urſini, in quo deeſt *Remp.* quia non agi putat a Caeſare de *dignitate reip.*, ſed *ſua.* Exſulat etiam vox *reip.* a Voſſiano, & Carrar. quam non male defendit Daviſius; & contra Brutus & Gruterus non alieni ſunt ab Hotomani ſententia; quia ſtatim ſubdit, ſe honoris jacturam *reip. cauſſa* aequo animo tuliſſe. Magis locum Gloſſae ſuſpectum reddit, quod in Cujac. Petav. Scalig. & Leid. pr. ſcribatur *primam P. R.* i. e. populi Romani.

1. IPSI EXERCITUS DIMITTANT: DISCEDANT IN ITALIA OMNES AB ARMIS:] Ita optime edidit Scaliger. *Ipſi* (Caeſar & Pompejus) *exercitus* ſuos *dimittant; diſcedant in Italia* reliqui *omnes ab armis.* Daviſius aliique ediderunt; (*ipſi exercitus* dimittantur:) Ubi vox (*ipſi*) prorſus languida eſt & inepta. CLARK. *Dimittant* ſcribendum eſſe e ſuis MSS. jam viderunt Urſinus, Brutus, Hotomanus; quin & *ipſi dimittantur* non poſſe jungi perceperat Auguſtin. quare ille delebat *ipſi.* Sed *dimittant* etiam eſt in Petav. Palat. Leid. pr. & Voſſ. atque Edd. Rom. Mediol. Flor.

2. RE DELIBERATA] Hotomanus monet, in antiquis omnibus non comparere τὸ *re.* quod retinet tamen. Lipſius margini adpoſuit *deliberato.* uti alibi *expoſito* & ſimile. Profecto non male. Nam *re* abeſt etiam a MSS. meis, ſi Dorvill. forſan excipias, & Edd. non modo primis, ſed & aliis plerisque. Optime Gruterus conjicit *re* poſt *deliberata* eſſe ponendum, unde exciderit propter ſeq. *reſpondent.* Ei obſecutus ſum. l. IV. B. G. c. 9. *Re deliberata poſt diem tertium reverſuros.*

3. PER

ſpanias iturum. Interea, quoad fides eſſet data, Caeſarem facturum, quae polliceretur, [a] *non intermiſſuros Conſules Pompejumque* [b] *dilectus.*

1 XI. [c] Erat iniqua conditio, poſtulare, [d] ut Caeſar Arimino excederet, atque in provinciam reverteretur; ipſum & provincias, & legiones alie-
2 nas [e] tenere: exercitum [f] Caeſaris velle dimitti; dilectus habere: polliceri, ſe in provinciam iturum; neque ante quem diem iturus ſit, [g] definire: ut ſi, peracto [1] Caeſaris conſulatu, Pompejus profectus non eſſet, nulla
3 tamen mendacii religione [2] obſtrictus videretur. Tempus vero conloquio non dare, neque acceſſurum polliceri, magnam pacis deſperationem [h] ad-
4 ferebat. [3] Itaque ab Arimino M. Antonium cum cohortibus v Arretium mittit: ipſe Arimini [4] cum II legionibus [i] ſubſiſtit, ibique dilectum habere

VARIAE LECTIONES.

a *& non* L. ſec. Dorv. b Ita Pet. Lov. V. & alii. *dilectum* L. pr. ſed idem mox *dilectus*. c deeſt Lov. in quo *conditione*. d abeſt V. dein *provincias* L. ſec. e exſulat a Lov. f *Caeſari* Pal. Lov. Dorv. *velle* abeſt a Lov. Dorv. g *diffin.* MSS. 3. h *faciebat* Pet. i *ſubſtitit* Faern. Lov. Pal. B. Dorv. *dil.* e Pet. Lov. L. pr. V. *ibique* abeſt ab Edd. pp.

3. PER EOS REMITTUNT] Gruterus malebat e Petav. *permittunt* i. e. curant, ut ad eum perferantur. de qua vi praepoſitionis in hoc verbo egimus ſupra. Accedunt Scalig. & Leid. pr. Verum mihi hoc loci durius videtur. Malim cum Hotom. & Lipſio *per eoſdem rem.*

1. CAESARIS CONSULATU, POMPEJUS PR. NON ESSET] Turbant hic MSS. In pleriſque *conſulatu Caeſaris*, pro quo Glandorpius malebat *proconſulatu*, atque eo ſenſu capit Rhellicanus. ſed id non opus eſt. Dicit Caeſar, ſi poſt annum exactum nondum profectus eſſet. *Caeſar* eſt in Voſſ. pro *Pompejus* in Petav. Leid. pr. Cujac. Voſſ. *Conſ.* deeſt in Lovan. *non* exſulat quoque a Cuj. Petav. Lovan. Vox *Pompeji* videtur intruſa, ut ſuboluit quoque Grutero.

2. OBSTRICTUS] Mallet Ill. Heinſ. *adſtrictus*. Non male, ſi MSS. addicerent. nunc nihil muto. l. I. B. G. c. 31. *Jurejurando civitatem obſtringere.* ubi Ed. Rom. *adſt. obſtringere beneficio* noſter & alii ſaepius; *ſcelere* infra l. II. c. 32. *parricidio* Cicero & alii. V. Zinzerling. Prom. Crit. cap. I. Immo idem apud Cicer. II. Phil. 33. *Obſtrinxiſti religione populum*, ſic *religione, ſcelere obligare* &c. alibi. Vide ad Front. IV, 39.

3. ITAQUE AB ARIMINO] Ait ad hunc locum Ciacconius, *Non ſolet Caeſar urbium nominibus praepoſitiones addere;* itaque pro *ab* Caeſar repoſuit, ut ſit, *Itaque Caeſar Arimino.* Nugae ſunt. diligentius Caeſarem legiſſe oportuerat, qui & l. I. de bello Gallico ait, *ad Genevam pervenit.* & l. VII. *ad Lutetiam iter facere coepit.* Sed id commentatoribus Caeſaris familiare eſſe invenio, dictionem ejus ignorare. VOSSIUS. Mire dormitavit *Pet. Ciacconius*, cum ſcripſerit non ſolere Caeſarem urbium nominibus praepoſitiones addere. nihil enim apud noſtrum eſt frequentius. Exemplis ex hoc ſolum libro depromptis utamur. Sic c. XVIII. *Quod oppidum* a Corfinio VII *millium intervallo abeſt.* Et c. XXV. *Domitianas enim cohortes protinus* a Corfinio *in Siciliam miſerat.* Ac iterum c. LXXVIII. *Dierum* XXII ab Ilerda *frumentum juſſi erant efferre.* Sed, ſi ita res ſe haberet, non opus erat, ut reponeret *Itaque* Caeſar *Arimino.* hoc enim nomen facile ſubintelligitur. DAVIS. Plura vide ad l. III. B. G. c. 6. *in Lutetiam*, & mox ad c. 15.

4. CUM II LEGIONIBUS SUBSISTIT] Manifeſtum mendum *cum reliquis ſubſtitit*. Scriptum prius erat *cum reliq. ſubſtitit.* Librarius ex *re* fecit II: *liq.* putavit eſſe *leg.* & ſcripſit II *legionibus*. Nam Caeſar unam tantum XIII legionem tunc habebat, ut ipſa hiſtoria evincit. VOSSIUS. Hanc lectionem vitioſam eſſe omnes vident: Caeſar enim eum temporis ſolam XIII legionem ſecum habebat; vide c. VII. nec alia eum niſi poſtea conſequebatur, ut docet hujuſce libri c. XV. Reſcripſerunt igitur *Nicaſius Ellebodius* & *Pet. Ciacconius*, *cum* v *cohortibus ſubſiſtit*; *Dionyſ.* autem *Voſſius* eodem ſenſu *cum reliquis ſubſtitit.* Vereor, ut ſcopum attigerint. Vel deleta voce *legionibus*, utpote ab imperito intruſa, emendo *cum* II *ſubſtitit*, vel lego *cum* II *cohortibus ſubſtitit.* Ratio eſt manifeſta. Praeſto erat Caeſari una tantum legio; in ſingulis autem legionibus X erant cohortes; harum V Arretium miſit Caeſar, II Arimini ſubſtitit; Tribus reliquis Piſaurum, Fanum, Anconam occupavit. DAVIS. *Cum reliquis* incidit quoque Ciacconio. *legionibus* poſt Daviſium e textu penitus ejecit Clarkius. Malim ego pro ea ſubſtituere *cohortibus.* ut conjicit quoque Daviſius. Sic cap. ſeq. *cum III. cohortibus*, in Leid. pr. eſt

bere inſtituit. Piſaurum, Fanum, [1] Anconam [a] ſingulis cohortibus occupat.

XII. Interea certior factus, [2] Iguvium Thermum praetorem cohorti- 1
bus V tenere, oppidum munire, omniumque eſſe Iguvinorum optimam
erga ſe voluntatem: Curionem cum III [b] cohortibus, quas Piſauri & [c] A-
rimini habebat, mittit. Cujus adventu cognito, diffiſus [3] municipii [d] vo- 2
luntate Thermus cohortes ex urbe [e] educit, & profugit: milites [f] in iti-
nere ab eo diſcedunt, ac domum revertuntur: Curio, omnium ſumma
voluntate, Iguvium recipit. Quibus rebus cognitis, confiſus municipio- 3
rum voluntatibus Caeſar, cohortes legionis XIII ex praeſidiis [g] deducit,
Auximumque proficiſcitur; quod oppidum [h] Attius, cohortibus intro-
ductis, tenebat, [i] dilectumque toto Piceno, circummiſſis ſenatoribus,
habebat.

XIII. Adventu Caeſaris cognito, Decuriones Auximi ad Attium Va- 1
rum frequentes conveniunt: [4] docent *ſui judicii rem non eſſe*; [k] *neque ſe,
neque reliquos municipes pati poſſe, C. Caeſarem, Imperatorem bene de* *Repu-*

VARIAE LECTIONES.

a *Cum ſing.* V. a m. pr. b *legionibus* L. pr. c *Arimino* L. pr. & 2 alii. V. ad l. VII, 32. d vulgo *voluntati.* e MSS. o. & Edd. ante Beroald. *red.* Fors & hic ſcrib. *ded.* ſed V. c. 13. & ſaepe. *ac pr.* L. pr. f *in it.* deſunt Lov. g *red.* Sc. V. *Auximium* & *Auximii* L. pr. h Sic Urſ. Br. B.L. ſec. alii *Accius*, *Actius* & infra. i Sic L. pr. V. Pulm. Sch. & ita infra ſemper cum aliis. k *n. ſe* deſunt Ed. Elz.

pr. eſt *cum III legionibus.* Mordicus *legionibus*, ſed inepte MSS. omnes retinent. an retrahendum eſt ad ſuperius & ſcribendum *legionis*? Vide etiam c. 18.

1. ANCONAM] Si MSS. addicerent, malim *Ancona*, ab *Ancon* Nomin. uti aliis vocatur urbs. licet & *Anconam* in Accuſ. reperias II, 4, 35. ubi tamen in Nomin. ſubdit *Ancon. Ancona* in Nomin. apud Plin. l. III. c. 13. & in Ablat. c. 14. Idem tamen l. II, 72. *In Ancone.* Quare ubique terminationem Graecam malo. Vide ad l. [illegible] B. G. c. 20. *Narbone.*

2. IGUVIUM THERMUM PRAETOREM] Sic optime emendarunt Stenchus Eugubinus, & Manutius, quem vide cum Hotomano, ac Scholiaſte, aliiſque ad Lucanum l. II, 274.

Juſque ſui pulſo jam perdidit Umbria Thermo.

Vulgo *Tignium.* Sed MS. Brant. *Inguium*, Lovan. *Itiguum*, *Itigunorum*, & Petav. Cuj. Scal. Leid. pr. *Tiguium*, *Tiguinorum*, & ſtatim *Tigium*, Lovan. *Igium.* Ceterum notandum, *praetorem* hic vocari Minucium Thermum, loco *Propraetoris*, quod ſubſtituere volebat Freinſh. in Ind. ad Florum. Sed male. *Praetor* ſaepe vocatur is, qui cum imperio urbi vel provinciae praeeſt, licet vere non ſit *Praetor*; quomodo & *proconſul* ſumitur. Vide omnino Nepot. Hannib. c. IV. *C. Centenium praetorem* cum nota Doctiſſ. V. Staveren. Cl. Duker. ad Florum l. II. c. 30. §. 5. & nos ad Frontin. Strateg. I, 5, 22. & infra ad B. Afric. c. 80.

3. MUNICIPII VOLUNTATI] Bong. & Palat. MSti habent *civium voluntate.* VOSSIUS. Quod Gloſſema eſt. Nam & jam infra ait Caeſar (municipiorum *voluntatibus*) CLARK. *Civium* etiam in Leid. ſec. Rectius in Cujac. Petav. & Scalig. *municipum.* quod ob ſuaviorem ſonum placebat Grutero. Sed aliud latet. Vox *voluntati* corrupta eſt, quae non comparet in Lovan. At in Leid. pr. & Voſſ. cum Edd. Ber. Manut. *voluntatis.* Scripſi confidenter *voluntate*, uti praeter Palat. habent MSS. Urſ. Carrar. Dorv. Leid. ſec. Pulm. & Edd. Rom. Ven. Mediol. Florent. Adi ad Front. l. I, 8, 5. *paucitate ſuorum diffidens.* Adde Cl. Burmann. ad Sueton. Jul. c. 3. *Diffidens occaſione.* Apud Tacitum quoque l. II. Hiſt. c. 23. *Diffidens paucitati cohortium*, Cel. J. Gronovius teſtatur in Oxon. MSS. eſſe *paucitate*; item Leidenſes MSS. l. III. B. Civ. c. 96. *diffiſi eo loco.*

4. DOCENT SUI JUDICII REM NON ESSE] Tantundem eſt ac ſi dicas, ſuum non eſſe judicare, an juſtis de cauſſis Caeſar Pompejum, ille Caeſarem perſequeretur. Videtur formula aliqua eſſe in jure priſco uſurpata: ſic infra ait de Maſſilienſibus: *neque ſui judicii, neque ſuarum eſſe virium, diſcernere, utra pars juſtiorem habeat cauſſam.* Quae

Republica meritum, tantis rebus geſtis, oppido moenibuſque prohiberi:
2 *proinde* [1] *habeat rationem poſteritatis, & periculi ſui.* Quorum oratio-
ne permotus [a] Varus, praeſidium, quod introduxerat, ex oppido educit,
3 [b] ac profugit. Hunc [2] ex primo ordine pauci Caeſaris conſecuti milites,
conſiſtere [c] cogunt: [d] commiſſo proelio deſeritur a ſuis Varus: nonnulla
4 pars militum domum diſcedit: reliqui ad Caeſarem perveniunt: atque una
cum iis [e] deprehenſus [3] L. Pupius primipili centurio adducitur, qui hunc
5 eumdem ordinem in exercitu Cn. Pompeji [f] antea duxerat. At Caeſar
milites Attianos conlaudat, Pupium dimittit, [g] Auximatibus agit gratias,
ſeque eorum facti memorem [h] fore pollicetur.

1 XIV. Quibus [i] rebus Romam nunciatis, tantus repente terror inva-
ſit, ut, quum Lentulus [k] conſul ad aperiendum aerarium veniſſet, ad pe-
cuniam Pompejo ex SC. proferendam, [l] protinus, [4] aperto ſanctiore ae-
rario, ex urbe profugeret. [m] Caeſar enim adventare, jamjamque [5] &
2 adeſſe [n] ejus equites falſo nunciabantur. Hunc Marcellus conlega, & ple-
rique

VARIAE LECTIONES.

a Sic Pet. L. pr. V. *A. Var.* B. *M. Var.* Lov. Pal. Dorv. Edd. pp. vulgo *Attius Var.* b Sic MSS. non *&*. c *coegerunt* MSS. 7. Edd. R. M. d Ita Pet. Cuj. Carr. L. pr. V. Ed. Fl. non *commiſſoque.* e *compreh.* Lipſ. *deprenſus* L. pr. f *ante* V. g *Auximabiis* L. pr. h deeſt Buſl. Edd. R. M. V. i deeſt Pet. k *C. Romam* Edd. R. M. V. l *ſtatim* Lov. m *Caeſarem adv.* V. minus bene. n vulgo *&* deeſt; uti *ejus equites* a V. in quo *nunciabatur.*

verba optime explicat Vellejus l. II. c. I. cum ait: *Maſſilia fide melior, quam conſilio prudentior, intempeſtive principalium armorum arbitria captans, quibus ii ſe debent interponere, qui non parentem coërcere poſſunt.* Itaque *non eſt judicii mei res*, idem valet, ac ſi dicas, non mihi id arrogantiae, ut me huic rei interponam: non arrogo mihi arbitrium ejus rei. Et l. III. de Bello civili c. XII. *Illi vero daturos ſe negare, neque portas conſuli praecluſuros; neque ſibi judicium ſumturos, contra atque omnis Italia populuſque Rom. judicaviſſet.* VOSSIUS.

1. HABEAT RATIONEM POSTERITATIS ET PERICULI] Rubenius more ſuo infelix, ubi Caeſarem corrigit, l. I. Elect. c. VIII. reſcribit *poteſtatis*: nam, inquit, periculum non in poſterum, ſed praeſens imminebat. Non intellexit mentem Caeſaris. Tu per *poſteritatem*, intellige *famam*. Quomodo & Julius Celſus de hac re loquens ait p. 183. de hac re loquens; *orant ut famae, ut ſuo ſuorumque diſcrimini, dum tempus eſt, conſulat.* Poſteritas pro fama, quia haec ſola ad poſteros tranſmittitur. Unde & Cicero in Tuſculan. l. I. p. 20. Ed. Fabr. *Quum optimus quiſque maxime poſteritati ſerviat.* IDEM. *Majeſtatis* fruſtra orae libri ſui Lipſius adſcripſit.

2. EX PRIMO ORDINE PAUCI] Quomodo x aut xx milites proelium committant? An hic per primum ordinem non notantur ſoli illi, qui in principe linea, ut vulgo loquuntur, ſtabant? an dicemus ordinem hic pro caterva aut manu aliqua poni. Sane ego maluiſſem hic ſcriptum eſſe *agmine.* Sed temere non muto: potuerunt Caeſariani impedito itinere Varum premere: iſque deinde a ſuis deſertus. VOSSIUS.

3. L. PUPIUS] Male Pal. & Edd. Vett. hic & infra *Puppius.* Bong. *Pupilus.* Cujac. Petav. Leid. pr. Voſſ. *SL' Pupius.* Latere videtur aliud praenomen.

4. PROTINUS APERTO SANCTIORE AERARIO] Nimirum aliter ſcribere Caeſari non permittebat poſteritatis ſtudium, ut aerarium, quod ab eo effractum nullum eſt dubium, & omnes autores teſtantur, diceret ſe apertum a Lentulo inveniſſe. Si non alium volumus, Florum audiamus, qui ait *Aerarium quoque ſanctum, quia tardius aperiebant Tribuni, juſſit effringi.* Miror ſane Philippi Rubenii ſimplicitatem, qui l. I. Elector. c. 24. emendat, *protinus non aperto.* VOSSIUS.

5. ADESSE] Inſerui copulam *&* pro *etiam* auctoritate MStorum Petav. Cujac. Leid. pr. Bong. Lovan. ſi cui *jam jamque* delere placeret, quia non comparet in Carrar. non valde repugnarem. *Adventare* enim notat, eum jamjam adfuturum. Vide ad Front. I, 5, 8. Vel ſic tamen ego retinere

rique magiſtratus conſecuti ſunt. Cn. Pompejus [1] pridie ejus [a] diei ex ur- 3
be profectus iter ad legiones habebat, quas a Caeſare acceptas in Apu-
lia hibernorum cauſſa diſpoſuerat. [b] Dilectus intra urbem intermittun- 4
tur: nihil citra Capuam tutum eſſe [c] omnibus videtur. Capuae primum
[d] ſeſe confirmant, & conligunt, dilectumque colonorum, qui lege Julia
Capuam deducti erant, habere inſtituunt, gladiatoreſque, quos [e] ibi Cae-
ſar in ludo habebat, [f] ad forum productos [2] Lentulus libertati confirmat,
[g] atque iis equos adtribuit, & ſe ſequi juſſit: quos poſtea, monitus ab 5
ſuis, quod ea res omnium judicio reprehendebatur, [3] circum familiares
conventus Campaniae, cuſtodiae cauſſa, diſtribuit.

XV.

VARIAE LECTIONES.

a *die* Dorv. Vide p. 115. b Ita MSS. 5. & ſtatim. *contra u.* Pet. Sc. Lov. L. pr. Reg. El. c deeſt Lov. *videbatur* Edd. R. M. V. d *eſſe* MSS. 7. e *ſibi* L. ſec. f Sic MSS. o. & Edd. pp. non *inf. ded.* Pet. L. pr. g deeſt L. pr.

nere malo ob ſolitam Caeſari copiam & perſpicuitatem.

1. PRIDIE EJUS DIEI EX URBE PROFECTUS ITER AD LEGIONES HABEBAT] Fulvius & Ciacconius legunt *Pridie eidus*. Nam Pompejus, ut ex verbis Ciceronis colligitur, omnino circa illud tempus ex urbe profectus. Et putant illi librarium ex *pr. eid.* feciſſe *pridie ejus diei*. Sane mihi veriſſima conjectaſſe videntur. Perpende loca Ciceronis, & quae de Numa, atque anno a Caeſare ordinato ajunt. VOSS. Cum *Pompejus* ex Urbe proficiſceretur, non pridie ejus diei, quo ſanctius aerarium eſſet apertum; uti ex *Cicerone* oſtendit *Ciacconius:* quaerunt Viri Docti, an non emendandum ſit, (*pridie* Idus *ex Urbe &c.*) Sed nihil opus. Nam ſi, ut plerique exiſtimant, non *Pompeji*, ſed *Caeſaris* juſſu effractum fuit aerarium; nihil mirum, ſi Caeſar, quo die id factum fuerit, non vere demonſtret. CLARKE. Si *pridie Idus* recipias, rectius foret *habuerat;* ut addidit Ciacconius. quare nil mutare contra MStos, ſatius eſt.

2. LENTULUS LIBERTATI CONFIRMAT] Sic vv. cc. nonnulli, at Petavianus habet *ad forum deductos Lentulus libertatis confirmat;* & ſic Cujacianus quoque, niſi quod pro *deductos* retinet vocem *productos*, quae in vulgatis eſt. Lipſius (l. 1. Sat. c. 14.) emendabat *Libertate confirmat.* Quod non probo. Sane mihi optima videtur lectio quae in Petav. & Cujac. MS. eſt: itaque legerim *libertatis confirmat:* ut ſubintelligatur *munere:* etſi non ignorem, quam inſolens Caeſari haec phraſis. Quin ipſa vulgata lectio mihi Lipſiana emendatione magis placet: an non ſimilis mos eſt loquendi? quando ait Cic. l. VII. epiſt. XIII. ad Attic. *gladiatores Pompejus diſtribuit binos ſingulis patribus familiarum.* Ubi ſimiliter dativum & accuſativum videmus. VOSS. In Leid. primo ſcribitur *in libertatem conf.* quomodo paſſim occurrit *vindicare in libertatem.* pro quo MSS. nonnulli *libertati* infra c. 22. ubi vide. Verum hic loci profectum ab interpretatione videtur, & veriſſima eſſe lectio, ſane docta & elegans *libertatis*, quae reſtat etiam in Scalig. & Lovanienſi. *Confirmare libertatis*, id eſt, certos, firmos, ſecuros libertatis eſſe juſſit; nec tantum eos libertatis admonuit, ſed plene promiſit. Similia vide ad l. VII. c. 77. & c. 80. Grammaticorum filii nodum ſecant, non ſolvunt, qui Hypallagen eſſe ſingerent, pro *quibus libertatem confirmat.*

3. CIRCUM FAMILIARES CONVENTUS CAMPANIAE CUSTODIAE CAUSSA DISTRIBUIT] Urſinus & Ciacconius legunt, *circum familiae patres conventus Campani, c. c. d.* moti verbis Tullii, quae paullo ante citavimus. Ego legerim *circum familias:* & poſtea vidi idem Rubenio placuiſſe, pro *Campaniae* ut *Campani* reſcribamus, ipſa ratio dictare videtur: nam Campania & conventus Campanus idem ſunt. VOSS. Implexe & moroſe dictum videtur *familiares conventus Campaniae.* Qui enim iſti ſunt? *Cicero*, qui in locis vicinis & tantum non in re praeſenti fuit, liquido ita narrat, ut gladiatores diſtributi modo ſint in urbe ipſa. Verba ejus l. VII. ad Attic. Epiſt. XIV. *Gladiatores Caeſaris, qui Capuae ſunt, ſane commode Pompejus diſtribuit, binos ſingulis patribus familiarum.* Non ergo temere credimus per alios conventus Campaniae diſtributos. Mihi ſtat legere *circum familias conventus Campani.* Conventum Campanum accipio ipſos incolas & corpus Capuae urbis. Sic *conventum Uticenſem* infra nominat; ſic *conventum Cordubenſem* l. II. c. 19. ſic de hac ipſa urbe l. III. c. 21.

1 XV. [1] Auximo Caeſar progreſſus omnem agrum Picenum percurrit. Cunctae earum regionum praefecturae libentiſſimis animis eum recipiunt,
2 exercitumque ejus omnibus [a] rebus juvant. Etiam [2] Cingulo, quod oppidum Labienus conſtituerat, ſuaque pecunia exaedificaverat, ad eum legati veniunt; quaeque [b] imperaverit, ſe cupidiſſime facturos pollicentur.
3 Milites imperat: [c] mittunt. Interea legio XII Caeſarem conſequitur. Cum his II [3] Aſculum Picenum proficiſcitur. Id oppidum Lentulus [d] Spinther X cohortibus tenebat: qui, Caeſaris adventu cognito, profugit ex oppido, cohorteſque ſecum [e] abducere conatus, [f] a magna parte militum de-
4 ſeritur. Relictus in itinere cum paucis incidit in [g] Vibullium Rufum, miſſum a Pompejo in agrum Picenum, confirmandorum hominum cauſſa: a quo factus Vibullius certior, quae res in Piceno gererentur, milites ab
5 eo [h] accipit, ipſum dimittit. [i] Item ex finitimis regionibus, quas poteſt, contrahit cohortes ex dilectibus Pompejanis: in iis [k] Camerino fugientem [4] Ulcillem Hirrum, cum VI cohortibus, quas ibi [l] in praeſidio habuerat,

VARIAE LECTIONES.

a abeſt Lov. b Sic MSS. & Edd. Vett. *imperarit* Ed. Scal. *imperavit* Dav. vulgo etiam *ſeſe* contra MSS. & Edd. Vaſc. Steph. &c. c *mittuntque* Dorv. L. ſec. Edd. R. M. V. d *Piſther* L. pr. e. *add.* MSS. 5. Edd. qdd. f deeſt MSS. 4. g *Bibull.* MSS. 7. & infra, ſolemni confuſione ⁊ *B.* & *V.* h *accepit* V. i *ipſe* L. ſec. Reg. Edd. R. M. V. Vaſc. Str. Steph. Gr. poſt. ſed V. ad l. I. B. G. 36. k *Camerinum* Samb. & L. ſec. *fugiente* L. pr. Scal. Lov. l deeſt MS. Hotom. L. pr. Pal. Dorv. Edd. R. M. V. male V. ad l. VI. B. G. 33. *habebat* Lov. *excepit* & *effecit* L. pr.

21. *Periculum veritus, quod conventus arma ceperat.* Vide *Feſtum* de hac ſignificatione vocis *conventus* & *Aſconium* atque alios. Jam *Campanus* a Capua formatur, non *Capuanus*, quod *Varro* indicavit l. IX. LL. *Virgilius* etiam

Et Capys, hinc nomen Campanae ducitur urbi.

Haec *Ph. Rubenius* Elect. l. I. c. VIII. Vide & *J. Fr. Gronovium* Obſerv. l. III. c. XXII. DAVIS. Virorum doctorum emendationem in textum recepit Cellarius, *familias conv. Campani.* Non rejicio temere *familiarum patres*, licet ſciam frequentius dici, inverſo ordine. MSS. in corrupta lectione conſpirant.

1. AUXIMO CAESAR PROGRESSUS] In MS. *Norvic.* legitur *maximo Caeſar progreſſu*, ut ſcribendum conjecit *Pet. Victorius* Var. Lect. l. IV. c. XV. cui tamen non accedo, nam, cum Caeſar itinerum ſuorum ſeriem contexat, lectionem receptam optime convenire manifeſtum, ac proinde nemo dubitet, quin alteri ſit praeferenda; ſolenne enim fuit Librariis, nomina appellativa, utpote notiora, ſi aliquo modo congruerent, pro propriis infercire. DAVIS. *Maximo C. progreſſu* Petav. Cujac. Scalig. Leid. pr. Voſſ. Nihilominus male. Et merito haec lectio jamdiu exploſa eſt a Manutio, Bruto, Ciacconio, Hotom. Brantio, uti & Lamb. ad Cicer. l. VIII. ad Att. 18.

2. CINGULO] MS. Reg. & Editt. Rom. *Ex Cingulo.* Quae dictio Caeſari familiaris. CLARKE. Primus, quod ſciam, Scaliger omiſit praepoſitionem. Nam in Editis, quotquot inſpexi, additur *ex*. Sed jam Ciacconius & Brant. monuerunt a ſuis MSS. eam abeſſe, uti exſulat quoque a meis antiquioribus Scalig. Cujac. Petav. Leid. pr. Voſſ. Sic item ſtatim in recentioribus *ex Alba.* Aliquoties addi a Caeſare praepoſitionem ſcio; immo dictum de ea eſt paullo ante ad c. XI. ſed temere contra vetuſtiores MSS. inculcare eam ubivis nolim: Alioquin ſupra pro *maximo* conjeciſſem *auximo*, id eſt, *ab Auximo.* a *Corfinio* c. 25. vide & c. 78.

3. ASCULUM PICENUM] Sic & Strabo & alii. Male Codd. Petav. Scalig. *Picenumque*, erratque Hotomanus, credens nullum aliud eſſe *Aſculum* cum etiam ſit oppidum ita dictum in Apulia, de quo vide ad Front. II, 3, 21.

4. ULCILLEM HIRUM] Faërnus & Manutius malunt *Luceium Hirrum*. Quia gentis Luceiae cognomen eſt *Hirrus:* atque ita inveni in ſchedis Pulmanni, quaſi eſſet MSti lectio. Pantagathus legebat *Aedilem Hirrum;* at Urſinus *Aedilem C. Hirrium;* atque ita apud Ciceronem ubique pro *Hirro* reponebat: quia nota fuit hoc jam tempore gens *Hirria*, ut ex Varrone, Plinio, & Macrobio probat: quamquam ibi quoque in MSS. plerum-

rat, excipit: quibus coactis, XIII efficit. Cum iis ad Domitium [a] Ahe- 6
nobarbum Corfinium magnis itineribus [b] pervenit; Caeſaremque adeſſe 7
cum legionibus II nunciat. Domitius per ſe circiter [c] XX [1] cohortes Alba, ex Marſis & Pelignis, & finitimis ab regionibus coëgerat.

XVI. [2] Recepto Aſculo, expulſoque Lentulo, Caeſar conquiri milites, 1
qui ab eo diſceſſerant, [d] dilectumque inſtitui jubet: ipſe unum diem ibi, rei frumentariae cauſſa, [e] moratus, Corfinium contendit. Eo quum ve- 2
niſſet, cohortes V, [f] praemiſſae a Domitio ex oppido, pontem fluminis interrumpebant, qui [g] erat ab oppido [h] milia paſſuum circiter III. Ibi cum 3
antecurſoribus Caeſaris proelio commiſſo, celeriter Domitiani a ponte repulſi ſe in oppidum [i] receperunt. Caeſar, legionibus transductis, ad 4
oppidum conſtitit, juxtaque murum caſtra [k] poſuit.

XVII. Re cognita, Domitius ad Pompejum in Apuliam peritos regio- 1
num, magno propoſito praemio, cum litteris mittit; qui petant atque orent, ut ſibi ſubveniat: *Caeſarem duobus exercitibus, & locorum anguſtiis* [l] *facile intercludi poſſe, frumentoque prohiberi. Quod niſi fecerit,* 2
ſe, [m] *cohorteſque amplius* XXX. *magnumque numerum ſenatorum, atque* [n] *equitum Romanorum in periculum eſſe venturum.* Interim ſuos cohorta-

VARIAE LECTIONES.

a *Aenob. Enob. Henob. Abenobardum* MSS. & Edd. qdd. V. Vin. ad Flor. III, 2. & nummos Fam. *Coborſin.* Pet. L. pr. b. *contendit* Lov. *Caeſarem quoque* L. pr. c *XI* apud Cic. d Sic rurſus Pet. Lov. L. pr. e *commor.* L. pr. f deeſt V. *Domitius* Pet. *ex oppido* abeſt Lov. g *aberat* Manut. ut alibi, ſed V. Ciacc. & Daviſ. l. II. c. 23. h *XVI millibus p. c. tribus* Carr. i *recipiunt* L. pr. k *ponit* Carr. Pulm. Sch. bene. l *non* V. m *cobortes* &c. *in p. e. miſſurum* L. pr. quod notandum. n *equites Rõs* Lov. *equitatum* V.

plerumque fit *Hirrus.* In Inſcriptionibus Gruteri *Hirrii* multi occurrunt. *L. Hirrii* legit quoque Urſin. l. III. B. Civ. c. 82. uti ibi eſt in MSS. quibuſdam. In aliis *Hirtii.* Ego *Hirrum* reſcripſi auctoritate MSS. Carr. Urſ. Cujac. Petav. Voſſ. & aliorum. *Hircum* Leid. pr. *Actica* ſec. *Artica* Samb. ſimilia monſtra adparent in MSS. pro *Ulcillem*, inepto ſane vocabulo. *In vallem* Samb. & Leid. ſec. *Valum* Voſſ. *Vallum* Carr. *Ulcilem* Bong. a m. ſec. Sed *Ucillum* Urſin. Cuj. Petav. Scalig. & Leid. pr. Lipſius adſcripſerat *Ocillum* vel *Ocellum.* Non diſplicet mihi *C. Lucejum Hirrum.* Hotomanus ſimpliciter legebat *Cajum Hirrum*, obſervabatque, ei a Pompejo in Epiſtolis Cic. ad Att. VIII, II. tantum tribui *V cohortes*: ubi Corradus monet, in MS. legi *Camerinum f. in valle fortica cum &c.*

1. COHORTES EX ALBA] Sic MS. Reg. & Edit. Rom. Alii omittunt praepoſitionem. CLARKE. *Alba*, ex *Marſis & Pelignis, & finitimis* ab *regionibus coegerat*) *Beroaldus* edidit *ex Alba & Marſis. Bongarſ.* tert. *& Steph.* habent *finitimis regionibus.* Lege igitur, *cohortes* ex *Alba & Marſis & Pelignis & finitimis regionibus* coegerat, ut olim *Gryphius* repraeſentavit. DAVIS. *Cur. ſec.* Uti Gryphius, ita ediderunt, quod ſciam omnes, niſi quod in Edd. antiquioribus pleriſque additum ſit *ab reg.* probante e ſuo Cod. etiam Hotomano. *Ex Alba & Marſis* inveni in ſolis recentiſſimis Bong. & Leid. ſec. Vide ſupra. *ex Pel.* Pal. Leid. ſec. Dorvill. Ceteri dant *coh. Alba, ex M. & Pelignis*, uti bene edidit Scaliger. dein *&* ante *fin.* non eſt in Petav. Cujac. Lovan. Leid. pr. Dorv. Voſſ. ſed *ab* retinent omnes praeter Lovan. Bong. & Leid. ſec. Vaſc. Steph. Gryph. *Cogere* cum praepoſitione *a* aliquoties invenias apud noſtrum & alios. c. 33. *naves a privatis coactas.*

2. RECEPTO ASCULO] Urſinus in v. c. reperit *recepto oppido*, & vocem *Aſculo* σχολαστικῶς adjectam putat. Ego pro *Aſculo* in MS. Cujac. Petav. Palatin. & v. c. inveni *Firmo*, quod vicinum eſt Aſculo oppidum. VOSSIUS. *Firmo* exſtat quoque in Leid. pr. Voſſ. Lovan. Dorv. & Edd. Rom. Ven. Mediol. aliiſque. Quid ni legimus? *Recepto Firmo, Aſculoque expulſo Lentulo.* Hinc circa hoc tempus *Caeſar Firmo progreſſus* in Epiſt. Pompeji apud Cicer. ad Att. l. VIII. Epiſt. 12. quod

hortatus, tormenta [1] in muris [a] diſponit: certaſque cuique partes ad cu-
4 ſtodiam urbis adtribuit; militibus in concione agros ex ſuis poſſeſſioni-
bus pollicetur, [b] quaterna in ſingulos jugera, & pro rata parte centurio-
nibus evocatiſque.

1 XVIII. Interim Caeſari nunciatur, Sulmonenſes, quod oppidum a Cor-
finio [2] VII milium intervallo abeſt, cupere ea facere, quae vellet, [c] ſed
a Q. Lucretio ſenatore & Attio Peligno prohiberi; qui id oppidum VII
2 cohortium praeſidio tenebant. Mittit eo M. Antonium [3] cum [d] legionis
VIII cohortibus v. Sulmonenſes, ſimul atque noſtra ſigna viderunt, por-
tas aperuerunt, [4] univerſique & oppidani & milites obviam gratulantes
3 [e] Antonio exierunt. Lucretius & Attius de muro ſe dejecerunt. Attius,
ad Antonium deductus, [5] petit, ut ad Caeſarem mitteretur. Antonius cum
4 cohortibus, & Attio, eodem die, quo profectus erat, revertitur. Caeſar
eas cohortes cum exercitu ſuo conjunxit, Attiumque incolumem dimiſit.
Caeſar [f] tribus primis diebus caſtra magnis operibus munire, & ex finiti-
mis municipiis frumentum [g] comportare, reliquaſque copias exſpectare
5 inſtituit. Eo triduo legio VIII ad eum venit, cohorteſque ex novis Gal-
liae [h] dilectibus XXII, equiteſque [i] ab rege Norico circiter CCC. quorum
6 adventu altera caſtra ad alteram oppidi partem ponit. His caſtris Curio-
nem

VARIAE LECTIONES.

a *Diſpoſuit* L. pr. b Sic Glar. Gland. Manut. & Vaſc. margo. MSS. o. & Edd. ante Scal. l. *XL.* vel *quadraginta.* quod credi nequit. V. ad l. I. B. G. 53. c *ſeque* L. pr. *Lucterio* hic & infra Pal. L. ſec. *Luctetio* B. Dorv. *Luctatio* Carr. *Lucetio* Edd. pp. *Luratio* al. dein *Actio* MSS. plerique & Edd. pp. ſed V. Ciacc. & Hotom. d *legione* Pet. *legionibus* Pal. Lov. Dorv. Voſſ. e *animo* L. pr. ſupraſc. *Antonio.* f deeſt MSS. meis o. & Edd. R. M. V. g *comparare* L. ſec. Carr. Pulm. h Sic Pet. L. pr. V. i ita MSS. 7. non *a. Morico* Edd. R. M. V.

quod male mutare conatus eſt Victorius. *Firmum* reſtitui quoque Frontino l. IV, I, 24. Niſi ſtatuamus utrumque & *Aſculo* & *Firmo* natum e ſcholio *& oppido*, quod eſt in Urſini Codice.

1. IN MURIS] Bongarſ. Leid. ſec. *in muros.* ſed male. Aliud eſt *tormenta in muris diſponere*, aliud *in muros.* Quod clare patet ex l. II. B. G. c. 29, 30. *magni ponderis ſaxa in muro conlocarunt*, & *turrim in muros conlocare.*

2. VII MILLIUM INTERVALLO] Sic omnes MSS. & recte quidem. *Jul.* autem *Celſus* p. 185. ait *Corfinium progreditur oppidum Pelignorum* XII *millia paſſuum diſtans a Sulmone;* Reponendum VII *millia paſſuum.* DAVIS.

3. CUM LEGIONIS VIII COHORTIBUS V.] Corruptum putabat Urſinus: idem ego arbitror, nam infra demum ait VIII legionem ad Caeſarem veniſſe. Urſinus ait in vet. c. legi VII *legionis* & reſcribit XII. quam conjecturam non improbo, etſi poſſit quoque legere XIII, ut codicum plurium numerum, quatenus hiſtoria patitur, retineamus. Illud certum, non poſſe retineri hoc loco *octavae legionis.* VOSSIUS. *VII* edidit Clarkius. Mihi quis numerus reponi debeat, non liquet.

4. UNIVERSIQUE ET OPPIDANI ET MILITES.] Veriorem putat Hotomanus MSti ſui lectionem *Univerſique oppidani*, rejectis ceteris; quia Sulmonenſes antea dixerint, ſe a cohortibus coerceri. Fateor *&* atque *&* *milites* abeſſe etiam a Bong. Palat. Lov. Leid. ſec. Dorvill. Pulm. Sch. Edd. Rom. Med. Ven. Nihilominus male. Sulmonenſes dixerant modo, ſe prohiberi a Lucretio & Attio, non ab eorum *militibus*, qui jam ſimul ac ſigna Caeſaris viderunt, una cum oppidanis aperte Caeſari ſe favere declararunt.

5. PETIT] Grutero videbatur legendum *petiit*, ſine dubio, quia ſequitur *mitteretur.* At tamen vide, quae congeſſi ad l. I. B. G. c. 8. & alibi. l. III. B. Civ. c. 69. *Ne in anguſtias inciderent, ſeſe praecipitant.* ut eſt in MSS. Hirt. B. Alex. c. 51. *dat negotium, ut naves praepararentur.*

1. CIRCUMMUNIRE] Statim *circummunitione.* l. II. B. G. c. 30. *crebriſque caſtellis circummuniti &*

nem praefecit: [a] reliquis diebus oppidum vallo, caſtellisque [1] circumvenire [b] inſtituit. Cujus operis [c] maxima parte effecta, eodem fere tempore miſſi [d] ad Pompejum revertuntur.

XIX. Litteris perlectis, Domitius [2] diſſimulans in conſilio pronunciat, 1
Pompejum celeriter ſubſidio venturum; hortaturque eos, ne animo defi-
ciant, quaeque [e] uſui ad defendendum oppidum ſint, parent. Ipſe [f] arca- 2
no cum paucis familiaribus [g] ſuis conloquitur, conſiliumque fugae capere,
[3] conſtituit. Quum vultus Domitii cum oratione non conſentiret, atque
omnia trepidantius timidiuſque ageret, quam ſuperioribus diebus conſueſ-
ſet, multumque cum ſuis [4] conſiliandi cauſſa, ſecreto, praeter conſue-
tudinem, conloqueretur; concilia conventuſque hominum fugeret; res
diutius tegi, diſſimularique non potuit. Pompejus enim reſcripſerat, *ſeſe*
[5] *rem in ſummum periculum deducturum non eſſe; neque ſuo conſilio, aut* 3
volun-

VARIAE LECTIONES.

a *Reliquisque* L. ſec. b vulgo *circummunire.* c *magna* Pal. B. d *a Pompejo* Pet. C. L. pr. V. ad l. VIII, 41. e deeſt Lov. *ſint* exſulat a L. pr. ſed V. ad l. V, 42. f Sic MS. Urſ. Cuj. Pet. L. pr. Sc. Lov. V. Ed. R. Steph. & aliae. *Arcane* al. *arcana* Ed. Elzev. g deeſt Pet. Cuj. bene.

ti & alibi. Verum MSS. Urſ. Hotom. Brant. Petav. Pal. Bong. Lovan. Scalig. Leid. pr. ſec. Voſſ. Dorv. Pulm. Sch. & Edd. Rom. Ven. Med. Ald. Plant. *circumvenire.* atque ita vulgo legitur c. 81. *Conatur tamen eos vallo foſſaque circumvenire.* ut & unus e MSS. meis. nam reliqui *circummunire.* c. 84. *paene ut feras circumventos* in nonnullis. at plurimis *circummunitos.* Vide etiam ad l. II. B. C. c. 16. & l. III. B. Civ. c. 97. *montem opere circumvenire inſtituit.* at illic MSS. tantum non omnes *circummunire.* uti rurſus l. II. c. 36. *vallo circummunire inſtituit.* quo loco Edd. primae quoque *circumvenire.* Quod, ut pote rarius perperam in *circummunire* mutaverunt. Nec enim Scaligero accedere poſſum, qui hoc ſolo loco edidit *circummoenire*, ut apud Plautum, & alios ἀρχαΐζοντας. quomodo *poenire, poeniceus* &c. Sed *circumvenire* bene & Latine dicitur. Sall. Jug. c. 76. *Vallo foſſaque moenia circumvenit.* Plura vide apud Cl. Waſſe in Ind. & Cort. ad Jug. c. 52. *cuncta moenia exercitu circumvenit.* Reſtitui igitur MStorum lectionem, quidquid obnitatur Brantius.

2. Dissimulans in Consilio] Hotom. e ſuo Codice malebat *ſimulans;* quia Domitius iſta pronuncians non diſſimulabat, ſed ſimulabat & ſingebat. Certe *ſimulans* extat quoque in Palat. Dorvill. & Edd. Rom. ac Med. Sed male. Domitius diſſimulabat ea, quae vere in litteris erant perſcripta, & pronunciabat contrarium; ut patet ex ſeqq. In MS. per Lipſium collato, puto eſſe Buſlidianum, & Ed. Veneta erat *ſimulatus* forſan pro *diſſimulatus.* Hoc enim deponenti forma aliquoties occurrit. Vide Cl. Burm. ad Vellej. Paterc. l. II. c. 109. *ex male diſſimulato agebat aemulum.* Ceterum in MSS. plerisque legitur *concilio*, uti & Edd. Vaſc. Steph. Gryphii utraque. Quod ſi admittimus, intelligendum eſſet, eum ad omnes milites habuiſſe concionem. Quare malim retinere *conſilio:* uti habent Edd. primae & MSS. Dorv. Voſſ. aliique, ſub quo tribuni militum, centuriones, primive ordines comprehenduntur. Vide etiam ad l. VIII. cap. 8.

3. Instituit.] Sic MS. Reg. Al. *conſtituit.* CLARK. *Inſtituit* etiam Pulm. Schedae, ſolita variatione. Reliqui omnes *conſtituit* ſervant, quod hic loci retineo. De Verbo *inſtituere* vide Ind. in notas. De re aperta ſolet id verbum adhibere auctor.

4. Consiliandi caussa] In aliis *conſultandi;* ſed receptam lectionem exhibent MSS. *Faern. Ciaccon. Carrar. Norvic.* & editt. *Rom. Beroald.* nec mihi dubium videtur, quin ſit genuina. Noſter hujuſce libri c. LXXIII. *Haec conſiliantibus iis, nunciatur. Apulejus* Metam. l: I. p. 9, *Bonus conſiliator Ariſtomenes.* Gloſſarium vetus. Γνωμοδότης *ſuaſor, conſiliator.* Plura hanc in rem congeſſere *Chr. Cellarius* Cur. Poſter. p. 57. ac intt. ad *Phaedri* l. II. Fab. VI. DAVIS. Hotom. quoque, & cuncti mei cum Edd. primis. Recte pro *conſultandi.* Adde Vorſt. de Latin. Mer. Suſp. p. 21. Giſan. Obſerv. Ling. Lat. h. V. & hic Cellarium, & infra Brant.

5. Rem in summum periculum deducturum] Reponit *Pet. Ciacconius*, *rem ſummam in periculum;*

4 *voluntate Domitium ſe in oppidum Corfinium contuliſſe:* [1] *proinde, ſi qua*
facultas fuiſſet, ad ſe cum omnibus copiis veniret. Id ne fieri poſſet, ob-
ſidione, atque oppidi [a] circummunitione fiebat.
1 XX. Divulgato Domitii conſilio, [b] milites, qui erant Corfinii, [2] prima
2 [c] veſperi ſeceſſionem faciunt; atque ita inter ſe per [d] tribunos militum cen-
turionesſque, atque honeſtiſſimos ſui generis conloquuntur; *obſideri ſe a*
Caeſare; opera, munitionesque prope eſſe perfectas; ducem ſuum Domi-
3 *tium, cujus ſpe atque fiducia permanſerint, projectis omnibus, fugae con-*
ſilium capere: debere [e] *ſe ſuae ſalutis rationem habere.* Ab his primo Mar-
ſi diſſentire incipiunt, eamque oppidi partem, quae munitiſſima [f] videre-
4 tur, occupant: tantaque inter eos [3] diſſenſio [g] exſiſtit, ut manum [h] conſe-
rere, atque armis dimicare conentur: poſt paullo tamen, internunciis
5 ultro citroque miſſis, [i] quae ignorabant, de L. Domitii fuga, cognoſcunt.
[k] Itaque omnes uno conſilio Domitium, productum in [l] publicum, cir-
cumſiſtunt, & cuſtodiunt; legatosque [m] ex ſuo numero ad Caeſarem mit-
tunt; ſeſe paratos eſſe portas aperire, quaeque imperaverit, facere, & [n] L.
Domitium vivum [o] in ejus poteſtatem tranſdere.

VARIAE LECTIONES.

a *Munitione* V. b L. pr. inter verſus. c vulgo *veſpera. ſucces.* V. d *tribunum* Pet. Lov. L. pr. ſec. V. B. e deeſt Lov. Pal. Dorv. *ſui* Pal. V. ad l. 1. B. G. 4. f *videtur* L. ſec. g vulgo *exſtitit* & *conarentur.* h *conferre* V. i *qui* Lipſ. *L* deeſt Lov. k *atque* Lov. Edd. R. M. l *publico* Pal. Dorv. m deſunt Lov. & 4 aliis, atque Edd. pp. male. n abeſt Lov. Dorv. o *ejus poteſtati* Pet. Cuj. Leid. pr. bene.

lum; ſed ejus conjecturam evertit ipſe *Caeſar*, qui l. v. B. G. c. xxxi. ait, *Orant, ne ſua diſſenſione & pertinacia* rem in ſummum periculum deducant. Miror equidem, unde factum, ut *Joan. Brantius*, cum hunc locum memoria teneret, *Ciacconio* adſentiri, quam veram lectionem ſervare, maluerit. DAVIS. Vide ad dict. l.

1. PROINDE SI QUA FACULTAS FUISSET, AD SE CUM OMNIBUS COPIIS VENIRET] Petav. eodem modo habet, niſi quod *fuiſſet facultas* in eo, tranſpoſitis vocibus, legatur. Mihi haec verba corrupta videntur, nam cur Pompejus ſcriberet, *ſiqua fuiſſet facultas*, & non *ſiqua eſſet.* Legendum puto, *ſiqua fugae ſit facultas.* Sane ſenſum praeſtare nullus ambiget. VOSSIUS. In nonnullis Codd. vocibus tranſpoſitis ſcriptum eſt, (*ſiqua* fuiſſet *facultas.*) Voſſio corrupta videntur haec verba. Cur enim Pompejus ſcriberet, *ſiqua fuiſſet*, & non, *ſiqua eſſet?* Proinde legendum putat, (*ſiqua* fugae ſit *facultas.*) Nec quenquam dubitaturum exiſtimat, quin ſenſus iſto modo praeſtantior ſit. At vero & in vulgata Lectione, rem attentius perpendenti, optime conſtabit *Temporum ratio*; & Viri Doctiſſimi emendatio ne Latina quidem videbitur. Non enim Latine dicitur, (*ſiqua ſit facultas, —— veniret;*) Sed, (*ſiqua fugae ſit facultas, —— veniat*; Quod enim Tempora nonnunquam permutentur, cum res praeterita tanquam praeſens narretur; id hic locum non habet. Fortaſſe igitur ſcribendum voluit Vir Doctiſſimus, (*ſiqua fugae* eſſet *facultas.*) Sed, ut dixi, nihil opus. Optime enim conſtat Temporum ratio: *Poſtquam* (vel *ſiquando*) facta *fuiſſet facultas, —— veniret.*) CLARKE. *Eſſe* adſcripſit Lipſius. *fuiſſet fac.* etiam Leid. pr. & Voſſ.

2. PRIMA VESPERA] MSS. Carr. Ciacc. Hotom. Brant. *veſperi.* quod rejecerunt nihilominus viri docti. At tamen etiam Petav. Cujac. Scal. Lovan. Leid. pr. immo omnes mei & Pulm. Schedae cum Edd. Rom. Mediol. Ven. Beroaldi, Baſil. aliiſque dant *Veſperi*, quem conſenſum veneratus ita edidi. *Veſperum* dicere amat Caeſar. Vide ad l. 1. B. G. 26. Subauditur *hora.* Hinc ibidem c. 27. *prima noctis* ſcribendum e MS. videtur.

3. DISSENSIO EXSTITIT, UT —— ARMIS DIMICARE CONARENTUR] Non dubito quin cum MS. *Norvic.* legendum ſit *Diſſenſio exiſtit, ut —— armis dimicare conentur:* verba enim tam quae antecedunt, quam quae ſequuntur, praeſentis ſunt temporis. DAVIS. MSS. Reg. E-

XXI. lienſ.

XXI. Quibus rebus cognitis, Caeſar, etſi magni intereſſe arbitraba- 1
tur, quam primum oppido potiri, cohorteſque ad ſe in caſtra tranſducere, ne qua aut largitionibus, aut animi confirmatione, aut falſis nunciis commutatio fieret voluntatis: quod ſaepe in bello parvis momentis magni caſus [a] intercederent; tamen veritus, ne militum introitu, [1] & noctur- 2
ni temporis licentia oppidum diriperetur, eos, qui venerant, conlaudat,
atque in oppidum dimittit; portas, [2] muroſque adſervari jubet. Ipſe iis o- 3
peribus, quae facere inſtituerat, milites diſponit, non certis ſpatiis intermiſſis, ut erat ſuperiorum dierum conſuetudo, ſed perpetuis vigiliis, ſtationibuſque, ut contingant inter ſe, [b] atque omnem munitionem [c] expleant: [d] tribunos militum & praefectos circummittit; atque hortatur, [e] non 4
ſolum ab eruptionibus caveant; ſed etiam ſingulorum hominum occultos
exitus [3] adſervent. Neque [4] vero tam remiſſo ac languido animo quiſquam 5
[f] omnium fuit, qui [g] ea nocte conquieverit. [5] Tanta erat ſumma rerum 6
exſpectatio, ut [h] alius in aliam partem mente atque animo [i] traheretur, quid

VARIAE LECTIONES.

a *Interciderent* L. pr. b *eaeque* Lov. *ac* V. c *compl.* B. L. ſec. Ed. Fl. d *tribunum pl. & praefectum* Pet. *atque p.* L. pr. e *ut non* B. L. ſec. male. f *hominum* Pal. g deeſt Edd. R. M. V. h *nullus* MSS. Hotom. Pal. B. L. ſec. Dorv. & Edd. pleraeque male. i *quisquam tr.* Lov.

lienſ. & Voſſii *exiſtit, ut conentur.* Quam lectionem amplectitur Daviſius, propter ea, quae antecedunt & ſequuntur, praeſentis temporis. Sed cum tanquam praeſens narretur res praeterita, perinde eſt. CLARK. Perinde ſi ſit, ſequi debemus, quod in optimis remanet Codicibus. Jam vero *exſiſtat* legitur in Petav. Palat. Lovan. Bong. Leid. ſec. Dorv. & *conentur* in Petav. Lovan. Leid. pr. ſec. Voſſ. & Bong. quare id praetuli. Sic l. v. B. G. 98. *Magnaque inter eos exſiſtit controverſia.* ibi Clarkius etiam *extitit.*

1. ET NOCTURNI TEMPORIS LICENTIA] Offendit me prima vocula; tamen eam repraeſentant omnes MSS. praeter *Norvic.* qui & hanc & ſequentem prorſus omittit. Conjecit *Pet. Ciacconius* legendum *in nocturni temporis licentia*; mihi, minore mutatione, ſcribendum placet *ex nocturni temporis licentia.* Hae certe voces non raro confunduntur: ex ipſo *Caeſare* aliud exemplum videre eſt not. ad l. III. B. C. c. XLIX. DAVIS. Nihil hic opus conjunctione iſta *&*. Non enim *duo* veretur Caeſar, ſed *unum*: ne militum introitu propter nocturni temporis licentiam oppidum diripiatur. Daviſius, quoniam omnes MSS. conjunctionem iſtam retinere exiſtimavit, ſcribendum conjecit (ex *nocturni* &c.) Sed non omnes eam exhibent MSS. Omittit enim MS. Reg. E quo proinde ſic reſtituendus hic locus, *ne militum introitu, nocturni temporis licentia.* CLARK.

2. MUROSQUE ADSERVARI.] Pet. Fab. lib. I. Sem. c. 20. e MS. ſuo, uti & Gruter. e Bong. praefert *obſervari.* quomodo idem legebat in Floro l. III, 6, II. *fauces ſic obditis navibus quaſi portam obſeravit.* Sed ut *obſervare* probum ſit, in Floro tamen *obſeravit* praefero cum aliis, & hic *adſervari.* at mox *exitus obſervent* mallem, ſi quid contra MSS. pleroſque & optimos mutari neceſſe ſit. Ibi vide. l. III. B. Civ. c. 28. *Qui eam partem orae maritimae adſervabant.* ubi eadem eſt varietas: & pro *obſervabant* ſtat Daviſius.

3. ADSERVENT] Petr. Faber. Ibid. item Beroald. Vaſcoſ. Str. Steph. & alii *obſervent*, uti eſt in Bong. & Leid. ſec. ac Pulm. Sched. Non male, ſed nec *adſervent* temere loco movendum eſt. Ejuſdem enim ſignificationis eſt. Utrumque occurrit apud Terentium, & alios.

4. VERO.] Sic Faernus e Vet. libro, & Manut. ut B. Alex. c. 15. *Neque vero Alexandriae fuit quiſquam.* at MSS. aliorum & mei omnes cum Edd. Vett. *eo.* Vaſc. Steph. & alii *eorum.* In aliis *eum* Fors *enim.* i. e. enimvero. Adi ad l. v, 7. & infra. c. 81. §. 3. *Illa enim adverſo vitio* &c.

5. TANTA ERAT SVMMA RERUM EXSPECTATIO] Species eſt Pleonaſmi; fere enim dicitur *tanta erat rerum exſpectatio*, omiſſa voce *ſumma.* Sed eadem ratione defendi poteſt haec locutio, ac *quantum maximum*; nec enim illam loquendi rationem refugerunt optimi ſcriptores. Vide notata ad l. v. B. G. c. XXVIII. DAVIS. *Lactantius* ſane de Mort. Perſec. c. XLVIII, II. habet, ſi recte *Cellarius* edidit, *quem in* tantis ſummis *rebus experti*; ut eodem loquendi modo, quo noſter.

quid ipſis Corfinienſibus, quid Domitio, quid Lentulo, quid reliquis accideret, qui quoſque eventus [1] exciperent.

1 XXII. Quarta [a] circiter vigilia Lentulus Spinther de muro cum vigiliis, cuſtodibuſque noſtris conloquitur, velle, [b] ſi ſibi fiat poteſtas, Cae-
2 ſarem convenire. Facta poteſtate, ex oppido mittitur, [c] neque ab eo prius Domitiani milites diſcedunt, quam [2] in conſpectum Caeſaris dedu-
3 catur. [3] *Cum eo de ſalute ſua* [d] *orat, atque obſecrat, ſibi ut parcat; veteremque amicitiam commemorat; Caeſariſque in ſe beneficia exponit,*
4 *quae erant maxima: quod per eum in conlegium pontificum venerat; quod provinciam* [e] *Hiſpaniam ex praetura habuerat;* [f] *quod in petitio-*
5 *ne conſulatus* [4] *ab eo erat ſublevatus.* Cujus orationem Caeſar interpellat: *Se non maleficii cauſſa ex provincia egreſſum, ſed uti ſe a contumeliis inimicorum defenderet; ut tribunos plebis,* [5] *ea re ex civitate expulſos,* [g] *in ſuam dignitatem reſtitueret; ut ſe, & populum Romanum,* [a] *pau-*

VARIAE LECTIONES.

a Sic L. pr. vulgo *vig. cir.* & ſupra *exciperet.* b deeſt Dorv. c *neque diſcedant* MS. Urſ. *prius* abeſt Lov. d vulgo *agit. ſui* V. adi c. 20. e *Hiſpaniae* Edd. R. V. M. Gryph. *praefectura* Lov. L. pr. f deeſt Edd. R. M. V. g Edd. qdd. male *ad. ſuam* abeſt a B.

ſter, uſus videatur. Non tamen dubito, quin ibi legendum *quem in tantis* SUMUS *rebus experti.* Quin & Caeſar, ut probabile videtur, reliquit *tanta erat ſummarum rerum exſpectatio.* &c. DAVIS. *Cur. ſec.* Apud Lactant: in Ed. Ultraj. recte jam editur *ſumus experti.* Si ſana hic eſt vulgata lectio, non jungendae ſunt *tanta ſumma:* ſed *ſumma rerum exſpectatio erat tanta.* In Voſſ. legitur *ſumma atque rerum.* Malim accedere Lipſio, & Aicardo, qui margini adſcripſerunt *ſummae*; uti & in Marg. Plant. 1578. & Schedis Pulmanni. *ſumma rerum*, trita eſt locutio, ut *ſummae belli, imperii, reip.* &c. Apud noſtrum quoque l. II. B. C. c. 30. *De ſumma rerum deliberare incipit.* l. III. B. C. c. 51. *Alter omnia agere ad praeſcriptum, alter libere ad ſummam rerum conſulere debet.* c. 67. *ſumma exercitus ſalva*, B. Alex. c. X. *De ſumma rerum ac ſalute omnium.* vel poteſt ſcribi *ſummae rei. Res ſumma* paſſim. Vide ad l. VIII, 6. & crebro.

1. EXCIPERET] Ita Scaliger & plerique. Ego ex MSS. Elienſ. & Voſſii praeferendum, exiſtimo *exciperent.* CLARK. Recte judicat Clarkius; atque ita jam ediderunt Beroald. Manut. Gryph. aliique, & exaratur in Petav. Scalig. Leid. pr. ac Lovan. *acciperent* in Pal. Bong. Leid. ſec. Dorvill. Livius lib. XXXIII, 48. *Saepius patriae quam ſuorum eventus miſeratus.* Plura vide ad l. VI. B. G. 42. *Eventus belli non ignorans.*

2. IN CONSPECTUM] MS. Elienſ. *in conſpectu.* Vide ſupra ad l. IV. c. 12. CLARK. Accedunt Lov. Leid. pr. Scalig. & Edd. Rom. Med.

3. CUM EO DE SALUTE SUA AGIT, ATQUE OBSECRAT] MSS. *Ciaccon. Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* repraeſentant *cum eo de ſalute ſua orat atque obſecrat.* Sic *Plautus* Aſin. Act. III Sc. III, 71. *Hanc, cui daturus hanc, jube petere atque* orare mecum. Et Curcul. Act. III, 62 Tecum oro & *quaeſo, qui has tabellas afferet Tibi, ut ei detur* &c. Vide etiam *Terentium* Hec. Act IV. Sc. IV. 64. Mihi certum videtur, hanc eſſe *Caeſaris* ipſius manum, quam ideo mutarunt Librarii, quod phraſin paullo rariorem non intelligerent. DAVIS. Merito hoc verbum revocavit Clarkius. Agnoſcunt enim MSS. mei decem, & Edd. Rom. Mediol. Ven. Flor. Vaſc. Str. Steph. Gryph. & plures. Vide Parei Ind. Plaut. ſub V. *mecum, tecum*, & ſimilia ad l. VII. B. G. 47. Alioquin *agere de aliqua re* pro loqui, eſſet rectiſſimum. Vide Cl. Burm. ad Phaedr. Fab. 52. infra c. 26. *de compoſitione agi.* & paſſim.

4. AB EO] Voces hae non comparent in Carrar. Lovan. Leid. pr. ſec. Voſſ. Dorv. Edd. Rom. Med. Ven. Abeſſe etiam puto a MSS. aliis. Nec deſiderantur. ἀπὸ κοινοῦ repetendum *per eum.* Dein in Leid. primo eſt *ſublimatus*, id eſt, evectus. ſed male. Poſterioris aevi eſt vox. Vide Arntz. ad Aur. Vict. Epiſt. c. IV. *Pallas praetoriis ornamentis ſublimatus.*

5. EA RE] Eam ob cauſam. *Vitruvius* l. I. c. I. *Ea re facilius omnia cognoſcunt.* Cauſa autem, quam hic dicit noſter, non erat Caeſaris in Italiam adventus, ut perperam exiſtimavit *Fr. Hotomannus*: non enim ob eam rationem tribuni

ſunt

[a] *paucorum factione obpreſſum*, [1] *in libertatem vindicaret*. Cujus oratio- 6
ne confirmatus Lentulus, [b] uti in oppidum reverti liceat, petit: quod de
ſua ſalute inpetraverit, fore etiam reliquis [2] ad [c] ſuam ſpem ſolatio: adeo
eſſe perterritos nonnullos, [3] ut ſuae vitae durius conſulere cogantur. Fa-
cta poteſtate, diſcedit.

XXIII. Caeſar, [4] ubi inluxit, omnes ſenatores, [d] ſenatorumque liberos, 1
tribunos militum, [e] equiteſque Romanos ad ſe produci jubet. [5] Erant 2
ſenato-

VARIAE LECTIONES.

a deeſt Lov. dein *obpreſſos* L. ſec. *in ſuam* MS. Ciacc. b Sic Lov. non *ut*. c vulgo *ſuampſe*. d *ſenatorum l.* L. pr. e *equites R.* Lov. *perduci* Edd. R. M. V. *promi* Buſl.

ſunt ex urbe expulſi, ſed quod Caeſarem a contumeliis inimicorum defenderent. Porro operam luſit *Gabr. Faërnus*, cui hic placet *injuria*, ut animadverterunt viri eruditi, licet forſan ejus conjecturam nonnihil adjuverint MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent enim *in ea re.* DAVIS. *In ea re* exaratur quoque in MS. Hotom. Ciacc. Lovan. Scalig. Leid. pr. ſec. Voſſ. Dorv. & Edd. Med. Ven. *Injuria* adſcripſit quoque Lipſius. At nihil muto. Sic ſaepe *qua re* & *tali re* aliaque. Forſan *in* per pleonaſmum in ſignificatione *per* defendi poſſet ex notatis ad l. III. B. G. c. 3. *praeſtare in arte.* Huc facit etiam Terent. And. I. 1, 67.

Neque commovetur animus in ea re tamen.

Conſumere in ea re tempus ſaepe noſter. Atque ita reſcribendum in Nepot. Them. c. 7. *eumque in ea re conari fallere.* Sic MSS. vulgo deeſt *in*. Vide & c. 84. *qua in re.* l. III. B. Civ. c. 106. *In hoc majeſtatem regiam minui praedicabat.* B. Afric. c. 51. *In hac ratione opus inſtruebat*, habet Leid. pr.

1. IN LIBERTATEM VINDICARET.] Notiſſima & obvia haec eſt locutio. Nepos in Thraſ. c. 1. *patriam a tyrannis obpreſſam e ſervitute in libertatem vindicaret.* Adde Cort ad Salluſt. B. Cat. c. 20. *niſi nosmetipſi vindicamus in libertatem.* Immo noſter ipſe l. II. c. 21. *ſeſeque in libertatem vindicaſſent.* Meretur tamen adtentionem, quod reperitur in Bong. Leid. ſec. & Voſſ. *libertati vindicaret.* Quod egregium eſſe videbatur Grutero. Certe bonum ſenſum admittit. *Vindicare libertati* eſt reſtituere in libertatem, cujus propria erat reſpublica, ejuſque cives. Vellej. l. I, 13. *Mummio cognomen virtute partum vindicavit:* Adpoſite Cicero pro Marc. c. 2. *Maximam vero partem, quaſi ſuo jure Fortuna ſibi vindicat; & paene omne ducit ſuum.* Vide etiam Cl. Burm. ad Vellej. l. II. c. 100. *Quidquid liberet, pro licito vindicans.* Supra c. 14. *productos libertati confirmat*, unus contra *in libertatem*; ſed ibi *libertatis* legendum.

2. AD SUAMPSE SOLATIO] Sic edidit *Joſ. Scaliger*, cum in omnibus MSS. & antiquitus cuſis legatur *ad ſuam ſpem*, unde *Pet. Ciacconius* reſcripſit *ad ſuam ſpei & ſolatio.* Conjecerim potius *ad ſuae ſpem ſolatio.* DAVIS. *Ad* ſuae ſpem *ſolatio:*) Ita ingenioſe emendavit Daviſius. MSS. & Editt. Vett. (*ad* ſuam ſpem *ſolatio.*) Quod fere idem eſt. Scaliger & Recentiores; (*ad* ſuampſe *ſolatio.*) Quae vox valde inconcinna eſt, & a Caeſaris dictione aliena. CLARK. *Suam ſpem* (i. quo ipſi ſperent, ſcilicet de ſalute) revocavi, auctoribus MSS. omnibus & Edd. ante Scalig. quod mutari non debuit. Alioquin arrideret mihi magis Ciacconii conjectura.

3. UT SUAE VITAE DURIUS CONSULERE COGANTUR] Ciacconius repoſuerat *conſulere cogitent.* Ego vulgatam lectionem praefero, quae ἐμφαντικωτέρη eſt. Nam quod ait Caeſar *cogantur*, reſpicit ad ea verba, *adeo eſſe perterritos nonnullos.* Itaque metus eos adigebat. VOSSIUS. *Conentur* conjecit Gruterus; ſed fruſtra. Vide ad l. VI. B. G. c. 5. *Ne deſperata ſalute cum Transrhenanis congredi cogeretur.*

4. UBI INLUXIT] Saepe adhiberi videas hoc compoſitum, quum notat triſte vel laetum quid, quod is dies advehit. Vide Cioſan. ad Ovid. l. VII. Met. 430. *Nullus Erechthidis fertur celebratior illo Inluxiſſe dies.* Cicero pro Milone c. 26. *Illud profecto tempus & inluceſcet aliquando ille dies &c.* Sueton. Caeſ. c. 81. *Ea vero nocte, cui inluxit dies caedis;* ſed etiam in ſimplici naturalis lucis adventu adhibuiſſe auctores pro *prima luce* certum eſt. Immo Livius ſaepiſſime ait *ubi inluxit.* Adi Cl. Drakenb. ad l. II, 7. *poſtquam inluxit.* Nihilominus praefero, quod eſt in vetuſtiſſimis MSStis Petav. Leid. pr. Lovan. *ubi luxit.* quod cum rarius eſſet, mutarunt librarii. Plaut. Mil. Glor. III, 1, 115.

Priusquam lucet, adſunt, rogitant, noctu ut ſomnum ceperim.

Cicero pro Roſc. Amer. c. 34. *Occiſus eſt a coena rediens. nondum lucebat, cum Ameriae ſcitum eſt.*

5. ERANT SENATORII ORDINIS] In omnibus MSStis reperio, *erant quinquaginta ordines.* Neſcio, quid ſibi ea verba velint, aut unde irrepſerint.

ſenatorii ordinis [1] L. Domitius, [a] P. Lentulus Spinther, L. Vibullius Rufus, Sex. Quinctilius Varus Quaeſtor, L. Rubrius; praeterea filius Domitii, aliique [b] complures adoleſcentes, & magnus numerus equitum Romanorum, & [c] Decurionum, quos ex municipiis Domitius evo-
3 caverat. Hos omnes productos a contumeliis militum, conviciiſque prohibet: pauca apud eos [2] loquitur, quod ſibi [d] a parte eorum gratia relata non ſit pro ſuis in eos maximis beneficiis. Dimittit omnes incolumes.
4 [3] Seſtertium ſexagies, quod [4] advexerat [e] Domitius, atque [5] in publicum depo-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *&* *P.* dein MSS. mei omnes & Edd. pp. *L. Caecilius Spinther Rufus.* pro *Vibullio* in Voſſ. *L. Caecilius Quinct.* pro *Rufus* Pal. *rurſus.* in Edd. quibuſdam abeſt *L.* b *quampl.* L. pr. V. alibi. c *Decuriones* Lov. d *aperte* Edd. Vett. & MSS. Dorv. Hotom. aliique male. e vulgo additur *aurum.* & *adduxerat.*

rint. VOSSIUS. Sic eſt in editt. *Rom. Ven. Beroald.* at in omnibus *Dionyſ. Voſſii* MSS. & *Norvic.* ſcribitur *quinquaginta ordines*, nec vir eruditus conjicere potuit, quid ſibi ea verba velint, aut unde irrepſerint. *Fulv. Urſinus* teſtatur vett. Codd. habuiſſe *primi ordinis*, unde forſan orti ſunt *quinquaginta ordines*, nam, cum antiquitus numeri figuris notarentur, I in L facile potuit mutari. Si hac via tantae varietatis rationem reddi non putaveris, augurarer, compendiarie ſcriptum fuiſſe *erant quinque ſenat. ordinis*, (nam homines ordinis ſenatorii quinque poſtea numerat) ex quo aberrantes Librarii *quinquaginta ordines* exſculpſerunt. DAVIS. MSS. mei omnes *Erant quinquaginta*, vel *L ordines.* unde patet fictitiam eſſe lectionem vulgarem. Grutero *I* id eſt, *primi ordinis* cum Urſino unice placebat. Clarkio ingenioſa Daviſii conjectura videtur veriſimilior. Quibus accedo, & numerum quinarium revocandum cenſeo. Alibi enim quoque hi numeri confunduntur. Vide ad l. I. c. 53. B. G. An ergo ſcripſit auctor *quinque primi ordinis* vel *e primo* aut *principe ordine?* Dein ante *P. Lentulum* copulam *&*, quae vulgo additur, non agnoſcunt etiam Petav. Cujac. Lovan. Scalig. Leid. pr. Pal. Bong. Voſſ. Dorv. aliique, uti nec Edd. Vaſc. Str. Steph. Gryph. poſt: ut pateat bene eam deletam eſſe a Clarkio.

1. L. DOMITIUS, P. LENTULUS SPINTHER,] Ita ex MSS. Reg. & Elienſ. reſtitui. In editis eſt, (*L. Domitius*, & *P. Lentulus Spinther.*) Quae conjunctio (*&*) ſententiam turbat, ac ſi fuiſſet aliquis *L. Domitius Spinther*; cum Caeſar dicat *L. Domitium Ahenobarbum.* CLARK.

2. LOQUITUR] Ciacconius & Hotom. praeferunt *locutus*, ut minor diſtinctio ponatur ante *dimittit:* atque ita ediderunt Vaſc. Strada, Steph. Gryph. poſt. Non male profecto, ſed contra omnes MStos. Paullo ante Manutius legendum putabat *filius Domitius*, mera novandi prurigine. Ergo c. 74, 84. pro *filius Afranii.* ſcribendum *filius Afranius.* & ubi non? MSS. in talibus ſequendi. uti l. III. B.C. c. 40. *Cn. Pompejus filius:* B. Afric. c. 22. ubi variant, uti & c. 89. *Conſidio filio.* Recte jam vulgatum defendit Ciacconius.

3. SESTERTIUM SEXAGIES, QUOD AURUM ADDUXERAT DOMITIUS] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* omiſſis duabus primis vocibus, exhibent *aurum, quod adduxerat Domitius*, ſed *aurum* abeſt a MS. *Norvic.* At Codd. *Brant. Steph. Gryph. Vaſcoſ.* repraeſentant *ſeſtertium ſexagies, quod advexerat Domitius*, quam lectionem probat *Joan. Frid. Gronovius* de Pec. Vet. l. II. c. III. p. 149. DAVIS. Perperam duae priores voces, tranſpoſitis *aurum quod* omittuntur etiam a Palat. Bong. Pulm. Buſl. Dorv. Leid. ſec. & Edd. Med. Flor. *Seſtertium* etiam deeſt in Scalig. *peculium* ſupraſc. *ſtipendium* Leid. pr. Bene Lovan. Cujac. Pet. Voſſ. *HS. LX.* vel *H. LX.* ſive *Seſtertium Sexagies*, non *Seſtertia Sexaginta.* *Aurum* autem abeſt quoque a MSS. Petav. Cujac. Lov. Scalig. Leid. pr. Voſſ. & ſine dubio a Gloſſatore intruſum eſt.

4. ADDUXERAT] Summus Gronovius quam merito praeferebat lectionem, confirmat etiam Lovan. Petav. Cujac. Scalig. Leid. pr. Voſſ. & alii forſan, niſi fallunt excerpta. Quae voces ſaepe confunduntur, uti apud Lucan. l. VI, 442:

Legit in Haemoniis, quas non advexerat herbas.

5. IN PUBLICUM DEPOSUERAT.] Petav. Lovan. Leid. prim. ſec. Voſſ. Bong. & Dorv. *in publico.* Male, ſi quid video. Aliud eſt *deponere in publico*, quod eſt exponere, publice proponere; aliud *in publicum* ſive in fidem publicam, ſeu publicae rei & aerario publico credere. Ita *in medium*, *in commune* ſaepiſſime; licet aliquoties abierint quoque in Ablativum. Vide ad Lucan. l. I. 89. & Frontin. III, 2, 6. Quibus addere potes Liv. l. XXIV, 22. XXVI, 22. Curt. l. IX. c. I. Comment. ad Terent. And. III, 3, 16. Virg. Aen. XI,

depoſuerat, adlatum ad ſe [1] ab Duumviris Corfinienſibus Domitio [a] reddit; ne continentior in vita hominum, quam in pecunia [b] fuiſſe videatur; etſi, eam pecuniam publicam [c] eſſe, conſtabat, datamque [d] a Pompejo in ſtipendium. Milites Domitianos ſacramentum apud ſe dicere jubet: atque 5
eo die caſtra movet, juſtumque iter conficit. [e] VII omnino dies [f] ad Corfinium commoratus, & per fines Marrucinorum, [2] Frentanorum, [g] Larinatium in Apuliam pervenit.

XXIV. Pompejus, iis rebus cognitis, quae erant ad Corfinium geſtae, 1
Luceria proficiſcitur Canuſium, [h] atque inde [i] Brundiſium. Copias undi- 2
que omnes ex novis dilectibus ad ſe [k] cogi jubet: [3] ſervos, paſtores armat, atque his equos adtribuit: ex iis circiter CCC equites [l] conficit. L. 3
Manlius praetor [m] Alba cum cohortibus VI profugit: Rutilius Lupus praetor Tarracina cum III, quae procul equitatum Caeſaris conſpicatae, cui praeerat [4] Bivius Curius, relicto praetore, ſigna ad Curium transferunt,

VARIAE LECTIONES.

a *reddidit* L. pr. b *fuiſſet*, Ed. Gryph. *videretur* B. L. ſec. Edd. Vaſc. Str. Steph. Gr. poſt. c *fuiſſe* L. pr. d abeſt *a* Lov. e *octo* Lov. f *apud* L. pr. g *&* *L.* L. ſec. Edd. Vaſc. St. Steph. Gr. poſt. h deeſt B. non male τὸ *atque*. i Sic MSS. Urſ. & Pet. non per *u*. k *conjungi* L. ſec. l *efficit* B. L. ſec. utrumque bene. ſed cave, mutes. V. ad l. VIII, 23. m *Albam* & *Tarracinam* MSS. plerique & Edd. pp. item Vaſc. Steph. Gr. poſt. male, ſed iidem bene *Rutilius* cum aliis. Inepte vulgo *Rutilus*. *Tarracbina* Pet. L. pr. Lov.

XI, 335. Infra c. 36. & l. II. c. 22: *frumentum in publicum conferunt*. l. II. c. 21. *pecunias in publicum polliciti*.

1. AB DUUMVIRIS CORFINIENSIBUS] Ea vera lectio, quam depravate codices veteres exhibent: Nam in Pal. & Pet. erat *bis viris*. (ut & in *Norvic*. item Lov. Leid. pr. ſec. Voſſ. Dorv. Ortus ex numero error: primo enim ſcriptum erat II *viris*, unde alius fecit *bis viris*, & ſic in Cujacii quoque MS. eſt: librarius ignorans, nec recte legens, ex *bis* fecit *bis*. Quod notare viſum, ut conſtet, unde ſaepe errores codicibus inrepant. VOSSIUS.

2. FRENTANORUM, LARINATIUM] Sic quoque Cujacii codex habebat, Bongarſianus *Ferentanorum*, corrupte: nam populi hujus nomen eſt triſyllabum. Erravit eadem in re ſummus Geographus Abrahamus Ortelius, & putaſſe videtur a Ferentino dictos Ferentanos. Sed Ferentinum eſt oppidum Latii, cui nihil commune cum Frentanis. Retinet rectam appellationem Strabo, qui Φρεντανοὺς nuncupat. Et nequid dubites, ait Silius l. VIII. v. 520.

Marrucina ſimul Frentanis aemula pubes.

Sed cum *Frentanos Larinates* eundem populum faciat Plinius Hiſt. Nat. l. III. c. XI. videndum, an non & hic rectius tollatur comma, quod haec vocabula disjungit. Certe non raro in Caeſare tali interpunctione corrupta populorum nomina, ut libris de bello Gallico *Aulerci Eburovices*, quos duos populos librarii fecerat error, cum idem ſit. VOSSIUS. *Ferentinorum* male eſt in Lovan. Palat. Dorvill. & Edd. primis, & pleriſque. *Ferentanorum* Bong. & Leid. ſec. Reliqui bene cum MSS. Urſini, item Vaſcoſ. Str. Steph. & Gryph. poſt. *Frentanorum*. Vide etiam Cellar. & omnino Cluver. in Italia Antiqua. Apud Graecos Φρεντανοὶ vel etiam Φερεντανοὶ corrupte dicuntur.

3. SERVOS, PASTORES ARMAT] Deleta virgula, legendum credo *ſervos paſtores armat*: hi enim paſtores erant ſervi, ut ex ſeqq. liquet. *Lactantius* Div. Inſtit. l. II. c. IV. *Immiſſis* latronibus ſervis *impune ſublata eſt*. Sic *Plautus* Epid. Act. I. Sc. 58. *Servom hominem*. *Dictys* Cretenſis l. V. c. VII. *avem aquilam*, & c. X. *legatos viros* dixerunt. DAVIS. *Paſtores* fuiſſe ſervos, certum eſt. Solent tamen a ſervis domeſticis paſſim disjungi. Sic l. III. c. 4. *Ex ſervis, paſtorumque numero*. ubi male ex hoc loco ibi *CCC* vel hic *DCCC* ſcribendum putat Ciacconius. Agitur illic de Pompejo filio.

4. BIVIUS CURIUS.] Corrupte: Sic tamen MSS. niſi quod Leid. pr. *Buvius Curius praetor*. Glandorpius *Vibius*, putatque eumdem eſſe, cujus meminit Quinctil. l. VI. Inſt. Orat. c. 3. Vide ibi Cl. Burm. Et quamvis idem non ſit, malim etiam *Vibius*, uti & Lipſius libri ſui margini adlevit.

4 ferunt, [a] atque ad eum tranſeunt. Item reliquis itineribus nonnullae cohortes in agmen Caeſaris, [b] aliae in equites incidunt. Reducitur ad eum [c] deprehenſus ex itinere [1] Cn. Magius Cremona praefectus [d] fabrûm Cn.
5 Pompeji: quem [e] Caeſar ad eum remittit cum mandatis: *quoniam ad id tempus facultas conloquendi non fuerit, atque ad [f] ſe Brundiſium ſit*
6 *venturus, intereſſe Reipublicae [g] & communis ſalutis, ſe cum [h] Pompejo conloqui: neque vero idem [2] perfici longo itineris ſpatio, quum per alios conditiones ferantur, ac ſi coram de omnibus conditionibus diſceptetur.*

1 XXV. His datis mandatis, Brundiſium [3] cum legionibus VI pervenit, veteranis [i] III; reliquis, quas ex novo dilectu confecerat, atque [k] in itine-
2 re compleverat. Domitianas enim cohortes protinus a Corfinio in Siciliam miſerat. Reperit conſules Dyrachium profectos cum magna par-
3 te exercitus, Pompejum remanere Brundiſii cum cohortibus [l] XX. Neque certum inveniri poterat, obtinendine Brundiſii cauſſa ibi remanſiſſet, quo facilius omne Hadriaticum mare, [m] extremis Italiae partibus [n] regionibusque

VARIAE LECTIONES.

a & Lov. Dorv. Edd. R. M. V. b *alias* V. c *repreb.* Edd. Vaſc. Str. Gr. poſt. *deprenſus* Lov. *depreſſus* V. *compreb.* Lipſ. *in. it.* Ciacc. B. Lov. L. ſec. B. Vaſc. margo &c. ſed V. ad l. VII. B. G. 28. d deeſt L. ſec. e exſulat a Pet. f *eum* Hotom. MS. Edd. R. M. V. *atque ipſe* Ciacc. delet. *ſe* Hot. male. V. ad l. VIII, 50. g *ut* L. pr. Lov. deeſt Carr. & habet *c. ſ. cauſſa* cum Lov. Ed. Ald. ſed V. ad l. II. B. G. c. 5. h *eo* Ciacc. ut vulgatum ſit Gloſſa, non male. i vulgo *IV. r.* k deeſt V. l *decem* Buſl. Hotom. Edd. R. M. V. m *ex ultimis* Lov. Pal. B. L. ſec. Dorv. Buſl. Edd. R. M. V. n deeſt L. pr.

vit. *Curium* vero non mutarem in *Curtium*, ut habent libri quidam apud Cicer. ad Att. l. IX. Ep. 6.

1. CN. MAGIUS CREMONA] Cremonenſis. Sic l. III. B. C. c. LXXI. *C. Felginatem Placentia; A. Gravium Puteolis; M. Sacrativirum Capua. Vitruvius* l. I. c. I. *Archimedes & Scopinas ab Syracuſis. Terentius* Eunuch. Act. I. Sc. II, 85. *Dixti cupere te ex Aethiopia ancillulam. A. Gellius* N. Attic. l. II. c. XXIX. *Aeſopus ille e Phrygia fabulator.* Vide & *Thom. Munckerum* ad *Hygini* Fab. XCVII. p. 152. DAVIS. Pro *Cn.* in Leid. ſec. eſt *C.* Abeſt praenomen a Pulm. Schedis. At Cel. Perizon. in Diſſ. Triade p. 257. legi jubebat *N.* ſive, ut puto, *Numatius.* Certe Celſus in Epiſtola Caeſaris, quam ex Cicerone ad Att. l. IX. Ep. I. inſerit, habet *N. Magni* (pro *Magium*) *Pompeji praefectum deprehendi.* Apud Ciceronem etiam *Cn.* Verum Ibid. Ep. 15. & 16. ſcribitur *N. Magius,* De eodem autem eſſe ſermonem patet ex hoc loco & c. 26. Ceterum *Cremonae* habent Petav. Scalig. & Leid. pr. Nil muta. Vide etiam ad l. III. B. G. c. 7. & Voſſ. de Conſtr. c. 14.

2. PERFICI] Codices nonnulli *profici.* MS. Elienſ. *proficiſci*, corrupte pro *profici.* CLARKE. *Proficiſci* etiam Lovan. & *profici* MS. Urſini & Leid. prim. quod multum praefero, immo unice verum puto. Adi me ad l. IV. c. 19. *Satis ad laudem profectum.*

3. CUM LEGIONIBUS SEX PERVENIT, VETERANIS QUATUOR] Emendo *veteranis tribus*, quomodo in Petaviano optimae notae codice, & Bongarſiano legitur; ipſaque id ratio evincit. Nam Caeſaris tres, ut ſupra ipſe oſtendit, legiones erant, nimirum XIII, XII, & VIII. hae ſunt veteranae, quas intelligit. Reliquae, quas ait ex novis delectibus confectas, & in itinere completas, ſunt primum cohortes XXII, ex Gallia miſſae: praeterea ſeptenae, quae ſub Attio Peligno fuerant, de quibus ipſe ait: *Caeſar eas cohortes cum exercitu ſuo conjunxit.* Denique tres cohortes a Rutilo Lupo ad Curium ſigna transtuliſſe ait: Hic numerus efficit cohortes XXXII, hoc eſt paullo plus quam legiones tres. Ut de lectionis hujus veritate ambigendum ultra non ſit. Nam Domitianas cohortes, quae XXX & eo amplius erant, non junxit Caeſar exercitui ſuo, ſed, ut ipſe teſtatur, in Siciliam miſit. VOSSIUS. *III* jam reſcribi curarunt Ciaccon. e Carrar. Codice, & Cel-

nibuſque Graeciae, [1] in poteſtatem haberet, atque ex utraque parte bel-
lum adminiſtrare poſſet, an inopia navium ibi [a] reſtitiſſet; verituſque, ne 4
Italiam ille dimittendam non exiſtimaret, exitus, [b] adminiſtrationeſque
Brundiſini portus inpedire inſtituit: quorum [c] operum haec erat ratio.
Qua fauces erant anguſtiſſimae portus, [2] moles [d] atque aggerem ab utra- 5
que parte litoris jaciebat, quod his locis erat [e] vadoſum mare. [f] Longius 6
progreſſus, quum agger altiore aqua contineri non poſſet, rates duplices,
[g] quoquo verſus pedum XXX, *e regione molis conlocabat. Has quaternis* 7
anchoris ex quatuor angulis [3] deſtinabat, ne fluctibus moverentur. His 8
perfectis, conlocatiſque, alias deinceps pari magnitudine rates jungebat:
has terra [4] atque aggere [h] integebat, ne aditus, atque incurſus ad defen- 9
dendum inpediretur: a fronte, atque ab utroque latere cratibus [i] ac plu- 10
teis

VARIAE LECTIONES.

a *Remans.* MS. Hotom. Pal. Dorv. Edd. R. M. V. b ſuſpecta eſt haec vox Grutero; eſt modo inter verſus in L. pr. qui cum Pet. & Urſ. MSS. etiam *Brundis.* c abeſt V. d vulgō *molem.* e Sic MSS. *Vaduoſum* Ed. Ven. f *longiusque* Pet. g *quousque per XXX. podes* Lov. L. ſec. Edd. R. M. Vaſc. Str. Steph. Gr. poſt. *pedibus* Ed. Ven. *p. LXXX.* Scal. *LXXX.* ſine *pedum* Pet. *p. XXX.* Dorv. unde patet aberrationis cauſſa. h vulgo *contegebat. aliis* Lov. dein *& red.* Lov. *ut ad.* Dorv. L. pr. *ne* abeſt a Scal. V. i *atque* V.

Cellarius ac Clarkius: neque aliter exſtat in Leid. primo & Voſſiano. ac Flor. Ed. & Beroaldi. In Petav. *III. & reliquis.* In Leid. pr. *III ut r.* in Bong. *III ac rel.* in Lovan. *IV cum reliquis.* in Voſſ. *III, at reliquis.* quod placet. *Reliquiſque*, Ed. Gryph. in qua etiam *Is datis m.*

1. IN POTESTATEM HABERET] Ita quoque Scaligero placuit. MSS. tres habent *in poteſtate*, quod praeferam. Nec occurrit locus ullus probati autoris, qui illa phraſi uſus ſit. VOSSIUS. Nonnulli Codd. *In poteſtate*, & ita reponendum cenſuit *Dionyſ. Voſſius*, quia nullus ei occurrit locus probati auctoris, qui illa phraſi uſus ſit. At eam locutionem adhibet *Salluſtius* Jugurth. c. CXII. *Cum talem virum in poteſtatem habuiſſet.* Sic & apud Auctorem de Bell. Hiſpan. c. XXXVI. ubi in vulgg. legitur *quod Pompejum* in poteſtate *haberent*, MSS. recte habent *in poteſtatem.* Plura ſimilium locutionum exempla congeſſit *A. Gellius* Noct. Attic. lib. I. c. VII. DAVIS. Adde Glandorp. Ciaccon. Brant. Cellar. Vorſt. ad Valer. Max. I, 6, 3. *In poteſtatem futuros.* Gronov. & Cl. Drak. ad Liv. lib. II. c. 14. item Cort. & quos laudat, ad Salluſt. Catil. 19, 3. *in clientelam habere* Valer. Max. l. IV, 3. §. 6. & ita alibi in hoc vel illo MS. apud noſtrum. Nihilominus hic MSS. omnes, quantum Scio cum Vaſc. Steph. Gryph. poſt. *poteſtate* retinent, ut c. 85. & lib. II. c. 21. III, 109, III.

2. MOLEM ATQUE AGGEREM] Pet. & Pal. habent *moles*, & cum duae fuerint, malo credere Caeſarem ita ſcripſiſſe. Confirmat id Caeſaris epiſtola ad Q. Pedium, in qua ait de eadem re, *ab utroque portus cornu moles jacimus.* (Sic & cap. XXVIII. *Ad moles Caeſaris adhaereſcunt*) Sed utrum retineas haud multum intereſt; neque monuiſſem, niſi duo codices ita haberent; praeſertim cum infra ipſe Caeſar dicat *e regione molis collocabat.* VOSSIUS. Verum ſi *moles* ſcripſiſſet Caeſar, ſcribendum erat deinceps & *aggeres.* Quod in MSS. non reperitur. Quin & hoc ipſum *molem ab utraque parte* aeque duas oſtendit, ac ſi *moles* dixiſſet. Et quod mox ſubjungit *e regione molis*, intelligendum eſt *e regione molis utriuſque.* CLARK. *Moles* tamen eſt etiam in Lovan. Carrar. Bong. Leid. ſec. Voſſ. Dorvill. & aliis. Recte atque ita edidit jam Lipſius. Lucan. de hac re l. II. 660. *Sed molibus undas Obſtruit*, quamvis ſequatur *tunc aggere multo ſurgit opus.* Immo noſter ipſe l. III. B. G. c. 12. *Extruſo mari aggere ac molibus.* & de hac ipſa re ad Q. Pedium Caeſar apud Cicer. Ep. IX. ad Att. 14. *ab utroque portus cornu moles jacimus.* & hic c. 28. *ad moles Caeſaris haeſerant.* Amant auctores hac voce in plurali uti.

3. DESTINABAT.] Placet Grutero *diſtinebat*, quod a m. ſec. reſtat in Bong. & Edd. primis, item Vaſcoſ. Steph. aliiſque omnibus ad Lipſianam uſque. *Diſtinabat* eſt in Petav. Cujac. Scal. Dorvill. ac Leid. pr. Vide ad l. III. B. G. c. 14. *Qui antennas ad malos deſtinabant.*

4. ATQUE AGGERE CONTEGEBAT] In Petav. ſignificantius eſt *integebat.* VOSSIUS. *Integebat.* Sic MSS. Elienſ. & Voſſii. Al. *Contegebat.* CLARK.

Bene

teis protegebat; in quarta quaque earum turres binorum tabulatorum excitabat, quo commodius ab inpetu navium, incendiiſque defenderet.

1 XXVI. Contra haec Pompejus naves magnas onerarias, quas in por-
tu Brundiſino deprehenderat, [a] adornabat. Ibi [b] turres cum ternis tabulatis
erigebat, eaſque [c] multis tormentis, [d] & omni genere telorum completas,
ad opera Caeſaris adpellebat, ut rates [e] perrumperet, atque [f] opera diſtur-
baret. Sic quotidie [g] utrimque eminus fundis, ſagittis, reliquiſque telis, [h] pu-
2 gnabatur. Atque haec ita Caeſar adminiſtrabat, ut conditiones pacis di-
mittendas non exiſtimaret. ac, tametſi magnopere admirabatur, Magium,
quem ad Pompejum cum mandatis miſerat, ad ſe non [i] remitti; atque ea
res ſaepe tentata etſi [1] inpetus ejus conſiliaque tardabat; tamen omni-
3 bus [2] rebus in eo perſeverandum putabat. Itaque [k] Caninium Rebilum le-
gatum, familiarem [l] neceſſariumque Scribonii Libonis, mittit ad eum con-
loquii cauſſa. Mandat, ut Libonem de concilianda pace hortetur; in pri-
4 mis, ut ipſe cum Pompejo conloqueretur, poſtulat: magnopere ſeſe con-
fidere, demonſtrat, ſi ejus rei ſit poteſtas facta, fore, ut aequis conditio-
nibus [3] ab armis diſcedatur: cujus rei magnam partem laudis atque [m] ex-
iſtimationis ad Libonem perventuram, ſi, [4] illo auctore, atque agente,
ab armis ſit diſceſſum. Libo a conloquio Caninii digreſſus, ad Pompe-
5 jum proficiſcitur. Paullo poſt renunciat, *quod conſules abſint*, [5] *ſine illis de*

VARIAE LECTIONES.

a *Exorn.* V. b Per *i.* L. pr. in quo *denis t. trinis* Pulm. c deeſt H. o t. Edd. R. M. V. d *ex* L. pr. e *praer.* L. pr. f *omnia* L. ſec. g abeſt L. pr. ſec. non male. h *pugnabant* Hot. eo male probante, Dorv. Edd. R. M. V. *atque* deeſt Lov. i *reverti* L. pr. k *Corbium Can.* L. ſec. Buſl. Edd. R. M. V. Fors *Cajum. Rebilium* MSS. & Edd. pleraeque. ſed *Rebilum* bene Urſ. Pet. V. l. VI. B. G. 82. l *neceſſarium* ſine *que* MSS. 6. minus bene. *Scriboni* L. pr. V. *Scribonio* L. ſec. *Liboni* L. ſec. V. m *aeſtimationis* Ed. Gryph.

Bene repoſuit Clarkius *integebat*. quod confirmant Leid. pr. & Lovan. Vide ad lib. VII, 73. *Viminibus ac virgultis integebatur.* l. II. B. Civ. c. 2. *lignis porticus integebantur.* Plura vide ad l. III. B. Civ. c. 19.

1. IMPETUS EJUS] MSS. & Edit. habent (etſi *impetus ejus*) Quae vox (*etſi*) prorſus ſupervacanea eſt, & e margine videtur irrepſiſſe. CLARKE. Vocem *etſi* temere ſuſtulit Clarkius, ut tollendam eam arbitrabatur Hotomanus contra omnes MSS. Cur non potius cenſemus, repetendum voluiſſe auctor *tametſi.* ut Syllaba *ta* elapſa ſit per praecedens *tentata?*

2. REBUS] Haec vox idem ſignificat, quod *rationibus*, non, ut exiſtimavit Urſinus, ex ea corrupte nata eſt. CLARKE. Vide ad l. IV. B. G. c. 17. Ciacconius quoque *rationibus* ſubponere fruſtra tentavit.

3. AB ARMIS DISCEDATUR] Mire hic nugatur Hotomanus, qui voces iſtas (*ab armis*) delendas exiſtimat; quia jam (inquit) non de diſceſſione *ab armis*, ſed *a colloquio* agitur. Quaſi vero non id ipſum ſcilicet *in colloquio* eſſet agendum, quibus conditionibus foret *ab armis* diſcedendum. CLARR.

4. ILLO AUTORE ATQUE AGENTE] Minus uſitatus loquendi mos: alius dixiſſet, *illius ſuaſu atque opera.* VOSSIUS. *Auctorem*, *actoremque* rei jungunt Cicero & Nepos. quod jam in Lexicis notatum.

5. SINE ILLIS DE COMPOSITIONE] Duas primas voces expungendas cenſet *Pet. Ciacconius*; hoc autem non aliunde factum, quam quod σύνταξιν haud recte perciperet; eodem enim redit, ac ſi dixiſſet noſter *paullo poſt renunciat, conſules abeſſe, & ſine illis de compoſitione agi non poſſe*, quare malim, ut cum quibuſdam codd. legatur *nec ſine illis de compoſitione agi poſſe.* Huic conſtructioni non eſt impedimento, quod & ſubjunctivum & infinitivum verbo adjiciatur. Sic enim *Livius* l. XLII. c. XXXIII. *Publ. Licinius Conſul S. C. recitari juſſit; primum quod bellum Senatus*

Perſeo

de compoſitione agi non poſſe. Ita [a] ſaepius rem fruſtra tentatam Caeſar a- 6
liquando dimittendam [b] ſibi judicat, [1] & de bello agendum.
XXVII. Prope dimidia parte operis a Caeſare [c] effecta, [d] diebuſque in 1
ea re conſumtis IX, naves a conſulibus [e] Dyrrhachio remiſſae, quae prio-
rem partem exercitus [f] eo deportaverant, Brundiſium revertuntur. Pom- 2
pejus, ſive operibus Caeſaris permotus, ſive etiam quod ab initio [g] Italia
excedere conſtituerat, adventu navium profectionem parare incipit: &,
quo facilius inpetum Caeſaris tardaret, ne ſub ipſa profectione milites op- 3
pidum inrumperent, portas obſtruit, vicos plateaſque [h] inaedificat, foſſas
tranſverſas viis [i] praeducit, atque ibi ſudes, ſtipiteſque praeacutos [k] defi-
git. Haec levibus cratibus, terraque inaequat: aditus autem, atque itinera 4
duo, quae extra murum ad portum ferebant, maximis defixis trabibus,
atque eis praeacutis, praeſepit. His [l] paratis rebus, milites ſilentio naves 5
con-

VARIAE LECTIONES.

a *Saepe re tentata* L. ſec. b deeſt V. dein *judicat* MSS. & Edd. Vaſc. Str. Steph. Gr. poſt. non *judicabat.* c *Jam eff.* Pet. bene. d *diebus in* L. pr. e *Durr.* Carr. ubique. f *eodem p.* V. g *ex It.* L. ſec. h *inaedificatas* Pal. Dorv. pro *inaedificat ac.* uti eſt in Pet. L. pr. ſec. V. B. i *perd.* L. ſec. B. & Edd. quaedam male. V. ad l. VII, 46. k *diff.* V. *Hoc* L. ſec. l *peractis* Cuj. pro var. l.

Perſeo juſſiſſet; deinde quod veteres Centuriones quamplurimum ad id bellum ſcribi cenſuiſſet, nec ulli, qui non major annis L *eſſet*, MILITIAE VACATIONEN ESSE. Scio quidem *Fr. Sanctium* Min. l. III. c. XIV. haſce locutiones parum Latinas exiſtimaſſe; ſed toto coelo erravit, ut poſt alios oſtendit vir doctiſſimus *Jac. Perizonius* in Addit. p. 502. ſeqq. DAVIS. Nequeo hic ſatis mirari doctiſſimum Daviſium, qui legendum exiſtimat, (*Renunciat* quod *Conſules abſint*, nec *ſine illis* —— *agi poſſe.* Nam primo valde ſuſpectae Latinitatis eſt illud, *renunciat quod.* Quae enim affert Perizonius iſtiuſmodi locutionis exempla, pleraque omnia ſunt ab eo male intellecta;) Et, ſi phraſis iſta ſuſpecta non eſſet, at a Caeſaris certe loquendi ratione longiſſime abeſt; cum in his omnibus libris ne ſemel quidem occurrat. Secundo, utcunque hoc ſit, at illa inconcinna demum & hiulca conſtructionis mutatio, (*quod abſint, nec* —— *agi poſſe*,) ferri omnino non poteſt. Quam enim ex *Livio* adducunt ſimilem conſtructionem, (*P. Licinius Conſul S. C. recitari juſſit; primum, quod bellum Senatus Perſeo juſſiſſet; deinde quod veteres Centuriones quamplurimum ad id bellum ſcribi cenſuiſſet; NEC ulli, qui non major annis quinquaginta eſſet, militiae vacationem ESSE*;) ea prorſus eſt diſſimillima. Etenim voces iſtae (*militiae vacationem eſſe*,) non cum praecedente *ſubjunctivo* (*cenſuiſſet*,) ut exiſtimarunt Perizonius & Daviſius, ſed cum praecedente *infinitivo* (*ſcribi*) manifeſto ſunt conjunctae. Et quae apud bonos Authores revera occurrunt conſtructionis mutationes, (vide infra l. 3. c. 19.) eis cum hac nulla prorſus eſt ſimilitudo. Quam itaque MSS. plerique exhibent lectionem, omnino retineo; (*renunciat, quod Conſules abſint, ſine illis de compoſitione agi non poſſe.* Neque opus eſt, ut cum Ciacconio voces (*ſine illis*) deleamus. Sunt enim Pleonaſmus, optimis Auctoribus non inuſitatus. CLARK. Daviſius Cl. Clarkii argumentis motus notam ſuam in curis ſecundis deleri juſſit. Ante Urſinum vulgo legebatur *nihil ſine illis agi poſſe.* Sed ejus Codici accedunt Petav. Cujac. Leid. pr. Scalig. Voſſ. & alii, in quibus *ſine illis non poſſe agi de compoſitione. Nec ſine illis poſſe agi* eſt in Faerni, Brant. Hotom. Lovan. Dorvill. Palat. & Edd. Rom. Mediol. Ven. *non* abeſt quoque a Bong. & Leid. ſec. Daviſio accedebat Hotomanus. Sed male. Sciebat enim Caeſar, Conſules abeſſe, uti patet e Cap. praeced. ille vero renunciabat, de compoſitione ſine Conſulibus agi non poſſe, quia illi abeſſent. Fors *ne* fuit ſcriptum pro *ne quidem* ut alibi. *Quod* ſic male ceperunt quoque apud Ciceronem l. III. ad Fam. 5. *dixit, quod claſſe tu velles decedere, perfore adcommodatum ſibi.* ubi vide Graevium. Pro infinitivo tamen occurrit apud Auctorem de B. Hiſp. c. 36. *Renunciarunt, quod Pompejum in poteſtatem haberent.*

1. ET DE BELLO AGENDUM.] Scaliger vocem (*de*) ſuſpectam habet: Et Ciacconius legendum cenſet, aut (*& bello agendum*) aut (*& de bello cogitandum.*) Sed nihil opus. *De bello* enim *agere*, idem eſt ac *de bello cogitare*; CLARK. Recte vul-

 gatum.

conſcendere jubet; [1] expeditos autem [a] ex evocatis ſagittariis funditoribuſque, raros in muro turribuſque diſponit. Hos certo ſigno revocare [b] conſtituit, quum omnes milites naves conſcendiſſent; [c] atque iis expedito loco actuaria navigia relinquit.

1 XXVIII. Brundiſini Pompejanorum militum injuriis, atque ipſius Pom-
2 peji contumeliis permoti, Caeſaris [d] rebus favebant. Itaque, cognita Pom-
peji profectione, concurſantibus illis, atque [e] in ea re occupatis, [f] vulgo
ex tectis [g] ſignificabant: per quos re cognita, Caeſar ſcalas parari, [h] mi-
liteſque armari jubet, [i] ne quam rei gerendae facultatem dimittat. Pom-
3 pejus ſub noctem naves ſolvit. Qui erant in muro cuſtodiae cauſſa conlo-
cati, eo ſigno, [k] quod convenerat, revocantur, [l] notiſque itineribus ad
4 naves decurrunt. Milites, poſitis ſcalis, muros adſcendunt: ſed moniti a
Brundiſinis, [2] ut [m] vallum caecum foſſaſque caveant, ſubſiſtunt, & longo
itinere

VARIAE LECTIONES.

a *Et voc.* Lov. Dorv. *ex v.* L. ſec. Edd. R. M. V. b *inſtituit* Carr. Edd. R. M. V. male. *quumque* Lov. c deeſt Dorv. Lov. Pal. Edd. R. M. V. d *partibus* L. pr. e deeſt *in* V. f *volgo extinctis* V. g *ignibus ſign.* L. ſec. Buſl. B. Carr. p. h *milites a.* Pet. i MSS. 5. *neque. dimittant* Lov. & 3 alii. *atque P.* Pal. L. ſec. k *quo* L. ſec. & Edd. pleraeque. *convenerant* Pet. & 4 alii cum Vaſc. l *noctiſque* Pet. Lov. Pal. V. *noctiſque tenebris* L. ſec. male. V. Front. 1, 5, 5. m *vallem c. foſſisque* L. pr. *vallos coecos* adſcripſit Lipſ.

gatum defendit Clarkius. Alioquin maluiſſet Caeſar & *bellum agendum.* de quo vide ad l. III. B. G. c. 28.

1. EXPEDITOS AUTEM EX EVOCATIS SAGITTARIIS] Evocati, ut notum, erant milites, qui perfuncti jam omnibus ſtipendiis evocabantur plerumque non imperio, ſed rogatione magis. Hinc *beneficiarii* a Caeſare l. III. de Bello civili cap. LXXXIII. dicuntur evocati; ait enim: *evocatorum circiter duo millia, quae ex beneficiariis ſuperiorum exercituum ad eum convenerant.* Erant ii ſaepe centuriones, hoc eſt, qui centurionatu functi, vel primores ordines duxerant: ſed non ſemper; nam & gregarios milites evocatos docent haec verba, quibus *ſagittarios evocatos* nuncupat. In Gloſſis vett. *Evocatus* ταξίαρχος exponitur. Quod non ſemper verum; nam non omnes ordinum ductores fuerunt evocati. Unde Caeſar initio hujus libri ait: *multi undique ex veteribus Pompeji exercitibus ſpe praemiorum atque ordinum evocantur.* Attende ad verba *ſpe praemiorum atque ordinum.* Duplices nimirum evocatos facit, alios ſpe ordinum vocatos, hi ταξίαρχοι: alios praemiorum ſpe, hi gregarii milites, ſagittarii, funditores aliique majora habituri ſtipendia. Credo duplicia fuiſſe; nam ait Caeſar de Domitio: *militibus in concione agros ex ſuis poſſeſſionibus pollicetur, quaterna in ſingulos jugera, & pro rata parte centurionibus evocatiſque.* Conjungit centuriones evocatoſque, unde tantundem iis promiſſum videtur. Centuriones autem duplum habuere. Livius: *Saepe dedit militibus denarios, &c. duplex centurioni, triplex equiti.* Sed quod in gloſſis evocati exponuntur ταξίαρχοι, accipere poſſis, ut *evocati* ſint, quos *ordinarios* vocat Vegetius, ſive qui in primis ordinibus pugnavere. Re ipſa enim diverſi ſunt, ſed idem utriſque honor, ut in primo ordine ſtarent. Tales deſignat Capitol. in Maximino: *Hic diu ſub Caracalla ordines duxit, centurionatus egit.* En tibi! ordines ducere minus eſt centurionatu; quem honorem evocatis tributum arbitror. Alioqui iſtos, quos *ordinarios* vocat Vegetius, non male exponas id genus homines, qui minores ordines ducunt: hoc eſt, decani manipulorum; nam cum evocatis eoſdem eſſe non arbitror. Prohibet Vopiſcus quando ait: *militavit primum inter ordinarios, deinde inter equites: ordines duxit, tribunatus egit.* Ordinarii ſunt primo in ordine pugnantes, quales decani manipulorum: & en hic gradus, quos obſervat Vopiſcus; primo ordinarios, dein equites ponit; poſtea ordinum ductores, id eſt centuriones, nam ille κατ' ἐξοχὴν etiam a Caeſare *primores ordines*, & *primorum ordinum centuriones* vocantur. Niſi malimus per ordinarios hic deſignari gregarios, ut priſca militia locuti; quod non improbem. Et *ordinarios* ἁπλῶς dicit non addita voce pedites, eodem modo, quo miles pro pedite dicitur, ut alibi oſtendimus. Evocati denique iidem fuere, quos hodie *adelborſten* nuncupamus: nam & hi duplicia faciunt ſtipendia, & immunes ſunt a vigiliis, aliiſque

itinere ab his circumducti ad portum perveniunt, duaſque naves cum militibus, quae ad moles Caeſaris adhaeſerant, ſcaphis lintribuſque [a] deprehendunt, deprehenſas excipiunt.

XXIX. Caeſar etſi ad ſpem conficiendi negotii maxime [b] probabat, 1
coactis navibus mare tranſire, [c] & Pompejum ſequi, prius quam [d] ille ſeſe tranſmarinis auxiliis confirmaret; tamen [e] ejus rei moram, temporiſque longinquitatem [f] timebat: quod, omnibus coactis navibus, Pompejus praeſentem facultatem inſequendi ſui ademerat. [g] Relinquebatur, ut ex [h] longinquioribus regionibus Galliae, Picenique, [i] & a Freto naves eſſent ex- 2
ſpectandae. [i] Id, propter anni tempus, longum atque inpeditum videbatur. Interea veterem exercitum, duas Hiſpanias confirmari; quarum altera erat maximis [k] beneficiis Pompejo devincta; auxilia, equitatum pa- 3
rari, Galliam, Italiamque tentari, ſe abſente, nolebat.

XXX.

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt Ed. Mont. *repreb.* Cuj. Pet. Lov. Sc. L. pr. V. ut & *reprebenſas* ſine *que*, quod bene e Carr. & Urſ. Codd. jam omiſit Scal. nec etiam agnoſcunt MSS. ceteri. b *pertinebat* Ed. Vaſc. Str. Gr. poſt. c deeſt Lov. d *ſe illic* L. pr. *ſeſe* abeſt Lov. *confirmaretur* idem. e Sic Pet. L. pr. & alii, non *rei ejus*. f *timebant* Lov. & *longitudinem* Carr. g *R. ergo* L. ſec. B. L. h *longinquis* L. pr. i Sic Pet. Lov. L. pr. & Voſſ. vulgo *ſed id. per* Carr. k *bis b.* Dorv. *ben. bis.* Lov.

aliiſque id genus laboribus. Eadem olim apud veteres evocatorum conditio. Illud modo diſcriminis, quod hi noſtri intereſſe exercitui tenentur; evocati olim, ut diximus, non tenebantur, veteribus non *milites* appellati, ſed *pro militibus*, uti autor Servius ad I. Aeneid. Maronis, ubi ait: *Militiae tria ſunt genera. Plerumque enim evocati dicuntur: & non ſunt milites, ſed pro milite. Unde Salluſtius: Neque miles, neve pro milite.* Itaque vere noſtros illos *duplarios* appellare poſſis. VOSSIUS.

2. UT VALLUM CAECUM] Feſtus: *Caecum vallum dicitur, in quo praeacuti pali terrae adfixi, herbis vel frondibus occuluntur.* Vallum eſt murus e ceſpite, aut terra adgeſtus, proinde eminens aliquid. Atqui eminentia latere non poſſunt: itaque merito quaeri poſſit, quid per caecum vallum ſibi Caeſar velit. Ego ajo nihil aliud eſſe, quam ripam ipſam foſſae, ſed citeriorem, in qua defixae ſudes. Foderat Pompejus foſſas: has pone vallum fuit, non e terra adgeſtum, alioqui enim facile Caeſariani illud vidiſſent: ſed vallum erat reſpectu fundi foſſae: hanc foſſam Pompejus cratibus, dein terra intexerat, ita ut nec ſudium, nec foſſae ulla apparerent veſtigia. Quod verum eſſe probatur ex Caeſaris verbis, qui ſupra dixit, *foſſas tranſverſas viis praeducit, atque ibi ſudes ſtipiteſque praeacutos defigit. haec levibus cratibus terraque inaequat.* Hic vero, de iiſdem operibus loquens ait: *moniti a Brundiſinis ut vallum caecum, foſſaſque caveant.* Igitur cum ait ibi *ſudes defigit*, & poſtea *vallum caecum*, idem vult. Vallum ſudes habet infixas, ita & ripa. Illud editum eſt, ita & haec ripa, ſi conferas cum foſſae fundo edita. Idque etiam innuit Plutarchus, cum ita in Pompejo: pag. 1191. & 1192. ἀνέσκαψε τὴν πόλιν καὶ διετάφρευσε, καὶ σκολόπων ἐνέπλησε τοὺς στενωποὺς: *effodit urbem & foſſas duxit, ſtipitibuſque implevit ſemitas.* Ubi nihil de vallo excitato ait, ſed tantum de ſtipitibus. Eadem forte ratione *aras* vocavere ſaxa, quae in mari ſunt, & tamen ſupra fluctus non eminent. Unde & ſaxa illa caeca nuncupantur. Sed ego mallem hoc loco Caeſaris ſcriptum eſſe, ut *vallos caecos*: & clara erit ſententia; nam exacte hoc reſpondebit ſuperioribus illis, *ibi ſudes ſtipiteſque praeacutos defigit.* Sed nec priora diſplicent, quae retineo, donec melius quid occurrerit. VOSS.

1. ET A FRETO] Intelligit Gaditanum ſive Herculeum, quod ita κατ' ἐξοχὴν vocabatur. *Pomponius Mela* l. I. c. III. *Extra* fretum *ad Occidentem inaequalis admodum.* Et l. II. c. VII. *Gades inſula, quae egreſſis* fretum *obvia eſt.* Sic etiam alii loquuntur. DAVIS. Alii tamen malunt *Fretum Siculum* intelligere, & magis placet. Vide Cl. Duker. ad Flor. l. I. c. 26. *Totam inter Alpes fretumque Italiam.* Infra l. III. 101. *Vibone ad fretum. Fretenſe mare* de Siculo freto Cicero l. X. ad Attic. 7. ubi vide, ut & ad l. II. Ep. I. *veniſſe a freto.*

2. IN SICILIAM CURIONEM PROPRAET.] Si nonnullis credimus, prior eo miſſus eſt Aſinius

Pollio,

1 XXX. Itaque in praeſentia Pompeji [a] inſequendi rationem omittit: in
Hiſpaniam proficiſci conſtituit: Duumviris municipiorum omnium im-
2 perat, ut naves conquirant, [b] Brundiſiumque deducendas curent. [c] Mittit
in Sardiniam cum legione una Valerium legatum, [2] in Siciliam Curionem
[d] propraetorem [1] cum [e] legionibus III. eumdem, quum Siciliam recepiſ-
ſet, protinus in Africam tranſducere exercitum jubet. Sardiniam obtine-
bat M. Cotta; Siciliam M. Cato; Africam ſorte Tubero obtinere debebat.
3 Caralitani [f] ſimul ad ſe Valerium mitti audierunt; nondum [g] profecto ex
Italia, ſua ſponte ex oppido Cottam [h] ejiciunt. Ille perterritus, quod o-
mnem provinciam conſentire [i] intellegeret, ex Sardinia in Africam pro-
4 fugit. Cato in [k] Sicilia naves longas veteres reficiebat, novas civitatibus
imperabat. [l] haec magno ſtudio [m] agebat: in Lucanis, [n] Brutiiſque, per
legatos ſuos civium Romanorum dilectus habebat: equitum peditumque
5 certum numerum a civitatibus [o] Siciliae exigebat. Quibus rebus [p] paene
perfectis, adventu Curionis cognito, [2] queritur in concione, [q] *ſeſe pro-
jectum ac proditum a Cn. Pompejo*; [r] *qui, omnibus rebus* [s] *inparatiſſimus,
non neceſſarium bellum* [t] *ſuſcepiſſet*; & *ab ſe, reliquiſque in Senatu in-
terrogatus, omnia ſibi eſſe ad bellum* [v] *apta ac parata* [x] *confirmaviſſet.*
Haec in concione queſtus, ex provincia [y] fugit.

1 XXXI. Nacti [z] vacuas ab imperiis, Sardiniam Valerius, Curio Siciliam,
2 cum exercitibus eo perveniunt. Tubero quum [aa] in Africam veniſſet, in-
venit in provincia [bb] cum imperio Attium Varum, qui ad Auximum, ut
ſupra

VARIAE LECTIONES.

a *Sequi* Pet. Lov. L.pr.ſec.V. b *que* abeſt Pet. c Quaedam hic deeſſe ſuſpicatur Ciacc. d *praetorem* Lov. Carr. *propraetorem Rom.* Edd. pp. Vaſc. Str. Steph. G. poſt. quod natum ex *prop. R.* ut in L. pr. V. Pal. *populo Rom.* B. ſed Pet. *Propraetore.* Bene. e *legatis* Lov. f *ſimul ut* Carr. hinc Brut. *ſimulatque* male. V, ad l. IV. B. G. 624. g *profectum* L. pr. ſed V. ad l. VII, 52. h *ejecerunt* Buſl. Edd. R. M. V. i *intellegit* Lov. *intelligit* Dorv. Pal. Edd. R. M. V. *intellegebat* Pet. B. Carr. Ed. Flor. *intellexit* Buſl. k *Siciliam* MSS. 2. l *hoc* L. pr. m *perag.* MSS. 4. & Edd. pp. aliaeque. n *Brutiis p.* Scal. o *Sicilia* V. *in Sicilia* Carr. Buſl. L. ſec. p *plane* B. q *ſe* L. ſec. Edd. pp. r *quibus* Pal. s *inperitiſſimus* Lov. *imparatiſſimis* MSS. & Edd. qdd. t *intuliſſet* V. v *acta* MSS. 2. x Sic MSS. o. mei & Edd. pp. non *confirmaſſet*, y *prof.* Carr. V. nec male. z *V. provincias* Lov. Hotom. B. L. ſec. Dorv. pp. melius *V. ab. imp. provincias* L. pr. e Gloſſa, an ab auctore, non facile dixerim. aa deeſt praep. Lov. Dorv. V. ad l. III. B. G. 7. bb deſunt L. pr.

Pollio, cujus adventu Cato ex Sicilia profugit. *Plutarchus* in Caton. p. 785. Πυθόμενος δὲ (Κάτων) Ἀσίνιον Πολλίωνα παρὰ τῶν πολεμίων ἀφῖχθαι μετὰ δυνάμεως εἰς Μεσσήνην &c. ἐξέπλευσεν. *Appianus* Civil. l. II. p. 452. ed. Steph. Ἀσίνιός τε Πολλίων εἰς Σικελίαν πεμφθεὶς, ἧς ἡγεῖτο Κάτων, πυνθανομένῳ τῷ Κάτωνι, πότερα τῆς βουλῆς ἢ τοῦ δήμου δόγμα φέρων, εἰς ἀλλοτρίαν ἐμβάλλοι, ὧδε ἀπεκρίνατο, Ὁ τῆς Ἰταλίας κρατῶν ἐπὶ ταῦτα ἔπεμψε. καὶ Κάτων μὲν τοσόνδε ἀποκρινάμενος, ὅτι φειδοῖ τῶν ὑπηκόων οὐκ ἐνταῦθα αὐτὸν ἀμυνεῖται, διέπλευσεν ἐκ Κερκύρας (Male: an ſupplendum ἐς Κέρκυραν, καὶ ἐκ Κερκύρας; ut mendum procrearit vocum ſimilitudo) ἐς Πομπήιον. Et p. 453. Κουρίωνα μὲν ἀντὶ Κάτωνος ᾑρεῖτο ἡγεῖσθαι Σικελίας. Si ita ſe res habet, falſus eſt noſter, qui Catonem non niſi poſt adventum Curionis e provincia exceſſiſſe narrat. DAVIS.

1. CUM LEG. III] Legendum *quatuor*, ut patet infra ex l. II. de Bello Civili c. 23. & 37. inter ſe collatis. CLARK. Lege *cum legionibus IV.* Vide quae diximus ad l. II. B. C. c. 23. DAVIS. *Cur. ſec.*

2. QUERITUR IN CONCIONE SESE PROJECTUM ET PRODITUM A CN. POMPEJO] Fictum hoc videtur, nam Cato, ſi ita tulerat animus, *Siciliam tenere nullo negotio poterat*, ut teſtatus eſt *Cicero*
ad

ſupra demonſtravimus, amiſſis cohortibus, protinus ex fuga in Africam
pervenerat; atque eam ſua ſponte vacuam occupaverat; dilectuque ha-
bito, II legiones effecerat, hominum & locorum [a] notitia, & uſu ejus
provinciae nactus aditus ad ea [b] conanda, quod paucis ante annis [1] ex
praetura eam provinciam obtinuerat. Hic, venientem Uticam [2] navi- 3
bus [c], Tuberonem portu atque oppido prohibet, neque adfectum vale-
tudine filium [3] exponere in terram patitur, ſed ſublatis anchoris excede-
re eo loco cogit.

XXXII. His rebus [d] confectis Caeſar, ut reliquum tempus a labore 1
[e] intermitteretur, milites in proxima municipia deducit: ipſe ad Urbem
proficiſcitur. [f] Coacto Senatu, injurias inimicorum commemorat: docet, 2
*ſe nullum extraordinarium honorem adpetiſſe, ſed exſpectato legitimo
tempore* [g] *conſulatus, eo fuiſſe contentum, quod omnibus civibus pate-
ret: latum* [h] *ab* X *Tribunis plebis (contradicentibus inimicis,* [i] *Catone* 3
vero acerrime repugnante, & priſtina conſuetudine [4] *dicendi mora* [5] *dies
extrahente) ut ſui ratio abſentis haberetur, ipſo conſule Pompejo: qui*

ſi

VARIAE LECTIONES.

a abeſt a m. pr. L. pr. in marg. *noticiam*, & dein *uſum. uſus* & *conandi* V. b *contanda* Lov. c vulgo *cum navibus*. dein *valit.* MSS. ut ſemper. d *cognitis* V. e *intermitteret* L. ſec. f *& acto* L. pr. Scal. g male Ciacc. ejicere tentat. h *a* MSS. & Edd. qdd. *X* abeſt a Carr. i *Catonem repugnantem & extrahentem* Pal. B. Dorv. Carr. L. pr. ſec. V.

ad Attic. l. x. epiſt. XVI. quod & ipſe ſenſit, ſi *Plutarcho* fides. Adi vit. Catonis pag. 785. DAVIS.

1. EX PRAETURA] Poſt praeturam. Vide *J. Fr. Gronovium* Obſerv. l. IV. c. XX. At MS. *Norvic.* habet *paucis ante annis* praetor *eam provinciam obtinuerat.* Et ſic *Cicero* pro Ligario p. 2471. *Interim P. Attius Varus, qui* praetor *Africam obtinuerat, Uticam venit.* Veteres autem editi vulgatam ſcripturam retinent. DAVIS. Mei omnes elegantius vulgatum ſervant, trita locutione, quae paſſim occurrit apud omnes hiſtoricos. V. ad c. 46. *ex primo haſtato. ex praedonum bello.* id eſt, poſt. l. II. B. Civ. c. 23.

2. CUM NAVIBUS] MSS. Urſ. Petav. Cujac. Pal. Scal. Lov. Leid. pr. Voſſ. Dorvil. non agnoſcunt τὸ *cum.* Nihilo minus non auſus fere eſſem proſcribere hanc particulam, gnarus, Caeſarem ſaepiſſime eam ſolere addere. Sed tamen motus Codicum auctoritate & aliis exemplis eam cum Grutero ejicere malim. licet contra Leid. ſec. auctius habet *cum duabus* navibus. c. 36. *Domitius navibus Maſſiliam pervenit.* Adde l. II. c. 23, & c. 24. eadem confuſio *Marcum Uticam navibus praemittit.* Ibi *cum nav.* uti eſt in MSS. 2, praefert Daviſ.

3. EXPONERE IN TERRA] Sic MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii. Vide ſupra ad l. IV. c. 12. Al. *in Terram.* CLARK. *In terra* eſt etiam in Lovan. & Leid. pr. mutatione ſollemni. Frontin. l. II. c. 5, 44. *Expoſitis in terram militibus*: unus *in terra.* Hirt. de Bello Alex. c. 10. *Remiges in terram expoſuiſſet,* ut MSS. conſtanter habent, & ipſe edidit Clarkius. Apud Juſtin. l. XVIII, I. *exponere in portu.* l. XXII, 5. & Sueton. Caeſ. 4. *in litore.* Sed ibi magis locus, quo expoſitus in terram eſt, deſignatur; quam ipſa actio. Apud Vellej. tamen l. II. c. 79. editur *legiones expoſitae in terra:* & ſic etiam optimi libri MSS. l. III. B. Civ. c. 23. *ſagittariis in terra* (vulgo *terram*) *expoſitis.*

4. DICENDI MORA] Hoc factum a Senatoribus, quibus non arriſit res, de qua agebatur. *Atejus Capito* de Offic. Senat. apud *A. Gellium* Noct. Attic. l. IV. c. X. *Cato rem, quam conſulebatur, quoniam non e Republica videbatur, perfici nolebat. Ejus rei gratia ducendae, longa oratione utebatur, eximebatque dicendo diem; erat enim jus Senatori, ut ſententiam rogatus, diceret ante quicquid vellet alii rei, & quoad vellet;* & *Senatuſconſultum, ante exortum aut poſt occaſum ſolem factum, ratum non fuiſſe* ex *Varrone* notavit idem ſcriptor N. A. l. XIV. c. VII. DAVIS.

5. DIES EXTRAHENTE] Sic exhibent omnes Cod. quorum auctoritatem ſum ſecutus; *Joſ.* enim *Scaliger* ex conjectura repoſuerat *diem extrahente.*

ſi inprobaſſet, cur [a] *ferri paſſus eſſet?* [b] *ſin probaſſet, cur* [c] *ſe uti populi*
4 *beneficio prohibuiſſet? Patientiam* [d] *proponit ſuam, quum de exercitibus dimittendis ultro poſtulaviſſet;* [e] *in quo jacturam dignitatis* [f] *atque ho-*
5 *noris ipſe facturus eſſet. Acerbitatem inimicorum docet;* [g] *qui, quod ab altero poſtularent, in ſe recuſarent, atque omnia* [1] *permiſceri mallent,*
6 *quam imperium exercituſque dimittere. Injuriam in eripiendis* [h] *legionibus praedicat; crudelitatem & inſolentiam in circumſcribendis Tribunis plebis; conditiones a ſe latas,* [i] *& expetita conloquia, & denegata,*
7 *commemorat. Pro quibus rebus* [k] *orat ac poſtulat, Rempublicam ſuſcipiant, atque una ſecum adminiſtrent. ſin timore defugiant,* [2] *illis ſe o-*
8 *neri non futurum, & per ſe Rempublicam adminiſtraturum. legatos ad Pompejum de compoſitione mitti oportere: neque ſe reformidare, quod in ſenatu paullo ante Pompejus dixiſſet, ad quos legati mitterentur, iis auctoritatem* [l] *adtribui; timoremque eorum, qui mitterent,* [m] *ſignificari: tenuis, atque infirmi haec animi videri: ſe vero,* [3] *ut operibus anteire ſtuduerit, ſic juſtitia* [n] *& aequitate velle ſuperare.*

XXXIII.

VARIAE LECTIONES.

a *fieri* Carr. L. pr. P. Dorv. Edd. pp. male. b *ſi* MSS. 8. & Edd. qdd. V. ad l. II. B.C. 5. c *ſuo* L. ſec. Dorv. *beneficiis* Carr. d *propoſuit* Pet. e deſunt Lov. f *&* L. pr. g *quidquid* MSS. 3. *quidquod* L. pr. V. *alterorum* L. pr. *latõrum* V. h MSS. o. & Edd. pp. *legibus.* i deeſt Pet. Sc. L. pr. V. & Edd. qdd. *expedita* L. pr. Edd. R. V. M. *inpetita* Lov. unde Lipſ. *inpedita*, & ſic Ed. Ven. *expectata* L. ſec. k *hortatur* Pet. Cuj. Sc. L. pr. & Ed. R. Steph. iidem cum Dorv. L. ſec. V. & Edd. pp. addunt *ut*, ſed V. ad l. IV, 16. l *adtribuit* L. pr. Lov. m *ſignificare* L. pr. n *atque* L. pr. *ac* V.

te. Perperam; nam veri eſt ſimile ea de re ſaepius actum fuiſſe: quare Cato, ne fieret SC. dicendo plures dies exemit, ut etiam vidit *Joan. Frid. Gronovius* ad *Livii* l. XXII. c. XVIII. DAVIS. *Dies* etiam MSS. mei omnes.

1. PERMISCERI] Lego *permiſcere.* DAVIS. *Cur. ſec.* Fruſtra. Adi Cl. Cort. ad Salluſt. B. Catil. 51. §. 40. Jug. 12, 5: 97, 4. T. Wopkens l. III. Tull. Lect. c. 13. Drak. ad Liv. III, 51. & alibi. ubi ad ſatietatem videbis exempla junctarum Activae & Paſſivae formarum. vide etiam ad l. VII. c. 60. *progredi & ſe exſpectari juſſit.* Item ad l. I. B. Civ. c. 61. & ad Frontin. l. II, I, 18. Infra l. II. B. Civ. c. 31. *Haec diſſimulare & occultare, quam per nos confirmari praeſtat.* ubi rurſus Clark. & Daviſ. paſſivum inculcant. Contra B. Afric. c. 51. *inſtituit brachia duci & ita erigere*, Daviſius vult *ducere*, perperam. Apulej. l. VII. Met. p. 137. *illum adſciſci & alios veſtigare ſtatuunt.* ubi etiam male ex Oxon. Cod. Priceus praefert *veſtigari.*

2. ILLIS SE ONERI NON FUTURUM] Sic editt. *Rom.* & *Beroald.* at *Ven. Illis ſe bonori non futurum.* MSS. autem *Carrar.* & *Ciacc. Illi ſe oneri non defuturum*, cui lectioni fere accedunt editt. *Pariſ.* & *Gryph.* in quibus eſt *illi ſe bonori non defuturum*, nec abhorret MS. *Norvic.* habet enim *illis ſe oneri non defuturum.* Sic ſupra locutus eſt *Caeſar* hujuſce libri c. I. *L. Lentulus Conſul* Senatu Reique publ. ſe non defuturum *pollicetur.* Vide & l. III. B. C. c. XCIII. DAVIS. Utraque lectio aeque bona videtur. CLARK. *Defuturum* etiam Voſſ. & Buſl. Unde ſi quid contra ceteros MStos, quod non puto, mutandum foret, legerem *defugiant, illi, ſe oneri non defuturum.* Glareanus malebat *def. illi, ſe ſuo bonori non defuturum.* Tutius retinebitur vulgata ab optimis & pleriſque MSS. confirmata. Confer tamen l. VII, 66. *Terrori hoſtibus futurum.* ubi in MSS. etiam *non defuturum.*

3. UT OPERIBUS ANTEIRE STUDUERIT] Sic edidi fidem ſecutus MSS. *Norvic.* & *Urſin.* quam lectionem & ipſe *Fulvius* probavit. Alludunt editt. *Rom. Ven. Beroald.* in quibus legitur *operibus ante ſtuduerit.* Opera ſunt res geſtae. Sic *Juſtinus* l. II. c. VI, I. *Operaque Atheníenſium effectu majora quam vota fuere. Vellejus Paterculus* l. II. c. CVI. *Pro Dii boni, quanti voluminis opera inſequenti aeſtate, ſub duce Tiberio Caeſare, geſſimus. Joſ. Scaliger* ex nonnullis Codd. edidit *ut opibus anteire ſtuduerit*, nimirum Pompejus; infecte prorſus: ab hac tamen lectione ne latum quidem

XXXIII. Probat rem Senatus de mittendis legatis: ſed qui mitteren- 1
tur, non reperiebantur: maximeque timoris cauſſa pro ſe quiſque id mu-
nus [1] legationis recuſabat. Pompejus enim diſcedens ab urbe in Senatu 2
dixerat, eodem ſe habiturum loco, qui Romae remanſiſſent, & qui in
caſtris Caeſaris fuiſſent. Sic triduum diſputationibus [a] excuſationibuſque 3
extrahitur. Subjicitur etiam L. Metellus, Tribunus plebis, ab inimicis
[b] Caeſaris, qui hanc rem diſtrahat; reliquaſque res, quaſcumque [c] agere
inſtituerit, inpediat. Cujus cognito conſilio, Caeſar, fruſtra diebus ali- 4
quot conſumtis, ne reliquum tempus [d] omittat, infectis iis, quae agere
deſtinaverat, ab urbe proficiſcitur, [e] atque in ulteriorem Galliam per-
venit.

XXXIV. Quo quum [f] veniſſet, cognoſcit miſſum [g] in Hiſpaniam a Pom- 1
pejo Vibullium Rufum, quem paucis [h] ante diebus Corfinio [2] captum ipſe
dimiſerat: [i] profectum item Domitium ad occupandum Maſſiliam navi- 2
bus actuariis VII, quas [3] Igilii, & in Coſano a privatis coactas, ſervis,
libertis, [k] colonis ſuis compleverat: praemiſſos etiam legatos [l] Maſſilien- 3
ſes

VARIAE LECTIONES.

a *omnibuſque* L. pr. *que* abeſt a Dorv. b *Caeſari* V. c deeſt V. *inſtituerat* Edd. pp. male. d *mittat* Pet. L. pr. Lov. e *&* L. pr. f *perv.* L. pr. g *in II.* exſulant a Lov. L. pr. Sec. V. Dorv. Carr. & Edd. pp. *Vibellium* vel *Jubellium*. MSS. plerique. *Jubilium* Carr. *Jubulum* Edd. pp. *in bellum* V. ſed vide c. 23, 38. h Sic MSS. meliores & Edd. quaed. non *dieb. ante. Corfinii* MS. Urſ. & Edd. Man. Plant. Clark. ſed adi l. VII, 32. vulgo deeſt *ipſe*. i *praefectum* MSS. plerique & Edd. pp. item *occupandam*; uti & Edd. Vaſc. St. Steph. Gr. poſt & Clark. V. ad l. III. B. G. 14. k *coloniis* L. ſec. l vulgo *Maſſ.*, *domin.*

quidem unguem receſſerunt editores nuperi. DAVIS. *Ut* operibus *anteire ſtuduerit*,) Ita optime, ex MSS. Elienſi & Urſini, edidit Daviſius. Cur autem Scaligerum, qui (*ut* opibus *anteire*) edidit, hoc de *Pompejo* dictum intellexiſſe exiſtimaret, (quod ne Latinitas quidem ullo modo patitur,) equidem non video. CLARK. *Operibus* etiam exhibent mei omnes praeter Scal. Lovan. Pal. & Bong. in quibus *opibus*, omiſſa lineola, qua ſolent librarii deſignare *per*. Ex Hotomani conjectura in Scalig. Ed. inrepſiſſe videtur *opibus*, quod hic ſenſum habet nullum, certe abſurdum: nec enim *opes virium* aut *ingenii*, ſed *opera* & res praeclare geſtae Caeſari faciebant gloriam, & ad Pompejum referri non poteſt, niſi ulterius interpoles cum Hotomano, *ille* pro *ante* reponente. Verum amat idem tamen potius retinere *operibus*; ſed & *anteire* omnino legitur in Cujac. Petav. Scalig. aliiſque, *aut* Pal. *Ante* Lovan. Dorv. & Edd. primis, item Ald. Gryph. Plant. aliiſque. At Vaſcoſ. Steph. & alii jam habent *anteire*, pro quo *anteiri* eſt in Leid. pr. & Voſſiano.

1. LEGATIONIS] Vocem *legationis* expungendam cenſeo. Nam mihi videtur Gloſſema. DAVIS. *Cur. ſec.*

2. CAPTUM DIMISERAT] MSS. & Editt. Vett. (*captum* ipſe *dimiſerat*:) Quam lectionem meliorem & perſpicuam, magis ambigua male commutarunt Scaliger & recentiores. CLARK. Addita vocula, lege, *captum* ipſe *dim.* ut diſerte *Norvic.* & ita *Beroald. Gryph. Urſin.* aliique bene multi repraeſentarunt. DAVIS. *Cur. ſec.* Ex MS. Urſini, cui etiam videbatur adjecta, vocem *ipſe* delevit Scaliger. Sed & MSS. omnes mei eam agnoſcunt; quare reſtitui.

3. IGILII ET IN COSANO] Ita, ſive *Igili*, quod idem eſt, & forſan verius, ut alibi dixi, optime reſtituit Ciacconius, cum *Igilium* ſit inſula Coſano litori obpoſita. Vide ad Rutilii Itin. 1, 325. Inepte olim edebatur *Sicilia & Sardinia*; ſed pro iis Victorius emendaverat jam *in Sicilia & in Coſano.* quia Cicero ad Atticum ſcribit, ſe audiſſe, *Domitium in Coſano degere. Sigili* habent praeter Urſ. Cod. etiam Petav. Cujac. Scalig. *Sigilli* Leid. pr. *Sigilii* Lovan. & Brant. dein *in Coſano* Urſ. *Caſano* Petav. Leid. pr. *Coſono* Brant. Lovan. Voſſ. *Siciliae & Sardiniae* pr. Bong. & Leid. ſec. Praepoſitio abeſt perperam etiam ab Edd. Ber. Vaſc. Steph. aliiſque, in quibus & Edd. pp. *coactis*, uti & in Bong. ſed bene haec reſti-

ſes [1] domum nobiles adoleſcentes; quos ab Urbe diſcedens Pompejus erat adhortatus, ne nova Caeſaris officia [2] veterum ſuorum beneficiorum
4 in eos memoriam expellerent. Quibus mandatis acceptis Maſſilienſes portas Caeſari [a] clauſerant: Albicos, barbaros homines, qui in eorum fide antiquitus erant, monteſque ſupra Maſſiliam incolebant, ad ſe vocave-
5 rant: frumentum ex finitimis regionibus, atque [b] ex omnibus caſtellis in urbem convexerant; armorum officinas in [c] urbe inſtituerant: muros, [3] claſſem, [d] portas reficiebant.

1 XXXV. Evocat ad ſe [e] Caeſar [4] Maſſilienſium xv primos: [f] cum his agit, ne initium [g] inferendi belli [h] ab Maſſilienſibus oriatur: *debere eos Italiae totius auctoritatem ſequi potius, quam unius hominis voluntati*
2 *obtemperare.* [i] Reliqua quae ad eorum ſanandas mentes pertinere arbi-
3 trabatur, commemorat. Cujus orationem [k] legati domum referunt, atque

VARIAE LECTIONES.

a *clauſerunt* V. Edd. quaedd. b *in o.* L. pr. V. c *urbem* L. pr. *urbem conv.* V. d vulgo *portaſque refecerunt.* e abeſt Lov. dein *Maſſiliam* L. pr. *Maſſiliae* Lov. *Maſſilia* V. L. ſec. Dorv. Hotom. qui probat, non male. *XV* abeſt Buſl. Edd. R. M. V. f *& cum* Dorv. L. g deeſt L. pr. nec male. h Sic Lov. L. pr. V. non *a.* i *reliquaque* Edd. pp. *de e. ſanandis mentibus* Lov. k Sic MSS. plerique, non *d. r.*

reſtituit Victorius l. 1. Var. Lect. c. 2. uti & *libertis*, pro quo olim *liberis*, vel *liberiſque*; ut reſtat & in recentioribus MSS. ſed Cujac. Scal. Petav. Leid. pr. *libertis* exhibent.

1. DOMI NOBILES ADOLESCENTES] Ita legendum conjecit *Pet. Ciacconius*, quem ſecuti ſunt *Joſ. Scaliger* & recentiores. MSS. & Vett. cuſi *domum* exhibent. Sic c. XXXV. *Cujus orationem domum legati referunt.* Diſtingue igitur *praemiſſos etiam legatos Maſſilienſes domum, nobiles adoleſcentes.* DAVIS. *Domum.* Ita ex MSS. & Edd. Vett. optime reſtituit Daviſius. Pro qua lectione Scaliger & Recentiores nulla de cauſa ſuppoſuerunt *domi.* CLARK. *Domi nobilis* frequens eſt locutio de iis, qui vel municipes vel peregrini erant nobiles. Vide ad Salluſt. B. Catil. 17. *Ad hoc multi ex coloniis & municipiis domi nobiles*, & infra B. Alex. c. 26. *magnae nobilitatis domi:* quare ſi MSS. addicerent, conjecturam Ciacconii nequaquam damnarem; ſed omnes mei etiam habent *domum.* Scilicet Legati Maſſilienſes, nobiles adoleſcentes, erant Romae. Hos praemiſit domum cum mandatis Pompejus. Male idem quoque expungere tentabat *legatos.*

2. VETERUM SUORUM BENEFICIORUM] Sic repoſui ex omnibus MSS. & antiquitus impreſſis. nihil enim eſt cauſae, cur, repugnantibus Codicibus, *veterem* cum *Joſ. Scaligero* legamus. VOSSIUS. Sic optime iterum ex MSS. & Edit. Vett. reſtituit Daviſius. Scaliger errore forſan typographico, edidit *veterem*; longe minus eleganter. Quem tamen fideliter ſecuti ſunt Recentiores. CLARK. Non vero Cellarius. *Veterem* eſt in Dorvill. ſed male. l. 1. B. G. c. 14. *Veteris contumeliae memoriam deponere.*

3. CLASSEM PORTASQUE REFERUNT] Sic e MS. Carrar. repoſuit Scaliger: cum antea editum eſſe *claſſem & portas reficiebant.* Atque ita exhibent MSS. mei, niſi quod ponant cum Carr. *portas* ante *claſſem.* in Lovan. *portas & clauſim.* fors *claſſim*, ut alibi & B. Afric. c. 9. hinc *claſſi* in Ablat. V. Drak. ad Liv. IV, 34. Leid. pr. *portas clauſtris ref.* Voſſ. *clauſe*, Leid. ſec. *ac portas ref.* ſine *claſſe.* ſed optime Petav. & Scalig. *muros, claſſem, portas* vel *port. cl., reficiebant.* Quod exhibui. Nam credibile eſt, eos tunc adhuc in illo opere fuiſſe occupatos. Certe Carr. Cod. tanti non eſt, ut ceterorum, qui habent *reficiebant*, lectionem ideo e textu ejiciamus. Paſſim cum meis recentiſſimis libris ſolet conſpirare.

4. MASSILIENSIUM XV PRIMOS] Πεντεκαίδεκα προεστῶτας. Nam ut ex Strabone diſcimus l. IV. διοικοῦνται ἀριστοκρατικῶς οἱ Μασσαλιῶται πάντων εὐνομώτατα. ἀνδρῶν χ' καταστήσαντες συνέδριον, διὰ βίου ταύτην ἐχόντων τὴν τιμὴν, οὓς Τιμούχους καλοῦσι. πεντεκαίδεκα δ' εἰσὶ τοῦ συνεδρίου προεστῶτες, τούτοις δὲ τὰ πρόχειρα διοικεῖν δίδοται. πάλιν δὲ τῶν ιέ προκάθηνται τρεῖς οἱ πλεῖστον ἰσχύοντες. Igitur ſexcenti Senatores Maſſilienſibus, in his XV viri, quos Τιμούχους vocant, praecellebant; & inter τιμούχους tres praeſidebant. Etiam meminit Lucianus, qui Maſſiliae rhetorem egit, in Toxari p. 71. ubi loquitur

que [1] ex auctoritate haec Caeſari renunciant: *Intellegere ſe, diviſum* [a] *eſſe populum Romanum in partes duas: neque ſui judicii, neque* [2] *ſuarum eſſe virium, decernere, utra pars juſtiorem habeat cauſſam: principes vero eſſe* [b] *earum partium Cn. Pompejum, & C. Caeſarem, patronos civitatis; quorum alter agros* [c] *Volcarum Arecomicorum & Helviorum publice iis conceſſerit: alter bello* [3] *victas Gallias adtribuerit, vectigaliaque auxerit. Quare, paribus eorum beneficiis, parem ſe quoque* 5 *voluntatem tribuere debere, & neutrum eorum contra alterum juvare, aut urbe, aut* [d] *portibus recipere.*

XXXVI. Haec dum inter eos aguntur, Domitius navibus Maſſiliam 1 pervenit; atque ab iis receptus urbi praeficitur. [e] Summa ei belli adminiſtrandi permittitur. Ejus imperio claſſem [f] quoquo verſus dimittunt: 2 onerarias naves, quas ubique poſſunt, deprehendunt, atque in portum deducunt: [4] parum clavis, aut materia, [g] atque armamentis inſtructis, ad reliquas armandas reficiendaſque, utuntur: frumenti quod inventum eſt, 3 in publicum conferunt: reliquas merces commeatuſque ad obſidionem urbis,

VARIAE LECTIONES.

a deeſt L. ſec. V. & inter verſus eſt in L. pr. *R* ſeu *Romanum* abeſt quoque a MSS. 7. b *illarum* L. pr. *partum* Chariſ. Lib. pr. p. 114. c *Volgarum* MSS. & Edd. pp. dein *Iluorum* iidem MSS. & plures, atque Edd. Vett. *Heluorum* Plant. *Hiluorum* L. pr. V. l. VII, 7. d Sic MSS. longe plurimi & Edd. pp. item Vaſc. Str. Steph. Scalig. non per *u*. V. ad l. III. B. G. c. 8. *portu* L. pr. e Hae 5 voces deſunt Pal. Dorv. Edd. R. M. V. f *quoque* L. pr. *quoquo uſque* V. & dein vulgo *earum cl.* g *aut* Dorv. Edd. pp.

quitur de Menecrate Maſſilienſi, & ejuſdem urbis judicibus. χρόνῳ δὲ ὁ Μενεκράτης ἀφῃρέθη τὴν οὐσίαν ἐκ καταδίκης, ὅτι περὶ καὶ ἄτιμος ἐγένετο ὑπὸ τῶν ἑξακοσίων, ὡς ἀποφηνάμενος γνώμην παράνομον. *Aliquando vero ſuis facultatibus eſt multatus Menecrates, & eodem quoque tempore infamis pronunciatus a ſexcentis viris, tanquam iniquae ſententiae autor.* Etiam Valerius Maxim. l. II. c. VI. ait: *venenum datur ei, qui cauſſas Sexcentis (id enim Senatus ejus nomen eſt) exhibuit*, &c. VOSSIUS.

1. EX AUCTORITATE HAEC CAESARI RENUNCIANT] Scilicet *publica*. Noli cum Ciacconio dicere hic deeſſe vocem aliquam. Elegantius ſubticetur. VOSSIUS.

2. SUARUM ESSE VIRIUM DECERNERE] Judicare, vel certum ſtatuere. Editt. *diſcernere*, ſed nos ſecuti ſumus certiſſimam emendationem ſummi viri *J. Fr. Gronovii*, qui de harum vocum diſcrimine videndus eſt Obſerv. l. III. c. XIII. p. 547. DAVIS. MSS. tamen omnes mordicus retinent *diſcernere.* Sed a Gronovio ſtant Cellarius, Clarkius aliique. Vide ad l. VI. G. B. c. 13. *Iidem decernunt.* & Cort. ad Salluſt. B. Cat. c. 25. ubi contra MSS. quoque exhibet *Pecuniae, an famae minus parceret, haud facile decerneres.*

3. VICTAS GALLIAS] Non contemnenda videtur Glandorpii conjectura, qui legit *victos SALYAS.* Erant enim hi, populus *Maſſilienſibus* vicinus; quos *Strabo* (citante *Cellario*) una cum *Albicis* memorat: Μετὰ τοὺς Σάλυας, Ἀλβιεῖς καὶ Ἀλβίοικοι καὶ Οὐοκόντιοι. Quanquam & (*victas Gallias*) intelligi poſſit (*partem Galliae ipſis vicinam.*) CLARKE. Vehementer placet mihi conjectura Glandorpii *Salyas*, ſive potius, ut eo magis accedat, *Sallyas* vel *Sallies.* quo facit Leid. pr. *Gallie.* De iis vide Comment. ad Flor. l. II, 3. III, 2. Holſten. ad Steph. & Salmaſ. Plin. Exercit. p. 66. ac nos denique ad Obſeq. c. 90. *Ligures Sallyes trucidati.* Hotom. conjiciebat *victa Gallia*, ut quos agros Pompejus ſimpliciter fruendos conceſſerit, eos Caeſar abſolute dono dederit. vel *attriverit*, licet id beneficium tum nihilo magis ad Maſſilienſes, quam ad univerſam provinciam pertineret. *attriverit* margini ad levit etiam Lipſius, immo ita inveni in Leid. ſec. At veriſimilior & elegantior multo eſt Glandorpii conjectura.

4. EARUM CLAVIS, AUT MATERIA, ATQUE ARMAMENTIS INSTRUCTIS] Aliter ut vett. editt. & MSS. Cujac. Pet. Pal. Bong. & noſter: in quibus conſtanter legitur: *parum clavis materia atque arma-*

4 bis, [a] ſi accidat, [b] reſervant. Quibus injúriis permotus Caeſar, legiones
III Maſſiliam addúcit: [c] turres, vineaſque ad obpugnationem urbis age-
5 re, naves longas [d] Arelate, numero XII, facere inſtituit. Quibus effectis
armatiſque diebus [e] XXX, a qua die materia caeſa eſt, adductiſque Maſſi-
liam, his D. Brutum [f] praeficit: C. Trebonium legatum ad obpugnatio-
nem Maſſiliae relinquit.

1 XXXVII. Dum haec parat atque adminiſtrat, C. Fabium legatum cum
legionibus III, quas Narbone, [g] circumque ea loca, hiemandi cauſſa, diſ-
2 poſuerat, in Hiſpaniam praemittit; celeriterque [h] Pyrenaeos ſaltus occu-
pari jubet; qui eo tempore ab L. Afranio legato praeſidiis tenebantur.
3 Reliquas legiones, quae longius hiemabant, ſubſequi jubet. Fabius, ut e-
rat imperatum, adhibita celeritate, praeſidium ex ſaltu [i] dejecit, magniſ-
que itineribus ad exercitum Afranii contendit.

XXXVIII.

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt Carr. L. pr. V. *accidunt* Carr. *accidant* L. pr. ſec. V. b *referuntur* L. pr. c *turreſque* Lov. d Sic MSS. & V. Cellar. Edd. pp. Gryph. *Arelatae.* e *XXXma die* L. pr. nec male. f MSS. & Edd. qdd. *praefecit & reliquit*, de more. g *circaque* L. ſec. h *Pirenos* L. pr. V. i *dejicit* Edd. Vaſc. Str. Steph. Gr. poſt.

armamentis inſtructis. Niſi quod vett. edition. habent, *parum clauſis.* Expendamus. Ait Caeſar, Maſſilienſes naves onerarias, quas deprehendiſſent, in portum ſuum deduxiſſe: ſubditur, *earum clavis aut materia atque armamentis inſtructis ad reliquas armandas reficiendaſque utuntur.* hoc eſt, navium onerariarum clavis, materia, deinde & armamentis, quae ſuper inſtructa iis erant, uſos Maſſilienſes ad veteres reficiendas. Ergo ſi ita ſumas neceſſario vox *inſtructis* refertur ad armamenta, quae navibus inſtruuntur: qualia ſunt tormenta, ſcorpiones, atque id genus alia. Jam vero ſi cum MSStis legere placet, *parum clavis aut materia atque armamentis inſtructis, ad reliquas armandas*, &c. hoc modo mens ſit, Maſſilienſes naves in portum deducunt: ſed illis, quae parum inſtructae clavis, materia, aut armamentis, uſi ſunt ad caeteras reparandas. Ut τὸ *inſtructis* referatur ad *parum.* Sed unum hic obſtat, quod navis ſemper eſt inſtructa clavis. Jam vero quid de materie dicemus. Nam Caeſari *materies* eſt lignum toto fere opere ſuo: & quomodo poſſit navis ligno parum inſtructa eſſe, niſi parum inſtructas illas vocemus, quae ex tenuioribus lignis ſunt. Priorem tamen lectionem, quia Scaligero & aliis placuit, rejicere nolo: ſed amplius deliberandum; nam ut verum dicam, non ſatis auribus meis placet illud *armamentis inſtructis*, & mallem abeſſe poſterius vocabulum. Ciacconius ait vocem juris eſſe, quod non nego: verum ſi ita eam hic accipiamus, quomodo accipitur ff. de inſtruct. & inſtrum. legato, neceſſario vox *inſtructis*, refertur ad *earum*, ut dicat Caeſar naves armamentis inſtructas: atque tunc omnino mihi videtur non rejiciendum eſſe illud *parum:* imo praeferendum. VOSSIUS. Multum hic loci ſudat *Voſſius:* haud tamen ſe expedit. MSS. *Cujac. Pet. Pal. Bongarſ.* & *Voſſ. parum clavis, matèria, atque armamentis inſtructis.* MS. *Norvic. parum clavis aut materia &c.* Editt. *Rom. Ven. parum clavis aut materia aut armamentis inſtructis.* Sic & *Beroald.* niſi quod illa *clauſis* pro *clavis* perperam exhibeat. Omnino legendum *parum clavis, materia, atque armamentis inſtructi*, vel prope ad veteres editos *parum clavis, aut materia aut armamentis inſtructi.* Armamenta ſunt vela, funes, reliquuſque navium apparatus. Noſter l. III. B. G. c. XIV. *Quum omnis Gallicis navibus ſpes in velis* armamentiſque *conſiſteret.* Vide & l. IV. c. XXIX. DAVIS. Parum *clavis aut materia atque armamentis* inſtructis, *ad reliquas armandas —— utuntur:*) Ita ex MSS. conſentientibus reſtitui. Senſuſque perſpicuus eſt: Quae naves clavis aut materia atque armamentis minus eſſent inſtructae, eis Maſſilienſes ad reliquas armandas reficiendaſque utebantur. Quod edidit Scaliger & Recentiores, (*EARUM clavis —— atque armamentis inſtructis —— utuntur:*) id valde durum eſt, ut *Clavi* aut *Materia atque Armamenta* dicantur *inſtructa*, quod erat ſcilicet de *Navibus* ipſis dicendum. Ingenioſior eſt Daviſii conjectura (*Parum clavis ——* inſtructi,) *Maſſilienſes* ſcilicet. Sed & id quoque aliquanto durius, ut *Ipſi* dicantur *clavis —— atque armamentis*

XXXVIII. Adventu [a] L. Vibullii Rufi, quem a Pompejo miſſum in [b] Hiſpaniam demonſtratum eſt, Afranius, & Petrejus, & Varro, legati Pompeji, quorum unus [c] III legionibus Hiſpaniam [d] citeriorem; [1] alter a ſaltu Caſtulonenſi, [2] ad Anam, II legionibus; tertius [e] ab Ana, [f] Vettonum agrum, Luſitaniamque pari numero legionum obtinebat, officia inter ſe partiuntur; [g] uti Petrejus ex Luſitania per Vettones cum omnibus 2
copiis ad Afranium proficiſcatur; Varro cum iis, quas habebat, legionibus, omnem ulteriorem Hiſpaniam tueatur. His rebus conſtitutis, equites, 3
auxiliaque [h] toti Luſitaniae a Petrejo; [i] Celtiberis, Cantabris, barbariſque omnibus, qui ad Oceanum pertinent, ab Afranio imperantur: quibus coactis, [k] celeriter Petrejus per Vettones ad [l] Afranium pervenit. Conſtituunt communi conſilio bellum ad Ilerdam, propter ipſius loci ob- 4
portunitatem, gerere.

XXXIX. Erant, ut ſupra demonſtratum eſt, legiones Afranii III, Pe- 1
treji II, praeterea [3] ſcutatae [m] citerioris provinciae, [n] & cetratae ulterioris

VARIAE LECTIONES.

a MSS. & Edd. pp. *Vibuli, Bibuli, Vibelli, Vibili, Jubilii*, ſed praeter L. pr. çeteri & Urſ. addunt *L.* ut c. 23. quare id repoſui. b *Hiſpania* Sc. L. ſec. c deſunt *III. leg.* & *alter* in MSS. 8. & Edd. pp. *in Hiſp.* Pet. L. ſec. V. Edd. pp. perperam, ſed *in* natum ex *III.* ut videatur *legionibus* hic vel infra eſſe intruſum. d abeſt Pet. e exſulat *ab* Sc. L. pr. f MSS. & Edd. pp. hic & mox *Betonum*, *Bettonum, Vetonum, Vectonum*, quod & in pleriſque Edd. V. ad Luc. IV, 9. Burm. ad Ser. Samm. c. 13, 205. g Sic MSS. & Edd. qdd. non *ut.* h ita ex conjectura Hotom. & Ciacc. MSS. & Edd. Vett. *totius.* i ita B. L. ſec. Reliqui cum MSS. Urſ. & Edd. pp. *Celtiberiae.* k deeſt Dorv. Edd. pp. Eaedem addunt *ex Luſitania.* l *erarium* L. pr. dein *conſtituuntque* Urſ. Carr. Pet. Lov. L. pr. ſec. B. V. non male. m vulgo *ſcutati.* n deeſt Pet. contra ille & L. pr. *equitumque.*

tis inſtructi; & vox illa (*utuntur*,) caſum nullum poſt ſe habeat. Senſus ut dixi, ex MSS. ſatis eſt perſpicuus: Neque ulla omnino opus erat emendatio. CLARK. Dele notam meam, pro qua repone: *Earum clavis aut materia atque armamentis inſtructis ad reliquas*) Codices *parum clavis.* Lego HARUM *clavis* ET *materic atque armamentis inſtructi*, IIS *ad reliquas armandas* —— *utuntur.* DAVIS. *Cur. ſec. Parum* cum ſit in MSS. meis omnibus, numero decem, & Edd. primis, quae habent *clauſis*, id repoſui, jubente etiam Grutero. Ut verum tamen fatear, parum placet mihi *inſtructis:* licet ſciam proprie dici de navibus *inſtrui.* Vide ad l. v, 2. Sed quomodo naves parum *inſtructae* dici poſſunt *materia*, ex qua ſive ex ligno totae conſtant; ut bene vidit Voſſius. quare Daviſii fere conjecturam amplecterer *inſtructi, iis. Inſtructas* a m. pr. eſt in Leid. pr. Maſſilienſes parum inſtructi clavis, materia &c. utebantur iis onerariis navibus ad reliquas armandas. Nunc *materiam* intelligo non ſatis firmam, nec idoneam bellicis operibus.

1. ALTER A SALTU CASTULONENSI] *Caſtulo* oppidum, & *Caſtulonenſes* populi. Quorum meminit praeter alios Plin. l. III. H. N. c. III. | *Ex colonia Salarienſe oppidani Latii veteris Caſtulonenſes, qui Caeſari venales appellantur.* Neſcio, quid ſibi velit per illa verba, *qui Caeſari venales appellantur.* Sed Caſtulonis nomen paſſim in Strabóne corruptum & Καστουῶνα ſaepius ibi legas: pro quo magnus Caſaubonus emendabat Καστουλῶνα: malo Καστλῶνα, ut *Tuſculum* Graeci Τοῦσκλον, ſic *Caſtulonem*, dixere Καστλῶνα. Ita enim potius arbitror ſcripſiſſe Strabonem, & dico facilius potuiſſe Λ in Α abire, quam ut ubique totum Λ omitteretur. Librarii omiſere illud Λ in Καστλῶνα, quia rarum in lingua Graeca talis vox. Plutarchus quoque Καστλῶνα, ni fallor, vocat, more eodem quoque VL mutatur in Λ. Stephanus libro περὶ πόλεων Καστουλῶνα vocat ex Artemidoro, ut utrumque ſcribere liceat. Vide Caſaub. ad Strab. notas, & ſcr. Cluv. Sed Caſtulonenſis ſaltus nullam apud autores mentionem legi. VOSSIUS.

2. AD ANAM] Fluvium, *Baeticam* finientem. Editi, in indicibus ſuis, eum lepide *oppidum* appellant. CLARK.

3. SCUTATI CITERIORIS PROVINCIAE] In omni. Codd. eſt *ſcutatae*, nec audiendus eſt *Joſ. Scaliger*,

ris Hiſpaniae cohortes circiter xxc, equitum utriuſque provinciae circiter
2 v milia. Caeſar legiones in Hiſpaniam praemiſerat, ad vi milia auxilia peditum, [a] equitum iii milia [1] quae omnibus ſuperioribus bellis habuerat, & parem ex Gallia numerum, [2] quem ipſe paraverat, nominatim ex omnibus civitatibus, nobiliſſimo, [b] & fortiſſimo quoque evocato: [3] Hinc optimi generis hominum ex Aquitanis, [c] montaniſque, qui Galliam provin-
3 ciam adtingunt. Audierat, Pompejum per Mauritaniam cum legionibus iter in Hiſpaniam facere, confeſtimque [d] eſſe venturum. Simul a tribunis militum [e] centurionibuſque mutuas pecunias ſumſit: has exercitui diſtribuit.

VARIAE LECTIONES.

a *Nulla* vel addunt, vel pro *milia* habent MSS. Ach. Stat. Br. & mei 7. pro *ad* Ciacc. legit *VI. ac* MS. male. V. ad l. viii, 4. b deſunt Sc. L.pr. V. c *montanis* V. d deeſt Lov. Pal. Dorv. Edd. R. M. V. e *que* abeſt a Lov.

ger, qui contra eorum fidem mutavit. *Scutatae* autem & *cetratae* dicuntur non provinciae, ut perperam arbitratus eſt *Fr. Hotomannus*, ſed cohortes, ab armis quae gerebant. DAVIS. *Scutatae* reſtitui cum Daviſio, uti & fecit Clarkius, ex MSS. omnibus & Edd. Vett. At *Scutati* non ortum habet a Scaligero, ſed Edd. Plantini, in quibus hoc jam reperi.

1. QUAE] Non comparet haec vocula in MSS. meis praeter Cujac. uti nec in Edd. primis. An fuit *milia: Ea*?

2. QUEM IPSE PARAVERAT] Alii *petiverat*. *Faernus*, *quam ipſe pacaverat.* Et ſic MS. *Norvic.* DAVIS. *Petiverat*, praeterquam in Editis nonnullis, eſt quoque in MS. Brant. *pacaverat* Scalig. Immo *quam pacaverat* Cujac. Petav. & Leid. pr. Nihilominus malim cum Hotomano vulgatum retinere; Nam id ſequentia declarant. Nec ſane opus erat lectorem admoneri a Caeſare ſe Galliam pacaſſe.

3. HINC OPTIMI GENERIS HOMINUM EX AQUITANIS MONTANISQUE, QUI GALLIAM PROVINCIAM ATTINGUNT. AUDIERAT] Locus eſt vitiatus. MS. *Norvic. huic optimi:* liber *Ach. Statii*, *huc optimi.* Codices *Carrar.* & *Urſin. poſtquam audierat*; quam lectionem probat *Ciacconius*. Lego & diſtinguo *fortiſſimo quoque evocato*; adhuc *optimi generis* homines (ut habet ed. *Vaſcoſ.* vel potius *hominum M.*) *ex Aquitanis montaniſque qui Galliam provinciam attingunt*, *poſtquam audierat* &c. Neſcio qua Librariorum incuria ſaepe factum, ut una aut altera littera omittatur. Apud *Cl. Mamertinum* Pan. ii. c. vi, 6. *Uterque*, *qualem accipit & reddit*, *Oceanus*. Sic libri, nullo ſenſu: *Janus Gruterus* legit *qua lucem*, malim *qua ſolem*. Ita fere *Latinus Pacatus* Pan. xii. c. ii, 1. *Qua littus Oceani cadentem excipit ſolem*, & hoc modo paſſim Poetae. Si quaeratur, unde ſit, ut poſtquam Galliae meminerit, Aquitaniae, quae ejus pars eſt, mentionem faciat, facile reſpondemus, in ſuperioribus verbis Galliam proprie dictam ſeu Celticam intelligi. Quin & nonnulli, qui hanc diſtinctionem in animo non habuerunt, Aquitaniam a Gallia ſeparant. *Vitruvius* l. ii. cap. 1. *Ex his rebus aedificia conſtituuntur*; *ut in Gallia*, *Hiſpania*, *Luſitania*, *Aquitania*, *ſcandulis robuſteis aut ſtramentis.* Hanc etiam rationem obſervant inferioris aetatis ſcriptores, ut notavit *Chr. Cellarius* ad *Sexti Rufi* Breviar. c. vi. p. 14. DAVIS. *Hinc o. g. homines.* Sic Ed. Vaſcoſana. Scaliger, aliique fere omnes (*Hinc optimi generis* hominum) nulla neque ſyntaxi, neque ſenſu. Ceterum cum omnes MSS. habeant (*hominum*) non (*homines* & pro (*hinc* nonnulli (*huic*) vel (*huc*) omnino cum Doctiſſimo Daviſio reponendum exiſtimo (*adhuc optimi generis* hominum M) (ſcilicet *mille.*) Facile enim excidere potuit litera M poſt vocem (*hominum.* Dein optime vocem *poſtquam* ex Codd. Carrar. & Urſini (repetitur etiam in MS. Regio) reſtituendam vidit Daviſius; quam magno cum ſententiae detrimento omiſerant Alii. CLARK. Primo pro *hinc* in Carr. legas *ad ſe hinc* in Leid. ſec. *ad ſe huic. Huic* eſt quoque in Scalig. & Lovan. Nil muto. nam ſenſus eodem redit. *Homines* autem ediderunt quoque Strada, R. Steph. Gryph. poſt. Quod ſi in MSStis reperiretur, facile admitterem. Alioquin *genus hominum* & alibi dicit auctor. Vide ad lib. iv. B. G. 3. *omnium* Voſſ. Non diſplicet Daviſii conjectura ut c. 51. *Cujuſque generis hominum millia VI.* niſi malis ἀπὸ κοινοῦ rurſus ſubintelligere *fortiſſimo quoque optimi generis hominum evocato.* Quidquid ſit, in textu nihil interpolare auſus ſum; ne quidem adjicere cum Clarkio iſtud *poſtquam*; licet ego quoque invenerim in Bong. & Leid. ſec., ſed recentiſſimis Codicibus, & Edd. Florent. ac Beroaldi. Nam de Urſini Codice quod ajunt, falluntur viri docti. Ex variis Bruti lectionibus litterae

buit. Quo facto duas res conſecutus eſt, quod [1] pignore animos centu- 4
rionum devinxit, & largitione redemit militum voluntates.

XL. Fabius finitimarum civitatum animos litteris nunciiſque tentabat. 1
In Sicore flumine pontes [a] effecerat duos, [b] inter ſe diſtantes milia paſſuum
IV. His pontibus pabulatum mittebat; quod ea, quae citra flumen fue-
rant, ſuperioribus diebus conſumſerat. Hoc idem fere, [c] atque eadem de 2
cauſſa Pompejani exercitus duces faciebant; [d] crebroque inter ſe equeſtri-
bus proeliis contendebant. [2] Huc quum quotidiana conſuetudine congreſ- 3
ſae, pabulatoribus praeſidio proprio, legiones Fabianae II flumen [e] tranſiſ-
ſent, inpedimentaque, & omnis equitatus ſequeretur; [3] ſubito vi ven-
torum,

VARIAE LECTIONES.

a *Effecit* L. pr. b *d. a ſe* L. pr. Pet. V. *d. inter ſe diſtantibus* Pal. Dorv. *mille paſſibus* Lov. c *eademque* Lov. d *crebro* Edd. R. M. e *tranſirent* B. L. ſec.

terae *F.* fecerunt *Fulv.* cum indigitetur Ed. Florentina. Potius credendum Grutero conjectanti olim fuiſſe *Audito.* Vide ad l. VII, 52. *Expoſito &c.* Curtius l. V. c. 13. *Audito, Darium moviſſe.* Cortium ad Salluſt. Hiſtor. l. V. *Audito, Q. Marcium Regem cum* III *legionibus in Ciliciam tendere*, & ſaepiſſime. Poteſt & excidiſſe *ſimul* pro *ſimul ac* ob repetitionem ſequentis *ſimul.*

1. PIGNORE] Lovan. & Dorvill. *pignere.* Ut malunt fere ubique ſcribere quidam viri docti, quia hinc verbum *pignero* & *pigneror.* Vide Giſan. Ind. Lucret. V. *Porgere.* Munker. ad Fulgent. p. 62. Priſcian. l. VI. p. 721. ubi e Juvenali citat *pignera*, e Lucano *pignora*, ut oſtendat utrumque dici. Nihilominus Cl. Cortius *pignera* edidit ibi l. II. vs. 370. & ita ſcribitur in Voſſ. ſecundo. Eadem varietas l. III, 473. &c. Alibi tamen ut l. I, 110. VIII, 405. &c. idem retinet *pignora.* Sed & *pignera* contra optimum Medic. & alios Codd. edidit in Plin. lib. I. Ep. XII. §. 3. *pignera* etiam exhibet Cl. Drakenb. ex aliquot MSS. in Liv. III, 38.

2. HUC CUM QUOTIDIANA CONSUETUDINE CONGRESSAE PABULATORIBUS PRAESIDIO PROPRIO LEGIONES] Sic in tribus MStis legitur. Certum tamen mihi ita Caeſarem non ſcripſiſſe. Vocem *congreſſae* Scaliger, velut inducendam, uncis incluſerat. Si *digreſſae* vel *progreſſae* legas, tolero eam. Quamquam nec *congreſſae* male, pro ſimul egreſſae: illud *proprio*, a quo, & quamobrem adjectum ſit, divinare nequeo. Emendo *propere.* Et videtur id innuere Caeſar, cum ait ſubſecutos poſtea equites. Sane ſenſus percommodus eſt, ſi legas: *cum quotidiana conſuetudine congreſſae pabulatoribus, propere legiones Fabianae* II *flumen tranſiſſent: impedimentaque & omnis equitatus ſequeretur*; VOSSIUS. Duabus vocibus expunctis legit *Joſ. Scaliger; huc quum quotidiana conſuetudine pabulatoribus praeſidio legiones*; autem *Voſſius*, deleto *praeſidio*, reponit *huc quum quotidiana conſuetudine congreſſae pabulatoribus, propere legiones* &c. *Hotomannus* autem *progreſſae* loco *congreſſae* ponit. Mihi ſana videtur lectio vulgata, ſi legas *hinc quum quotidiana* &c. *Proprium*, quod feſellit interpretes, hic perpetuum denotat. Sic apud *Terentium* Andr. Act. IV. Sc. III, 1. *Nihilne eſſe proprium cuiquam?* Ubi *Donatus*, *proprium*, inquit, *perpetuum*, *ut Virgilius*

—— *Propria haec ſi dona fuiſſent.*

Vide & Act. V. Sc. V. 4. Quod *Caeſar praeſidium proprium*, *Livius* l. XXXVI. c. XVIII. *praeſidium aſſuetum* vocavit. DAV. Omnino cum Daviſio exiſtimo, praeſidium *proprium* eſſe praeſidium *adſuetum*, item vocem *congreſſae* ſanam eſſe. Verum cur illud (Huc) in (Hinc) mutatum velit, equidem non video. Nam, (*huc quum* —— *congreſſae* —— *tranſiſſent*, idem eſt ac, (*huc quum coiſſent*, & —— *tranſiſſent.*) Neque ſine voce (*Huc*,) conſiſtere poteſt illud (*congreſſae*;) quemadmodum e contrario neque ſine voce (*congreſſae*,) conſiſtere poteſt iſtud (*Huc.*) Quocirca ferri non poteſt Scaligerana emendatio, qui omiſſa (*congreſſae*,) ſcribit; (*Huc quum* —— *tranſiſſent.*) Vox enim (*huc*) non denotat hoc in loco ulteriorem fluminis partem, *quo* tranſiſſent; ſed locum *ubi* tranſirent, ſive *quo* coiſſent ad tranſeundum. CLARKE. Recte Clarkius vulgatum defendit. Lipſius malebat *hac*, quod non opus eſt: deeſt haec vocula in Leid. pr. *transgreſſae* Gruter. male. *Congreſſae erant huc legiones in praeſidium pabulatoribus adſignatum*, & *perpetuum.* uti bene explicat Daviſius & confirmant MSS. omnes. Non eſſe tamen *congreſſae* in aliquibus codicibus, ſcribit Urſinus, & *proprio* exſulare a veteri Pinelli libro teſtatur Manutius.

3. SUBITO VI JUMENTORUM ET AQUAE MAGNITUDINE]

torum, & aquae magnitudine pons eſt interruptus, & reliqua multitudo
4 equitum interclufa. Quo cognito [1] a Petrejo & Afranio [a] ex aggere atque
cratibus, quae flumine ferebantur, celeriter [2] ſuo ponte Afranius, quem
oppido caſtriſque conjunctum habebat, legiones [b] IV equitatumque omnem
5 transjecit, duabuſque Fabianis occurrit legionibus. Cujus adventu nun-
ciato, L. Plancus, qui legionibus praeerat, neceſſaria re coactus, locum
capit ſuperiorem, diverſamque aciem [3] in duas partes conſtituit; ne ab
6 equitatu circumveniri [c] poſſet. Ita, congreſſus inpari numero, magnos
7 inpetus [d] legionum equitatuſque ſuſtinet. Commiſſo ab equitibus proelio,
ſigna II legionum [e] procul ab utriſque conſpiciuntur, quas [f] C. Fabius ul-
teriore ponte ſubſidio noſtris miſerat, ſuſpicatus fore [g] id, quod accidit,
ut duces adverſariorum occaſione, & beneficio fortunae ad noſtros ob-
primendos uterentur: quarum adventu proelium dirimitur, ac ſuas uter-
que legiones reducit in caſtra.

VARIAE LECTIONES. XL.

a *Se* Lov. Dorv. Ed. R. & *erat* iidem; *ac* Pet. P. B. L. ſec. dein *a fl.* Edd. pp. & Carr. *qui* Pet. Lov. Mox *ſuo* deeſt vulgò. b *III* L. pr. c vulgo *poſſit.* d *legionumque* Pet. *equitatumque* Carr. e deeſt Lov. f abeſt Pal. Dorv. Edd. pp. *Conſul* Lov. g exſulat L. pr. Edd. R. M. V.

TUDINE] Falſum eſt pontem jumentorum vi ruptum: ipſe Caeſar ait infra: *Pons qui fuerat tempeſtate interruptus.* Praeterea ratio ipſa oſtendit vel illud *vi jumentorum*, vel haec, *aquae magnitudine*, abſurda eſſe. Nam, ſi aqua pontem disjecit, non potuere jumenta, quia quanto gravius pondus incumberet ponti, tanto minus aquae eum disjicere poterant. Rurſum ſi fractus eſt pondere jumentorum, nihil hic opus addi de aquis: niſi quis dicere velit de aquis addi, ut oſtenderetur abrepta flumine eſſe, quae pontem perfregerant. Sed hoc extra rem & mentem Caeſaris. Unde mirari ſubit, magnum Scaligerum ita edidiſſe. Nec dubito, quin moverint illum verba *reliqua multitudo equitum interclufa.* Sed illud *reliqua* dicitur reſpectu legionum, quae jam tranſierant: quin & demus, tranſiiſſe partem equitum, nullus tamen inde collegerit, pondere caeterorum fractum pontem fuiſſe. In MSSis tribus non legitur illud *vi* ſed ἁπλῶς *ſubito jumentorum*: quis dubitat, quin emendemus, *vi ventorum.* Haec cogitaveram: nunc video idem placuiſſe Pantagatho. Nec ultra de veritate dubitò: praeſertim cum in Oroſio quoque legatur *ſubita vi ventorum.* VOSSIUS. Editt. nuperae *vi jumentorum*, ſed, ut nos repoſuimus, diſerte exhibet MS. *Norvic.* & ita reſcribendum conjecere *Oct. Pantagathus*, *Pet. Ciacconius*, *Fr. Hotomannus* & *Dionyſ. Voſſius*; non enim jumentorum pondere, ſed *tempeſtate pons erat interruptus*, quemadmodum teſtatur *Caeſar* c. XLI. Sic etiam legit *Oroſius*, ut dubium eſſe nequeat, quin proba ſit MS. *Norvic.* ſcriptura, ad quam prope accedunt tres MSS, *Voſſ.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* quae, omiſſa voce *vi*, *jumentorum* ſolummodo repraeſentant. DAVIS. Merito etiam Clarkius hanc emendationem recepit. Nihil enim frequentius, quam voculam *VI* a librariis corrumpi in ſimiles litteras. Vide praeter alios Gudium ad Phaedr. F. XI. Hinc in Frontino lib. III, 17, 6. omnino lego *vi vallum detrahere.* Vide etiam ad l. I. B. G. c. 46. *vi dirimere.* & infra c. 48. & B. Afric. c. 47. MSS. omnes, & Edd. Ven. Mediol. Vaſcoſ. Steph. aliaeque *ſubito jumentorum.*

1. A PETREJO ET AFRANIO] Has voces Gloſſematis ſuſpectas habuit *Pet. Ciacconius*, cujus calculo ſuum adjecit *Joſ. Scaliger.* Sed nimis erant delicati, ac hoc additamentum fuit neceſſarium, quia, quamvis uterque pontem fuiſſe interruptum ſenſerit, ſolus in expeditionem venit Afranius. DAVIS.

2. PONTE AFRANIUS] MSS. Reg. Elienſ. & Edit. Rom. (ſuo *ponte Afranius.*) Quam vocem cur omiſerint Scaliger & Recentiores, cauſae nihil eſt. CLARKE. *Suo* abeſt jam ab Edd. Ven. 1517. Aldi, Manut. & Plantini, ſed contra MStos omnes, qui bene addunt ad differentiam *Fabiani pontis*, quare reſtitui. *ſuos* Petav.

3. IN DUAS PARTES] Bong. dat *partis.* Ciacconius has voces cenſet eſſe ſuppoſititias, invitis MStis, & reclamante Caeſaris σαφηνείᾳ. Conſule notata ad l. II. B. G. c. 21. Dein MSS. & Edd. Vett. omnes, etiam Scaligeri *poſſet.* Quod non mutari debuit. Vide ad lib. I. B. G. cap. 8.

Immo

XLI. Eo biduo Caeſar cum equitibus DCCCC, quos [1] ſibi praeſidio reli- 1
querat, in caſtra pervenit. [2] Pons, qui fuerat tempeſtate interruptus, [a] pae-
ne erat refectus: hunc [b] noctu perfici juſſit. Ipſe, cognita locorum natu- 2
ra, [c] ponti caſtriſque praeſidio [d] VI cohortis relinquit, atque omnia inpe-
dimenta: & poſtero die [e] omnibus copiis, triplici inſtructa acie, ad Iler-
dam

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *neque*. b *nocte* Sc. L. pr. c *pontis* Pal. d *X*. L. pr. deeſt B. L. ſec. V. *cohortis* ex L. pr. unde corrupte *ex cohortibus* Pet. P. Lov. Dorv. *cohortes* vulgo. *reliquit* MSS. 2. & Edd. qdd. e *cum o.* L. pr. V. ad l. II. B. G. c. 7.

Immo *conſtituit* poteſt eſſe praeteritum. Adi ad l. v. c. 10. & ad Cap. ſequens.

1. SIBI PRAESIDIO RELIQUERAT] MSS. Petav. Cujac. Leid. pr. ſec. Lovan. Bong. Voſſ. & Edd. primae cum Elzev. Ed. *ibi*. Nihilo minus male. Ubi enim reliquerat? Fabium praemiſerat cum legionibus tribus, reliquis ſubſequi juſſis, ut ait c. 37. Hos equites ſibi ergo praeſidio *retinuerat* Caeſar, quod verbum adſcripſit codicis ſui orae Lipſius. Error natus ex non intellecto verbo *reliquerat* i. e. reliquos ſibi eſſe ſiverat. Vide cum alibi, tum l. v. c. 19. *Dimiſſis amplioribus copiis, milibus circiter IV eſſedariorum relictis:* ubi aliqui legunt *retentis*. Et *relinquere praeſidio* cum alio Dativo ſexcenties, ut ita dicam, utitur noſter. Confer dicta ad l. I. B. Gall. c. 51. *Praeſidio utriſque caſtris, quod ſatis viſum eſt, reliquit.* Immo hic paulo poſt *ponti caſtrisque cohortes relinquit.*

2. PONS, QUI FUERAT TEMPESTATE INTERRUPTUS, NEQUE ERAT REFECTUS: HUNC NOCTE PERFICI JUSSIT] Eſt ἀνακόλουθον, leges enim Grammaticae poſtulant, ut vel *pontem* initio poneret, vel in fine orationis diceretur *noctu perfici juſſus eſt*. Hujuſmodi tamen phraſeωn συγχύσεις non refugiunt boni auctores. *Terentius* Hecyr. Act. III. Sc. I, 6. *Nam* NOS OMNES, *quibus eſt alicunde aliquis objectus labos, Omne quod eſt interea tempus; priuſquam id reſcitum eſt*, LUCRO EST. Ubi *Donatus*, *hac*, inquit, *figura uſus eſt etiam* Tullius *pro Muraena*. Praetor quoque, ne ſe pulcrum ac beatum putaret, ei quoque carmen compoſitum eſt. *Nam ille Dativum caſum ſubjecit, cum praepoſuiſſet nominativum.* Unde patet fruſtra eſſe, ut paſſim, moroſum illum Criticum *Fr. Guietum*, qui repoſuit *omnibus nam, quibus eſt aliunde* &c. Similis etiam eſt loquendi modus apud *Lucam* Act. Apoſt. c. VII, 40. ὁ γὰρ Μωσῆς οὗτος —— οὐκ οἴδαμεν τί ἐγένετο αὐτῷ. Sic & *Julius Obſequens* de Prodig. c. LVI. *Didius Laelius legatus Pompeji —— proxime Pompejo in caſtris ſedenti accipiter ſupra caput acceſſerat.* Saepe ita loquuntur *Aelianus*, aliique ſcriptores Graeci. DAVIS. Daviſius conſtructionem hanc, ἀνακόλουθον appellat; Grammaticae enim Leges poſtulare, ut ſcripſiſſet Caeſar, *Pontem qui* &c. Atque orationis quidem, quam memorat, ἀνακολούθου, occurrunt ſane apud bonos Autores, atque etiam apud ipſum Caeſarem, exempla nonnulla. Verum iſta obſervatio locum hic ut habeat, nihil opus eſt. Vox enim (*Pons*) non neceſſario refertur ad (*hunc perfici juſſit*,) ſed conjungi poteſt cum ſequente (*qui*. Illudque (*Pons qui*,) idem plane erit, ac ſi dixiſſet (*Qui Pons*.) Quemadmodum infra. §. 69. (*Caeſar*, qui milites —— *venerunt*, *ſumma diligentia conquiri & remitti jubet*.) Grammatici priorem illam conſtructionem (*Pons qui* ——; *hunc &c.*) ineptiſſime appellant *Antiptoſin*, hoc eſt, *Soloeciſmum*. Quid enim aliud eſt *Soloeciſmus*, niſi Caſus pro Caſu, Numerus pro Numero, Tempus pro Tempore poſitum? Quae ſi ferri poſſet *Antiptoſis*, licuiſſet utique Caeſari tam dixiſſe, (*Pontis qui*) vel (*Ponti qui*) quam (*Pons qui*.) Virgilioque, (*Urbis quam ſtatuo, veſtra eſt*,) aeque ac (*Urbem quam*.) Terentioque, (*quas feciſſet fabulis*,) aeque ac (*fabulas*:) Quo fingi quid poteſt ineptius? Revera, (*Urbem quam*) nihil eſt aliud niſi (*Quam Urbem*.) Nec (*Pons qui*) aliud quidquam quam (*Qui Pons*;) Nec (*quas feciſſet fabulas*) quam (*quas fabulas feciſſet*:) Quod demum adeo non *Antiptoſis* eſt, ut e contrario ſimplicior ſit magiſque naturalis verborum ordo, quam ſi dixiſſet Poëta (*quas feciſſet*, *fabulae*.) Similiter in iſta locutione, (*Idne eſtis Autores mihi?*) non ponitur *id* pro *ejus*; quod abſurde ſibi fingunt Grammatici; Sed hoc dicitur, (*Idne* ut agam, *eſtis autores* (hoc eſt, ſuadetis) *mihi*?) Quod longe aliud eſt ac (*Ejuſne vos ipſi eſtis Autores*?) Cujuſmodi errorem aliquem & in aliis latere omnibus, quae afferri ſolent, *Antiptoſeos* exemplis, paullo attentius rem perpendenti facile apparebit. CLARK.

3. NEQUE ERAT REFECTUS] Haec lectio ortum habuit a conjectura *Pet. Ciacconii*, quem ſecutus eſt *Joſ. Scaliger*. Omnes Codices exhibent *paene erat refectus*, nec video, cur illa ſcriptura rejiciatur. Interpunge igitur, *pons*, *qui fuerat tempeſtate interruptus*, *paene erat refectus*. *Hunc noctu*

dam proficiſcitur, & ſub caſtris Afranii [1] conſtitit: & ibi pauliſper ſub ar-
mis moratus, facit [a] aequo loco pugnandi poteſtatem. Poteſtate facta, A-
3 franius copias educit, & [2] in medio colle ſub caſtris [b] conſtituit. Caeſar,
ubi cognovit, [c] per Afranium ſtare, quo minus proelio dimicaretur, ab
infimis radicibus montis, intermiſſis circiter paſſibus CD, caſtra facere con-
4 ſtituit, &, ne in opere [d] faciundo milites repentino hoſtium incurſu ex-
terrerentur, atque opere prohiberentur, vallo muniri [e] vetuit, quod emi-
nere, & procul videri neceſſe erat. ſed a fronte [f] contra hoſtem pedum XV
foſſam fieri juſſit. Prima, & ſecunda acies in armis, ut ab initio conſtitu-
5 ta erat, permanebat: poſt [g] hos opus in occulto a [3] tertia acie fiebat. Sic
omne prius eſt perfectum, quam [h] intellegeretur ab Afranio, caſtra muniri.
1 XLII. Sub veſperum Caeſar [4] intra hanc foſſam legiones reducit, at-
que ibi ſub armis proxima nocte conquieſcit. Poſtero die omnem exerci-
tum

VARIAE LECTIONES.

a *Ex aeq.* B. L. ſec. b vulgo *conſtitit.* c deeſt MSS. 8. d Sic L. pr. V. non per *e.* V. ad l. III. B. G. 6. e *metuit* L. pr. f *caſtra* inepte inſerunt MSS. plerique & Edd. pp. *caſtrorum* Vaſc. Str. Steph. Gr. poſt. *paſſibus* B. g *hoc* MSS. Pet. Pal. B. L. pr. V. Carr. male V. ad l. III. B. G. c. 9. & alibi vulgo etiam *tertia acies faciebat.* h *intelligerentur* L. ſec. V. Dorv. & Edd. qdd.

noctu &c. Si hunc legendi modum probes, nulla erit figura. DAVIS. Neque *erat refectus*;) Ita ediderunt Scaliger & Recentiores. MSS. & Editt. habent, (pene *erat refectus.*) Quam Lectionem, cum Daviſio, reſtituendam exiſtimo. Quid enim eſt, quamobrem *Fabium*, quo minus pontem ſuum reficere inciperet, morae ſibi quidquam interpoſuiſſe fingamus? CLARK. Reſcripſi, juſſu MStorum & Edd. ante Scalig. *paene*, diſtinctione pleniore poſita poſt *refectus*. Oratione placide fluente, & ſenſu perſpicuo ac vero.

1. CONSISTIT:] Vulgg. *conſtitit*. Ego ex Edit. Rom. reſtitui, *conſiſtit*: propter praecedentem, *proficiſcitur*; & ſequentem, *facit*. CLARK. Lege *conſiſtit*, ut poſtulat temporum ratio, quod etiam *Clarkius* animadvertit, & veram quidem lectionem *Rom. Beroald.* ac *Florent.* repraeſentant. DAVIS. *Cur. ſec. Conſiſtit* etiam Edd. Mediol. Ven. Flor. Beroaldi &c. Sed contra MSS. omnes. Pudet me, toties monere, Hiſtoricos & Caeſarem ſolum ſexcenties in narratione Tempora conjungere Praeſ. & Praeter. Quod ubique Daviſius & Clarkius inmutare conati ſunt vel jam inmutarunt: ut ſtatim & etiam Cap. praec. item c. 44. & c. 65. *Conſiſtit* hic magis etiam probabat Hotom.

2. IN MEDIO COLLE SUB CASTRIS CONSTITIT] MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *ſub caſtris conſtituit*, hoc eſt, collocavit. *Vellejus Paterculus* l. II. c. XXXII. *Reliquias eorum contractas* —— *in certa ſede conſtituit.* Vide & hujuſce libri c. XLII. Hanc ſane lectionem praefero; verbum enim, quod anteceſſit, praeſentis eſt temporis. DAVIS. *Conſiſtit.* Vulgg. iterum, *conſtitit.* Daviſius, ex MS. Elienſi & Editt. Vett. ſcribendum cenſet, *conſtituit*; propter praecedentem, praeſentis temporis, *educit.* Ego, ut jam ante, *Annot.* praec. repono, (*conſiſtit.*) CLARKE. Rectius Daviſius ſcribendum cenſuit *conſtituit*; non ut ratio temporis conſtet, ſed quia iſta Caeſari familiaris locutio, eamque hic repraeſentant MSS. Cujac. Petav. Scal. Leid. pr. ſec. Palat. Voſſ. Dorvill. & Edd. primae, item Vaſc. Stephani &c. Cap. praec. *diverſamque aciem in duas partis conſtituit.* Plura vide ad l. II. B. G. c. 19. *Intra ſilvas aciem ordineſque conſtituerant.* B. Hiſp. c. 30. *Acies XIII aquilis conſtituta.*

3. ACIES TERTIA FACIEBAT] MS. Reg. Elienſ. & Voſſii *a tertia acie fiebat.* Quod idem eſt. CLARK. *A tertia acie fiebat* etiam Urſin. Cujac. Petav. Scalig. Carrar. & Bongarſ. a m. pr. *a III fiebat* Leid. ſec. *XIII acie* Leid. pr. & Voſſ. quare non potui non *a III. acie fiebat* reponere, tanto codicum conſenſu motus.

4. INTRA HANC FOSSAM LEGIONES REDUCIT] Editt. *Rom. Ven. Beroald. legiones deducit.* Sic noſter cum alibi, tum hujuſce libri c. XXXII. *Milites in proxima municipia deducit.* Ac haec quidem lectio mihi videtur revocanda; neque enim *Caeſar* legiones in foſſam prius duxerat. DAVIS. *Deducit* quidem ferri poteſt; ſuffragaturque MS. Reg. At ratio, quam adfert vir Doctiſſimus, quamobrem iſtud, (*reducit*) rejiciat, nihili eſt. Nam quamvis Caeſar legiones non quidem intra
iſtam

tum intra foſſam continet: &, quod longius erat agger petendus, in
[a] praeſentia ſimilem rationem operis inſtituit; ſingulaque latera caſtrorum
ſingulis adtribuit legionibus munienda; [b] foſſaſque ad eamdem magnitu-
dinem perfici jubet: reliquas legiones in armis expeditas contra hoſtem
conſtituit. Afranius, Petrejusque, [c] terrendi cauſſa, atque operis inpedi- 2
endi, [d] copias ſuas ad infimas montis radices producunt, & proelio laceſ-
ſunt. Neque idcirco Caeſar opus [e] intermittit, confiſus praeſidio legionum 3
III, & munitione foſſae. Illi non diu commorati, nec longius ab infimo 4
colle progreſſi copias in caſtra reducunt. III die Caeſar vallo caſtra com- 5
munit: reliquas cohortes, quas in ſuperioribus caſtris reliquerat, inpedi-
mentaque [f] ad ſe transſduci jubet.

XLIII. Erat [g] inter oppidum Ilerdam, & proximum collem, ubi caſtra 1
Petrejus atque Afranius habebant, [1] planities circiter [h] paſſuum ccc: atque 2
in hoc fere medio ſpatio tumulus erat [i] paullo editior: quem ſi [k] occupaſ-
ſet Caeſar, & [l] communiſſet, ab oppido, & ponte, & commeatu omni,
[m] quem in oppidum contulerant, ſe intercluſurum adverſarios, confidebat.
Hoc ſperans, legiones III ex caſtris educit: acieque in locis idoneis [2] in-
ſtructa, unius legionis [3] anteſignanos [n] procurrere, atque occupare eum 3
tumu-

VARIAE LECTIONES.

a *Praeſentiam* Sc. L. pr. V. b *foſſamque* Pall. Carr. c *terendi* Lov. *terrenda* L. ſec. d deeſt Pet. *ſuas c.* L. pr. e *intermiſit* Pet. Sc. f deſunt *ad ſe* Lov. *Traduci* MSS. & Edd. ut fere ſemper. *reduci* L. ſec. g Sic Scal. e conjectura Glareani, Sulpicii & MS. Urſ. & Edd. Vaſc. Str. R. Steph. Gryph. poſt. Reliqui MSS. & Edd. priores *in oppido Ilerda & proximo colle.* h *pedum* L. pr. i *paullum* L. ſec. k *occupaviſſet* Pet. L. pr. V. l *communiviſſet* Lov. L. pr. B. V. m *quae* Lov. B. Dorv. n *anteſignarios* MSS, 4. vulgo *praecurrere.*

iſtam foſſam prius deduxerat, at eas *iſtum eundem in locum* hoc eſt in eadem caſtra, quibus jam foſſa illa praeducta erat, *antea* collocaverat. CLARK. *Deducit* e meis ſolus Leid. ſec. recentiſſimus & Ed. Mediol. male. Caeſar duxerat antea legiones ultra eum locum, quo foſſa fiebat: illa facta, rurſus reducit legiones intra illum locum, ſive foſſam.

1. PLANITIES] Scaliger & poſt eum Jungermannus, Goduin. Montan. Davis. &c. ediderunt hic (& B. Alex. c. 28, ut & B. Afric. c. 51. Hiſp. c. 7, 24.) *planicies* vel *planicia* ex Urſini Codice & marmore, quod eſt inter Gruteriana p. 151. N. 7. in quo tamen *in planitiam.* uti & apud Vitruvium. Saepius apud Hygin. & Frontinum de Limit. V. Laurenb. Antiquar. hac Voce. Sic & *mollitia.* de qua vide ad l. VII, 77. Sed aliorum meique omnes *planities* ſervant, ſive *planicies.* ut l. II. B. G. 8. l. VIII. c. 14. B. Afric. c. 37. B. Hiſp. c. 28, 29.

2. INSTRUCTA.] Praetuli olim, quod eſt in Lovan. Palat. Bong. Dorvill. & Rom. Ven. ac Mediol. *conſtructa.* Sed Petav. & Voſſ. *ſtructa.* Bene utrumque. Vide ad Frontin. Strat. II, 31. *cornu validiſſimis militibus extruxerat.* Malo jam tamen hic *ſtructa:* quod non probantes librarii, alius *con*, alius *in* addidiſſe videntur. Virgil. l. IX. Aen. 42.

Neu ſtruere auderent aciem.

Livius l. XLII. c. 51. *Omneſque armatos in campo ſtruxit.* Tacit. lib. IV. Hiſt. c. 24. *Civilem ſtare contra, ſtruere aciem.* l. X. c. II. *Judaei ſub ipſos muros ſtruxere aciem.* immo noſter l. III. c. 37. *Copias ante frontem caſtrorum ſtruit.* Sic enim MSS. & Edd. Vett. *Conſtruere* magis videtur notare continuam & junctam legionum vel cohortum inſtructuram. Cum hic agatur de ſimplici aciei conſtitutione.

2. ANTESIGNANOS PRAECURRERE] Nihil novaturum movent IV MSS. Cujac. Petav. Palat. Bong. quorum autoritate ſcribo *procurrere.* VOSSIUS. Cum iis facit MS. *Norvic.* DAVIS. MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii *procurrere.* Quae vox Caeſari uſitata. Ut jam infra c. 44. CLARK. l. II. B. Civ. c. 34. §. 5. *praecurrit ante omnes.* Sed hic *Procurrere* etiam MSS. mei ad unum omnes & Edd.

4 tumulum jubet. Qua re cognita, celeriter, quae in ſtatione pro caſtris
erant Afranii cohortes, [a] breviore itinere ad eumdem occupandum locum
5 mittuntur. Contenditur proelio, &, quod prius in tumulum Afraniani
venerant, noſtri repelluntur, atque, aliis [1] ſubmiſſis ſubſidiis, terga ver-
tere, ſeque ad ſigna legionum [b] recipere coguntur.
1 XLIV. Genus erat pugnae militum illorum, ut magno inpetu primo
2 procurrerent, audacter locum caperent, ordines ſuos non magnopere ſer-
varent, rari diſperſique pugnarent; ſi premerentur, pedem referre, & [2] lo-
co excedere, non turpe exiſtimarent, cum Luſitanis, [c] reliquiſque barba-
3 ris genere quodam pugnae [d] adſuefacti: quod fere fit, quibus quiſque [e] in
locis miles inveteravit, uti multum earum regionum conſuetudine movea-
4 tur. Haec [f] tamen ratio [3] noſtros perturbat, inſuetos hujus [g] generis pu-
gnae: [h] circumiri enim ſeſe ab aperto latere, procurrentibus ſingulis, ar-
bitrabantur: ipſi autem ſuos ordines ſervare, neque ab ſignis diſcedere,
neque ſine gravi cauſſa eum locum, quem ceperant, dimitti, cenſuerant
5 oportere. [i] Itaque, perturbatis anteſignanis, legio, quae in eo cornu con-
ſtiterat, [k] locum non tenuit, atque in proximum collem ſeſe [l] recepit.
1 XLV. Caeſar, paene omni acie perterrita, quod praeter opinionem
conſuetudinemque acciderat, cohortatus ſuos, legionem [m] IX ſubſidio
ducit:

VARIAE LECTIONES.

a *Breviori* MSS. 2. Edd. pp. b *regreſſi* addit Carr. c *reliquis b.* L. pr. *ceteriſque* Edd. R. M. V. d *adſuefactus* Pal. B. ſec. Dorv. e deeſt L. pr. dein *ut* MSS. & Edd. qdd. *militum* L. pr. Carr. f *tum* MSS. Urſ. Carr. Lov. Cuj. Sc. B. V. & Edd. Vaſc. Str. Steph. Gryph. forſan melius. g deeſt L. pr. Edd. Amſt. Lugd. h *Circuire* MSS. qdd. i deſunt uſque ad finem Cap. in Lov. Pal. Dorv. Edd. pp. *Ita* L. pr. k *ſeſe continuit* Pet. *l. continuit* L. pr. ſec. V. Sc. B. Ed. Ber. l *recipit* Aic. m *novam* & mox *novae* MSS. 3 ridicule, ut & *ſub dio* L. pr.

Edd. Vaſcoſ. Str. R, Steph. & Gryp. poſt. Quare id revocavi. Eſt enim proprium in hac re verbum, & millies ab hiſtoricis adhibitum; & praecipue in proelio, ut mox c. 44. l. II. c. 34. *Qui una procurrerant.* Reſtitui id etiam e MSS. Lucano l. VII, 385.

Ergo utrimque pari procurrunt agmina motu.

Irarum. ubi vide. idem reſtituendum Valer. Max. lib. III. cap. 2. §. 20. *Vel ſolus igitur procurrere paratus ſum.* nam & ibi vulgo *praec.* Adde lib. III. Bell. Civ. cap. 91, 93, 94. Adſtipulator huic lectioni Ill. Schelius, qui ſuper his Caeſaris *anteſignanis* omnino conſulendus p. 38. in Hygin. *progredi* ita in MSS. alibi. Vide ad lib. V, 35.

1. SUMMISSIS] MSS. & Editi habent *ſubmiſſis ſubſidiis.* Quod poſterius vocabulum in Editione Daviſiana, errore, ut opinor, Typographico, erat omiſſum. CLARKE. In erratis quoque monuit Daviſius. *ſummis* Leid. & Voſſ. *praeſidiis* Leid. ſec. Pal. Bong. & Edd. omnes ante Scaligerum. ut pateat minus accurate evolviſſe Editiones Clarkium. Gloſſam de more putabat Gruterus. Sed male. *Submittere ſubſidia* frequens eſt noſtro, ut docui ad l. II. B. G. c. 6. *Niſi ſubſidium ſubmittatur.* atque ita ſcio, ex meis habere Petav. Scalig. Cujac. Leid. pr. ſec. & Dorv.

2. LOCO EXC.] Edd. Romana, Ven. & Mediol. *locum*: ut ſaepe hoc verbum conſtruitur. V. quae laudat Cl. Drak. ad Liv. II, 37. *urbem excederent.* Sed aliter MSS. in Caeſare: ut l. II. B. G. 35. IV, 19. &c.

3. NOSTROS PERTURBAT] MS. *Norvic.* habet *noſtros perturbavit*; quod melius convenit cum eo, quod ſequitur *circumiri enim ſe aperto latere arbitrabantur.* DAVIS. Editi omnes *perturbat.* Quod non fert temporum ratio propter ſequentem (*arbitrabantur*) Daviſio concinit MS. Reg. *perturbavit*) Ego propius a Vulgatis *perturbabat.* CLARKE. Perperam paſſim hoc praeſens mutare conantur Angli docti. Vide ad c. XLI. Hoc tamen loco *perturbavit* eſt in MS. Urſ. meisque, Petav. Cujac. Scal. Leid. pr. ſec. Lov. Voſſ. & Edd. Vaſc. Str. Steph. Gryph. Vulgare,

quod

ducit: hoſtem, [a] inſolenter atque acriter noſtros inſequentem, [1] ſupprimit, [b] rurſusque terga vertere, ſeque ad oppidum Ilerdam recipere, & ſub
muro conſiſtere cogit. Sed IX legionis milites, elati ſtudio, dum ſarcire 2
acceptum detrimentum volunt, temere [c] inſecuti fugientes, in locum iniquum progrediuntur, & ſub [d] montem, in quo erat oppidum poſitum
[e] Ilerda, ſuccedunt. Hinc ſe recipere quum vellent, rurſus illi ex loco ſu- 3
periore noſtros premebant. Praeruptus locus erat, utraque ex parte di- 4
rectus; ac tantum in latitudinem patebat, ut [f] tres inſtructae cohortes
eum locum explerent, [g] & neque ſubſidia a lateribus ſubmitti, neque equites laborantibus uſui eſſe poſſent: ab oppido autem [2] declivis locus te- 5
nui faſtigio vergebat, in longitudinem paſſuum circiter CD. Hac noſtris
erat receptus; quod eo, incitati ſtudio, inconſultius proceſſerant. Hoc 6
pugnabatur loco, & propter anguſtias iniquo, & quod ſub ipſis radicibus
montis conſtiterant, ut nullum fruſtra [h] telum in eos mitteretur: tamen
virtute, & patientia nitebantur, atque omnia vulnera ſuſtinebant. [3] Au- 7
gebantur illis copiae; atque ex caſtris cohortes per oppidum crebro ſubmitte-

Variae Lectiones.

a *inſolentem* Dorv. B. Pal. & alii forſan cum Edd. ante Urſ. & Scalig. praeter Vaſc. Steph. Str. Gryph. poſt. b *rurſus t.* Lov. Dorv. Edd. R. M. V. c *inſequuntur f. & in* Lov. Dorv. & Edd. pp. *inſ. longius* L. pr. Edd. Vaſc. Str. Steph. Gryph. *Longius progredi* paſſim apud noſtrum. *inſec. legiones f.* Carr. V. d *monte* Pet. Lov. Dorv. Sc. e Sic MSS. & Edd. uſque ad Plant. Urſ. quare revocavi; Non magis hic quam paucis verſibus ante eſt Gloſſa. *Ilerdam* Lov. Dorv. *poſitum* inter lineas L. pr. Hic autem a *ſuperiore* deficit Lov. uſque ad finem c. 47. f *re inſtructa* B. L. ſec. g *ut* L. pr. V. h *in eos tel.* L. pr.

quod & in Brantii eſt Cod. elegantius videtur. *Perturbabat* alioquin eſt in Palat. & conjecit etiam Ciacconius.

1. Supprimit] Reprimit, moratur. *Caeſar* hujuſce libri c. LXVI. *Ne ab equitatu Caeſaris in anguſtiis tenerentur, iter ſupprimunt.* Sic & *Hirtius* l. VIII. B. G. c. XLII. *Ea vineis & aggere ſuppreſſa* dixit, quae ab iis erant retenta (ubi V.) DAVIS.

2. Declivis locus tenui faſtigio v.] Sic recte Scaliger ex Urſini codice recepit. cum vulgo exhiberetur *declivi faſtigio*, ceteris omiſſis. Urſiniano codici conſentiunt Cujac. Petav. Scal. Leid. pr. a m. pr. At idem a m. ſec. uti & Palat. Bong. Buſlid. Leid. ſec. Dorvill. Hotom. & Carrar. cum Edd. primis *editus locus tenui f. v.* in Voſſ. *deditus*; adeo, ut hic quoque videatur ſcribendum *declivus*. Vide ad l. VII, 88. Hotomanus, cui ſui codicis lectio diſplicebat, conjecit *leni faſtigio*: quod certe crebro occurrit apud noſtrum. Adi modo ad l. II. B. G. c. 8. *frontem leniter faſtigatus paullatim ad planitiem redibat.* Verum tum *declivi faſtigio* non opus erat mutare. Sic enim plane Hirtius l. VIII. c. 14. ſed *tenui* hic eſt *arto*, non extenſo in latitudinem, ut ex tota loci deſcriptione patet. Ovid. Ep. IV. Heroid. 106.

Et tenuis tellus audit utrumque mare.

l. I. Triſt. 10, 16.

Et tenui longum limite fecit iter.

Lucan. II, 614.

Hinc latus anguſtum jam ſe cogentis in artum
Heſperiae tenuem producit in aequora linguam.

Ita *tenue fretum* Floro l. II. c. 8. §. 9. *Tenuis trames* Vellej. l. II. c. 3. & ſic alii crebro.

3. Augebantur illis copiae] MS. *Norvic.* exhibet *augebatur illis copia*, quam lectionem mutarunt Librarii, quia neſciere *copiam* pro *copiis* interdum poni. Auctor de Bell. Hiſpan. c. VI. *Ut pedeſtris copia in ſtatione & in excubitu caſtris praeſidio eſſe poſſent.* Ita enim leg. ex MS. *Norvic.* cum in vulgg. *pedeſtres copiae.* *Caeſar* l. I. B. G. c. XLVIII. *Quos ex omni copia ſinguli ſingulos —— delegerant*, ubi vide quae notavimus. *Hirtius* Bell. Afric. c. X. *Claſſem ſub veſperum cum ea copia conſcendit.* Et iterum. *Parva enim cum copia, & ea Tironum —— ſe expoſitos videbant.* Adi etiam ejuſdem libri c. LXXX. DAVIS. Accedunt integerrimi Codices Scalig. & Leid. prim. *augebatur copia.* Adi Victor. ad Cic. Att. VIII, 12.

8 mittebantur; ut integri defeſſis ſuccederent. Hoc idem Caeſar facere cogebatur; ut, ſubmiſſis in eumdem locum [a] cohortibus, defeſſos reciperet.

1 XLVI. [b] Hoc quum eſſet modo pugnatum continenter horis v, [c] noſtrique gravius a multitudine premerentur; conſumtis omnibus telis, gladiis [d] deſtrictis, inpetum adverſus montem in [e] cohortis faciunt; paucisſ-
2 que dejectis, reliquos ſeſe convertere cogunt. Submotis ſub murum cohortibus, ac nonnulla parte propter terrorem in oppidum compulſis, fa-
3 cilis eſt noſtris receptus datus. Equitatus autem noſter ab utroque latere, etſi [1] dejectis [f] atque inferioribus locis [g] conſtiterat, tamen [h] ſummum in jugum virtute connititur, atque inter duas acies perequitans commo-
4 diorem [i] ac tutiorem noſtris receptum dat. Ita vario certamine pugnatum eſt. Noſtri [k] in primo congreſſu circiter LXX ceciderunt, [l] in his Q. Fulginius, [2] ex primo haſtato legionis XIV, qui, propter eximiam virtutem, ex inferioribus ordinibus in eum locum pervenerat. Vulnerantur
5 amplius DC. Ex Afranianis [m] interficiuntur T. Caecilius, primipili centurio, &, praeter eum, centuriones IV, milites amplius CC.

VARIAE LECTIONES. XLVII.

a *ſuis c.* MSS. 2. Edd. R. M. V. b *Hoc loco* Carr. Buſl. Pal. B. L. ſec. Dorv. Edd. pp. *locum* V. c *utrimque* L. ſec. d Sic V. B. Pal. non *diſ.* e Sic L. pr. non per *e.* V. ad l. VI, 1. MSS. qdd. & Edd. pp. *adv. m. in c. imp.* vel *inp. in coh.* quod placet Hotom. f vulgo *aut.* g *conſtiterit* Pal. Dorv. minus bene. h Sic L. pr. ſec. V. non *in ſ. j.* i *atque* Edd. R. M. V. k deeſt Carr. L. pr. bene, ut c. ſeq. Gruter. *noſtrûm pr.* l *ex quibus* Pal. B. Dorv. Edd. R. M. V. *Fulgineus* vel *Fulginejus* Edd. R. M. V. m *interficitur* Carr.

12. *Quamprimum huc cum omni copia venias.* Cort. ad Salluſt. Catil. c. 56. *ex omni copia legiones inſtituit*, & Ind. Waſſ. ac Fabri Theſ. Hoc ſenſu in Epiſt. Ovid. XVI. Her. 353.

Nec minor eſt Aſiae, quam veſtrae copia terrae:
Illa viris dives, dives abundat equis.

Adde Cell. ad B. Afric. c. X. & Daviſ. ad c. 38.

1. DEJECTIS AUT INF.] MS. Reg. & Elienſ. *atque.* CLARK. Repone *dej. atque inf.* ut recte Norv. & Urſin. DAVIS. *Cur. ſec. Atque* eſt in MSS. meis omnibus, & Edd. primis, Vaſcoſ. Str. Steph. Gryph. &c. ut debet, ſalvo ſenſu, pro more Caeſaris per Synonymiam ſe explicantis.

2. EX PRIMO HASTATO LEGIONIS XIV] Lipſius l. II. dial. VIII. de militia Romana legendum putat *Centurio primi haſtati*, & errorem ortum putat ex nota, qua deſignantur Centuriones, quae flexa ad formam flagelli, quia vitem centuriones geſtabant. Exempla in vett. lapp. innumera occurrunt: quale hoc

I. O. M.
IVL. PRIMVS.
7. LEG. XIII. GEM.
V. S. L. L. M.

Ubi 7 *Leg.* XIII. *Gem.* denotat, *Centurio legionis* XIII *Gemellae.* Ex hac nota 7 putat Lipſius inſcitia librarii ortam voculam *ex.* Equidem acutam conjecturam eſſe non negaverim: illud ambigo, an, ut in lapidibus, ita in libris quoque ea nota uſurpata reperiatur. Sane nondum eam inveni. In editis libris nonnullis eſt *primus haſtatus;* quod ſi autoritate manuſcriptorum impreſſum eſt, retineo. Nam *primus haſtatus*, & *centurio primi haſtati*, idem eſt, ut Vegetius docet. At ſi nulli ita codices habent, relinquendam cenſeo vulgatam lectionem: nam potuit Fulginius eſſe in ordine eorum, qui primi haſtati nuncupabantur, ut Centurio non fuerit. Atque ita recta ſit lectio. Malim tamen centurionem fuiſſe, quia ſubdit Caeſar, *propter eximiam virtutem.* VOSSIUS. In nonnullis editt. (Vaſc. Str. Steph. Gryph. poſt) contra MSS. fidem eſt *primus haſtatus. Juſtus* autem *Lipſius* Mil. Rom. l. II. Dial. VIII. hic loci reponit *Centurio primi haſtati*, putatque cauſam corruptioni dediſſe notam in modum vitei flagelli curvatam, qua deſignabantur Centuriones. Hanc ſane conjecturam probat *Joan. Brantius*, ut ſolet omnes viri maximi divinationes. At, praeterquam quod ea nota in ſolis lapidibus, non in MSS. compareat,

XLVII. Sed haec ejus diei praefertur opinio, ut ſe [a] utrique ſuperio- 1
res diſceſſiſſe [b] exiſtimarent; Afraniani, quod, quum eſſe omnium judicio 2
inferiores viderentur, comminus [1] tamen diu ſtetiſſent, & noſtrorum
[c] inpetum ſuſtinuiſſent, & initio locum tumulumque tenuiſſent, quae
cauſſa pugnandi fuerat; & noſtros primo congreſſu terga vertere coë-
giſſent: noſtri autem, quod iniquo loco, atque inpari congreſſi [d] nume- 3
ro, v horis proelium ſuſtinuiſſent, quod montem, gladiis [e] deſtrictis, ad-
ſcendiſſent, quod ex loco ſuperiore [f] terga vertere adverſarios coëgiſ-
ſent, atque in oppidum compuliſſent. [g] Illi eum tumulum, pro quo pu- 4
gnatum eſt, magnis operibus [h] munierunt, praeſidiumque ibi poſuerunt.
XLVIII. Accidit etiam repentinum incommodum biduo, quo haec 1
geſta ſunt. Tanta enim tempeſtas [i] cooritur, ut, numquam illis locis ma-
jores aquas fuiſſe, conſtaret: tum autem ex omnibus montibus [2] nives 2
proluit,

VARIAE LECTIONES.

a *utrinque* MS. Hotom. Edd. R. M. V. b *aeſtim.* L. ſec. c *diu* addit MS. Hotom. Edd. R. M. V. d *eſſent quod* Pal. B. L. ſec. Dorv. Edd. pp. Vaſc. St. Steph. Gr. poſt. *numero quod* Carr. V. & Edd. Baſ. Ven. Gryph. & aliae. e Sic Pet. V. f *hoſtes t. v. coëg.* L. ſec. Dorv. Buſl. Edd. R. M. V. Vaſc. St. Steph. Gr. poſt. g *qui enim* Carr. h *muniverunt* MSS. 4. dein *que* deeſt Pet. L. pr. ſec. V. & *praeſ.* Lov. Pal. Dorv. Edd. pp. i *exoritur* Carr. B. L. ſec.

pareat, non vult Caeſar, primum haſtatum tunc fuiſſe, ſed ſuperioribus temporibus, nunc autem inter evocatos eſſe illum, qui olim primum haſtatum duxerat, ut recte notavit *J. F. Gronovius* Obſerv. l. IV. c. XX. p. 323. *Fulginius* enim *ex primo haſtato* denotat eum, qui primus haſtatus fuerit. *Cicero* pro Muraena p. 1781. *Cum ampliſſime atque honeſtiſſime* ex praetura *triumphaſſet*, hoc eſt, poſt praeturam geſtam. Noſter hujuſce libri c. XXIII. *Provinciam Hiſpaniam* ex praetura *habuerat.* Sic & iterum c. XXXI. & LXXXV. DAVIS. De ſignificatione hac *&* ex vide me ad Lucan. IV, 719. *Incauto ex hoſte timeri.*

1. TAMEN DIU.] MSS. Urſini, Petav. Scalig. & Leid. pr. cum Edd. Scaligeri *Tam.* Optime. Particula enim haec inſervit comparationi, licet non ſequatur *quam.* Scilicet intelligitur, *quam* ante narratum. Adi Ill. Heinſ. ad Ovidii Epiſt. III, 67. Burm. & Voſſ. ad Vellej. Paterc. l. II. c. 88. & 89. *Tam conſtanter repulit.* Ita & *tantum*, de quo vide ad l. VII, 77.

2. NIVES PROLUIT] In editt. *Rom. Ven. Beroald. nix proluit*, in aliis *nix profluit*, unde *Gab. Faërnus* reſcribendum cenſuit *nix profluxit.* Lectionem, quam in ſua editione ſecutus eſt *Joſ. Scaliger*, repraeſentavit Codex *Fulv. Urſini*, qui tamen perperam arbitratus eſt *nives* in *nominativo ſingulari* hic antique dici, eſt enim *accuſativi pluralis*; nam in altero caſu non *nives*, ſed *nivis* uſurpant veteres. Vide *G. J. Voſſium* in Etymol. & Art. Grammat. l. I. c. XXI. DAVIS. Legendum puto *tum autem ex omnibus montibus* nive proluta, *ſummas ripas* flumen *ſuperavit.* Vide c. XL. IDEM. *Cur. ſec. Nix proluit* etiam videas in Edd. Mediol. Vaſc. Str. Steph. Gryph. poſt. & MSS. Palat. Bong. Leid. ſec. Hot. Dorv. & aliis. *Nix profluit* Ald. Plant. Cellar. & alii. *profluxit*, quod cum Faërno Manut. & Hot. malebant, edidit Gryphius A. 1536. Verum etiam optimi MSS. Cujac. Petav. & Lovan. *Nives proluit*, & Scalig. *nives proluitur.* In Leid. pr. *Nivis pluit:* At *nivis proluit* bene in Voſſiano. Quod in accuſativo ſumendum eſt, aeque ac *nives*, quae terminatio non poteſt eſſe nominativus. Vide Cl. Burm. ad Quinctil. Decl. VI, 17. Videntur autem librarii, *proluit* neutraliter ſumſiſſe; atque hinc *nix* ſcripſiſſe. Perperam; licet apud Fulgent. Mythol. c. I. ſit *unda proluens* pro *profluens*, & aliis ſic *praeterluere*, *interluere.* Subaudiendum eſt praecedens *tempeſtas*, quae *proluit nives*; plane ut apud Virgil. l. XII. Aen. 685. *Saxum turbidus imber Proluit.* De verbo *proluere* plura vide ad l. VI. B. G. c. 21. Fateor tamen tum durius dici *tempeſtas ſuperavit ripas fluminis:* unde jam Hotomanus ibi refingere tentavit *flumen.* Sed plura verba uni ſubſtantivo jungere frequens eſt optimis ſcriptoribus; & ſaepius in ipſo Caeſare uſu venit, ut alibi pluribus docui. Quod ſi hic non placeat, poſſet magna cum veriſimilitudine conjici *fluminis vis ſuperavit.* Adi notata ad c. 40. & l. I. B. G. c. 46. Leid. Codicis lectio itidem non mala eſt *nivis*

 pluit

proluit, ac ſummas ripas fluminis ſuperavit, [1] pontiſque [a] ambo, quos C.
3 Fabius fecerat, uno die interrupit. Quae res magnas difficultates exer-
citui Caeſaris adtulit. caſtra enim, ut ſupra demonſtratum eſt, quum eſ-
ſent inter flumina duo Sicorim, & Cingam, ſpatio milium xxx, neu-
trum horum [b] tranſiri poterat, neceſſarioque omnes his anguſtiis conti-
4 nebantur: [c] neque civitates, quae ad Caeſaris amicitiam acceſſerant, fru-
mentum ſubportare; neque ii, qui pabulatum longius progreſſi [d] erant,
intercluſi fluminibus, reverti; neque maximi [e] comitatus, qui ex Italia
5 Galliaque veniebant, in caſtra pervenire poterant. Tempus [f] autem erat
[g] anni difficillimum, quo neque [2] frumenta in [h] hibernis erant, neque
multum a maturitate aberant: [i] ac civitates exinanitae, quod Afranius
paene omne frumentum ante Caeſaris adventum Ilerdam convexerat; re-
6 liqui ſi quid fuerat, Caeſar ſuperioribus diebus conſumſerat: pecora,
quod ſecundum poterat eſſe [k] inopiae ſubſidium, propter bellum, finiti-
mae civitates longius removerant: qui erant pabulandi aut frumentandi
cauſſa progreſſi, hos levis armaturae Luſitani, peritique [l] earum regio-
num [3] cetrati citerioris Hiſpaniae conſectabantur, quibus erat proclive,
tranſnare flumen; quod conſuctudo eorum omnium eſt, ut [4] ſine [m] utri-
bus ad exercitum [n] non eant.

VARIAE LECTIONES. XLIX.

a vulgo *pontcſque ambos.* b *transferri* L. pr. c *ne* &c. *ſubportarent, quod ii* L. pr. d *eſſent* Carr. e *commeatus* Edd. Ber. & aliae. Vide ad l. VIII, 30. f deeſt V. Pal. B. & Edd. qdd. g *anni* deeſt MSS. pleriſque & Edd. Vett. MSS. quidam & Edd. Vaſc. Steph. & aliae *Tempus erat autem.* A quibuſdam abſunt *autem* & *anni*, ſed bene Scaliger expreſſit Cod. Urſ. Vide ad l. VII, 16. h vulgo *berbis.* i deeſt Pet. & L. pr. *at* V. k *in opere* MSS. 6. ridicule. l *illarum* L. ſec. deeſt Carr. *ceturati* MSS. 2. *centuriati* Dorv. ut c. 55. prave. m *utriſque* MSS. 6. inepte. n *moveant* Lov. *non erant* V.

pluit pro defluxit. Paſſim enim *pluere* pro *fluere*, quocum confundi ſolet, uſurpari docuerunt aliquoties viri docti. Sed prius malo: praeſertim cum paſſim Caeſar cum ceteris in plurali adhibeat *nives.*

1. PONTESQUE AMBOS.] Reſcripſi e membranis primis Leidenſibus *pontiſque ambo.* De accuſativo in *is* dictum jam ſaepiſſime, & de altero *ambo*, *duo*, conſule notata ad l. VII. c. 33. Hoc e MSS. reſtituit jam etiam Cl. Drak. Liv. III, 62. *Inter ambo exercitus:* ubi vide.

2. FRUMENTA NEQUE IN HERBIS ERANT] Sic ex Nicaſii Hellebodii conjectura, adſtipulantibus Manutio & Ciacconio, ediderunt Scaliger & recentiores: cum MSS. omnes & Edd. oſtentent *in bibernis.* Quod non video, cur mutari debuerit. Nam eo non dicit Caeſar, tempus hibernum fuiſſe, ſed frumenta non amplius *in bibernis* ſuperfuiſſe, quae conſumta erant, & jam inſtabat meſſis; nam *altae jam in ſegetibus berbae*, & *frumenta non multum a maturitate aberant*; quae verba debuerant viros doctos admonuiſſe, lectionem *in berbis* huc non convenire. Etenim *non multum a maturitate abeſſe*; & *in berbis nondum eſſe*, plane contraria ſunt. Nam & quando jam *in berbis* ſunt, multum *a maturitate abſunt. In berbis eſt* ſeges, cujus vireſcit germen, ſed nondum ſurgit ac turget in ariſtas. Hoc docent omnia loca a viris doctis adlata. Ea, quaeſo, lector, perpende, uti & quae citantur ab Heinſio ad Ovid. Epiſt. v. 263.

Sed nimium properas, & adbuc tua meſſis in berba eſt.

& Viris doctis ad Livium l. XXV, 15. *Non ad frumenta modo, quae jam in bibernis erant, corrumpenda.* ubi rectius *in berbis.* *Hiberna* autem hic intelligi debent vel horrea, in quibus frumentum proviſum in hiemem condebatur, vel ea loca, ubi hiemaverant hae legiones, & unde advehebatur frumentum, quamdiu quid ſupererat. Vide c. 37.

3. CETRATI CITERIORIS HISPANIAE.[Ergo & quidam Hiſpaniae citerioris gerebant cetras;

cum

XLIX. At exercitus Afranii omnium rerum [a] abundabat copia. Mul- 1
tum erat frumentum proviſum, & convectum ſuperioribus temporibus:
multum ex omni provincia comportabatur: magna copia pabuli ſubpe-
tebat. Harum rerum omnium facultates ſine ullo periculo pons Ilerdae 2
praebebat, & loca trans flumen integra, quo omnino Caeſar adire non
poterat.

L. Hae permanſerunt aquae dies [b] complures. [c] Conatus eſt Caeſar 1
reficere pontes. ſed nec magnitudo fluminis permittebat, neque ad ri-
pam diſpoſitae cohortes adverſariorum [d] perfici patiebantur: quod illis 2
prohibere erat facile, [e] tum ipſius fluminis natura, atque aquae magni-
tudine, [f] tum quod ex totis ripis in unum atque anguſtum locum tela
jaciebantur: atque erat difficile, eodem tempore, rapidiſſimo flumine, ope- 3
ra perficere, & tela vitare.

LI. Nunciatur Afranio, magnos comitatus, qui iter [g] habebant ad 1
Caeſarem, ad flumen conſtitiſſe. Venerant eo ſagittarii [h] ex Rutenis;
equites ex Gallia cum multis carris magniſque inpedimentis, ut fert [i] Gal-
lica conſuetudo. Erant praeterea cujuſque generis hominum milia circi- 2
ter VI [1] cum ſervis, liberiſque; ſed nullus ordo, nullum imperium cer-
tum, quum ſuo quiſque [k] conſilio uteretur, atque omnes ſine timore iter
facerent, [2] uſi ſuperiorum temporum atque itinerum licentia. Erant 3
complures honeſti adoleſcentes, ſenatorum filii, & [l] ordinis equeſtris;
erant legationes civitatum; erant legati Caeſaris: hos omnes flumina
continebant. Ad hos [m] obprimendos cum omni equitatu, [n] IIIque le- 4
gionibus Afranius [o] de nocte proficiſcitur, [p] inprudenteſque ante miſſis
equiti-

VARIAE LECTIONES.

a *abundat* V. b *quampl.* L. ſec. Pal. Dorv. Edd. pp. Ven. Ald. Man. Gryph. & aliae. Dixi alibi. c *conatuſque* L. ſec. Edd. Vaſc. Str. Steph. Gr. poſt. d *prof.* V. e *cum* L. pr. f deeſt L. pr. Lov. g *habeant* V. & Edd. qdd. h *Ruteni* Buſl. i *Galliae* B. L. ſec. & Edd. Vaſc. Str. Steph. Gr. poſt. k *judicio* L. pr. a m. pr. l Sic MSS. non *eq. o.* m *repr.* L. ſec. V. n *& III* L. pr. o *diu, noctuque* MS. Hot. Dorv. Edd. pp. *die noctuque* L. ſec. *die & nocte* Lov. male. V. l. VII, 45, 1. p L. pr. per *i.* Edd. qdd. *antem.* junctim. V. Cell.

cum vulgo illi ſcuta habebant; at populi ulterioris Hiſpaniae vulgo cetris ſe muniebant. Vide ipſum Caeſarem ſupra c. 39. Non enim ideo hic legendum eſt *ulterioris*; aut alio ab aſpectu *citerioris* ſenſum capiendum; ut placebat Lipſio Anal. ad Mil. l. III. D. 1.

4. SINE UTRIBUS AD EXERCITUM NON EANT] Quibus incubantes flumina tranſnarent. De iis vide quae collegit vir ſummus *Iſ. Caſaubonus* ad *Suetonii* Jul. c. LVII. DAVIS.

1. CUM SERVIS LIBERTISQUE;] Ita omnino legendum: Ut recte vidit Hotomannus. Sic enim & alibi loquitur Caeſar. Supra c. 34. *ſervis, libertis, &c.* MSS. & Editi habent minus recte, *liberiſque.* Dein pro *uſi* Codd. nonnulli; *uſu.* Sed elegantior eſt vulgata Lectio; Ut recte notavit Daviſius. CLARK. *Libertiſque* praefert quoque Gruterus: Sed MSS. *liberiſque* conſtanter retinent, ſatiſque habet ea lectio, qua ſe defendat.

2. USI SUPERIORUM TEMPORUM ATQUE ITINERUM LICENTIA] Non male, reſcribo tamen ex Cujac. & Pet. MSto *uſu ſuperiorum temporum, atque itinerum licentia.* VOSSIUS. Sic recte MS. *Norvic.* & ed. *Beroald.* atque ita edidit *Joſ. Scaliger.* Impreſſi *Rom. Ven.* habent *uſi ſuperiore temporum* &c. MSS. vero *Carrar. Cujac.* & *Petav.* *uſu ſuperiorum temporum*, probante *Dionyſ. Voſſio*; quod equidem miror, quum ea lectio ſenſum idoneum vix fundat, recepta autem ſit elegantiſſima. DAVIS. *Uſu* eſt etiam in Carrar. Leid.

equitibus adgreditur. Celeriter tamen ſeſe Galli equites expediunt, proe-
5 liumque committunt. [a] Hi, dum pari certamine res geri potuit, magnum hoſtium numerum pauci ſuſtinuere; ſed, ubi ſigna legionum adpropinquare coeperunt, paucis amiſſis, [b] ſeſe in montes proximos con-
6 ferunt. Hoc pugnae tempus magnum adtulit noſtris ad ſalutem momentum: nacti enim ſpatium, ſe in [c] loca ſuperiora receperunt. Deſiderati ſunt eo die ſagittarii circiter cc, equites pauci, calonum, atque inpedimentorum non [d] magnus numerus.

1 LII. [1] His tamen omnibus annona crevit: quae fere res [2] non ſolum inopia [e] praeſentis, ſed etiam futuri temporis timore ingraveſcere con-
2 ſuevit. [f] Jamque [3] ad denarios L in ſingulos modios annona pervenerat,
3 & [g] militum vires inopia frumenti [h] diminuerat: atque incommoda in dies augebantur; & tam paucis diebus magna erat rerum facta [i] commutatio, ac ſe fortuna inclinaverat; ut noſtri magna inopia neceſſariarum rerum conflictarentur; illi omnibus abundarent rebus, ſuperioreſ-
4 que haberentur. Caeſar [k] iis civitatibus, quae ad ejus amicitiam acceſſerant,

VARIAE LECTIONES.

a *id* Cuj. Pet. Lov. P. Dorv. bene ſi *res* deleas. b *in m. pr. ſe c.* L. pr. c *ſup. l.* L. pr. d *magnit.* V. e vulgo *in. n. ſ.* f *Jam* Pal. g *multum* Lov. h *dem.* L. pr. i *mut.* L. pr. k deeſt Lov. Dorv. Edd. pp.

Leid. pr. Voſſ. Ed. Florent. & Cellarii. ut ſit more, conſuetudine. quomodo fere *uſus provinciae* c. 31, 85. *Britanniae* c. 54. Alibi *uſus rei.* Belgiae, *na 't gebruik van voorgaende tyden.* *Superiore* eſt in Dorvill. & Edd. primis.

1. HIS TAMEN OMNIBUS] *Nicaſius Ellebodius*, & *Fr. Hotomannus* reponunt *his tum omnibus.* Sed nihil mutandum; nam *tamen* hic idem denotat ac *tandem*, cujus ſignificationis exempla dedimus not. ad l. VIII. B. G. c. 19. DAVIS. Sunt qui reponant, (*His* tum *omnibus.*) Quos merito arguit Daviſius. Errat tamen & ipſe, cum ait (*tamen*) hic idem denotare ac (*tandem.*) Senſus enim eſt perſpicuus: *Quamvis* ex comitatu memorato non magnus numerus perierit, *TAMEN* & iſto & reliquis ſimul incommodis annona crevit. Vide ſupra ad l. I. B. G. c. 31. & ad l. VIII. c. 19. CLARK. In Curis ſecundis notam ſuam deleri juſſit Daviſius. Potes ſubintelligere etiam, *quamvis hoc tempus magnum adtulerit momentum ad ſalutem, tamen* &c. *Tum* placebat quoque Grutero, minus bene. Porro *res* ejici velit Hotomanus, contra Julianum ſtylum: de quo diximus quaedam ad l. IV. B. G. c. 17. Contra poſt *omnibus* addunt τῶ *incommodis* Vaſc. Str. Steph. Gryph. poſt. Sed contra MSStos. niſi quod in Carr. *Haec t. omnia incommoda a. creavit.*

2. INOPIA NON SOLUM PRAESENTIS] Haerent Interpretes. *Pet. Ciacconius* primam vocem delet, utpote Gloſſematis ſuſpectam. Nos leniorem multo medicinam invenimus: expuncta enim litterula, ſcribendum videtur *inopia non ſolum praeſenti.* Sic paullo poſt *praeſentem inopiam* dixit *noſter*, ac *Juſtinus* l. I. c. VI. *praeſentes epulas* vocavit eas, quae tum erant inſtitutae. DAVIS. Cum locutio haec durior videretur, expunxerunt nonnulli vocem, *inopia.* Daviſius leniorem multo medicinam ſe inveniſſe exiſtimat, ſcribitque, (*inopia non ſolum* praeſenti, *ſed etiam futuri temporis timore.*) Sed adhuc leniorem, multoque etiam elegantiorem medicinam ſuppeditant MSS. Reg. & Elienſ. qui, tranſpoſita tantum vocula, habent; (*non ſolum inopia praeſentis, ſed etiam futuri temporis timore.*) CLARKE. Attamen cum *Norvic. Lovan.* aliique nonnulli Codices ordinem verborum mutent, & exhibeant *non ſolum praeſentis inopia, ſed etiam futuri temporis timore;* hanc lectionem cum Cl. *Clarkio* optimam reor, eamque Gryphius repraeſentavit. DAVIS. *Cur. ſec.* Vulgaris verborum collocutio eſt e conjectura Nicaſii Ellebodii. MSS. omnes & Edd. Vett. *non ſolum inopia praeſentis.*

3. AD DENARIOS L.] Ita bene ediderunt Aldus, Ven. 1517. Manut. Gryph. Plantin. & ſeqq. Edd. In MSS. meis omnibus, item Brantii, Ciaccon. & Edd. primis, ut & Beroaldi tantum exſtat *ad XL* vel *ad quadraginta.* Vaſcoſ. qui in margine monet vocem *denarios* non eſſe in MSS. edidit

ſerant, quo minor erat frumenti copia, pecus imperabat; calones ad longinquiores civitates dimittebat. Ipſe praeſentem inopiam, quibus poterat ſubſidiis, tutabatur.

LIII. Haec Afranius, Petrejuſque, & eorum amici, [a] pleniora etiam 1
atque uberiora Romam ad ſuos perſcribebant. [1] Multa rumor fingebat; 2
ut paene bellum confectum videretur. Quibus litteris nunciiſque Romam
perlatis, [2] magni domum concurſus ad Afranium, [b] magnae gratulationes fiebant; multi ex Italia ad Cn. Pompejum proficiſcebantur; [c] alii, 3
ut principes [d] talem nuncium adtuliſſe; alii ne eventum belli exſpectaſſe, aut ex omnibus noviſſimi veniſſe viderentur.

LIV. Quum in his anguſtiis res eſſet; atque omnes viae ab [e] Afrania- 1
nis militibus equitibuſque obſiderentur, nec pontes perfici poſſent; imperat militibus Caeſar, [3] ut naves faciant, cujus generis eum ſuperioribus

VARIAE LECTIONES.

a *planiora* Lov. b *magnaeque* L. pr. c *aliud ne* Lov. d *tale* L. pr. male. e *Afranii* Carr. *Afraniis* Dorv. *Afranii ſervis m.* V.

edidit quoque *quadraginta*, cum Strada & Gryph. poſter. Hinc R. Stephanus exhibuit ad *HS quadraginta.* Sed parvum eſt pretium, ſi *ſeſtertios* intelligas, nimium vero ſi *ſeſtertia*, id eſt, quadraginta millia ſeſtertium. Recte *denarios L* exhibuiſſe viros doctos puto. *Denarii* enim nota eſt *X*, unde ea eſt in nummis ipſis Conſularibus. *XL.* ergo ſunt *denarii quinquaginta*, quod non capiebant alii librarii.

1. MULTA RUMOR FINGEBAT] Nil temere muto. Sed MSS. nonnihil variant. in Leid. pr. *multarum rumore erat fingebat.* In Scalig. *m. rumores fingebant.* non male. Paſſim enim *rumores* in plurali effert noſter. Vide ad l. IV. B. G. c. V. Infra c. 61. *exſtinctis rumoribus.* Huc facit & Lovan. *Multorum ora fingebant.* Placet tamen magis R. Stephani lectio *multa rumor affingebat* ſcilicet iis, quae ſcribebant Afranius Petrejuſque &c. l. VII. c. I. *Addunt ipſi & affingunt rumoribus Galli.* Cicero I Phil. c. 3. *Affingant aliquid, quo faciunt, quod nunciant laetius.*

2. MAGNI DOMUM CONCURSUS AD AFRANIUM] Ita & MS. Petavii habet: Faërnus legebat *demum.* Non placet. Hottomannus legit, *magni ad domum Afranii concurſus, magnae gratulationes fiebant.* Subdit, *nam Romae videntur bae gratulationes factae.* Ne hoc quidem probaverim. An praeſtet legere *domo*, vel *omnium*, aut *bominum*? *Domum* etiam in accuſativo ſupra, hoc libro uſurpavit, ubi ait: *praemiſſos etiam legatos Maſſilienſes domum nobiles adoleſcentes.* Sed hic illud *domum* referri poteſt ad *praemiſſos.* Quod puto, quia ait paullo poſt: *cujus orationem domum legatis referunt.* Ut nolim cum Scaligero mutare *domi*, quomodo nullus codex habet. Sed hoc loco alia ratio eſt: itaque puto, non affirmo, aliquam ex noſtris conjecturis probam eſſe. VOSSIUS. Turpiter hoc in loco ſe dederunt viri eruditi. *Gabr. Faërnus* & *Ald. Manutius* reponunt *magni demum concurſus* &c. ac ita habent editt. *Rom. Ven. Beroald. Dionyſio Voſſio* placet *magni* vel *domo*, vel *omnium*, vel *bominum concurſus ad Afranium. Fr.* autem *Hotomanus* emendat *magni ad domum Afranii concurſus*, abſque cauſa ſontica; recte tamen vidit vir doctiſſimus, has gratulationes Romae factas eſſe. Sana prorſus & elegans eſt lectio recepta. *Cicero* Fam. l. III. Epiſt. VIII. *Neque* domum *unquam* ad me *litteras mittam, quin adjungam eas, quas tibi reddi velim.* *Terentius* Eun. Act. I. Sc. II, 125. *Et is bodie venturum* ad me *conſtituit* domum. Idem Adelph. Act. IV. Sc. IV, 19. Ad me *abducta eſt* domum. Ubi *Donatus* ait, ad me domum *moraliter dixit pro* ad domum meam. Pari itaque ratione *domum ad Afranium* idem valet ac *ad domum Afranii.* DAVIS. *Demum* male Dorv. Pal. Bong. & Ed. Med. *Domum concurſus* dicuntur, ut *domum reditio* & alia. Vide Daviſ. ad l. I. B. C. c. 5. *Ad Afranium* confirmatur unice e l. II. B. Civ. c. 20. *Domum ad ſe quiſque reciperet.* Terent. ſaepe *domi apud me.*

3. UT NAVES FACIANT CUJUS GENERIS EUM SUPERIORIBUS ANNIS USUS BRITANNIAE DOCUERAT] *Carabos* intelligit: de quibus Iſidor. l. XIX. c. I. *Carabus parva ſcapba ex vimine facta, quae contexta crudo corio genus navigii praebet.* Papias, *Carabus navicula diſcurrens in Pado, id eſt linter. Eſt autem ex vimine & corio.* Non dubito, quin *Carabus*

2 bus annis uſus Britanniae docuerat. [1] Carinae primum ac ſtatumina ex le-
vi materia fiebant; reliquum corpus navium, viminibus [a] contextum, co-
3 riis integebatur. Has perfectas carris junctis devehit noctu milia paſſuum
a caſtris XXII, militeſque his navibus flumen tranſportat; continentemque
ripae collem inproviſo occupat. Hunc celeriter, priuſquam ab adverſariis
4 ſentiatur, communit. Huc [b] legionem poſtea [2] transjicit; atque [c] ex utra-
5 que parte pontem [d] inſtitutum biduo perficit. Ita [e] comitatus, [f] & qui fru-
menti cauſſa proceſſerant, tuto ad ſe [g] recipit; & rem frumentariam ex-
pedire incipit.

1 LV. Eodem die equitum magnam partem flumen transjecit: qui [h] in-
opinantis pabulatores, & ſine ullo diſſipatos timore adgreſſi, [3] quam [i] ma-
2 gnum numerum jumentorum, atque hominum intercipiunt: cohorti-
buſque cetratis ſubſidio miſſis, ſcienter in duas partes ſeſe diſtribuunt; a-
3 lii, ut praedae [4] praeſidio ſint; alii ut venientibus reſiſtant, atque eos pro-
pellant: unamque cohortem, quae temere ante ceteras extra aciem [k] pro-
currerat, ſecluſam [l] ab reliquis circumveniunt, atque interficiunt; incolu-
meſque cum magna praeda eodem ponte in caſtra revertuntur.

VARIAE LECTIONES. LVI.

a *Intextum* L. pr. *contexit c. integebantur* Lov. b deeſt Lov. Dorv. dein vulgo *tranſducit*. c *ab* L. pr. d *inſtituit* Pet. Scal. L. pr. non male. dein *perfecit* MS. Urſ. L. ſec. Pal. B. Dorv. & Edd. pp. vulgo, *perf. biduo*, ut eſt in Scal. ac Urſ. e Sic Scal. & ſeqq. cum Manut. e MS. & Ciacc. ita & Carr. Scal. Reliqui MSS. & Edd. *commeatus*. V. ad l. VIII, 30. f *eos* Carr. L. ſec. V. Edd. qdd. *& eos*. dein *frumentandi* non male Pet. g *recepit* Lov. V. h ita L. pr. non per *e*. i vulgo *maximum* & *pr. ſubſidio*. k *procurrerant* Lov. *procurrebat* L. ſec. l Sic MSS. potiores, non *a*.

bus vox ſit Britannica, aut Belgica; quibus hodieque *Caravelen* genus navis eſt, & quidem fluviatilis. (Anglis *Coricle*) Niſi malis a κάραβος deducere *carabus*: quod alii faciunt. Mihi id non placet. Sane non niſi in ſequioris aevi ſcriptoribus eam reperias, ut in Moſchi prato Spirituali, qui ait c. 76. *Ecce ego aſcendo in carabum*. VOSSIUS.

1. CARINAE PRIMUM AC STATUMINA EX LEVI M.] Sic ediderunt Ven. 1517. Aldus, Vaſcoſ. ceterique; quae non male propugnant Rhellic. & Hotom. & confirmant τὰ *ſtatumina* MSS. Brant. Cujac. Scalig. Petav. Leid. pr. Lovan. Voſſ. Verum habent eo ordine *Carinae ac primum ſtatumina levi*; *& levi* Lov. & Voſſ. In Carr. & Edd. primis, item Beroaldi *Carinae primum ſtramine & levi m*. Quae vox *ſtraminis* etiam compareret in Bong. Palat. Buſl. Leid. ſec. & Dorv. ſed ii habent quoque *C. ac primum ſtramine & l*. At *ſtramine* quomodo carinae, milites quae tolerare poſſint, factae fuerint, non intelligo. Quare *ſtatumina* ſive *coſtas* omnino retineo. Latere tamen quid videtur in illis *ac primum*. quod jam ſubodorari nequeo, indigitaſſe ſatis habens.

2. TRANSDUCIT.] Ita inveni primum in Ed. Plantiniana 1574. Priores omnes *trajecit vel tranſjecit*, aut *trajicit*, ut Vaſcoſ. Steph. & alii. Nec ſecus Carrar. & MSS. mei omnes, quare repoſui ſecure *transjicit*.

3. QUAM MAXIMUM] Non hoc damnarem, ſi in MSS. reperiretur. Vide l. I. B. G. 7, 42. Sed primum hanc lectionem reperi in Ed. Aldina. Priores, item Steph. Gryphii & MSS. mei omnes *Magnum*: Rectiſſime. Vide ad l. VI, 26. VIII, 11. *Quam magnis itineribus*. In Petav. Scalig. Leid. pr. & Lovan. eſt *jam magnum*. Contra Ald. & poſt eum Scalig. recte ediderunt *cetratis*, licet in MSS, omnibus, reliquiſque Edd. invenerim *centuriatis*, quaſi *centuriatim diviſis*. Sed id contra mentem Caeſaris eſſe ſatis declarant ſeqq. Alibi etiam ſic peccarunt in his Commentariis librarii. Adi modo c. 48. *Cetrati citerioris Hiſpaniae*, uti & c. 70.

4. PRAESIDIO] Ita ex MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii & Edd. Vett. reſtitui. Scaliger & Recentiores omnes *ſubſidio*. Quod hoc loco minus convenit. CLARKE. Recte *praeſidio* reſtituit Clarkius, atque ita etiam MSS. mei, & Edd. primae aliaeque. *ſubſidio* jam eſt in Ald. Ven. 1517. Manut. Gryph. pr. Plantin. & aliis.

4. MASSI-

LVI. Dum haec ad Ilerdam geruntur, [1] Maſſilienſes uſi L. Domitii con- 1
ſilio [a] navis longas expediunt, numero xvii, [2] quarum erant xi tectae.
Multa [b] huc minora navigia addunt: ut ipſa multitudine noſtra claſſis ter- 2
reatur: magnum numerum ſagittariorum, magnum Albicorum, de qui-
bus ſupra [c] demonſtratum eſt, inponunt: atque hos praemiis, [d] pollicita-
tionibuſque incitant. Certas ſibi depoſcit naves Domitius, atque [e] has co- 3
lonis, paſtoribuſque, quos ſecum [f] adduxerat, complet. Sic omnibus re-
bus inſtructa claſſe, magna fiducia ad noſtras naves procedunt, quibus prae-
erat D. Brutus. [3] Hae ad inſulam, quae eſt contra Maſſiliam, ſtationes
obtinebant.

LVII. Erat multo inferior [g] navium numero Brutus: ſed [h] delectos ex 1
omnibus legionibus fortiſſimos viros [i] anteſignanos, centuriones Caeſar ei
claſſi adtribuerat, qui ſibi id [k] muneris depopoſcerant. Ii manus ferreas, 2
atque harpagones paraverant; [l] magnoque numero pilorum, tragularum,
reliquorumque telorum ſe inſtruxerant. Ita, cognito hoſtium adventu, ſuas
naves ex portu [m] educunt, cum Maſſilienſibus confligunt. Pugnatum u- 3
trimque eſt fortiſſime, [n] atque acerrime: neque multum Albici noſtris vir-
tute cedebant, homines aſperi [o] & montani, exercitati in armis: atque ii 4
modo [p] digreſſi a Maſſilienſibus recentem [q] eorum pollicitationem animis
continebant; paſtoreſque indomiti, ſpe libertatis [r] excitati, ſub oculis [s] do-
mini ſuam probare operam ſtudebant.

LVIII. Ipſi Maſſilienſes, & celeritate navium, & ſcientia gubernato- 1
rum

VARIAE LECTIONES.

a Ita Pet. Lov. b Sic Scal. e MS. Urſ. cum Pet. L. pr. Edd. Vett. *his* & L. ſec. *hinc* Lov. p. Dorv. *hic* B. V. c *monſtr.* L. pr. d *& poll.* L. pr. e deeſt Buſl. Dorv. Edd. R. M. V. in quibus & aliis ac L. ſec. *Dom. nav. Paſtoribus* ſine *que* Carr. f *edux.* V. *adduxit* L. ſec. Dorv. Edd. R. M. V. g Sic L. pr. non *n. nav.* h MSS. plerique & Edd. quaedd. *electos*, de more. i *anteſignarios* MSS. 3. k *muneris cauſa* L. ſec. Dorv. male *Depopoſcerat* iidem & Lov. l *magno n.* Lov. Dorv. Edd. pp. *numero* elegantius poſt *telorumſe* ponit L. pr. m *ded.* L. ſec. n *&* MSS. 2. Edd. pp. o *atque* Pet. qui addit *& exerc.* cum MS Urſ. Carr. L. pr. ſec. V. Grut. non male *ut m.* deeſt *montani* in Lov. p *deg.* MSS. 5. *a* abeſt MSS. meis omnibus, forſan non male. q *eorumdem* Pet. Sc. L. pr. B. Lov. & Edd. ante Urſ. *eodem* MSS. 4. r *incit.* Edd. qdd. L. ſec. s *Domitii* L. ſec. Dorv. B. & Edd. Vett. *dñis* V. *dm̃.* L. pr. i. e. *dominũm* ſive *dominorum.* ſed adi l. iv. B. G. c. 33. v, 8.

1. Massilienses usi L. Domitii consilio] Non eſt in *Petaviano* vox *uſi*, & abeſſe poteſt. VOSSIUS. Eandem voculam omittit MS. *Norvic.* DAVIS. Sapit tamen Caeſaris perſpicuitatem. CLARKE. Gruterus ſuo more abjicit. Sed vide, quae notamus ad l. 1. B. G. c. 5. *Uti eodem uſi conſilio.*

2. Quarum erant xi tectae] Alibi Caeſar *conſtratas naves* appellat. His opponuntur *apertae*, quae ſcilicet cataſtromata non habebant, quibus tecti milites pugnarent. *Livius* l. xxvi. *Biduum in apparatu morati, tertio die centum navibus, quarum* lxx *tectae erant, ceterae apertae, Phocaeam petiverunt.* Et *Hirtius* de bello Alex. c. xi. *Magnoque impetu quatuor ad eam conſtratae naves, & complures apertae contenderunt.* Graece κατάφρακτοι, ut a *Polybio*, & ἄφρακτα dicuntur. Infra l. ii. in principio, *Naves piſcatorias contexerant; ut eſſent ab ictu telorum remiges tuti.* Ciaccon. Vide *Joan. Schefferum* Mil. Naval. lib. ii. cap. v. DAVIS. Vide etiam ad lib. ii. B. Civ. cap. 15.

3. Hae —— obtinebant.] MSS. Reg. & Voſſii; *Hic* —— *obtinebat.* Quod perinde eſt. CLARKE. Etiam Leid. ſec. ſed Lovan. & Voſſ. *Hec*, ut alibi: quod antique hic quoque poſſet dictum eſſe pro *hae.* Adi etiam Colv. ad Apulej. lib. iv. p. 57.

rum confiſi, noſtros eludebant, inpetuſque eorum excipiebant: [1] &, quoad licebat latiore ſpatio, producta longius acie, circumvenire noſtros, aut pluribus navibus adoriri ſingulas, aut [2] remos tranſcurrentes [a] detergere, ſi poſſent, contendebant: quum propius erat neceſſario ventum, ab ſcien-
2 tia gubernatorum [3] atque artificiis, ad virtutem montanorum confugie-
3 bant. [b] Noſtri, quod minus exercitatis remigibus, minuſque peritis gubernatoribus utebantur; [c] qui repente ex onerariis navibus erant producti, neque dum etiam vocabulis armamentorum cognitis, [d] tum etiam gravitate & tarditate navium inpediebantur: factae enim [e] ſubito ex humida ma-
4 teria, non eumdem uſum celeritatis [f] habebant. Itaque, dum locus comminus pugnandi daretur, aequo animo ſingulas binis navibus objiciebant; atque, injecta manu ferrea, & retenta utraque [g] nave, diverſi pugnabant; atque [h] in hoſtium naves tranſcendebant; & magno numero Albicorum & paſtorum interfecto, partem navium deprimunt; nonnullas cum hominibus

VARIAE LECTIONES.

a *Deterrere* Cuj. Lov. L. pr. *deterere* Scal. Pet. *obtend.* Pal. b deeſt MSS. & Edd. pp. *qui* Pet. L. ſec. V. Pal. Edd. pp. Vaſc. Str. Steph. *quo* Lov. L. pr. B. Dorv. V. omnino ad l. I. B. C. c. 51. c *quique* L. ſec. Edd. Vaſc. Str. Steph. Gr. poſt. paulo ante *gubernationibus* Dorv. d Hic ponitur *noſtri* in Edd. R. M. V. e deeſt L. pr. f *babuerunt* Carr. L. *babuerant* Lov. & 4 alii cum Edd. pp. g abeſt L. pr. *navi* V. h caret V.

1. ET, QUOAD LICEBAT LATIORE SPATIO] In Cujacii & Petav. cod. erat, *latiore ut ſpatio.* (MS. *Norv. Et coalliciebat latiore ut ſpatio*) Unde conjecto legendum, *latiore uti ſpatio:* proba ſententia; & puto Caeſarem ſic ſcripſiſſe. At mire hoc loco corruptus Bongarſ. codex, qui habet *ex quo allicere latiore ſpatio:* Nimirum *&* in *ex* mutatum: *quo ad liceret* factum *quo alliceret.* Quod frequens *d* in *l* mutare, putavit librarius, *adliceret* unam vocem eſſe. VOSS. In MS. Urſ. & Edd. Vett. *quod l.* ſed uti nunc editur, exhibent quoque Cujac. Petav. Scalig. Leid. pr. Lovan. Dorvill. & alii nisi quod quatuor priores addant *latiore ut,* & Voſſ. habeat *latiore aut ſp. Ex quo allicere* perperam etiam Leid. ſec. Ceterum ante τὸ *producta* additur *aut* in MS. Urſin. & Palat. unde forſan non male emendabimus *latiore aut ſpatio, aut prod.* i. e. vel in latum vel in longum acie extenſa. illa certe *ut* & *aut* non videntur eſſe de nihilo.

2. REMOS TRANSCURRENTES DETERGERE] Diodoro Siculo l. XI. τὰς ταρσοὺς παρασύρειν. eſt *remos detergere:* ſed Graeca hic phraſis, ut in multis aliis, plus efficaciae habet, nam παρασύρειν eſt diſtorquere, ſeu trahere in partem contrariam, aut aliam, quam fieri oportet, quod remis fit, cum impetu tranſcurrentes naves confringuntur. Alioqui illud *detergere* ad notandum impetum navis ſatis appoſitum eſt, & notat, quaſi uno ictu confractos remos. Sic de vento Horatius ait,

Albus ut obſcuro deterget nubila coelo
Saepe notus.

Unde *terſi dies:* quomodo Serenos appellaſſe antiquitatem ex Verrio Feſtus ait. Putabat Scaliger *tergo* eſſe a *tero*, quia id, quod detergetur, atteritur. Ego cogitabam, an a *tergum* eſſet, quatenus ea vox uſurpatur pro extremo, ſeu ſuperficie, uti dixit Prudentius?

Ut terga calcans aequoris.

Hinc *tergere* eſt ſordes extrinſecus adhaerentes auferre. Unde tranſlatum ad remos, ſimiliaque. Sed aliorum eſto judicium. VOSSIUS. Cave mutes hoc in *deterere.* propria eſt in hac re locutio. Adi Gland. Hotom. & Scheffer de Mil. Nav. l. III. c. 6.

3. ATQUE ARTIFICIIS] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *artificii;* MS. *Norvic. Artificum,* ut fortaſſe remiges ſint intelligendi: illa enim vox interdum denotat eos, qui ſingularem aliquam artem exercent. *Curtius* l. V. c. I, 22. *Poſt hos Chaldaei, Babyloniorumque non vates modo, ſed etiam* artifices *cum fidibus ſui generis ibant,* ubi Muſicos deſignari manifeſtum. Idem l. VI. c. II, 5. *artifices* pro cantoribus poſuit. Mihi tamen, ob uſum Caeſaris, magis arridet vulgata lectio. Sic l. VII. B. G. c. XXIX. *Non virtute neque acie viciſſe Romanos, ſed* artificio *quodam & ſcientia oppugnationis.* Et l. II. B. C. c. VI. *artificium gubernatorum* dixit. DAVIS. *Artificis* MSS. Urſini & mei plerique pro *artificiis.* Recte omnino ita edidit.

bus capiunt, reliquas in portum compellunt. Eo die naves Maſſilienſium,
cum iis, quae ſunt captae, [1] intereunt IX.

LIX. [2] Hoc primum [a] Caeſari ad Ilerdam nunciatur; ſimul perfecto pon- 1
te, celeriter fortuna mutatur. Illi perterriti virtute equitum, minus auda- 2
cter vagabantur: [b] alias non longo ab caſtris progreſſi ſpatio, ut celerem
receptum haberent, anguſtius [c] pabulabantur: alias, longiore circuitu, 3
cuſtodias, ſtationeſque equitum vitabant; aut, aliquo [d] accepto detrimen-
to, aut procul equitatu viſo, ex medio itinere, projectis ſarcinis, [e] fugie-
bant. Poſtremo [f] & plures intermittere dies, &, praeter conſuetudinem
omnium, noctu conſtituerant [g] pabulari.

LX. Interim [h] Oſcenſes & [i] Calagurritani, qui erant [3] cum Oſcenſibus 1
contributi, mittunt ad eum legatos, [k] ſeſeque imperata facturos pollicen-
tur. Hos [l] Tarraconenſes, [4] & Jacetani, & [m] Auſetani, & [n] paucis poſt 2
diebus

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *C. ad Il. nunciato.* b *alii* hic & dein Lov. Hot. & 4 recentes cum Edd. pp. *longe ab* Pet. *longe c.* L. pr. *a* MSS. Edd. pp. c *pabulantur* L. pr. Ed. Med. d *rec.* Edd. pp. e *refug.* Lov. bene f *etiam* Edd. qdd. *& compl.* V. g *etiam p.* Pal. Dorv. Edd. pp. Lipſ. *tum.* h *Obſcenſes* MSS. qdd. i *Calaguritani* Edd. Vett. V. Duker. ad Flor. III, 22. in f. k *ſeſe i.* Carr. l *Terr.* L. pr. Dorvill. m *Auſcitani* Scal. n *poſt paucos dies* L. ſec.

edidit Scaliger, cum vulgo exhiberent *artificii. Artificio* Cod. Hotom. & Ald. Lucan. l. III, 560. *Artibus & certas pelagi.* Et ita ſaepe de peritia gubernandi navem. Vide Drakenb. ad Silium IV, 715. *pontum tractare per artem. Artificium* ita *viribus* obponit Hirtius B. Afric. c. 14.

1. Intereunt novem] Rarius ut interire hoc modo uſurpetur: ſic infra l. II. hujus belli: *Ita multorum menſium labor, hoſtium perfidia, & vi tempeſtatis, puncto temporis interiit:* VOSSIUS. Deprimuntur. Proprie autem *interire* dicuntur animalia; hinc ad res inanimas facta eſt tranſlatio. Sic l. III. B. G. c. XXVII. *Naves Rhodias afflixit, ita ut ad unam conſtratae omnes numero* XVI *eliderentur, & naufragio* interirent. *Hirtius* Bell. Alex. c. XXI. *Navigium quidem ejus multitudine depreſſum militum, una cum hominibus* interiit. DAVIS. Ita *uſus tormentorum interit ſpatio propinquo* l. II. B. Civ. c. 16.

2. Hoc Caesari ad Ilerdam nunciato] Ita Scaliger edidit. In prioribus editionibus erat. *Hoc primum Caeſari ad Ilerdam nuntiatur.* Palatinus habet, *Hoc primum cum Caeſari ad Ilerdam nuntiatur.* Corrupte quidem, ſed veram eruere lectionem arduum non eſt: non dubito reſcribere, *Hoc quamprimum Caeſari ad Ilerdam nuntiatur.* Scaliger certe audacter nimis vocem illam *primum* ejecerat. VOSSIUS. MS. *Brant. Hoc primum cum Caeſari ad Ilerdam nunciatur.* In aliis Codd. eſt *hoc proelium.* Reſcribendum puto *hoc proelium cum Caeſari ad Ilerdam nunciatur.* Mutandi primus auctor fuit *Pet. Ciacconius*, qui & *primum* & *proelium* pro Gloſſemate habuit. DAVIS. Reſtitui priorem lectionem, quam etiam agnoſcunt MSS. mei, niſi quod *primum cum* habeat quoque Dorvil. *proelium* etiam adſcripſit Lipſius. an *opportune?* ſed conjecturis non indulgeo. *ſimul hoc C. nunciato* conjecit quoque Ciaccon. de qua repetitione *& ſimul* vide ad l. IV, c. 13. Idem in aliis codicibus eſſe ait *proelium. Quum primum* ſtare ſatis poteſt. Vide ad l. III. B. G. c. 19.

3. Cum Oscensibus contributi] Ciacconius illud *cum* putabat delendum. Arbitror retineri poſſe; ut *cum Oſcenſibus contributi*, dicatur ea ratione, qua dicimus, *cum aliquo conjunctus.* Uſus Plinius eadem voce l. III. c. III. *Praeter civitates contributas aliis:* ut arbitrer illud *contributas* eſſe, quod ſupra ſaepius dixit Caeſar *attributas:* uti cum ait Sueſſiones Rhemis attributos eſſe, hoc eſt, in eorum ditione poſitos. Plinius eodem libro & cap. inquit: *Colonia immunis Illici, unde Illicitanus ſinus. In eam contribuuntur Icoſitani.* VOSSIUS.

4. Et jacetani] Uti Urſinus e ſuo codice reſcribit, exſtat quoque in Petav. Cujac. Bong. Leid pr. ſec. Scalig. Lovan. Dorv. Palat. & aliis, uti & Edd. primis; quare id retinui. Cellarius tamen revocavit aliorum *Lacetani*, & vide quid adferat Harduinus ad Plin. l. III. Nota 20. de his & *Illurgavonenſibus:* pro quibus *Lurg.* MS. Urſ. Mei retinent *Illurg.* niſi quod Voſſ. det *Barginon.* & idem dein cum Leid. pr. & Dorvill.

 Lurg.

diebus [1] Illurgavonenſes, qui flumen [a] Iberum adtingunt, inſequuntur.
3 Petit ab his omnibus, ut ſe frumento juvent; pollicentur: atque, omni-
4 bus undique conquiſitis jumentis, in caſtra deportant. Tranſit etiam co-
hors Illurgavonenſis ad eum, cognito civitatis conſilio, & ſigna ex ſtatio-
5 ne transfert. Magna [2] celeriter [b] commutatio rerum. Perfecto ponte, ma-
gnis v civitatibus ad amicitiam [c] adjunctis, expedita re frumentaria, ex-
ſtinctis rumoribus de auxiliis legionum, quae cum Pompejo per [d] Maurita-
niam venire dicebantur, multae longinquiores civitates ab Afranio deſci-
ſcunt, & Caeſaris amicitiam ſequuntur.
1 LXI. Quibus rebus perterritis animis adverſariorum, Caeſar, ne ſemper
magno circuitu per pontem equitatus eſſet mittendus, nactus idoneum lo-
cum, foſſas pedum xxx in [3] latitudinem [e] complures facere inſtituit, [4] qui-
bus partem aliquam Sicoris averteret, [f] vadumque in eo flumine efficeret.
2 His paene effectis, magnum in timorem Afranius Petrejuſque perveniunt,
ne omnino frumento pabuloque intercluderentur; quod multum Caeſar e-
quitatu valebat: itaque conſtituunt [5] ipſi [g] iis locis excedere, & in Celti-
3 beriam bellum transferre. Huic conſilio ſubfragabatur etiam illa res, quod
ex duobus contrariis generibus, quae ſuperiore bello cum [h] L. Sertorio ſte-
terant

VARIAE LECTIONES.

a *Hiberum* L. pr. ſec. V. & Edd. pp. b vulgo *fit c.* c *junctis* Dorv. Edd. pp. d *Mauret.* MS. Urſ. ſemper. e vulgo *altit.* f *aditumque* L. ſec. Dorv. dein *omni fr.* g vulgo *ipſi* & *ipſis l.* h deeſt praenomen L. pr. V. *Seſt.* Pet. L. pr.

Lurgavonenſis praebeat. *Ilergavon.* legit hic etiam Surita. ad Anton. Itiner. p. 393.

1. ILLURGAVONENSES, QUI FLUMEN IBERUM ATTINGUNT] Nonnulli Codd. *Lurgavonenſes.* Hos *Livius* l. XXII. c. XXI. *Ilergaonenſes* vocat, ut falſus ſit *Fulv. Urſinus*, eoſdem ac Ilergetas arbitratus. Hujus tamen errorem ſequitur *Jac. Dalechampius*, qui ex ipſo *Plinio* refelli poteſt: hic enim Hiſt. Nat. l. III. c. III. Ilergaonum (ſic vocat Illurgavonenſes) regionem memorat, a qua Illergetum regionem manifeſte diſtinguit. DAVIS.

2. CELERITER FIT] Lovan. *celeritate & commutatione rerum.* Leid. ſec. *celeritate fit.* Sed *fit* abeſt a Petav. Palat. Scalig. Leid. pr. Voſſ. Dorv. & Edd. primis. Eleganter quaſi per admirationem quodammodo Caeſar loquitur; licet ſimpliciſſime procedat oratio.

3. ALTITUDINEM] MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii, & Editt. Vett. *latitudinem.* Quae fortaſſe & verior Lectio. CLARK. *Altitudinem* primus reponi curavit Urſinus. id quod exſtat etiam in Leid. pr. Forſan & in aliis, nam hae voces perpetuo confunduntur. Alioquin, quod ſciam, MSS. mei & Edd. priores *latitudinem*, quod & Hotomanus e ſuo probat. Non tam, quod major latitudinis ratio habenda fuerit, quam altitudinis, quia fluvius avertendus erat. Nam foſſae quo altiores, eo etiam majores recipere poterant aquas, ſed quod non credibile, Caeſarem imperaſſe militibus tam arduum laborem, foſſas xxx pedum in altitudinem effodiendi. quare veterem lectionem reſtitui.

4. QUIBUS PARTEM ALIQUAM SICORIS AVERTERET] Sic *Pet*, quoque & *Bong.* Non male *Palat.* (& editt. *Rom. Ven. Beroald.* probante *Fr. Hotomanno*) *quibus parte aliqua Sicorem averteret.* VOSSIUS. cum alii omnes MSS. retineant, *partem aliquam;* legerem potius, *partem aliquam Sicorim.* Quae eſt conſtructio Caeſari familiaris. CLARK. Lovan. quoque & Dorvill. *parte aliqua Sicorem* cum Ed. Mediol. *Sicoros* Leid. pr. Non male conjicit Clarkius. Vide ad l. I, 12. B. G. & IV, I. Sed & *parte* in Ablativo uſurpat Caeſar. Adi ad l. VII. c. 68. Tutius eſt nihil mutare, & quod plurimi & optimi Codices dant, retinere.

5. IPSIS LOCIS EXCEDERE] In aliis *ipſi.* MS. *Norv. bis locis excedere*, quam ſcripturam utraque lectione meliorem arbitror. *Ciacconio* ex conjectura placuit *iis locis*, quod eodem redit. DAVIS. Iis *locis*) Ita optime Ciacconius ex conjectura reſtituendum vidit. Quam Lectionem in MS. deinceps Elienſi repperit Daviſius. Scaliger

aliique

terant civitates, [a] victae nomen atque [1] imperium abſentis timebant: [b] quae in amicitia manſerant, Pompeji magnis adfectae beneficiis eum diligebant: Caeſaris autem in barbaris erat nomen obſcurius. [2] Hinc [c] magnos equitatus, [d] magnaque auxilia exſpectabant; & ſuis [e] locis bellum in hiemem ducere, cogitabant. Hoc inito conſilio, toto flumine [f] Ibero navis [3] conqui- 4
rere [g], & Octogeſam adduci jubent. Id erat oppidum poſitum ad Iberum, [h] miliaque paſſuum a caſtris aberat XX. Ad eum locum fluminis, navibus junctis, pontem imperant fieri: legioneſque II flumen [i] Sicorim transducunt, [k] caſtraque muniunt vallo pedum XII.

LXII. Qua re per exploratores cognita, ſummo labore militum Caeſar, 1
continuato diem noctemque opere in flumine avertendo, huc [l] jam [4] deduxerat rem, ut equites, etſi difficulter, atque aegre fiebat, poſſent tamen atque auderent flumen tranſire; pedites vero tantummodo humeris ac 2

[1] ſum-

VARIAE LECTIONES.

a *Junctae* MSS. 2. Edd. pp. b *quaeque* Buſl. L. ſec. Edd. pp. *manſerunt* V. c *hic* L. pr. ſec. Lov. Dorv. d deeſt *que* L. pr. bene. e *in locis* Carr. & mei 2 & Edd. pp. f *Hibero* MSS. ſemper. *navis* edidi e Pet. Lov. V. & aliis. g deeſt copula MSS. 5. *Totogeſma* L. pr. Pet. Lov. *Octogeſima*, vel *Octogeſma*, *Octogeſimam* nonnulli. h *milia V p. Aberat a c. XX.* MSS. o. & Edd. pp. *milibus V* B. *XXI.* Edd. pp. *XXIV.* Buſl. i *Sicorum* L. pr. Lov. & infra. k *caſtra m.* L. pr. *muniuntur* V. l deeſt Pet.

aliique omnes, (ipſis *locis*,) vel, (ipſi *locis*.) Quorum utrumque languidum prorſus & ineptum. CLARK. Cum tamen MSS. omnes & Edd. vett. exhibeant, *ipſi*, id omnino retinendum judico. Quare reſcripſi *ipſi iis l.* Facillimus lapſus ex *ipſius* ſeu *is in ipſis*. *Ipſi* jam, cum antea viſus eſſet Caeſar excedere debere illis locis ob incommoda, quae retulit. Sic c. 9. *Ipſi exercitus dimittant* & ſaepiſſime. l. II. B. Civ. c. 31. *Ipſe deficiam.* *Ipſis locis* alioqui explicari poſſet pro *iis ipſis l.* V. Gronov. ad Liv. l. V. c. 43. Uti etiam aliquoties *ipſe* pro *ego ipſe* occurrit.

1. IMPERIUM ABSENTIS TIMEBANT] Hiſtoriarum periti ſatis intelligunt Pompejum denotari, qui cum Metello bellum Sertorianum confecit. Vide inter alios *Florum* l. III. c. XXII. Durum tamen eſt, ut nomen illud hoc in loco ſubaudiatur, cum de Pompejo proxime non agatur. An, voce tranſpoſita, legendum *Imperium abſentis Pompeji timebant: quae in amicitia manſerant, magnis affectae beneficiis* &c.? Certe clarior multo & apertior ſit ſententia. DAVIS. Ingenioſe quidem. Verum non inſolens eſt etiam optimis Autoribus, in ſententia bimembri, Antecedens, quod ad utramque partem pertineat, in poſteriorem partem ſententiae rejicere. CLARK.

2. HINC MAGNOS EQUITATUS] Rarum hoc, ut *equitatus* vox in plurali uſurpetur. VOSSIUS. Rarum aſſerit *Voſſius*, ut *equitatus* vox in plurali uſurpetur. Scriptor tamen de Bell. Hiſpan. c. XXXVI. *Peditatibus & equitatibus ad perſequendum celeriter iter faciens.* *Florus* l. III. c. XI, 8. *Tum ſine mora circumfuſi undique equitatus.* Item alii. DAVIS. Vide ad l. VI. c. 7.

3. CONQUIRERE ET O. ADDUCI] Placet Hotomano *conquiri*, quod & orae ſui codicis adlevit Ill. Heinſius, atque ita ediderunt Vaſcoſ. Str. Steph. & Gryph. poſt. Sed invitis omnibus, quod ſciam MSS. Saepius tum alibi, tum ſupra habuimus, *jubeo* conſtrui cum infinitivo Activo, ſubintellecto *milites*. V. Indicem. Sed & cum Activo & paſſivo conſtrui ſimul vidimus ad Lucan. l. X, 347. *ut colla ferire*

Caeſaris, & ſocerum jungi tibi, Magne, juberet.

Quomodo idem l. I, 589.

Monſtra jubet primum, quae nullo ſemine diſcors
Protulerat natura, rapi, ſterilique nefandos
Ex utero fetus infauſtis urere flammis.

4. REM DEDUXERAT] Ita Manutius, Ciaccon. Brant. conjecerunt, uti aliquoties ſcribit cum aliis noſter. cum in vulgatis eſſet *duxerat.* atque ita Dorv. Verum eorum MSS. & mei ceteri habent cum Achillis Statii libro, item Edd. Vaſc. Str. Steph. Gryph. poſt. *huc jam reduxerat rem.* Quod forſan non ſpernendum eſt. *Re* ſaepe abundat fere in Compoſitis, ut apud noſtrum *reſarcire*, *renunciare*, *retinere* & alia, de quibus ſuo loco. Sed & verum eſt, paſſim *educere*, *deduc. reduc.* & *ducere* in MSS. confundi. Grutero non diſplicebat *Rem duxerat.* Sed *ducere rem* cum aliis Caeſari eſt *differre*; ut l. VII. c. XI. & paſſim *ducere bellum* Saltem e Codd. ordinem mutavi & *ded. rem* repoſui.

1 ſummo pectore exſtare; & quum altitudine aquae, tum etiam rapiditate
3 fluminis ad tranſeundum [non] inpedirentur. Sed tamen eodem fere tempore pons in Ibero prope effectus nunciabatur; & in Sicori vadum reperiebatur.

LXIII.

poſui. Eadem fere confuſio c. 70. c. 12. *Res huc deducitur.*

1. SUMMO PECTORE EXSTARE] Syntaxeως ratio videtur poſtulare, ut legatur *exſtarent*, quemadmodum repraeſentant editt. *Rom. Ven. Beroald.* DAVIS. *Ut equites, etſi difficulter* ——, *poſſent tamen atque auderent flumen tranſire. Pedites vero tantummodo humeris ac ſummo pectore* exſtabant; ut, *quum altitudine aquae, tum etiam rapiditate fluminis, ad tranſeundum* impedirentur.) Mire hoc in loco caecutierunt omnes Caeſaris Editores. Scaliger & Recentiores ediderunt, (*pectore* exſtare; & —— *ad tranſeundem* NON impedirentur.) Daviſius, ex veteribus Editionibus, poſtulante Syntaxi, reſtituendum cenſet, (*pectore* exſtarent, & —— *ad tranſeundem* non impedirentur.) Omnes autem, cum contra Manuſcriptorum fidem; tum etiam contra plane, ac erat mens Autoris. Non enim id vult Caeſar, pedites *NON fuiſſe impeditos*, ſed plane *fuiſſe impeditos.* Patet ex Syntaxi. *Huc jam*, inquit, *rem deduxerat, ut equites, etſi difficulter* ——, *poſſent tamen atque auderent flumen tranſire. Pedites vero, TANTUMMODO humeris ac ſummo pectore exſtabant; ut, quum altitudine aquae, tum etiam rapiditate fluminis, ad tranſeundum impedirentur.* Si dixiſſet, (ut volunt Editores) *non impedirentur*; quid (obſecro) eſt illud, *TANTUMMODO humeris ac ſummo pectore exſtabant*? Quod enim quis *Tantummodo humeris*, nec majori corporis parte, ex aqua exſtet; ea profecto cauſſa eſſe poterit, quamobrem ad tranſeundum *impediatur*; nequaquam autem, quamobrem *non impediatur.* Si rationem hanc attuliſſet Caeſar, quamobrem *non impedirentur*; dixiſſet utique eos *Totis* humeris, *Totoque* pectore, nec minori corporis parte, extitiſſe ex aqua. Porro, mentem hic fuiſſe Caeſari ut diceret, Pedites *FUISSE* ad tranſeundum *impeditos*) patet ex eo, quod ſequitur, c. 63. *Relinquebatur*, inquit, *Caeſari nihil, niſi uti* Equitatu *agmen adverſariorum male haberet & carperet.* Qui poſtquam tranſiſſent, tum demum *Pedites* Caeſarem adire atque obſecrare, (c. 64.) *ne labori ſuo neu periculo parceret; Paratos eſſe Seſe; Poſſe & audere ea tranſire flumen, qua transductus eſſet equitatus.* Atque hoc demum in errorem inductos puto Editores; qui ideo in priore loco ſcripſerant, *non impedirentur*, quia in hoc poſteriore loco dictum eſt eos *poſſe* tandem & *audere flumen tranſire:* cum eo contrario ideo in priore loco narrat Caeſar pedites *fuiſſe impeditos*, ut in hoc poſteriore loco eorum audaciam & fortitudinem oſtendat, qui, poſtquam Equitatus tranſiſſet, clamarent tandem, *poſſe SE quoque & audere ea tranſire*, qua tranſiri non poſſe viſum fuiſſet. Pro eo igitur, quod in editis eſt (*ad tranſeundum* non *impedirentur*) reſcribo ex MSS. Reg. & Voſſii (*ad tranſeundum impedirentur.*) Deinde pro eo, quod in Editis eſt (*exſtarent* vel *exſtare & &c.*) repono ex MS. Reg. (*exſtabant, ut &c.*) Etenim ſi attentius perpendes, liquebit vocem praecedentem (*tantummodo* intercedere neceſſarie, quo minus locum habere hic poſſit illud *extarent.* Non enim *in flumine avertendo rem huc deduxerat* Caeſar; ut pedites TANTUMMODO humeris EXSTARENT. Abſurdum hoc, (dicendum enim potius fuiſſet TOTIS *humeris* exſtarent.) Sed poſtquam rem eo deduxerat, ut *equites poſſent* tranſire, pedites tamen adhuc *tantummodo humeris*, nec majoris corporis parte, EXTABANT, ut, adeo altitudine & rapiditate fluminis *etiam adhuc* ad tranſeundum impedirentur. *Pons* intelligitur ab Afranio conſtitutus & *vadum* a Caeſare effectum. CLARK. Dele notam; & hanc adde: *& quum altitudine aquae tum etiam rapiditate fluminis ad tranſeundum* non *impedirentur*) *Gryphius* & *Urſinus* exhibent *Ut cum altitudine aquae, tum etiam rapiditate fluminis ad tranſeundum impedirentur.* Ac ſenſui quidem officit particula negans. Ad eos igitur codices reſingendus eſt locus; nec aliter ex aliis libris faciendum judicavit Cl. *Clarkius.* Is tamen in eo falſus eſt, quod fide MSti Regii dederit *ſummo pectore* extabant, cum EXTARE ſit in aliis omnibus praeter unum infimae aetatis: apud Hiſtoricos enim haec *infinitiva* imperfectorum locum ſexcenties obtinent. DAVIS. *Cur. ſec.* Uti Gryph. & Urſin. ſic etiam Vaſcoſ. Stephan. aliique exhibuerunt, niſi quod pro *quum* habeant *tum.* quomodo pro *quum* eſt etiam in Lovan. Palat. Leid. ſec. Dorv. & Edd. primis. *Exſtare* bene oſtendit Daviſius cum Grutero non eſſe mutandum in *exſtabant*, licet ita etiam ſit in Bong. & Leid. ſec. *Exſtare &* eſt in MSto Urſini, Petav. Palat. Scalig. & Dorvill. ſed *exſtarent* cum Edd. ante Scalig. Lovan. Carrar. & Leid. pr. qui caret *&*. *Ut* etiam Lovan. Leid. ſec. Palat. Dorv. & Edd. pp. *Non* ſine dubio male inculcant Urſ. Hotom. & plerique mei codices. Carent eo tamen Voſſ. Leid. ſec. Ill. Heinſius legebat *exſtarent, ſed tum &c. ad tr. inpedirentur.*

LXIII. Jam vero eo magis illi maturandum iter exiſtimabant. Itaque II 1
auxiliaribus cohortibus [a] Ilerdae praeſidio relictis, omnibus copiis Sicorim
tranſeunt, & cum II legionibus, quas [b] ſuperioribus diebus tranſduxerant,
caſtra [c] conjungunt. Relinquebatur Caeſari nihil, niſi uti equitatu [1] agmen 2
adverſariorum male haberet, [d] & carperet: pons enim ipſius magnum circuitum habebat; ut multo breviore itinere illi ad Iberum pervenire poſſent.
[e] Equites ab eo miſſi flumen tranſeunt, & quum de tertia vigilia Pe- 3
trejus atque Afranius caſtra moviſſent, repente ſeſe ad noviſſimum agmen oſtendunt; &, magna multitudine circumfuſa, morari atque iter inpedire incipiunt.

LXIV. Prima luce ex ſuperioribus [f] locis, quae Caeſaris caſtris erant 1
conjuncta, [2] cernebatur, equitatus noſtri proelio noviſſimos illorum premi
vehementer, ac nonnumquam [g] ſuſtinere extremum agmen, atque [h] inter-
rumpi: alias [i] inferri ſigna, & univerſarum cohortium inpetu [k] noſtros 2
propelli, [l] dein rurſus [3] converſos inſequi: [4] totis vero caſtris milites circulari,

VARIAE LECTIONES.

a *Ilerdam* Lov. Dorv. Edd. pp. *ad Ilerdam* Lipſ. b *in ſ.* Pal. B. L. ſec. Dorv. *traduxerunt* Pet. L. pr. V. c *jungunt* L. pr. d *ut* Lov. Dorv. L. ſec. idem cum V. Ed. Ven. *caperet.* male. e *illi eq.* MSS. 3. f *caſtris* ſupr. *locis* L. pr. g *diſtineri* Ciacc. *ſubſiſtere* Edd. pp. Vaſc. Steph. & aliae male V. ad l. II, 25. *nunquam* L. pr. V. h *interrumpi alas* Carr. L. ſec. Bong. Dorv. i *ferri* MSS. 4. k *noſtrarum* MSS. 2. l Sic L. pr. Lov. Dorv. & alii, non *deinde.*

rentur. Nihil ego muto, niſi quod uncis incluſerim *non.* Dicit Caeſar rem eo deductam eſſe, ut equites poſſent & auderent tranſire, pedites vero *poſſent* ſcilicet tantummodo humeris exſtare, & impedirentur adeoque altitudine & rapiditate aquae tranſire. Nam ad enallagen Modi hic recurrere non opus eſt, quae rarior eſt in Caeſare, & hic foret in medio ſic poſita ſane duriſſima. Si quis pro *&* vel *ut* malit *at* per me licet. Verum non neceſſe eſt. Quaerendum igitur reſtat, unde illud *non* irrepſerit in pleroſque & vetuſtiſſimos Codices. Arridet *Vado.* l. VII, 55. *ex navibus creverat, ut tranſiri vado non poſſe videretur.* l. III. B. Civ. c. 30. *Ut vado tranſire poſſet.* c. 37. *vado tranſducit.* Adde ad Front. I, 4, 10.

1. AGMEN ADVERSARIORUM MALE HABERET, ET CARPERET] Vexaret vel attenuaret, ut explicat *Nonius.* Sic hujuſce libri c. LXXXVIII. *Equitatu praemiſſo qui noviſſimum agmen carperet. Hirtius* Bell. Afric. c. LXXV. *Agmen ejus extremum carpere. Apulejus* Metam. l. VIII. p. 157. *Carpebat animum. Silius* Italicus l. II, 458.

Carpebatque dies urbem ——

Vide & *Ovidium* Art. Amand. l. II, 114. Editt. vett. corrupte exhibent *male baberet, & caperet.* DAVIS.

2. CERNEBATUR PREMI.] MS. Reg. item Pal. Lovan. Dorv. Bong. & Leid. ſec. cum Edd. Rom. Med. Ven. *cernebantur, & premere* MS. Reg. cum Leid. ſec. ut *equitatus* rurſus in plurali dicat. At tamen ſiquid mutandum, praefero, quod eſt in Petav. & Elienſi *Cernebant.* Quod videtur elegantius.

3. CONVERSOS] Non damno hoc; ſed nec temere rejicienda lectio Codicum Petav. Palat. Scalig. Lovan. Dorv. *converſo* ſcilicet *inpetu.*

4. TOTIS VERO CASTRIS MILITES CIRCULARI] Sic recte repoſuerunt jam pridem viri docti, & habet MS. Cujac. Pet. Palat. Dicuntur enim homines *circulari*, cum re nova audita conveniunt, & quaſi in orbem conſiſtunt. Unde *circulatores*, homines infames, nomen adepti a circulis, quos convenire faciunt; qualem denotat Tacitus cum I. Annal. ait, *miſcere coetus biſtrionali ſtudio doctus.* Ἀγύρτας Graeci vocavere: ab eadem origine, quia ἀγείρουσι καὶ συνάγουσι τὸν ὄχλον. H. Stephanus putabat appellatos ἀπὸ τοῦ περιάγειν, quia circumducunt ſecum homines per urbes: ſed prius ſimplicius eſt, & congruit illis circulatoribus. VOSSIUS. Circulos facere, colloquendi cauſa. Circulus eſt orbis fabulantium, unde qui in hujuſmodi coetus conveniunt, *circulari* dicuntur. *Seneca* epiſt. XI. *Iſtam vim dicendi* —— *aptiorem eſſe* circulanti *judices, quam agenti rem magnam ac ſeriam, docentique.* Sic & Epiſt. XC. ſi Codici *Lipſiano* fides. In editt. *Rom. Ven. Beroald.* eſt *milites conturbari*, quam lectionem adverſantibus MSS. intruſerunt editores, quod vocem paullo ratio-

lari, & dolere, hoſtem ex manibus dimitti, [1] bellum neceſſario longius
3 duci; [a] centuriones, tribunoſque militum adire, atque obſecrare, ut per
eos Caeſar certior fieret, *ne labori ſuo*, [2] *neu* [b] *periculo parceret: paratos*
eſſe, ſeſe poſſe & audere eâ tranſire flumen, quâ tranſductus eſſet equita-
4 *tus.* Quorum ſtudio & vocibus excitatus Caeſar, etſi timebat [3] tantae ma-
gnitudinis flumini exercitum objicere, conandum tamen, atque experi-
5 endum [4] judicat. Itaque infirmiores milites ex omnibus centuriis [c] deligi ju-
bet, quorum aut animus, aut vires videbantur ſuſtinere non poſſe: hos cum
6 legione una praeſidio caſtris [d] relinquit. Reliquas legiones expeditas edu-
cit; magnoque numero jumentorum in flumine ſupra atque infra conſtitu-
7 to, tranſducit exercitum. [5] Pauci ex his militibus vi fluminis abrepti ab e-
quitatu excipiuntur, ac ſublevantur: [6] interiit tamen nemo. Tranſducto in-
columi exercitu, copias inſtruit; triplicemque aciem ducere incipit, ac
7 tantum [f] fuit in militibus ſtudii, ut, [8] milium VI [g] ad iter addito circuitu,
magna-

VARIAE LECTIONES.

a *Centurioneſque* Lov. b vulgo *nec*. c *diligi* Lov. V. d *reliquit* MSS. 5. Edd. pp. e *interit* Lov. & alii 3. f *fluit* V. vulgo *ſtudium*. g vulgo deſunt hae voces.

tariorem non intelligerent, ut recte vidit *P. Victorius* Var. Lect. l. VIII. c. XIII. DAVIS. *Circulari* etiam mei, quod recte cum Urſino ex ejus Codice reſtituit Scaliger. *Conturbari* eſt in ſolo Leid. ſec. Vide etiam Brantium & alios.

1. BELLUM NECESSARIO LONGIUS DUCI] Sic plerique codices: nec male, ſi *neceſſario* in auferendi caſu poſitum dicas. Non male interea Palatin. *bellum non neceſſario longius duci.* Et tum *neceſſario* adverbium erit. VOSSIUS. *Non* addidit Cellarius e Palatino, quo cum faciunt Brant. Lovan. & Dorv. *bellumque* Ciaccon. MS. & Leid. ſec. cum Bong. Vaſc. Mihi etiam magis placet *non neceſſario*.

2. NEU PERICULO PARCERET] Sic MSS. Reg. & Elienſis elegantius paullo. Vulgg. *nec*. CLARKE. Typographico errore *neu* abiiſſe puto in *nec* in Edit. Scaligerana. MSS. & Edd. omnes ante illam *neu*. Leid. ſec. *neve*. Dein *ea* abeſt a MSS. aliquot & Edd. primis, in quibus etiam *quo*, ut & MSS. duobus. Contra *eo*, *qua* Leid. pr. ſed vide ad l. V, 51.

3. TANTAE MAGNITUDINIS FLUMINI] In Petav. & Leidenſi primo *t. magnitudini fluminis*. At id ſimplicitatem Caeſaris excedit. Si quid mutandum, malim *tanta magnitudine flumini*. Vide ad l. IV, 1. B. G. *inmani corporum magnitudine homines*.

4 JUDICAT] Norvic. *judicavit*. Quod rectius DAVIS. *Cur. ſeq.* Errat vir doctus, ut ſaepius diximus, licet & *judicabat* ſit in Leid. pr.

5. PAUCI] MSS. Urſini, Norvic. item Petav. Scalig. Leid. pr. Lovan. Voſſ. *Paucis ex his militibus arma in flumine ab eq.* &c. *In flumine* habent quoque Pal. Bong. Leid. ſec. Dorv. & Edd. primae. Unde an quid melius vulgato elici poſſit, videat otioſus Lector. Quod tamen non puto. *Vi fluminis* abiit quoque in τὸ *in flumine* l. IV. c. 15. B. G. *Timore laſſitudine, vi fluminis obpreſſi perierunt.* *Abripi* etiam hac in re frequenter adhibetur.

6. INTERIIT TAMEN NEMO] Media vox huc non convenit; reſcribo itaque *interiit autem nemo. Fr. Hotomannus* legit *interiit tamen non nemo:* ſed hanc conjecturam rejicio, quia de numero mortuorum haud ita loquantur Hiſtorici. DAVIS. Vox (*tamen*,) inquit Daviſius, huc non convenit. Reſcribit itaque, *interiit autem nemo.*) Sed nihil mutandum. Vox enim (*tamen*) optime convenit. *Licet* nonnulli ex militibus vi fluminis abrepti eſſent, *tamen* nemo interiit, quippe ab equitatu excepti. Vide ſupra ad l. II. c. 32. & ad l. VIII. c. 19. CLARK.

7. TANTUM STUDIUM] Petav. Lovan. Scalig. Leid pr. ſec. Voſſ. Bong. Edd. Vaſcoſ. Str. Steph. & Gryph. poſt. *Studii.* Quam elegantiam idcirco reſtitui. Vide Periz. & ſocerum ad Valer. Max. II, 9. *Tantum amplitudinis.* l. VI. B. G. c. 35. *praeſidii tantum.* Drak. ad Liv. IV, 4, 56. *tantum belli.* l. II. B. Civ. c. 7. *tantum luctus.* l. III. c. 1. *tantum navium.*

8. MILLIUM VI ADDITO CIRCUITU, MAGNAQUE AD VADUM FLUMINIS MORA INTERPOSITA] Haec lectio non eſt e MSS. ſed ab ingenio *Joſ. Scaligeri* provenit. Omnes exhibent *millium* VI *ad iter addito ad vadum circuitu, magnaque fluminis mora interpoſita*; unde lego *millium* VI *ad iter*

addito

magnaque ad vadum fluminis mora interpoſita, eos, qui de tertia vigilia
exiſſent, ante horam diei IX conſequerentur.

LXV. Quos ubi Afranius [1] procul viſos cum Petrejo conſpexit, nova re 1
perterritus, locis ſuperioribus [2] conſiſtit, aciemque inſtruit. Caeſar in cam- 2
pis exercitum [a] reficit, ne defeſſum proelio objiciat: rurſus [b] conantis pro-
gredi inſequitur, & moratur. Illi neceſſario maturius, quam conſtituerant, 3
caſtra ponunt: ſuberant enim montes, atque a milibus paſſuum V itinera
difficilia atque anguſta excipiebant. Hos [c] intra montes ſe recipiebant, ut 4
equitatum [d] effugerent Caeſaris; praeſidiiſque in anguſtiis conlocatis, exer-
citum itinere prohiberent; ipſi ſine periculo, ac timore, Iberum copias tranſ-
ducerent. Quod fuit illis conandum, atque omni ratione efficiendum: [e] ſed 5
totius diei pugna, atque itineris labore defeſſi rem in poſterum diem diſtu-
lerunt. Caeſar quoque in [f] proximo colle caſtra ponit.

LXVI. Media circiter nocte [g] iis, qui [h] adaquandi cauſſa longius a ca- 1
ſtris proceſſerant, ab equitibus correptis, fit [i] ab his certior Caeſar, duces
adverſariorum ſilentio copias [k] caſtris educere. Quo cognito, [3] ſignum da-
ri ju-

VARIAE LECTIONES.

a *Refecit* Lov. V. Dorv. a m. ſ. Edd. R. M. V. b Sic L. pr. V. non per *e. proficiſci* L. pr. c MSS. o. & Edd. primae. *mont. int.* d *Caeſ. eff.* MSS. 2. Edd. pp. e *&* MSS. & Edd. antiquae praeter MS. Scal. & Ed. R. Steph. Nonnulli ponunt parentheſin a *ſuberant* uſque ad *efficiendum.* ſed V. Manut. & Ciacc. f *proximum collem* L. pr. Nil muto. V. tamen ad l. VIII, 4. g *ii* &c. *correpti ſunt* Lov. *hi* vel *ti* &c. *correpti* Leid. pr. Pal. Dorv. Edd. pp. non male. h *aquandi* L. ſec. Urſ. ſed V. l. VIII, 41. i *ab his* deſunt Car. V. k abeſt L. pr. Pal.

addito circuitu, magnaque ad vadum fluminis mora interpoſita; nam vir ſummus duas voces tranſpoſitas ſuo loco videtur donaſſe; totidem vero perperam omiſit. DAVIS. *Ad iter* Ciacconius deleri primus juſſit. *ad vadum fluminis* ut tranſpoſuit Scaliger, exſtat in ipſius codice. Reliqui cum Edd. prioribus *ad iter addito ad vadum circuitu.* Daviſii correctionem merito probat Clarkius.

1. PROCUL VISOS] Ultima vox abundat, ut *Pet. Ciacconio* & *Joſ. Scaligero* obſervatum. Reſcribo *procul ipſos. Juſtinus* lib. I. c. IX. Quibus *ne* ipſis *quidem animus* —— *defuit.* Vide & *Lactantium* Div. Inſt. l. V. c. II. extr. DAVIS. Scaliger vocem (*viſos*) delendam exiſtimat. Daviſius emendat, (*procul* ipſos.) Sed vocem (*ipſos*) hoc modo non uſurpant boni Autores, niſi ἐμφατικῶς; quod hic locum non habet. Neque vero abundat illud (*viſos*:) Etenim (*procul viſos*,) eſt (*ſubito e longinquo apparentes*;) (*conſpicere*) autem, hoc in loco eſt (*attentius intueri*) CLARK. Dele *reſcribo procul ipſos* ad finem notae: ſed eorum loco haec pone: eam tamen repraeſentant omnes MSSti. Forſan legendum *prope ſuos*, vel *non procul ſuis*. DAVIS. *Cur. ſec.* Nihilominus, ſi a Codice idoneo abeſſet, ejicere malim. Nunc in explicatione Clarkii acquieſco. in Leid. pr. *quos ubi vidit Afr.* &c

2. CONSISTIT, ACIEMQUE INSTRUIT] Sic rurſus e Ciacconii conjectura edidit Scaliger, & poſt eum ceteri; contra Vaſcoſ. Str. Steph. Gryph. poſt. *conſtitit, aciemque inſtruxit.* At MSS. & Edd. Vett. conſtanter *conſtitit aciemque inſtruit.* creberrima conjunctione Praeteriti & Praeſentis; quam perperam ubique tollunt editores. Vide praeter alia ad c. 41. *Sub caſtris conſtitit & facit pugnandi poteſtatem.*

3. SIGNUM DARI JUBET, ET VASA MILITARI MORE CONCLAMARI] Accuratius haec Frontinus l. I. c. IIX. C. *Caeſar*, inquit, *per exceptum quendam aquatorem, cum comperiſſet Afranium Petrejumque caſtra noctu moturos, ut, citra vexationem ſuorum, hoſtilia impediret conſilia, in initio ſtatim noctis vaſa conclamare milites, & praeter adverſariorum caſtra agi mulos cum fremitu, & ſonum juſſit continuare, quos retentos volebat arbitrari caſtra Caeſarem movere.* Putabam ἀνιστορησίαν eſſe: nam ſtratagemate mulorum ad Gergoviam uſus Caeſar, ut ſupra legimus l. VII. Dicat forſan quis & hic ſimile aliquid contigiſſe: idque colligo ex verbis, quae infra occurrunt: nam erant in caſtris Afranianis, qui dicerent: *non poſſe clam exiri, circumfundi noctu equitatum Caeſaris, atque omnia*

ri jubet, & vaſa militari more conclamari. Illi, exaudito clamore, veriti,
ne noctu inpediti ſub onere confligere cogerentur, aut [a] ne ab equitatu
Caeſaris in anguſtiis [1] tenerentur, iter ſupprimunt, copiasque [b] in caſtris
3 continent. Poſtero die Petrejus cum paucis equitibus occulte ad exploranda loca proficiſcitur. Hoc idem fit ex caſtris Caeſaris. Mittitur L. Decidius
4 [c] Saxa cum paucis, qui loci naturam [d] perſpiciat. Uterque idem ſuis renunciat, [e] v milia paſſuum proxima intercedere itineris campeſtris: inde excipere loca aſpera & montuoſa. Qui prior has anguſtias [f] occupaverit, ab hoc hoſtem [g] prohiberi, nihil eſſe negotii.
1 LXVII. [2] Diſputatur in [h] conſilio a Petrejo, & Afranio, & tempus profectionis quaeritur. Plerique cenſebant, *ut noctu iter facerent: poſſe prius*
2 *ad anguſtias* [i] *veniri, quam ſentirentur.* Alii, *quod* [3] *pridie noctu conclamatum*

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt L. ſec. Dorv. b abeſt praep. Lov. *retin.* Carr. *poſtera* L. ſec. Dorv. *poſtremo* Ed. Med. c Sic 4 MSS. Urſ. Pet. Cuj. Sc. L. pr. V. Carr. alii cum Edd. Vett. *Saxo.* ſed V. Manut. & Ciacc. d *perſpiciunt* V. Ed. Ven. *perſpiciant* Dorv. Edd. R. M. nec male. e *VIII* Pet. *paſſus* Lov. *intercedere* MSS. 5. V. l. VII, 47. infra c. 78. f vulgo *occupaverat.* g *probibere* MSS. mei o. praeter Voſſ. h vulgo *concilio.* i *perveniri* Pal. B. L. ſec. Dorv. Edd. pp. Vaſc. St. Steph. Gr. poſt. *ſentiretur* Carr. L. ſec. Scal. & Edd. Vaſc. St. Steph. G. poſt.

omnia loca atque itinera obſideri: ſed facile occurritur, cum ipſe Caeſar dicat, non aliunde eam opinionem profectam, quam quia anteacta nocte conclamari vaſa in caſtris Caeſaris audiiſſent. De Frontini loco obiter moneo, ſuſpectum mendi videri, & vocem illam *milites* a librario imperito inſertam; nam nullus dixit *vaſa conclamare milites.* Neque id arbitror ab militibus factum: ſed puto delectos fuiſſe praecones, qui id facerent, quomodo *Teſſerarii* fuere, qui teſſeram militibus annunciarent. Nec miretur quis, totam me vocem audacter adeo ejicere ex Frontino, qui corruptiſſimus hodie circumfertur. Sane in Vegetio complura id genus occurrunt: quale hoc quod l. II. c. V. *Jurant autem milites, omnia ſe ſtrenue facturos quae juſſerit Imperator, nunquam deſerturos militiam, nec mortem recuſaturos pro Romana Republica.* Ubi certe multum vereor ne vox *militiam* a ſciolo aliquo adjecta ſit, qui cum neſciret *deſerere*, & *deſertores* dici ἁπλῶς, putavit addendam vocem *militiae.* Certe ſi id diſplicet, contra morem Vetuſtatis ſcripſit Vegetius. Prius tamen malo dicere. In Frontino, quin idem uſu venerit, non ambigo: imperitus quiſpiam cum putaret vaſa ab aliquo conclamari, inſeruit vocem *milites.* Tu eam expunge, & lege mecum *vaſa conclamari.* VOSSIUS. Grutero ſuſpectae ſunt de Gloſſa voces *militari more.* Certe id a Caeſare addi non opus erat, ut l. III. c. 37. *Ne conclamatis quidem vaſis.* Immo hanc ſuſpicionem non eſſe vanam, docet variatio, quae eſt in MSS. nam in Leid. pr. Scalig. Petav. Voſſ. ac Palat. *militaria more conclamari:* immo *more* ſupraſcriptum eſt in Leid. pr. At in Lovan. & Dorvill. *militaria, more conclamandi proferre.* quod ultimum verbum exſtat etiam in Leid. ſec. Ex *militaria more*, ſi retinemus has voces, commode facere poſſes *militari de more.* Formula enim eſt frequens *de more.* Nequaquam enim voces has proſcriberem; & ad formulam illam pertinuiſſe videntur. Sic enim & l. III. c. 38. *Vaſis militari more conclamatis:* ubi eadem variatio.

1. TENERENTUR] Ne promoverent iter. Quomodo in MSS. conſtanter. In Ed. quadam *tuerentur.* Freinſh. Ind. Curt. V. *obterere*, conjecit *tererentur.* Fruſtra, ut jam monuit Cellarius. Infra *Montoſa* ediderunt Rom. Vaſcoſ. Str. & Gryph. poſt. cum Cellario, Sed contra MSS. omnes, & l. III. B. C. c. 42, 49. V. ad Front. 1, 8, 12. Eadem confuſio in *monſtroſus & monſtruoſus*, & aliis. Ceterum dein reſcripſi *occupaverit* e MSS. praeter Dorv. & Edd. omnibus, etiam Scal. Clark. Cellarii ut debet. Vulgo *occupaverat*, perperam. Vide ad l. v, 27.

2. DISPUTATUR IN CONCILIO] Legendum *in conſilio*, & poſtea *haec vicit in conſilio ſententia.* non enim coram tota militum turba haec agitabantur. DAVIS. *Conſilio* reſcripſi, hic & infra h. cap. autoribus MSS. tantum non omnibus, & Edd. Rom. Mediol. Ven. R. Steph. Vide ad l. v. c. 28. & alibi. Dein *ab Petrejo*, Leid. pr. item *atque Af.* uti etiam Voſſ. & Edd. Vaſc. Str. Steph. Gr. poſt. *& ab Af.* Dorv. Leid. ſec. Edd. primae. Nec hoc male. Adi ad l. v, 34. *ab Duce & a fortuna.*

3. PRIDIE

matum eſſet [1] *in caſtris Caeſaris*, [2] *argumenti* [a] *ſumebant loco, non poſſe*
clam exiri, circumfundi noctu [b] *equitatum Caeſaris, atque omnia loca,*
[c] *atque itinera obſideri: nocturnaque proelia eſſe vitanda, quod perter-* 3
ritus miles in civili diſſenſione [3] *timori magis, quam* [d] *religioni conſule-*
re [e] *conſuerit:* [4] *at* [f] *lucem multum per ſe pudorem omnium oculis, mul-* 4
tum etiam tribunorum militum & centurionum [g] *praeſentiam adferre,*
quibus rebus coërceri milites, & in officio contineri ſoleant. Quare omni 5
ratione [h] *eſſe interdiu perrumpendum: etſi* [5] *aliquo accepto detrimento,*

VARIAE LECTIONES.

a *argumenta* Carr. *argumentis* Lov. *argumentum* Edd. pp. b *equitatu* L. pr. c hae 2 voces in marg. L. pr. & L. ſec. Lov. rectius. *obſidere* Pet. L. pr. Sc. d *jurisjurandi* L. ſec. e Gloſſa. e Sic Pet. Lov. reliqui & Edd. pp. *conſuevit.* vulgo *conſueverit.* f *ad* MSS. o. & Edd. qdd. g *praeſentium* MSS. 3. h deeſt L. pr. bene.

3. PRIDIE NOCTU] Vocem *noctu* non agnoſcit Petavianus. VOSSIUS.

1. IN CASTRIS] Deeſt praepoſitio in Petav. Leid. pr. Voſſ. At Lovan. Pal. Bong. Leid. ſec. Dorv. & Edd. primae *a caſtris.* Clamor inde ortus eſſet. Vide ad Front. IV, 133. *expoſtulare a terra.* Gruterus *a caſtris* pro hominibus in caſtris capiebat, vel praepoſitionem delebat.

2. ARGUMENTI SUMEBANT LOCO] Pro argumento habebant. Elegans hic vocis *loci* uſus apud noſtrum & alios ſcriptores obtinet. Sic hujuſce libri c. LXXXIV. *Datur obſidis loco Caeſari filius Afranii. Jul. Obſequens* de Prodig. c. LXIII. *Incendium —— prodigii loco habebant.* Vide & c. LXVIII. Hoc cum non intelligerent Librarii, in nonnullis MSS. & antiquitus cuſis legitur *argumentum ſumebant loco.* DAVIS.

3. TIMORI MAGIS, QUAM RELIGIONI CONSULERE CONSUEVERIT] Egregie *religionem* pro *ſacramento* dixit, cujus apud Romanos maxima reverentia. Hinc Seneca epiſt. XCVI. *Primum militiae vinculum eſt religio, & ſignorum amor, deſerendi nefas.* Nam jurabat miles; ſe ſigna non deſerturum; unde Veget. l. II. c. V. *Jurant autem milites, omnia ſe ſtrenue facturos, quae juſſerit Imperator, nunquam deſerturos militiam, nec mortem recuſaturos pro Romana Republica.* Unde nunc tanto manifeſtius quod ſtatim dixi, vocem hanc *militiam* ſuppoſititiam eſſe: nam miles ſolitus jurare ſe ſigna nequaquam deſerturum, non militiam. Porro quod hic *religionem* Caeſar, idem mox *officium* appellat, cum ait: *quibus rebus coërceri milites & in officio contineri ſoleant.* Hoc eſt in officio, quod ſignis debebant, ut nunquam ea desererent. Et eodem fere modo *religionem* pro *debito officio* poſuit Cicero VII. Verrina: *Nam qui*, inquit, *ſibi hoc ſumſit; ut corrigat mores aliorum, ac peccata reprehendat: qui huic ignoſcat, ſiqua in re ab religione officii declinarit?* Hoc eſt a debito officio. VOSSIUS.

4. AT LUCEM MULTUM PER SE PUDOREM OMNIUM OCULIS] Legit *Pet. Ciacconius* contra omnia exemplaria *at luce multum per ſe pudorem omnium oculos*, non mala quidem, ſed haud neceſſaria conjectura. Pudoris enim ſedes in oculis interdum collocatur; ut apud *Euripidem* Αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖσι γίγνεται, τέκνον. Quemadmodum autem lux pudorem, ita tenebrae impudentiam dicuntur afferre. Noſter l. II. B. C. c. XXXI. *Hujuſmodi res aut pudore aut metu continentur, quibus rebus nox maxime adverſaria eſt.* Hinc eſt quod *tenebras impudentes* vocarit *Minutius Felix* in Oct. p. 29. DAVIS. Exſtat apud *Stobaeum* Serm. XXXI. Sappho apud *Ariſtotelem* Rhetor. l. I. c. IX, 23. Αἰδὼς κέν σε οὐκ εἶχεν ὄμματα. Idem l. II, c. VIII, 23. Ἡ παροιμία, τὸ ἐν ὀφθαλμοῖς εἶναι αἰδῶ. hinc ὄμματα αἰδοῖ κεκοσμημένα memorat *Xenophon*, Ἀπομν. l. II. c. I. 22. *Theognis* v. 85. Οἷσιν ἐπὶ γλώσσῃ τε καὶ ὀφθαλμοῖσιν ἔπεστιν Αἰδώς —— ſi plura vis, adi ſis *Apollonium* Rhodium III, 93, 1067. *Longinum* περὶ ὕψους, §. IV. & *Athenaeum* l. XIII. p. 564. B. DAVIS. *Cur. ſec.*

5. ALIQUO DETRIMENTO] Non puto a librariis profectam eſſe vocem *aliquanto*, quam inveni in Leid. pr. Caeſaris ipſius videtur. Vide Waſſe in Ind. Salluſt. *Aliquanto tempore* Front. l. III, 6, 4. *Aliquantus numerus* Hirtio B. Afric. c. 21, ubi vide tamen. Ceterum non male Cel. J. F. Gronovius reponit *ſummo exercitu ſalvo* ad Livium, ni fallor. Verum cum MSS. retineant vulgatum, nil temere mutari velim. *Summa exercitus*, ut *ſumma reip.*, *rerum* &c. dici poſſe videtur: quod aeque adhibetur ac *ſumma reſpubl.* ſic *ſumma belli & ſummum bellum.* Vide etiam ad c. 21. Immo eodem modo, uti hic, l. VI. B. G. c. 34. *Non in ſumma exercitus tuenda. ſumma victoriae* l. 2. c. 82.

6. HAEC VICIT IN CONCILIO SENTENTIA] Lovan. *vincit. Carrar.* habet *haec evicit in conſi-*

tamen, ſumma exercitus ſalva, locum, quem petant, capi poſſe. [6] Haec [a] evicit in conſilio ſententia; & prima luce poſtridie conſtituunt proficiſci.

1 LXVIII. Caeſar, exploratis [b] regionibus, albente coelo, omnes copias caſtris educit; magnoque [c] circuitu, nullo certo itinere, exercitum [d] ducit. [1] nam quae itinera ad Iberum atque Octogeſam pertinebant, caſtris
2 hoſtium obpoſitis tenebantur. [2] Ipſi erant tranſſcendendae valles maxi-
3 mae, ac difficillimae: ſaxa, multis locis praerupta, iter inpediebant: [e] ut arma per manus neceſſario tranſderentur, militeſque [3] inermi [f], ſublevatique alii ab aliis magnam partem itineris [g] conficerent. Sed hunc laborem recuſabat nemo, quod eum omnium laborum finem fore exiſtimabant, ſi hoſtem Ibero intercludere, & frumento prohibere [h] potuiſſent.

1 LXIX. Ac primo [i] Afraniani milites, viſendi cauſſa, [k] laeti ex caſtris procurrebant, contumelioſiſque vocibus proſequebantur; [l] nec non; [4] *neceſ-*

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *vicit in conc.* b *leg.* Pal. L. ſec. Dorv. c *in c.* Scal. d *educit* Pet. L. pr. Sc. Lov. Pal. B. V. Dorv. Edd. pp. Latet quid. dein vulgo *namque i. quae.* e abeſt Pet. L. pr. ſec. B. V. Reg. Carr. in quo *perrupta.* dein *transdebantur* Carr. Reg. L. ſec. B. *traherentur* Lov. f vulgo *inermes.* g *conficiebant* Reg. B. L. ſec. *faciebant* Carr. h *poſſent* Lov. i *Afranii* MSS. 3. Edd. pp. k *loci* Carr. & mei 5 cum Edd. pp. l vulgo deſunt hae voces.

lio *ſententia.* Lege *haec* evincit *in* conſilio *ſententia*, ut optime *Norvic.* & *Urſini* Codex. DAVIS. *Cur. ſec. Evicit* etiam Scal. & Leid. ſec. *evincit* Leid. pr. & Voſſ. *Conſilio* MSS. omnes & Edd. Vett. Quae itaque repoſui. *Evincere* elegans verbum & efficax, & a poëtis adamatum; ſed & ab aliis. Vide notas ad Ovid. l. III. Faſt. 681. *Evicta precibus.* Horat. *evincit ratio.* Adde & ad Propert. IV, 7, 2. & ſaepius alibi.

1. NAMQUE ITINERA, QUAE.] MSS. Elienſ. & Voſſ. (*Nam quae itinera ad* &c.) Quod idem. CLARKE. Sic etiam Cod. Ciaccon. & ex meis Petav. Scalig. Leid. pr. & Edd. Vaſcoſ. Str. Stephani & Ed. Gryph. poſt. Idque vulgato non nihil eſt elegantius. Quare repoſui. c. 77. *Qui milites* &c.

2. IPSI ERANT TRANSCENDENDAE VALLES MAXIMAE AC DIFFICILLIMAE: SAXA] Ita Edd. omnes & meliores manu exarati Codices. Nihilominus in Dorvill. ſcribitur. *Ipſa erant tranſcendenda valles maxima & difficillima ſaxa* &c. Nec abeunt Leid. ſec. Lovan. Pal. & Bong. niſi quod in Leid. ſec. ſit *valle e maxima:* in ceteris *vallis*, & in Lovan. *erant* non compareat, & etiam, ſi excerptis meis fides ſit, pro *ſaxa* ſit *loca.* In ſingulari *valles* occurrere vidimus ad l. VII, 47. ſed hic locum non habere arbitror. Per valles *difficillimas* intelligere potuit Caeſar *altiſſimas*, ut ait l. II. B. Civ. c. 1. ſeu profundas. At hinc quaeri poteſt, quid ſit *tranſcendere valles*, quod verbum adhiberi ſolet in ſuperandis montibus, muris, navibus, & hinc omnibus rebus arduis. *Valles* & *colles* in MSS. ſolent confundi. Ultima vox ſi hic exſtaret, nihil difficultatis ſupereſſet. Sed nunc legendum potius alicui videatur *ipſi erant tranſcendenda valle e maxima difficillima loca.* id eſt, poſt vallem maximam, quam v. m. paſſuum longam excipiebant loca aſpera & montuoſa, ut ait auctor c. 66. contra c. 70. *ex magnis rupibus nactus planitiem.* ubi omnino vide Daviſium. atque ita ipſas MStorum litteras, & notiſſimam & *vallis* ſignificationem retinuerimus. Verum nihil temere mutare ſatius eſt: nam per *valles* intelligenda ſunt loca inaequalia, ubi nunc deſcendere in devexa ac profunda, nunc adſcendere in alta neceſſe eſt. Sic enim clare occurrit l. II. B. Civ. c. 33. *Erat vallis non ita magno, at difficili & arduo adſcenſu.* & ibidem *adeoque erat inpedita vallis, ut in adſcenſu, niſi ſublevati a ſuis, primi non eniterentur.* In eadem re *Vallem transgreſſi* Hirt. B. Alex. c. 76. *convallem tranſgredi* B. Afric. c. 50.

3. INERMES] Leid. pr. *inermis.* Sed Petav. & Voſſ. *inermi.* Veriſſime. Vide ad l. I. B. G. 40. *Quos inermos ſine cauſſa tinuiſſent.* Dein *frumento* ſolus e meis exhibet Voſſ. Ceteri cum Edd. primis *frumentum.* At nuſquam, quantum ſcio, ita loquitur noſter. Vulgo quidem ita editur l. II. B. Civ. c. 35. *aditum prohibebant*, ſed vide ibi MSS. Quare hic quoque latere quid videtur. An *frumentis* abiit in *frumentu*, & inde factum *frumentum?* Paſſim adhibet auctor in plurali *frumenta.*

4. NECESSARII VICTUS INOPIA] Ante vocem primam

ceſſarii victus inopia coactos fugere, atque [a] *ad Ilerdam reverti.* Erat
enim iter [b] a propoſito diverſum; contrariamque [c] in partem iri videba-
tur. Duces vero eorum ſuum conſilium laudibus [d] ferebant, quod [e] ſe ca- 2
ſtris tenuiſſent, multumque eorum opinionem adjuvabat, quod ſine ju-
mentis, inpedimentiſque ad iter profectos, videbant; ut non [f] poſſe diu-
tius inopiam ſuſtinere confiderent. Sed, ubi paullatim [g] retorqueri ag- 3
men ad dextram conſpexerunt; jamque primos ſuperare regionem ca-
ſtrorum [1] animum adverterunt; nemo erat adeo tardus, aut fugiens labo-
ris, quin ſtatim caſtris exeundum, atque occurrendum putarent. Concla- 4
matur ad arma; atque omnes copiae, paucis praeſidio relictis cohortibus,
exeunt; rectoque ad Iberum itinere contendunt.

LXX. Erat in celeritate omne [h] poſitum certamen, [i] utri prius an- 1
guſtias, monteſque occuparent: ſed exercitum Caeſaris viarum [k] diffi-
cultates tardabant; Afranii copias equitatus Caeſaris inſequens mora-
batur. Res tamen ab Afranianis huc erat neceſſario [l] deducta, ut, ſi 2
priores [m] montis, quos petebant, adtigiſſent, ipſi periculum vitarent,
[n] inpedimenta totius exercitus, [o] cohorteſque in caſtris relictas ſervare
non poſſent, quibus interclusis exercitu Caeſaris, auxilium ferri nulla ra-
tione poterat. Confecit prior iter Caeſar; atque [2] ex magnis rupibus na- 3
ctus planitiem, in [p] hac contra hoſtem aciem inſtruit. Afranius, quum

VARIAE LECTIONES.

[a] ab

a deeſt L. pr. b *appoſito* MSS. 2. c deeſt L. pr. *iri* exſulat L. ſec. V. *p. iniri* Dorv. Edd. R. M. V. d *ref.* V. e deeſt L. pr. Lov. Pal. Dorv. *c. ſe continuiſſent* Pet. f *poſſent* MSS. 3. g *retorquere* Edd. R. M. V. *dextras* V. *dexteram* al. vulgo *animadvert.* & *putaret.* h *propoſitum* Carr. i *ut* vel *uti* MSS. k *difficultas tardabat* L. ſec Edd. qdd. l *perducta* L. ſec. *ducta* Pet. L. pr. m Sic V. n *cum inp.* Carr. o deeſt L. pr. & *relicta* habet. p *hanc* MSS. 7. & Edd. pp. ac Gryph. id eſſet *verſus.* ſed V. c. 71. *aciem* abeſt a V. *inſtruxit* Edd. pp.

primam in MS. *Norvic.* eſt *nec non*; in edit. *Ven. hos.* Codex autem *Urſin.* & impreſſi *Rom. Beroald. nos* repraeſentant, ut legendum arbitrer: *nos neceſſarii victus inopia*; non enim eſt, cur eam voculam a mala manu adjectam putemus. DAVIS. Suffragantur MSS. Reg. Hotom. Voſſ. Leid. ſec. Bong. Dorv. Edd. Vaſc. Str. Steph. Gryph. In Ed. etiam Mediol. *hos:* verum in Cujac. & Leid. pr. ſcribitur *nec neceſſ.* & in Petaviano *nec non nec.* unde ſeſe non extricare ait Gruterus. Petav. Codicis lectio mihi unice placet; quae non intellecta a librariis eas variantes peperit. Afraniani proſequebantur eos contumelioſis vocibus, *nec non* ſcilicet *dicebant* inter alia. Crebra verbi *dico* eſt Ellipſis. Vide modo ad l. II. B. C. c. 3. l. I. B. G. c. 31. *flentes ſe projecerunt. Non minus* &c. ſupple *dicentes.* c. 74. *agunt gratias, quod* &c. *Eorum ſe beneficio vivere* ſcilicet *ajunt.* l. III. B. Civ. c. 19. in f. c. 22. Adde etiam notata ad B. Alex. c. 59. *concurrerunt, ut ſibi confligendi poteſtas daretur.* B. Hiſp. c. 22. *ei manus intentare coeperunt, illius opera ſe periiſſe,* ſc. *dicentes.* Adde Cel. Burm. ad Petron. c. 33. p. 132. Drakenb. ad Liv. IV, 20. §. 7. & Cort. ad Salluſt. Catil. 21. §. 3. 36, 3. Jug. 70, 5. 71, 5. 109, 3. *Poſt diem decimum redire jubet, ac nihil etiam nunc decreviſſe* Sc. *dicit.* & ita ſaepiſſime.

1. ANIMADVERTERUNT] In Leid. ſec. & Bong. *omnium advert.* unde bene ſubodoratus eſt Gruterus in antiquis codicibus fuiſſe *animum advert.* nam ſic diſerte exhibent Lovan. & Leid. primus cum Voſſiano. Paullo poſt idem Leid. pr. eleganter *putarent.* Vide ad l. VI. c. 11. Apul. l. III. Met. p. 44. *populus conſeptum complevit, aditus etiam ſtipaverant.*

2. EX MAGNIS RUPIBUS NACTUS PLANICIEM] Poſtquam aliquid ſpatii rupes occuparunt, proxima fuit planicies, ut recte explicat *Joan. Fr. Gronovius* Obſ. l. IV. c. XX. Sic *Juſtinus* l. XII. c. X, I. *Itaque ex magna deſperatione tandem ſaluti redditus. Vellejus Paterculus* l. I. c. XII. *Ex provocatione, ipſe modicus virium, immanis magnitu-*

dinis

[a] ab equitatu noviſſimum agmen premeretur, & ante ſe hoſtem videret,
4 collem quemdam nactus, ibi conſtitit. Ex eo loco IV [b] cetratorum [c] co-
hortis in montem, qui erat in conſpectu omnium [d] excelſiſſimus, mit-
5 tit. [e] Hunc magno curſu concitatos jubet occupare, eo conſilio, uti ipſe
eodem omnibus copiis contenderet, & mutato itinere, jugis [f] Octoge-
ſam perveniret. Hunc quum obliquo itinere cetrati peterent; conſpica-
tus [g] equitatus Caeſaris, in cohortis inpetum [h] facit: nec minimam par-
tem temporis equitum vim [i] cetrati ſuſtinere potuerunt; omneſque ab
[k] eis circumventi, in conſpectu utriuſque exercitus interficiuntur.
1 LXXI. [l] Erat occaſio bene gerendae rei. Neque vero [m] id Caeſarem
fugiebat, tanto ſub oculis accepto detrimento, perterritum [n] exercitum
ſuſtinere non poſſe, praeſertim [o] circumdatum undique equitatu, [p] quum
in loco aequo atque aperto confligeretur. [q] Idque ex omnibus partibus
2 ab eo flagitabatur. Concurrebant legati, centuriones, tribunique mili-
tum, *ne [r] dubitaret proelium committere: omnium eſſe militum paratiſ-*
3 *ſimos animos: Afranianos contra multis [s] rebus ſui timoris ſigna miſiſ-*
ſe, [t] quod ſuis non ſubveniſſent; quod de colle non [v] decederent; quod vix
[x] equitum incurſus ſuſtinerent; conlatiſque in unum locum ſignis confer-
4 *ti, neque ordines, neque ſigna ſervarent. Quod ſi iniquitatem loci [y] ti-*
meret, datum iri tamen [1] aliquo loco pugnandi facultatem; quod certe
inde [z] decedendum eſſet Afranio, nec ſine aqua permanere poſſet.
1 LXXII. Caeſar in eam ſpem venerat, ſe ſine pugna & ſine vulnere
ſuorum rem conficere poſſe; [aa] quod re frumentaria adverſarios interclu-
2 ſiſſet. *Cur etiam ſecundo proelio aliquos [bb] ex ſuis amitteret? cur vulne-*
rari pateretur optime de ſe meritos milites? cur denique [cc] fortunam
periclitaretur? praeſertim quum non minus eſſet Imperatoris, conſilio
3 *ſuperare, quam gladio: movebatur etiam miſericordia civium, [2] quos in-*
terfici-

VARIAE LECTIONES.

a deeſt L. pr. b *ceturiatorum, ceturiarum, ceturorum, orturorum, centurat.* hic & infra rurſus MSS. qdd. c Sic & infra rurſus L. pr. d abeſt MS. Hotom. Edd. R. M. V. eodem & Grut. probante, vel legente *excelſiſſimum. altiſſimus* Carr. *excellentiſſimus* L. pr. e *bic* V. *incitatos* Carr. f *Octogenſam* L. pr. g *equitatum Caeſar* B. L. ſec. V. h *fecit* L. pr. Dorv. Edd. pp. i deeſt L. pr. *non p.* L. ſec. Dorv. Pal. B. *potuerant* B. Pal. k Sic MSS. non *bis.* l *Eratque* MSS. 2. Edd. pp. m *idem* Pet. L. pr. V. n deeſt L. pr. o *cum* Lov. Dorv. *ubique* Lov. Edd. pp. *equitatum* V. Dorv. p *tum* Lov. Dorv. q deſunt uſque ad *conc.* in Edd. R. M. V. r *dubitarent* L. pr. Pal. s *modis* B. L. ſec. t *ſcilicet* e Gl. addit L. pr. v *rec.* Pet. L. pr. V. Edd. Ald. Pl. Gr. minus bene. V. Ciacc. x *ſuorum eq.* L. ſec. Dorv. y *timerent* MSS. 2. & *ire* MSS. 5. z *diſc.* B. aa *quo* MSS. 3. bb *de ſuis* L. pr. *mitteret* Pet. L. pr. Lov. V. Edd. pp. cc *fortuna* L. ſec. B. Ed. Fl.

dinis hoſtem interemit. Vide etiam notat. ad huјuſce libri c. XLVI. DAVIS.

1. ALIQUO LOCO] Prior vox *Pet. Ciacconium* offendit, qua de cauſa legendum conjecit *aequo loco.* Sed MS. *Norvic.* exhibet *alio loco*, & hanc ſane ſcripturam, ni fallor, omnes mecum probabunt. DAVIS. Sed &, (*aliquo loco*,) idem plane eſt quod (*alio loco*,) vel, (*alio aliquo loco*;) atque etiam elegantius. CLARK. Bene. Hinc etiam non mutandum in Ovid. l. XIII. Met. 323.

Aut aliqua producet callidus arte.

id eſt, quaedam alia. Ubivis hae voces permutantur.

2. QUOS INTERFICIENDOS VIDEBAT] Rarum eſt, ut

terficiendos videbat: quibus ſalvis atque incolumibus [a] *rem obtinere malebat.* Hoc conſilium Caeſaris [1] a pleriſque non [b] probabatur: milites ve- 4
ro palam inter ſe [c] loquebantur; *quoniam talis occaſio victoriae dimitteretur*, [d] *etiam quum vellet Caeſar, ſeſe non eſſe pugnaturos.* Ille in ſua ſententia perſeverat; & [e] paullulum ex eo loco digreditur, ut timo-
rem adverſariis minuat. Petrejus atque Afranius, [f] oblata facultate in 5
[g] caſtra ſeſe referunt. Caeſar, praeſidiis [2] in montibus [h] diſpoſitis, [i] omni ad Iberum intercluſo itinere, quam proxime poteſt hoſtium caſtris, caſtra communit.

LXXIII. Poſtero die duces adverſariorum perturbati, quod omnem rei 1
frumentariae, fluminiſque Iberi [3] ſpem [k] dimiſerant, de reliquis rebus con-
ſultabant. Erat unum iter, Ilerdam ſi reverti vellent; alterum, ſi Tarra- 2
conem peterent. Haec [l] conſiliantibus eis, [4] nunciatur, aquatores ab e-
quitatu premi noſtro: qua re cognita, crebras ſtationes diſponunt equi- 3
tum, & cohortium alariarum; legionariaſque [m] interjiciunt cohortis; vallumque ex caſtris ad aquam ducere incipiunt; ut [n] intra munitionem & ſine timore, & ſine ſtationibus aquari poſſent. Id opus inter ſe Petrejus atque Afranius partiuntur: ipſique, perficiendi operis cauſſa, longius [o] progrediuntur.

LXXIV. Quorum diſceſſu liberam nacti milites conloquiorum facul- 1
tatem, vulgo procedunt; & quem [5] quiſque in caſtris notum aut muni-
cipem

VARIAE LECTIONES.

a *rempublicam* Lov. b *probatur* Pet. V. c *colloq.* L. pr. d *&* L. pr. e Sic Lov. Carr. & 3. alii, non *paullum. degr.* L. pr. V. f *abl.* Pal. Dorv. g *caſtris* Lov. Dorv. h vulgo deeſt *in.* i *omnia a. I. intercluſos itinera* Pal. Lov. Dorv. & Edd. pp. in quibus *intercludit. intercluſos* V. k vulgo *amiſ.* l *conſult.* Pal. B. L. ſec. Dorv. & Edd. pp. aliaeque. ſed V. Brant. & c. 19. m *interjac.* Lov. *interfic.* L. pr. *intermittunt* Carr. MSS. mei 5. Edd. pp. *cobortis* eſt e V. *cobortibus* L. pr. n *inter* MSS. 2. *&* deeſt Dorv. Edd. pp. o *proficiſc.* Lov.

ut apud melioris aevi ſcriptores hujuſmodi participia futurum tempus adſignificent, unde *Fam. Stradam* ob hunc eorum uſum notavit *Caſp. Scioppius* Inf. Famiani p. 95. Ita tamen perſaepe loquitur *Sulpicius Severus.* Sic Hiſt. Sac. l. I. c. IV. *Se in unum*, diſpergenda *per totum orbem*, *multitudo contraxit.* Et c. VI. Multiplicandumque *ſemen ejus, ſicut arenas maris ſtellaſque coeli, ſpopondit.* Ac iterum c. VIII. *Majorem minori* ſubdendum *eſſe.* Vide etiam l. II. c. 18. DAVIS. Id eſt, debere interfici, ſi pugna fieret. Conſule Cel. Perizon. ad Sanctii Min. l. I. c. 15. p. 145.

1. A PLERISQUE] MSS. Petav. Leid. pr. Lovan. Voſſ. Brant. non agnoſcunt praepoſitionem, elegantiuſque abeſſe cenſet Manut. ſed & alibi praepoſitionem addidit Caeſar, ut obſervavit Ciacconius, quare nil temere novandum. c. 74. *conſilium a cunctis probabatur.* Adde ad c. 76 Alioquin Dativum hunc amari ab optimis quibuſque ſcriptoribus, non ſum neſcius.

2. IN MONTIBUS] Sic MS. Reg. In aliis deeſt *in.* CLARK. Suffragatur Lovan. Quare etiam recepi, poſtulante id Caeſaris perſpicuitate.

3. SPEM AMISERANT.] MSS. mei omnes & Edd. primae *ſpem dimiſerant.* Quod perperam mutarunt pro *omiſerant.* Sic *dimittere curam*, *occaſionem* &c. V. Ciaccon. & Brant. ad l. III. B. G. c. 17. N. Heinſ. & Burm. ad Ovid. Metam. I, 209. Gebhard. ad Nepot. Milt. c. 3. & paſſim. *Omnino* pro *omnem* male Brutus reponere tentat.

4. NUNCIATUR] Leid. pr. Lovan. Voſſ. *nunciantur aq.* Quod non temere ſpernas. c. 14. *falſo ejus equites adeſſe nunciabantur.* B. Afric. c. I. *Quum nunciarentur adverſariorum copiae &c. claſſeſque eſſe complures.* c. 5. *nunciabantur auxilia magna ſuppetias venire.* Adde c. 20. & Miſcell. Obſ. Vol. III. T. I. p. 138.

5. QUEM PLERISQUE IN CASTRIS NOTUM ATQUE MUNICIPEM HABEBAT, CONQUIRIT ATQUE VOCAT] Lego omnino: *quem quiſque in caſtris notum at-*

2 cipem habebat, conquirit; atque evocat. Primum [a] *agunt gratias omnes
omnibus, quod ſibi perterritis pridie peperciſſent:* [b] *eorum ſe beneficio
vivere:* [1] deinde *Imperatoris fidem* [c] *quaerunt, rectene* [d] *ſe illi ſint com-
miſſuri;* &, *quod non ab initio fecerint,* [2] *armaque cum hominibus neceſ-*
3 *ſariis, & conſanguineis contulerint,* [e] *queruntur.* His provocati ſermo-
nibus, *fidem ab imperatore de Petreji* [f] *atque Afranii vita petunt; ne*
[g] *quod in ſe ſcelus concepiſſe, neu* [h] *ſuos prodidiſſe videantur: quibus*
[i] *confirmatis rebus, ſe ſtatim ſigna tranſlaturos, confirmant;* [k] *legatoſ-*
4 *que de pace primorum ordinum centuriones ad Caeſarem mittunt.* In-
terim alii ſuos in caſtra, [3] invitandi cauſſa, adducunt; alii [l] ab ſuis ab-
ducuntur; adeo, ut una caſtra [m] jam facta ex binis viderentur. [n] Com-
pluresque tribuni militum, & centuriones ad Caeſarem veniunt, ſeque ei
5 commendant. [o] Idem hoc fit a principibus Hiſpaniae; quos [p] illi evoca-
verant, & ſecum in caſtris habebant obſidum loco. Ii ſuos notos hoſpi-
teſque quaerebant, per quem quiſque eorum aditum commendationis
6 haberet ad Caeſarem. Afranii [q] etiam filius adoleſcens, de ſua [r] ac paren-
7 tis ſui ſalute, [s] cum Caeſare, per Sulpicium legatum, agebat. Erant ple-
na laetitia & [4] gratulatione omnia; eorum, qui tanta pericula vitaſſe; &
eorum, qui ſine vulnere tantas res confeciſſe videbantur: magnumque
fructum

VARIAE LECTIONES.

a *igitur ag.* L. ſec. Pal. B. Dorv. Edd. pp. b *eorumque* Pet. *ſe* Pal. c *queruntur* MSS. 4. inepte. d deeſt MSS. 4. *illo* Pal. e vulgo *conquer.* f Sic MSS. non &. g *quid* Dorv. deeſt Carr. Edd. pp. h *hos* Pet. *viderentur* B. L. ſec. i *confirmati* Edd. pp. k *legatos d.* L. pr. l *ad ſuos add.* L. ſec. *add.* Edd. pp. m deſunt *j. f.* L. pr. n *complures t.* Pal. Dorv. & abeſt a L. pr. Lov. o Sic MSS. non *h. id.* male *hoc* ejicit Grut. V. ad l. 11, 6. p deeſt Pet. L. pr. *aut ſec.* Lov. q exſulat Pet. r Ita MSS. non &. *ſui* deeſt Pet. L. pr. bene. s abſunt *c. Caeſ.* Lov. Edd. pp.

que municipem habebat conquirit atque evocat. Sic in MStis Bongarſ. Petav. & v. c. legitur. *Evocat* etiam alii legendum putaverant. Sed Ciacconius opponit iis autoritatem Lucani, qui ſuper his ipſis colloquiis ait:

Hoſpitis ille ciet nomen, vocat ille propinquum.

Mirum certe poëtam, quia *evocat* non licebat, poſuiſſe *vocat.* Sed omitto haec. VOSSIUS. *Quem quiſque.* Sic MSS. *Bong. Pet. Voſſ. Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald. Steph.* At *J. Lipſius* & *Joſ. Scaliger* in ſuis editionibus repraeſentarunt *quem pleriſque in caſtris* &c. quae quidem lectio tam ſenſui, quam Grammaticae repugnat. Nos igitur veterum ſcripturam, probante *Voſſio*, reque ipſa clamante, reſtituimus. DAVIS. *Quiſque* & *evocat* recte etiam ſervant MSS. mei praeter unum Palat. qui cum Edd. pp. & Ald. Plant. Gryph. Scalig. aliiſque *vocat* exhibet.

1. DEINDE IMPERATORIS FIDEM QUAERUNT] Conjecit *Pet. Ciacconius*, *Dein de Imperatoris fide quaerunt*, quem ſecutus *Joſ. Scaliger* ita edidit. At alteram lectionem exhibent Codices, eaque omnino eſt retinenda. *Ovidius* Met. l. XIII. v. 89.

—— *Si quaeritis hujus*

Fortunam pugnae, non ſum ſuperatus ab illo.

Noſter l. I. B. G. c. XVIII. *Eadem ſecreto ab aliis quaerit.* In MS. *Brantiano* abſurde legitur *Imperatoris fidem queruntur.* DAVIS.

2. ARMAQUE CUM] Petav. *Arma quod cum* & ita Voſſ. pro var. lect. *Arma quo cum* Pal. Bong. *Arma enim quod cum* Dorv. & Leid. ſec. *Arma id eſt quod cum* Lovan. Scilicet legendum e Codice Urſini *Armaque quod cum*, repetito τῷ *quod*, Caeſaris more. dein *queruntur* exhibui fide MSS. meorum omnium, & Urſini. Ingrata repetitio τ̃ *con* tertio loco.

3. INVITANDI CAUSSA] Ut eos benigne amiceque exciperent; hoc enim in loco illa eſt vocis *invitandi* poteſtas. Vide quae collegit *Joan. Georg. Graevius* ad *Juſtini* l. I. c. VI. DAVIS.

4. GRATULATIONE] In Bongarſ. & Leid. ſec. *gratulationum:* quaſi Caeſar etiam duo varios caſus junxerit uni adjectivo *plenus*: de qua re vide

ad

fructum ſuae [1] priſtinae[a] lenitatis omnium judicio Caeſar ferebat; conſili-
umque ejus a cunctis probabatur.

LXXV. Quibus rebus nunciatis Afranio, ab inſtituto opere diſcedit, 1
ſeque in caſtra [b] recipit; ſic paratus, ut videbatur, ut, quicumque accidiſ-
ſet caſus, [c] hunc quieto & aequo animo ferret. [2] Petrejus vero non deſe- 2
rit ſeſe; armat familiam; cum hac, & [d] praetoria cohorte cetratorum, bar-
bariſque equitibus paucis, beneficiariis ſuis, quos ſuae cuſtodiae cauſſa ha-
bere [e] conſuerat, inproviſo ad vallum [f] advolat: conloquia militum inter-
rumpit; noſtros repellit [g] ab caſtris: quos deprehendit, interficit. Reliqui 3
coëunt inter ſe, & repentino [h] periculo exterriti ſiniſtras ſagis involvunt,
gladioſque [i] deſtringunt; atque ita ſe a cetratis, [k] equitibuſque defendunt,
caſtrorum propinquitate confiſi; ſeque in caſtra recipiunt; & ab iis cohor-
tibus, quae erant in ſtatione ad portas, defenduntur.

LXXVI. Quibus rebus confectis, flens Petrejus manipulos [l] circuit, 1
militeſque adpellat; *neu ſe, neu Pompejum* [m] *abſentem, Imperatorem ſuum,*
[n] *adverſariis ad ſubplicium tranſdant*, obſecrat. Fit celeriter [o] concurſus 2
in

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt L. pr. b *recepit* Lov. Dorv. c deeſt Carr. d *praetoriam cohortem* L. pr. ſec. Pal. B. Dorv. Bene ſi *cum hac* poſtponas. *tamen b.* V. e Sic MSS. & Edd. pp. non *conſueverat.* f *evol.* Carr. g *ac* MSS. 4. h *malo* B. Edd. Vaſc. St. Steph. Gr. poſt. *perterriti* Edd. eaedem & L. ſec. deeſt B. i ita Pet. V. k *equitibus d.* MSS. 4. Edd. pp. l *circumit* Lov. Dorv. m deeſt L. pr. Pet. n *adverſario* L. ſec. Carr. Edd. pp. MS. Hotom. qui probat. o *curſus* MSS. 3.

ad l. VIII. c. 46. Sed non multum hiſce codicibus credo.

1. PRISTINAE LENITATIS] Pridianae, quam die proximo exercuerat; ut ex eo patet, quod paullo ante milites Afraniani gratias agant omnes omnibus, *quod ſibi perterritis pridie pepercisſent.* Sic l. IV. B. G. c. XIV. *Milites noſtri, priſtini diei perfidia incitati.* (ubi plura.) *A. Gellius* Noct. Attic. l. X. c. XXIV. Die priſtino, *id eſt, priore, quod vulgo* pridie *dicitur.* DAVIS.

2. PETREJUS VERO NON DESERIT SESE; ARMAT FAMILIAM] Inquit ad hunc locum Hottomannus: *Familiae nomine intelligit, opinor, quos Proconſules ex domeſticis convictionibus, aut domeſticis apparitionibus ſecum habere conſueverant; qui quaſi ex cohorte praetoria appellari ſolent, ut ait Cicero Epiſt. ad Q. Fr. In qua nullum aliud genus animadverto, quod ex familia dici poſſit: nam ſervos certe ad arma non vocaret. Colonos quidem, de quibus ſuperius diximus, poteſt etiam hoc verbo ſignificare.* Sed, quod pace ſummi viri dixerim, plurimum fallitur. *Familia* hic Caeſari ſunt famuli, liberti, coloni: & ne dubites, audi Lucanum de eadem re loquentem: l. IV. vſ. 205.

—— nam poſtquam foedera pacis
Cognita Petrejo, ſeque & ſua tradita venum
Caſtra videt, famulas ſcelerata ad proelia dextras
Excitat.

Neque id hoc bello novum; ait de Domitio ſupra ipſe Caeſar: *Profectum item Domitium, ad occupandam Maſſiliam, navibus actuariis* VII, *quas Igili & in Coſano a privatis coactas, ſervis, libertis, colonis ſuis compleverat.* Hinc toties infra memorantur, *colonicae cohortes, & vernacula legio*, ex colonis nimirum, & ſervis ſcripta. Illud quaeri poſſit, an & gladiatores intelligantur: quod non temere dixerim. Scio fuiſſe poſtea ſolutiores ſaeculi mores. Legimus apud Tacitum I. Annalium Vibulenum quendam militem gregarium, de interfecto fratre falſo querentem, ita Blaeſum Legatum compellaſſe. *Quis fratri meo vitam, quis fratrem mihi reddit?* (lege *reddet.*) *quem miſſum ad vos a Germanico exercitu de communibus commodis, nocte proxima jugulavit per gladiatores ſuos, quos in exitium militum habet atque armat.* itaque gladiatores illi ſolebant comitari Imperatores in provincias, & erant in illorum familia, ut diſertim teſtantur Taciti verba, qui paullo poſt ſubdit: *ut pars militum gladiatores, qui e ſervitio Blaeſi erant, pars caeteram ejuſdem familiam vincirent.* Diſertim ait, gladiatores *e ſervitio* Blaeſi fuiſſe. Sed non arbitror illud tempore Caeſaris obtinuiſſe. Quamvis enim non ignorem hoc ipſo libro memorari de gladiatoribus, quos Ca-

puae

in praetorium. [1] Poſtulat, ut [a] jurent omnes, ſe exercitum, duceſque non deſerturos, neque prodituros, neque ſibi ſeparatim a reliquis conſilium
3 capturos. Princeps in haec verba [2] jurat ipſe. Idem [3] jusjurandum adigit A-
4 franium: ſubſequuntur tribuni militum, centurioneſque. [b] Centuriatim producti milites idem jurant: [c] edicunt, penes quem quiſque [d] ſit Caeſaris miles, [4] ut producatur: [e] productos palam in praetorio interficiunt; [5] ſed pleroſque hi, qui receperant, celant, noctuque per vallum emittunt. [6] Sic terror oblatus [f] a ducibus; crudelitas in ſubplicio, [g] nova religio jurisjuran- di,

VARIAE LECTIONES.

a *Venirent* MSS. 2. b *centuriati* Carr. *centuriatimque* Lov. c *& d.* MSS. 3. d deeſt L. pr. vulgo contra MSS. meliores & Edd. alias *m. Caeſ.* e *productosque* Edd. pp. f vulgo deeſt *a.* g *vana* MS. Br. & Edd. qdd. male. *Jusjurandi* Lov.

puae Caeſar habebat in ludo, eos a Lentulo productos & armatos eſſe; tamen puto hinc colligi poſſe, nondum tunc temporis id in uſu fuiſſe: nam gladiatores illi Capuae erant in ludo, ibique manebant; neque rarum id, ut Romani privati gladiatores in urbibus aut municipiis haberent, ad concilianda eorum ſtudia: itaque hic per familiam intellige ſervos, libertos, colonos, atque id genus homines. VOSSIUS.

1. POSTULAT, UT JURENT OMNES] Ita conjecit *Pet. Ciacconius*, & ita edidit *Joſ. Scaliger*, cum in Codd. quos viderant, legeretur *poſtulant, ut jurent omnes.* Antiquiſſimae tamen editt. *Rom. Ven. Beroald.* repraeſentant *poſtulat, ut jurent omnes;* quod manifeſto verum; haec enim verba ad Petrejum ſolum referuntur. DAVIS. Manutius etiam conjecit *poſtulat*, quod eſt in Bong. a. m. ſec. & Ed. Mediol. aliiſque vetuſtiſſimis.

2. JURAT. IPSE IDEM JUSJURANDUM] Elegantius, ut arbitror, hoc modo diſtinguetur oratio: *Princeps in haec verba jurat ipſe. Idem jusjurandum adigit Afranium.* Et hanc ſane interpunctionem in editt. *Rom. Beroald. Steph.* poſtea deprehendi. DAVIS. *Jurat ipſe: Idem &c.*) Ita eleganter admodum ex Editt. Vett. diſtinxit *Daviſius.* *Scaliger* & Recentiores, ſenſu admodum languido & abjecto, (*jurat; Ipſe idem &c.*) CLARKE. Monuit de ea diſtinctione in ineditis Gruterus; quam ego e MSS. admiſi.

3. JUSJURANDUM] Sic bene reſtituerunt Ciacc. Hotom. Brantius, & Scaliger, cum vulgo adderetur Praepoſitio; ut l. VII, 67. *Ad jusjurandum adactis.* Verum Edd. primae, & MSS. omnes praeter unicum Palat. non agnoſcunt *ad.* Quare etiam remota maneat.

4. UT PRODUCATUR] Elegantius multo a Petaviani Cod. manu prima, & Palat. uti & Dorvill. abeſt iſtud *ut.* Vide ad l. IV. B. G. c. 16. Ceterum *producant* eſt in Palat. Voſſ. Hotom. qui non male probat, & Edd. primis, item Beroaldin. *producat* Petav. Leid. ſec. Brant. Lov. Bong.

5. SED PLEROSQUE II QUOS RECEPERANT] Illud *ii* non ſatis placet. In Palat. erat *pleroſque quos receperant.* Petav. *pleroſque hi quos receperant celant.* Unde eruo veram lectionem, & ſine dubitatione lego, *pleroſque hi, qui receperant, celant.* VOSSIUS. Sic diſerte MS. *Norvic.* eandemque lectionem in ſuo Codice invenit, & inventam probavit *Fulv. Urſinus.* Miror igitur, unde factum, ut *Dionyſ. Voſſius* ita primus emendaſſe ſibi videretur. In vulgg. erat *pleroſque ii, quos receperant.* MS. *Palat. Pleroſque quos receperant.* Editt. *Rom. Ven. Beroald. Steph. Plerique quos ceperant, celant;* unde non male legi poſſit *plerique, quos receperant, celant.* DAVIS. Variant Codices. MSS. Elienſ. & Urſini exhibent, (*pleroſque hi, qui receperant, celant:*) Quae Lectio omnium optima videtur. MS. Reg. & Editt. aliquot Vett. (*plerique, quos ceperant* (lege *receperant,*) *celant:*) Quae Lectio priore non multo inferior. MS. unus Voſſii, (*pleroſque, quos receperant, celant:*) Quae Lectio ferri quoque poſſet. Peſſima autem omnium, & vix Latina, quam ſecutus eſt *Scaliger,* quamque exhibet alius MS. Voſſii; *pleroſque ii, quos receperant, celant.*) CLARK. *Pleroſque ii* vel *hi, qui rec.* eſt etiam in MSS. Scalig. & Leid. primo. *Pleroſque quos cep.* Dorv. & Leid. ſec. *plerique quos c.* Bong. aliique. Non male, ſi *receperant* cum aliis & Hotom. ac Brant. Codice legas. *Plerique celant eos, quos receperant.* Vulgata hodie, ab vetuſtiſſimis ſcriptis confirmata, non rurſus movenda tamen eſt.

6. SIC TERROR OBLATUS DUCIBUS] In prioribus editt. erat *ſic terror oblatus a ducibus.* Quod neſcio, cur *Scaliger* rejecerit: ego firmam lectionem eſſe non dubito. In *Petav.* erat, *terrore oblato a ducibus:* eodem modo in noſtro v. c. (ſic & in *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.*) *Palat. terror oblatus a ducibus.* Omnes tamen praepoſitionem agnoſcunt. VOSSIUS. *Oblatus a ducibus,*) ita

di, ſpem praeſentis deditionis ſuſtulit, menteſque militum convertit, & rem ad priſtinam belli rationem [a] redegit.

LXXVII. Caeſar, [b] qui milites adverſariorum in caſtra per tempus con- 1
loquii venerant, ſumma diligentia conquiri & remitti jubet. ſed ex nume- 2
ro tribunorum militum centurionumque nonnulli ſua voluntate apud eum remanſerunt: quos ille poſtea magno [1] in honore habuit: [2] Centuriones in ampliores ordines, equites Romanos in Tribunitium reſtituit honorem.

LXXVIII. Premebantur Afraniani pabulatione; aquabantur aegre; fru- 1
menti copiam legionarii [c] nonnullam habebant; quod [3] dierum XXII ab Ilerda fru-

Variae Lectiones.

a *Redigit* Lov. b ita MS. Faern. Urſ. Pal. Scal. L. pr. Dorv. & alii. ante Scal. edeb. *m. adv. qui.* ſed V. ad c. 68. *quia m.* Lov. c. Sic Brut. & Edd. Gryph. poſt. Scal. & ſeqq. MSS. & Edd. Vett. *nonnulli.*

ita ex MSS. omnibus & Editt. Vett. praeeunte *Voſſio*, ſenſuque ipſo manifeſto poſtulante, reſtitui. Recentiores nonnulli ediderant, (*oblatus ducibus.*) Quod Voſſius *Scaligero* attribuit. Sed in Scaligeri editione eſt, (a *ducibus.*) CLARKE. Grutero placebat omnino *terrore oblato a d.* quod invenerat in Petav. Accedunt Scalig. Voſſ. & Edd. primae. Leid. pr. etiam *terrore ablato.* Bong. & Leid. ſec. *terrore ſublato.* Putem, a Caeſaris manu eſſe *terrores oblati a ducibus.* Qui rarior pluralis, quem tamen in innumeris vocibus amavit Caeſar, fraudi videtur fuiſſe librariis, praeſertim ſeq. verbo in ſingulari. Sed vide ad l. IV. B. G. c. 11. *Si principes ac ſenatus fidem feciſſet. Terrores* paſſim apud poetas, & Nep. in Att. cap. 9. *Magnis terroribus vexari. Ablatus* etiam Dorv. debuiſſet ſaltem *adlatus.* Nam *adferre terrorem* eſt & apud Front. lib. II, 7, 1. Sed *oblatus* hic praefero.

1. In honore habuit] Sic quantum ſcio MSS. omnes & Edd. Vett. In Scal. tamen & Montani Edd. forſan & in aliis non comparet τὸ *in*; uti l. V. B. G. c. 54. *Quos praecipuo ſemper honore Caeſar habuit.* Amant tamen Livius, Cicero, alii addere praepoſitionem. Sed & ita variatur in illa locutione, *Habere in numero* & *numero.* Vide ad l. VI. c. 6. & *eſſe honore* & *numero* & *in numero & hon.* Ibid. c. 13.

2. Centuriones in ampliores ordines; equites Romanos in tribunitium restituit honorem] Prius editum erat *centuriones amplioriſque ordinis.* in Bongarſ. *centuriones amplioriſque ordinis.* in Vet. Cod. *centuriones ampliores ordines.* & ſic Petavianus. Sed haud male Scaliger edidit iſta ſequentia. *equites Romanos in tribunitium reſtituit honorem*, haud dubie corrupta. Tribuni militum legebantur (ut Lipſius jam pridem obſervavit) ex Equitibus, & plebejis. Unde & apud Caeſarem III. de bello Gallico legitur, *retentio equitum Romanorum*, ubi per Equites Romanos deſignantur Tribuni, nimirum Silius, & Velanius, quos antea a Venetis retentos docuerat. Sed cum hic dicatur tribunos militum nonnullos apud Caeſarem remanſiſſe, quis affirmare auſit omnes equites fuiſſe: ſi non omnes erant, an ergo qui Tribuni erant ex plebejis lecti, nullo in honore apud Caeſarem? Aliud ipſe dicere videtur, cum ait, *quos ille poſtea magno in honore habuit*, quibus verbis univerſos deſignat. Quare locum hunc (Lipſius tanquam integrum citat) corruptum eſſe ſtatuo. Palat. codex plurimum juvat, in quo lego *& tr. in tribunitium reſtituit honorem.* Optime ſane. Et nota originem erroris; ſcriptum fuerat *tr.* tribunus. Librarius putavit principem literam eſſe *e.* & ex *e. r.* fecit *eq. Roman.* Interea ita erravit, ut ex parte verum diceret. Lege igitur hanc periodon hoc pacto, *centuriones in primores ordines, tribb. in tribunitium reſtituit honorem.* nam illud *ampliores ordines* puto depravatum ex *in priores*, vel *primores.* Quae poſtquam conjectaveram, vidi & Ciacconio placuiſſe. VOSSIUS. Faernus jam emendarat *& Trib. in trib.* Cum Palatino conſentit omnino Dorvill. *& Tr.* de qua emendatione non eſt dubitandum. Accedit Leid. pr. in quo *equitum in Trib.* Fors *equidem* vel *& quidem Trib.* aut ſimile. Pro in *ampliores* proclive eſt reponere *in priores.* nam *in* non eſt in Scalig. Leid. pr. Voſſ. Dorv. qui habet cum Lovan. *amplioris ordinis.* Bong. & Leid. ſec. *Centurioneſque amplioriſque ordinis.* Nil tamen hic mutem. *Ampliores* ſunt honoratiores. unde *Ampli honores* paſſim. *Amplum & glorioſum* vide Gron. ad Liv. XXVIII, 42. *Amplius nomen* Suet. Aug. c. 7. Adſcripſit Lipſius *Ulterioris ordinis & ampliori quoque ordini.* at in Dial. 9. l. II. de Mil. Rom. jam legit *Cent. ampliori ordini.* ut & hic Caeſar duos caſus uni verbo junxerit.

3. Dierum XXII ab Ilerda frumentum juſſerant efferre] Ergo falſus Dio, qui ait l. XLI. p. 164. καὶ πρόσετι ὑπὸ τροφὴν εἶχον (αὐθημερὸν γὰρ τ σταθμὸν·

2 da frumentum juſſi erant [a] efferre; cetrati, [b] auxiliareſque nullam, quorum erant & facultates [1] ad parandum [c] exiguae, & corpora inſueta ad onera portanda: itaque magnus eorum quotidie numerus ad Caeſarem per-
3 fugiebat. In his erat anguſtiis res: ſed ex [d] propoſitis conſiliis duobus [e] explicitius videbatur, [2] Ilerdam reverti, quod ibi [f] paullulum frumenti reli-
4 querant. Ibi ſe reliquum [g] conſilium [3] explicaturos confidebant. [h] Tarraco aberat longius: quo ſpatio plures rem poſſe caſus recipere intellegebant.
5 Hoc probato conſilio, ex caſtris proficiſcuntur. Caeſar, equitatu praemiſſo, qui noviſſimum agmen [i] carperet, atque inpediret, ipſe cum legionibus ſubſequitur. Nullum [k] intercedebat tempus, quin extremi cum equitibus proeliarentur.

1 LXXIX. Genus erat hoc pugnae: Expeditae cohortes noviſſimum agmen
2 claudebant; [4] pluriesque in locis campeſtribus ſubſiſtebant: ſi mons erat adſcendendus, facile ipſa loci natura periculum repellebat: quod ex locis ſuperioribus, qui anteceſſerant, [5] deſuper[l] ſuos adſcendentes protege-

VARIAE LECTIONES.

a *Aff.* L. ſec. Ed. Plant. 1578. ſed V. ad l. v, 45. b *auxiliatoresque* L. pr. *nullam* abeſt MSS. 5. c *eguere* L. ſec. d *poſitis* MSS. 3. *ex* abeſt Edd. pp. e *explicitus*, *explicitis* MSS. qdd. Scal. pro Var. l. e Gloſſa *expeditius*. f *paulum* MSS. plerique & Edd. pp. item Vaſc. Steph. aliaeque. g *conſilii* Ciacc. e MS. h *Terraquo* L. pr. i *caperet* MSS. 2. male. k *intercid.* L. pr. ſed V. c. 66. l deeſt vulgo. *adſcendentis* in L. pr.

σταθμὸν διαπλεύσειν προσδοκήσαντες, οὐδὲν ὑπηνέγκαντο) οὔτε ὕδατος ἀπόρων, &c. *adhaec neque cibum habuere (neque enim ſecum quicquam tulerant, quia unicis caſtris ſe quo ſtatuerant perventuros ſperaverant) & ab aqua laborabant*, &c. VOSSIUS.

1. AD PARANDUM] Sine dubio hoc rectum eſt. Nihilominus ob MSS. conſenſum notandum duxi, in omnibus meis numero decem ſcribi *ad prandium*. Debuiſſet ſaltem addi *parandum*.

2. ILERDAM] MS. Reg. (ad *Ilerdam*) Quae locutio Caeſari familiaris. CLARK. *Ad* habet quoque Bong. L. ſec. & Edd. Baſ. Ven. Ald. Vaſc. Str. Steph. Gryph. Plant. ut aliquoties ſupra. ſed a reliquis MSS. & Edd. primis abeſt.

3. EXPLICATUROS] Sic bene conjicit legendum eſſe Ciacconius ex MS. Achillis Statii & Gryph. Ed. poſt. nam in prima eſt *expleturos*, uti Edd. primi, item Aldus, Baſil. Ven. Man. & Plant. aliique ediderant, & in MS. Brantii aliiſque reperitur. Sed conſtanter mei omnes cum Vaſcoſ. & Steph. *explicaturos*. Vide exempla apud eum. Sic Hirt. l. VIII, 4. *explicare, opus, rem frumentariam, ſumtus* B. Alex. c. 34. *fidem, pecuniam* &c. alii. V. Cel. Burm. ad Calpurnii Fl. Declam. XIV. Cort. ad Cicer. l. IX. Fam. 25. Socer. ad Valer. Max. l. II. c. 9. §. 7. & Miſcell. Obſ. V. III. T. I. p. 131. ad iſta Apuleji *Officiis ferialibus explicatis:* ubi in nonnullis MSS. etiam *expletis*.

4. PLURIESQUE] Sic edidit *Joſ. Scaliger* ex *Pet. Ciacconii* conjectura; in libris enim eſt *pluresque*, ex qua lectione ſenſus rei congruus exſculpi non poteſt. Quamvis autem haec vox apud melioris aevi ſcriptores alibi non occurrat, ei tamen patrocinatur *compluries*, quo uſi ſunt *Plautus* & *Cato*, ut oſtendit *A. Gellius* Noct. Attic. l. v. c. XXI. DAVIS. *Pluries* contra Voſſium, id apud optimos ſcriptores occurrere negantem, hoc loco defendit etiam Vorſt. p. 24. de Lat. merito ſuſp. Occurrit apud Trebell. Poll. in Gallienis, *cum pluries conveniſſent*, ut notarunt viri docti. MSS. tamen omnes habent *pluresque* & in Edd. primis & Hotoman. eſt *ſuſtinebant*. Unde num alius ſenſus idoneus elici poſſit, videant docti. *ſubſiſtere* & *ſuſtinere* ſaepiſſime in noſtro confunduntur. uti etiam c. 64.

5. SUOS ADSCENDENTES PROTEGEBANT] Bongarſ. *ſuos deſuper adſcendentes protegebant.* Sic & Palatinus, niſi quod deſideratur in eo *τὸ ſuos*. VOSSIUS. *deſuper ſuos* habet quoque Lovan. & Edd. Vaſc. St. Steph. Gryph. poſt. at in MS. Brantii & Leid. ſec. pro *ſuos* eſt *deſuper*. Bene. l. I. B. G. c. 52. *& deſuper vulnerarent.* Et ſic alii. Quare eam vocem reſtitui, malens *τὸ ſuos* ejici. Jungenda autem *deſuper protegebant*.

6. MORANTIBUS OPEM FERRE] Pone ſequentibus; *morantes* enim hic opponuntur iis, qui anteceſſerant, quae nova eſt verbi notio. *Pet. Ciacconius* hic *laborantibus* importune reponit. DAV.

1. Ex

tegebant. quum vallis, aut locus declivis ſuberat; neque [a] ii, qui anteceſſe- 3
rant, [6] morantibus opem ferre poterant; equites vero [1] ex loco ſuperiore in [b] averſos tela [c] conjiciebant; [d] tum magno erat in periculo res. [2] Re- 4
linquebatur [e], ut, [f] quum ejuſmodi locis eſſet adpropinquatum, legionum ſigna conſiſtere, juberent, magnoque inpetu equitatum repellerent; eo ſubmoto, repente [3] incitati curſu ſeſe in [g] vallis univerſi [4] demitterent, atque ita tranſgreſſi rurſus in locis ſuperioribus conſiſterent. nam tantum ab equi- 5
tum ſuorum auxiliis aberant, quorum numerum habebant magnum, ut eos, ſuperioribus perterritos proeliis, in medium reciperent agmen, ultroque eos tuerentur; quorum nulli ex itinere excedere licebat, quin [h] ab equitatu Caeſaris [i] exciperentur.

VARIAE LECTIONES. LXXX.

a abeſt L. pr. b vulgo *adverſos.* c *conjiciunt* L. ſec. d *cum* MSS. 4. *in* deeſt V. L. ſec. a m pr. e vulgo *tum inquirebant.* f *cujuſm.* Dorv. *q. huj.* L. ſec. vulgo contra MSS. *eſſ. l.* g Sic MSS. 3. *vallem* L. pr. & vulgo *incitato*, ac *demittere* & *conſiſtere. dimitterent* MSS. plerique & Edd. pp. aliaeque. h deeſt V. i vulgo *exciperetur.*

1. EX LOCO SVPERIORE IN ADVERSOS] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *adverſarios*; ſed legendum *averſos*. Equitatus enim Caeſaris milites Afranianos ſequutus, in eos progredientes tela conjiciebat, ac proinde in averſos. Eandem lectionem *Fulv. Urſino* & *Fr. Hotomanno* placuiſſe video, licet rationem non addiderint, ob quam illis ita videretur. DAVIS. Merito *averſos*, refragantibus licet MSS. omnibus, ut ſolent in hac voce, in textum recepit Clarkius. Ante Scalig. edebatur *adverſarios*. ſed MSS. omnes *adverſos*. l. II. B. G. 26. *averſi ab hoſte circumvenirentur.* Infra l. II. c. 4. *averſos proterere incipit.* Nullus eſt locus, in quo pro *averſus* non ſcribatur in MSS. multis *adverſus*. Vidit id etiam Manutius, Faernus & alii cum Ill. Schelio ad Hygin. p. 289.

2. TUM INQUIREBANT] Locus corruptiſſimus, nec a quoquam hactenus tentatus praeter *Hotomannum*, qui pro *inquirebant* emendavit *requirebant*: male fateor, ſed melius quam vulgata. Lego ope codicis *Petaviani*: *tum magno erat in periculo res. Reqtirebatur, ut cum ejuſmodi eſſet locis appropinquatum, legionum ſigna conſiſtere juberent.* (Cum *Petaviano* Codice facit MS. *Norvic.*) Haec genuina loci lectio, quam non facile quis ingenio adſecutus fuiſſet, niſi opem tuliſſent codices. Sane *Ciacconius* depravatum agnovit; caeterum quomodo reſtitueretur, nihil addidit. Error ortus ex praemiſſa particula *tum*, quam librarius imperitus repetendam putavit. VOSS. *Requirebatur* in textum recepit Clarkius. Mihi tamen aliud quid latere videtur, quod magis ſapit ſtylum Julianum. pro *tum* in Carrar. eſt *tamen.* In Cod. Scalig. eſt *rei tum inquirebatur.* In Voſſ. *res rei inquirebatur.* at in Leid. primo *res relinquirebantur.* Scribe, *res. Relinquebatur, ut* &c. Quod bum ſaepiſſime adhibet auctor ſimili in negotio, & anguſtiis. l. V. B. G. c. 19. *Relinquebatur, ut neque longius ab agmine legionum diſcedi pateretur.* l. I. B. Civ. c. 29. *Relinquebatur, ut ex longinquioribus regionibus naves eſſent exſpectandae* l. II. c. 44. *Relinquebatur, ut extremam rationem belli ſequens colles occuparet.* c. 109. *Relinquebatur, ut ſe ſuis locis teneret.* Si quis mavult *Tamen rel.* per me licet. Ill. Schelius conjiciebat, loco modo citato, *in per. erant; res tum requirebat.*

3. INCITATO CURSU] Sic ediderunt primi Plantinus, Scaliger & dein reliqui. Priores cum MSS. omnibus *incitati.* quomodo Hotom. reponebat etiam l. II. B. G. c. 26. *Curſu incitato.* alibi *incitato equo.* l. II. B. Civ. 14. *incitant ſe.* Vide etiam ad l. III. B. G. c. 12. Et certe *incitati* mutari non debuit. Sic enim rurſus auctor l III. B. C. c. 46. *adverſus clivum incitati curſu.* &c. ut eſt in MSS. omnibus. ac Hirt. B. Alex. c. 20. *magno curſu incitati ad naves contenderunt.* Similiter rurſus l. III. B. Civ. c. 78. *celeritate & ſtudio incitatus ferebatur.* c. 93. *Incitati fuga montes peterent.* V. etiam ad l. III. B. G. c. 10.

4. DEMITTERENT —— CONSISTERENT] Sic ex MSS. Reg. Elienſ. & Voſſ. & Edit. Rom. reſtitui, poſtulante & ipſa Latinitate. Editi Recentiores omnes exhibent (*demittere* —— *conſiſtere.*) Quod ferri non poteſt. CLARK. Reſcribe *ſeſe in valles univerſi* demitterent, *atque ita* —— conſiſterent; quam rationem *Clarkius* in ſuis codicibus, ipſe in *Norvic.* ac tribus aliis MSStis & in *Beroald. Gryph.* & *Urſin.* repertam probamus. DAVIS. *Cur. ſec.* Temere Urſini Cod. lectionem adripuit Scaliger, contra MSS. ceteros & Edd. Nam

1 LXXX. Tali dum pugnatur modo, lente, [a] atque paullatim [b] procedi-
tur, crebroque, ut ſint auxilio ſuis, ſubſiſtunt, ut tum accidit. milia enim
2 progreſſi IV, [c] vehementiuſque peragitati ab equitatu, montem excelſum
capiunt: ibique [1] una [d] fronte contra hoſtem caſtra muniunt, neque jumen-
3 tis onera deponunt. Ubi Caeſaris caſtra poſita, [e] tabernaculaque conſtituta,
& dimiſſos equites, pabulandi cauſſa, [2] animum adverterunt; [3] ſeſe ſubito
proripiunt, hora circiter VI ejuſdem diei; & ſpem nacti [f] morae diſceſſu no-
ſtrorum equitum, iter facere incipiunt. Quare [g] animum adverſa, Caeſar
4 [4] relictis legionibus ſubſequitur; praeſidio inpedimentis paucas [h] cohortis
relinquit; hora X ſubſequi pabulatores, [i] equiteſque revocari jubet. [k] Cele-
5 riter equitatus ad quotidianum itineris officium revertitur. Pugnatur acri-
ter ad noviſſimum agmen, adeo ut paene terga [l] convertant: complureſ-
que

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. non *ac.* b *progred.* MSS. 2. c *que* abeſt Edd. quibusd. d vulgo *a fr.* e deeſt *que* L. ſec. dein vulgo *animadvertere.* f *a timore* Pal. forſan non male. paullo ante Edd. qdd. *ejus diei.* delet Ciaccon. contra Julianum genium. g vulgo *animadv.* (V. cap. praec.) & *eductis.* h Sic rurſus L. pr. V. *reliquit* L. pr. i *equites* L. ſec. V. & Edd. Vaſc. St. Steph. Gr. poſt. k *Celeriterque* L. pr. l *converterant* B. V. *vertant* Pal. Lov. Dorv.

Nam omnino dependent a praecedente *Relinquebatur, ut.* Infinitivum ſi adhibet ita Caeſar, facit ab initio periodi, rarius tamen. Adi ad lib. VII. c. 81. Poſt *excipereretur* eſt in Leid. ſec. Sed optime rurſus membranae primae *exciperentur.* Vide ad l. VI. c. 11.

1. UNA A FRONTE] Ita ex conjectura Ciacconii exhibuit Scaliger. ut *una* ſit adverbium. Praecedentes Edd. & Cellar. ac MSS. omnes habent *Una fronte.* quod mutari non debuit. Intelligit Caeſar, caſtra non, ut alias, a quatuor partibus eſſe munita, ſed tantum ab una, quae ad hoſtem vergebat; ut dum ſubſiſterent, tuti eſſent; in animo habentes tamen, quam primum procedere. *Frons caſtrorum* ſaepius occurrit, ut l. III, B. C. c. 37. Front. III, 17, 5. *foſſa in fronte percuſſa.* Quae praepoſitio hic etiam poſſit ſubintelligi. μέτωπον etiam Graecis dicitur.

2. DIMISSOS EQUITES, PABULANDI CAUSSA, ANIMADVERTERE] Editt. *Rom. Ven. Beroald. animadvertunt*, quod melius eſt ob verba praeſentis temporis, quae ſequuntur. At MS. *Norvic.* habet *animum advertunt*, & haec vera prorſus eſt lectio. Vide not. ad l. I. B. G. c. XXIV. & l. V. B. G. c. XVIII. DAVIS. Sed nihil opus. Nam & illud (*animadvertere*) eſt *praeſens.* Tempus rei jam *perfectae.* Quemadmodum in periodo proxime ſequente. (Qua re *animadverſa*, Caeſar *ſubſequitur*) CLARK. *Animum adverterunt* repoſui e Leid. pr. & Voſſ. In reliquis & Edd. pp. item Steph. *animadverterunt.* Statim dedi *Re animum adverſa* e Petav. & eodem Leidenſi; uti & c. 83. e Petaviano. Conſule congeſta ad l. I. B. G. c. 24.

3. SESE SUBITO PRORIPIUNT] In Cod. Lovan. exaratur *prorumpunt.* quod placuit Ill. Heinſio ad Sil. Ital. l. XII, 437. atque ita *erumpere ſe portis* l. II. B. Civ. c. 14. & ſic forſan emendandus Nepos in Attico c. 21. *fiſtulâ pus ſe eruperit*, pro *putris* vel *puris.* Verum vulgata plurimis & vetuſtioribus MSS. confirmata non minus elegans eſt, & celerem abitum ſeu fugam denotat. Vide Cerdam ad Virgil. Ecl. 3. 19.

Quo nunc ſe proripit ille.

Waſſe & Cort. In Ind. & ad c. 32. Cat. B. *Dein ſe curia domum proripuit*, ubi itidem in MS. uno eſt *prorupit.* Et praeſertim Drakenb. ad Liv. l. II, 23. *ſe undique in publicum proripiunt.* ubi etiam MS. *prorumpunt.* ut & l. III, 18. Apul. l. V. Met. in f. *foras ſeſe proripit infeſta.* ubi ſola Ed. Florent. *prorupit.* Sed l. VI. *Meque quadrupedi curſu proripio.* & alibi ſaepius *curſu ſe proripere.* Quin ipſe Caeſar l. II. B. C. c. 12. *Se porta foras proripiunt.* ubi conſule Brantium: ibidem tamen, quod vim denotat, *ſe in urbem inrumperent.*

4. EDUCTIS LEGIONIBUS] Ita ex Faerni conjectura, quam & Hotomanus probavit, ediderunt Scaliger & ſeqq. Gryph. *relictis his leg.* cum Ven. 1517. & aliis. Manut. edidit *Relictis iis munitionibus.* Verum MSS. conſtanter & Edd. priores exhibent *Relictis legionibus* i. e. reliquis ſibi, ut paſſim Caeſar loqui amat. Vide omnino notata ad l. V. c. 19. *Dimiſſis amplioribus copiis, milibus circiter IV eſſedariorum* RELICTIS *itinera noſtra ſervabat.* & ad cap. 41. hujus libri, *quos ſibi prae-*

que milites, etiam nonnulli [a] centuriones interficiuntur. Inſtabat agmen Caeſaris, atque univerſum inminebat.

LXXXI. Tum vero neque ad explorandum idoneum locum caſtris, 1
neque ad progrediendum data facultate, conſiſtunt neceſſario, & procul
ab aqua, & [b] natura iniquo loco, caſtra ponunt. Sed iiſdem de cauſſis Cae- 2
ſar, quae ſupra [c] ſunt demonſtratae, [1] proelio amplius non laceſſit, [d] & eo
die tabernacula ſtatui paſſus non eſt; quo paratiores eſſent ad inſequen-
dum omnes, [e] ſive noctu, ſive interdiu erumperent. [2] Illi [f] enim adverſo vi- 3
tio caſtrorum, tota nocte munitiones proferunt, [3] caſtraque caſtris conver-
tunt. Hoc idem poſtero die a prima luce faciunt, totumque in ea re diem
conſumunt. ſed, quantum opere proceſſerant, & caſtra protulerant, tan-
to aberant ab aqua longius; & praeſenti malo aliis malis remedia daban-
tur. Prima nocte aquandi cauſſa nemo egreditur ex caſtris: [4] proximo 4
die,

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt L. pr. *interficiantur* Carr. ſed V. ad l. v, 1. & alibi. b deeſt haud male L. pr. c *monſt. ſunt* Edd. pp. vulgo deeſt *amplius*. d *ex* MSS. 4. e *ſive ſi* V. f vulgo *animadv*.

praeſidio RELIQUERAT. quibus locis *retentis* & *retinuerat* ſubſtituerant. *Eductis* locum habere nequit. Non enim caſtra vallo erant munita, adeoque non erant *portae*, quibus *eduxiſſet*. Temere etiam Nicaſius Ellebodius ex MS. habente *ora* x. ut paſſim in Codd. exarari, ſolet effingit *omnia auxilia*.

1. PROELIO NON LACESSIT] Addidi vocem *amplius* fide MStorum quinque & Edd. Rom. Mediol. Ven. Vaſc. Str. Steph. Gryph. poſt. aliarumque, quae vox non eſt ſupervacua. *proelio* exſulat a Voſſ. ſed *laceſſere proelio* frequens noſtro eſt locutio.

2. ILLI ANIMADVERSO.] Leidenſ. prim. Scalig. *Illi enim adverſo.* quo facit Urſini Codex *Illi enim animadverſo*. Poſſet conjici fuiſſe *Illi animum adverſo*, ut cap. praec. ſed non opus. *Enim* valet *at vero*, *autem*. Vide ad l. v. c. 7. *Ille enim revocatus reſiſtere.* & ſupra c. 21. §. 5. de verbo *advertere* adi l. VIII. c. 16.

3. CASTRAQUE CASTRIS CONVERTUNT] Sic codd. plerique omnes & MSS. Pet. ac Bong. ſed hic a manu ſecunda: a prima manu erat (quantum videtur) *convenerunt*, & idem quoque in Palatino legitur. Ciacconius legendum putabat *conferunt*. Quae phraſis uſitata Caeſari, at hoc loco damnanda. Nam conferri dicuntur caſtra, quando proxime hoſtem ponuntur. Quis hoc ab Afranio Petrejoque factum ait? imo ratio ipſa repugnat, &, ſiquid judico, caſtra Afranius averſa parte, quae longiſſime a Caeſare aberat, protulit. Quare retineo illud *convertunt*, quod hic exponendum *commutant*. Nam ut *vertere ſolum*, eſt mutare ſolum, vel excedere eo, ut *fortuna converſa*, & commutata, idem ſunt: ſic *caſtra convertere caſtris*, hic Caeſar poſuit, pro caſtris prioribus relictis nova habere caſtra. VOSSIUS. MS. *Pal. convenerunt: Norvic. conjungunt, Pet.* autem *Ciacconius* conjecit *caſtraque caſtris conferunt*, & ſane ita loqui amat *Caeſar*; mihi tamen videtur nihil eſſe prorſus in vulgata lectione, quod jure merito offendat. Locum mire interpretatur *Voſſius*; putat enim phraſin hanc denotare, Afranianos pro prioribus caſtris relictis nova habere caſtra, & quidem a Caeſare magis diſſita; cum illos caſtra ſua Caeſaris caſtris propinquiora feciſſe neceſſario ſignificet: nam hoſti ad progrediendum non dari facultatem, hujuſce capitis initio teſtatus eſt *Caeſar*, & ex c. LXXXIII. conſtat, breve ſpacium inter utraque caſtra fuiſſe poſitum, unde etiam patet eos verſus Caeſarem moviſſe, ut, *ſi proelium committeretur, propinquitas caſtrorum celerem ſuperatis ex fuga receptum daret.* Apparet etiam ex *Hirtii* l. VIII. B. G. capp. IX. & X. Caeſarem caſtra caſtris hoſtium contuliſſe, etiam cum timorem ſimularet. DAVIS. *Convenerunt* etiam Lovan. & Dorv. ſed male. *Convertunt* caſtra aliis caſtris; caſtris factis, rurſus caſtra faciunt, & ſic proferunt munitiones, non ad Caeſarem verſus, ut cum Daviſio putat Clarkius, ſed a Caeſare longius: Tam prope enim ante fuerat eorum caſtris Caeſaris exercitus, ut tota nocte & toto poſtero die non potuerint in ea re laborare. Et quaeſo, cui bono, ad caſtra Caeſaris munitiones protuliſſent, cum aquam quaerebant? Voſſio accedit quoque Cellarius.

4. PROXIMO DIE, PRAESIDIO IN CASTRIS RELICTO] Verba *Caeſaris* invaſit Gloſſa; nam legendum

5 die, praeſidio in caſtris relicto, univerſas ad aquam copias educunt: pabulatum [a] emittitur nemo. [1] His eos ſupplices [b] malis habere Caeſar, & neceſſariam ſubire deditionem, quam proelio decertare, malebat. Conatur tamen eos vallo foſſaque [2] circumvenire; ut quam maxime repentinas eo-
6 rum eruptiones demoretur, quo neceſſario deſcenſuros exiſtimabat. [3] Illi & inopia pabuli adducti, & quo eſſent [4] ad [c] id expeditiores, omnia ſarcinaria jumenta interfici jubent.
1 LXXXII. In his operibus conſiliiſque biduum conſumitur: [d] tertio die magna jam pars operis Caeſaris proceſſerat. Illi [5] inpediendae rei cauſſa, hora

VARIAE LECTIONES.

a *Mitt.* Lov. Dorv. b vulgo *male haberi.* c vulgo *iter.* & ſupra *ibi &.* d *tertia* Lov. & 2 alii.

tum *poſtero die*, quemadmodum dant *Petavian. Norvic.* & *Beroald.* ſexcenties ita locutus eſt noſter, ut & alii. DAVIS. *Cur. ſec.*

1. HIS EOS SUPPLICES MALE HABERI CAESAR ET NECESSARIAM] Ita edidit *Joſ. Scaliger*, & ſic MS. *Norvic.* niſi quod in ea perperam ſcribatur *malle haberi.* Sed vitioſa eſt lectio recepta, non enim Afraniani jam erant ſupplices. Reſcribo *his eos ſuppliciis male haberi*, aquae videlicet ac pabuli inopia. Editt. tamen *Rom. Ven. Beroald. Steph.* non male exhibent *His eos ſupplices malis Caeſar neceſſariam ſubire deditionem*; aut etiam, quoniam *ſupplices male haberi* in aliis Codd. legatur, reponi poteſt *his eos ſupplices malis habere Caeſar & neceſſariam &c.* Harum lectionum utramvis eligas: omnes enim vulgatae praeſtant. DAVIS. *His eos ſupplices* malis *haberi.*) Scaliger edidit, (*His eos ſupplices* male *haberi.*) Quod ſine dubio vitioſum. Ex MS. Reg. & Editt. Vett. omnino reſtituendum, (*ſupplices* malis *haberi.*) Non autem, quomodo Daviſius reponit, (*ſupplices malis* habere.) Illud enim (*habere*,) reſpiciet Caeſarem, minuſque conveniet cum eo quod ſequitur, (*ſubire.*) Porro, Daviſius aliter conjecit legendum, (*His eos* ſuppliciis *male haberi.*) Quae emendatio, ut non mala, ita nec neceſſaria eſt. CLARK. Nec mihi placet Lectio, quam Scaliger repoſuit, licet ei ſuffragetur plane Petav. & alii. Ante ipſum edebatur, *His eos ſupplices malis Caeſar nec.* &c. pro quo jam Ciacconius conjecit *ſuppliciis.* Vulgaris lectio confirmatur MSS. Lov. Pal. Bong. Leid. ſec. Voſſ. Dorvill. & aliis, niſi quod in pleriſque ſit *enim* pro *eos.* At in Cujac. & Scalig. *His eos ſupplices male habere, & n.* Verum in Leid. primo, optimo illo codice exſtat plane, ut conjecit Daviſius *His eos ſuppliciis male haberi Caeſar & n.* ut c. 63. *agmen hoſtium male haberet.* At *ſupplicii* vox hic minus convenit. Quare arbitror, eam ortam ex antiquo Accuſativo *ſupplicis*, & partim ex Cujac. ac Scalig. partim ex ceteris Codd. lego cum Daviſio *His eos ſupplices malis habere Caeſar & &c.* Caeſar maluit habere eos ſupplices, quo eos redigerent haec mala, & ſcilicet *eos* ſubire neceſſariam deditionem, quam &c. *Habere ſupplices* eodem dicitur modo, quo apud Ciceron. pro Ligar. in Init. *Habere confitentem reum.*

2. CIRCUMMUNIRE;] Ita ex MSS. Reg. & Voſſii reſtitui. Quae locutio Caeſari valde familiaris. Al. *circumvenire.* CLARK. *Circumvenire* cum Carrar. & Norvic. habet ex meis Bongarſ. ſed recentiſſimus. At reliqui omnes cum Edd. primis, Vaſcoſ. Steph. Str. Gryph. poſt. *Circummunire.* Nihilominus adi notas ad c. 18. *Reliquis diebus oppidum vallo caſtelliſque circumvenire inſtituit.* Sic enim ibi MSSti edunt.

3. IBI ET INOPIA PABULI ADDUCTI —— OMNIA SARCINARIA JUMENTA INTERFICI JUBENT] Multo melius in MS. *Norv.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* legitur *illi & inopia &c.* Hoc autem eorum facinus memorat *Jul. Frontinus* Strateg. l. 1. c. 1. DAVIS. *Illi*,) Sic reſtituendum optime vidit *Daviſius*, ex MS. Elienſ. & Editt. quibuſdam Vett. Quibuſcum faciunt MSS. Reg. & Voſſii. *Scaliger*, aliique ediderunt. *Ubi*) CLARK. Videtur Typothetarum erratum eſſe in Ed. Scalig. MSS. cuncti & Edd. priores *illi.*

4. AD ITER EXPED.] Hoc e conjectura Manutii, & Faerni libro in textum recepit Scaliger. Cum in MSS. tum aliorum, tum meis omnibus & Edd. ſcribatur *ad id*, ſcilicet, quo deſcenſuros exiſtimabat Caeſar, nempe eruptionem faciendam. Et ita diſerte Frontin. *Iſque exaſperatus, interfectis omnibus inpedimentis ad pugnam deſcendiſſet.* Mirum etiam, ſi *ad iter expeditiores* forent, jumentis ſarcinariis, quae onera poterant portare, interfectis. Crederem ego, inpeditiores futuros fuiſſe. Quare veterem lectionem revocavi.

1. IMPEDIENDAE REI CAUSSA] MS. *Norvic. Inpediendae munitionis, quae fiebat, cauſſa.* Codex vet. *Pinelli*, *Impediendae munitionis cauſſa, quae fiebat*,

hora circiter [a] IIX ſigno dato, legiones [b] educunt, aciemque ſub caſtris in-
ſtruunt. Caeſar ab opere legiones [c] revocat, equitatum omnem [d] conveni- 2
re jubet; aciem inſtruit. contra opinionem enim militum, famamque o-
mnium, [1] videri proelium [e] defugiſſe, magnum detrimentum adferebat.
Sed eiſdem de cauſſis, quae ſunt cognitae, quo minus dimicare vellet, mo- 3
vebatur; atque hoc etiam magis, quod ſpatii brevitas, etiam in fugam con-
jectis adverſariis, non multum ad ſummam victoriae juvare poterat: non
enim amplius pedum milibus II ab caſtris caſtra diſtabant. hinc duas par- 4
tes acies [2] occupabant; tertia [f] vacabat ad incurſum atque inpetum mili-
tum relicta. Si proelium committeretur, propinquitas caſtrorum celerem
ſuperatis ex fuga receptum dabat. Hac [g] de cauſſa conſtituerat, ſigna in-
ferentibus [h] reſiſtere, prior proelio non laceſſere.

LXXXIII. [3] Acies erat [i] Afraniana duplex legionum V: tertium in ſubſi- 1
diis

VARIAE LECTIONES.

a *IX* MSS. 5. b *ducunt* MSS. plerique & Edd. pp. c *evoc.* Dorv. d *circumven.* V. e vulgo *diffug.* f *vocabatur* Cuj. & Pet. a m pr. Lov. Carr. & 4 alii, ut ſaepe in Codd. *occurſum* L. pr. *incurſus* Dorv. V. ad l. VIII, 18. g abeſt Dorv. h *deſiſtere* MSS. plerique. *proeliis* V. i *Afranii* L. ſec. Edd. pp. dein vulgo *duplex, legio V, & III.*

fiebat, ſic & *Faerni* liber, unde ille reſcribendum putavit *impediendae rei cauſſa*, nam reliqua *rei* gloſſema eſſe videbantur. Acute quidem, nec tamen locum perpurgavit; legendum, omiſſa voce *cauſſa, impediendae rei, horae circiter* VIII. vt liquet ex vett. impreſſis, qui veram lectionem & Gloſſema integrum ſervarunt; repraeſentant enim Editt. *Rom. Ven. Beroald. Steph. Raphe- leng. Impediendae rei, quae munitionis cauſſa fiebat.* Sic *Hirtius* Bell. Alex. c. LXV. *Quae diſſolvendae diſciplinae ſeveritatiſque eſſent. Salluſtius* Jugurth. c. LXXXVIII. *Quae poſtquam glorioſa modo, neque belli patrandi cognovit.* Vide & Catil. c. VI. DAVIS. Edd. omnes ante Scalig. *quae munitionis cauſſa fiebat* e gloſſa in textu habent receptum, eſtque in MSS. meis cunctis, niſi quod Leid. pr. det *inpedimenti rei quae munitiones fiebat cauſſa.* Palat. & Dorvill. *inpediendae rei munitionis cauſſa,* aperto indicio *munitionis* eſſe e Gloſſa, adeoque etiam *cauſſa*, ut bene hic loci vidit Daviſius. ſuffragante Clarkio. Quam ellipſin habuimus jam ſupra ſaepius. Vide ad l. IV. c. I.

1. VIDERI PROELIUM DIFFUGISSE] Sic edidit *Joſ. Scaliger*, cum omnes Codd. repraeſentent *proelio diffugiſſe*. Mihi legendum videtur *proelium defugiſſe*, quod & *Fr. Hotomanno* placuit. *Defugere* enim eſt recuſare, vitare. *Caeſar* l. VI. B. G. c. XII. *Aditum eorum ſermonemque defugiunt.* Et l. I. B. C. c. XXXII. *Sin timore defugiant, illis ſe oneri non futurum.* Contra *diffugere* idem denotat, ac *partes diverſas curſu petere, dilabi. Hirtius* l. VIII. B. G. c. XXXV. *Ii repentino malo perterriti*, diffugiunt *in ſua praeſidia. Cicero* Offic. l. III. c. XXXII. *Non quos in acie cepiſſet, aut qui periculo mortis* diffugiſſent. Vide & de Bell. Afric. c. III. DAVIS. E Daviſii ſententia edidit Clarkius *proelium defugiſſe*. quod & ego recepi: nam *def.* clare inveni in Voſſiano. *proelio* forſan natum eſt ex antiquo *proeliom*; niſi *proelia* malis. Certe *proelium diffugere* nihil eſt. Defendi potius poſſet *diffugiſſe* ſeu *defugiſſe proelio*; quaſi ab eo fugiſſe, vitaſſe proelium, & ſic detrectaſſe. Quare non omnino MSS. lectio a me damnatur. Certe Grat. in Cyneg. 456. ait

Defugit ab ſacris. ubi *fugere* & *effugere* ita quoque conſtrui docet Cel. Burm. Praetuli interim tamen *defugiſſe proelium.* Sic *defugere auctoritatem.* De quo Muret. ad Ter. Eun. II, 3, 98. Apud Varron. l. II. de R. Ruſt. c. IV. *Nec tamen defugio, quin dicam quae ſcio.* Hinc cum eodem Burm. malo apud Ovid. l. III. Am. 9, 28.

Defugiunt avidos carmina ſola rogos.

Adde Cl. Drak. ad Liv. l. V, 38.

2. OCCUPABANT] MSS. Elienſ. & Voſſ. exhibent (*occupabant* duae) Quae lectio nequaquam mala. CLARK. *Duae* additur quoque in Carrar. Scalig. Lovan. Dorvill. & aliis, uti & Edd. Florent ac Gryph. pr. quae habent *occupant duae.* Nihilo minus adjectitium videtur.

3. ACIES ERAT AFRANIANA DUPLEX: LEGIO V, ET III. IN SUBSIDIIS LOCUM ALARIAE COHORTES OBTINEBANT] Ita Scaliger edidit, non arbitror, veram hanc lectionem ratus, ſed quia codices non juvabant, nihil temere mutans. Certiſſimum

 eſt cor-


diis locum alariae cohortes obtinebant. Caeſaris triplex: [1] ſed primam a-
1 ciem quaternae cohortes ex v [a] legionibus tenebant: has ſubſidiariae ter-
nae, & [b] rurſus aliae totidem, ſuae cujuſque [c] legionis, ſubſequebantur: ſa-
gittarii funditoreſque media continebantur acie: equitatus latera [2] cinge-
3 bat. Tali inſtructa acie, tenere uterque propoſitum videbatur: [3] Caeſar,

V A R I A E L E C T I O N E S. a niſi

a Vulgo *legione*. b deſunt *r. a.* L. pr. c *legionibus* Pet. Lov. Dorv. *legionum* Scal. L. pr. *ſequeb.* L. ſec. B.

eſt corrupta verba eſſe. Faernus legebat *ex legione prima & tertia*. & *leg.* I. *& tertia* quoque habet Palatin. codex. Sed perperam; nam ut recte Ciacconius obſervat, prima legio non fuit in Hiſpania, eratque ea, quam Caeſar Pompejo in Italia tranſdidit. Idem ait tertiam quoque legionem fuiſſe apud Pompejum, quia l. III. de bello Civili ait Caeſar: *legiones duae tranſditae a Caeſare initio diſſenſionis ex S. C. quarum una prima, altera tertia appellabatur*. Sed oblitus eſt Ciacconius ipſum ſe hoc loco pro *tertia* ex Lucano reſcripſiſſe *quarta*. Verum mitto hoc. Emendat itaque Ciacconius hoc modo: *Acies erat Afraniana duplex legionum quinque. Tertium in ſubſidiis locum alariae cohortes obtinebant.* Ne hoc quidem uſquequaque rectum. Noli dubitare, quin reſcribas: *Acies erat Afraniana duplex legionum quinque: in ſubſidiis l. a. c. obtinebant.* Sane in Pet. codice invenio *leg.* v. *tertia* ubi cuncta ſana, niſi quod *tertia* factum ex III; hoc depravatum ex *in*. Atque ita egregie quoque magnus Lipſius l. IV. Mil. Rom. Dial. VIII. emendabat: Nam conſtat v legiones Afranio & Petrejo fuiſſe; & indicant hoc verba Caeſaris, quae ſupra leguntur: *erant legiones Afranii tres, Petreji duae*. VOSS. Legionum *V, & tertium in ſubſidiis locum &c.*) Variant MSS. Scaliger edidit, (legio *V. & III. in ſubſidiis &c.*) Quod manifeſto corruptum. Quod edidimus, ex emendatione Ciacconii eſt; cui ſuffragatur Voſſius, niſi quod vocem (*tertium*) delendam exiſtimet. Immerito. Nam illud (*tertium* —— *locum*) optime reſpondet praecedenti (*acies* —— *duplex.*) CLARKE. Pro *legio V.* eſt quoque in Ciacconii Cod. *leg. V.* In Palat. & Dorv. *Leg.* I. Deſunt in Bong. & Leid. ſec. Dein in nullo Cod. eſt illud &. Optime, ſi legamus, uti feci, *erat duplex legionum quinque, tertium in S. locum* &c. Edd. ante Scalig. *duplex Legio quinta & tertia in S. loc. aliar. cohortes obtinebat*, uti etiam in Voſſ. ac Petavian. ex parte, in quo *aliae* cum Lov. & Dorvill. Pro *tertia acie*, quam ex legionum parte Caeſar inſtruxit, Afranius alarias cohortes ibi locavit. Lipſius in Analectis ad Milit. ſuſpicabatur etiam ſcribi poſſe *legionum II & III.* duarum ſcilicet Petreji cum ipſo & *trium* Afranii cum ipſo.

1. SED PRIMAM ACIEM QUATERNAE COHORTES EX LEGIONE TENEBANT] Res ipſa clamat mendum latere. Quid enim! quatuor cohortes ſolum in prima acie fuere? certe exiguus is numerus, nec Afraniano par futurus. Lego ex codice Pet. Pal. Bong. & noſtro, *quaternae cohortes ex quinque legionibus*. Nam quinque tunc Caeſari legiones fuere. Itaque ex quinque legionibus quatuor cohortes in prima acie erant, hoc eſt, in univerſum cohortes XX: has pone ſequebantur cohortes ternae, & illas iterum ternae, ex ſua quaeque legione; itaque forma agminis Caeſariani talis erat, uti quoque Lipſius obſervavit, l. IV. Mil. Rom. Dial. VIII.



Ubi quinque, quas vides, altitudines totidem ſunt legiones; primo quaternae cohortes, deinde ternae, & iterum ternae. Clara res eſt. Interea non diſplicet emendatio Nicaſii Ellebodii, qui legebat, *quaternae cohortes ex quaque legione*. Senſus idem erit. VOSSIUS. *Ex V* legionibus) Ita optime reſtituit Voſſius ex MSS. ſuis. Quibuſcum faciunt MSS. Reg. Elienſ. & Iſ. Voſſii. Scaliger ediderat, (*ex V.* legione:) Quod manifeſto vitioſum. Nic. Ellebodius emendaverat; *ex quaque legione.*) Sed praeſtat Lectio, quam ſecuti ſumus. CLARK. *legionibus* exhibent etiam Scalig. Dorvill. Leid. ſec. atque ita reſtituit loco cit. Lipſius.

2. CINGEBAT] Leidenſ. pr. *cingebant*. Recte. Vide Daviſ. ad c. 61. *magnos equitatus*, & nos ad l. VI. B. G. c. 7. *Gallorum equitatuum*. Paullo ante e J. F. Gronovii ſententia ſcribendum eſſet *Quaeque* pro *cujuſque*, ſed adi eum & Cl. Duker. ac Drak. ad Liv. l. III. c. 22. *ſuae cuique parti*. immo ex veſtigiis MSS. (V. varias Lect.) forſan ſcribi poſſet *ſuis quaeque legionibus*.

3. CAESAR UT NISI COACTUS P. NON CONMITTERET.] Sic vulgo edunt omnes, nemine interpretum de varietare aliqua monente. Cum tamen id in

[a] niſi coactus, proelium non committere; [1] ille, ut opera Caeſaris inpedi-
ret. [b] Producitur tamen res; acieſque ad ſolis occaſum continentur: inde
utrique [c] in caſtra diſcedunt. Poſtero die munitiones inſtitutas Caeſar parat 4
perficere: illi vadum fluminis Sicoris tentare, ſi tranſire poſſent. Quare
[d] animumadverſa, Caeſar Germanos levis armaturae, [e] equitumque partem 5
flumen transjicit, crebraſque in ripis cuſtodias diſponit.

LXXXIV. Tandem, omnibus rebus obſeſſi, [f] quartum jam diem ſine 1
pabulo retentis jumentis, aquae, [2] lignorum, frumenti inopia, [g] conlo-
quium petunt; &, id ſi fieri poſſit, ſemoto a militibus loco. Ubi [h] id a 2
Caeſare negatum, &, palam ſi [3] conloqui vellent, conceſſum eſt; datur ob-
ſidis loco Caeſari filius Afranii. [i] Venitur in eum locum, quem [4] Caeſar
[k] delegit. Audiente utroque exercitu, loquitur Afranius: [5] *Non eſſe aut* 3
[l] *ipſis, aut militibus ſuccenſendum, quod fidem erga Imperatorem ſuum
Cn. Pompejum conſervare* [m] *voluerunt: ſed ſatis jam feciſſe officio, ſa-
tiſque* [n] *ſubplicii tuliſſe, perpeſſos omnium rerum inopiam: nunc* [o] *vero,*
[1] *paene*

Variae Lectiones.

a Vulgo *ut n. c. p. n. committeret.* b *producuntur* L. pr. c deſunt *i. c.* L. pr. *utrimque* Edd. pp. male. *deſcendunt* V. d Sic rurſus Pet. non *animadv.* V. c. 80. e *equiteſque p. fluminis* Lov. Dorv. *trajecit* Pet. L. ſec. f *quarto j. die* V. Edd. R. M. V. g *conloquio* Sc. *conloquia* L. pr. *id* abeſt ab Edd. R. M. V. h deeſt MSS. 3. Edd. pp. i *Venit* Lov. male. *eum* abeſt a Pet. k vulgo *deligit.* l vulgo *ipſi- autem* V. m Sic MSS. o. & Edd. pp. non *voluerint.* n *ſupplicio* MSS. 2. contra *officii* 2. alii male. o *autem.* L ſec.

id in nullo codice meo, ſi Leid. ſec. excipias, compareat. *ut* primo deeſt in Petav. Pal. Lovan. Leid. pr. Voſſ. Dorv. *non* abeſt a Pal. Lov. Bong. Leid. pr. Dorv. *committeretur* Bong. Ceteri *committere.* Optime. *Caeſar tenebat propoſitum non committere proelium, niſi coactus*, pro *committendi.* Uti ſaepiſſime loquitur Caeſar. Conſule notata ad l. VIII, 44. *Plures rebellare conſilia iniſſent.* Nec obſtat, quod non ſequatur *inpediendi*, ſed *inpediret* (Sic enim MSS. mei omnes, non in plurali) Nam & hoc eſt ex Julianis elegantiis, ut variet modos. de ea re dixi ad l. II. B. G. c. 10. *Conſtituerunt reverti, & convenirent.*

1. Illi —— impedirent.] Sic MSS. Reg. Ut intelligantur *Afranius* & *Petrejus.* Al. (*ille — impediret*;) ſcilicet *Afranius.* Quod perinde eſt. CLARKE.

2. Aquae, lignorum, frumenti] Sic e MS. Urſini bene reſtituit Scaliger: cum vulgo legereter *aquae ligni & fr:* & pejus in Edd. pp. *atque ligni & fr.* Conſentiunt Urſini Cod. Petav. Cuj. Scalig. Leid. pr. *aquae ligno fr.* Palat. Dorvill. *atque aquae* Leid. ſec. *atque ligni* Voſſ. & alii. In nullo eſt *&*. Tria jungere ſolet Caeſar ſine copula. Vide exempla plena manu collecta ad lib. IV, 15. *Timore, laſſitudine, vi fluminis obpreſſi.* & ſaepius cum aliis, ac Valer. Max. III, 2. §. 7. Ext. ubi vide.

3. Si conloqui] Leid. pr. *ſi quid loqui.* Eleganter ſane.

4. Delegit:] Sic MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii. Rectius, quam quod habent editi, *deligit.* Venitur enim in locum, non quem quis *deligit* tum cum venitur, ſed quem prius *delegit.* CLARK. Conſentiunt mei meliores ſeptem & Edd. primae, item Vaſcoſ. Steph. & alii.

5. Non esse aut ipsi aut militibus] Legendum ex MS. *Norvic. aut ipſis aut militibus*; dux enim erat cum Afranio Petrejus, cui etiam venia erat precanda. *Julius* etiam *Celſus* p. 191. ubi hanc Afranii orationem refert, ait *nec* NOBIS, *Caeſar, nec militibus his iraſci debeas.* DAVIS. *Afranio.* Sed in MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii eſt, (*Ipſis*:) ſcil. *Afranio* & *Petrejo.* Quod probat Daviſius. Nec immerito. Sic enim jam ſupra, quod in editis eſt (*ille —— impediret*;) in MS. Reg. eſt (*illi impedirent.*) CLARKE. *Ipſis* habent MSS. omnes & Edd. Ven. Ald. Manut. Gryph. pr. Plantin. Male Brutus e Vaſcoſ. Steph. cum quibus conſentiunt Edd. pp. *ipſi praefert.* Omnia quae ſequuntur, in plurali efferuntur, & loquitur verbis quoque Petreji; ut minorem invidiam ſibi contrahat. Reſcribendum ergo omnino *ipſis.*

 1. Pene

4 [1] *paene ut* [a] *feras, circummunitos*, [2] *prohiberi aqua, prohiberi ingreſſu:* [3] *neque corpore dolorem, neque animo ignominiam ferre poſſe:* [b] *itaque ſe*
5 *victos* [c] *confiteri: orare atque obſecrare, ſi qui locus miſericordiae* [d] *relinquatur, ne ad ultimum ſupplicium progredi neceſſe* [e] *habeant.* Haec quam poteſt [f] demiſſiſſime [g] atque ſubjectiſſime exponit.

1 LXXXV. Ad ea Caeſar reſpondit: *Nulli* [h] *omnium has* [i] *partis, vel querimoniae, vel miſerationis, minus conveniſſe: reliquos enim omnis*
2 *ſuum officium praeſtitiſſe;* [k] *ſe, qui etiam bona conditione,* [l] *& loco, & tempore aequo confligere* [m] *noluerit, ut quam integerrima eſſent ad pacem omnia; exercitum ſuum,* [n] *qui injuria etiam accepta, ſuiſque interfectis,*
4 *quos in ſua poteſtate habuerit,* [o] *conſervarit, & texerit; illius denique*

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *feminas.* b *ita* L. pr. V. c deeſt Lov. dein vulgo *ſi quis.* d *relinqueretur* MSS. 2. e *habeat* MSS. 6. & Edd. pp. minus bene. f *dim.* MSS. 5. & Edd. pp. g *at* Lov. Carr. & 3. alii. *&* L. pr. h *hominum* L. ſec. Edd. R. M. V. i Sic L. pr. & mox *omnis.* k Abeſt MSS. & Edd. pp. male. l deſunt *& l.* L. pr. m *noluerint* Pet. L. pr. Edd. R. M. V. *noluerunt* Lov. Dorv. B. *voluerint* V. *voluerunt* Pal. n deeſt Lov. Dorv. L. ſec. o *conſervavit & texit* Pal. Dorv. deeſt B. *conſervaverit* Lov. L. ſec. *rexerit* V. deeſt Pet.

1. PENE UT FEMINAS CIRCUMMUNITOS] Ita MSS. omnes; nec praeter Ciacconium fuit quiſquam, cui hic locus ſuſpicionem moverit. Suſpicionem dico, nam corrigere non tentavit. Ego emendo, *pene ut feras circummunitos.* Ait Afranius, ſe ſuoſque Caeſaris exercitu ita concluſos, ut quaſi indagine capti teneantur: haec vera lectio, & qui de ea dubitat, aurem non habet. VOSSIUS. Non dubitandum de emendatione Voſſiana, quam cum Cellario & Clarkio recepi. Nam vulgata lectione excogitari poteſt nihil ineptius. Scriptum erat *feias.* Hinc *feminas* fecerunt nugaces librarii. *Circumventos* autem eſt in Hottom. libro, uti & in Buſl. & Edd. Rom. Mediol. Ven. Vide ad c. 18, 81.

2. PROHIBERI AQUA, PROHIBERI INGRESSU] Eodem reſpicit, quo priora: ſed locus item male ſanus. Lego *egreſſu:* nimirum quia clauſi erant. Sed videor melius quid reperiſſe, & ſenſus aptior erit, ſi ſcribamus *congreſſu.* Et huc vere ſpectant, quae paullo poſt Caeſar ait, *neque corpore dolorem, neque animo ignominiam ferre poſſe.* Dolorem, quia fame & ſiti vexabantur: ignominiam, quod ignava morte perituri eſſent, quippe quibus negaretur proelium, ad honeſte occumbendum. Haec emendatio non ambigo, quin aliis quoque ſe probatura ſit. VOSS. Quem locum *ingreſſus* hic obtinere poſſet, nequeo equidem divinare, nec, ut opinor, alius quiſpiam. Ulcus eſt in verbis, cui ſanando ſolus operam dedit *Voſſius.* Reponit ille *prohibere egreſſu*, non prorſus quidem male; ſed hanc conjecturam poſtea deſerit, ut *prohibere congreſſu* ſubſtituat. At pugna eos non prohibuit Caeſar; conſtituit autem *ſigna inferentibus reſiſtere, prior proelio non laceſſere.* Vide c. LXXXII. Omnino ſcribendum videtur *prohibere digreſſu*, id eſt, diſceſſu; eam lectionem ſenſui convenire nemo non videt. DAVIS. Ego, cum Cellario, priorem Voſſii conjecturam probo; *prohiberi Egreſſu*, tanquam feras indagine clauſas. *Digreſſus*, (quod voluit Daviſius,) eſt Diſceſſus in diverſas partes: Quod hic non convenit. CLARKE. *Ingreſſu* pro inceſſu, progreſſu ego non mutem: progredi enim eos vetuerat multos per dies Caeſar. *Ingreſſum praebere* Front. III, 7, 4.

3. NEQUE CORPORE DOLOREM, NEQUE ANIMO IGNOMINIAM FERRE POSSE] *Dolorem* vocat moleſtiam ex aquae, lignorum & frumenti inopia ortam: iis autem maxima erat *ignominia*, quod circummuniti tenebantur. *Pet.* quidem *Ciacconius* pro *dolore* reſcribit *laborem*, quia dolorem ſoli animo competere putavit, ut equidem arbitror: aliam enim rationem comminiſci non poſſum. Utcunque ſit, huic certe loco *dolor* melius congruit. *Cicero* Tuſc. Quaeſt. l. II. c. XV. *Intereſt aliquid inter laborem, & dolorem: ſunt finitima omnino, ſed tamen differt aliquid. Labor eſt functio quaedam vel animi vel corporis gravioris operis & muneris: dolor autem motus aſper in corpore, alienus e ſenſibus.* Vide & Offic. l. III. c. V. DAV. Unice hic locus confirmatur ab Hirtio l. VIII. c. 44. *ſive indignatione & dolore vinculorum ſive timore.* ubi vide. Paullo poſt edidi *ſiqui* auctoribus MSS. Lovan. Scalig. Voſſian. Dorvill. Vide ad l. I. B. G. c. 48. *ſi qui equo deciderat.*

4. QUOS

que exercitus milites, qui per ſe de concilianda pace egerint; qua in re
omnium ſuorum vitae conſulendum [b] *putarint. ſic omnium ordinum* [c] *partis* 3
in miſericordia conſtitiſſe: ipſos duces a pace abhorruiſſe: eos neque indu-
ciarum jura ſervaſſe, & homines [1] *inperitos,* [d] *& per conloquium deceptos*
crudeliſſime interfeciſſe. Accidiſſe igitur his, quod [2] *plerumque hominibus* 4
nimia pertinacia atque adrogantia accidere [e] *ſoleat, uti eo recurrant, &*
id cupidiſſime petant, quod paullo ante contemſerint: neque nunc ſe illo- 5
rum [f] *humilitate, neque aliqua temporis obportunitate poſtulare; quibus*
rebus [g] *opes augeantur ſuae; ſed eos exercitus, quos contra ſe multos jam*
annos aluerint, velle [h] *dimitti: neque enim* VI *legiones alia de cauſſa* 6
miſſas [i] *in Hiſpaniam, ſeptimamque ibi conſcriptam, neque tot tantaſ-*
que [k] *claſſis paratas, neque ſubmiſſos duces, rei militaris peritos.* [3] *Nihil* 7
horum

VARIAE LECTIONES.

a *Egerunt* Lov. Dorv. b *putarunt* vulgo. c Ita L. pr. V. *miſericardiam* Edd. R. M. V. d deeſt L. pr. e *ſolet* MSS. 2. f *humanitate* MSS. mei o. & Edd. R. M. V. Beroald. aliaeque male. V. Hotom. g Sic MSS. non *aug. v.* h *dimittere* MSS. 5. perperam. i deeſt L. ſec. k Sic L. pr.

4. QUOS IN SUA POTESTATE HABUIT] Lege *habuerit*, ſic omnes MSS. ſic L. Latina poſcit. VOSSIUS. Vulgg. *habuit*. Sed lectionem, quam recepimus, in plurimis MSS. inventam probarunt viri eruditi, eamque exhibent editt. *Rom. Ven. Beroald.* & linguae Latinae ratio poſtulat. DAVIS. Vulgg. (*habuit.*) Voſſius autem & Daviſius ex plurimis MSS. repoſuerunt, (*habuerit*;) Quod & Linguae Latinae rationem poſtulare exiſtimarunt. Sed utrumque recte dicitur. Et illud (*habuit*) emphaſi ſua non caret. Eſt enim *Affirmatio* Caeſaris, ſe hoſtium nonnullos in poteſtate ſua habuiſſe. CLARK. Sic jam Urſinus, Hotom. Brutus e ſuis legerunt, & ita etiam in meis omnibus praeter Voſſ. qui cum Carr. & Beroaldo, *habuerat*, ſolemni errore exhibet. Sic & dein reſcripſi *putarint* fide Petav. Lovan. Leid. pr. Dorvill. pro *putarunt*. Palat. *putari*.

1. IMPERITOS ET PER COLLOQUIUM DECEPTOS] Malim *homines imparatos* cum *Lipſio Bentleioque*; vel *homines immeritos*. *Serenus Sammonicus* cap. XIV, 6. *Sed dolor* immeritum *lumen ſi forte laceſſit. Juvenalis* Satyr. X, 60. —— immeritis *franguntur crura caballis*. *Joſephus* Iſcanus de bell. Troj. I, 145. *Laedimur* immeriti, *patimurque indigna priores.* Vide *Ovidium* Triſt. II, 274. *Amm. Marcellinum* XXIX, 2. p. 613. & *Saxonem* Grammaticum Praefat. pag. 2. DAVIS. *Cur. ſec.* Conjecit etiam Lipſius *inpeditos*. quae vox cum *inperito* ſupra ſaepius confunditur. Certe hoc convenientius, quam *inparatos*. ſiquid innovandum, malim etiam *inmeritos*. Sed nihil eſt mutandum. *Inperiti* Caeſari ſunt ſimplices, ἀπαιδευτοι, inprudentes, nec ſatis muniti ad inlecebras: quare ſuo more ad inluſtrationem ſubjungit, *& per colloquium deceptos*. l. I. B. G. c. 40. *contra homines barbaros atque* inperitos &c. *hac ne ipſum quidem ſperare, noſtros exercitus capi poſſe.* l. VI. cap. 20. *barbaros &* inperitos *homines ad iniquam p. conditionem deduci poſſe.* c. 20. *Homines temerarios atque* inperitos *falſis rumoribus terreri.* ubi Codd. quidam dant *inpeditos*. Adde Val. Max. III, 8, 6. Liv. I, 19. Plura aliorum exempla videre lector poteſt apud J. F. Gronov. l. IV. Obſerv. c. 3. Hinc *peritus* non tantum gnaro rerum, ſed & *ſtulto*, *inperitus prudenti* opponitur. Phaedr. l. I. Fab. 23.

Repente liberalis, ſtultis gratus eſt;
Verum peritis inritos tendit dolos. unde patet, non opus eſſe Cel. Bentleji conjectura *rerum*. Nam *rerum periti* ſatis ſtulti animo eſſe poſſunt, & quamquam multarum rerum habeant experientiam, non recte tamen ſapere. Salluſt. B. Jugurth. c. 49. *prudentes cum inperitis, rudes cum bello melioribus.* Male *inperitos* exponit Cl. Cortius *ignaros*; & ideo *prudentes* per *gnaros* explicat. plura vide ad Hirt. B. Afric. c. 31.

2. PLERUMQUE HOMINIBUS NIMIA &c.] Recte quidem; ſic enim l. II. B. G. 30. *Plerumque hominibus Gallis brevitas noſtra contemtui eſt.* Verum Urſin. Cujac. Pet. Scal. Leid. pr. Voſſ. habent *hominum*. unde ſuſpicatur Gruterus legendum *pleriſque hominum.* Mihi vero ſimilius videtur *plerumque homini in n.* licet ſequatur pluralis. Is enim numerus anſam corrumpendo loco potius praebuiſſe videtur. Quamvis ea numeri mutatio ſit creberrima, ut alibi plus ſemel vidimus. Sed & *hominum pertinacia* jungi poteſt; & ſic manere optimorum Codicum ipſiſſima lectio.

3. NIHIL HORUM] Bene; ſed vide, num praeferas

horum adpacandas Hiſpanias, nihil [a] *ad uſum provinciae proviſum, quae,*
8 *propter diuturnitatem pacis, nullum auxilium* [b] *deſiderarit. Omnia haec*
jam pridem contra ſe parari: in ſe novi generis imperia conſtitui; ut [1] *i-*
dem ad portas urbanis [c] *praeſidia rebus, & duas bellicoſiſſimas provin-*
9 *cias* [d] *abſens tot annos obtineat: in ſe jura magiſtratuum commutari, ne*
ex praetura, [e] *& conſulatu,* [f] *ut ſemper, ſed perpaucos probati & electi*
[g] *in provincias mittantur: in ſe* [h] *aetatis excuſationem nihil valere, quod*
ſuperioribus bellis probati ad obtinendos exercitus evocentur: in ſe uno
10 *non ſervari, quod ſit omnibus datum ſemper imperatoribus, ut, rebus fe-*
liciter geſtis, aut cum honore aliquo, aut certe ſine ignominia domum re-
11 *vertantur, exercitumque dimittant. Quae tamen omnia & ſe tuliſſe pa-*
tienter & eſſe laturum: neque nunc id agere, ut ab illis abductum exer-
citum teneat ipſe, quod tamen ſibi difficile non ſit; ſed ne illi habeant, quo
12 *contra ſe uti poſſint: proinde, ut eſſet dictum, provinciis excederent,*
exercitumque dimitterent: [i] *ſi id ſit factum, nociturum ſe nemini: hanc*
unam, atque extremam pacis eſſe conditionem.

1 LXXXVI. Id vero militibus fuit pergratum & jucundum, ut ex ipſa
ſignificatione potuit cognoſci; ut, [k] qui [2] aliquid victi incommodi exſpe-
2 ctaviſſent, ultro [l] praemium miſſionis ferrent. Nam quum de loco & tem-
pore ejus rei controverſia inferretur, & voce & manibus univerſi ex vallo,
ubi

VARIAE LECTIONES.

a *Adverſum provincias* B. L. ſec. inepte. b *deſiderarint* B. L. ſec. c vulgo *praeſideat.* d *ab ſe* MSS. 3. *annis* L. pr. e *aut* L. ſec. Lov. f pro *ſed* eſt *ſit* in MSS. meis, niſi quod duo habeant *ſic. fiat* addidit R. Steph. e Gloſſa *perpauci* B. L. ſec. g deſunt *in pr.* Pet. h *etiam aet.* Pet. L. pr. i MSS. & Edd. pp. *ſed ſi.* fors *ſe, ſi*, ut dein deleatur. Nam in pleriſque MSS. & Edd. pp. *ſe nocit.* k *quia* L. ſec. V. *aliqui* MSS. 4. *in commodum* B. L. ſec. l vulgo additur *inde.*

feras, quod ſervarunt Leid. pr. Lovan. & Dorvill. *Nihil quorum.* quod a librariorum cerebro alienum videtur.

1. IDEM AD PORTAS URBANIS PRAESIDEAT REBUS, ET DUAS BELLICOSISSIMAS PROVINCIAS ABSENS TOT ANNOS OBTINEAT] Pompejum intelligit, qui Africam & Hiſpaniam obtinebat. Vide *Plutarchum* in Dat. p. 779. In MS. autem *Norvic.* corrupte legitur *idem ad portas urbanis praeſidia rebus:* corruptius in editt. *Rom. Ven. Beroald. idem apportans urbanis praeſidia rebus*, licet antiqua manus *Venetae* ſanam lectionem reſtituerit. *Ad portas* vero dicit, quoniam iis, qui cum imperio erant, in urbem ingredi non liceret. Vide *Paullum Manutium* de Sen. Rom. cap. IV. DAVIS. Non damno hanc lectionem. ſiquidem ex MSS. ſit recepta. Interim teſtari poſſum, ita eſſe in nullo meorum, qui conſtanter legunt *ut idem ad portas urbanis praeſidia rebus & &c, obtineat.* Niſi quod in Dorvill. Leid. ſec. Voſſ. & Ed. Med. ſit *adportans*, quod ex non perſpecto uſu Dativi ortum eſt. *Praeſidia obtinere urbanis rebus* idem eſt, quod *in praeſidio eſſe urbi*, ne novi motus fiant, & Reſp. quid detrimenti capiat. Sic *in praeſidio urbi eſſe* apud Frontin. l. I, VIII, 3. *Praeſidia urbanis rebus* dictum eſt, ut *communi ſaluti auxilium*, & ſimilia multa; de quibus vide ad l. V. c. 48. Ovid. l. II. Met. 349. *Inania morti munera.* Jam autem *obtinere praeſidia*, *obtinere urbem cum praeſidiis* &c. locutiones ſunt frequentiſſimae. quare non dubitavi, quin *praeſidia* revocari debeat. Ad urbem enim Pompejus erat cum exercitu.

2. ALIQUID VICTI INCOMM. &c.] *Victos* enim ſe profitebantur duces ut c. 84. dixit. Non placet tamen admodum ea vox hoc loco, & in vetuſtiſſimis libris, ut Petav. Scalig. & Leid. pr. legitur *Juſti.* Incommodum, quod lege belli a victore juſte iis inponeretur. vel *juſſi*, ut τὸ *ultro* obponatur. Dein τὸ *inde* delevi; nam non exſtat ea vox in MS. Urſin. nec Petav. Scalig. Lovan. Leid. pr. ſec. Voſſ. Bong. Dorv. Palat. nec Edd. Flor. Scal. neque habere locum videtur. Forſan *ultroneae* i. non rogatae ſcripſerit auctor.

1. NEQUE

ubi conſtiterant, ſignificare coeperunt, ut ſtatim dimitterentur: [1] neque omni interpoſita fide [2] firmum eſſe poſſe, ſi in aliud tempus differretur.
Paucis quum eſſet in utramque partem verbis diſputatum, res huc deduci- 3
tur, ut [a] ii, qui habeant [b] domicilium, aut poſſeſſiones in Hiſpania, ſtatim;
reliqui ad Varum flumen dimittantur: [3] ne quid eis [c] noceatur, [4] neu quis 4
invitus ſacramento dicere cogatur a Caeſare, cavetur.

LXXXVII. Caeſar ex eo tempore, dum ad flumen Varum veniatur, ſe 1
frumentum daturum, pollicetur: addit etiam, ut, *quid* [d] *quiſque eorum in bello amiſerit, quae ſint penes milites ſuos, iis, qui* [e] *amiſerint, reſtituatur: militibus, aequa facta* [f] *aeſtimatione, pecuniam pro iis rebus* [g] *diſſolvit.* Quaſcumque poſtea controverſias inter ſe milites [h] habuerint, 2
ſua ſponte [5] ad Caeſarem [i] in jus adierunt. Petrejus atque Afranius, quum 3
ſtipen-

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt V. *ei* Pet. L. pr. *baberent* Pal. b *dom. aut* abſunt a L. ſec. *poſſeſſionem* L. pr. ſec. *Hiſpaniam* Lov. c vulgo *noceretur neve cogeretur.* d *quisquis* Lov. *ſi quidq.* Edd. Vaſc. Str. Steph. Gr. poſt. e *amiſerant*, *reſtituat* MSS. *reſtituant* L. ſec. f *exiſtim.* MSS. 2. g Ita Scal. ex MS. Urſ. nec aliter mei praeter L. ſec. & V. in quibus & Edd. prioribus *ſolvit.* h Sic Pal. Dorv. *babuerunt* Pet. Sc. L. pr. B. & Edd. qdd. vulgo *babuerant.* i vulgo *intus.*

1. NEQUE OMNI] MS. Reg. & Edit. Rom. (*neque* enim) ſed praeſtat vulgata lectio. CLARK. *Enim* etiam Carrar. Leid. ſec. Bong. & Edd. Mediol. Ven. ſed vulgata lectio multo majorem emphaſin habet.

2. FIRMUM ESSE POSSE] Rarum id quod de miſſione ageretur; eam enim reſpici manifeſtum eſt: plane autem dormitavit *Fr. Hotomannus*, qui haec verba de fide ducibus data intelligit. Vide c. LXXVI. DAVIS.

3. NE QUID IIS NOCERETUR] *Bong.* codex habet, *ne quoi de bis noceatur.* (Editt. *Rom. Ven. Beroald. ne cui de bis noceatur.*) Quod probo: haec autem ſi vera lectio, ex MSS. *Cujac.* & *Petav.* *cogatur* paullo poſt legendum. VOSSIUS. *Ne cui de eis* noceatur, *neve quis* —— *ſacramento dicere* cogatur ——, *cavetur.*) Ediderunt Scaliger & Recentiores, (*Ne quid eis* noceretur, *neve quis* —— cogeretur —, *cavetur.*) Sed Voſſius ex MSS. reſtituit eam, quam ſecutus ſum, lectionem; quam & ipſa Temporum ratio poſtulat. Firmant MSS. Reg. Iſ. Voſſii, & Elienſis; quorum poſterior habet, in praeſenti tempore, *noceatur* & *cogatur*; priores autem integram eam exhibent, quam repoſui, lectionem. CLARKE. NE CUI DE HIS eſt etiam in Leidenſ. ſec. & Ed. Medic. Sed ceteri MSS. & Edd. *Ne quid.* Quod movendum non videtur. at *noceatur* & *cogatur* eſt quoque in Leidd. Petavian. Palat. Bongarſ. Dorv. Scalig. Carr. & Edd. Veteribus, item Steph. Gryph. Plant. *Neu* pro *neve* etiam repoſui auctoritate **MSS.** omnium & Edd. pp. item Vaſcoſ. Steph. &c. ut ſaepe.

4. NEVE QUIS INVITUS SACRAMENTO DICERE COGERETUR] Lego ex MS. Cujacii & Petavii, *neve quis invitus ſacramentum dicere cogatur.* VOSSIUS. Ex MSS. *Petav.* & *Cujac.* reſcribit *Voſſius ſacramentum dicere*, ac ita ſane MS. *Norvic.* Sed alii MSS. & veteres cuſi vulgatam lectionem retinent, ac proba eſt locutio; dixit enim *Livius* l. IV. c. LIII. *auxilioque Tribuni nemo invitus ſacramento diceret.* Nihil igitur movendum. DAVISIUS. Ibid. *metu ceteri ſacramento dixerunt.* Adde Tennul. ad Frontin. lib. IV, 1, 4. & J. F. Gron. ad Livium lib. XXIV. c. 8. *Quibus ſacramento liberi veſtri dicant:* ubi vulgo erat *ſacramenta*, uti hic inveni in Voſſiano & Leid. ſec. Turbant quoque l. II. c. 24. *ut ſacramento dicerent.* Verum tamen praeter Cujac. & Petav. etiam Scalig. & Leid. pr. cum Ed. R. Steph. habent *Sacramentum.* quorum auctoritas certe praeponderare debet. Horat. l. II. o. 17.

Non ego perfidum
Dixi ſacramentum.

Tacit. l. I. Ann. c. 28. *Percennione & Vibulcno ſacramentum dicturi ſumus?* l. IV. Hiſt. c. 31. *Adigente Flacco, inſtantibus tribunis, dixi ſacramentum.* Sic enim MSS. illis locis conſtanter. Immo apud ipſum Caeſarem c. 23. hujus libri, *Milites Domitianos ſacramentum apud ſe dicere jubet.* Veget. l. II. c. 5. *Militiae ſacramenta dicuntur.*

5. AD CAESAREM INTUS ADIERUNT] Alii *introduxerunt.* Laudo & ambabus manibus amplector conjecturam Jani Guiljelmii, qui c. 11. Quaeſt. in

 Aulula-

ſtipendium ab legionibus, paene ſeditione facta, [1] flagitarentur, cujus illi diem nondum veniſſe dicerent, Caeſar ut cognoſceret, [a] poſtulant; eoque
4 utrique, quod ſtatuit, contenti fuerunt. Parte circiter tertia exercitus eo biduo dimiſſa, II legiones ſuas antecedere, reliquas ſubſequi juſſit, ut non longo inter ſe ſpatio caſtra facerent: eique negotio [2] Q. Fufium Kalenum
5 legatum [b] praeficit. Hoc ejus praeſcripto ex Hiſpania ad Varum flumen eſt iter factum, atque ibi reliqua pars exercitus dimiſſa.

VARIAE LECTIONES.

a Sic Scal. ex MS. Urſ. & ita Dorv. *poſtulatum* Lov. Reliqui cum Edd. ceteris *poſtulatum eſt.* b vulgo *praefecit* & *dim. eſt.*

Aululariam legit *in jus adierunt.* Obſervo ſic locutum Cicer. Orat. XI. l. IV. in Verrem: *Cum ad praetorem in jus adiſſemus, excogitat ſane diligenter, & caute quid decernat. Nam antequam verbum facerem, de ſella ſurrexit atque abiit*, Idem Orat. VII. l. II. in eundem Verrem: *Nam Heraclius tum adfuerat, cum primum dati ſunt judices: de hac, qui antequam in jus aditum eſſet, antequam denique mentio controverſiae facta eſſet, diſceſſiſſet, putabant nihil agi poſſe.* Sed abunde haec ad firmandam Guiljelmii emendationem. VOSSIUS. *Intus adierunt* ex Urſini codice recepit Scaliger, cum vulgo legeretur inepte *introduxerunt*, quod tamen eſt quoque in Palat. Bong. Dorvill. & Leid. ſec. Reliqui mei quoque *intus adierunt* praeter Leid. pr. qui dat *Juſtius adierunt.* Corrupte ſine dubio ex *in jus*, uti bene in textum jam receperunt Cellarius, & Clarkius, & Cort. ad Sall. B. Bat. c. 42. Terent. Phorm. 5, 8, 41. *In jus ambula.* Vide ad Aurel. Victor. de Vir. Illuſt. c. 72. *Ne quis ad eum in jus iret.* & paſſim, quamquam non nego *intus* aliquando pro *intro* ſumi. ut lib. III. c. 26. *Quo ſimul atque intus eſt itum*; ſi ſana eſt lectio. Vide Fabri Theſ. & notas ad Vellej. l. II. c. 25. Sed tamen plerisque locis etiam cum Accuſativo notat in loco. ut & ibi patet etiam addita praepoſitione *in.* Liv. l. XXVII. c. II. ut eſt in MSS. a me viſis *Romae intus in cellam aedis &c.* Vide & ad Obſeq. c. 106. Non poſſum, quin hac occaſione emaculem Virgil. in Cul. 76. *vallibus imis Semper opaca novis manantia fontibus antra.* Nam MSS. Voſſ. & Petav. elegantius v. *intus.*

1. FLAGITARENTUR,] Cellarius & Amſtaelodamenſes ediderunt, (*flagitaretur.*) Sed longe elegantior lectio eſt, (*flagitarentur;*) ut *Stipendium* ſit caſus Accuſativi. CLARK. In Lexicis jam notatur hujus locutionis teſtimonio producto, etiam *flagitari*, ut plura ejus generis verba, retinere accuſativum rei. Vereor tamen, ne infirmo tibicine ſit fultum hoc teſtimonium: nam MSS. mei omnes habent *flagitaretur* cum Edd. primis, uti & Gryphii aliiſque. Retinui tamen *flagitarentur.*

2. Q. FUFIUM KALENUM.] Sic ex MS. Urſin. & Schedis Pulm. cum Cellario, Daviſio, & Clarkio edidi hic & l. III. B. Civ. c. 8, 26, 55, 106. e MSS. plurimis &c. cum olim ſcriberetur *Fuſium.* Male, ut e nummis patet. quare Ill. Heinſius quoque *Fufium* ſcribendum eſſe libri ſui orae adleverat. Mei habent meliores *Fuſcium* vel *Fuſejum*, *Fuſenum* Leid. pr. *Suffenum* Voſſ. at omnes *Kalenum* per *C.* exerant perperam. *Fuſius* & *Fufius* confunduntur etiam lib. VII. B. G. c. 3. ubi vide. Dein *praeficit* exhibui auctoritate Petav. Leid. pr. Palat. Bong. Dorv. Voſſ. mutatione temporum crebra, & ſingulis, ut ita dicam, paginis occurrente. Item ultimam voculam *eſt* delevi, exigente id ſermonis elegantia, uti & Leid. pr. a m. pr. & Palatino Codd.

C. JU-

C. JULII CAESARIS COMMENTARIORUM DE BELLO CIVILI

LIBER II.

ARGUMENTUM LIB. II. DE BELLO CIVILI.

Maſſiliae, undique artius obſeſſae, III. *ſubſidio cum claſſe advenit L. Naſidius: conjunctaque ſuae claſſi oppidana*, VII. *proelium infeliciter cum Caeſariana committit.* VIII. *Trebonius inauditae molis machinas ad oppidum exſtruit.* XII. *Quibus incolae territi, inducias petunt:* XIV. *obtentas ipſi violantes, ſubita eruptione opera Trebonii disjiciunt.* XV. *Iis tamen ſumma feſtinatione refectis, denuo de deditione agunt.* XVII. *Interim in Hiſpania ulteriore M. Varro, bellum dum adparat*, XX. *ab omnibus paene deſertus, in poteſtatem Caeſaris devenit*; XXII. *uti etiam Maſſilienſes.* XXIII. *Curio in Africa primo res proſpere gerit*; XL. *poſt temerarie proelio decertans, cum toto exercitu caeditur.*

I. [a] DUm haec in Hiſpania geruntur, C. Trebonius [b] legatus, qui ad 1
obpugnationem Maſſiliae relictus erat, duabus ex partibus agge-
rem, vineas, turreſque ad oppidum agere inſtituit. Una erat proxima [c] por- 2
tui, navalibuſque; [1] altera ad partem, qua eſt aditus ex Gallia atque Hi-
ſpania

VARIAE LECTIONES.

a *Cum* MSS. 3. Ed. Ven. b deeſt Scal. c *portu* Leid. pr. Vide ad l. 1. B. G. c. 16.

1. AD PARTEM QUA EST ADITUS (EX GALLIA ATQUE HISPANIA AD ID MARE, QUOD ADIGIT) AD OSTIUM RHODANI] Ita Scaliger edidit, parentheſi incluſis illis quae hic vides verbis: quod quando in editione ejus fit, denotat ſuſpecta vel ejicienda eſſe. Palatinus & Bongarſianus codex habent: *aditus ad Galliam atque Hiſpaniam.* Et ſic emendabat Faërnus. Alii legunt: *Qua eſt aditus ab eo mari quod vergit ad oſtium Rhodani.* Sed hoc Fulvius nimium recedere putat a vulgata ſcriptura. Et ut verum fateamur, parum id ex mente Caeſaris. Quomodo tamen emendandus locus ſit, prorſus neſcire me confiteor. Oedipo hic opus eſt. Illud certum arbitror, quaedam a librario inſerta eſſe. VOSSIUS. Variae ſunt hunc in locum hariolationes. *Gabr. Faërnus* ſcribit, *qua eſt aditus ad Galliam atque Hiſpaniam*, &c. nec male divinavit, ita enim exhibent MSS. *Carrar. Palat.* & *Bongarſ.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald. Petro Ciacconio* placuit *qua eſt aditus ab eo mari, quod vergit ad oſtium Rhodani*; quam conjecturam, ut nimis audacem, merito rejicit *Fulv. Urſinus. Scaliger* reponit *qua eſt aditus ad oſtium Rhodani*, cetera ex interpretatione nata temere arbitratus. Ingenue autem fatetur *Voſſius*, ſe prorſus neſcire, quomodo emendandus ſit locus; cui tamen felicem medicinam tantum non invenit frater ejus *Iſaacus*; legit enim not. ad *Pomponii Melae* l. II. c. v. *altera ad partem, qua eſt aditus ex Gallia atque Hiſpania, ad id mare quod attingit oſtium*

3 ſpania ad id mare, quod adigit ad oſtium Rhodani. Maſſilia enim fere [a] ex
III oppidi partibus mari adluitur. [1] Reliqua quarta eſt, quae aditum [b] habeat a terra. Hujus quoque ſpatii pars ea, quae ad arcem pertinet, loci natura, & valle altiſſima munita longam & difficilem habet obpugnationem.
4 Ad ea perficienda opera C. Trebonius magnam jumentorum atque hominum multitudinem ex omni provincia [c] vocat; vimina materiamque comportari jubet. Quibus [d] comparatis rebus, aggerem in [e] altitudinem pedum LXXX exſtruit.

1 II. Sed tanti erant antiquitus in oppido omnium rerum ad bellum adparatus, tantaque multitudo tormentorum, ut eorum vim nullae contex-
2 tae viminibus vineae ſuſtinere poſſent. [2] Aſſeres enim pedum [f] XII, cuſpidibus

VARIAE LECTIONES.

a *Tribus ex o*, MSS. & Edd. qdd. *oppidi* deeſt Carr. *abluitur* L. ſec. Dorv. Edd. pp. b vulgo *babet* & *abt*. Voſſ. *ad terram* Lov. & 3 alii male. V. de hac variatione ad l. VIII. B. G. c. 41. c *evocat* Ciaccon. d *comport*. Carr. e *latitudinem* Edd. pp. ſed Vide ad c. 15. f *XXII* Ed. Elz.

Rhodani; *aditus* enim *ex Gallia atque Hiſpania* conciſe dicitur, pro eo quod eſt, aditus ad Maſſiliam, venientibus ex Gallia Hiſpaniaque. Firmatur ejus ſententia ex editt. *Steph.* & *Vaſcoſ.* in quibus eſt *attingit ad oſtium*, ſic & MS. *Norvic.* niſi quod ille *attigit*; nec forſan male, *attigo* enim dixerunt veteres. *Propertius* lib. I. Eleg. XVII, 27.

Si quando veſtras labens Amor attigit undas.

Eadem etiam forma uſi ſunt *Pacuvius*, *Lucilius* & *Plautus*, ut oſtendit *Joan. Meurſius* Exercit. Crit. Part. I. in Epid. *Plaut.* c. VII. p. 119. Sed, ut hic ἀρχαϊσμὸς *Caeſari* reddatur, non multum contendo. Illud certum, praepoſitionem ab *Iſ. Voſſio* rejectam debere retineri; eam quippe exhibent MSS. & veteres cuſi. Reſcribe igitur *attigit*, ſive *attingit ad oſtium Rhodani.* Auctor ad Herennium l. IV. fol. 38. B. editt. Lamb. *Ad hanc rem, quod ſatis eſt, attingemus.* Ipſe *Mela* lib. I. c. IV. *Et qua ad fluvium attingit, latiſſima.* Sic etiam loquitur *Sulpicius Severus* Dial. III. c. XIV. p. 484. DAVIS. Scaligero fere conſentit Gruterus, at cum Iſ. Voſſio facit Clarkius, & quaſi ex optimis MSS. ita edidit. niſi quod *ad oſtium* retinuerit. Certe *ex G. atque Hiſpania* ſervant Leid. pr. Voſſ. Scalig. & Petav. Cujac. Reliqui cum Edd. pp. *ad Galliam atque Hiſp.* Non autem cum Voſſio & Clarkio diſtinguerem poſt *Hiſpania.* Jungenda videntur *aditus ad id mare.* l. IV. G. B. c. 2. *Mercatoribus eſt ad eos aditus.* Dubito tamen. Dein in nullo codice eſt *attingit*, ſed ita exhibet quoque Ed. Gryph. poſterior, & libri ſui margini adjecit Lipſius. *Agit* Carrar. *ad* non agnoſcit Bong. Hotomanus retinet *adigit*, ſubintelligens *naves.* Eſt vir doctus, cui placet *adtinet*, i. e. adtiguum eſt, pertinet. Cum pleriſque viris Doctis adridet mihi maxime *adtingit*, ſive, ut alii cenſent, ἀρχαϊκῶς, *adtigit ad oſtium.* De verbo *adtigere* adi etiam Giſan. in Ind. Lucret. & Fabr. ad Terent. And. IV, 4, 50. In Melae loco a Daviſio adlato habet MS. amici mei *Et qua fluvium attigit*, ut alibi ſaepe, librariorum, puto, errore. Contra eodem capite, *quae in mare attingunt*, uti ex Codd. edidit Gronovius. *Adtingere* cum Praepoſitione jungunt etiam alii. Vide Heinſ. ad Ovid. Art. II, 701.

Ad Venerem quicumque voles adtingere ſeram.

Ceterum illa *ad partem* vehementer offendunt, niſi velis ſub *una* & *altera* non ſubaudire *partem*, ſed *obpugnationem*.

1. RELIQUA QUARTA EST, QUAE ADITUM HABET A TERRA] Maſſilia *ſolis mille quingentis paſſibus terrae cohaeret, qua firmiſſimus & turribus frequens murus opponitur*, ut auctor eſt *Eumenius* Paneg. VI. c. XIX. I. DAVIS. Faerno, Urſino & Ciacconio ſuſpecta eſt vox *Reliqua*: leguntque duo poſteriores *qua ad. habet* vel *habeat*, ut eſt in Urſini Codice: MSS. mei omnes conſtanter ſervant *reliqua q. eſt, quae.* Praefero tamen *qua*, uti & *habeat*, quod exhibui auctoritate conſentientium Codicum Pet. Leidd. Lovan. & 5 aliorum.

2. ASSERES ENIM PEDUM DUODECIM CUSPIDIBUS PRAEFIXI] Inter remedia adverſus turres fuere olim trabes, quas incutere ſolebant; ad infringendas eas. Unde hic per aſſeres putabat Hottomannus trabes denotari. Sane parum refert, aſſeres an trabes fuerint: interea temere unum pro altero non accipiendum, docet me autorum graviſſimus, qui Hiſtor. IV. ait: *Eduxerant Batavi turrim duplici tabulato, quam Praetoriae portae (is aequiſſimus locus erat) propinquantem, promoti contra validi aſſeres & incuſſae trabes perfregere,*

Neque

dibus praefixi, atque hi maximis [a] baliſtis miſſi [1] per IV ordines cratium in terra defigebantur. Itaque pedalibus lignis conjunctis inter ſe [2] porticus 3
[b] integebantur; atque hac agger inter manus proferebatur. Antecedebat 4
[3] teſtudo pedum LX, aequandi loci cauſſa, [c] facta item [4] ex fortiſſimis lignis, [1] invo-

VARIAE LECTIONES.

a *Haſtilibus* Lov. *miſſi* abeſt ab Edd. R. M. V. b vulgo *integebatur.* c Male Edd. quaedd. *facta; item. Soli* autem pro *loci* malit Hotom. & *lapidis poſſit* Ciaccon. fruſtra:

Neque hic dicat quiſpiam per aſſeres & trabes eandem rem denotari: contra morem Taciti hoc; qui ſupervacuis verbis non utitur. Sed ſufficit: neque enim tanti res eſt, quando loca reperiuntur, quibus *aſſer* pro trabe ponatur. VOSSIUS.

1. PER QUATUOR ORDINES CRATIUM IN TERRAM DEFIGEBANTUR] Voces eas *in terram*, ut furcillandas, unco Scaliger incluſit, repugnante tamen re ipſa. Ait enim Caeſar, tanta vi a Maſſilienſibus adactos aſſeres, ut quatuor cratium ordinibus perruptis, in ipſam humum penetrarent; quare nullus ambigo genuina haec verba eſſe. VOSSIUS. *In* terra *defigebantur*) Ferri quidem poteſt haec conſtructio. Sic *Livius* VIII, 8. *haſtas ſubrecta cuſpide in* terra *fixas* dixit. Cum tamen *Petav. Pal. Norvic.* & *Gryph.* habeant, *in* terram *difigebantur*; ea potius videtur recipienda. DAVIS. *Cur. ſec.* Bene haec verba *in terra* defendit Voſſius, eaque agnoſcunt MSS. omnes; niſi quod in Petavian. Palatin. Dorvill. Edd. Vaſcoſ. Steph. aliiſque ſit *in terram.* Nil muto tamen. Vide ad Frontin. l. II. c. 3. §. 17. *Palos in terram defigerent.* ubi docui, apud Livium, Vegetium &c. *in terra defigere* vulgo in MSS. legi. Adde L. hujus c. 10. *in trabibus columellae defiguntur.*

2. INTER SE PORTICUS INTEGEBATUR] Nota *porticum* pro *vineis* poni: nec aliud hodie noſtrum *galeries.* Idque vinearum proprium nomen eſt. Sed quia olim porticus (hodieque paſſim videmus) in hortis ſolent contegi vineis, inde nomen ad militiam tranſiit. Unde Feſtus Pompejus; *Vineae*, inquit, *quod vini feraces ſint. Etiam militares quaedam machinationes a ſimilitudine appellantur. A ſimilitudine*, non vitis ipſius, quae nulla profecto eſt, ſed quia vineis contegi ſolent porticus ad amoenitatem. In Gloſſ. MSS. invenio, *Vineas*, *machinamentorum genera*, *quae fiunt in modum turrium*, *ac rotis quibus deſcendunt* (lege *adſcendunt*) *milites ac muros expugnant.* Nimirum confudit bonus Gloſſographus pluteos, ac vineas, ac turres. Nam pluteis rotae; turres adſcenſum dant. Vegetius l. IV. c. XV: *Vineas dixerunt veteres*, *quas nunc militari barbaricoque uſu cauſias vocamus.* Sed mira codicum varietas eſt, in quibus reperias *cauſias*, *cautias*, *caucias*; *cautibus*, *cantibus.* Sed Vincentius Bellovacenſis, qui Vegetium & hic, & paſſim exſcribit, habet: *Vineas dixerunt veteres quas nunc cautibulos*, *alias chartos* (lego *chattos*) *vocant.* Nec dubito quin *chattos* illud rectum ſit; nam ut vinea Graecis quoque appellata nomine teſtudinis: & hinc in Poliorceticis Apollodorus χελῶναι inquit ἐλαφραὶ αἱ καλοῦνται ἄμπελοι; Sic poſterioribus quoque *cattos* i. e. feles appellatas eſſe crediderim. Sed priuſquam finio: in MSS. omnibus eſt *integebantur*, non, ut Scaliger edidit, *integebatur.* Quare prius retineo, & ajo vocem *porticus* plurali numero hic poſitam: ut *vineae* quoque veteres dixere, non vinea: nam etſi Lucanus dixit,

—— *Procedit vinea terra.*

Et Silius eodem modo, in ſingulari uſurpavit, pueri videant metri cauſſa factum: qui ſoluta oratione ſcripſerunt, ſemper *vineas* habent. VOSSIUS. Non quidem Scaliger primus edidit *integebatur*, ſed jam ante Beroaldus, aliique. MSS. tamen omnes, ſi Voſſianum excipias, & Edd. primae, item Vaſcoſ. Steph. Gryph. & plures habent pluralem numerum, qui corruptus eſſe videtur ob praecedens *hac*, ſub qua *porticum* intellexerunt; ſed *hac* adverbialiter ponitur, ut millies: & pro eo in 4 Codd. ſcribitur *huc.*

3. TESTUDO PEDUM LX, AEQUANDI LOCI CAUSSA FACTA; ITEM EX FORTISSIMIS LIGNIS] Noli, quod Scaliger putabat, verba haec *facta item* ſuſpecta habere: proba & firma ſunt, & reſpiciunt ad illa, *pedalibus lignis inter ſe conjunctis.* Ait Caeſar, Maſſilienſibus tantam machinarum copiam fuiſſe, ut crates, aut id genus opera diſturbarent: itaque ex validis tignis conſtructas vineas fuiſſe: anteceſſiſſe autem teſtudinem item ex fortiſſimis lignis factam. VOSSIUS. Erravit *Pet. Ciacconius*, qui hanc machinam ea re factam arbitratur, ut opera Caeſaris loco aequari poſſent; mihi enim cum *Juſt. Lipſio* Pol. l. I. Dial. VIII. intelligi videtur teſtudo ad congeſtionem foſſarum parata, quam deſcribit *Vitruvius* l. X. c. XX. DAVIS.

4. EX FORTISSIMIS LIGNIS] Fortitudo ad animum proprie refertur; viribus tamen corporeis & rebus inanimis interdum tribuitur. *Plinius* l. XVI. c. XI. *Rigorem* fortiſſime *ſervat ulmus.* Non multo aliter *Corn. Severus* in Aetna vs. 404. lapidi

[1] involuta omnibus rebus, quibus ignis jactus & lapides defendi poſſent.
5 Sed magnitudo operum, altitudo muri, atque turrium, multitudo tormen-
torum omnem adminiſtrationem tardabat: [a] tum crebrae per Albicos eru-
ptiones fiebant ex oppido; igneſque aggeri & turribus inferebantur: quae
facile noſtri [b] repellebant milites; magniſque ultro inlatis detrimentis,
eos, qui eruptionem fecerant, in oppidum rejiciebant.
1 III. Interim L. Naſidius ab Cn. Pompejo cum claſſe navium XVI, [c] in
quibus paucae erant aeratae, L. Domitio Maſſilienſibuſque ſubſidio miſſus,
2 freto Siciliae, inprudente atque inopinante Curione, [2] pervehitur: [d] adpul-
ſiſque [e] Meſſanam navibus, atque inde, propter repentinum terrorem,
3 Principum ac Senatus fuga facta, [3] ex navalibus eorum unam deducit. Hac
[f] adjuncta ad reliquas naves, curſum Maſſiliam verſus perficit; praemiſſa-
que clam navicula, Domitium Maſſilienſeſque de ſuo adventu certiores fa-
cit; eoſque magnopere hortatur, ut rurſus cum Bruti claſſe, additis ſuis
auxiliis, confligant.
1 IV. Maſſilienſes poſt ſuperius incommodum veteres ad eumdem nume-
2 rum ex navalibus productas naves refecerant, ſummaque induſtria arma-
verant;

VARIAE LECTIONES.

a Sic Ciacc. & ſeqq. e Faerni libro. MSS. & Edd. *crebrae tamen. crebro* Pal. Dorv. b *mil. rep.* MSS. & Edd. plerique. paullo ante *facilius* Lov. Pal. c *ex* L. ſec. d vulgo *proveb.* e *ad M.* Scal. *Meſſania* MSS. 3. f *juncta* Carr. V. L. ſec.

pidi molari *animos* attribuit. *Vegetius* de re mil. l. I. c. XV. *Ut arcum ſcienter teneant, ut* fortiter *impleant.* Idem c. XX. ferrum *ſcienter ac* fortiter *directum* dixit. DAVIS. *fortior pons* B. Alex. c. 19. Veget. l. I. c. 24. *Sudes lignis fortiſſimis.*

1. INVOLUTA] Sic vulgo nec male legitur ex emendatione Ciacconii; quum in prioribus Edd. & MSS. exſtaret *evoluta:* quod tamen contrarium, nec huic loco aptum ſenſum exhibet. Unde forſan rectius foret *convoluta*, ut ſcribae pro ꝯ i. e. *con* exararint *e.* Immo *convoluta* reſtat plane in Cod. Scalig. & Ed. R. Stephani; atque ita Lipſius & Aicardus ſui libri margini adſcripſerunt. Nec enim puto, *evolvi* ſumi poſſe pro *omnino induci:* ut *evinci* pro omnino vinci, & ſimilia.

2. PROVEHITUR] Hoc compoſitum frequens eſſe in re navali vidimus jam ad lib. V. B. Gall. c. 8. *Leni Africo provectus.* Verum praepoſitionem *pro* reperi in ſolo Voſſiano. Nam Petav. Scalig. Leidd. Lovan. Bong. Dorvill. exhibent *pervebitur.* Quod altero non minus in uſu eſt; ut jam Lexica docent. Vide & Vellej. Paterc. l. II. c. 55. & c. 75. Melius autem hic convenit, quam *pro.* Indicat enim Caeſar, eum navibus per fretum vectum eſſe. Paſſim autem, ut in ceteris verbis, ita etiam in hoc praepoſitiones illae confunduntur: Mela l. III. c. 9. *Per boc pelagus, ut Nepos adfirmat, Gades uſque pervectus eſt.* ubi MS. a me viſus *provectus.* Valer. Max. l. I. c. 5. §. 4. *Navicula in Africam pervectus:* & ibi MSS. quidam *prov.* ſed Nep. in Alcib. c. 4. *Hac* (navi) *Thunos in Italiam pervectus.* Reſtituendum hoc etiam Apulejo l. I. p. 15. *me uſque ad portam non dorſo illius, ſed meis auribus pervecto.* Sic enim MS. Bertin. non *prov.* p. 17. *equo, qui me ſtrenue pervexit.* Ibid. Scriverius male edidit *prov.* Hic vero in Palat. eſt *praevebitur.* quod cave, cum Grutero admittas. Id enim notat *praetervebitur.* Vide ad l. III. c. 26. *Dyrrachium praetervebitur,* vel *praevebitur.* amatque potius caſum Accuſativum. Naſidius autem *freto* eſt *pervectus*, non *praetervectus fretum.*

3. EX NAVALIBUS EORUM UNAM DEDUCIT] Editt. *Rom. Ven. Beroald. Ex navibus eorum unam deducit*, unde nata haec, quae nunc obtinet, lectio; nam cum MSto *Norvic.* reſcribendum crediderim *ex navalibus eorum deducit navem.* Sic cap. IV. *Ex navalibus productas naves refecerant.* Hanc ſane ſcripturam *Caeſaris* ἀφελότης videtur poſtulare. DAVIS. *Ex* navalibus *eorum*, navem *deducit.*) Hanc Lectionem ex MS. Elienſi intulit *Daviſius.* Eandem exhibet & MS. Reg. Editt. Vett. habent, (*Ex* navibus *eorum*, unam *deducit.*) Quae Lectio tolerari poſſet. Scaliger & Recentiores ediderunt, (*Ex* navalibus *eorum*, unam *dedu-*

verant; ([1] remigum [a] gubernatorumque magna copia ſubpetebat;) piſcatoriaſque adjecerant, atque contexerant, ut eſſent ab ictu telorum remiges tuti: [b] has ſagittariis tormentiſque [c] compleverunt. Tali modo inſtructa 3
[d] claſſe; omnium ſeniorum, [e] matrum familiae, [f] virginum precibus, & fletu excitati, [2] ut extremo tempore civitati ſubvenirent, non minore animo ac fiducia, [g] quam ante dimicaverant, naves conſcendunt. Communi 4
[h] enim fit vitio naturae, ut [3] inviſis, latitantibus, atque incognitis rebus magis confidamus, vehementiuſque exterreamur; ut tum accidit. Adventus enim L. Naſidii ſumma ſpe & [i] voluntate civitatem compleverat. Nacti 5
idoneum ventum ex portu exeunt, & [4] Tauroënta, quod eſt caſtellum Maſſilienſium, ad Naſidium perveniunt; ibique naves expediunt: rurſuſ-

VARIAE LECTIONES.

que

a *Gubernatorum m.* Pet. L. pr. V. Lov. b *haſque* V. c Sic Pet. Sc. L. pr. & 4. alii; non *compleverant.* d *acie* Edd. R. M. V. e *matrum familiarum* Edd. R. M. V. f *virginumque* Carr. L. ſec. Edd. R. M. V. Vaſc. Steph. ſed V. ad l. IV. B. G. c. 15. g *qua* V. h *etiam* Scal. V. i *Voluptate* Vir doct. minus bene. *complerat. Nacti enim* Edd. R. M. V. k *Taurenta*, *Tauercenta*, & *Taureſcenta* Edd. pp. male.

deducit.) Quod admodum eſt durum, & vix Latinum. CLARKE. Ante Scaligerum vulgatam lectionem jam exhibuerunt Ven. 1517. Ald. Vaſcoſ. Steph. Gryph. & alii. Cum Ed. Mediol. etiam MS. Carr. habet *ex navibus e. unam d.* MS. Scalig. *Navem ex navalibus e. deducit.* Petav. *ex navalibus e. unam deducit navem.* At Leidenſes & Voſſ. Palat. Bong. *ex navalibus eorum deducit.* Vulgatis adſtipulantur Lovan. & Dorvill. ſuſpicer potius *navem* e Gloſſa intruſam eſſe, ob incertam ejus ſedem, malimque ſequi Carrar. MSti & Veterum Edd. lectionem. *Unam* excidiſſe videtur; quia ſcriptum fuerit per notam *I.* Forſan dedit Caeſar, *ex navibus eorum navem unam deducit.* Interim quia nihil certi extricare potui, vulgatum obtinere ſedem ſuam paſſus ſum. *Unam* tamen non delerem. l. III. c. 23. *Naves* &c. *& unam frumento onuſtam abducit.*

1. REMIGUM GUBERNATORUMQUE MAGNA COPIA SUPPETEBAT] Ultimam vocem omnes exhibent Codices; eam tamen expungendam cenſuit *Joſ. Scaliger.* Perperam. Sic l. I. B. C. cap. XLIX. *Magna copia pabuli ſuppetebat.* Ita & l. I. B. G. c. XVI. Nec etiam dici poteſt, pro more *Caeſaris*, naves fuiſſe *armatas* remigum gubernatorumque magna copia; eas enim *armatas* ſemper vocat, cum velis, funibus, reliquoque apparatu inſtruantur. Vide l. I. B. C. c. XXXVI. & alibi paſſim. Quoniam autem haec verba cum eo, quod antecedit, aut ſequitur, non recte cohaereant, parentheſi ſunt includenda. DAVIS. l. I. cap. 3. B. G. *Ut in itinere copia frumenti ſubpeteret.*

2. UT EXT. TEMPORE C. SUBVENIRENT] Vocula *ut* non comparet in Petav. Leid. pr. Palat. Voſſ. Dorvill. Et ſane elegantius videtur abeſſe. Vide praeter alia, quae notavi ad l. VIII. B. G. cap. 20.

3. INVISIS LATITANTIBUS ATQUE INCOGNITIS] Verba mihi ſuſpecta, & vereor, nequid a librario irrepſerit. VOSSIUS. Editt. Vett. *inviſis latitantibuſque atque incognitis rebus*; MS. *Norvic. latitatis.* Ineptit *Joan. Mich. Brutus*, qui, loco primae vocis, ex Codice *Carrar.* reponit *immiſſis*, quod interpretatur *invito atque nolenti ultro oblatis & obtruſis.* nemo enim non videt hanc ſignificationem parum huc convenire; vulgata autem lectio optime congruit. *Inviſae res* ſunt antea non viſae; ut apud *Florum* l. IV. c. XII, 27. *Inviſum atque inacceſſum in id tempus Hercynium ſaltum patefecit.* etiam *Voſſius* ſuſpecta habuit verba, & veritus eſt, ne quid a Librario irrepſerit; quod miror; cum, optimos ſcriptores plura fere συνώνυμα conjunxiſſe, nemini lateat. *Cicero* offic. l. III. cap. XIII. *Certe* (hominis eſt) *non aperti, non ſimplicis, non ingenui* &c. *verſuti potius, obſcuri, aſtuti, fallacis, malitioſi, callidi, veteratoris, vafri.* *Minucius Felix* Octav. p. 22. *Magis ſunt anguſta* (templa) *numinibus incolis, praeſentibus, inquilinis.* Vide & *G. J. Voſſium* Inſt. Orat. l. V. c. 11, 4. DAVIS. Synonymia frequens praeſertim noſtro eſt, ut aliquoties jam monendum habuimus. Vide ad l. II. B. Gall. c. 20. Forſan tamen hic *latitantibus* e Gloſſa vocis *inviſis* irrepſerit, vel aliud quid lateat. Nam in Petav. Leid. pr. & Lovan. etiam *latitatis* ſine ſenſu.

4. TAUROENTA,] Accuſativus; a *Tauroïs*, Ταυρόεις. Editores, in Indicibus ſuis, inepte *Tauroënta* in Nominativo uſurpant. CLARKE. Videndus hic omnino Cellarius.

1. OMNES-

que ſe ad confligendum animo confirmant; & [a] conſilia communicant.
Dextra pars Maſſilienſibus adtribuitur, ſiniſtra Naſidio.
1 V. Eodem Brutus contendit, aucto navium numero: [b] nam ad eas,
quae factae [c] erant Arelate per Caeſarem, captivae [d] Maſſilienſium acceſ-
ſerant VI. Has ſuperioribus refecerat diebus, atque omnibus rebus inſtru-
2 xerat. Itaque ſuos [e] cohortatus, quos integros ſuperaviſſent, [f] ut victos
contemnerent, plenus ſpei bonae atque animi adverſus [g] eos proficiſcitur.
3 Facile erat ex caſtris C. Trebonii, atque omnibus ſuperioribus locis pro-
ſpicere in urbem, ut omnis juventus, quae in oppido [h] remanſerat, [1] o-
mneſque [i] ſuperioris aetatis, cum liberis, atque uxoribus, [k] publiciſque cu-
ſtodiis, aut ex muro ad coelum [l] manus tenderent, aut templa Deorum
inmortalium adirent, & ante ſimulacra projecti victoriam ab [m] Diis expoſ-
4 cerent. Neque erat quiſquam omnium, [2] quin [n] in ejus diei caſu ſuarum
omnium fortunarum eventum [o] conſiſtere exiſtimaret. nam & honeſti ex
juventute, & cujuſque aetatis ampliſſimi, nominatim evocati, atque [p] ob-
ſecrati naves conſcenderant; ut, ſi quid adverſi accidiſſet, ne ad conan-
dum quidem ſibi quidquam reliqui fore viderent: [3] ſi ſuperaviſſent vel do-
meſticis opibus, vel [q] externis auxiliis, de ſalute urbis confiderent.
1 VI. Commiſſo proelio, Maſſilienſibus res nulla ad virtutem defuit: ſed
memores eorum praeceptorum, quae paullo ante ab ſuis acceperant, hoc
animo decertabant, ut nullum aliud tempus ad conandum habituri vide-
rentur, [r] &, quibus in [s] pugna vitae periculum [t] accideret, non ita [v] mul-
to ſe reliquorum civium fatum antecedere exiſtimarent, quibus, urbe capta,
3 eadem eſſet belli fortuna patienda. [4] Diductiſque [w] noſtris paullatim navi-
bus,

VARIAE LECTIONES.

a *Conſilio* MSS. 3. dein plerique *adtr. Maſſ.* b deeſt Carr. c Sic MSS. mei omnes, non *fuerant. Arelatae* Lov. Dorv. & Edd. qdd. d *a Maſſilienſibus* Lov. Dorv. e *exhort.* Edd. R. M. V. f deeſt Dorv. & L. pr. a m. pr. Vide cap. praec. g *eas* Urſ. & 3 alii MSS. h *remanſerant* L. ſec. i *omnes ſ. ae.* MSS. 3. k *ex publicis cuſtodiis quae aut muro* MSS. plerique & Edd. Vett. male. Vide ad l. VII, 78. l *Manum* L. ſec. Dorv. m *hiis* vel *his* MSS. quid. & Edd. pp. Forte pro *Diſ. depoſc.* Dorv. n Sic Lov. Pal. Dorv. *quin ejus* Pet. Sc. L. pr. vulgo *qui non.* Eadem varietas l. II. c. 19. ut alibi ſaepius. o *ſuſtinere* L. pr. *aeſtim.* L. ſec. *p *rogati* L. ſec. q *extraneis* MSS. 5. & Edd. pp. r *ut* Carr. s *pugnando* Car. Hotom. B. L. ſec. t *acciderat* vel *accederet* MSS. plerique & Edd. qdd. v *multum* Dorvill. w vulgo *deductis.*

1. OMNESQUE SUPERIORIS AETATIS] Aetatis provectioris, Seniores. Rariſſima eſt locutio; tamen ſimili fere modo *Apulejus* Metam. l. I. pag. 9. ed. Pricaean. *Video*, inquit, *mulieres duas altioris aetatis.* Eodem ſenſu *majorem aetatem* dixit *Tertullianus* in Apolog. c. IX. DAVIS. Lipſius adleverat libri margini *ſerioris.*

2. QUI NON IN EJUS DIEI CASU] Hoc eſt, eventu, fortuna; & explicat, cum ait: *quibus urbe capta eadem eſſet belli fortuna patienda.* Sic infra *fortunam* dixit pro *caſu. Noſtri repentina fortuna permoti, arma, quae poſſunt, arripiunt.* Unde miror Ciacconium tamen emendare hoc loco conatum, *in ejus diei eventu.* VOSSIUS.

3. SI SUPERAVISSENT] Lege ſin *ſuperaviſſent.* Sic enim loqui ſolet *Caeſar*, aliique ſcriptores optimi. DAVIS. *Cur. ſec.* Apud noſtrum tamen in MSS. optimis utroque loco paſſim *ſi* repetitur, rariſſime *ſin.* Vide quum alibi, tum in variis lectionibus ad l. VII. B. G. c. 32. & ita alii. Adi Cort. ad Plin. l. I. Ep. 3. p. 11. Drakenb. ad Liv. IV, 5. §. 6. Bentlej. ad Horat. Ep. I, I, 5.

4. DEDUCTIS PAULLATIM NAVIBUS.] Sic vulgo hic locus legitur, nullo vel inepto ſenſu. Brutus enim tum naves adhuc *ſubductas* non habebat, quas paullatim *deduceret* in mare. Nam jam

commiſſum

bus, [a] & artificio gubernatorum mobilitati navium locus dabatur; &, ſi
quando noſtri facultatem nacti, ferreis manibus injectis, [b] navem religa-
verant, undique ſuis laborantibus ſuccurrebant. Neque vero [c] conjuncti 3
Albicis comminus [d] pugnando deficiebant; neque multum cedebant vir-
tute noſtris. Simul ex minoribus navibus [1] magna [e] vis eminus miſſa telo-
rum, multa noſtris de inproviſo inprudentibus atque inpeditis vulnera in-
ferebant: conſpicataeque naves triremes II navem D. Bruti, quae [2] ex 4
inſigni facile [f] agnoſci poterat, duabus ex partibus ſeſe in eam incitave-
rant: ſed [3] tantum, re [g] proviſa, Brutus celeritate navis [h] eniſus eſt, ut par-
vo momento antecederet. Illae adeo graviter inter ſe [i] incitatae conflixe- 5
runt, ut vehementiſſime [k] utraeque ex concurſu laborarent; altera vero,
[4] praefracto [l] roſtro, tota conlabefieret. Qua re [m] animum adverſa, quae 6
proxi-

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt L. pr. Lov. Dorv. b *navim* L. pr. c *conjunctis* V. Ed. Steph. d *pugna* MSS. 5. recentiores, & Edd. pp. aliaeque. e *em. multitudo* Carr. *vis* deeſt V. L. ſec. in quo *tela*. f *cognoſci* MSS. 2. g *praeviſa* MS. Hot. *promiſſa* Lov. h *uſus* Lovan. & 4. alii cum Edd. R. M. V. Vaſc. *deniſus* L. pr. i *concit* L. pr. k *utroque* Lov. *utraque* L. pr. V. Ed. pr. Gryph. ſed vide ad l. I. B. G. c. 53. l vulgo *perfr. labefieret* Carr. m *animadverſa* vulgo.

commiſſum fuiſſe ait auctor *proelium*. Reſcripſi igitur fide MStorum Petav. Lovan. Leid. pr. aliorumque & Edd. Veterum, item Steph. Gryph. Aldi, Plant. *diductiſque*, id eſt, explicatis, diverſis. Adi ad Frontin. l. II. c. 5. §. 8. *Diductis in latera viribus.* Cort. ad Salluſt. Jug. c. 25. *Diducta manu hoſtium.* l. III. c. 40. *Ut adverſariorum manus diduceret.* c. III. *Diductis copiis.*

1. MAGNA VIS EMINUS MISSA TELORUM —— INFEREBANT] Hac locutione offenſus *Fr. Hotomannus*, ex antiquo Codice repoſuit *magna vi eminus miſſa telorum —— inferebant*, quam vocem ad Maſſilienſes Albicis conjunctos retulit. Sed, ſi ut ſolet, *antiquum ſuum Codicem* appellavit editionem Romanam A. D. 1472. mala fide rem geſſit; illa quippe cum aliis omnibus vulgatam lectionem exhibet, quae ſana eſt & integra; nam *vis* hic numerum ſignificat. nec rarum eſt, ut nomini multitudinis ſingulari plurale verbum adjungatur. Sic l. III. B. C. c. LXXXI. *Nulla Theſſaliae fuit civitas, quin Caeſari parerent atque imperata facerent.* ita legendum ex MSS. *Voſſ.* & *Norvic.* in vulgatis enim eſt *pareret atque imperata faceret.* Auctor de B. Hiſp. cap. VI. *Partim ut pedeſtris copia* (ſic *Norvic.* Vide not. ad l. I. B. C. c. XLV.) —— *caſtris praeſidio eſſe poſſent. Pomp. Melae* l. III. c. IV. *Gens* —— *non ſe urbibus tenent* —— *res opeſque ſecum trahens*, *ſemper caſtra habitant.* Ita ex MSS. legendum, non *tenet* & *habitat*, ut in editis. Saepe hanc σύνθεσιν in *Livio* vitiarunt Librarii, ut oſtendit *Joan. Frid. Gronovius* ad l. XXXVI. cap. XVI. DAVIS. Vide ad l. III. B. Gall. c. 17. & alibi. Immo Liv. l. II. c. 5, 3. *Magna vis hominum ſimul inmiſſa corbibus ſegetem fudere in Tiberim.*

2. EX INSIGNI] Sic reſtituit *Gabr. Faërnus*, & *Norvic.* in quibus legitur *ex igni.* Editi vett. *ex ſigno.* Nolim autem cum *Joan. Brantio* & fido illo errorum exſcriptore *Joan. Goduino* παράσημον intelligere; denotari puto ſignum praetoriae navi proprium, quale fuit vexillum purpureum, aut turris, alia item, de quibus vide doctiſſimum & diligentiſſimum virum *Joannem Schefferum* Milit. Nav. l. III. c. I. p. 175. ſeq. DAVIS. Etiam Codd. Brant. Petav. Scalig. Lovan. Voſſ. *ex igni.* Cujac. *ex igne.* Bene, ſi noctu res geſta eſſet. Adi Scheffer. Ibid. pag. 177. Quo adludit Virg. l. II. Aen. 256.

Flammas quum regia puppis
Extulerat. Sed pugna haec claro accidit die. *Signo* Leid. ſec. Bong. cum Edd. pp. & Cellarii: *ex ſignis* Leid. pr. Sanam lectionem ſervarunt Palat. & Dorvill. *ex inſigni.*

3. TANTUM, RE PROVISA, ENISUS, UT &c.] Tolerari ſatis haec poteſt lectio, fulta auctoritate Petav. Leid. pr. Scalig. aliorumque. Notandum tamen in MSS. Carr. Lovan. & 4 aliis, atque Edd. primis, Vaſcoſ. Steph. ſcribi *tanta re* i. e. tanti momenti, ut ſubintelligamus *ita*, vel *adeo* ante ſequens *ut:* quomodo cum reliquis auctoribus ſaepe loqui amat Caeſar. Vide loca ad l. III. B. G. c. 14.

4. PERFRACTO ROSTRO] Voſſ. *praerupto.* at Petav. Leid. pr. Palat. Dorv. & Ed. Elzev. A. 1675. *Praefracto.* Ne dubita, quin vere. Vide, quae laudo ad l. VI, 35. Mox *animum adverſa* reſcripſi

proximae ei loco ex Bruti claſſe [a] naves erant, in eas inpeditas înpetum
faciunt, celeriterque ambas deprimunt.

1 VII. [1] Sed Naſidianae naves [b] nullo uſui fuerunt, celeriterque pugna
exceſſerunt: non enim [c] has [2] aut conſpectus patriae, aut propinquorum
2 praecepta ad extremum vitae periculum adire cogebant. Itaque ex [d] eo nu-
mero navium nulla deſiderata eſt: ex [e] Maſſilienſium claſſe v ſunt depreſſae,
iv captae, i cum Naſidianis profugit: quae omnes citeriorem Hiſpaniam
3 petiverunt. At ex reliquis una praemiſſa Maſſiliam, hujus nuncii [f] perfe-
rendi gratia, quum jam adpropinquaret urbi, omnis [g] ſeſe multitudo [3] ad
cognoſcendum effudit: [h] ac, re cognita, tantus luctus excepit, ut urbs ab
4 hoſtibus capta eodem veſtigio videretur. Maſſilienſes tamen [4] nihilo ſe-
quius ad [i] defenſionem urbis reliqua [k] adparare coeperunt.

1 VIII. [l] Eſt animadverſum ab legionariis, qui dexteram partem operis
adminiſtrabant, [m] ex crebris hoſtium eruptionibus, magno ſibi eſſe prae-
ſidio [n] poſſe; ſi pro caſtello ac receptaculo, turrim ex latere ſub muro fe-
ciſſent: quam primo ad repentinos incurſus humilem parvamque [o] fece-
2 rant. Huc ſe [p] referebant: hinc, ſi qua major obpreſſerat vis, propugna-
3 bant: hinc ad repellendum & proſequendum hoſtem procurrebant. Pate-
bat

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt Carr. b Sic Urſ. & MSS. mei, niſi quod *nulli* Voſſ. Edd. pp. aliaeque. ſed V. ad l. vi. c. 13. c deeſt Edd. R. M. V. d *ſuo* Carr. e *Maſſilienſi* Dorv. f Hoc verbum L. pr. habet in margine modo. g *ſe* L. pr. h *&* Pet. L. pr. V. Ed. R. Steph. *At* Carr. Lov. Dorv. Pal. B. *atque* L. ſec. *hac* Edd. R. M. V. i *defenſiones* MSS. 2. k *parare* L. pr. l *Eſt autem an.* B. L. ſec. Edd. pp. Vaſc. Steph. Gr. poſt. *eſt enim adverſ.* V. *Eſt an. & ab l.* Pal. *animadverſus locus* Edd. R. M. V. *a l.* & *dextram* MSS. & Edd. qdd. m *ob crebras h. eruptiones* L. ſec. n deeſt Carr. Pal. B. Dorv. L. ſec. non male. V. ad l. ii. B. G. cap. 32. dein *ſi ibi pro c.* Pet. L. pr. o *fecerunt* MSS. & Edd. qdd. p *ferebant* Lov. Pal. B. Dorv. L. ſec.

e Petavianis membranis, & confer conlectanea ad l. i. B. G. c. 24.

1. SED NASIDIANAE NAVES] Miror incogitantiam Ciacconii, qui illud *ſed* alieno hic loco poſitum putat, & *ſedecim* emendat. Male. *Sed* hic gratiam habet, &, ſi tollas, amittit periodus venuſtatem ſuam. VOSSIUS.

2. AUT CONSPECTUS PATRIAE] MS. *Carrar.* editt. *Rom. Ven. Beroald. Vaſcoſ. Steph.* habent *reſpectus patriae*, quae vox a nonnullis, velut minus Latina, perperam rejicitur. De illa egerunt Interpretes ad *Phaedri* l. v. Fab. iv. DAVIS. *Reſpectus* etiam in recentiſſimis Bongarſ. & Leid. ſec. atque Ed. Mediol. forſan pro *aſpectus*. Nam ut *reſpectus* ſatis Latinum ſit, hoc loco efficacius eſt verbum *conſpectus patriae*, ut nemo non videt. Errat vero Cl. Clarkius, notans MSS. pleroſque habere *reſpectus*. Si enim jam nominatos, uti & Hotomani librum excipias, reliqui noti Codd. *conſpectus* ſervant.

3. AD COGNOSCENDUM EFFUDIT] Cum voces *ad cognoſcendum* non exhibeat MS. *Norvic.* eas mihi ſuſpectas eſſe fateor, & Gloſſam videri redolere. DAVIS. *Cur. ſec.* Non agnoſcunt etiam τὸ *ad cognoſcendum* Scalig. & Leid. pr. at ſolet Caeſar ubique copioſus eſſe, ut ſingulis liquet paginis.

4. NIHILO SEQUIUS] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *nihilo ſegnius*, quod etiam probum eſt. *Salluſtius* Jugurth. c. LXXV. *Nihilo ſegnius bellum parare. Corn. Nepos* Datam. c. 11. *Nihilo ſegnius perſeveravit*; ut falſus ſit *Nic. Heinſius*, qui ad *Ovidii* Metam. l. 11, 809. hanc loquendi rationem e bonis auctoribus eliminandam cenſuit. DAVIS. Cum Daviſio facit Doctiſſ. V. Staveren ad Nepotis locum, Arntzen. ad Aurel. Vict. de Caeſar c. 40. *Nihilo ſegnius ſolita curaret.* ubi multa hujus locutionis adducit exempla cum Gebhard. ad Nepot. Dat. c. 1. Putatque etiam Brantius, *ſegnius* hoc loco eſſe congruentius. at contra judicat Gruterus, qui centenis aliquot locis ait *ſegnius* migraſſe in ſedem genuinae vocis *ſequius* ſeu *ſecius*. Sed *ſegnius* hic etiam R. Stephanus & Gryphius dedere contra MSS. tum alio-
rum,

bat haec [a] quoquo verſus pedes xxx; ſed parietum craſſitudo [b] pedes v. Poſtea vero, ut eſt rerum omnium magiſter uſus, hominum adhibita ſollertia, inventum eſt, magno eſſe uſui poſſe, ſi haec eſſet in altitudinem turris elata. [c] Id hac ratione perfectum eſt.

IX. [d] *Ubi turris [1] altitudo perducta eſt ad contabulationem; eam in* 1
parietes [e] inſtruxerunt ita, ut capita tignorum extenta parietum ſtructura tegerentur: ne quid emineret, ubi ignis hoſtium [f] adhaereſceret. hanc 2
inſuper contignationem, quantum [g] tectum plutei ac vinearum paſſum eſt, [h] laterculo adſtruxerunt: ſupraque eum locum [i] duo tigna tranſverſa injecerunt [k] non longe ab extremis parietibus, quibus [l] ſuſpenderent eam contignationem, quae turri [m] tegimento eſſet futura: ſupraque ea tigna [2] directo [n] tranſverſas trabes injecerunt, [3] eaſque axibus religaverunt. *Has*

VARIAE LECTIONES.


a Deeſt L. pr. *quáqua* Carr. L. ſec. V. ad lib. III, B. G. 23. b Sic Pet. Scal. B. L. pr. ſec. V. Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. deeſt Lov. Pal. Dorv. vulgo *pedum* vel *ped.* c *in* B. L. ſec. Edd. R.M. V. d *ibi* MSS. 9. e *inſtruxerunt* Pet. *exſtr.* L. ſec. f vulgo *inhaer.* g deeſt Lov. h MSS. omnes *latericulo. conſtr.* V. *adſtrinx.* L. pr. i deeſt V. & Edd. quibuſd. male. V. Hotom. *duo etiam* Bong. k *ut non l.* Carr. & 7 mei cum Edd. pp. *ii non l.* Scal. F. *non ita l.* l *ſuppend.* MSS. 3. *ſuſpenderunt* Scal. L. pr. m Sic MSS. omnes hic & infra. V. ad l. II. B. G. c. 21. n *derecta* MS. Urſ. *der.* L. pr. Lov. V. ad lib. IV. 17. VII, 23.

rum, tum meos pleroſque. Nam Urſin. Petav. Cujac. Palat. Bong. Lovan. Dorv. Voſſ. habent *ſecius* vel *ſetius*. Verum quia tamen Scalig. Leid. pr. & ſecundus ſervant *ſegnius*, id hoc loco nequaquam damnem, ceteriſque locis, ubi de alacritate & ſtudio res eſt. Nam judicio haec diſcernenda, nec a MSS. ſtandum, qui variant ubique. Lucan. l. VI, 286.

Qui Caeſaris arma
Segnius haud vidit &c. Sed male *ſegnius* in nonnullis eſt l. I. B. G. c. 49. *Nihilo ſecius Caeſar &c.* & l. III. B. Civ. c. 27. *Nihilo ſecius ſequebantur.*

1. ALTITUDO PERDUCTA EST AD CONTABULATIONEM, EAM INSTRUXERUNT ITA] Quid velit his verbis Caeſar, ſatis liquidum eſt ex ſequentibus: quare miror, Ciacconium e mera conjectura ſcribere voluiſſe *eamque* (ſic enim quaedam Edd. & Lipſ. Poliorc. II, 4.) *intra parietes incluſerunt. Inſtruere contabulationem in parietes* ſignificat, ejus tigna parietibus ſubponere, ut infra *tigna item, ut primo, tecta extremis lateribus inſtruebant.* Rarior tamen eſt locutio *in parietes:* & ut verum fatear, MSS. & Edd. Vett. vulgatae lectioni non ſuffragantur. In Editionibus enim priſcis, etiam Beroaldina, legas *eſt, id contabulationis cauſſa in par. inſt. Contabulationis cauſſa* habent quoque MSS. omnes; & pro *ad*, in Petav. Lovan. & Voſſ. eſt *ut*, in Leid. pr. *&*. In reliquis *ad. In* non agnoſcit Leid. pr. Quare aliud quid latere videtur. Forſan ſimpliciter reliquerat auctor *perd. eſt ad contabulationem, ejus cauſſa parietes inſtruxerunt &c.* De verbo *inſtruere* adi notata ad l. VIII, 41. *Aggeres inſtruere coepit.* Ceterum pro *inhaereſceret*, quod neſcio unde, in Scaligeri Editionem inrepſit, & in ſeqq. retentum eſt, repoſui *adhaereſceret*, jubentibus MSS. omnibus & Edd. prioribus.

2. DIRECTO TRANSVERSAS TRABES] Diſtinguit inter tranſverſa ἁπλῶς & directo tranſverſa: nam *tranſverſae trabes* crucis formam habent, quam Burgundicam hodie appellamus, ſive literae X, at *directo tranſverſa* ſunt tali ſpecie ✠. Quod notandum ad intellectum turris, in qua primo duo tigna fuerunt tranſverſa, dein his inſtratae trabes directo tranſverſae, hoc pacto:



VOSSIUS.

3. EASQUE AXIBUS RELIGAVERUNT] Ita MS. Cujac. & Petav. ac v. c. noſter, ſic & Scaliger edidit: in Palatino etiam eſt *aſſes*. Recte ſane: etſi in editt. prioribus & nonnullis vv. cc. eſt *aſſeribus*. Nam ut Vitruvius l. IV. ait, *in contignationibus tigna & axes.* Et aſſeres minus hic uſui, quippe nequaquam aſſeribus, ſed aſſibus tabulata inſterni ſolent. *Religandi* autem verbo Caeſar infra eſt uſus, cum ait: *eo ſuper tigna bipedalia injiciunt; eaque laminis claviſque religant.*

 Nam

3 *Has* [a] *trabes paullo longiores, atque eminentiores, quam extremi parie-
tes erant,* [b] *effecerunt; ut eſſet, ubi tegimenta* [c] *praependere poſſent, ad
defendendos ictus ac repellendos,* [d] *quum inter eam contignationem parie-
tes exſtruerentur: eamque contabulationem ſummam lateribus lutoque*
[e] *conſtraverunt, ne quid ignis hoſtium nocere poſſet:* [f] *centoneſque inſu-*
4 *per injecerunt, ne aut tela tormentis* [g] *miſſa tabulationem perfringe-
rent, aut ſaxa ex catapultis lateritium* [h] *diſcuterent.* [1] *Storias autem
ex funibus anchorariis tres, in longitudinem parietum turris,* [2] *latas*
IV *pedes, fecerunt: eaſque ex* III *partibus,* [i] *quae ad hoſtes vergebant,
eminentibus trabibus circum* [k] *turrim praependentes religaverunt;* [l] *quod*
5 *unum genus tegimenti aliis locis erant experti nullo* [m] *telo neque tormento
transjici poſſe. Ubi vero ea pars turris,* [n] *quae erat perfecta, tecta at-
que munita eſt ab omni ictu hoſtium, pluteos ad alia opera* [o] *abduxerunt:
turris tectum per ſe ipſum* [3] *prehenſionibus* [p] *ex contignatione prima ſuſ-
pen-*

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt Pet. Sc. L. pr. V. l. IV. c. 4. b *effecerant* L. pr. Sc. Pet. c *perpend.* Pal. Edd. R. M. & aliae. *unde* mallet Hotom. d Sic vel *cum* MSS. omnes & Edd. ante Ciacc. vulgo *dum. Intra* Carr. Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. *integra contignatione* Voſſ. e *caſtraverunt* L. pr. & Scal. qui pro Var. lect. *calcaverunt.* dein *nequis i.* MSS. & Edd. qdd. f *centones inſ.* L. pr. Exſulat *inſuper* a Lov. male. V. ad l. IV, 17. g *inmiſſa* Pet. L. pr. adi lib. V, 44. h *deicerent* Lov. i *qua h. perurgeb.* L. pr. *qua ad h. perurg.* Scal. k Sic MSS. plerique & Edd. qdd. ut ſupra, non per *e. perpend.* V. & Edd. qdd. l *quod ad* L. pr. Sc. m *telorum t.* Bong. *telo atque t.* MSS. 2. *poſſe* non male abeſt a Pal. n Malim *qua* cum Lov. & N. Heinſ. o *addux.* B. & Edd. qdd. perperam. p *&* Edd. R. M. V.

Nam neceſſario tectum hoc conſtratum axibus fuit, alioqui nullius eſſet uſus, neque contabulationis nomine (ut ſit infra) a Caeſare nuncupari poſſet. Denique nec lateres eidem inſterni poſſent, quod factum infra Caeſar ait. VOSSIUS. *Axibus* habent quoque MSS. Brant. Leidenſis pr. Scalig. & alii; *aſſibus* Dorvill. Vide ad Lucan. l. III, 456.

Stellatis axibus agger

Erigitur. Male *aſſeribus* revocavit Cellarius. Pro *eaſque* in MSS. Carr. Petav. Leid. pr. ſec. Voſſ. Palat. Bong. Dorv. ſcribitur *eaque.* Nec male. Tam enim tigna, quam trabes, axibus religata fuiſſe, credibile eſt.

1. STOREAS AUTEM] Sic vulgo ſcribunt, at in IV manuſcr. conſtanter & hic & infra eſt *ſtorias:* ſed ſic quoque in vet. cod. noſtro reperio *nauſia*, ut ſunt obnoxiae mutationi *i.* & *e. Storea* teges eſt vilior texi e juncis aut talibus ſolitus; habetque nomen ἀπὸ τοῦ στορεῖν. Hic tamen Caeſar e funibus anchorariis texit ſtoreas. In Gloſſis Cyrilli reperio Ψίαθος, *Teges, Terratoria, Macta.* Quid illud *Terratoria*? An ψίαθος notat thorum terrae inſterni ſolitum, quomodo hodieque ſtramini miles incubat? Depravatum locum nullus ambigo: Quare reſcribo ψίαθος *Teges terrae, ſtoria, matta.* Nam ψίαθος, ut exponit Heſychius, eſt ἡ χαμεύνη: ſive lectus humi ſtratus. Cui accurate reſpondet illud *teges terrae*, & *ſtoria*, & *matta*, quae vox nobis hodieque patrio ſermone ſtorias denotat. VOSSIUS. *Storia* per *i* hic & infra etiam MSS. noſtri omnes, & Edd. pp. in quibus male *ſcorias*. Per *i* jam ante Voſſium ediderant Vaſcoſ. Steph. Gryph. aliique, quod temere ex Hotomani placito in *ſtoreas* mutatum eſt. de ſtoria vide etiam ad Frontin. l. IV. 3, 6. *praeter aereum & minutum veru;* ut ibi legendum docui p. 506.

2. LATAS PEDES IV] Id eſt, craſſas, inquit Hottomannus. *nam, ait, latitudo cujuſque erat pedum* XXX, *quantum erat turris ſpatium quoquo verſus.* Sed foede labitur. Quales enim ſtoriae illae, quae craſſae pedes IV? quis unquam ſimile quid audivit? Latitudo ſtoriarum erat pedum IV, nimirum, ut paullum modo inclinatum protegere virum poſſet: longitudo pedum XXX, quantum erat turris ſpatium. VOSSIUS. Eodem modo recte jam vocem *latas* explicuit Lipſius Poliorc. l. II. c. 4.

3. PREHENSIONIBUS] V. C. *preſſionibus.* Petav. & Bong. *preſionibus.* & ſic infra quoque Bong. ſed Pet. illic habet *prenſione.* Palatinus ut in vulgatis eſt. Sed altera lectio vera eſt; quamvis & Scaliger & Martinius, doctorumque alii *prehen-
ſiones*


pendere ac tollere coeperunt: ubi, quantum ſtoriarum [1] *demiſſio patiebatur, tantum elevabant. Intra haec tegimenta abditi atque muniti parietes lateribus* [a] *exſtruebant; rurſuſque* [b] *alia prehenſione, ad aedificandum, ſibi locum expediebant.* 6 *Ubi tempus alterius contabulationis videbatur, tigna item, ut primo, tecta extremis lateribus* [c] *inſtruebant; exque ea* [d] *contignatione rurſus ſummam contabulationem, ſtoriaſque* [e] *elevabant.* 7 *Ita tuto, ac ſine ullo vulnere ac periculo* VI *tabulata exſtruxerunt: feneſtraſque, quibus in locis viſum eſt,* [2] *ad tormenta mittenda in ſtruendo reliquerunt.* 8

X. Ubi ex ea turri, quae circum eſſent, opera tueri ſe poſſe confiſi ſunt; 1 muſcu-

VARIAE LECTIONES.

a *Expevebant* Edd. R. M. b *aliam penſionem* L. ſec. *aliam prenſionem* Pal. B. Dorv. *aliam prehenſionem* Edd. R. M. V. Vaſc. ſed V. Hotom. c *exſtr.* Ed. Elz. d *contignationem ſtor.* deletis ceteris, Scal. *ſumma contabulatione* Lov. L. ſec. Dorv. e *levabant* Edd. R. M. V.

ſiones genuinum eſſe vocabulum putaverint. *Preſſiones* ſunt ὑπομόχλια, ſive ligna illa, quae vectibus ſubjiciuntur, ne vectes deprimant terram. Unde Vitruv. l. x. c. VIII. *Suppoſita uti centro, cito porrecta preſſione, quod Graeci ὑπομόχλιον appellant.* Et videmus hodieque in ſublevandis aedificiis talibus uti fabros. Forma hujuſmodi eſt. Ab ea origine *exprimere* eſt ſublevare: unde



A. Ὑπομόχλιον, *ſive* preſſio.
B. Vectis.

ſupra de turribus Caeſar, *quantum has quotidianus agger expreſſerat.* Hinc in Gloſſis quoque *Preſſorium* πιεστήριον, ſive torcular, exponitur. Et *preſſorium vas* dixit Columella lib. XII. cap. XVIII. Hinc etiam *preſſura*, hoc eſt πιεσμὸς. At Digeſt. de ſerv. praed. urb. l. 16. aliter ea vox uſurpatur. *Interdum dici poteſt eum quoque, qui tollit aedificium vel deprimit, luminibus officere: ſi forte* κατὰ ἀντανάκλασιν (Alciatus ἀνάκλασιν emendat) *vel preſſura quadam lumen in eas aedes devolvatur.* Ubi per preſſuram intelligitur, id quod hodieque fieri videmus, ut lumen compreſſum inter muros aut tecta illabatur deſuper, nos vocamus *vallende lichten.* In gloſſis Cyrilli invenio *premo*, & *prendo*, ſeu *prehendo*, pro eodem poni: Πιέζω *prendo*, *preſſo*. Et idem voluiſſe videtur Philoxenus, cum ait, *Prenſatio* ἀγγάρεια. Niſi forte vult prenſationem fuiſſe ἀγγάρειαν, quia ſaepiſſime prenſatores illi importuni & moleſti erant, ac invitis quibuſdam extorquerent favorem. Sane in eodem eſt *Prendit*, Ἀῤῥάσσεται, συλλαμβάνει. Alioqui proprie ἀῤῥάσσεται eſt collidere, aut tundere. Sed manifeſtius id videmus alio loco, ubi eſt, *deprehenſum* κατηρεφής. Nam κατηρεφὴς, quod opacum & tectum eſt, notat, qualia ſunt humilia loca, ac depreſſa. Nam quod Vulcanius ait, melius hic dici potuiſſe *prehenſum*, & adſtruere veritatem rei conatur hoc loco Caeſaris, fruſtra eſt. *Deprehenſum* in Philoxeno, ponitur pro *depreſſum*: ut ſolent talia confundi. Sic ſane l. III. de bello Civili c. CI. ubi ſermo de claſſe Caſſiana: *Flamma ab utroque cornu comprehenſa.* Legitur in Petaviano codice *compreſſa*. Vitione aevi, an librariorum indiligentia; non facile dixerim: illud video, in MSSis quoque Caeſaris codicibus hoc loco legi *prenſionibus*, *preſſionibus*, *prehenſionibus*, promiſcue. Et in MSSis codd. aliorum quoque autorum ſaepe videas temere N vocibus inſertam. Sic *thenſauri*, *totiens*, *quotiens*. VOSSIUS. *Prenſionibus* quoque & *prenſione* Lovan. Dorvill. Leid. ſec. Voſſian. item *prenſione* Palat. habent cum Edd. Rob. Steph. *preſſionibus* Scalig. & Leid. pr. quorum primus mox *prenſione*, alter *penſione* exhibet. *Preſſionibus* praetulit iiſdem argumentis quoque Lipſius loco indicato. Adde Voſſium ad l. VII. c. 27. *turres agger expreſſerat.* i. e. elevarat. Belgice vocatur *opvyzelen*. *preſſura liquidorum* alia paullo res eſt. Vide Gujet. ad Lucan. IX, 809. *Corycii preſſura croci*, & *aquam rotis exprimere* Hirt. B. Alex. c. 6. Ceterum nihil tritius eſſe commutatione iſta τῶν *prenſus* & *preſſus*; *panſus* & *paſſus* &c. norunt omnes; & *n* a librariis crebro inculcari clariſſime vidimus ad l. II. B. G. c. 9.

1. DEMISSIO PATIEBATUR] Hoc eſt, quanta erat ſtorearum praependentium longitudo, ad homines inter operandum protegendos. CLARKE. V. Turneb. Adverſ. l. XI. c. 24.

2. AD TORMENTA MITTENDA IN STRUENDO] i. e. grandia miſſilia e tormentis excutienda. De qua ſignificatione vocis *tormenti* adi ad l. III. c. 51.

muſculum [a] pedum LX longum ex materia bipedali, [b] quem a turri late-
ritia ad hoſtium turrim, murumque [c] perducerent, facere inſtituerunt;
2 cujus muſculi haec erat forma. *Duae primum trabes* [1] *in ſolo, aeque lon-*
gae, diſtantes inter ſe pedes IV *conlocantur:* [2] *inque eis columellae pe-*
3 *dum in altitudinem* V *deſiguntur.* [3] *Has inter ſe capreolis molli faſti-*
gio conjungunt, ubi tigna, quae muſculi tegendi cauſſa ponant, conlocen-
tur. [d] *Eo ſuper, tigna bipedalia* [e] *injiciunt;* [f] *eaque laminis claviſque*
4 *religant. Ad* [g] *extremum muſculi* [h] *tectum, trabeſque extremas,* [4] *qua-*
dratas regulas, IV [i] *patentis digitos, deſigunt; quae lateres, qui ſuper*
5 [k] *muſculo ſtruantur, contineant.* [5] *Ita faſtigato, atque ordinatim ſtru-*
cto, [l] *ut trabes erant in capreolis conlocatae,* [m] *lateribus lutoque muſcu-*
6 *lus, ut ab* [n] *igni, qui ex muro jaceretur, tutus eſſet,* [o] *contegitur.* [6] *Super*
lateres

VARIAE LECTIONES.

a *pedes* Lov. Dorv. Edd. qdd. *pedibus* Edd. R. M. V. Conf. Voſſ. de Conſtr. c. XI. dein *IX* rectius Lipſ. l. I. Polyorc. D. 9. b *quae* MSS. 4. *q. ipſi* Carr. *que ipſi* L. ſec. c *produc.* Carr. d *eos* L. pr. e *inmittunt* L. pr. Pal. Dorv. f *ea l.* L. pr. g *extremumque* Carr. V. L. ſec. Edd. pp. Vaſc. Steph. h *tectique trabes* L. pr. *tecti trabes* Scal. i Sic MSS. plerique. k *muſculos* MSS. plurimi & Edd. pp. Gryph. aliaeque. *muſculum* L. ſec. Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. dein *ſtatuantur* L. ſec. *conantur* L. pr. l *ut* deeſt V. & Edd. pp. *quae erant* MSS. 4. & Edd. pp. m *in lateribus* Pet. Sc. L. pr. Lov. Pal. Dorv. *&* *luto* Pal. B. L. ſec. Dorv. Ed. Flor. deeſt *que* Pet. Sc. L. pr. V. Lov. Edd. pp. latet menda. n Sic MSS. potiores cum Edd. Vaſc. Steph. aliiſque, non *igne.* o *conteguntur* Ed. Flor. ac vulgo *ſupra.*

c. 51. *telum tormentumve miſſum:* Alioquin locus in mendo cubare videri poſſet. nam in Leid. pr. & Voſſ. eſt *inſtruenda*, unica voce, quaſi ad tormenta eſſet referenda. An vero ſcribendum *inmittenda* ſcilicet feneſtris illis, ut inde miſſilia excutiantur? Non puto.

1. IN SOLO AEQUE LONGAE] Interpoſita virgula, ſcribendum *in ſolo, aeque longae*, ut recte habet ed. *Beroald.* In *Rom.* & *Ven.* perperam legitur *aeque longe diſtantes* &c. DAVIS. In Lovan. & Dorv. invenias *aequa lege.* *Pedum* etiam pro *pedes* eſt in Lovan. & Leid. pr. qui cum Edd. multis jungit *aeque longe diſtantes.* Alia ratio eſt l. VII. c. 23. *Trabes directae perpetuae, paribus intervallis diſtantes inter ſe binos pedes, in ſolo conlocantur.*

2. INQUE EIS COLUMNELLAE] Malo *columellae* ut in optimo codice Petaviano eſt. Nam dicimus *columna*, *columnula*, *columella.* VOSSIUS. *Joſ. Scaliger* edidit *inque eis columnellae*, quam ſcripturam firmant editt. *Ven. Beroald.* at rectius MSS. *Petav.* & *Norvic.* cum *Rom.* exhibent *inque eis columellae*, ut oſtendit *G. J. Voſſius* in Etymol. voce *columna.* Ac ſane, quod non obſervat vir doctiſſimus, huic voci fidem non dubiam facit *Columellae*, celebris de re Ruſtica ſcriptoris, nomen. DAVIS. *Columellae* eſt etiam in Cod. Voſſ. & Edd. Mediol. Vaſcoſ. R. Steph. Gryph. poſter. atque id quoque praetulit Gruterus.

3. HAS INTER SE CAPREOLIS MOLLI FASTIGIO CONJUNGUNT] *Capreoli* ſunt συγκύπται, ſive ligna in imo divaricata, quorum faſtigia committuntur, & canterios ſuſtinent. Nomen ſortiti videntur a capreolis, qui adverſis cornibus concurrunt: nam tignorum ſpecies ita procumbens refert quaſi cornibus certantes capros. Nam illorum foedus error, qui huic loco applicant capreolos illos, qui vitium cincinni ſunt, ne audiendus quidem; nihil enim hic commune cum illis capreolis. VOSSIUS. Adde Ciaccon.

4. QUADRATAS REGULAS] Regulae ſunt directa ligna, quae hodie *latas* dicimus, notante *J. Lipſio* Poliorc. l. I. Dial. IX. ubi totum hunc locum enarrat. *Rom. Ven. Beroald.* *tegulas* corrupte repraeſentant. DAVIS. *Tegulas* etiam Carr. & Ed. Scalig. male. Adi & Bruti notas.

5. ITA FASTIGATO] Sic recte editt. *Rom.* A. D. 1472. cum in aliis legatur *faſtigiato*, quod verbum non eſt Latinum. Vide not. ad l. II. B. G. c. VIII. DAVIS. Confirmant hanc ſcripturam MSS. Petav. Lovan. Dorvill. ſubaudiendum autem videtur eſſe *tecto*; niſi ſimilitudine litterarum *&* *ſtructo* exciderit.

6. SUPRA LATERES] Ita editum prius invenio in Ed. Plantiniana 1574. Antea edebatur *Super:* cui lectioni ſuffragantur libri MSS. omnes: quocirca novari nihil oportuit. In ſolo Palatino eſt *Super lateribus.* Sed *Super* tam Accuſativo, quam Abla-

lateres coria inducuntur; ne canalibus aqua inmiſſa lateres diluere [a] *poſſet. Coria autem, ne rurſus igni ac lapidibus corrumpantur, centonibus conteguntur.* [1] *Hoc opus omne, tectum vineis, ad ipſam turrim* 7
[b] *perficiunt, ſubitoque, inopinantibus hoſtibus,* [2] *machinatione navali,* [c] *phalangis ſubjectis, ad turrim hoſtium admovent, ut aedificio* [d] *jungatur.*

XI. Quo malo perterriti ſubito oppidani ſaxa, quam maxima poſſunt, 1
vectibus [e] promovent, praecipitataque muro in muſculum devolvunt. Ictum firmitas materiae ſuſtinet, &, quidquid incidit, faſtigio muſculi [f] elabitur. Id ubi vident, mutant conſilium: [g] cupas taeda ac pice refer- 2
tas incendunt; eaſque de muro in muſculum devolvunt. [h] Involutae labuntur; delapſae [i] ab lateribus, longuriis, furciſque [3] ab opere removentur. Interim ſub muſculo milites vectibus [k] infima ſaxa turris hoſtium, 3
quibus fundamenta continebantur, convellunt. Muſculus ex turri lateritia a noſtris telis tormentiſque defenditur: [l] hoſtes ex muro ac turribus ſubmoventur: non datur [4] libera muri defendendi facultas. Compluri- 4
bus

VARIAE LECTIONES.

a *poſſit* L. pr. b *perducunt* pro Var. lect. Scal. c *palangis* Edd. qdd. contra MSS. d *conjungatur* L. pr. e *perm.* L. pr. f *delab.* B. L. ſec. V. Edd. Vett. g *cuppas* Lov. Dorv. Edd. pp. h *evolutae* Hotom. ſed, ſi quid mutandum, malim cum Lipſio *devol.* i *a* MSS. & Edd. qdd. *furcis* ſine *que* Scal. k *infirma* Edd, R. M. V. ſed V. Luc. III, 489. l Sic MSS. Urſ. Faërni, & mei. vulgo *hoſteſque.*

Ablativo jungi, docuerunt ſatis Viri docti. Adi Cl. Burm. ad Nemeſ. Ecl. III, 5.

Quem ſuper ex tereti pendebat fiſtula ramo.

Ovid. Ep. V, 15. *Saepe ſuper gramen, foenoque jacentibus alto.* Front. IV, 3, 8. *Super nudam humum* III, 9, 9. *Super foſſam pontibus injectis.* & ſic paſſim.

1. HOC OPUS OMNE TECTUM VINEIS AD IPSAM TURRIM PERFICIUNT] Ait muſculum ſtructum intra vineas: quod fieri potuit: nam vineae, ut ex Vegetio diſcimus, altae erant pedes octo: muſculi vero columnae erant altae pedes quinque: his deinde impoſiti capreoli, qui neceſſum eſt valde inclinati fuerint, alioqui contineri vineis muſculus nequiſſet: nam infra columnas illas trabes jacebant bipedales. Itaque columnae & trabes fere VII pedes altae erant, unus ſupereſt ad tectum imponendum muſculo. Sed credo ego illa verba Vegetii non uſquequaque vera eſſe, & exſtructas ſaepe ab Romanis vineas, quae octavi pedis altitudinem excederent. Sed dicere poſſis, muſculum pone vineas exſtructum fuiſſe, & ideo tectum vineis dici. Sane ego non multum pugnare velim. Nihilominus ſequitur ſupra vineas muſculum non eminuiſſe, hoc eſt, pedum VIII altitudinem, aut nihil, aut non multum exceſſiſſe; alioqui conſpecturi eum Maſſilienſes fuerant. VOSSIUS. Lipſius loco laudato ait, poſſe & legi *tecti.* Vulgatum defendunt cuncti codices. Malim autem ego exponere *latens poſt vineas.* Sic l. VII, 27. *legiones intra vineas in occulto expeditae.*

2. MACHINATIONE NAVALI, PHALANGIS SUBJECTIS] *Julius Pollux:* τὰ τῶν νεῶν ξύλα, οἷς ὑποβληθεῖσιν ἐφέλκονται αἱ νῆες, φάλαγγες, καὶ φαλάγγια. *Varro* de vita Pop. Rom. *Cum Poenus in fretum obviam veniſſet noſtris, & quoſdam cepiſſet, crudeliſſime, pro phalangis, carinis ſubjecerat, quo metu debilitaret noſtros.* Nonius: *Palangae dicuntur fuſtes teretes, qui navibus ſubjiciuntur, cum attrahuntur ad pelagus, vel cum ad littora ſubducuntur. Unde etiam nunc Palangarios dicimus, qui aliquid oneris fuſtibus tranſvehunt. Ciaccon.* Vide *Joan. Schefferum* Mil. Nav. l. III. c. III. DAVIS.

3. AB OPERE REMOVENTUR] Illa *ab opere* in v. c. noſtro & Pet. (ac *Norv.*) deſiderantur; proba tamen ſunt. Ait Caeſar cupas e muro devolutas in muſculum cecidiſſe: inde faſtigato tecto delapſas in terram: ibi ne flamma opus adureretur, longuriis remotas eſſe. VOSSIUS.

4. LIBERA MURI DEFENDENDI FACULTAS] *Pet. Ciacconius* vocem *muri* delendam cenſet, quia non murus, ſed turris oppugnabatur. Lenior eſt medicina, ſi reponamus *non datur libera muro defendendi facultas,* ob tela videlicet tormentaque a Romanis miſſa. DAVIS. Ineptus eſt hic Ciacconius, qui vocem (*muri*) delendam cenſet; quia *turris* ſcilicet, non *murus,* oppugnabatur.

bus [a] jam lapidibus ex ea, quae ſuberat, turri ſubductis, repentina ruina pars ejus turris concidit: pars reliqua conſequens procumbebat.

1 XII. [b] Tum [1] hoſtes, turris repentina ruina commoti, inopinato malo turbati, Deorum ira perculſi, urbis direptione perterriti, [2] inermes cum infulis [c] ſeſe porta foras univerſi proripiunt; ad legatos [d] atque exercitum ſuppli-

VARIAE LECTIONES.

a *tum* L. pr. & *illa* L. pr. V. b *Cum* Pet. Lov. Sc. L. pr. V. non adeo male. c *ſe* MSS. plerique. d *adque* Lov. *ad* Pal. Dorv. ut repetatur venuſte praepoſitio, ut ſupra ſaepius.

batur. Quaſi vero non jam antea dixiſſet Caeſar, hoſtes in *muro* aeque ac in *turri*, telis tormentiſque ex turri lateritia ictos. *Murum* itaque *defendi non potuiſſe*, idem eſt ac ſi dixiſſet, *eos*, *qui in muro eſſent*, *ſe defendere non potuiſſe*. Quare nec Daviſii audienda eſt emendatio, qui reponit; *non datur libera* muro *defendendi facultas*. Quod vix Latinum eſt. CLARK. De more Gruterus haec omnia *non datur l. m. d. fac.* habet ſuſpecta.

1. HOSTES TURRIS REPENTINA RUINA COMMOTI, INOPINATO MALO TURBATI, DEORUM IRA PERCULSI, URBIS] In Manuſcripto *Cujac.* & *Petav.* decem hae voces deſiderantur, & ſolum eſt, *hoſtes urbis direptione permoti.* (Sic & in *Norvic.* legitur.) Caeterum quod hic *Caeſar* ait *urbis direptione permoti*, id ad metum Maſſilienſium referendum: nam urbs direpta non erat, ſed verebantur Maſſilienſes, ne id contingeret. VOSSIUS. Haec cuncta deſunt etiam in MSS. Leid. pr. Voſſ. & Lovan. meritoque ſuppoſita eorum pars major videtur Grutero, qui retinere mallet ſolum *Deorum ira perculſi.* Sed & illa Monachorum commentum eſſe hoc loco opinor, omniaque ſi quis inducat, non renitentem me habebit. in Leid. ſec. ſcribitur *ut urbis d. p.*

2. INERMES CUM INFULIS] Nimirum ſic antiquitus ſolebant ad placandos victores, quemadmodum ſacerdotes & hoſtiae ad propitiandos Deos erant infulis circumdatae. Unde & *infulat* in Gloſſis Iſidori exponitur *propitiat.* De infulis Gloſſae MS. noſtrae: *Infolae*, *velamenta de lana in modum vittarum facta.* Feſtus: *Infulae ſunt filamenta lanea*, *quibus ſacerdotes*, *& hoſtiae*, *templaque velabantur.* De ſacerdotibus & hoſtiis nota res: nam illuc reſpexit Maro, cum ait X. AEn. vſ. 538.

Infula cui ſacra redimibat tempora vitta.

De hoſtia idem II. Aen. 156.

—— *vittaeque Deûm quas hoſtia geſſi.*

Nam *vittae* & *infulae*, etſi idem non ſunt, ponuntur pro eodem, quia vittae annexae erant infulis. De hoſtiis quoque Varro l. VI. de L. L. ait: *Infulas dictas apparet in hoſtiis*, *quod velamenta e lana*, *quae adduntur infulae*, *intra hoſtiarum cornua velamenta erant.* Locus mire depravatus: quid illud *velamenta* prius ſibi vult? deinde an vittae intra cornua hoſtiarum? Emendo totum locum: *Infulas dictas apparet quod filamenta e lana*, *quae adduntur infulae*, *infra hoſtiarum cornua velamenta erant.* Ut putaverit Varro infulas quaſi inferulas dictas ab *infra*, quod credidit quoque Perottus, nimirum quia vittae infra cornua pendebant. Scaliger infulas deducit ab *infilando*, quod putat ſignificare amicire, aut velare. Sed probatum id velim. in Feſto legitur: *Effafilatum*, *exertum*, *quod ſcilicet exerto brachio ſunt exfilati*, *id eſt*, *extra veſtimentum filo contextum.* Lego *Effilatum.* x in *f* abiit, ut *exfari*, *effari.* Ergo *exfilare* eſt exerere, *infilare* ſit velare. non tamen infulam inde deduci patiar, quippe filum primam habet productam: infula brevem mediam. Scio ſubinde compoſita primitivi naturam amittere: ſed huc non temere recurrendum. Ego ab Hetruſcis petendam vocabuli originem arbitrer, a quibus pleraque ſacra Romani accepere. Interea deducere non male poſſis a φαλὰ, quomodo vocant κόσμος τῆς περικεφάλαιας. Aut a φαλιὸς quod *album* notat: nam *infula*, inquit Iſidorus, *eſt faſciola ſacerdotalis capitis alba in modum diadematis.* Verum ad Feſtum ut redeamus, de ſacerdotibus & hoſtiis notum eos infulis velari ſolitos. At templa velari vittis quis prodidit? Profecto nihil unquam tale legi, & ſanum locum eſſe ne ipſa quidem ὑγεία mihi perſuaſerit: emendo confidenter hoc modo; *Infulae ſunt filamenta lanea*, *quibus ſacerdotes & hoſtiae tempora velabantur.* Conferat qui volet verba Feſti & Varronis, non dubito quin veritatem conjecturae facile animadverſurus ſit: nam *tempora vittis velare* eſt familiariſſima, & propria veterum phraſis. unde Maro:

—— *redimibat tempora vitta.*

Et ſic innumeri autores. In gloſſis, quae Iſidoro vulgo tribuuntur, lego *Infula ſacerdotalis vitta*, *& adminiſtratio judicialis.* Quod miror: hic infulam dici vittam, cum ipſe Iſidorus l. XIX. c. XXX. Orig. ait, *ab infula vittae ab utraque parte dependent.* Sed excuſari poteſt, ſi vittam hic generatim dicamus pro diademate aut redimiculo poni.

ſubplices manus tendunt. Qua nova re oblata, omnis adminiſtratio belli conſiſtit: militeſque, averſi a proelio, [a] ad ſtudium audiendi & cognoſcendi feruntur. Ubi hoſtes ad legatos exercitumque pervenerunt, univerſi ſe ad pedes projiciunt: orant, *ut adventus Caeſaris exſpectetur*; *captam ſuam urbem* [b] *videre, opera perfecta, turrem ſubrutam*; *itaque* [1] *a defenſione deſiſtere: nullam exoriri moram poſſe, quo minus, quum veniſſet, ſi imperata non facerent, ad nutum e veſtigio diriperentur. Docent, ſi omnino turris concidiſſet, non poſſe milites contineri, quin* [2] *ſpe praedae in urbem inrumperent, urbemque delerent.* Haec, atque [c] ejuſdem generis complura, [3] ut ab hominibus doctis, magna cum miſericordia fletuque pronunciantur. 2 3 4 5

XIII. Quibus rebus commoti legati, milites [d] ex opere deducunt, oppugnatione deſiſtunt, [e] operibus cuſtodias relinquunt. Induciarum quodam genere [f] miſericordia facto, adventus Caeſaris exſpectatur. Nullum ex muro, nullum a noſtris mittitur telum: ut re confecta, omnes curam & diligentiam remittunt: Caeſar enim per litteras Trebonio magnopere mandaverat, ne per vim oppidum expugnari pateretur; ne gravius per- 1 2

VARIAE LECTIONES.

a *ſtudio* Lov. b *videri* Edd. R. M. V. ſed V. ad l. II. B. G. c. 31. c *ejuſmodi* Edd. R. M. V. *quamplura* Dorv. V. Edd. R. M. V. abeſt a Pal. Dorv. L. ſec. *omnibus d.* V. d deſunt *ex o.* B. *ab o.* L. pr. *diduc.* Pet. L. pr. e *operis* Pet. L. pr. male. f *miſericordiae* MSS. 3.

poni. Etiam in Gloſſis noſtris MSS. *Inſola vittae ſacerdotum*, & *Inſola amminiſtratio ſacerdotalis.* Quantum ad illa verba *judicialis adminiſtratio*, innuit quoque magiſtratus & praeſides provinciarum infulis ſolitos ornari. Unde in Novell. Theodoſ. & Valent. T. de metatis p. 567. *tam Conſularium virorum, quam praefecturae infulis ornatorum.* Spartianus in vita Hadriani pag. 4. *Poſt Mauritaniae praefecturam infulis ornatum Pannoniae Daciaeque praefecit.* Urſinus ad hunc locum Caeſaris ait infulas Graecis vocari ἱκετηρίους κλάδους. Sed nae ille Paraphraſtem, imo prorſus oblitum interpretis egerit, qui ubi in Graeco ſcriptore occurrat ἱκετηρίων κλάδων mentio, vertere velit *infulas.* Multo praeſtitiſſet dicere στέμματα Graecis vocata: nam eae vere infulae; & hinc in Gloſſis Philox. *Infulae*, στέμματα. Itaque eodem modo, quo hic Maſſilienſes, infulis uſi dicuntur. Ita apud Homerum α Iliad. Chryſes ſacerdos, Agamemnoni ſupplicatum venit,

Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος.

Ubi Euſtathius ait cum corona acceſſiſſe, ut majeſtate & reverentia Apollinis moveretur, cujus coronam habebat Chryſes. Quales laedere nefas erat: unde Aen. II. 429.

—— *nec te tua plurima Panthu*
Labentem pietas, nec Apollinis infula texit.

VOSSIUS.

1. A DEFENSIONE] Petav. & Lov. cum Voſſ. *ab def.* ſed Leid. pr. *ad defenſionem.* Solita ſcilicet confuſione τοῦ *ab* & *ad*: niſi velis exponere *quod ad defenſionem.* Vide ad l. v. B. G. c. 9. *Ne nocturnis quidem temporibus ad laborem militum intermiſſis.*

2. SPE PRAEDAE INRUMPERENT] Lov. Leid. pr. ſec. Voſſ. Dorv. Palat. Bong. *Se praedae.* Unde merito Cl. Drakenburgio videtur excidiſſe τὸ *ſe* tum ob locutionis inſolentiam, tum ob vicinitatem τοῦ *ſpe.* Ill. etiam Heinſius margini adleverat leg. *ſe ſpe praedae.* *Se inrumpere*, ut c. XIV. *Portis ſeſe foras erumpunt.* ubi vide Comm. Ciacconii, Cellarii & aliorum, ac laudatos viros ad Silium l. XII, 437. Quid, ſi ne quidem neceſſe eſt, *ſpe* retineri. ut *praedae* in Genitivo ſumatur per ellipſin τοῦ *cauſſa* ἕνεκα: uti jam ſaepe in Caeſare habuimus. Diſpiciat lector, adeatque conlecta l. IV. B. Gall. c. I. Ego tamen malim *ſe ſpe praedae.*

3. UT AB HOMINIBUS DOCTIS MAGNA CUM MISERICORDIA FLETUQUE PRONUNCIANTUR] Negat Hottomannus per *doctos* hic Caeſarem aliud velle, quam edoctos a ſuis, quid dicerent. Sed luce clarius eſt, eum per *doctos* intelligere facundos, nam facundia ad miſericordiam movendam nihil utilius. Simile illud Taciti de Germanico, primo Annal. *Planci gravem & immeritum caſum*, ſimul

3 permoti milites, & defectionis odio, & [a] contemtione ſui, & diutino la-
bore, omnes puberes interficerent: quod ſe facturos minabantur: aegre-
que tunc ſunt retenti, quin oppidum inrumperent; graviterque eam rem
[b] tulerunt, quod ſtetiſſe per Trebonium, quo minus oppido potirentur,
videbatur.

1 XIV. At hoſtes ſine fide tempus atque occaſionem fraudis ac doli
[c] quaerunt: interjectiſque aliquot diebus, noſtris languentibus, atque ani-
mo remiſſis, ſubito, meridiano tempore, quum alius diſceſſiſſet, alius ex
diutino labore in ipſis operibus quieti ſe dediſſet; [1] arma vero omnia
[d] repoſita, contectaque eſſent; portis [e] ſe foras erumpunt; ſecundo ma-
2 gnoque vento ignem operibus inferunt. Hunc ſic diſtulit ventus, uti u-
no tempore agger, plutei, teſtudo, turris, [f] tormenta [2] flammam conci-
perent, & prius haec omnia conſumerentur, quam, quemadmodum ac-
3 cidiſſet, [g] animum adverti poſſet. Noſtri repentina fortuna permoti, ar-
ma, quae poſſunt, [h] adripiunt: alii ex caſtris ſeſe incitant. Fit in [i] hoſtis
inpetus: ſed [k] muro, ſagittis, tormentiſque fugientes perſequi prohiben-
tur.

VARIAE LECTIONES.

a *contentione* MSS. plurimi. b *pertulerunt* Edd. pp. c *quaerebant* L. ſec. dein *interjectis al.* Edd. qdd. d *poſita* Ed. Ven. & *conjectaque* MSS. 3. inepte. *contempta* Carr. & Edd. qdd. e deeſt Carr. *rumpunt* Pet. L. pr. Lov. & 3. alii. *irrumpunt* B. L. ſec. ſed V. ad c. 12. f vulgo *tormentaque.* g vulgo *animadverti. poſſit* Lov. Dorv. h *capiunt* L. pr. *accipiunt* Ed. Elz. male. i Sic L. pr. V. aliique. *inp. eorum* MSS. plurimi & Edd. pp. k Ita MSS. o. & Edd. ante Ciaccon. ex cujus conjectura *e* vel *ex* additum.

ſimul quantum dedecoris adierit legio, facunde miſeratur. Neque in Maſſilienſibus id mirum, quo ad declamandum ipſi Romani confluebant. VOSSIUS.

1. ARMA VERO OMNIA REPOSITA CONTECTAQUE ESSENT] In *Pal.* & *Bongarſ.* eſt *conjectaque*, ſed male. (Editt. *Rom. Ven. Beroald.* corrupte etiam repraeſentant *contemptaque.*) Nam militum arma, ſiquando otium eſſet, reponi & contegi ſolita adverſus pulverem, imbres, aliaque id genus. Imo in *Tacito* legas 1. Hiſtor. *Aperire deinde armamentarium juſſit, capta ſtatim arma ſine more & ordine militiae*, &c. Caeterum id ſemper non factum videtur: nam haud dubie repentino caſu noxium, quando celeriter arma capienda. Itaque credo ſua quemque ſede militem arma recondidiſſe. Tegi vero etiam in itinere ſolent: unde ipſe *Caeſar* ait l. II. B. G. c. XXI. *Temporis tanta fuit exiguitas, hoſtiumque tam paratus ad dimicandum animus, ut non modo ad inſignia accommodanda, ſed etiam ad galeas induendas, ſcutiſque tegmenta detrahenda tempus defuerit.* Sed ſuperſedeo claram rem probare: alii exempla collegerunt. VOSS. Hinc contra apud Front. l. IV. c. 1. §. 43. *detectis armis velut in acie.*

2. FLAMMAM CONCIPERENT;] Ita Editi omnes recentiores. Edit. Rom. & MS. Reg. habent, *acciperent.* Unde legendum exiſtimabam, *arriperent.* Sed in MS. Elienſi plane ſcriptum eſt, *corriperent.* Quam demum veram eſſe arbitror Lectionem. Sic apud *Ovidium*, (Corripitur *flammis tellus &c.*) CLARK. *Carrar.* aliique nonnulli, *Flammam acciperent. Norvic.* autem *flammam corriperent:* quam veram eſſe lectionem Cl. *Clarkius* arbitratur. Mihi vero parum Latina videtur illa loquendi ratio; nam Romani dicerent *flamma corriperentur.* Notum eſt illud Ovidii Metam. II, 210. Corripitur flammis, *ut quaeque altiſſima* tellus. Receptam ſane ſcripturam omnino retinendam putarim. *Lucretius* VI, 880. *ſtupa jacit flammas* concepto *protinus* igni. Plinius H. N. l. II. §. 50. Ignem *habuit, non poſtea* concepit. Sic iterum loquitur l. XXIV. §. 101. ſic etiam *Curtius* cum alibi, tum l. IV. c. III. 4. & l. V. c. VII, 5. DAVIS. *Cur. ſec. Acciperent* legas quoque in Edd. Ven. Mediol. & Leid. ſec. qui cum Dorvill. habet *flammae.* Bene autem Daviſius *conciperent* defendit. Ignis *corripere* dicitur *materiam*, quae contra *concipit* flammam. Ovid. l. I. Met. 255.

ne forte ſacer tot ab ignibus aether
Conciperet flammas.

Adde

tur. Illi ſub murum ſe recipiunt; ibique muſculum, turrimque lateritiam 4
libere incendunt. Ita multorum menſium labor, hoſtium perfidia, & vi
tempeſtatis, puncto temporis, interiit. [1] Tentaverunt hoc idem Maſſi- 5
lienſes poſtero die: Eamdem nacti tempeſtatem, [a] majori cum fiducia ad
alteram [b] turrem aggeremque eruptione pugnaverunt; multumque ignem
intulerunt. [2] Sed, ut ſuperioris temporis contentionem noſtri omnem 6
remiſerant, ita proximi diei caſu admoniti [3] omnia ad defenſionem para-
verant. Itaque multis interfectis, reliquos [c] infecta re in oppidum repu-
lerunt.

XV. Trebonius ea, quae ſunt amiſſa, multo majore ſtudio militum ad- 1
miniſtrare, & reficere inſtituit. Nam ubi tantos ſuos labores & adpara-
tus male cecidiſſe viderunt; induciiſque [d] per ſcelus violatis ſuam virtu-
tem inriſui fore perdoluerunt; quod, unde agger omnino [e] comportari
poſſet, nihil erat reliquum, omnibus arboribus longe lateque in finibus
Maſſilienſium exciſis, & [f] convectis; [g] *aggerem novi generis, atque inau-*
ditum

Variae Lectiones.

a *majore* L. pr. b *turrim* rurſus L. pr. *pugnarunt* L. ſec. *eruptione* abeſt Dorv. & L. ſec. dein *contemptionem* MS. Urſ. c *inperfecta* Lov. Dorv. d *prob* L. pr. c *comparari* B. L. ſec. Edd. R. M. V. f Sic MSS. o. *conjectis* Edd. qdd. g *aggeris novum genus* Carr.

Adde l. VII, 17, 108. l. IX, 520. X, 582. &c. Livius l. XXXVII. c. II. *Conceptum ignem prae ſe portabant.* Seneca Herc. Oet. 1483.

Caedatur omnis ſilva, & Oetaeum nemus
Concipiat ignes, ſive *ignis* in Accuſativo; ut non opus & ibi ſit ſcribi *conripiat.* Ceterum delevi copulam poſt *tormenta* auctoribus MSS. meis omnibus, & e Petaviano reſcripſi *animum adverti poſſet.* in Leid. pr. tantum erat *adverti.* Adi conlecta ad l. I. B. Gall. c. 24.

1. Tentaverunt hoc idem Massilienses postero die, eandem nacti tempestatem; majorique cum fiducia &c.] Pro (*majori*,) quod eſt in Editis omnibus, reſtitui ex Editt. Vaſcoſani, (*majorique.*) Cum tamen illud (*que*) in MSS. non reperiatur; quid ſi, mutata tantum diſtinctione, ita ſcribamus? (*Tentaverunt hoc idem —— poſtero die: Eandem nacti tempeſtatem, majori cum fiducia &c.*) Neque vero reticendum; in MS. Elienſi, omiſſis quatuor prioribus vocabulis, ſcriptum eſſe; (*Poſtero die eandem nacti tempeſtatem, majori cum fiducia &c.*) CLARK. *Majorique* ediderunt quoque R. Steph. & Gryph. Ed. poſt. Ciacconius maluit *majorique fiducia.* Sed amat magis Caeſar addere praepoſitionem, ut aliquoties ſupra notatum. Quare poſt *die* majorem poſui diſtinctionem.

2. Sed ut superioris temporis contentionem nostri omnem remiserant, ita proximi diei casu] Locus videtur in mendo cubare. Legit *Fr. Hotomannus*, *ſed ut ſuperiori die contentionem* &c. Propius ad veſtigia receptae lectionis reponendum arbitror *ſed ut ſuperiori tempore contentionem. Superius tempus* vocat id, quod a ficta Maſſilienſium deditione fluxerat, qua facta, omnem contentionem remiſerant Caeſariani. At hanc ſane conjecturam a *Pet. Ciacconio* praeoccupatam eſſe jam video. Hic autem minus feliciter rem gerit, cùm paullo poſt reponat *priſtini diei caſu;* locus enim medicina non indiget. *Proximum* eſt, quod proxime praeteriit. *Terentius* Eun. Act. II. Sc. III, 39. *His menſibus ſex ſeptem prorſum non vidiſſe proximis.* Ubi *Donatus*, *quia*, inquit, *non vidiſſe dixit* proximis, *praeteritis intelligimus: proxima enim nobis aut praeterita, aut futura ſunt. Cicero* init. Orat. I. in Catilin. p. 1726. *Quid* proxima, *quid ſuperiore nocte egeris, ubi fueris.* Noſter quidem l. IV. B. G. c. XIV. dixit *priſtini diei perfidia*, ſed haud neceſſe eſt, ut ſcriptores eodem modo ſemper loquantur, quod cum in animum non revocarent Critici, ſaepe, contra quam monet paroemia, κινεῖν τὰ ἀκίνητα. DAVIS. Quanquam ferri poſſe videtur vulgata Lectio; non tamen diſſimulanda eſt Daviſii emendatio, qui reponit, *ſuperiori tempore.* CLARK. Nil muta. Sic c. 40. *ad ſuperiorem ſpem addita praeſentis temporis opinione.*

3. Omnia ad defensionem] Si conjecturis indulgere liceret, facile fingi poſſet, in vocem praecedentem *omnia* (quae in MSS. ſcripta eſt, oïa,) abſorptam eſſe voculam *jam;* adeoque legendum, (*omnia* jam *ad defenſionem &c.*) Quod

reſpon-

ditum ex lateritiis duobus muris, ſenûm pedum craſſitudine, atque eorum murorum contignationem facere inſtituerunt, [1] aequa fere latitudi-
2 *ne, atque ille [2] congeſtus ex materia fuerat agger. [3] Ubi [a] aut ſpatium inter muros, aut inbecillitas [b] materiae poſtulare videretur, pilae interponuntur, tranſverſaria tigna injiciuntur, quae firmamento eſſe [c] poſſint; [d] & quidquid eſt contignatum, cratibus conſternitur, [e] crateſque*
3 *luto integuntur.* [f] Sub tecto miles, dextera ac ſiniſtra, muro tectus, [g] adverſus, plutei [h] objectu, operi quaecumque uſui ſunt, ſine periculo ſub-
4 portat. Celeriter res adminiſtratur: diuturni laboris detrimentum ſollertia, & [4] virtute militum brevi reconcinnatur. Portae, quibus locis videtur, eruptionis cauſſa in muro relinquuntur.
1 XVI. [i] Quod ubi hoſtes viderunt, ea, quae diu longoque ſpatio refici non poſſe ſperaſſent, paucorum dierum opera & labore [k] ita refecta, ut

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *autem.* b *materiam* MSS. 3. c *poſſent* L. pr. d *at* Lov. Pal. B. L. ſec. non male. *ac* Dorv. e *crates l.* Pet. L. pr. f *Sub texto* Pet. V. Edd. pp. & Ber. quod placet Grutero. *Sub texta* L. ſec. g i. e. *a fronte* V. l. 11. B. G. c. 8. h *objecto* MSS. Ach. St. & 5. mei cum Edd. pp. *objecta* male Ed. Elz. i *ſed* L. ſec. at vide Manut. & Ciacc. k deeſt L. pr. *perfecta* Pet. Pal. B. Edd. R. M. V.

reſpondeat ſcilicet τῶ (*ſuperioris temporis*) in praecedenti commate: ſed ſine Codicibus nihil audendum. CLARK.

1. AEQUA FERE LATITUDINE] Ita edidit *Joſ. Scaliger*, & ſic habent editt. *Rom. Ven. Beroald.* Sed cum *Stephanica* legendum *altitudine: latitudinem* enim ſive *craſſitudinem* ſupra definivit. *Fr.* quidem *Hotomannus* repoſuit *aequa fere latitudine atque altitudine*, quae ſane conjectura minus placet ob cauſam jam ante dictam, neque enim ταυτολόγος eſt Caeſar. DAVIS. Mire hic errat doctiſſimus Daviſius, qui legendum exiſtimat, *altitudine. Latitudinem* enim ſive *craſſitudinem* ſupra eſſe definitam; nec ταυτολόγον eſſe Caeſarem. At enim nullo modo ſupra eſt definita contignationis *latitudo.* Aliud enim longe eſt *craſſitudo murorum*, aliud *latitudo contignationis* ſive ſpatii muris interjecti. *Agger*, inquit Caeſar, erat *ex lateritiis duobus muris ſenûm pedum* (non *ſex pedum*) *craſſitudine.* Hoc eſt: Non totus agger ſex erat pedum in *latitudinem;* quomodo enim is *novi generis atque inauditus*? ſed murorum uterque ſex erat pedum *craſſitudine*, praeter ſpatium id omne interjectum, quae erat contignatio. Atque his tandem rite intellectis, jam *latitudo* contignationis iſtius intra muros (vel *altitudo* ejus, ut eſt in *Stephani* Editione, vel *magnitudo*, ut eſt in MS. Regio) aequa erat, ac totus agger ante uſitatus. CLARK. Recte Clarkius Daviſii rationem impugnat: cur ille praeferebat *altitudine*, quod & habet Vaſcoſanus, & Strada, qui & in margine reliquerunt *magnitudine*, quod exſtat etiam in Leid. ſec. Nihilominus *altitudine* reſcribendum judico, nam ut bene obſervavit Lipſius l. 11. Polyorc. Dial. 3. ſupra non memorat *latitudinem* illius aggeris; ſed *altitudinem LXXX pedum* c. 1. quamvis ibi *latitudinem* vir doctus praeferre videatur. Perperam; maximum momentum non conſiſtebat in *latitudine*, ſed *altitudine:* qua moenium hoſtilium altitudinem poſſent aequare. Hinc infra c. 16. dicit Auctor *quum pene inaedificata in muris ab exercitu noſtro moenia viderent.* Unde liquido patet *altitudinem*, non *latitudinem*, eſſe ſcribendam. Ubivis autem in MSS. haec variare, notiſſimum eſt.

2. CONGESTUS] MSS. Reg. & Elienſ. *Congeſtitius.* CLARK. *Congeſtitius* etiam MSS. Urſini Cujac. Scalig. Petav. & Leid. pr. *congeſtius* Voſſ. Nullus dubito, quin rectum ſit *congeſtitius*; qua voce uſi etiam ſunt Vitruvius & Columella, ut docent Lexica. Sic *inportatitia jumenta* reſtituimus l. IV. B. Gall. c. 2.

3. UBI AUTEM] MSS. Reg. Elienſ. *Ubi* aut *ſpatium* &c. CLARK. Nec ſecus MSS. mei omnes, & Edd. pp. nec non Vaſc. Str. Steph. aliaeque. Recte.

4. VIRTUTE MILITUM BREVI RECONCINNATUR] In v. c. noſtro & *Cujac. Petav. Pal.* ac *Bong.* eſt *reconciliatur:* (ſic & MS. *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.*) quod ob tot codicum conſenſum diſſimulare non debui. Forſan quis meliorem

vulgata

ut [a] nullus perfidiae neque eruptioni locus eſſet; neque quidquam omni-
no relinqueretur, [b] quo aut vi militibus, aut igni operibus, noceri poſ-
ſet; eodemque exemplo ſentiunt, totam urbem, [1] qua ſit aditus ab terra, 2
muro, [c] turribuſque [2] circumiri poſſe; ſic, ut ipſis conſiſtendi in ſuis mu-
nitionibus locus non eſſet; quum paene [d] inaedificata in muris ab exer-
citu noſtro moenia viderentur, ac [e] tela manu conjicerentur; [f] ſuorumque 3
tormentorum uſum, quibus [g] ipſi magna ſperaviſſent, ſpatio propinquita-
tis [h] interire; parique conditione [i] ex muro ac turribus bellandi data, vir-
tute ſe [k] noſtris adaequare non poſſe intellegunt, ad eaſdem deditionis
conditiones recurrunt.

XVII. M. Varro in [l] ulteriore Hiſpania, initio, cognitis iis rebus, quae 1
ſunt in Italia geſtae, diffidens Pompejanis rebus, amiciſſime de Caeſare
loquebatur: *praeoccupatum ſeſe legatione ab Cn. Pompejo, teneri obſtri-* 2
ctum fide: neceſſitudinem quidem ſibi nihilo [m] *minorem cum Caeſare in-*
tercedere: neque ſe ignorare, [n] *quod eſſet officium legati,* [3] *qui fiducia-*
riam operam obtineret, quae vires ſuae, quae voluntas erga Caeſarem
totius provinciae. Haec omnibus [4] ferebat ſermonibus; neque ſe in [o] ul-
lam

VARIAE LECTIONES.

a *nullius* MS. Br. L. pr. V. & Edd. quaed. *atque er.* Dorv. L. ſec. *aut er.* al. *eruptionis* L. ſec. V. Dorv. Ciacc. Edd. R. M. V. b *qua aut vis m. aut ignis o. nocere*, Edd. Vaſc. Str. Steph. *qua* MSS. mei 7. pro *vi* L. pr. Lov. *eis.* Sc. Pet. *abeis. vis* & *ignis nocere* B. L. ſec. V. *poſſit* MSS. 2. c *turribus c.* MSS. 3. d *aedific.* MSS. 3. & Edd. Vett. qdd. V. l. I. c. 27. B. Civ. & l. VIII, 9. B. G. e *telum m. conjiceretur* Carr. Sc. L. pr. V. *manu* deeſt Edd. R. M. V. f *ſuorum t.* L. pr. *uſus* Carr. *uſu* MSS. 2. g deeſt Pet. dein *magna vi* (*vis* Carr.) *ſuperav.* Carr. L. ſec. Dorv. & Edd. pp. *ſuperav.* etiam V. Lov. male *ſpe parav.* B. h *interiore* L. ſec. B. Edd. pp. quod male placet Bruto. V. ad l. I. B. Civ. c. 58. *interirent* Cod. Hotom. quod ei placet. i Sic MSS. non *e.* k *noſtros* L. ſec. ſed V. ad l. VIII. c. 41. l *ulteriori* L. pr. m *minus* L. pr. ſec. n *eo q.* V. o *nullam* Lov. V. ad l. V. B. G. c. 23.

vulgata lectionem inde conjectabit. VOSSIUS. *Reconcinnare* occurrit apud Plaut. & Cicer. pro reficere, reſarcire. Quare nihil rurſus innovo. Sed MSS. omnes & Edd. primae dant *reconciliatur*, metaphora deſumta ab amicitia, quae in tempus dirupta inſtauratur ac reconciliatur, & reparatur. Quod tamen de *detrimento* rite non poſſe dici videtur.

1. QUA SIT ADITUS, AB TERRA] Sic in editt. *Scalig.* & ſeqq. At, deleta virgula, ſcribendum *qua ſit aditus ab terra*, ut bene *Rom. Ven. Beroald.* Sic autem loquitur noſter, quia Maſſilia *tribus partibus mari alluebatur*, ut teſtatus eſt hujuſce libri c. I. DAVIS. Ibidem *quae aditum habet a terra.* c. 25. *Aditu a theatro.*

2. CIRCUMVENIRI] Codices plerique *circumiri.* CLARK. Quod Cl. Clarkius edidit, & Hotomanus quoque praefert, hic inveni in nullo Codice ſcripto nec edito praeter Edd. Rom. Venet. & Mediolanenſem. Aicardus vero, e MS. ut puto, adlevit libri ſui margini *circummuniri.* Utrumque adhibuit Caeſar. Adi notas ad l. I. B. Civ. c. 18. *Oppidum vallo caſtelliſque circumvenire* vel *circummunire inſtituit.* Hic vero contra MSS. nil mutandum. *Circumiri* vel *circuiri* (ut eſt in MSS. nonnullis, de quo alibi dictum) idem eſt, quod *circumcingi:* quo ſenſu ſexcenties apud Hiſtoricos occurrit.

3. QUI FIDUCIARIAM OPERAM OBTINERET] Mira inſcitia eſt Hottomanni & Ciacconii, qui ignari, quae eſſet opera fiduciaria, corrigunt *fiduciarum provinciam.* Quaſi non ut *fiduciaria haereditas*, ita & *fiduciaria opera* dicere liceat. Idem ait Caeſar ſub finem hujus libri: *amiſſo exercitu, quem a Caeſare fidei ſuae commiſſum acceperit.* Sed taedet nugarum. VOSSIUS. *Provinciam* legit Ciacconius, non vero Hotomanus, qui hic adeatur quoque.

4. FEREBAT.] Sic quidem ex Urſini MSto repoſitum eſt: cui accedunt Petav. Scalig. Leid. pr. & Voſſian. in pleriſque & Edd. Vett. eſt *referebat*, quod magis placebat Hotomano. Freins-

hemius

3 lam partem movebat. Poſtea vero, quum Caeſarem ad Maſſiliam [1] detineri [a] cognovit, copias Petreji cum exercitu Afranii eſſe conjunctas, [2] magna auxilia conveniſſe; magna, eſſe in ſpe atque [b] exſpectari, & [c] conſentire omnem [d] citeriorem Provinciam, quaeque poſtea [e] acciderant, de anguſtiis ad Ilerdam rei frumentariae, accepit; atque haec ad eum [3] latius atque inflatius Afranius perſcribebat; ſe quoque ad [f] motum fortunae movere coepit.

I XVIII. Dilectum habuit tota provincia; legionibus completis II, cohortes circiter XXX alarias addidit; frumenti magnum numerum coëgit, quod Maſſilienſibus, item quod Afranio Petrejoque mitteret; naves longas X Gaditanis, [g] ut facerent, imperavit; [4] complures praeterea [h] in Hiſpali

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *diſtineri*. b vulgo *exſpectatione*. c *conſentiri* MSS. 4. d *ulter*. Lov. *inter*. Dorvill. L. ſec. e *acciderunt denique a*. Carr. *deque* Edd. R. M. V. f *motus* L. pr. V. g Hae 2 voces Gloſſam olent, uti & videtur Grutero. *faceret* L. pr. paullo ante MSS. 7. non inepte *A. Pompejoque*. h vulgo abeſt *in*.

hemius vero in Ind. Curtii conjiciebat reſcribendum *ſerebat*. ut *ſerere rumores* l. VIII. c. 9. Vide Zinſerling. Prom. Crit. c. 20. At vero id huic loco minus convenire videtur, retineoque *ferebat*, id eſt, dictitabat, prae ſe ferebat, & ubique in ore haec habebat. quo ſenſu hoc verbum apud Tacitum frequens eſt. Sic *ferre laudibus*. de quo vide Doct. van Staveren ad Nepot. Lyſ. c. 4. *eum fert laudibus*. Si quid mutandum, arrideret magis Dorvilliani Codicis lectio *inferebat*, id eſt, immiſcebat, proferebat. *Inferre ſermonem*, *cauſſam* & alia ſaepe occurrunt, tam apud noſtrum, quam alios. Vide Comment. ad Phaedr. l. I. Fab. I.

1. DISTINERI] Codices plerique *detineri*. Sed parum intereſt. CLARK. Rectius cenſet Hotomanus, retinendam veterum omnium Codicum ſcripturam. *Diſtineri* enim profluxit ab Ed. Vaſcoſ. In prioribus & MSS. aliorum ac meis ſcribitur *detineri*. Bene. *Diſtineri* non habet locum, niſi ubi de diſtractione in diverſas partes, vel diverſarum rerum occupatione agatur. Vide quae notantur ad l. II. B. G. c. 5. *Manus hoſtium diſtineri*. Vulgatae quidem favet lectio Juntina Juſtin. l. VI. c. 6. *exercitus ſui in Graecia diſtinerentur*. ſed MSS. *detin*. & duo a me viſi *in Graeciam detin*. Idem l. XXIX. c. 2. *Ne eodem tempore multis bellis diſtineretur*. ubi etiam MS. a me conſultus *gravaretur*. vulgo *detin*. ut ubique variatur. Rectiſſime ibi magnus Graevius. *Detinemur* longo bello aut obſidione, quae remoratur nos; *diſtinemur* duobus pluribuſve bellis. Quare *detineri* e MSS. repoſui. c. 75. l. III. *Noviſſimos proelio detinebat*. ubi itidem nonnulli *diſt*. ut & B. Hiſpan. c. 34. *dum hic detinetur*.

2. MAGNA AUXILIA, CONVENISSE; MAGNA, ESSE IN SPE ATQUE EXSPECTATIONE;] In editis omnibus, propter minus accuratam interpunctionem, mira hic illata eſt ſententiae ambiguitas. CLARK. *Magna* ſcilicet eſt Accuſativus, & referendus ad *auxilia*: verum in MSS. non legitur *exſpectatione*: ſed *exſpectari*. Optime, ait *magna auxilia conveniſſe*, jam; ſed *& magna eſſe in ſpe atque exſpectari* brevi. Ita ſane exhibent Petav. Palat. Bong. Leidenſes, Lovan. Voſſ. Dorv. quo faciunt Edd. primae; in quibus *exſpectare* habetur. Neque jungendum *magna in ſpe*, ut alibi quidem loquitur Caeſar. Ciacconius dubitat, an ſit melius *magnam eſſe ſpem atque exſpectationem*.

3. LATIUS] Codd. nonnulli, *elatius*. CLARK. Quinam illi Codices ſunt, qui *elatius* habeant, velim edoceri. Ego nullos ſcio; at Ciacconium malle *elatius* hic & l. III. c. 76. *latius inflatiuſque famâ percrebuerat* ex Cicerone in Rullum II. *Quibus rebus elati & inflati*. Vulgata non eſt ſollicitanda: & male l. III. loco *elatius* vulgo editur; ut patet ex l. I. c. 53. *Haec Afranius Petrejusque pleniora etiam atque uberiora Romam ad ſuos perſcribebant*: ex quibus verbis ſimul liquet non audiendum eſſe P. Fabrum in Semeſt. l. I. c. 22. praeferentem *praeſcribebat*, id eſt, ante; ut eſt in MS. Brantii, Leid. ſec. & Edd. pp.

4. COMPLURES PRAETEREA HISPALI FACIENDAS CURAVIT] In tribus MSStis eſt *in Hiſpali*, quam voculam Scal. & Lipſ. expunxerunt: an recte, ambigo; nam ſaepe ſolet Caeſar urbium nominibus addere praepoſitiones. Sed tamen tale exemplum nondum legi. VOSSIUS. MSS. omnes & vett. editt. *in Hiſpali*, praeter *Norvic*. qui corrupte exhibet *in Hiſpania*. Praepoſitionem deleve-

ſpali faciendas curavit: pecuniam omnem omniaque ornamenta ex fano
Herculis in oppidum [a] Gadis contulit. Eo VI cohortes, praeſidii cauſſa, 2
ex provincia miſit: [b] Cajumque Gallonium, equitem Romanum, familia-
rem Domitii, qui eo procurandae hereditatis cauſſa venerat, miſſus a
Domitio, oppido Gadibus praefecit: arma omnia privata [c] ac publica in
domum Gallonii contulit. [d] Ipſe habuit graves in Caeſarem conciones. 3
Saepe ex tribunali praedicavit, *adverſa Caeſarem proelia feciſſe, ma-
gnum numerum ab eo militum ad Afranium perfugiſſe. Haec* [1] *ſe cer-
tis nunciis, certis auctoribus, comperiſſe.* [2] Quibus rebus perterritos 4
civis Romanos ejus provinciae ſibi [3] ad Rempublicam adminiſtrandam HS.
[e] CLXXX, & argenti [f] pondo XX milia, tritici modios, CXX milia pollice-
ri [4] coegit [g]. Quas [h] Caeſari eſſe amicas civitates arbitrabatur, iis gra- 5
viora

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. plerique, non *Gades*. b *Gajum Call.* L. pr. c Ita MSS. plurimi, non *&*. d *Item* Carr. V. Edd. R. M. V. e vulgo *CXC.* f *pondus* MSS. 3. V. Gron. Pet. Vet. 1, 7. dein *modium* Aic. Hot. & alii. V. ad l. III. c. 4. g vulgo *cogit.* h *Caeſaris* Pet. L. pr. Scal. *C. ipſe* Pal.

delevere *J. Lipſius* & *Joſ. Scaliger*, & ſane rarae ſunt hujuſmodi locutiones. *Terentius* tamen Eun. Act. III. Sc. IV, 1. *Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piraeeo, in hunc diem ut de Symbolis eſſemus.* Ubi *Donatus* ait *conſenſimus ac pepigimus, ne ſit Soloeciſmus* in Piraeo *pro in Piraeum.* Non me quidem fugit, *Ciceronem* ad Attic. l. VII. Epiſt. III. ex *Terentio* laudare *heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piraeeum*, ſed memoria lapſus videtur; alteram enim lectionem omnes Codd. repraeſentant, eamque neceſſario retinendam cenſuit eruditiſſima faeminarum *Anna Daceria.* Cum igitur *Caeſar* ſoleat urbium nominibus praepoſitiones addere, vetus lectio non eſt rejicienda. DAVIS. MSS. & Editt. vett. in *Hiſpali:* Quae locutio a Caeſaris conſuetudine non abhorret. CLARK. *In Hiſpali* etiam agnoſcunt mei Codices ad unum. Quo conſenſu motus praepoſitionem revocavi. Adi ad l. VI. B. G. c. 3. & G. J. Voſſ. de Conſtr. c. 46.

1. SE CERTIS] Urſinus monet eſſe Virum doctum, qui probet *ſecretis n.* quod eſt in ipſius Cod., uti & in Voſſiano. Mihi non placet.

2. QUIBUS REBUS PERTERRITIS CIVIBUS ROMANIS] Lego ex Palatino & Bong. *perterritos cives Romanos.* Et ſic quoque in duobus libris repererat Ciaccon. VOSSIUS. *Perterritis civibus R.* ut Aldus, Gryph. Plantin. & alii dant, defendi poſſet ex iis, quae notavimus ad l. VII. c. 4. *Convocatis clientibus, facile incendit* ſcilicet *eos:* ubi vidimus, eam conſtructionem non raro in Caeſare reperiri. Et certe ſuffragatur Petav. in Leid. pr. *perterritus civis Rom. Perterritus* habet quoque Lovan. *cives* abeſt a Bong. Malim tamen credere, varietatem ortam ex Accuſativo *civis.* Ut Voſſius correxit, exhibitum jam olim a primis Editoribus, item Vaſcoſ. Steph. Scalig. aliiſque. Atque ita e ſuis MSS. ſcribendum monuerunt Ciaccon. Hotom. & Brantius.

3. AD REMP. ADMINISTRANDAM HS. CXC] In Petaviano eſt CLXXX, etiam Pal. numerum LXXX retinet, quamvis corrupte in eo legatur *cohortes* LXXX. Et Bongarſ. *cohortes* CLXXX. Ortus error ex notis HS. pro quibus in Petav. quoque ſcriptum eſt CH. Unde illi *cohortes* fecerunt: nam & *cohors* in veteribus lapidibus ſcribitur COH. & CHOHORS. & CHORS. VOSSIUS. Numerum *CLXXX* repoſui auctoritate etiam MSS. Leidd. Lovan. Dorv. Scalig. aliorumque. In quorum multis male *cohortes LXXX*, vel *cohortes CLXXX* ſcribitur. Edd. pp. *adm. cohortes CLXXXX. Nonagies* tantum Var. Lect. Vaſcoſ. uti & conjecerat Glareanus, vulgatum tamen retinens. In nonnullis inepte additur *millia.*

4. COEGIT] Sic MSS. & Editt. Vett. Quod & temporum ratio poſtulat; propter praecedentem, *praedicavit*; & ſequentem, *injungebat.* Recentiores habent, *cogit.* CLARK. Ex MSS. & Editis *Ber. Gryph.* aliiſque multis reſcribendum *coegit*, ut etiam *Clarkius* adnotavit. DAVIS. *Cur. ſec.* Magis MSS. auctoritate & conſenſu, quam temporum ratione, (quae ſexcenties ita variantur, ut ſaepe monitum,) permotus *coegit* repoſui. Sic enim reperitur in meis omnibus & Edd. primis: in nullo *cogit.*

5. VERBA ATQUE ORATIONEM ADVERSUS REMP. HABUISSENT —— JUDICIA IN PRIVATOS REDDEBAT] Judicia de privatorum rebus conſtituere, non modo iniquum non eſt, ſed etiam praetorium. Quare nihilo probabilior *Urſini* aut *Octavii*

viora onera injungebat, [a] praeſidiaque eo deducebat: & judicia in privatos
reddebat, qui [5] verba atque [b] orationem adverſus Rempublicam habuiſſent;
eorum bona in publicum addicebat: provinciam omnem in ſua & Pompeji
6 verba [c] jusjurandum adigebat. Cognitis iis rebus, quae ſunt geſtae in [d] ci-
teriore Hiſpania, bellum parabat. Ratio autem haec erat belli, ut [e] ſe cum
II legionibus [f] Gadis conferret; naves, frumentumque omne ibi contine-
ret: (provinciam enim omnem Caeſaris rebus favere cognoverat.) In inſu-
la, frumento navibuſque comparatis, bellum duci non difficile exiſtima-
7 bat. Caeſar, etſi multis neceſſariiſque rebus in [g] Italiam revocabatur, ta-
men conſtituerat nullam partem belli in [h] Hiſpaniis relinquere: quod ma-
gna eſſe Pompeji beneficia, & magnas clientelas in citeriore provincia
ſciebat.

1 XIX. Itaque duabus legionibus miſſis in ulteriorem Hiſpaniam [i] cum Q.
Caſſio Tribuno plebis, ipſe [k] cum DC equitibus magnis itineribus [l] progredi-
tur, edictumque praemittit, ad quam diem magiſtratus, principeſque o-
2 mnium civitatum ſibi eſſe praeſto Cordubae vellet. Quo edicto tota pro-
vincia [m] pervulgato, nulla fuit civitas, [n] quin ad id tempus partem Sena-
tus

VARIAE LECTIONES.

a Male haec uſque ad *reddebant* vulgo ponuntur poſt *addicebat*. b *orationes* L. pr. c *per* j. Edd. R. M. V. Vaſc. &c. male. V. Comm. & ad l. VII, 67. d *citeriori* MSS. 3. & infra. Vulgo *par. bell.* contra MSStorum ordinem. e *ſecum duas legiones* MS. Brant. Lov. Pal. B. L. ſec. V. Dorv. & Edd. qdd. pro *autem* eſt *enim* in Sc. & L. pr. f Sic hic & infra L. pr. & plerique MSS. cum Ald. Gryph. &c. g *Italia* Lov. Dorv. h *Hiſpania* Pet. i *cumque iis* Lov. k deeſt praep. in L. pr. vulgo *eq. DC.* contra MSS. l *praegred.* L. pr. V. *edictum pr.* L. pr. m *promulg.* L. pr. ſec. B. Edd. R. M. V. Vaſc. Str. Steph. Gr. poſt. n *quae non* V.

vii Pantagathi emendatio eſt, qui legunt *edebat:* demirorque hoc ab illis non obſervatum. Locus enim ſic emendandus eſt, ut ſine interpunctione continenter legatur, quaſi ſcriptum ita eſſet: *Et judicia in privatos, qui verba atque orationem adverſus Rempub. habuiſſent, reddebat: eorumque bona in publicum addicebat.* Edictum ſcilicet propoſuerat: *Si quis adverſus Rempub.* (id eſt, adverſus Pompejum) *verba feciſſet, ſe judicium eo nomine daturum: damnatique bona in publicum addicturum.* Quare, qui particulam *vero* interjecerunt ante *verba*, ſtultiſſime illos feciſſe apparet. Et ſimilis judicii formula extat apud *Livium* l. XXIV. *Pronuntiarunt, verba orationemque eos adverſus Remp. habuiſſe, quo conjuratio deſerendae Italiae cauſſa fieret.* Totus autem locus, qui varie conturbatus eſt, ita reſtituendus eſt: *Quas Caeſari eſſe amicas civitates arbitrabatur, iis graviora onera injungebat, praeſidiaque eo deducebat, & judicia in privatos reddebat, qui verba atque orationem adverſus Remp. habuiſſent, eorumque bona in publicum addicebat.* (Haec conjectura mire firmatur ex eo, quod eundem verborum ordinem exhibeat MS. *Norvic.* niſi quod in eo omittatur *praeſidiaque eo deducebat*, DAVIS.) Cum haec jampridem ſcripſiſſem, animadverti *Manutium* ex *Nicaſii* doctiſſimi viri conjectura reponere *adverſus Pompejum.* Quam conjecturam primum *Livii* locus refellit: deinde quis neſcit eos, qui rerum potiuntur, ſemper *Reip.* nomine abuti? HOTOMAN. Optime hunc locum reſtituit Hotomanus, cui miror a Scaligero & ſequentibus non obtemperatum eſſe: cum tamen Brantius teſtetur ita legi in ſuis membranis; quod & liquido confirmatur vetuſtiſſimis meorum Petav. Scal. Cujac. Leid. pr. Lovan. & Ed. Gryphii; niſi quod *eorum*, non *eorumque* retineant. Neque etiam pro Caeſaris more conjunctione illa eſt opus. Immo verba illa quae deſunt in Voſſ. *praeſidiaque eo d. & jud. in priv. redd.* jam in Edd. Vaſc. & R. Steph. exhibentur ante illa *qui verba.* In illis tamen male additur *vero*, uti & in MSS. Dorvill. & Leidenſ. ſec. Ratio ipſa verba hoc pacto eſſe tranſponenda docet, uti quoque vidit Gruterus: Urſinus e ſuis Codicibus etiam monuit *praeſidiaque eo deducebat* poſt *injungebat* eſſe ponenda. Recte etiam Hotom. defendit *adverſus Remp.* quae formula eſt frequens. Varro enim ajebat eos qui
in Pom-

tus [1] Cordubam mitteret; [a] nulluſve civis Romanus paullo notior, [2] quin
ad diem conveniret. Simul ipſe Cordubae conventus per ſe portas Varro- 3
ni clauſit; cuſtodias vigiliaſque in [b] turribus muroque diſpoſuit. Cohortes
II, quae Colonicae [c] adpellabantur, quum eo caſu veniſſent, tuendi op- 4
pidi cauſſa apud ſe retinuit. [3] Iiſdem diebus Carmonenſes, quae eſt longe 5
firmiſſima totius provinciae civitas, [4] deductis III in arcem oppidi cohortibus a Varrone praeſidio, per ſe cohortes ejecit, portaſque [d] praecluſit.

Variae Lectiones. XX.

a *non civ.* L. pr. Lov. Dorv. V. *nullus c.* Edd. Vaſc. Str. Steph. bene V. ad l. vii, 38. b Sic MSS. & Edd. qdd. non *m. turr. murove* L. ſec. B. c *adpellantur* L. ſec. & pr. a m. pr. Adi l. iii. B. C. c. 34. d *percluſit* Pal.

in Pompejum loquebantur, *adverſus Remp.* id agere. Vide notas ad Lucan. v, 14.

Non Magni partes, ſed Magnum in partibus eſſe.

1. Cordubam mitteret] Petav. Leid. prim. Lovan. Palat. Dorvill. *Cordubae m.* Quae lectio ſi vera eſt, (ut tam bonorum Codicum auctoritate credere cogor) patebit, jam optimi aevi ſcriptores hunc caſum Dativum, (non enim Genitivum eſſe inducere in animum poſſum) de motu ad locum paſſim cum nominibus propriis admiſiſſe, ac *mitti Romae, reverti Romae,* &c. bene Latinum eſſe. l. iii. B. Civ. c. 108. MSS. fere omnes *tabulae Romae erant adlatae.* Vide, quae olim notavi ad Lucan. l. viii, 845.

Manes tranſferre revulſos
Auſoniae: uti ibi exhibet quoque Cod. Taurin. & 4. MSS. a Cortio conſulti. Vide & Cap. ſeq. In Petav. l. iii. B. C. c. 100. eſt *Brundiſio venit.* Quae ſi genuina eſſet lectio, confirmaret vehementer opinionem meam de Dativo.

2. Quin ad diem conveniret] Pal. & Bong. habent *quin ad diem ſtatutum conveniret.* Quod notare viſum, quia etſi abeſſe poterat vox *ſtatutum*, tamen Caeſaris ſimplicitas facit, ut credam ita eum ſcripſiſſe: quippe qui alibi dixerit. *orientem ſolem*, & *terram Galliam*, & ſimilia duobus extulerit verbis, quorum alterum ſine ſenſus detrimento commode poterat omitti. VOSSIUS. MSS. *Bongarſ. Palat.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *ad diem ſtatutum.* Sic fere *Juſtinus* l. I. c. X. *Equum pridie conſtitutam diem ad eundem locum ducit.* Et iterum; *cum ad ſtatutam horam omnes conveniſſent.* Illorum quidem Codd. lectionem veram arbitrer, quippe quae *Caeſaris ἀφελότητι* maxime conveniat: tantum abeſt, ut plane repudiandam cum *Fr. Hotomanno* cenſeam. DAVIS. MSS. plerique & Edd. Vett. (*ad diem* ſtatutum) quae locutio Caeſaris perſpicuitatem ſapit. CLARK. Idem cenſet Cellarius, qui ideo *ſtatutum* in textum revocavit. Eſtque etiam in MS. Carr. Brant. Leid. ſec. Dorv. & Edd. pp. fateorque Caeſarem frequentius ſolere locutiones plene efferre. Id tamen adeo perpetuum non eſt, ut interdum non recedat ab ea conſuetudine, praeſertim in illis locutionibus, quae quaſi ex formula Romanorum ſollemni adhibentur. Ut in *movere* pro caſtra movere, *ſolvere* pro naves ſolvere &c. Vide omnino ad l. vii. c. 85, Quare etiam hic, licet *ſtatutus dies* probae notae ſit locutio, malim adſenſum praebere vetuſtiſſimis Codd. Cujac. Scalig. Leid. pr. Lovan. & aliis, & ſimpliciter retinere *ad diem.* Pari enim modo l. v. B. G. c. 20. *Obſides ad numerum miſerunt.*; ubi potuiſſet addere *dictum*, *definitum* vel ſimile. Notae autem ſunt phraſes *ad diem adeſſe*, *ad diem ſolvere*, *ad diem decedere* &c.

3. Iisdem diebus Carmonenses] Notanda conſtructio: *Carmonenſes, quae eſt firmiſſima civitas, portas praecluſit.* Ait Servius, ad I. Aeneid. ad verſum 21.

—— *Hic illius arma*
Hic currus fuit.

Quotieſcumque nomina ſingularis & pluralis numeri connectuntur, viciniori reſpondemus. Non abſimiliter infra l. iii. de bello Civil. *Nulla Theſſaliae fuit civitas, quin Caeſari parerent, atque imperata facerent.* Nam ita in v. c. noſtro legitur: pro quo in vulgatis eſt *pareret*, & *imperata faceret.* Contrarius loquendi mos eſt v. de bello Gall. c. xx, cum ait Caeſar, *Interim Trinobantes, prope firmiſſima earum regionum civitas, legatos ad Caeſarem mittunt:* nimirum quia civitas eſt collectivum. VOSSIUS.

4. Deductis III in arcem oppidi cohortibus a Varrone praesidio, per se cohortes ejecit] Notat Ciaccon. *deductis* hic idem valere, quod *introductis* & *inpoſitis*; quum alias ſignificet *detractis* aut *eductis.* Et ſane plerumque ultimo ſenſu cum aliis Caeſar adhibere ſolet. Vide, quae notamus ad l. ii. B. Gall. 33. *Praeſidia deducturos* & alibi. Nihilominus nonnullis in locis *deducere* pro ſimplici *ducere*, ſi MStis fides eſt adhibenda, apud noſtrum occurrit. Ut l. iv. c. 22. *Exercitum in eos pagos deducendum dedit.* lib.

1 XX. Hoc vero magis properare Varro, ut cum legionibus quamprimum Gadis [a] contenderet: ne itinere, aut transjectu [b] intercluderetur.
2 [1] Tanta, ac tam ſecunda in Caeſarem [c] voluntas provinciae reperiebatur. Progreſſo [d] ei paullo longius litterae [e] a Gadibus redduntur; ſimul atque [f] ſit cognitum de edicto Caeſaris, conſenſiſſe Gaditanos principes [2] cum Tribunis cohortium, quae eſſent ibi [g] in praeſidio, ut Gallonium ex op-
3 pido expellerent, urbem inſulamque Caeſari ſervarent. Hoc inito conſilio, denunciaviſſe Gallonio, ut ſua ſponte, dum ſine periculo liceret, [h] excederet Gadibus: ſi id non feciſſet, [3] ſibi conſilium capturos: hoc [i] timore
4 adductum Gallonium, Gadibus exceſſiſſe. His cognitis rebus, altera ex II legionibus, quae Vernacula [k] adpellabatur, ex caſtris Varronis, adſtante & inſpectante ipſo, ſigna ſuſtulit, [l] ſeſeque [4] Hiſpalim recepit, atque
5 in foro, & [m] porticibus ſine maleficio conſedit. quod factum adeo [n] ejus con-

VARIAE LECTIONES.

a *Contenderent* L. ſec. b *intercluderentur* Lov. Dorv. L. ſec. c *voluntate p. prog.* vulgo. d *eo* L. ſec. *enim* V. e *ei a* G. L. pr. deeſt *a* in Pet. V. Lov. f Sic MSS. & Edd. pp. non *cog. ſit. ſit* L. pr. V. g *in* exſulat a L. pr. Vide ad l. VI. c. 33. h *Gad. exc.* L. pr. Lov. i *itinere abd.* Lov. *abd.* V. ſed adi ad l. IV. B. G. c. 6. k *adpellatur* L. pr. ut C. praec. l *ſeque* Pet. m *porticubus* V. n *ei* L. ſec. Dorv. deeſt V.

VII, 68. *Inpedimentis in proximum collem deductis:* quamvis & in illis locis alia quaedam ratio ineſt, ut ibi notavi. Proxime accedit lib. III. B. Civ. c. 31. *deductis in locupletiſſimas urbes in biberna legionibus.* Vide tamen, num & hic velit, Carmonenſes ejeciſſe cohortes ex urbe praeter 3 eas, quas in arcem, quaſi tutum in locum abduxerat Varro, ut apud Auct. B. Hiſp. c. 18. *noctu ex adverſariorum conſpectu ſe deducerent ad mare verſus.* Certe ita cepiſſe Editores primos patet ex Ed. Rom. Mediol. & Ven. quae dant *Deductis tribus cobortibus, poſitis in arce oppidi a V. praeſ.* Ut *deductis* ſit *detractis*, *exceptis*, *minus tribus cob.* quas in arce praeſidio poſuerat Varro. Quomodo paſſim *deducere de ſumma partem* in rationibus dicitur. Vide Liv. l. VI, 35. Suet. Caeſ. c. 42, 50. *tertia deducta eſt*, ibique notas. *Diductis* eſt in Leid. pr. At pro *ejecit* dant *injecit.* Petav. Lovan. Leid. pr. Voſſ. Scalig. ut pateat, mendoſi quid latere.

1. TANTA AC TAM SECUNDA IN CAESAREM VOLUNTATE PROVINCIAE PROGRESSO ET &c.] Reſtituo ex MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald. Intercluderetur; tanta ac tam ſecunda in Caeſarem voluntas provinciae reperiebatur. Progreſſo ei &c.* Eodem etiam modo alii omnes Codices, niſi quod *Urſin. voluntate provinciae reperiebatur,* unde *Pet. Ciacconius*, ultima voce deleta lectionem extudit, quam recipit *Joſ. Scaliger*, merito eam ob cauſam temeritatis inſimulandus. DAVIS. Merito veterem lectionem jam revocavit in textum Clarkius, quam agnoſcunt MSS. mei omnes. Edd. Vaſc. Str. Steph. Gryph. poſt. *voluntate pr. reperiebantur.* Quo fiat ἐπιφώνημα generalius vel ad Hiſpanias utraſque, vel ad alias etiam.

2. CUM TRIBUNIS COHORTIUM] Conſtat duplices Tribunos fuiſſe legionum & cohortium; unde ſaepe invenias in lapidibus antiquis TRIBUNUS COHORTIS IV. & ſimilia. Nam ſex in quaque legione tribunos fuiſſe jam ſuo tempore Polybius docet. Tribunos legionum majores, cohortium minores vocat Vegetius l. II. c. VII. *Tribunus major per epiſtolam ſacram Imperatoris judicio deſtinatur. Minor tribunus provenit ex labore.* Ergo illa dignitas beneficii, haec virtutis praemium. Nec male Tribunum Graeci χιλιάρχην vocant, ſi poſterius aevum reſpicias. primae cohortis tribunus milites aliquanto plures millenis habuit: unde teſte eodem Vegetio prima cohors *miliaria* vocata. Itaque vere ille χιλιάρχης. VOSSIUS. Vide Lipſ. de Milit. Rom. l. II. D. 9.

3. SIBI CONS. CAPT.] Faern. & Ciaccon. volunt addi *ſe.* Verum non opus eſſe vidimus ad l. II. B. Gall. c. 31. *ibi* Leid. pr.

4. HISPALIM] MS. Reg. (in *Hiſpalim.*) Quomodo & alibi nonnunquam locutus eſt Caeſar. CLARKE. *In Hiſpalim* etiam Leid. ſec. Voſſ. & Bong. at Leid. pr. cum Urſin. Palat. aliiſque & Edd. Ven. Ald. Gryph. *Hiſpali.* ut ſupra *Cordubae mittere. In Hiſpali* Voſſ. Ego nil mutandum cenſeo.

5. PRONUNCIASSET] Ita legendum cenſuit Faernus. Al. *Promiſiſſet.* CLARK. Verum MSS. omnes

conventus [a] cives Romani comprobaverunt, ut domum [b] ad ſe quiſque hoſpitio cupidiſſime reciperet. Quibus rebus perterritus Varro, quum, itine- 6
re converſo, ſeſe [c] Italicam venturum [5] promiſiſſet, certior [d] ab ſuis factus eſt, praecluſas eſſe portas. Tum vero, omni intercluſus itinere, 7
ad Caeſarem mittit, paratum ſe eſſe, legionem, cui juſſerit, tranſdere. Ille ad eum Sex. Caeſarem mittit, atque huic [e] tranſdi jubet. Tranſdita le- 8
gione, Varro Cordubam ad Caeſarem venit: relatis ad eum publicis [f] cum fide rationibus, quod penes eum eſt pecuniae, tranſdit; &, [g] quod ubique habeat frumenti, ac navium, oſtendit.

XXI. Caeſar, concione habita Cordubae, omnibus generatim gratias agit; 1
civibus Romanis, quod oppidum in ſua poteſtate ſtuduiſſent habere; [1] Hiſpanis, quod praeſidia expuliſſent; Gaditanis, quod conatus adverſariorum infregiſſent, [h] ſeſeque in libertatem vindicaſſent; tribunis militum centurionibuſque, qui eo praeſidii cauſſa venerant, quod eorum conſilia ſua virtute confirmaſſent; pecunias, [2] quas erant in [i] publicum Varroni ci- 2
ves Romani polliciti, remittit; bona reſtituit iis, quos liberius locutos
[3] hanc poenam tuliſſe [4] cognoverat: Tributis quibuſdam [k] publicis privatiſque

VARIAE LECTIONES.

a *Civium Rom.* L. ſec. *civium c* Dorv. Ed. R. b *a ſe* L. pr. c *In Italiam* Edd. Vett. *Italiam* MSS. *In Italicām* Gland. *Ilipam Italicam* Edd. Ald. Manut. Plant. & aliae. Sed V. Surit ad Anton. Itin. p. 413. *v. eſſe* L. pr. d Sic MSS. plerique, non *a.* e *tradere* L. pr. f Sic MSS. o. non *rat. cum f.* & mox *hab. conc.* g *quid* L. pr. ſec. Lov. Dorv. Carr. nec male. *& nav.* L. pr. h *ſeſe in* Lov. Dorv. ſec. *ſeque* Edd. R. M. V. in quibus, uti & in Lov. *vindicaviſſent.* idem *confirmaviſſent* cum L. pr. & 3 aliis. i *publico* L. ſec. Dein *cognovit* L. pr. k *poplicis* MS. Ach. Stat.

nes conſtant in τῷ *promiſiſſet.* Bene, ſcilicet ut illos animo confirmaret. Eſt Vir Doctus, qui libri ſui margini adlevit *praemiſiſſet.* Audacius Ciaccon. conjecit *Conv. equites Italicam praemiſiſſet.*

1. HISPANIS, QUOD PRAESIDIA EXPULISSENT] Perperam in vet. cod. noſtro legitur *Hiſpalis.* (nec non in MSS. Ciacc. Lov. Scal. Dorv. Leid. ſec. Edd. Rom. Ven. & Mediol. *Hiſpaniis* Leid. pr.) Nam Caeſar Cordubae concionem habebat, quo civitatium omnium legati convenerant. Et Hiſpalenſes praeſidium non expulerant, ſed Carmonenſes. Itaque per Hiſpanos hic intelligit Carmonenſes. VOSSIUS.

2. QUAS ERANT IN PUBLICUM VARRONI CIVES ROMANI POLLICITI] *Lipſii* Codex B. *Beroald.* & *Florent.* repraeſentant, *quae* (pecuniae) *erant in publicum Varroni a civibus Romanis pollicitae.* Nec ſane *pollicitus* ſignificationem *paſſivam* reſpuit. *Ovidius* in Epiſtol. Cydippes v. 140. *Exige polliciti debita jura tori.* & Faſt. III, 366. *Pollicitam dictis, Juppiter, adde fidem.* Igitur vel hanc vel illam lectionem admittit Latinitas; quae vero fuerit a Caeſaris manu, non niſi vetuſtiſſimorum exemplarium fide reſciamus. Librarii tamen minus proletarios loquendi modos in magis uſitatos ſolent mutare; quod facit, ut ab ea, cujus exempla poſui, ſcriptura non abhorream. DAVIS. *Cur. ſec.* Adi Ill. Heinſ. ad Ovid. Ep. VI, 110.

Cur tua pollicito pondere verba carent.

Atque ita, ut profert Daviſius, ſcribitur in Leid. ſec. & Edd. Mediol. Veneta ac Romana, quae deſignatur a viro docto, per notam *Lb.* in Editione, qua ex Celeb. Fabricii humanitate ad curas ſecundas uſus eſt Daviſius. In Voſſ. legitur *quae er. in p. V. civium R. pollicita.* In Lovan. vero & Dorvill. *quae er. in p. V. a civibus R. pollicitus.* Sed vetuſtiſſimi MSS. retinent vulgatum. Quid ſi conjicias, poſt *pecunias* ſubjunxiſſe Caeſarem in Accuſativo *quae* neutrius generis. Certe poſt *res* aliquoties id fit; ut vidimus ad l. I. B. Civ. c. 7. At talia ſine MStorum conſenſu mihi non facile probantur.

3. HANC POENAM] Quam? quod pecuniam eſſent polliciti? Nequaquam: ſed quod eorum bona in publicum eſſent addicta, ut patet cap. 18.. At hoc videtur addi hic debuiſſe. Quare non ſperno lectionem Codd. Lovan. Dorv. & Leid. ſec. *ac poenam.*

 4. Coe-

tiſque praemiis, reliquos in poſterum bona ſpe complet; biduumque Cor-
3 dubae commoratus Gadis proficiſcitur: pecunias [1] monumentaque [a], quae
ex fano Herculis conlata erant in privatam domum, [b] referri in templum
4 jubet: [c] provinciae Q. Caſſium praeficit; huic IV legiones adtribuit: ipſe
iis navibus, quas M. Varro, quaſque Gaditani juſſu Varronis fecerant,
[d] Tarraconem paucis diebus pervenit. Ibi totius [e] fere citerioris provin-
5 ciae legationes Caeſaris adventum exſpectabant. Eadem ratione privatim
ac publice [2] quibuſdam civitatibus habitis [f] honoribus, Tarracone diſcedit,
[3] pedibuſque [g] Narbonem, atque inde Maſſiliam pervenit. Ibi legem [h] de
Dictatore latam, ſeſeque Dictatorem dictum a M. Lepido praetore, co-
gnoſcit.

1 XXII. Maſſilienſes, omnibus defeſſi malis, rei frumentariae ad ſummam
inopiam adducti, bis proelio navali ſuperati, crebris eruptionibus fuſi,
gravi etiam peſtilentia conflictati, [i] ex diutina concluſione, & [k] mutatio-
ne victus ([4] panico enim vetere, atque [l] hordeo conrupto omnes aleban-
tur; quod ad hujuſmodi caſus antiquitus paratum in publicum [m] contule-
rant) dejecta turri, labefacta [n] magna parte muri, auxiliis provinciarum &
exercituum deſperatis, quos in Caeſaris poteſtatem veniſſe, cognoverant,
2 ſeſe dedere ſine fraude conſtituunt. Sed paucis ante diebus L. Domitius,
cognita Maſſilienſium voluntate, navibus III comparatis, (ex quibus II
fami-

VARIAE LECTIONES.

a *Monim.* Pet. L. pr. V. ut *munimentum.* b *inferri* B. *in templo* Pal. c *provinciaeque Q. C.* L. pr. Pal. B. Dorv. *provinciaeque C.* Pet. Lov. L. ſec. *praefecit* V. Edd. M. V. d *Tarraconam* Scal. e abeſt L. pr. f *oneribus* V. g *Narbonam* L. pr. ſec. V. Dorv. Edd. R. M. V. Vaſç. an *Narbona*? V. ad l. III. B. G. 20. Mox *deinde* Dorv. h *deditionis* Scal. L. pr. i *&* L. pr. k *munitione* Carr. unde Brutus *minutione*, male. l *ordeo* MSS. m *attul.* Pal. Dorv. n deeſt L. pr. *labefacto magno ex p. muro* Ciacc.

4. COGNOVERAT: TRIBUTIS QUIBUSDAM PUBLICIS PRIVATISQUE PRAEMIIS, RELIQUOS IN POSTERUM BONA SPE COMPLET:] Ita reſtitui, ſenſu ipſo poſtulante. Editi habent: (*cognoverat, tributis quibuſdam publicis privatiſque praemiis: Reliquos &c.*) Qua interpunctione cum peſſime turbetur ſententia, mentem Auctoris minus recte videntur accepiſſe Editores. CLARK. Bene diſtinctionem mutavit Clarkius. Quam reſtituit, jam invenio in Edd. Vaſc. Gryph. Steph. Stradae. Idem advertit quoque Gruterum.

1. MONUMENTAQUE QUAE EX FANO HERCULIS] Supra *ornamenta* vocat: *omniaque ornamenta ex Fano Herculis in oppidum Gades contulit.* Per ornamenta autem haud dubie intelligit ſimulachra & dona, quae pretioſa in templo Herculis repoſita erant. Graeci vocant *ἀναθήματα. Monumentum μνημεῖον* eſt, ut recte in Gloſſis Philox. exponitur: origo tamen ab ſepulchris, unde Feſtus ait: *Monumentum eſt, quod mortui cauſſa aedificatum eſt.* Quia nimirum admonebant eae inſcriptiones mortalitatis, ut Varro ait. VOSSIUS.

2. QUIBUSDAM CIVITATIBUS] V. c. noſter & Petavianus habent *quibuſque.* VOSSIUS. *Quibusque* Grutero mihique magis placet. *Quibuſquedam* eſt in Voſſ. *quibusque* in Scalig.

3. PEDIBUSQUE] Hoc eſt, non *Navibus*, ſed *Terreſtri itinere*; ſive id *pedes*, ſive *in equo.* Ut recte adnotavit Hotomannus. Vide infra, de bello Alexandrino, ad c. 26. & c. 33. CLARK.

4. PANICO ENIM VETERE] Quod non multum nutrimenti praebet: eoque durior ſors Maſſilienſium. Panicum Graecis *ἔλυμος*, & *μελίνη* ac *μέλινος* aliis. Uſos eo Gallos, & imprimis Aquitanos, ex Plinio diſcimus. Idem prodit l. XXII. c. XXIV. Dioclem medicum panicum appellaviſſe mel frugum: quod miror, cum ex Galeno tradant herbarum curioſi, ſiccum eſſe, nec multi alimenti. Sed credere malim corruptum locum, & fortaſſis rectius emendabat Dalecampius *μέλιαν frugem*, a nigro colore. *Panicum*, ut vult Iſidorus, dictum, quia multi homines eo panis loco utuntur quaſi *panivicium.* Barbarum vocabulum ex duobus integris more ſaeculi ſui fecit. Sic in

gloſſis

familiaribus ſuis adtribuerat, unam ipſe conſcenderat,) nactus turbidam 3
tempeſtatem, [a] eſt profectus. Hunc conſpicatae naves, quae, [1] juſſu Bruti,
conſuetudine quotidiana ad portum excubabant, ſublatis anchoris, ſequi
coeperunt. Ex iis unum ipſius navigium contendit, & fugere perſevera- 4
vit, auxilioque tempeſtatis [b] ex conſpectu abiit; [c] duo perterrita concurſu
noſtrarum navium ſeſe in portum receperunt. Maſſilienſes arma tormen- 5
taque ex oppido, ut eſt imperatum, proferunt: [d] navis ex portu, navali-
buſque [2] educunt: pecuniam [e] ex publico tranſdunt. Quibus rebus confe- 6
ctis, Caeſar magis eos pro nomine, & vetuſtate, quam pro meritis in ſe
civitatis, [f] conſervans, II ibi legiones praeſidio [g] relinquit; ceteras in I-
taliam mittit: ipſe ad urbem proficiſcitur.

XXIII. [h] Iiſdem temporibus C. Curio, in Africam profectus ex Sicilia, 1
& jam ab initio copias [i] P. Attii Vari deſpiciens, [3] II legiones ex IV, quas
a Caeſare acceperat, [k] & D equites tranſportabat: [4] biduoque & noctibus
III navigatione conſumtis, [l] adpellit ad eum locum, qui adpellatur [5] A-
quilaria.

VARIAE LECTIONES.

a MSS. plerique *prof. eſt.* b *e* MSS. 2. Edd. pp. *conſpecto* L. pr. *abit* L. pr. V. c *duae perterritae* L. ſec. Dorv. *praeterea* Carr. d Sic L. pr. e *in p.* V. f *conſervavit* Pal. L. ſec. g *reliquit* L. pr. Pal. Edd. R. M. V. h *His* L. ſec. ex *bisdem*, quod de more eſt in pleriſque. *C. Centurio* Sc. L. pr. i *P.* abeſt V. *Atti* L. pr. *Accii* & *Actii* male al. *Varri* plurimi. k deeſt copula MSS. 7. *CL.* Edd. R. M. V. dein *transportarat* Lipſ. bene. l *adpulit* L. ſec. Dorv. Edd. R. M. V. Vaſc. Steph. aliaeque.

gloſſis ejus legas *Togipurium*, pro *toga pura*. Sed veram *panici* originem deducit Plinius a *paniculis*: de quibus vide, quae omnium diligentiam ſupergreſſus notavit in Solinum magnus Salmaſius p. 125. VOSSIUS.

1. JUSSU BRUTI] Optime Petav. Leid. pr. & alii, cum Edd. Ald. Ven. Gryph. Baſil. *Miſſu.* Id quod magis adridet Grutero. Verum ipſe Brutus cum tota claſſe non longe aberat, ac 2 hae naves ad ejus claſſem pertinebant; ſed juſſae erant propius portum excubare. Paſſim hae voces permutantur. Alibi *miſſu Caeſaris venire.* Vide ad l. v. B. Gall. 27.

2. EDUCUNT] Brantius conjicit legendum *deducunt* quia paſſim occurrit *deducere naves*. At vero ea eſt formula perpetua detrahendo naves e ſicco vel navalibus in aquam; ut notum eſt. Hic vero *educunt* eſt proferunt, ut Caeſarianis tradant eas, tam in portu jacentes, quam in navalibus ſtantes. ſed & c. 23. *Naves praeſidio onerariis navibus ex Sicilia eduxerat.* & c. 26. *Naves ex portu educit.* Dein *pro nomine & vetuſtate* patet eſſe ἓν διὰ δυοῖν. Qua figura utitur noſter frequenter. Non audiendi ergo, qui *pro nominis vetuſtate*, aut *pro nomine vetuſtatis* cum Edd. Rom. Ven. Mediol. ac Cod. Carr. reſtituere conentur.

3. DUAS LEGIONES EX IV] Haec vera eſt lectio, ut ex eo patet, quod, ut narrat *Caeſar* hujuſce libri c. XXXVII; *Curio in Siciliam miſerit, ut duae legiones reliquuſque equitatus ad ſe mitterentur.* Cum igitur l. I. B. C. c. XXX. dicatur Caeſarem miſiſſe *in Siciliam Curionem Propraet. cum legionibus* III. reponendum *legionibus* IV. DAVISIUS.

4. BIDUOQUE ET NOCTIBUS TRIBUS] Nimium profecto argutatur Ciacconius, cum ait corruptum hunc locum, quia dies noctem etiam includit. Sed ſcire debebat, diem quidem, etſi noctem includat, & notet ſpatium illud XXIV horarum, conſtringi etiam intra crepuſculum & diluculum. Quando ais, *jam dies eſt*, nihil aliud vis, quam lucere. Itaque *dies* pro *luce*. Sed taedet talia monere. Solum adſcribam locum Plinii lib. XIV. c. XII. quem ne ipſe quidem Ciacconius ignoravit. *Biduo duabuſque noctibus perpotationem continuaſſet.* VOSSIUS.

5. AQUILARIA] Leid. pr. *Aquillaria.* Scalig: Petav. Voſſ. *Anquillaria.* Lovan. Palat. Bongarſ. Dorv. Leid. ſec. *Anguillaria.* atque ita Scholiaſtes MSS. Lucani l. IV, 585.

Inter ſemirutas magnae Carthaginis arces,
Et Clypeam tenuit ſtationis litora notae.

Forſan intelligit Δ[illegible] νῆσον, quae eſt apud Ptolemaeum l. IV. c. 3. Olim putavi ita dictum locum a caduceo Mercurii, cujus illic eſt promontorium.

 1. Hoc

2 quilaria. [1] Hic locus abeſt a Clupeis [a] paſſuum xxii milia, [2] habetque non incommodam aeſtate ſtationem, & duobus [b] eminentibus promontoriis
3 continetur. Hujus adventum L. Caeſar filius cum x longis navibus ad Clupeam [c] praeſtolans, quas naves, Uticae ex praedonum bello ſubductas, [d] P. Attius reficiendas hujus belli cauſſa curaverat, [e] veritusque navium multitudinem, ex alto refugerat; [f] adpulſaque ad proximum litus trireme
4 conſtrata, [g] & in litore relicta, pedibus Adrumetum [3] profugerat. Id oppidum C. Conſidius Longus unius legionis praeſidio tuebatur. Reliquae
5 Caeſaris naves ejus fuga Adrumetum ſe receperunt. Hanc [h] ſequutus M. Rufus Quaeſtor navibus xii, quas praeſidio onerariis navibus Curio ex Sicilia eduxerat, poſtquam [i] in litore relictam navem conſpexit, hanc [k] remulco abſtraxit: ipſe ad [l] Curionem cum claſſe redit.
1 XXIV. Curio [m] Marcum [4] Uticam navibus praemittit: ipſe eodem cum exercitu proficiſcitur: biduique iter progreſſus, ad flumen [n] Bagradam
2 pervenit: [o] ibi C. Caninium Rebilum legatum cum legionibus [p] relinquit: ipſe

VARIAE LECTIONES.

a *Paſſus* L. pr. Lov. Dorv. *XII.* Carr. *milia* abeſt Lov. Dorv. *milibus* Carr. b *praeem.* Carr. c *praeſtolantibus* Lov. Pal. Dorv. dein *navis* bene Pet. d *Varrus* L. pr. *ipſe tum* B. L. ſec. pro *Caeſar filius* ſupra Vaſc. Margo *Caſſius.* e Sic MSS. mei & Edd. Vett. *veritus* Carr. Ed. Vaſc. Steph. Gr. poſt. Scal. & ſeqq. f *rep.* Pet. *adpulſuſque* V. Edd. R. M. V. g deeſt Lov. Dorv. *pedibuſque* iidem. *in Adrumentum* & infra Voſſ. *Adrumentum* Dorv. L. ſec. Edd. R. M. V. h *conſec.* Carr. L. pr. *Rufius* Pet. V. i Sic MSS. non *rel. in l.* k *Remulgo* L. pr. Pet. Pal. Lov. Voſſ. Dorv. V. ad l. iii, 40. B. Civ. l *C. Cur.* Scal. Pet. Pal. L. ſec. Dorv. m *Martium* MSS. plerique & Edd. qdd. ſed eſt *M. Rufus Quaeſtor.* dein *cum eod. exerc.* Pal. n *Bragadam* L. pr. V. ad Lucan. iv, 588. o Sic MSS. o. deeſt in Edd. qdd. *Rebilium.* MSS. & Edd. nonnulli. male. V. ad l. vii, 83. p *reliquit* MSS. 4. Edd. pp. Mox *proced.* Dorv. *praec.* Ed. Fl. V. ad l. vii, 54.

1. HIC LOCUS ABEST A CLUPEIS PASSUUM XXII MILLIA] Sic editt. *Rom. Ven. Beroald.* at MS. *Norvic. hic locus eſt a Clupeis*, quae rara quidem, ſed proba eſt locutio. Supra l. i. B. C. c. xvi. *Qui erat ab oppido millia paſſuum circiter* iii. ubi vide notat. DAVIS. Quod autem *Ciacconio* pro *Clupeis* placet *Clupea*; in eo lapſus eſt vir eruditus. Vide *J. Fr. Gronovium* ad *Livii* ix, 19. IDEM. *Cur. ſec. Eſt* ſcribitur in ſolo Petav. *a Clupeis* legitur etiam in Auct. de Afric. Bello c. 3. ubi tamen variant recentiores Codd. at ſtatim Petav. Codex *ad Clupea.*

2. HABETQUE NON INCOMMODAM AESTATE STATIONEM] Miror eorum arrogantiam, qui contra omnium codicum autoritatem, vocem *aeſtate* expungere audent, quia, eam enim cauſſam eſſe puto, ſequitur vox *ſtationem.* Quaſi vero non poſſit eadem ſtatio aeſtate commoda, hyeme incommoda eſſe, prout alii aliique flant venti. VOSSIUS. Primam vocem expungendam cenſuere *Pet. Ciacconius* & *Joſ. Scaliger*, quorum arrogantiam miratur *D. Voſſius*, quippe ſtatio eſſe poteſt aeſtate commoda, hieme incommoda, prout alii aliique flant venti; eaque ſane ratio valeret, ſi ſtati in iis locis eſſent venti; quia autem res aliter ſe habeat, illud vocabulum, per me licet, in ſpongiam incumbat, praeſertim cum a MS. *Norvic.* exulare videam. DAVIS. Vocem *aeſtate* ſuppoſititiam eſſe judicavit etiam Gruterus; qui legi voluit *milia, non incommoda ſtatione, duobus* &c. Certe *incommoda* exaratur in MSS. Petav. Leid. pr. Palat. Dorvill. in quorum duobus poſtremis pro *ſtationem* eſt *navigationem. Aeſtate* poteſt eſſe commoda ſtatio, cum leniores flant venti, hieme vero incommoda, cum venti fortiores ſunt, & maris *aeſtus* ſaevit vehementius. Pro *&* praetulit Ciaccon. *quae.*

3. PROFUGERAT] Praeferrem hic lectionem Leid. pr. & Dorvill. ac Lovan. *perfugerat* ſive Adrumetum uſque, tamquam in tutum locum & quaſi aſylum fugerat. Verum prae perpetua variatione haec incerta adeo ſunt, ut neſcias, quid certi ſit ſtatuendum. Vide ſupra aliquoties & ad Frontin. l. iii, 3. in f. Cl. Drakenborg. ad Livium l. ix. c. 10. Paullo poſt *navibus XII longis* vult ſcribi Ciacconius, quibus obponantur *onerariae.* Sed contra MSS. omnes. *Longas*, ut ſupra, intelligi debere, ſatis liquet.

4. UTI-

ipſe cum equitatu antecedit ad caſtra exploranda [1] Corneliana; quod is
locus peridoneus caſtris habebatur. Id autem eſt jugum directum, eminens 3
in mare, utraque ex parte praeruptum atque aſperum, ſed [a] tamen paullo
leniore faſtigio ab ea parte, quae ad Uticam vergit. Abeſt, [2] directo [b] iti-
nere, ab Utica paullo amplius [c] paſſuum mile. Sed [3] hoc itinere eſt fons, 4
quo mare ſuccedit [d] longius; lateque is locus reſtagnat: quem ſi [e] qui vi-
tare voluerit, VI milium circuitu in oppidum perveniet.

XXV. Hoc explorato loco, Curio caſtra Vari conſpicit, muro oppido- 1
que conjuncta ad portam, quae adpellatur [4] Bellica, [f] admodum munita
natura loci: una ex parte ipſo oppido Utica, altera [5] theatro, quod eſt
ante oppidum, [g] ſubſtructionibus ejus operis maximis, aditu ad caſtra diffi-
cili & anguſto. ſimul animadvertit, multa undique portari, atque agi ple- 2
niſſimis viis, quae repentini tumultus timore ex agris in urbem [h] confe-
rantur. Huc equitatum [i] mittit, ut diriperet, atque haberet loco praedae. 3
Eodemque tempore his [k] rebus ſubſidio DC equites [l] Numidae ex oppido,
peditesque [m] CD mittuntur [n] a Varo, quos auxilii cauſſa rex Juba paucis
diebus ante Uticam miſerat. Huic & paternum hoſpitium cum Pompejo, 4
& ſimul-

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. Edd. pp. non *p. tam. leviore* L. pr. ſec. V. ad l. II. c. 8. B. G. b *der.* Pet. L. pr. c *paſſus* MSS. 3. Edd. pp. *paſſibus* B. *milia.* L. pr. d vulgo *longe lateque. latoque* V. e *quis* vulgo. pro *quem* in Edd. R. M. V. *quae. voluerint* V. *voluerunt* Pet. L. pr. dein *pervenit* L. pr. Lov. Pal. Dorv. *venit* B. L. ſec. *perveniunt* Pet. V. f *comm.* V. g *ſubſtrationibus* Pet. Sc. L. pr. Lov. V. *ſubſtract.* MSS. 3. h Sic L. pr. V. Lov. Pet. Edd. Ald. Ven. Man. Gryph. &c. *conferebant* Pal. *ferebantur* B. vulgo *conferebantur.* i *dimittit* L. pr. k delet vir doctus. ſed V. ad l. IV, 17. l *electi* L. ſec. *electi Numidae* Edd. R. M. V. Vaſc. Str. Steph. Gr. poſt. non male, ſi e MSS. m deeſt Lov. n *Varroni* MSS. 2.

4. Uticam navibus praemittit] Adjecta vocula, legendum *cum navibus*, ut *Petav.* & *Norvic.* exhibent. DAVIS. *Cur. ſec.* At vide tamen ad l. I. B. Civ. c. 31. *Venientem Uticam navibus.*

1. Corneliana] Ciaccon. MS. habet *Cornelia*, cui adſtipulatur Voſſian. uti aliis auctoribus vocantur; at c. 25. MSS. omnes retinent *Corneliana.* Contra c. 37. *In caſtra Cornelia* exaratur in Petav. Scalig. Leid. pr. Palat. Voſſ. & Dorv. Quare ubique etiam malim *Cornelia.* Adi ad Lucan. lib. IV, 656. In Scal. hic eſt *Canidiana*, in Leid. pr. *Candiana.*

2. Directo itinere] Alibi *recta regione:* quod Tacito *cominus*, ut: *non Armeniam cominus, ſed flexu Meſopotamiam petunt.* VOSSIUS.

3. Hoc itinere est fons, quo mare succedit] Rubenius in Electis l. I. c. XXXV. emendabat, *eſt pons, quod mare ſuccedit.* Sed quis autor de ponte? praeſertim cum longe lateque locus reſtagnet, neceſſum eſt ingentem pontem fuiſſe: nec veterum ullus meminit. Sequentia etiam, *quem ſiquis vitare voluerit*, VI *milium circuitu in oppidum perveniet*, multo commodius ad fontem, vel ad locum referas: ſi reponas *pons*, vix ſenſus erit ullus. Quare probent conjecturam ejus alii, non ego. VOSSIUS. MSS. Ciacconii, & mei omnes praeter Voſſ. habent etiam *quod*, i. e. quia, ſi Rubenii correctionem admittas. An potius *quod* referendum eſt ad *iter*, ut *ſuccedere* hic rurſus jungat quarto caſui: de quo egimus ad l. II. B. Gall. c. 6. *portas ſuccedunt. Quod* edidit etiam tacite Cellarius. Ceterum Rubenius ibid. vult *& longe.* Verum *longe lateque*, quod vulgo nunc editur, ab interpolatione eſt Scaligeri; nec damnarem, ſi in MSS. inveniretur nam ita ſaepe cum reliquis Caeſar. At Codd. omnes, & Edd. Vett. dant *q. mare ſuccedit longius*; *lateque*, quod idcirco revocavi. *Late* ſolum ſatis notat *longe lateque.* Vide me ad Obſeq. c. 105. *Fax late viſa*; ubi male vir doctus in Act. Lipſ. A. 1721. M. Maji reponit *alte.* Conſule etiam Miſc. Obſ. Vol. 2. p. 64. &c. l. III. B. C. c. 24. *tam late tueri parva manu non poterat.* Dein repoſui *ſi qui* auctoritate Pet. & Lov. Vide ad l. I. B. G. c. 48. *qui* vel *quis* deeſt Leid. pr. & Voſſ.

4. Bellica] Non *Bellicam*, ſed *Beli* portam hanc fuiſſe dictam putat Freinshem. ad Curt. l. III. c. 3. §. 16.

5. Theatro.] In MSS. meis omnibus eſt *a theatro.* Recte. *Aditus a theatro:* ut ſupra *aditus a ter-*

& ſimultas [a] cum Curione intercedebat; quod tribunus plebis legem pro-
5 mulgaverat, qua lege regnum Jubae publicaverat. Concurrunt equites in-
ter ſe, neque vero primum inpetum noſtrorum Numidae ferre potuerunt;
ſed, interfectis circiter cxx, reliqui ſe in caſtra ad oppidum receperunt.
6 Interim, adventu longarum navium, Curio [1] pronunciare [c] onerariis navi-
bus jubet, quae ſtabant ad Uticam, numero circiter cc, *ſe in hoſtium ha-
biturum loco, qui non* [d] *ex veſtigio ad caſtra Corneliana* [e] *vela direxiſſet.*
7 Qua pronunciatione facta, temporis puncto, ſublatis anchoris, [f] omnes
Uticam relinquunt, &, quo imperatum eſt, tranſeunt. Quae res omnium
[g] rerum copia complevit exercitum.

1 XXVI. His rebus geſtis, Curio ſe in caſtra ad [h] Bagradam [2] recepit,
atque univerſi exercitus conclamatione Imperator adpellatur, [i] poſteroque
2 die Uticam exercitum ducit, & prope oppidum caſtra ponit. Nondum
opere caſtrorum perfecto, equites [k] ex ſtatione nunciant, magna auxilia
equitum peditumque [l] ab rege miſſa Uticam venire; [m] eodemque tempore
vis magna pulveris cernebatur; & [3] e veſtigio temporis primum agmen
3 erat in conſpectu. Novitate rei Curio permotus praemittit equites, qui
primum inpetum ſuſtineant, ac morentur: ipſe, celeriter ab opere dedu-
4 ctis legionibus, [n] aciem inſtruit. Equites committunt proelium: & prius,
quam [o] plane legiones [p] explicari, & conſiſtere poſſent, tota auxilia regis
inpedita, ac perturbata, quod nullo ordine, & ſine timore iter fecerant,
in fugam ſe conjiciunt: equitatuque omni fere incolumi, quod ſe per litora
celeriter in oppidum recepit, magnum peditum numerum interficiunt.

1 XXVII. Proxima nocte centuriones Marſi II ex caſtris [q] Curionis cum
manipularibus ſuis XXII ad Attium Varum [r] perfugiunt. Hi, [s] ſeu vere,
quam

VARIAE LECTIONES.

a *Curionis* Lov. Dorvill. & vulgo *intercedebant* contra MSS. o. & Edd. Vett. b *promulgarat* Lov. Dorv. c vulgo *pronunciari.* d Sic MSS. non *e.* e *traduxiſſet* Sc. L. pr. *vela duxiſſet* MSS. 4. male. f deeſt Pet. Lov. *reliquerunt* L. pr. g abeſt Lov. dein *replevit* L. pr. h *Bragadam* Dorv. i *que* abeſt vulgo. k *eſt.* Edd. pp. l *a r.* MSS. & Edd. qdd. *pervenire* L. pr. m *que* non cernitur in L. pr. nec male. n *acies inſtituit* L. ſec. V. ad l. III. B. G. c. 24. Dein *Equitesque* rurſus adparet in MSS. o. & Edd. usque ad Scalig. o *plene* V. Ed. Vaſc. p *explicaret ut c.* Lov. q *Centurionis* L. pr. Lov. r *prof.* Edd. R. M. V. s *ſive* MSS. 6. *habuerint* Edd. Vaſc. Str. Steph. Gr. poſt. *habuerat* L. ſec.

a terra. Vide ad c. 16. *Qua ſit aditus ab terra.*

1. PRONUNCIARI.] Non male. Sed Petavian. Leid. pr. Lovan. Voſſ. Dorvill. habent *pronunciare*, rectius e Caeſaris Stylo. Vide ad l. II. B. G. c. 5. *Caſtra munire jubet.*

2. RECEPIT.] Repone *recipit*: ſic enim eſt in *Petav. Pal.* ac *Norvic.* & ita legendum poſtulant ſequentia. Ex iiſdem paulo poſt lege *poſteroque die.* DAVIS. *Cur. ſec.* Quum ceteri Codices retineant praeteritum *recepit*, nil innovandum eſt. Imperator adpellatur, poſtquam ſe receperat. Praeteritum autem cum praeſenti tempore jungi, ſaepiſſime in his Commentariis vidimus. Adi ad l. v. c. 11; VIII, 1. &c. V. & c. 28. & c. 35. Adde Clark. ad l. III. B. Civ. c. 55. *miſit & adjungit.* Quamquam nec *recipit* damnarem. *Poſteroque* vero repoſui, jubentibus iiſdem, ac Lovan. Leidd. Bong. & Dorv. MSS.

3. E VESTIGIO] Sic quidem omnium primae Edd. & nuperrimae Voſſii, Cellarii, Daviſii ac Clarkii exhibent, & trita eſt locutio; ut paullo ante *ex veſtigio.* At vero MSS. mei X. & Edd. reliquae non agnoſcunt hoc loco praepoſitionem, quam & alibi non adparere docui ad l. IV. B. Gall. c. 5. *E veſtigio poenitere.* Quare parum abfuit; quin rurſus ejeciſſem.

1. PER-

quam habuerant; opinionem [a] ad eum [1] perferunt, ſive etiam auribus Va-
ri [b] ſerviunt; (nam quae volumus, & credimus libenter; &, quae ſentimus
ipſi, reliquos ſentire ſperamus) confirmant quidem [c] certe, totius exerci-
tus animos alienos eſſe a Curione: [d] maxime opus eſſe, [2] in conſpectum 3
exercitum venire, & conloquendi dare facultatem. Qua opinione addu- 4
ctus Varus [e] poſtero die mane [f] legiones ex caſtris educit. Facit idem Curio:
[g] atque una valle non magna interjecta, ſuas uterque copias inſtruit.

XXVIII. Erat in exercitu Vari Sextus [h] Quinctilius Varus, quem fuiſſe 1
[i] Corfinii, ſupra demonſtratum eſt. Hic dimiſſus a Caeſare in Africam ve-
nerat: [3] legioneſque eas tranſduxerat Curio, quas ſuperioribus temporibus
Corfinio receperat Caeſar; adeo ut, paucis mutatis centurionibus, [k] iidem
ordines manipulique conſtarent. Hanc nactus adpellationis cauſſam Quin- 2
ctilius [l] circumire aciem Curionis, atque obſecare milites coepit, *ne* [m] *pri-
mi* [4] *ſacramenti, quod apud Domitium, atque apud ſe Quaeſtorem dix-*
iſſent

VARIAE LECTIONES.

a vulgo deſunt *ad eum.* b *ſerviant* V. c deeſt L. pr. ſec. d *maximeque* MSS. plerique & Edd. pp. Vaſc. Str. Steph. Gr. poſt. e *poſtera* L. pr. ſec. V. f *legionem* L. pr. *ducit* Dorvill. g *&* Pet. h *Quintil.* MSS. & Edd. Vett. i *Corfini* MSS. *demonſtravimus* L. pr. k *idem* Pet. L. pr. aliique. l *circuire* L. pr. Dorv. Edd. pp. ut alibi. m *primam* Lov. V. Edd. pp. Vaſc. Str. Gr. *prima* Pet. Dorv. L. ſec. male delet Ciacc. V. c. 32. §. 7.

1. PERFERUNT] MSS. & Edd. Vett. (ad eum *perferunt*) CLARK. *Ad eum* inſerunt mei tantum non omnes, & Edd. primae item Vaſc. Steph. Gryph. poſt. aliaeque. Recte, pro Caeſaris pleno ſcribendi modo.

2. IN CONSPECTU] Sic MSS. optimi. Vide ſupra ad lib. IV. B. G. cap. 12. Al. *in conſpectum.* CLARK. Adde Cort. ad Sall. B. Jug. c. 5. Certe *conſpectu* hic ſcribitur in Petav. Scalig. Lovan. Leid. pr. ſec. Voſſ. & Dorvill. immo vulgo quoque c. 32 editur *quibus in conſpectu venerit*, & plerique MSS. l. III. c. 109. *In conſpectu veniſſent.* Haec ſemper variari ſupra aliquoties monuimus.

3. LEGIONESQUE EAS TRANSDUXERAT CURIO] Vox *Curionis* in Pal. & Bong. non reperitur: & a ſuis quoque codicibus abfuiſſe teſtatur Ciacconius, unde mendum eſſe hoc loco putat. Sed conſtat ſenſus, ſi recte perpendas. Ait Caeſar in caſtris Attii Vari fuiſſe Quinctilium Varum, quem ipſe Corfinii dimiſerat. Hunc Varum in Africam profectum: at legiones Corfinienſes in Africam a Curione tranſductas fuiſſe; indeque occaſionem Quinctilio eas appellandi. Omnia clara erunt, ſi interpungas, *in Africam venerat: legioneſque eas*, &c. Petavianus vero codex manifeſte corruptus: quippe in eo eſt: *legioneſque eas traduxerat, quas Curio.* VOSSIUS. Deeſt vox *Curio* in quibuſdam Codd. ſed omnino retinenda eſt, ut recte vidit D. Voſſius. Hoc enim dicit *Caeſar:* milites utriuſque exercitus, inde inter ſe colloquendi cauſſam nactos, quod, a *Pompeji* partibus legiones Corfinio in Africam tranſduxerat *S. Q. Varus*, a *Caeſaris* autem partibus legiones Corfinio item receptas tranſduxerat *Curio:* adeo ut milites utriusque exercitus jam olim inter ſe noti eſſent. CLARK. *Curio* exſulat etiam a Carr. Brant. Leid. ſec. Voſſ. & Dorvill. ut & Edd. Vaſcoſ. Steph. aliiſque. In Leid. pr. tranſponuntur quoque *quas Curio* peſſime. Sed & errat Cl. Clarkius. *S. Q. Varus* non tranſduxit ullas legiones in Africam. Sed Curio tranſduxit eas legiones in Africam, in quibus ſub Domitio Corfinii fuerat Quaeſtor *S. Quinctilius Varus:* Hinc adpellationis cauſſam habuit Quinctilius. Adi l. I. c. 22. & c. 25. & hujus l. c. 23. Has enim legiones Curioni traditas is primum in Siciliam, & inde in Africam tranſduxit.

4. SACRAMENTI, QUOD APUD DOMITIUM, ATQUE APUD SE QUAESTOREM DIXISSENT] Si ſoli, ut ex Polybio diſcimus, Tribuni militum ſacramentum exigebant; dicere oportet factum illud praeſentibus aut conſulibus, aut praetoriis, aut denique quaeſtoribus: nam hoc manifeſte indicare haec verba videntur. Niſi dicamus alium turbis illis & diverſum a priſco morem inductum; quod non arbitror. Forſan & ex his verbis colligas ab ipſo Domitio, & Varo legiones ſacramentum adactas. Sane parum abeſt, quin hoc ſentiam. VOSSIUS. Non dixerant Sacramentum in verba ſolius *Domitii*, ſed *Pompeji*, verum apud

3 *iſſent*, [1] *memoriam deponerent*; *neu contra eos arma ferrent*, *qui eadem*
eſſent uſi fortuna, *eademque in obſidione perpeſſi*; *neu pro iis pugnarent*,
a quibus [2] *contumelia perfugae adpellarentur.* [a] *His pauca ad ſpem lar-*
gitionis [3] *addidit*, *quae* [b] *ab ſua liberalitate*, *ſi ſe atque Attium ſecuti*
4 *eſſent*, *exſpectare deberent.* Hac habita oratione, nullam in partem ab
exercitu Curionis fit ſignificatio: atque ita ſuas uterque copias [c] reducit.
1 XXIX. [4] Atque [d] in caſtris Curionis [5] magnus omnium inceſſit timor;
nam is variis hominum ſermonibus celeriter augetur: unusquiſque enim
[e] opiniones fingebat; & ad id, quod ab [f] alio audierat, ſui aliquid timo-
ris

VARIAE LECTIONES.

a *Huc* MS. Urſ. Pet. L. pr. V. bene, & vulgo *addit*. b *a* MSS. & Edd. qdd. deeſt V. c *reduxit* L. ſec. d *At* vulgo. e *opinionem* L. ſec. V. *opinione* Man. f *illo* L. ſec.

Domitium & *Varum*. Sic c. 18. *Varro omnem provinciam in ſua & Pompeji verba jusjurandum adegit.*

1. MEMORIAM DEPONERENT] Ita legitur in omnibus exemplaribus, & recte quidem. Sic ſupra l. I. B. G. c. XIV. *Quod Aeduos, quod Ambarros, quod Allobroges vexaſſent, memoriam deponere poſſet*, ubi fruſtra eſt *Joan. Brantius*, qui *memoria deponere* longe rectius & venuſtius dici contendit. DAVIS. Vide nos eo loci. Apulej. l. V. Met. p. 100. *Monitionum & promiſſionum memoriam effudit.*

2. IN CONTUMELIA] Sic MS. Reg. Edit. Rom. (*in contumeliam*) Utrumque recte. Scaliger & Recentiores praepoſitionem omiſerunt: minus recte. CLARKE. Id Scaliger fecit e MS. Urſini, quocum faciunt Petav. Scalig. Leid. pr. Voſſ. i. e. *per* vel *e contumelia.* ſic *conſuetudine* l. VIII, 17. *ſilentio* l. III. B. Civ. c. 19. *Amicitia* l. III. c. 55. *fiducia* Apul. lib. II. Met. p. 22. Ed. Pric. & ſimilia ſaepe. *In contumelia* eſt tantum in Leid. ſec. & Palat. Reliqui *in contumeliam* cum Edd. Vett. niſi quod *ad contumeliam* habeat Lovan. uti c. 32. in f.

3. ADDIT.] Ex Petav. Pal. Lovan. Norv. Beroald. & Urſin. reponendum *addidit*, ut jubet Latini ſermonis ratio. DAVIS. *Cur. ſec.* Latini ſermonis ratio facile permitteret τὸ *addit*, ut dixi ad c. 26. Sed MSta lectio *addidit* flagitat. Conſentiunt enim Leid. pr. Scalig. Dorvill. & Edd. primae.

4. AT.] MSS. aliorum & mei omnes cum Edd. Vetuſtis *atque.* unde Brutus male rurſus fecit *atqui*, & Recentiores, Lipſ. Scal. & ceteri *at.* quia praeceſſerat ſcilicet *atque.* Sed *atque* pro *at*, *vero* noſtro frequens eſt. Adi ad l. IV. B. G. c. 25.

5. MAGNUS OMNIUM INCESSIT TIMOR; NAM IS VARIIS HOMINUM SERMONIBUS AUGETUR] Locus mihi perquam ſuſpectus: offendit tum illud *inceſſit timor omnium:* tum imprimis τὸ *nam*, alieno loco poſitum. Abſterſero ne mendum ſi ſcribam? *Magnus omnium inceſſit timor animis. Is variis*, &c. Negligentia librarii illud *is* omiſſum erat, ut ſaepe in ſyllabis repetitis accidit. Ita remanſit *animis:* hinc primo *nimis*, poſtea *nam is* factum. VOSSIUS. Cellarius interpretatur, *omnium rerum*, vel *caſuum*, *timor:* Sed id ratio linguae Latinae vix patitur. D. Voſſius, ex conjectura emendat; (*magnus omnium inceſſit timor* animis; *Is &c.*) Sed minus elegans videtur ea verborum diſpoſitio. Ego vulgatam Lectionem, licet locutio ſit paullo inuſitatior, retinendam exiſtimo: (*Magnus* (militum) *omnium timor*, *inceſſit* in caſtris Curionis.) CLARKE. *D. Voſſius* ex conjectura reſcribit, *magnus omnium inceſſit timor* animis: *is variis* &c. *Clarkius* autem vulgatam lectionem retinendam exiſtimat, ita etiam *Cellarius*, & hic *rerum* vel *caſuum*; ille, *militum* ſubaudiendum cenſet. At vero neutrum patitur Latinitas. Quid igitur? pro vetere dicto, *Quod eſt ante pedes, nemo ſpectat, caeli ſcrutantur plagas.* Nihil enim facilius quam Caeſaris manum adſequi; quod tamen haud fecerunt editores. Lege *magnus* omnes *inceſſit timor*; *nam is variis* &c. *Juſtinus* XXII, 6. *ſtupor itaque* omnes, *& admiratio* inceſſit. *Livius* XXV, 1. *Tanta religio* —— civitatem *inceſſit.* & XXVIII, 3. *Timor inde* oppidanos *inceſſit.* *Abſolute* quidem dicas licet, *magnus inceſſit timor*, ut ex *Curtio* aliiſque conſtat; ſed nemo dixit, *magnus* omnium inceſſit timor. DAVIS. *Cur. ſec.* Hotomanus jam olim conjecit *omnes*, vel *omnium mentes.* Poſſes & refingere *omnino*, vel ſimile quid. Abſolute adhibuit auctor lib. III. B. Civ. cap. 44. *Magnusque inceſſerat timor ſagittarum.* cap. 101. *tantusque eo facto timor inceſſit.* & Hirt. B. Alex. cap. 7. *tantus inceſſit timor.* Cum Dativo vero lib. III. B. C. c. 74. *Exercitui omni inceſſit dolor.* Sic hic poſſet ſcribi *omni militi.* Sed nil temere innovandum cenſeo. l. III. c. 13. *Tantus terror incidit ejus exercitui*, in MSS. optimis *exercitus.*

1. ALIUS

ris [a] addebat. Hoc ubi uno auctore ad plures permanaverat, atque [1] alius [2]
alii tranſdiderat, plures auctores ejus rei videbantur. [[2] *Civile bellum*; 3
[3] *genus hominum, quod liceret libere facere, & ſequi, quod vellet; legiones eae, quae paullo ante apud adverſarios fuerant; nam etiam Caeſaris beneficium* [4] *mutaverat conſuetudo,* [5] *qua offerrentur municipia etiam*

VARIAE LECTIONES.

a *Addunt* L. ſec. Ciacc. *augebat* Lov. Dorv. MSS. *aliquid addit* leg. Ciacc. ejecto *timoris*. item *permanaverit, tradiderint* & *videntur* contra MSS.

1. ALIUS ALII TRANSDIDERAT.] In Carr. Leid. ſec. Edd. Rom. & Mediol. ſcribitur *illi aliis ediderant*, in Ven. *illis ediderant*. In Voſſ. *illis alii tradiderant*. Forſan ſcripſit auctor *alius alii tradiderant*. Vide ad l. II. B. G. c. 24. *Alius alii ferrent auxilium*.

2. CIVILE BELLUM] Γένος eſt corruptiſſima, quam *J. F. Gronovius* in notulis *Tacito* editt. Blavian. praemiſſis, hoc modo reſtituere conatus eſt: *Civile bellum: genus hominum, cui liceret libere facere & ſequi, quod vellent, legiones eae, quae paullo ante apud adverſarios fuerant; nam etiam Caeſaris beneficium mutaverat conſuetudo: quae offerrentur municipia diverſis partibus conjuncta* (*utrique enim ex Marſis Pelignisque*) *videbat*; *& qui ſuperiore nocte in contuberniis papilionibusque* (ſecum fuiſſent,) *nonnulli graviores ſermones militum vulgi durius accipiebantur*. In locis tam mendoſis latiſſima, ut conjiciendi, ita & aberrandi patet area; nos autem quae veriſimillima videntur, paucis proponemus. DAVIS. *Civile bellum*; — *fingebantur*.) Haec, quae uncis incluſi, corruptiſſima ſunt; &, ſi conjecturis emendata poſſint fortaſſe *aliquam* in ſententiam accipi, at vix in *eam* (credo) quam voluit Caeſar, niſi Codicum meliorum ope prius in integrum aliquando reſtituta. CLARKE.

3. GENUS HOMINUM, QUOD LICERET LIBERE FACERE, ET SEQUI QUOD VELLET] Mendum latet. in prioribus erat editt. *quod vellent*. Male. Ego reſcribo: *Genus hominum, cui id liceret l. f. & ſ. quod vellet*. More antiquo prius exaratum erat *quoi id*, hinc inſcitia librarii factum *quod*. Non dubito de veritate hujus conjecturae. Et confirmant haec, *legiones eae*. VOSSIUS. *Vellet* etiam MS. Urſ. Petav. Leid. pr. Voſſ. & alii cum Scalig. & ſeqq. Edd. Ciacconius emendat *Civili bello illi generi hominum, quod liberet. licere facere & ſequi, quod vellet. quod liberet, licere* voluit quoque Urſinus. Ill. etiam Heinſio videbatur legi debere *quod liberet licere facere, & ſequi, quod vellent legiones hae*: ſic enim ille jungit. pro *liberet* certe *licere* eſt in Lovan. Palat & Dorvil. *vellent* habent reliqui MSS. cum Edd. Vett. *Hae* eſt in multis MSS. de more, & Edd. Vett. abeſt a Palat. Verum nil mutandum videtur, niſi *quod* in *cui id* vel *cui*. Reddit rationes Caeſar confuſionis, quae erat in caſtris Curionis, & enumerat cauſſas primo *Civile bellum*, dein *quod ſit genus hominum, quibus licet, quodcumque libet*. i. e. milites, praeſertim in civili bello; tertio, *quod ſint illae legiones, quae* paullo ante *ſub Pompejo militaverant*. Sententiam meam unice firmat Lucanus l. IV, 694.

Hac igitur regis trepidat jam Curio fama,
Et quod Caeſareis numquam devota juventus
Illa nimis caſtris, nec Rheni miles in undis
Exploratus erat; Corfini captus in arce,
Infidusque novis ducibus, dubiuſque priori
Fas utrumque putat. Sed poſtquam languida ſegni Senſit cuncta metu &c.

4. MUTAVERAT CONSUETUDO QUAE OFFERRENTUR. MUNICIPIA ETIAM ADVERSIS PARTIBUS CONJUNCTA] Alii Codices *qua efferrent municipia*, omnes vero *etiam diverſis partibus*, quam lectionem temere mutavit *Pet. Ciacconius*, eumque ſecutus *Joſ. Scaliger*. Senſus erit aliquis, ſi, verbis parentheſi incluſis, ſcribamus *nam etiam Caeſaris beneficium mutaverat conſuetudo, qua efferrent municipia etiam diverſis partibus conjuncta*. *Suetonius* Auguſt. c. II. *Ne enumerem quot & quos* diverſarum partium *venia & incolumitate donatos*. *Sulpicius Severus* vit. B. Martini c. IX. *Quo lecto, clamor populi tollitur*, pars diverſa *confunditur*. Vide & *J. F. Gronovium* ad *Senecae* de ira l. II. c. XXIII. DAVIS. Male e Carr. repoſuit Scaliger *adverſis*, quae eſt gloſſa τ *diverſis*, quod exſtat conſtanter in MSS. meis omnibus, & Edd. Vett. Suetonius ſaepiſſime & c. I. Jul. *Diverſarum partium habebatur*. Front. III, 6, I. *Diverſae partis praeſidio obtineri*. ubi vide Tennul. & ſexcenties. Ceterum *minuerat* reſcribere tentavit Ciacconius. Illa vero *qua* (Edd. qdd. *quae*) *offerrentur* &c. me non capere fateor. *efferrent* Carrar. unde Brutus *efferrentur*. quomodo habet, Leid. ſec. *offerentur* Edd. pp. & Daviſ. Ill. Heinſius legit *Quo ſe ferrent. Munic. etiam div. p. conj.* Ciaccon. *ex adverſis p.*

5. QUA OFFERRENTUR] Sic Petavian. Pal. & Bong. ac vet. noſter codex. Alii *qua efferrent*. Utra vera lectio ſit, non ante dixero, quam rem ipſam intellexero. Tota enim haec periodus corruptiſſima

4 *etiam* [a] *diverſis partibus conjuncta.* [1] neque enim ex Marſis, Pelignîſque veniebant, ut qui ſuperiore nocte in contuberniis; [2] commilitoneſque nonnulli graviores ſermones [3] militum vulgo durius accipiebant: nonnulla etiam ab iis, qui diligentiores videri volebant, fingebantur.]

1 XXX. [b] Quibus de cauſſis [4] conſilio [c] convocato, de ſumma rerum deliberare incipit. Erant ſententiae, quae conandum omnibus modis, caſtraque

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *adv.* b *q. rebus de c.* L. pr. c *vocato* L. pr.

ruptiſſima eſt. Et felicis eum ingenii judicabo, qui abſque libris, non dico ſenſum bonum reponere poſſit, ſed illum, quo Caeſar ſcripſit. Nam ſi mutare & tranſponere libuiſſet, non difficile alterum id futurum erat. VOSSIUS.

1. NEQUE ENIM EX MARSIS] Alii codd. *Namque enim.* ſi *enim* tollas, hoc praetulerim: nam quas Curio habebat legiones ex Marſis venerant. Sed obſcura res eſt. VOSSIUS. Intelligit legiones, quas Corfinii captas Curioni tradiderat Caeſar. Cum igitur Codex *Carrar.* cum aliis nonnullis exhibeat *namque enim ex Marſis*, ita reponendum arbitror. Sic *Plautus* Trinum. Act. I. Sc. II, 23. *Namque enim tu, credo, mihi imprudenti obrepſeris*, unde patet *Pet. Ciacconium* & *D. Voſſium* particulam ſecundam male ſuſtuliſſe. In MS. quidem *Norvic.* omiſſa prima voce, legitur *enim ex Marſis*; ac ſane ea conjunctio interdum praeponitur, ut oſtendit inter alios *G. J. Voſſius* Anal. l. IV. c. XXVI. DAVIS. *Namque enim* probavit Heinſius, pro *ut* commode ſubponens *ii.* pro *veniebant* in Lovan. & Dorv. eſt *veniebat.* Ciacconius porro legit *omnes erant, qui ſuperiore* (*ſuperiori* Lov.) *nocte centuriones Commiliteſque, quin & nonnulli* &c. Rhellicanus poſt *commiliteſque* tantum ſubintelligit *fuiſſent.* Brutus autem conjicit *atque ſ. n. commode commilites n. g. ſ. m. accipiebant* e Carr.

2. COMMILITONESQUE] *Commiliteſque* v. cod. Quae vox apud Plinium invenitur. Et millena id genus in veteribus lapidibus invenias: ut, *conveteranus*, *contribunus*, *commanipularis*, &c. In Palatino eſt *cum militiſque.* in Carrarienſi *cum milites.* & pro eo quod ſtatim ſequitur *graviores*, in v. cod. noſtro & Pet. eſt *graviora.* VOSS. V. C. *Commiliteſque: Norv. cum militeſque: Palat. cum militiſque: Carrar. cum milites.* In ſequentibus *Petav.* & *Norvic.* habent *nonnulli graviora ſermones militum dubii durius accipiebantur.* An legendum? *comminitanteſque nonnulli graviora; ſermones militum dubii durius accipiebantur.* Parva ſane eſt mutatio, qua recepta, mens erit aliqua, cum in vulgg. ſit nulla. DAVIS. *Commiliteſque* exhibent MSS. omnes & Edd. Vett. quam vocem Ill. Heinſius gloſſam putat ex verbis *in contubernio erant.* Sic enim legit. *Graviora* eſt etiam in Lovan. Scalig. Leid. pr. Voſſ. qui Codd. non agnoſcunt τὸ *vulgus* cum Petav. & Norv. ſed pro eo *dubia* habent tres priores, at Voſſianus *duabus.* Dein *accipiebantur* & *nonnulli* pro *nonnulla* eſt in iiſdem, uti & Petav. Palat. Dorv. niſi quod Lovan. ſervet *nonnulli.* Non diſplicet autem Daviſii conjectura. Ill. Heinſius legebat *in contubernio erant. Nonnulli graviore ſermone militum durius dubia accipiebant.* At praefero Daviſii lectionem, nec quam meliorem proponam habeo.

3. MILITUM VULGO DURIUS ACCIPIEBANT] *Militum dubii durius accipiebantur* Petavian. Palatinus vulgatam lectionem retinet, niſi quod *accipiebantur* quoque agnoſcit. Haec eo accuratius ſingula notare viſum, ut ſiquis in alios incidat codices, ope omnium veram lectionem eruat: nam deſperare me de loco hoc ſanando ingenue fateor. Auguſtinus Urtica Italus interpres Caeſaris, ita totam hanc periodum vertit. *Ciaſcun di ſio ragionava: & tali diceano: a che far guerravano Cittadini? ſeno tutti di una generation: & poi e in noſtra liberta ſeguir chi ne place: altri dubbitavano che le leggioni ſtate con gli averſari ſe moveſſeno piu per la antiqua pratica, che per li benefitii di Caeſare: tanto piu che eran di diverſi loghi: ne veramente vegniano ſolo dalli Marſi, & Peligni: & coſi ſe entendea per ogni parte coſe diſpiacevoli: & alcuni che volean parer piu accorti fingeano altre inventioni.* Sed videtur aut non aſſecutus mentem Caeſaris, aut nimium ſibi in transferendo libertatis dare. VOSSIUS.

4. CONSILIO CONVOCATO] Editt. *concilio:* ſed legendum, ut reſtituimus; Caeſar enim c. XXXII. ait *Dimiſſo conſilio, concionem advocat militum:* ſic enim ibi ſcribendum, non *concilio*, nec enim concilium differt a concione; & ridiculus eſt, ut paſſim, Gigas iſte *Joan. Goduinus*, qui *in concilium paucos convenire* affirmat: cum in *conſilium* pauci, in *concilium* omnes coëant. DAVIS. *Conſilio* habent MSS. omnes & Edd. primae. Adi ad l. V. c. 28.

5. QUOD HUJUSMODI MILITUM CONSILIIS OTIUM MAXIME CONTRARIUM ESSE ARBITRARENTUR] Miles Curionis prope ſeditionem venerat: certe jam

ſtraque Vari obpugnanda cenſerent; [5] quod, [a] hujuſmodi militum conſiliis, otium maxime contrarium eſſe arbitrarentur. Poſtremo praeſtare [b] dicebant, [1] *per virtutem in pugna belli fortunam experiri; quam deſertos, & circumventos* [c] *ab ſuis graviſſimum ſubplicium pati.* Porro erant, qui 2
cenſerent *de tertia vigilia in caſtra Corneliana recedendum; ut,* [d] *majore ſpatio temporis interjecto, militum mentes ſanarentur: ſimul ſi quid gravius accidiſſet, magna multitudine navium &* [e] *tutius, & facilius in Siciliam receptus daretur.* 3

VARIAE LECTIONES. XXXI.

a *Ii* Carr. *bujus* V. *bi* Edd. R. V. *bis* Ed. Med. b Gloſſa eſt Grutero. V. ad l. I. B. G. c. 17. c Sic MSS. meliores, non *a*. d *timere* Carr. e *ocius* Lov.

jam fidei infirmior erat. Talibus conſiliis otium maxime contrarium: ut mutilatus Caeſar ait. Atqui aliter Alexander ille Magnus, de quo Curtius ait, *non ignarus otii vitia negotio diſcuti.* Nec quiſquam aliud unquam ſenſit. Non tamen haec verba quemquam Commentatorum offendere praeter Hottomannum, cui tamen nihil in eo tentatum. Credo quia codices nihil mutabant. Ego inveteratum errorem tollo, & lego *bujuſmodi militum conſiliis negotium maxime contrarium eſſe.* Aut ſi non pateris addi aliquid, reſcribo, *quod bujuſmodi conſilium, militum otio maxime contrarium eſſe arbitrarentur.* Niſi malis una tantum voce tranſpoſita, *quod bujuſmodi conſiliis, militum otium maxime contrarium eſſe arbitrarentur.* Et ſane paſſim in Caeſaris codicibus videas tranſpoſitas voces. Sic infra ubi legitur: *Multum ad hanc rem probandam adjuvat adoleſcentia, magnitudo animi, ſuperioris temporis proventus,* &c. Corrupte in Petaviano *eſt magnitudo ſuperioris animi, temporis proventus.* Sed jam & tertium ſuccurrit, ut pro *otium* reponas *praelium.* Scripſerat quis *praelium*, temporis tractu inferior pars literae *p* evanuit: inde nobis *otium* illud negotium creavit. Certe eam in mentem ipſe Curio apud Lucanum.

—— variam ſemper dant otia mentem.
Eripe conſilium pugna: cum dira voluntas
Enſe ſubit prenſo, galeae texere pudorem,
Quis conferre duces meminit? quis pendere cauſas? VOSSIUS.

Locum hunc corruptum putavit *Fr. Hotomannus*, ei autem ſanando ſolus operam dedit. *Dionyſ. Voſſius*, qui reponit *bujuſmodi militum conſiliis negotium maxime contrarium eſſe*, aut *quod bujuſmodi conſilium otio maxime contrarium*, aut *bujuſmodi conſiliis, militum otium maxime* &c. aut denique, vulgata lectione in reliquis ſervata, loco *otii*, *proelium* reſcribit. Tot conjecturae ex eo ſunt natae, quod σύνταξιν non intellexerit, ſi enim vocem *conſiliis* ſexto caſu accipiamus, nihil erit opus, ut Codicum ſcripturam ſollicitemus. Senſus eſt, inter haec militum conſilia otium maxime nocere, ut recte etiam vidit *Joan. Freinshemius* ad *Curtii* l. VII. c. I. DAVIS. Cum militum tumultuantium conſiliis otium manifeſto non contrarium, ſed maxime opportunum ſit; pro voce (*otium*,) reponendum exiſtimat Voſſius vel (*negotium*) vel (*proelium.*) Verum ego, unica tantum mutata literula, ſcripſerim potius, (*Quod* (*ſcil.* hoſtium caſtra oppugnandi propoſitum;) vel, *Quod id* (ex MS. Reg. qui habet, *quod ii*,) *bujuſmodi militum conſiliis*, *OMNIUM* (quae vox in MSS. ſcribi ſolet *õnium* & parum admodum differt ab *otium*) *maxime contrarium eſſe arbitrarentur.*) Sed neque hac conjectura opus erit; & retineri poterit ipſa vulgata Lectio; ſi, cum Freinshemio & Daviſio, voces iſtas, (*bujuſmodi militum conſiliis*,) ita interpreteris, ut dicat Caeſar, *IN bujuſmodi conſiliis* vel *inter bujuſmodi conſilia*, otium maxime noxium eſſe. Favet nonnihil id, quod in MS. Elienſ. forte repperi; nempe vocabulum (*in*) in ſuperiore proxima linea ante vocem (*caſtraque*) loco alieno irrepſiſſe; adeo ut fingi queat initio ſcriptum fuiſſe, *IN bujuſmodi militum conſiliis.* Judicet Lector eruditus. CLARK. Deſtinctione juvi locum, donec certius quid adferant MSS. *conſiliis militum ot.* eſt in Lovan. Leid. ſec. & Dorvill. Forſan quis quaerat mendam in v. *contrarium*, ſi tamen quid mutandum eſt; & non potius *Contrarium* explicandum per *infeſto*, *noxio*; & *conſiliis*, ut bene monent viri docti, in Ablativo ſumendum. V. Cl. Burm. ad Phaedr. F. 68. *inveniri contrarios.* *Conſiliis* dicitur ſine praepoſitione, ut *imperio*, *defectione* & alia. Vide ad l. II. B. G. c. I.

I. PER VIRTUTEM BELLI FORTUNAM EXPERIRI] Male Brutus probat e Carrarienſi *virtutem belli fortuna e.* *Experiri fortunam belli* locutio eſt optima & frequens. Vide ad l. III. B. G. c. 3. *rei eventum experiri.* *Per virtutem* idem eſt, ac forti animo, pugnando, Hirt. B. Afric. c. 94. *ut* PER VIR-

1 XXXI. Curio utrumque inprobans conſilium, *quantum* [a] *alteri ſenten-*
tiae deeſſet animi, tantum alteri ſupereſſe, dicebat; *hos* [b] *turpiſſimae fu-*
2 *gae rationem habere, illos etiam iniquo loco dimicandum putare. Qua e-*
nim, inquit, *fiducia, & opere & natura loci munitiſſima caſtra* [1] *expu-*
3 *gnari poſſe confidimus? aut* [c] *vero quid proficimus, ſi, accepto magno de-*
trimento, ab obpugnatione caſtrorum diſcedimus? quaſi non [d] *& felicitas*
rerum geſtarum, [e] *exercitus benevolentiam imperatoribus, & res adver-*
4 *ſae odia* [f] *concilient. Caſtrorum autem mutatio quid habet, niſi turpem*
fugam & deſperationem omnium, & [g] *alienationem exercitus?* [2] *nam ne-*
que pudentes ſuſpicari oportet, ſibi parum [h] *credi; neque inprobos ſcire,*
ſeſe timeri; [3] *quod illis licentiam timor augeat noſter, his ſtudia* [i] *demi-*
5 *nuat. Quod ſi jam*, inquit, *haec explorata* [k] *habemus, quae de exercitus*
alienatione dicuntur; quae quidem ego aut [l] *omnino falſa, aut certe mi-*
nora

VARIAE LECTIONES.

a *Uni* L. pr. V. ad l. VI. c. 9. b *turpiſſimam* Edd. R. M. V. c *nos* Lov. *etiam* Carr. L. ſec. Edd. R. M. d deeſt copula in Carr. ac 7 meis & Edd. R. M. V. e *exercitibus benivol.* (Sic MSS.) *imperatoris* Edd. R. M. V. *imperatoris* L. ſec. *imperatoris* L. ſec. *imperatori* Scal. f *colligant* L. pr. Scal. dein *autem* abeſt Lov. & Dorv. g *deſperationem* L. pr. h *credere* V. i *diminuat* MSS. & Edd. qdd. *diminuant* B. V. k *babeamus* Pet. V. Edd. R. M. V. l deeſt Lov. in quo *certa*.

TUTEM *interfecti eſſe viderentur*. Salluſt. in Catil. c. 20. *Nonne emori* PER VIRTUTEM *praeſtat?* ubi vide Comment. Deinceps vero in Petav. & Leid. pr. exaratur *ſubpl. perpeti. Erant*, omiſſa vocula *porro*: multo elegantius profecto. Item *Cornelia* Petav. Leid. pr. Scalig. Palat. Voſſ. & Dorvill. Rectius. adi c. 24.

1. EXPUGNARI POSSE CONFIDIMUS] Mediam vocem omiſit *Joſ. Scaliger*, quam, omnium Codicum voluntate, revocavimus. DAVISIUS & CLARKE. Abeſt tamen vox *poſſe* a Codd. Carr. Voſſ. & Ed. Flor. nec male. Vide praeter alia nos ad l. III. B. Gall. c. 13.

2. NAM NEQUE PRUDENTES SUSPICARI OPORTET] Reponunt nonnulli *pudentes*: ut notet ea vox militem, qui reverentiam ſacramenti retinet. Ego etſi ſciam pudentem & petulantem opponi: tamen emendationem eam probare nequeo. Ne vulgata quidem ſatis placent, habent tamen ita omnes codices. VOSSIUS. Ex MSto *Urſin.* reſtitui *pudentes*, probante *Pet. Ciacconio*. In aliis nullo prorſus ſenſu legebatur *prudentes ſuſpicari*. *Pudentes* interpreter modeſtos, Imperatori morigeros, & ſacramenti religionem ſervantes. E contrario eos paullo poſt vocat *improbos*, qui ſeditiones excitarunt, fidemque datam nihili fecere. DAVIS. Cum Daviſio facit MS. Regius. D. Voſſius non approbat, quia in nullis codicibus reperiri exiſtimavit. Sed in eo falſus eſt. Vulgg. habent *prudentes*. CLARK. *Pudentes* confirmatur & a Palat. Cod. Cic. l. II. Fam. 6. *Grave eſt homini pudenti*. Ceteri ſervant *prudentes* vel *prudentis*, ut eſt in Leid. pr. & Voſſ. quod notaret *probos*; ur obſervat Manutius. Idem error in Editis & MSS. quibusdam l. III. B. C. cap. 26. *Cujus animi aut cujus inpudentiae eſt?*

3. QUOD ILLIS LICENTIAM TIMOR AUGEAT, NOSTRIS STUDIA DIMINUAT] In v. c. noſtro & manuſcr. Cujac. ac Petav. qui omnes optimae notae codices, legitur: *quod his licentiam timor augeat noſter: his ſtudia diminuat*. Recte. Neque opus eſt ſcribere, *his ſuſpicio ſtudia diminuat*, quippe timoris vox ad utroſque refertur. Nota quoque τὸ *illis* ad proximum, *his* ad remotius referri, uti a veteribus aliquando factum. VOSSIUS. Vulgg. invenuſte repraeſentant *illis licentiam timor augeat, noſtris ſtudia diminuat*: tam enim improbi, quam pudentes, Curioniani erant exercitus pars: lectionem vero a me receptam in MSto *Norvic.* reperi, eandemque, laudante *D. Voſſio*, exhibebant Codd. *Voſſ. Petav.* & *Cujac. Illis* autem improbos, *his* pudentes ſignificat, cum plerumque *hi* ad proximum referantur, *illi* ad remotius. Interdum tamen aliter ſe res habet. *Plinius* lib. I. Ep. XX. p. 19. ed. Oxon. *Sed non minus non ſervat modum, qui infra rem quam qui ſupra, qui* adſtrictius *quam qui* effuſius *dicit. Itaque audis frequenter ut* illud immodice & redundanter, *ita* hoc jejune & infirme. *Alius* exceſſiſſe *materiam*, *alius dicitur* non impleſſe. *Aeque uterque*, *ſed* ille imbecillitate, hic viribus *peccat*. *Latinus Pacatus* Pan. XII. c. XXIV, 5. *Alta licet vulnera*

nora [a] *opinione eſſe confido: quanto* [b] *haec* [1] *diſſimulare*, [c] *& occultare*, 6
quam per nos confirmari, [d] *praeſtet*? [2] *An non*, *uti corporis vulnera*, *ita*
exercitus incommoda ſunt tegenda, *ne ſpem adverſariis augeamus*? [e] *At* 7
etiam, *ut media nocte proficiſcamur*, *addunt: quo majorem*, *credo*, *licen-*
tiam habeant, *qui peccare* [f] *conentur. namque hujuſmodi res aut pudore*,
aut metu tenentur, *quibus rebus nox maxime adverſaria eſt. Quare ne-* 8
que tanti ſum animi, *ut ſine ſpe caſtra obpugnanda cenſeam*; *neque tanti*
timoris, *ut* [3] *ipſe deficiam: atque omnia prius experienda arbitror:* [g] *ma-*
gnaque ex parte jam me una vobiſcum de re judicium facturum, *confido.*

XXXII. [4] Dimiſſo conſilio, concionem advocat [h] militum: commemo- 1
rat, *quo ſit eorum uſus ſtudio* [i] *ad Corfinium Caeſar*; *ut magnam partem*
Italiae beneficio atque auctoritate eorum ſuam fecerit. Vos enim, *veſtrum-* 2
que factum, inquit, *omnia deinceps municipia ſunt ſecuta*, *neque ſine*
cauſſa

VARIAE LECTIONES.

a Exſulat Edd. R. M. V. b *hoc* L. pr. c *aut occ.* B. & vulgo *praeſtat*. d *agenda* Pal. Dorvill. e *aut* MSS. & Edd. pp. mox *ut* deeſt Lov. Pal. Dorv. f *conantur* L. ſec. g *magna ex* MSS. 5. h *militumque ſtudia c.* L. ſec. & *quod* V. i deſunt Lov.

vulnera —— *proximus nobis* Italus, *& contiguus oſtendat* Hiſpanus —— *Tyrannidem* ille *non vidit*, hic *tyrannicidium vidit*. Plura congeſſit *J. Fred. Gronovius* Obſerv. l. III. c. XVI. pag. 576. ſeq. DAVIS. *Noſter*, *his*. Ita pulcherrime reſtituerunt, ex tribus MSS. D. Voſſius, & ex MS. Elienſi Daviſius. *Illis* nimirum improbis; *his*, pudentibus. Ut mirum ſit, Cellarium, qui hujus lectionis vetuſtatem minus intellexit, eam tamen amplexum eſſe. *Illis* enim refert vir doctiſſimus ad *hoſtes*; *his* ad *noſtros*. Quod valde languidum eſt, & ſenſum vix ullum exhibet; cum revera utraque & *pudentes* & *improbi* intelligantur *Curioniani* milites. Quam in ſententiam ſi accipiatur, locutio erit venuſtiſſima. Scaliger, Aliique ediderunt (*quod* illis *licentiam timor augeat*; noſtris *ſtudia diminuat*) Qui ſenſus eſt nullus. CLARK. *Noſter*, *his* diſerte ſcribitur etiam in Leidenſi primo, Lovan. & Dorvill. *Hic* ſaepe ad remotius referri, poteſt videri quoque in notis Cel. Burm. ad Ovid. l. III. Met. 205. Vorſt. & ſoceri mei ad Valer. Max. multis in locis; & ſic l. III. B. Civ. c. III. *Quum ille celerem* &c. Sed hoc jam tirones ſciunt.

1. DISSIMULARI ET OCCULTARI] Sic ex MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii, reſtitui, poſtulante & ipſa linguae Latinae ratione, propter ſequentem (*confirmari.*) In Editis eſt (*diſſimulare & occultare*) CLARK. *Petav. Norvic.* habent *diſſimulare ac occultari*. Ex *Carrar.* lege *diſſimulari & occultari*, quod etiam ex ſuis Codd. animadvertit *Clarkius*. Sed & *Beroaldus*, *Gryphius* aliique ſic ediderunt. DAVIS. *Cur. ſec.* Fateor etiam *diſſimulari & occultari* exarari in MSS. Bong. Leid. ſec. & Edd. Rom. Med. Ven. Vaſc. Str. Steph. aliiſque. Quod & placuit Brantio. Sed perperam, licet *occultari* ſit etiam in Leid. pr. librariorum culpa, qui neſciebant, a Caeſare, ut & aliis auctoribus, amari hanc variationem. Vide omnino notata ad l. I. B. Civ. c. 32. Pro *praeſtat* vero elegantius dant *praeſtet* Petav. Palat. Lovan. Leid. pr. Voſſ. & Dorv. quare & id repoſui.

2. AN NON UTI CORPORIS VULNERA. &c?] Haec ſane lectio me non offendit, ſi eſt a MSS. Omnes vero noſtri aliter exhibent. MS. *Norvic.* *An uti corporis vulnera*, omiſſa particula negante. Editt. *Rom. Ven. Beroald.* *An vero uti corporis vulnera.* Reſcribendum puto *at vero uti corporis vulnera?* quod ſi probetur, delenda eſt interrogationis nota. DAVIS. Lectio elegans & bona, quam exhibent Scaliger, & Editt. Recentiores. Veruntamen, quoniam omnes fere MSS. habent (an vero, *uti* &c.) non contemnenda videtur Daviſii conjectura, qui ſcribit (At vero, *uti* &c.) ſine interrogationis nota. CLARKE. *An vero uti* ex meis ſoli habent Dorvill. & Leid. ſec. recentiſſimi Codd. cum Ed. Med. Reliqui cum Edd. pleriſque Vett. ſervant *An non* &c.

3. IPSE DEF.] Laudabilis eſt emendatio Aldi Manutii & Ciacconii (*ut* ſpe &c.) CLARK. Non neceſſaria tamen. *Ipſe* ego dux, nec ſolum illi, qui tam timoris plenum dent conſilium. Vide ad l. I. c. 61. *Conſtituunt ipſi*, *iis locis excedere.* Leid. ſec. habet *ipſe prius d.*

4. DIMISSO CONSILIO] In prioribus editt. contra rem ipſam legebatur *concilio*, nos autem veram

cauſſa & Caeſar amiciſſime de vobis, & illi [a] *graviſſime judicaverunt.*
Pompejus enim nullo proelio pulſus, veſtri facti praejudicio demotus, I-
talia exceſſit: Caeſar me, quem ſibi cariſſimum habuit, [b] *provinciamque*
Siciliam atque Africam, ſine quibus Urbem atque Italiam tueri non [c] *po-*
3 *teſt, veſtrae fidei commiſit.* [d] *Adſunt, qui vos* [1] *hortentur, ut a nobis* [e] *de-*
ſciſcatis. quid enim eſt illis optatius, quam uno tempore & nos circumve-
4 *nire, & vos nefario ſcelere obſtringere?* [f] *aut quid irati gravius de vobis*
ſentire [g] *poſſunt, quam* [h] *ut eos prodatis, qui ſe vobis omnia debere judi-*
5 *cant?* [i] *in eorum poteſtatem veniatis, qui, ſe per vos periiſſe, exiſtimant?*
An vero in [k] *Hiſpania res geſtas Caeſaris non audiſtis? duos pulſos ex-*
ercitus? duos ſuperatos duces? duas receptas provincias? haec acta die-
6 *bus* [l] XL, [2] *quibus in conſpectu adverſariorum venerit Caeſar. An, qui*
incolumes reſiſtere non potuerunt, perditi [m] *reſiſtant? vos autem* [n] *incer-*
ta victoria Caeſarem ſecuti, dijudicata jam belli fortuna, [3] *victum* [o] *ſe-*
7 *quamini, quum veſtri officii praemia* [p] *percipere debeatis? Deſertos enim*
8 *ſe, ac proditos a vobis dicunt, & prioris ſacramenti mentionem faciunt.*
[4] *Voſne vero L. Domitium, an vos* [q] *L. Domitius deſeruit? nonne extre-*
mam pati fortunam paratos [5] *projecit ille?* [r] *non ſibi clam vobis ſalutem*
fuga petivit? [s] *non, proditi per illum, Caeſaris beneficio eſtis* [t] *conſerva-*
9 *ti? Sacramento* [v] *quidem vos tenere qui potuit; quum, projectis faſcibus,*
& de-

VARIAE LECTIONES.

a *gaviſiſſime* L. pr. *judicarunt* Edd. R. M. V. b *que* abeſt MSS. Urſ. & meis 4. c *poterat* Lovan. d *Adſ. nobis* L. pr. e *diſcedatis* L. pr. ſec. *deſiſt.* V. f *at* Lov. g *poſſent* Edd. R. M. V. h *aut* Lov. Dorv. i *& in e.* Edd. Vett. aliaeque. k *Hiſpaniam* L. pr. l *X in q.* Lov. *XL in q.* Dorv. m *reſiſtent* Carr. Pet. Edd. Vaſc. Str. Steph. Gr. poſt. n *certa* MSS. plurimi & Edd. pp. o *ſequim.* MSS. 5. & Edd. pp. *ſequem.* Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. p *recip.* MSS. 4 *debetis* Edd. R. M. V. q deeſt praen. MSS. multis. r *nonne* L. pr. s *nam* Lov. Dorv. L. ſec. *nonne* L. pr. Edd. R. M. V. Fl. *perditi* Pet. t *reſerv.* L. pr. v *vero* Pet. *enim* Edd. R. M. V.

ram lectionem ex *Beroald.* reſtituimus. Vide not. ad hujuſce libri c. XXX. DAVIS.

1. HORTENTUR] Norvic. *hortantur.* quod melius: Id enim fecerat Quinctilius. DAVIS. *Cur. ſec. Hortantur* etiam Leid. ſec. Verum tam adfirmative id dicere non potuit Curio.

2. QUIBUS IN CONSPECTU ADVERSARIORUM VENERIT] MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *in conſpectum adverſariorum*, quae quidem loquendi ratio magis eſt pervulgata, cum tamen alterius exempla non deſint, ut oſtendimus ad l. VIII. B. G. c. VIII. DAVIS. V. ſupra ad c. 27. *Conſpectum* tamen eſt in Lov. Dorv. Voſſ. nec varietatis quid notavit Gruterus ad Ed. Gryph. in qua etiam ac Steph. Vaſc. &c. eſt Accuſativus.

3. VICTUM] *Pompejum.* Deinde *Deſertos enim*) Eſt occupatio ejus quod objici poſſet: *At enim deſertos &c.* CLARKE.

4. VOSNE &c.] In Petaviano & Leid. pr. ac R. Stephani Ed. non comparet *ne.* Bene. Solet enim in dubiis prius *an* vel *ne* omitti. Vide Davis. ad fin. hujus Cap. & plura ad l. VII. c. 5.

5. PROJECIT ILLE? NON SIBI CLAM VOBIS SALUTEM FUGA PETIVIT?] Perplacet quod in Palatino legitur. *projecit? ille ſibi clam non vobis ſalutem petivit?* VOSSIUS. Non fugit Domitius, ſed fugiendi conſilium cepit; *fuga* igitur hoc in loco fugam deſtinatam ſignificat, ut l. I. B. C. c. XX. *Quae ignorabant, de L. Domitii* fuga *cognoſcunt. Dionyſ.* autem *Voſſio* perplacet, quod in *Palatino* legitur *projecit? ille ſibi clam non vobis ſalutem petivit.* Hanc etiam ſcripturam in editt. *Rom. Ven. Beroald.* invenio, niſi quod illae *ſalutem fuga petivit.* Ipſe vulgatam lectionem non moveo, quam retinet MS. *Norvic.* &, ut arbitror, nihil recepta venuſtius. DAVIS. *Projecit ille? non ſibi, clam vobis, &c?*) Mirus profecto hic Voſſius, cui perplacet quod in nonnullis Codicibus eſt; (— *projecit? ille ſibi clam, non vobis*

& depoſito imperio, privatus, & captus [a] *ipſe in alienam veniſſet po-*
teſtatem? Relinquitur nova [b] *religio; ut, eo neglecto ſacramento, quo*
[c] *nunc tenemini,* [d] *reſpiciatis illud, quod* [e] *deditione ducis, & capitis*
deminutione ſublatum eſt. At credo, ſi Caeſarem probatis, [1] *in me of-* 10
fenditis, qui de [f] *meis in vos meritis* [g] *praedicaturus non ſum, quae*
ſunt adhuc & mea voluntate, & veſtra exſpectatione leviora. ſed ta-
men ſui laboris milites ſemper, eventu belli, praemia petiverunt; qui
qualis ſit futurus, ne vos quidem dubitatis. [h] *Diligentiam quidem* [i] *no-* 11
ſtram, aut quem ad finem [k] *adhuc res* [2] *proceſſit, fortunamque cur* [l] *prae-*
teream? An poenitet vos, quod ſalvum atque incolumem exercitum, 12
nulla omnino nave deſiderata, tranſduxerim? quod claſſem hoſtium pri-
mo inpetu [m] *adveniens profligaverim? quod bis per biduum equeſtri*
proelio ſuperaverim? quod ex portu, ſinuque adverſariorum CC *naves*
[3] *onerarias adduxerim? eoque illos compulerim, ut neque pedeſtri iti-*
nere, neque navibus commeatu juvari [n] *poſſint? Hac vos fortuna, atque* 13
his ducibus [o] *repudiatis,* [4] *Corfinienſem ignominiam, an Italiae fugam,*
an Hi-

VARIAE LECTIONES.

a deeſt Edd. R. M. V. b deeſt Sc. L. pr. c *non* Dorv. L. ſec. Pal. B. abeſt Pet. L. pr. V. Lov. & Edd. Flor. Vaſc. Steph. Gr. poſt. d *reſpuatis* Pal. Dorv. e *de ded.* L. ſec. Mox *dim.* MSS. & Edd. qdd. f *ejus* Lov. Pal. Dorv. g *judic.* Lov. *praejudicat.* Pet. Pal. B. Sc. Dorv. V. & Edd. pp. h *an poenitet vos* additur in Pal. Lov. Dorv. i *veſtram* MSS. 4. Edd. pp. k *adhuc proc. fortuna* Pet. *que* deeſt etiam L. pr. V. Sc. Dorv. Pal. Edd. Vaſc. Str. Steph. Gr. poſt. l *praeter eas* V. m deeſt L. pr. n *poſſent* Pet. L. pr. o *trepidatis* L. pr.

bis &c?) Qua lectione nec invenuſtius quidquam, nec vulgata poteſt quidquam eſſe elegantius. Vulgatam itaque, cum doctiſſimo Daviſio, omnino retinendam cenſeo. CLARKE. *Sibi clam non vobis* reperi etiam in Lov. & Dorvill. in quo non comparet *fuga.* In Bong. & Leid. ſec. *non ſibi clam, non vobis ſalutem petivit.* Sed male.

1. IN ME OFFENDITIS] Haec vera lectio ab Al- eſt. Olim Editi & MSS plerique *jam me off.* Unde Rivius conjecit *jam in me off.* ſed Brutus rectius probat *in me off.* quod diſerte confirmatur ab optimo Petaviano. *Offendo* ſumitur paſſive, ut bene hic Aldus Manutius oſtendit, ejuſque pater Paulus ad Cicer. Ep. 14. Fam. L. v. *In altera mibi velim obtemperes, in altera non offendas.* In MS. Urſini ſimpliciter eſt *me off.*

2. PROCESSIT,] Poſtulare videtur Linguae Latinae ratio, ut legamus, *proceſſerit.* CLARKE. Cave tamen, quid mutes: ſaepe contra Grammaticorum regulam in his utuntur Auctores Indicativo. Quod plurimis exemplis docent doct. Wopkens Lect. Tull. lib. II. c. 5. & Vir doctus in Miſcell. Obſ. Vol. III. T. I. p. 257. &c. Valer. Max. l. v. c. 6. Ext. in f. *patet, quam profuſae pietatis erga patriam homines extiterunt.* Sic MSS. Harl. & Leid. a me conſulti. Vide eundem l. VIII, 1, 1. & etiam B. Afric. c. 59. Cort. ad Plin. l. II. Ep: 10.

3. ONERARIAS ADDUXERIM] Primo notandum in Petav. & Voſſ. atque Edd. Romana, Ven. & Med. ſcribi *oneratas.* Quaſi vellet innuere, naves non tantum onerarias, ſed copia rerum inpletas fuiſſe, uti patet ex c. 25. Nam & *onerariae naves* poterant eſſe inanes, quod etiam hic obſervat Gruterus. Nimis tamen acutum mihi videtur. Rectius Ciacconius e MSto Viterb. repoſuit *abduxerim.* Id quod neceſſarium exiſtimo, & ſaepiſſime depravatum, ac jam olim reſtitutum l. III. B. Civ. c. 22. *naves onerarias nactus incendit, unam frumento onuſtam abduxit.* Contra l. III. c. 40. *Remulco navem abduxit,* MSS. *adduxit:* ubi vide: id enim rectius. Sed ibidem *naves* IV *ex iis abduxit,* Edd. bene habent contra pleroſque Codd. Vide etiam l. I. B. Civ. 15, 85. lib. II, 9. Afr. c. 44.

4. CORFINIENSEM IGNOMINIAM, AN ITALIAE FUGAM, AN HISPANIARUM DEDITIONEM, AN AFRICI BELLI PRAEJUDICIA SEQUIMINI?] Variant Codices. In Editt. *Rom. Ven.* eſt *Corfinienſem ignominiam in Italiae fuga, an in Hiſpaniarum deditione, an in Africi belli praejudicio ſequimini. Beroald.* cum MSS. *Ciacc.* & *Carr.* exhibet *Corfinienſem ignominiam*

14 *an Hiſpaniarum deditionem, an Africi belli praejudicia ſequimini? E-*
quidem me Caeſaris militem dici volui; vos me Imperatoris nomine ad-
pellaviſtis: cujus ſi vos poenitet, veſtrum vobis beneficium remitto,
mihi meum reſtituite nomen; ne ad contumeliam honorem dediſſe vi-
deamini.

1 XXXIII. Qua [a] oratione permoti milites, crebro etiam [b] dicentem in-
terpellabant, [c] ut magno cum dolore [d] infidelitatis ſuſpicionem ſuſtinere
2 viderentur: diſcedentem vero ex concione univerſi cohortantur, magno
ſit animo, [e] neu dubitet, proelium committere, & ſuam fidem virtutem-
3 que experiri. Quo facto commutata omnium [f] voluntate, & opinione,
[1] conſenſu [g] ſuo conſtituit Curio, quum primum ſit [h] data poteſtas, proe-
4 lio rem committere. [i] Poſtero die productos, eodem loco, quo ſuperiori-
5 bus diebus [k] conſtiterat, in acie conlocat. [l] Ne Varus quidem Attius du-
bitat, copias producere; ſive ſollicitandi [m] milites, ſive aequo loco dimi-
candi detur occaſio, ne facultatem praetermittat.

1 XXXIV. Erat vallis inter duas acies, ut ſupra demonſtratum [n] eſt, non
ita [2] magno, at difficili, [o] & arduo adſcenſu. Hanc, uterque, ſi adverſa-
riorum copiae tranſire conarentur, exſpectabat; quo [p] aequiore loco proe-
2 lium committeret. Simul [q] ab ſiniſtro cornu P. Attii equitatus omnis, &
una

VARIAE LECTIONES.

a *Ratione moti* Carr. b deeſt Pet. L. pr. *interpellant* Lov. Pal. Dorv. c deeſt Carr. B. d *ne inf.* Carr. B. e *nec ubi* Lov. Sc. L. pr. *dubitent* L. pr. f *& vol.* MSS. & Edd. qdd. non male. g *ſumm.* vulgo. h deeſt Carr. i *poſteroque* Lov. Dorv. V. k *conſtiterant* Edd. qdd. l *nec* L. pr. *Nam* V. m *militis* Sc. L. pr. *ſeu* V. *ſeuſi* L. ſec. Edd. R. M. V. n deeſt L. pr. a m. pr. o *aut* Pet. p *aequiori* MSS. 3. & *committeretur* Edd. Vett. q Sic MSS. plerique, non *a*.

niam in Italiae fuga, an Hiſpaniarum deditionem in Africi belli praejudicio ſequimini? MS. *Norv.* a vulgata lectione non recedit, praeterquam quod primam particulam interrogantem omittat; eas autem omnes delendas cenſuit *Pet. Ciacconius*, quem in ſua editione ſecutus eſt *Joſ. Scaliger*. Sana eſt lectio vulgata. *Varro* L. L. l. VIII. *Quae enim eſt pars mundi, quae non innumerabiles habeat analogias? Coelum, an mare, an terra, an aer, & caetera, quae ſunt in his? Dictys* Cretenſis l. II. c. XXXI. *Pertinacia animi, an ob amorem captivae.* Vide & *Jac. Perizonii* Diſſert. de eo ſcriptore §. XL. DAVIS. Recte defendit vulgatam lectionem Daviſius. In *Italiae fuga* tamen ſcribitur in MSS. meis cunctis & Edd. Vaſc. Steph. aliiſque. dein *in H. deditione & in Africae bellum p.* Leid. pr. plerique *an in H. deditione in* vel *an in Af. b. praejudicio.* Sed *deditionem* ſervant Petav. Scalig. ut & Leid. ſec. Voſſ. qui duo habent cum Leid. pr. *praejudicia*, quibus intelligit adverſa Pompejanorum cap. 25. & 26. proelia. Si quis tamen malit *an* ubique ejicere, auctoribus MSS. pleriſque non refragor: quia non oppoſita haec ſunt, ſed exaggerantia; praeterquam quod ex Accuſativi littera *m*, natum videatur iſtud *an*. De uſu vocis *militis* adi Spanhem. Diſſ. XI. de Num. p. 318. T. 2.

1. CONSENSU SUMMO CONSTITUIT CURIO.] Ita vulgo edunt e conjectura Hotomani. Faernus vero e MSto legebat *C. ſuorum*, ut alibi ſaepe. Verum MSS. omnes & Edd. Vett. habent *ſuo*: Unde Glandorpius faciebat *cum ſenſu ſuo*; ut dicimus *mecum conſtituo* &c. Verum nil mutandum. Curio ante non conſenſerat in proelium; vide Cap. praec. Jam vero videns praefectorum & militum mentes proelii cupidine flagrare, mutavit ſententiam, & conſtituit praelio rem committere, *ſuum* dans *conſenſum*: nam & potuiſſet eorum deſiderio obſequi, licet ipſe aliud quid ſenſiſſet.

2. MAGNO, AT DIFFICILI ET A. ADSCENSU] Placet Ciacconii emendatio, quam tacitus in textum admiſit Clarkius *magna* e c. 27. *Una valle non magna interjecta.* Dein iſtud *at* e Vincentii Pinelli, & Faerni emendatione, probante Ciacconio, recte receperunt viri docti, confirmatur-
que

una levis [a] armaturae interjecti complures, quum ſe in vallem [b] demitte-
rent, cernebantur. Ad eos Curio equitatum, & duas Marrucinorum [c] co- 3
hortis mittit: quorum primum inpetum equites hoſtium non tulerunt; ſed,
[d] admiſſis equis, ad ſuos refugerunt. [1] Relicti ab his, qui una procurrerant,
levis armaturae, circumveniebantur, atque interficiebantur ab noſtris.
Huc tota Vari converſa acies ſuos fugere, [e] & concidi videbat. Tum Re- 4
bilus, legatus Caeſaris, quem Curio ſecum ex Sicilia duxerat, quod ma-
gnum habere uſum in re militari ſciebat, *Perterritum*, inquit, *hoſtem
vides, Curio. Quid dubitas uti temporis obportunitate?* Ille, unum elo- 5
cutus, ut [f] memoria tenerent milites ea, quae pridie ſibi confirmaſſent,
ſequi [g] ſeſe jubet, & praecurrit ante omnes: [h] adeoque erat inpedita val-
lis, ut in [i] adſcenſu, niſi ſublevati a ſuis, primi non facile [k] eniterentur.
Sed [2] praeoccupatus animus Attianorum militum [l] timore, & fuga, & 6
caede ſuorum, nihil de reſiſtendo cogitabat; omneſque [m] jam ſe ab equi-
tatu circumveniri arbitrabantur. Itaque prius, quam telum [n] adjici poſſet, 7
aut noſtri propius accederent, omnis Vari acies terga vertit, ſeque in
caſtra [o] recepit.

XXXV. Qua in fuga Fabius Pelignus quidam ex infimis ordinibus, de 1
exercitu Curionis, primum agmen fugientium conſecutus, magna voce
Varum nomine adpellans requirebat; uti unus [p] eſſe ex ejus militibus, &
monere aliquid [q] velle, ac dicere videretur. Ubi ille ſaepius [r] adpellatus 2
adſpexit, ac reſtitit, &, quis eſſet, aut quid vellet, quaeſivit; [3] humerum
apertum

VARIAE LECTIONES.

a *Armatura & int.* MSS. & Edd. Vett. *interjectio* Sc. L. pr. b *dimitt.* MSS. & Edd. pp. *cernebatur* Sc. L. pr. c Ita L. pr. d Sic MS. Faerni & V. & Edd. Recent. bene. V. ad l. I. B. G. 22. Ceteri & Edd. Vett. *amiſſis.* e *atque* Edd. R. M. V. Mox *Tunc* L. pr. Edd. R. M. V. f *memoriam* L. ſec. Dorv. g *ſe j.* MSS. plerique & Edd. pp. *pridie* abeſt a Pal. h *adeo erat* L. pr. non male. i *Abſceſſu* Pal. *abſcenſu* Dorv. & *ab ſuis* L. pr. k *mitter.* L. ſec. *emitter.* V. Pal. l *tempore* MSS. 4. Edd. pp. m deeſt L. pr. n *abjici* vel *abici* MSS. & Edd. Vett. *adigi* al. V. ad l. IV. B. G. 23. o *recipit* Dorv. p *eſſet* MSS. plerique & Edd. pp. *ex eis m.* Lov. Dorv. L. ſec. in Marg. in textu *bis.* q *vellet, & d.* Dorv. r deeſt Pet. *adpellatur* V. Edd. pp.

que MS. Voſſ. Reliqui Codd. & Edd. Vett. *aut.* niſi quod in Bong. a m. ſec. ſit *ut.* quod Grutero magis adriſit.

1. RELICTI AB IIS, QUI UNA PROCURRERANT, LEVIS ARMATURAE] Equites ad ſuos refugerant; qui igitur relicti, ex levi erant armatura. Scribe cum MS. *Norvic. Relicti ab iis, qui una procurrerant, levis armatura;* & eſt σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον, velites enim intelliguntur. Non male etiam ſe habet vulgata lectio, ſi *levis armaturae* nominativi pluralis eſſe ſtatuantur, nam paucis latet, veteres in hujuſce formae adjectivis eum caſum aliquando ſic terminaſſe. *Leves armaturas* dixerunt *Hirtius* B. Afr. c. LIX. & *Livius* l. XXI. c. LV. DAVIS. Sed neutro opus. ſubauditur enim, *milites.* (Milites *levis armaturae* &c.) CLARK. Nequaquam placet *levis* ſumi in numero plurali. Praeſtat, ſi quid mutandum *armatura* per adpoſitionem, quod reſtat in Petav. Leid. pr. ſec. Lovan. & Dorvill. niſi & hoc ſit e praecedente ſcriptura codicum *levis armaturae & interjecti.*

2. PRAEOCCUPATUS ANIMUS —— COGITABAT] Edit. Rom. (*praeoccupatis animis —— cogitabant*) MS. Reg. (*praeoccupati animi —— cogitabant.*) Quae forte & verior lectio. CLARK. Vulgatum reſtituit Urſinus e ſuo Codice, id quod confirmatur MSS. Brantii & meis omnibus praeter Leid. ſec. qui exhibet *praeoccupati animis cogitabant.* Priorem tamen lectionem propugnat Hotomanus; & vide, quae notavimus ad lib. VII. c. 4. Sed MSStis cedendum.

 3. Hu-

apertum gladio adpetit; [a] paullumque abfuit, quin Varum interficeret:
3 quod ille periculum, ſublato ad ejus conatum ſcuto, vitavit. Fabius a
proximis militibus circumventus interficitur [1] Hac fugientium multitudi-
ne, ac turba portae caſtrorum occupantur, atque [b] iter impeditur; pluref-
4 que in eo loco ſine vulnere, quam in proelio aut [c] fuga, intereunt: neque
multum abfuit, quin etiam caſtris [d] expellerentur: ac nonnulli protinus
5 eodem [e] curſu in oppidum contenderunt. ſed [f] quum loci natura, [2] & [g] mu-
nitio caſtrorum aditum prohibebat, tum, quod ad proelium egreſſi Curi-
onis milites iis rebus indigebant, [3] quae ad [h] obpugnationem caſtrorum
6 erant uſui. Itaque Curio exercitum in caſtra reducit, ſuis omnibus praeter
Fabium incolumibus, [i] ex numero adverſariorum circiter DC interfectis,
[4] ac M vulneratis: qui omnes diſceſſu Curionis, multique praeterea, [k] per
ſimulationem vulnerum, ex caſtris in oppidum, propter timorem, ſeſe
7 recipiunt. Qua re [l] animum adverſa, Varus, [m] & terrore exercitus cognito,

VARIAE LECTIONES.

a bucci-

a *Paululumque* Lov. *fuit* L. pr. Dorv. pro *afuit* forſan. b deeſt V. *at. impediuntur* Edd. Vaſc. Str. Steph. Gr. poſt. c *inf.* Lov. L. ſec. Dorv. V. ad l. II. B. G. c. 10. d *peller.* L. ſec. Edd. pp. aliaeque. e *concurſu* Lov. f *tamen* Carr. g vulgo *tum m. c. ad. pr. quod* &c. h *expugn.* L. ſec. i *& ex* L. ſec. k *ex ſimulatione v. in c.* L. pr. l Sic rurſus Pet. vulgo *animadv.* V. ad l. I. B. G. c. 24. m *ex* MSS. 3.

5. HUMERUM APERTUM GLADIO APPETIT] Hoc eſt dextrum, qui ſcuto non tegebatur. Malo enim ita exponere, quam ut dicam *apertum* hic idem eſſe atque illud, quod l. VII. de bello Gallico ait Caeſar de Aeduis, *tametſi dextris humeris exertis animadvertebantur*. Neque puto quicquam huic loco commune cum illo fuiſſe: etſi id, ni fallor, exiſtimabat doctiſſimus Janus Gruterus. VOSSIUS. Lege *appetiit* DAVIS. *Cur. ſec.* At vide ad c. 26.

1. AC FUGIENTIUM MULTITUDINE AC TURBA] Lego ex Cujaciano *hac fugientium mult. a. t.* VOSS. Vulgg. *ac fugientium:* ſed lectionem a me receptam in ſuo Codice invenit *Fulv. Urſinus*, in MSto *Cuj. Voſſius*, ac ipſe in *Norv.* & manifeſto vera eſt. DAVIS. *Hac.* Suffragatur MS. Regius. In nonnullis Codicibus eſt, (*A fugientium &c.*) Quae & ipſa Lectio non mala. Vulgg. habent, (Ac *fugientium &c.*) CLARK. *Hac* etiam dat Pet. & Voſſ. & margo Gryph. *Af.* eſt in Edd. Vaſc. Str. Steph. Gryph. poſt. quod ſive *ab* mihi magis adrideret, ſi faverent Codd. Eo facit quod *a turba* ſit in MSS. Lov. Dorv. Pal. Bong. Leid. ſec.

2. TUM MUNIT. CAST. ADITUM PROHIBEBAT; QUOD] Sic vulgo hunc locum edi videas, ſatis inepte, ni fallor, cum MS. Carrar. An enim ideo munitio caſtrorum aditum prohibuit, quia milites neceſſariis rebus ad obpugnationem carebant? Quis his ratiocinandi modus eſt? Optime ergo MSS. & Edd. Vaſcoſ. Gryph. Stephan. & aliae *& m. caſt. aditum probib. tum quod.* Milites prohibebantur caſtrorum aditu *tum* propter naturam & munitionem loci, *tum* quod inſtrumentis obpugnandi caſtra indigebant. *probibebant* autem eſt in MSS. Pal. Carr. Bong. Leid. ſec. Dorv. Edd. Rom. Ven. Med. & Steph. Verum optimi MSS. docent quid latere, quod tamen nondum eruere poſſum. Nam pro *aditum probibebat*, *tum*, in Petaviano ſcribitur *adiri tunc non poſſet*; in Lovan. *adiri tum non poterat.* At vero in Cujaciano, Leid. Scalig. Voſſ. *adiri tunc* vel *tum.* Verius ſaltem videtur *aditu.* Vide ad l. I. B. Civ. c. 68. & ſaepius. item ad Front. I, 6. §. 2. Quamquam non nego ab aliis *probibere & arcere tranſitum* vel *aditum*, uſurpari. ſic enim Hirt. B. Afric. c. 31. *Aditum adverſariis probibebant.* Adi inſuper ad Front. l. I, 4. §. 4, III, 7. §. 2.

3. QUAE RES] Sic MS. Reg. In aliis deeſt vox *res.* CLARK. Leid etiam ſec. ſed recentiſſimus addit *res.* ut ſexcenties loquitur auctor. Vide ad l. II. B. Gall. c. 18. *Loci natura erat haec, quem locum* &c. ut e MSS. reſtitui.

4. AC M VULNERATIS] In aliis omnibus legitur *atque vulneratis*, unde *Fr. Hotomannus* reponendum putavit *aut vulneratis*, ut vulnerati una cum interfectis numerum illum confecerint. Sed ejus conjecturam evertit *Appianus*, qui Bell. Civ. l. II. p. 455. D. Κουρίων μὲν, inquit, εἷς ἀνὴρ ἔπεσεν, Οὐάρου δὲ ἑξακόσιοι, καὶ κατετρώθησαν ἔτι πλείονες. Veriſſima igitur videtur Codicis *Urſiniani*

ſcriptura.

[a] buccinatore in caſtris, [b] & paucis ad ſpeciem tabernaculis relictis, de tertia vigilia ſilentio exercitum in oppidum reducit.

XXXVI. Poſtero die Curio Uticam obſidere, [c] & vallo [1] circummunire 1
inſtituit. Erat in [d] oppido multitudo [2] inſolens belli, diuturnitate otii;
[e] Uticenſes pro quibuſdam Caeſaris [f] in ſe beneficiis, illi [3] amiciſſimi: conventus is, qui ex variis generibus conſtaret; [g] terror ex ſuperioribus proe-
liis, [h] magnus. Itaque de deditione omnes [4] palam loquebantur, & cum 2
P. Attio agebant, ne ſua pertinacia omnium fortunas [i] perturbari vellet.
Haec quum agerentur, nuncii praemiſſi ab rege Juba venerunt, qui illum 3
[k] cum magnis copiis adeſſe dicerent, & de cuſtodia ac defenſione urbis
[l] hortarentur. Quae res eorum perterritos animos confirmavit.

XXXVII. Nunciabantur haec [m] eadem Curioni; ſed aliquamdiu fides 1
fieri non poterat: tantam habebat ſuarum rerum fiduciam: [n] Jamque Cae- 2
ſaris in Hiſpania res ſecundae in Africam nunciis ac litteris perferebantur.
Quibus omnibus rebus ſublatus, nihil contra ſe Regem [o] niſurum exiſtimabat.

VARIAE LECTIONES.

a *Bucin.* MSS. plerique. b *paucisque* L. pr. dein plerique *tabernaculi.* c *valloque* Lov. V. Dorv. d *oppidum* Pet. L. pr. Lov. e *& U.* Carr. Edd. pp. f *in ſe* abſunt Pet. & ſtatim vulgo *is.* g *timor* B. h deeſt Lov. i *perturbare* Edd. R. M. V. k *ad. c. m. cop.* Pet. L. pr. V. paullo ante *a R.* MSS. & Edd. qdd. l *adhort.* Edd. R. M. V. m deeſt Pet. n *itaque* Edd. R. M. V. o *auſurum* V. Edd. Vaſc. Ald. Gr. Steph. *uſur.* Dorv. *nixur.* Pal. Ed. Ber.

ſcriptura. DAVIS. MSS. omnes *ac v.* niſi quod Voſſ. habeat *ac eo vuln.* corrupte ſine dubio, ex nota millenaria. Edd. primae & aliae *atque.*

1. CIRCUMMUNIRE] In Leid. pr. legas *circummuniri.* Adi notata ad c. 31. At in Edd. Rom. Mediol. Ven. aliisque eſt *circumvenire*, quod e veteri codice probat Gifanius Obſerv. Ling. Lat. c. 32. & Hotom. Vide ad l. I. c. 18. B. Civ. *oppidum vallo caſtellisque circumvenire inſtituit.* Pro *moenire* vide Heinſ. ad Ovid. Met. IV, 645.

2. INSOLENS BELLI] Belli inſueta. *Cicero* de Orat. l. I. c. XLVIII. *Ea requiruntur a me, quorum ſum ignarus atque inſolens. Salluſtius* Prooem. Bell. Catil. *Quae tametſi animus aſpernabatur inſolens malarum artium.* Brant. Vide *Lambinum* ad *Horatii* l. I. od. V. DAVIS. Inſolenter Leid. pr. habet hic *inſollers.*

3. AMICISSIMI: CONVENTUS, QUI EX VARIIS GENERIBUS CONSTARET] Non peccavero in perſpicuitatem & ſimplicitatem Caeſaris, ſi ex Cod. Cujac. Pet. Pal. & Bong. legam: *amiciſſimi erant, conventus is, qui ex variis*, &c. In codicibus quos dixi pro *is* erat *ſi*, haud dubie depravatum. Porro nota hic conventum ab Uticenſibus ipſis diſtingui: ut credam conventum conſtitiſſe ex parte Uticenſium, & civibus Romanis, quomodo Caeſar ſupra hoc libro dixit de Hiſpalenſibus, *quod factum adeo conventus ejus cives Romani probaverunt, erat.* Tales autem conventus fere in omnibus provinciis Romanorum fuerunt, Hiſpania, Gallia, Sicilia, Achaja. Et arbitror in illis conventibus plerumque multos cives Romanos habitaſſe, quia illud honorum civitati erat, quod in eam a praetoribus, aut aliis magiſtratibus convocarentur totius provinciae Senatores, ad juriſdictionem. VOSSIUS. Ex *ſi*, quod etiam in Leid. pr. Lovan. Voſſiano ac Scalig. invenitur, fecit jam dudum *is* Gruterus: quod merito probat Clarkius. Cujacius emendabat *ii, qui conſtarent.* Verbum ſane in plurali eſt in Lovan. Edd. Vaſc. Str. Steph. Gryph. poſt. Non autem Voſſius inſerere debuerat *erant*, quod non eſt niſi in MSS. recentioribus Palat. Bong. Leid. ſec. Dorvill. Carrar. & Edd. primis; in quibus omnibus legas *amiciſſimi erant cum etiam ex v.* Verbum ſubſtantivum, ut ſaepiſſime apud noſtrum (Vide c. 29.) ſubintelligitur elegantius.

4. PALAM LOQUEBANTUR] In v. c. noſtro, Pet. & Pal. eſt *omnes in palam.* Lego, *omnes jam palam.* VOSS. Codd. *Voſſ. Pet. Palat.* & *Norv.* habent *inpalam*, unde *Dionyſ. Voſſius* reſcribit *jam palam.* At illorum MStorum lectionem ferri poſſe arbitror. Gloſſarium *Iſidori. Inpalam, aperte. Hilarius* adverſus Conſtantium p. 199. *Pugnaremus enim inpalam & cum fiducia contra negantes.* Non raro ſane a veteribus praepoſitiones inter ſe componuntur.

3 bat. Sed, ubi certis auctoribus comperit, minus v & xx milibus [1] longe
ab Utica ejus copias abeſſe; relictis munitionibus, ſeſe in caſtra [a] Cornelia-
4 na recepit. Huc [b] frumentum comportare, caſtra munire, materiam con-
ferre coepit, ſtatimque in Siciliam miſit, uti II legiones, [2] reliquuſque e-
5 quitatus ad ſe mitteretur. Caſtra erant ad bellum ducendum aptiſſima,
natura, & loci munitione, & maris propinquitate, & aquae & ſalis co-
6 pia: cujus magna vis [c] jam ex proximis erat ſalinis [d] eo congeſta. Non
materia multitudine arborum, non frumentum, cujus erant pleniſſimi a-
gri, deficere poterat. Itaque [e] omnium ſuorum conſenſu Curio reliquas co-
pias ex ſpectare, & bellum ducere parabat.

1 XXXVIII. His conſtitutis rebus, probatiſque conſiliis, ex [f] perfugis qui-
buſdam oppidanis audit, Jubam revocatum finitimo bello, & controver-
2 ſiis Leptitanorum, reſtitiſſe in regno; [3] Saburam [g], ejus praefectum, cum
mediocribus copiis [h] miſſum, Uticae adpropinquare. His auctoribus teme-
re credens, conſilium [i] commutat, & proelio rem committere conſtituit.
Multum ad hanc rem probandam adjuvat adoleſcentia, magnitudo ani-
3 mi, ſuperioris temporis proventus, [k] fiducia rei bene gerendae. His re-
bus [l] inpulſus, equitatum omnem prima nocte ad caſtra hoſtium mittit,
ad flumen [m] Bagradam, quibus praeerat Sabura, de quo ante erat audi-
tum. [4] Sed rex omnibus copiis inſequebatur, & VI milium [n] paſſuum in-
tervallo

VARIAE LECTIONES.

a *Cornelia* rectius Pet. Pal. L. pr. Sc. V. ad c. 24. b *frumenta* Pet. V. ad l. v. c. 20. c deeſt Pal. d abeſt Pet. *ea* L. pr. e Sic MSS. non *ſ. o.* f *prof.* L. pr. *p. aliquibus* V. g *Et S.* Lov. L. ſec. Dorv. h *miſſu* L. ſec. deeſt Edd. R. M. V. i *mutat* L. pr. k *fiduciaque* L. ſec. l *comp.* L. ſec. m *Bragad.* L. pr. ut ſupra. n *paſſus* Pet. L. pr. forſan delendum. V. ad l. I. B. G. 15.

Caeſar hujuſce libri c. IX. *Hanc inſuper contignationem.* Vide & *G. J. Voſſium* de Anal. l. IV. c. XXIII. DAVIS. Codices nonnulli, (*inpalam.*) Quod probat Daviſius, propter analogiam *&* *inſuper*, & ex Auctoritate Recentiorum quorumdam Scriptorum. Sed vox iſta nequaquam *Caeſarem* ſapit. Quocirca D. Voſſii conjecturae aſſentior, qui ſcribit; (*jam palam.*) CLARKE. Non auſim ego' proſcribere *inpalam* tamquam minus Latinum, praeſertim cum plura ſingularia habeat Caeſar. Adſtipulantur etiam MSS. Leid. pr. Lovan. Dorvill. Scalig. Sic non raro occurrit *Inibi*, *Incoram*, *inſimul.* Eſt vir doctus, qui conjecit *omnes clam*, *palam l.*

1. LONGE AB UTICA ABESSE] Vox *longe Pet. Ciacconio* abundare videtur, cujus judicium ſecutus *Joſ. Scaliger*, eam, utpote delendam, uncinis cinxit. Codices autem pertinaciter retinent. ac recte quidem. *Hirtius* Belli Alex. c. XXXVI. *Caſtra poſuit* longe a Nicopoli *circiter millia paſſuum* VII. Et lib. de Bell. Afric. c. LXVII. Ab ejus caſtris *millia paſſuum* VI longe, *trinis caſtris diſpartitis copiis conſedit.* Vide & cap. LXVIII. & LXXVII. DAVIS. Vide ad l. v. B. G. c. 47. III *milia longe a caſtris conſediſſe.*

2. RELIQUUSQUE EQUITATUS MITTERETUR.] In Bong. eſt *mitterent*, at in Palat. Leid. ſec. & Dorv. *mitterentur.* Leid. vero primus dat *reliquique equitatus mitterentur.* Omnino bene. Adi notata ad l. VI. B. G. c. 6.

3. SABURAM] In Petaviano ac Bongarſ. aſſidue eſt *Saburram.* Etiam in Appiano B. C. l. II. p. 455. Σαβύῤῥα. Quare licentia poëtica ſcripſerit Lucanus: l. IV, 722.

Ut ſibi commiſſi ſimulator Sabbura belli.

Non arbitror. Id ſcio talem formam שָׁבּוּר non admittere duplex R; itaque magis e corrupta locutione Romanorum alterum R eſt, & recta Lucani ſcriptura: etiam Caeſaris vulgata. VOSS. *Saburram* MSS. omnes hic & infra, & B. Afric. c. 48. Sed vide ad Lucani locum.

4. SED REX OMNIBUS COPIIS INSEQUEBATUR] Lege *ſed. Rex* cum *omnibus copiis* &c. Sic certe MS. *Norvic.* & ſic *Beroaldus*, *Gryphius* & *Urſinus* ediderunt. DAVIS. *Cur. ſec.* Accedunt Leid. ſec. Voſſ. Dorvill. & reliqui forſan praeter Scalig. ac Leid.

tervallo [a] Sabura conſederat. Equites miſſi nocte iter conficiunt, [b] inpru- 4
dentis, atque inopinantis hoſtis adgrediuntur: Numidae [c] enim quadam
barbara conſuetudine nullis ordinibus paſſim conſederant. Hos obpreſſos 5
ſomno, & diſperſos adorti, magnum eorum numerum interficiunt: multi
perterriti [d] profugiunt. Quo facto ad Curionem equites revertuntur, capti-
vosque ad eum reducunt.

XXXIX. Curio cum omnibus copiis quarta vigilia exierat, cohortibus 1
v caſtris praeſidio relictis. Progreſſus [e] milia paſſuum VI, equites convenit; 2
rem geſtam cognovit; [f] ex captivis quaerit, quis caſtris ad Bagradam prae-
ſit: reſpondent, Saburam. Reliqua, ſtudio itineris [g] conficiundi, quaerere
praetermittit; proximaque reſpiciens ſigna, *Videtiſne*, inquit, *milites*, 3
captivorum orationem cum [h] *perfugis convenire? abeſſe regem, exiguas
eſſe copias miſſas, quae* [i] *paucis equitibus pares eſſe non* [k] *potuerunt. Pro-
inde ad praedam, ad gloriam, properate; ut jam de praemiis veſtris, &
de referenda gratia cogitare incipiamus.* Erant per ſe magna, quae geſ- 4
ſerant [l] equites, praeſertim, quum eorum exiguus numerus cum tanta
multitudine Numidarum conferretur. Haec tamen ab [m] ipſis inflatius com-
memorabantur, [n] ut de ſuis homines laudibus [o] libenter praedicant. Mul- 5
ta praeterea ſpolia praeferebantur: [1] capti [p] homines, equiteſque produce-
bantur: ut, quidquid intercederet temporis, hoc [q] omne victoriam morari
videretur. Ita ſpei Curionis militum ſtudia non deerant. Equites ſequi ju- 6
bet ſeſe; iterque accelerat, ut quam maxime ex fuga [r] perterritos adoriri
[s] poſſet. At illi, itinere totius noctis [t] confecti, ſubſequi non poterant:
atque alii alio loco reſiſtebant. [v] Ne haec quidem [w] res Curionem [2] ad ſpem
morabatur. XL.

VARIAE LECTIONES.

a *Ab* Dorv. b *prudentiſque* Lov. Sc. L. pr. *inprudentiſque* MSS. 4. dein *ad inop.* Sc. L. pr. *atque ad inop.* Lov. c *autem* L. pr. d *perf.* V. Edd. R. M. V. e *mille paſſus* L. pr. V. Lov. Pet. *V* Lov. Dorv. Pal. *invenit* L. ſec. Edd. Vaſc. Str. Steph. Gr. poſt. f *e c.* L. pr. *cogn. & captivos. Quaerit.* Lov. Pal. B. L. ſec. Dorv. V. ad l. I. c. 18. B. G. g Sic Lov. non per *e.* V. ad l. III. B. G. c. 6. h *prof.* L. pr. i *p. diebus eq.* Sc. L. pr. k *potuerint* Pet. & Aic. bene. l *milites* L. pr. m *bis* Edd. R. M. V. n *unde ſuas laudes hom.* MS. Br. Lov. o *inſolenter quidem, ſed libenter* Pal. Bong. Carr. Dorv. Edd. pp. & Beroaldi, Vaſc. Str. Steph. Gr. poſt. e Gloſſa ſine dubio. *inſolenter quidem libenter* L. ſec. p *homini* V. q *omni* L. pr. & *victoria m. uter.* L. pr. V. *victoria* etiam Lov. Dorv. male. r *praeterr.* V. s *poſſit* B. ſed V. ad lib. I. c. 8. t *confecto* MSS. 3. & Edd. pp. male. v *nec* Pet. L. pr. ſec. w deeſt L. pr. Sc. in quibus *morabantur.* vulgo *ab ſpe.*

Leid. primum, uti & Editiones Romanae, Ven. Med. Vaſc. Steph. & aliae: ut §. I. hujus Cap. & ſeq. ac ſaepiſſime. ſed & ſaepe omittit praepoſitionem. Adi notata ad l. II. B. G. c. 7. *Omnibus copiis ad caſtra contenderunt*; ubi mire variant docti.

I. CAPTI HOMINES EQUITESQUE PRODUCEBANTUR] *Pet. Ciacconius* & *Fr. Hotomannus* ex conjectura reponebant *capti homines equique*; ſed hoc ex eo evenit, quod *homines* de peditibus κατ' ἐξοχὴν dici non animadverterent. *Livius* l. XXI. c. XXVII. *Omnem ripam* equites virique *obtinentes. Silius* Italicus l. IX, 560.

Magna voce trahens equitemque, viroſque, *feraeque*
Turrigerae molem.

Sic & *miles* crebro peditem denotat, & equiti opponitur, ut multis oſtendit *J. F. Gronovius* ad *Livii* l. XXVIII. c. I. DAVIS. Adde Voſſium ad l. V. c. 10. & nos ad l. VIII, 36. *Germani, equiteſque.* Immo alioquin & *equites* pro *equis* poſſent ſumi. Adi ad Frontin. l. II. 5. §. 31. *Equites, ne*

fremitu

1 XL. Juba certior factus a Sabura de nocturno proelio, [a] II milia Hi-
ſpanorum & Gallorum equitum, [b] quos ſuae cuſtodiae cauſſa circum ſe ha-
bere [c] conſuerat, & peditum eam partem, cui maxime confidebat, Sabu-
2 rae [d] ſubmittit. Ipſe cum reliquis copiis [1] elephantiſque LX lentius ſubſequi-
3 tur; ſuſpicatus, praemiſſis equitibus, ipſum adfore Curionem. Sabura co-
pias equitum peditumque inſtruit: [2] atque [e] his imperat, ut ſimulatione
timoris paullatim cedant, ac pedem referant: ſeſe, quum opus eſſet, ſi-
gnum proelii daturum, &, quod [f] rem poſtulare cognoviſſet, imperaturum.
4 Curio, ad ſuperiorem ſpem [g] addita praeſentis temporis opinione, [h] hoſtes
fugere, arbitratus, copias ex locis ſuperioribus in campum [i] deducit.
1 XLI. Quibus [k] ex locis quum longius eſſet progreſſus, confecto jam la-
2 bore exercitu, XVI milium ſpatio, [l] conſtitit. Dat ſuis ſignum Sabura, aciem
conſtituit, & [m] circumire ordines, atque hortari incipit. ſed [3] peditatu
3 duntaxat procul ad ſpeciem utitur; equites in aciem [n] mittit. Non deeſt
negotio Curio, ſuoſque hortatur, ut ſpem omnem in virtute reponant:
[o] ne militibus quidem, ut defeſſis; neque equitibus, ut paucis, & labore
4 confectis, ſtudium ad pugnandum virtuſque deerat. ſed [4] ii erant numero CC.
reliqui in itinere ſubſtiterant. Hi quamcumque in partem inpetum fece-
rant, hoſtes loco cedere cogebant: ſed neque longius fugientes [p] proſequi,
5 nec vehementius equos incitare poterant. At equitatus hoſtium [q] ab utro-
6 que cornu circumire aciem noſtram, & [r] averſos proterere incipit. Quum
cohortes ex acie [s] procucurriſſent, Numidae integri, celeritate inpetum no-
ſtrorum

VARIAE LECTIONES.

a *V* Lov. b *quotquot* V. B. Edd. pp. c Sic Pet. L. pr. Lov. & 3 alii, non *conſueverat*. V. ad l. I. B. G. c. 43. d *ſubmiſit* Sc. L. pr. e deeſt Edd. R. M. V. f *poſt. tempus* L. pr. g *adducta* Pal. *praeſenti* Pet. B. h *hoſtem* Lov. i *ducit* L. pr. k deſunt *ex l.* in Lov. l Sic MSS. non *conſiſtit* & *ſign. ſ.* m *circumvenire* Pal. *circuire* MSS. & Edd. qdd. n *inmittit* MSS. 3. Edd. Vaſc. Steph. Str. Gr. poſt. V. ad l. V. B. G. c. 15. o Sic MSS. Urſ. Br. Pet. L. pr. Lov. non *nec*. p *ſequi* Lov. Br. V. Ciacc. & nos ad l. V. c. 19. dein *potuerant* L. pr. q deſunt *ab u. c.* Pal. Dorv. dein *circuire* & ſtatim *circuibant*, rurſus MSS. & Edd. qdd. *circumvenire* B. r *adverſos* Dorv. Edd. qdd. *adverſus* L. ſec. *adverſarios* Edd. R. M. V. *proterrere* Dorv. Ed. V. male. s ita Pet. Scal. non *procurr*. V. ad l. II. B. G. c. 19.

ſremitu eorum &c. Paullo ante Hotomanus mallit *proferebantur*. Sed non opus eſt. V. Miſc. Obſerv. A. 1734. Jan. & Febr. p. 135.

2. AD SPEM MORABATUR.] Scaliger & Recentiores, (*ab ſpe.*) Sed MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii habent, (*ad ſpem.*) Quae Lectio omnino vera eſt. Eſt enim locutio Caeſari familiaris. *Quae res*, ad *inſequendum tardabat. Palus*, ad *inſequendum tardabat.* Et ſimilia paſſim. CLARKE. *Ad ſpem* optime poſt Hotomanum Clarkius, quod praeter Carrar. & Edd. Vaſc. Str. Steph. Gryphii poſt. exhibent MSS. & Editiones Vett. Vide ad lib. VI. c. I. *Ad opinionem Galliae* & alibi ſaepius. & de confuſione τῶν *ad* & *ab* ad l. VIII. c. 41. Male Ciacconio & Grutero pro more τὸ *ad ſpem* abundare videntur.

1. ELEPHANTISQUE XL.] Petav. Pal. & Bong. LX habent. VOSSIUS. Nec ſecus MSS. Brant. Urſini & mei omnes cum Edd. Beroaldi aliiſque. quare repoſui, ut & vocem *lentius*, quae inmerito exſulabat ab Edd. Lugd. & Amſtel.

2. ATQUE HIS IMPERAT, UT SIMULATIONE TIMORIS PAULLATIM CEDANT] *Frontinus* Strateg. l. II. c. V. hoc conſilium non Saburae, ſed regi Jubae attribuit. DAVIS.

3. PEDITATU UTITUR] In Leid. ſec. eſt *peditum*, at in Leid. pr. *peditatum*. Quaſi verbum *utor* apud Caeſarem quoque jungeretur caſui Accuſandi; quod tamen non facile admitto. V. Cort. ad Sall. Jug. c. 12. §. 3.

4. II ERANT NUMERO CC. RELIQUI IN IT. SUBST. HI Q.] Ita e MS. Urſini repoſuerunt Scaliger & Recen-

ſtrorum effugiebant; rurſuſque ad ordines ſuos ſe recipientes circumibant, & ab acie excludebant. Sic neque in loco manere, [a] ordineſque ſervare, neque procurrere, & caſum ſubire, [b] tutum videbatur. Hoſtium copiae, ſubmiſſis ab rege auxiliis, crebro augebantur. [1] Noſtros [c] vires laſſitudine de- 7
ficiebant: ſimul ii, qui vulnera acceperant, neque acie excedere, neque in locum tutum referri poterant; quod tota acies equitatu hoſtium circumdata tenebatur. Hi de ſua ſalute deſperantes, ut extremo vitae tempore 8
homines facere [d] conſuerunt, aut ſuam mortem [e] miſerabantur, aut parentes ſuos commendabant, ſi quos ex [f] eo periculo fortuna ſervare potuiſſet. Plena erant omnia timoris, & luctus.

XLII. Curio, ubi, perterritis omnibus, neque cohortationes ſuas, neque 1
preces audire intellegit, [g] unam, ut [h] miſeris in rebus, ſpem [i] reliquam ſalutis eſſe arbitratus, proximos colles capere univerſos, atque eo ſigna inferri, jubet. Hos quoque praeoccupat miſſus a Sabura equitatus. [k] Tum ve- 2
ro ad ſummam deſperationem noſtri perveniunt, & partim fugientes ab equitatu interficiuntur, partim integri procumbunt. Hortatur Curionem 3
[l] Cn. Domitius [2] praefectus equitum, cum paucis equitibus circumſiſtens, ut fuga ſalutem petat, atque in caſtra contendat; [m] & ſe ab eo non diſceſſurum pollicetur. At Curio, numquam [n] ſe, amiſſo exercitu, quem a Cae- 4
ſare [o] fidei commiſſum acceperit, ſe in ejus conſpectum reverſurum, confirmat; atque ita proelians interficitur. Equites [p] perpauci ex proelio ſe re- 5
cipiunt. ſed ii, quos ad noviſſimum agmen, equorum reficiendorum cauſſa, ſubſtitiſſe demonſtratum eſt, fuga totius exercitus procul animadverſa, ſeſe incolumes in caſtra conferunt. Milites ad unum omnes interficiuntur.

XLIII. [q] His rebus cognitis, [r] M. Rufus quaeſtor, in caſtris relictus a 1
Curione, cohortatur ſuos, ne animo deficiant. Illi orant, atque obſecrant, [a] ut in

VARIAE LECTIONES.

a *Ordinemque* L. ſec. Edd. Vaſc. Steph. Str. Gr. poſt. b *tantum* Dorv. c vulgo *noſtris*. d Sic rurſus MSS. plerique & Edd. quaed. non *conſueverunt*. *conſueverant* B. e *miſereb.* MSS. 3. f *ſuo* L. pr. g *unum* Pal. h *in reliquis* Edd. pp. *in miſeris* MSS. & Edd. qdd. *ut* deeſt MS. Reg. i *ad reliqua* L. pr. *eſſe* abeſt ab Edd. R. M. V. k *cum* MSS. 2. l C. L. ſec. m abeſt copula L. ſec. n Sic MSS. vulgo *ſe* poſt *acceperit* ponitur praeter Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. o Ita MSS. o. & Edd. Vett. non *fidei ſuae*. *acceperat* MSS. 3. Edd. pp. p *ex pr. perp.* MSS. plerique. q deſunt *h. r. c.* in B. r *Martius* Pet. Sc. L. pr. Lov. Pal. Dorv.

Recentiores, meique plurimi confirmant Codices. Antea edebatur *ii numero cc* (*rel. in it. ſubſt.*) *quem c.* Et ſane *erant* deeſt in Voſſ. quoque, ac Leid. pr. a m. pr. *ii* abeſt etiam a Voſſ. & Dorvill. pro eo eſt *qui* in Bong. Leid. ſec. & Edd. Rom. Ven. Med. at in Lovan. *ſubſt. L. Hi.* ex interpolatione.

1. NOSTRIS VIRES DEFICIEBANT] Ita cum Edd. primis ediderunt Scaliger, & Daviſius aliique. At Cellarius & Clarkius reſcripſerunt *noſtros*: ut jam exhibent Vaſc. Aldus, Steph. Strada, Gryphius aliique: & confirmatur is caſus MSS. Scalig. Petav. Bong. & Voſſ. ac Leid. ſec. qui dat *noſtro*. Vide congeſta ad l. III. B. Gall. cap. 5. *Vires noſtris deficerent.* ut ibi mordicus retinent libri; quo modo hic cum aliis Leid. pr. & Lovan. ſervant.

2. PRAEFECTUS EQUITUM] In MS. Pet. & Pal. *pr. eq.* (In *Norvic.* corrupte *pater eques*) in Cujac. *pr. eque.* id eſt, *praefectus equeſtris*: nam praefectus equitum in vet. inſcript. ſemper legitur *praef. equit.* nec unquam aliter. VOSSIUS. *pr. eque* ſcribitur quoque in Scal. & Leid. pr. Abſunt a Lovan. In Voſſ. *pr. buncque.* Nil muto. vide tamen Varias

[a] ut in Siciliam navibus [1] reportentur. Pollicetur: magiſtriſque imperat
2 navium, ut primo veſpere omnes ſcaphas ad litus adpulſas habeant. Sed tantus fuit omnium terror, ut alii, adeſſe copias Jubae, dicerent, alii, cum legionibus inſtare Varum, jamque ſe pulverem [b] venientium cernere; (quarum rerum nihil omnino acciderat,) alii, claſſem hoſtium celeri-
3 ter advolaturam, ſuſpicarentur. Itaque, perterritis omnibus, ſibi quiſque conſulebat. Qui in claſſe erant, proficiſci properabant. Horum [c] fuga navium onerariarum [d] magiſtros [e] incitabat: pauci [f] lenunculi ad officium
4 imperiumque conveniebant. ſed tanta erat completis litoribus contentio, qui potiſſimum ex magno numero conſcenderent; ut multitudine atque onere nonnulli deprimerentur, reliqui [g] ob timorem propius adire [h] tardarentur.

1 XLIV. Quibus [i] rebus accidit, ut pauci milites, patreſque familiae, qui aut gratia aut miſericordia valerent, aut naves adnare poſſent, recepti in Siciliam incolumes pervenirent. Reliquae copiae, miſſis ad Varum
2 noctu, [2] legatorum numero, centurionibus, [k] ſeſe ei dediderunt. [l] Quorum cohortes militum [m] poſtero die ante oppidum Juba conſpicatus, ſuam eſſe praedicans praedam, magnam partem eorum interfici juſſit: paucos
3 electos in regnum remiſit. Quum Varus ſuam fidem ab eo laedi quereretur, neque reſiſtere auderet; ipſe [n] equo in oppidum vectus, proſequentibus compluribus ſenatoribus, quo in numero erat Ser. Sulpicius, & Licinius Damaſippus; paucis diebus, quae fieri vellet, Uticae conſtituit, atque imperavit: [3] diebus aeque [o] poſt paucis ſe in regnum cum omnibus copiis recepit.

VARIAE LECTIONES.

a Abeſt Pal. Dorv. bene. b Sic MSS. & Edd. Vett. vulgo *venientem* vel *venientum*. c *fugam* V. d *magiſtratus* Pal. e *incitabant* V. f *lembunculi* MS. Ciacc. ſed V. Urſin. & Hotom. ac Comment. ad Val. Max. 1, 5. §. Ext. 1. & Spon. Miſc. Ant. p. 81. g Sic MS. Urſ. & Edd. Scal. ac ſeqq. Reliqui MSS. & Edd. Vett. *hoc timore*. quod non damno. h *tardarent* L. pr. i deeſt L. pr. k *ſe* MSS. 2. & *dederunt*. l *quarum cohortium milites* L. pr. Scal. nec male. *quarum* Dorv. m Sic MSS. non *Juba p. d. a. o.* n deeſt Lov. o vulgo *diebuſque p.*

Varias Lect. l. III. c. 38. Aſinio Pollioni hoc videtur tribuere Appianus l. II. B. Civ. p. 456.

1. REPORTENTUR.] In Leid. pr. exaratur *deportentur*. Vide ad l. v. B. G. c. 23. *Duobus commeatibus exercitum deportare inſtituit.* Hoc tamen loco vulgatum retinere ſatius eſt; quia e Sicilia in Africam hi milites venerant. Vide c. 23. hujus libri. In Leid. ſec. eſt *tranſportarentur*.

2. LEGATORUM NUMERO CENTURIONIBUS] Pro legatis, Legatorum loco, quod cum non intelligerent Librarii in editt. *Rom. Ven. Beroald.* aliiſque nonnullis corrupte legitur *legatis cum centurionibus*. Noſter lib. v. de Bell. Gall. c. XXVII. *Quos Atuatici obſidum numero miſſos apud ſe in ſervitute & catenis tenuiſſent.* Corn. *Nepos* Epam. c. VII, 1. *Erat enim ibi privatus numero militis.* Alia hanc in rem exempla peti poſſunt ex *Joan. Frid. Gronovii* Obſerv. lib. I. c. VI. p. 59. DAVIS. *Legatis cum cent.* eſt etiam in MSS. Bong. Leid. ſec. & Edd. Mediol. Vaſcoſ. Steph. aliiſque. Sed perperam. Plura vide ad lib. VI. c. 6. *hoſtium numero*.

3. DIEBUSQUE] Sic ex MS. Urſini repoſitum: cum Vett. Edd. exhiberent *diebuſque aeque*. Urſiniano libro ſuffragantur Dorvill. & Voſſ. At Reliqui & vetuſtiores mei *diebus aeque poſt p.* Recte. nam reſpicit praecedens *paucis diebus*. Quare τὸ *aeque* revocavi, auctoritate MStorum. Vide etiam ad B. Alex. c. 56. Ceterum multa huic libro deeſſe videntur: de quibus adeas omnino Ciacconium & viros doctos ad l. III. c. 3.

C. JU-

C. JULII CAESARIS COMMENTARIORUM DE BELLO CIVILI

LIBER III.

ARGUMENTUM LIB. III. DE BELLO CIVILI.

Caeſar, rebus urbanis ordinatis, VI. *in Ceraunios trajicit.* VIII. *Salonas,* XI. *Oricum,* XII. *Apolloniam, aliaſque civitates occupat.* XIII. *Pompejus Dyrrhachium ſe recipit.* XVIII. *Bibulus moritur.* XIX. *Colloquia ſaepius iterata de pace, ſemper turbantur.* XXII. *Motus in Urbe ſedatur.* XXIII. *Libo Brundiſinum portum fruſtra aliquamdiu obſidet.* XXVI. *Antonius & Calenus cum ſubſidiis ex Italia advenientes, Caeſari junguntur.* XXXI. *Scipionis in Syria tyrannides,* XXXVI. *atque in Macedonia & Theſſalia res geſtae.* XXXIV. *Pompejus a Caeſare ad Dyrrhachium obſeſſus.* XLIV. *crebrae iſtic, variaque fortuna, velitationes.* LXIII. *Duplici clade affectus Caeſar, ab obſidione exercitum reducit.* LXXVIII. *In Theſſaliam Pompejum elicit.* LXXXV. *Pugnandi facultatem nactus,* XCIII. *Pompejum fundit.* C. *Laelius interea Brundiſinum portum obſidet;* CI. *& Caſſius claſſes Caeſaris in Sicilia incendit.* CIV. *Pompejus in Aegypto ab Achilla & Septimio interficitur.* CVI. *Caeſar Alexandriam uſque eum inſequutus, novo ibi bello intricatur.*

I. DIctatore habente comitia Caeſare, conſules creantur [1] Julius Cae- 1
ſar, & P. Servilius. is enim erat annus, quo per leges [2] ei conſulem
fieri liceret. His rebus confectis, quum fides tota Italia eſſet anguſtior, 2
neque

1. JULIUS CAESAR.] Suſpecta eſt haec vox *Julius* Urſino, quia de ſe loquens auctor ſimpliciter ſcribere ſolet *Caeſar.* unde putat olim fuiſſe *creantur ipſe &*, & a librario ſubſtitutum *Julius Caeſar.* Uncis etiam incluſit Scaliger. Vide, quae dixi ad l. I. B. Civ. c. I. *litteris a Fabio C. Caeſaris redditis.*

2. EI CONSULEM FIERI LICERET] In Dativo dixit auctor l. VI. B. G. c. 35. *quibus licet eſſe fortunatiſſimis.* Sic enim ibi antiquiſſimi Codd. & paſſim optimi quique ſcriptores. Quare Ill. Heinſius opinatur, hic etiam ſcribendum eſſe *Conſuli.* Verum conſtanter MSS. omnes retinent *Conſulem.* quod non auſim de loco movere; niſi ſtatuamus, veteres numquam in accuſativo adhibuiſſe, omniaque loca; in quibus is caſus occurrat, eſſe refingenda, etiam contra veterrimos Codices: qualia ipſe Heinſius ad Ovidii Epiſt. XIV, 64. producit, & nihilominus Dativum reponit, etiam ubi non additur aliud nomen tertii caſus, eumque ſequitur Clariſ. Broukhuſ. ad Propert. II, 7, 96. ubi codices, adhuc cogniti, dant

neque creditae pecuniae ſolverentur, conſtituit, ut arbitri darentur: [1] per [a]
eos fierent aeſtimationes poſſeſſionum, & rerum, quanti quaeque earum
3 ante bellum [2] fuiſſent, atque eae creditoribus tranſderentur. Hoc & ad
[3] timorem novarum tabularum tollendum, minuendumque, qui fere [b] bel-
la & civiles diſſenſiones ſequi conſuevit, & ad debitorum tuendam [c] ex-
4 iſtimationem, eſſe aptiſſimum, [d] exiſtimavit. [e] Item, praetoribus tribuniſ-
que plebis rogationes ad populum ferentibus, nonnullos, ambitus Pom-
peja lege damnatos, illis temporibus, quibus in Urbe praeſidia legionum
Pompejus habuerat, (quae judicia, aliis [f] audientibus judicibus, aliis ſen-
5 tentiam ferentibus, ſingulis diebus erant perfecta,) in integrum reſtituit,
[4] qui ſe [g] illi initio civilis belli obtulerant, ſi [h] ſua opera in bello uti vel-
let;

VARIAE LECTIONES.

a *Ut p.* Lov. *per quos* Ciaccon. b *bellum* MSS. 3. Edd. pp. c *eſtim.* V. d *judicavit* Lov. e *Item-que* Pet. L. pr. *itaque* B. f Ciaccon. fruſtra addit *aliis teſtes aud.* g *odio in otio* Pal. Dorv. *illi odio* B. Leid rec. Edd. pp. *illi in otio* Pet. L. pr. V. & Edd. qdd. h *qua* V. Mox vulgo *perinde*.

Solus ero, quoniam non licet eſſe tuum.
Rectius ergo idem tuetur vulgatum apud Tibull. l. I. El. XI. 43. *liceatque caput candeſcere canis,*
Temporis & priſci facta referre ſenem. quam conſtructionem pluribus adſertam vide in Miſcell. Obſerv. Vol. V. T. I. p. 12. &c. Sine MStorum ope ego mutare non auſim. at ubi illi addicunt, lubentiſſime amplector Dativum; nam a librariis facilius eum in quartum eſſe caſum mutatum, quam contra, quivis Latinae linguae gnarus fateri cogitur. Sic ex Scholiaſte Heinſius & Celeb. Bentlejus emendant Horat. l. I. Serm. IV, 39.
dederim quibus eſſe poetis?
quum in MSS. tamen ſit *poetas*; at contuli antiquum optimae notae Codicem, amiciſſimi Dorvillii beneficio, in quo *i* diſerte inveni ſupraſcriptum. quod facit, ut de emendationis ejus veritate non dubitem. Verum Accuſativum hic non proſcribo; donec aliquis, ut dixi, Codex aliud ſuadeat. Vide, quos laudat Broukh. ad Tibull. Adde ad Lucan. l. III. c. 32. *mihi genero non eſſe licebit.* Val. Max. l. IV, 75. Ext. *cui ſecuro vivere licebat*; quibus locis etiam variant Codd. l. V. c. 154. *ſi tibi incolumem ſtare fas non erat*, in MSS. omnibus. Infra B. Hiſp. c. 22. *ut ei liceret legatum proficiſci.*

1. PER EOS FIERENT AESTIMATIONES POSSESSIONUM] Suetonius in Julio: *decrevit tandem, ut debitores creditoribus ſatisfacerent per aeſtimationem poſſeſſionum, quanti quaſque ante civile bellum comparaſſent, deducta ſumma aeris alieni, ſiquid uſurae nomine numeratum aut perſcriptum fuiſſet.* Deducto eo ait quod uſurae nomine numeratum fuiſſet, aut perſcriptum: nam verſura primo unciaria (ut ex Tacito l. VI. Annalium diſcimus) permiſſa, deinde ad ſemuncias redacta, poſtremo vetita. Miror autem Scaligerum dicere incompertam ſibi unciariam legem, cum praeter Tacitum diſertim ejus meminerit Livius, aliique. Porro addit Dio l. XLI. p. 159. hoc tempore Caeſarem legem tuliſſe, nequis in auro vel argento poſſideret plus quam LX. ſeſtertium. Verba ſunt: Ἐπειδή τε συχνοὶ πολλὰ χρήματά τε ἔχειν καὶ πάντα αὐτὰ ἀποκρύπτειν ἐλέγοντο, ἀπηγόρευσε, μηδένα πλεῖον πεντακισχιλίων καὶ μυρίων δραχμῶν ἐν ἀργυρίῳ ἢ καὶ χρυσίῳ κεκτῆσθαι. Ait Hottomannus nequaquam ſe id intelligere: quod miror, cum diſertim Tacitus ſexto Annalium ſcribat: *Interea magna vis accuſatorum in eos inrupit, qui pecunias foenore auctitabant, adverſum legem dictatoris Caeſaris, qua de modo credendi poſſidendique intra Italiam cavetur; omiſſam olim, quia privato uſui bonum publicum poſtponitur.* D. VOSSIUS.

2. QUAEQUE FUISSENT.] Nomen *quiſque* in ſingulari jungi cum verbo plurali notiſſimum eſt, & vidimus etiam in Caeſare ad l. I, 39. Immo & *quaeque* poteſt eſſe pluralis: quare nihil innovo. Sed Codd. optimi Petav. Lovan. Leid. pr. ſec. Pal. Bong. dant *fuiſſet.* Praefero id quoque. *quiſque* quando plurali jungitur, notat plures ſimul. hic vero ſingulae poſſeſſiones ſeparatim aeſtimabantur, quanti quaeque fuiſſet, & tunc eae tradebantur creditoribus: dein in Petav. Pal. Bong. & Dorvill. cum Edd. primis ſcribitur *ea* in neutro. Pertinet enim tam ad *res*, quam *poſſeſſiones.* Nec raro in talibus amant ſcriptores ſubjungere genus neutrum. Vide ad l. I. B. Civ. c. 7. In Leid. ſec. deeſt pronomen, in Lovan. eſt *ecce.*

3. TIMOREM NOVARUM TABULARUM] Novas tabulas Graeci χρεῶν ἀποκοπὴν vocant. Plutarchus σεισάχθειαν, quaſi *oneris excuſſionem* dicas: quia priori

let; [1] proinde [a] aeſtimans, ac ſi [b] uſus eſſet, quoniam [c] ſui feciſſent po- 6
teſtatem: ſtatuerat enim, [d] hos prius judicio populi debere reſtitui, quam
ſuo beneficio videri receptos; ne aut ingratus in referenda gratia, aut ad-
rogans [2] in praeripiendo populi beneficio videretur.

II. His rebus, & feriis Latinis, [e] comitiiſque omnibus [f] perficiundis XI 1
dies tribuit, Dictaturaque [g] ſe abdicat, & ab Urbe proficiſcitur, Brundi-
ſiumque pervenit. Eo legiones [h] XII, equitatum omnem venire juſſerat. ſed
tantum navium reperit, [3] ut anguſte [i] XV milia legionariorum militum, D 2
equi-

VARIAE LECTIONES.

a *Exiſt.* Pal. b *ejus* L. pr. c *ſuffec.* MSS. & Edd. pp. *bis fec.* Lov. d MSS. plerique *hoc.* e *que* abeſt L. pr. f *perficiendis* MSS. plerique & Edd. qdd. ſed V. ad lib. III. B. G. 6. *perfaciendis* L. pr. g deeſt Lov. *ſeſe* L. pr. h *VII* Ed. Ald. Man. male. *equitatumque* L. pr, i vulgo *XX m. l. m. & DC. tranſportari* Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt.

prioribus debitis ſolvebantur debitores, & novae conficiebantur tabulae. VOSS.

4. QUI SE ETC.] Emendat Ciacconius, (quòd *ſe &c.*) quia ratio redditur quare &c. Sed & (qui *ſe &c.*) in eandem ſententiam accipi poteſt. CLARK. Gruterus e compendio ſcripturae *quoniam* abiiſſe in *qui* conjicit. In Lovan. legas *quas illi*; quaſi fuerit *quia ſe i.* Poſſet & ſcribi *quique ſe illi.* Paullo ante pro *in urbe* ſcribitur in MSS. Brantii, Scalig. Ed. Gryph. *in urbem* ſive contra Urbem. Alii ediderunt *ad Urbem.* Sed male. Intelligit enim annum, quo Pompejus ſolus Conſul ob caedem Clodianam *in Urbe* milites armatos habuit, ut bene exponit Ciacconius, & res eſt notiſſima.

1. PERINDE] Petav. Leid. pr. Lovan. & 4. alii ex meis dant *Proinde.* Quod idcirco non potui non recipere. Nepos in Lyſ. c. 2. *Proinde ac ſi iidem ſolerent* &c. In Alcib. c. 6. *proinde ac ſi ſolus adveniſſet.* Sic enim MSS. quidam, & ibid. *proinde ac ſi alius populus.* Et ita paſſim. Vide Viros doctos, quod laudat Arntzen. ad Aurel. Vict. Ep. XIV. Infra etiam c. 60. *proinde ac ſuis ſatisfacere* in MSS. omnibus, uti & vulgo c. 72. *proinde ac ſi viciſſent.* Variatur etiam in Valer. Max. V, 1, 5. ext. & Apul. l. V. Met. p. 95. ac p. 106. *proinde ut merebantur.* Liv. l. II, 58. III, 44. &c. Adi Cl. Drakenb.

2. IN PRAERIPIENDO POPULI BENEFICIO] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *in praecipiendo populi beneficio*, quod idem valet ac praeoccupando. Scriptor, qui ſub *Daretis* Phrygii nomine circumfertur, c. XXXIII. *Eum continuo Troilus* praecipit *& ſauciat.* *Ovidius* l. III. Triſt. El. III, 14.

Vel praecepiſſet *mors properata fugam.*

Eandem vocem ita interpretatur *Servius* ad *Virgilii* Eclog. III, 98. DAVIS. *Praecipiendo* exhibent etiam MSS. Voſſ. Palat. Bong. Dorvill. a m. pr. Edd. Med. Flor. aliaeque. ſic apud Hirtium l. VIII. c. 51. *Ut vel exſpectatiſſimi triumphi laetitia praecipi poſſet.* Infra c. 31. *pecuniam inſequentis anni praeceperat.* ubi ibidem Vide Davis. & me ad c. 13. Et ita *praecipere animo* h. l. c. 78. *opinione* lib. VII. cap. 9. ubi vide Manut. ac ſaepe paſſimque cum verbo *praeripere* confunditur. Adi not. ad Lucan. l. II, 106. & quae congeſſit Arntzen. ad Aurel. Vict. Illuſt. c. 5. Nihilominus cum vetuſtiſſimis Codicibus *praeripiendo* praefero. Id enim verbum ſimul nimiam in ea re cupiditatem, cujus a ſe ſuſpicionem amoveri volebat Caeſar, oſtendit, ut apud Cicer. pro Ligar. c. 1. *non mediocri cupiditate arripuit imperium.* Adpoſite idem lib. III. de Off. c. 20. *praeripere collegis popularem gratiam* & paſſim. B. Alex. c. 27. *praeripere ſubſequentibus victoriae ſocietatem.*

3. UT ANGUSTE XX. MILLIA LEGIONARIORUM MILITUM ET DC EQUITES TRANSPORTARE POSSENT] In prioribus editionibus, & MSSis omnibus erat *XV milia legionariorum.* Scaliger *XX.* edidit, an ex veteri codice ignarum mihi: illud credo non temere mutaſſe: praeterquam quod hiſtoriae hoc magis congruum videtur. Sed Ciacconio & Urſino aſſentiri nequeo, qui hic reſcribebant VII *legiones:* Profecto audax emendatio illa eſt. Movit eos quod ſcribitur infra cap. 6., *Impoſitis, ut ſupra demonſtratum eſt, legionibus* VII. Verum dicit Caeſar ipſe has copias infrequentiores fuiſſe, quia & Gallicanis bellis, & itinere Hiſpanico, & valetudine in Italia attritae erant. Ita ut facile potuerint VII legiones redigi ad millia XX. Imo dubitari poſſit, an infra, ubi VII legiones nominantur, non praeſtet reponere *quinque:* quia tot legiones a Caeſare tranſductas ajunt Appianus & Plutarchus. Et profecto quinque legiones minus abſint XX millium numero, nam efficiunt millia XXX, ſi plenae ſint: at Caeſar dicit valde infrequentes fuiſſe; atque tunc tertia circiter pars deſiderata fuerit. Sed nolo

temere

equites tranſportare poſſent. Hoc unum, [1] inopia navium, Caeſari [a] ad con-
3 ficiendi belli celeritatem defuit. Atque [b] eae ipſae copiae hoc infrequentio-
res inponuntur, quod multi [2] Gallicis tot bellis defecerant, longumque i-
ter ex Hiſpania magnum numerum [c] deminuerat; & gravis autumnus in
Apulia circumque Brundiſium, ex ſaluberrimis Galliae & Hiſpaniae regio-
nibus, omnem exercitum valetudine tentaverat.

1 III. Pompejus [d] annuum ſpatium ad comparandas copias nactus, quod
vacuum a bello, [e] atque ab hoſte otioſum fuerat, magnam ex Aſia, Cy-
cladibuſque inſulis, Corcyra, Athenis, Ponto, Bithynia, Syria, [f] Cili-
cia, Phoenice, [g] Aegypto claſſem coëgerat, magnam [h] omnibus locis ae-
2 dificandam curaverat: magnam imperatam [i] Aſiae, Syriae, regibuſque
omnibus & dynaſtis, & tetrarchis, & liberis Achaiae populis pecuniam
exegerat, [k] magnam, ſocietates earum provinciarum, quas ipſe [l] obtine-
bat, ſibi [m] numerare, coëgerat.

1 IV. Legiones effecerat civium Romanorum IX; V ex Italia, quas tranſ-
duxerat; unam [3] ex Sicilia veteranam, quam, factam ex duabus, Gemellam
adpellabat; unam ex Creta & Macedonia, ex veteranis militibus, qui [n] di-
miſſi a ſuperioribus imperatoribus, in iis [o] provinciis conſederant; II ex
2 Aſia, [4] quas Lentulus [p] Conſul conſcribendas curaverat. Praeterea ma-
gnum

VARIAE LECTIONES.

a *A. c. b. celeritate* L. pr. b Sic MSS. & Edd. non *eae c. ipſae.* delet *copiae* Ciacc. & abſunt a Lov. rectius, ut *legiones* ſubintelligas. Contra L. pr. repetit *copiae inp.* Voſſ. *quoque inp.* cum Edd. R. V. M. unde forſan ſcribendum *eae ipſae quoque.* c *dim.* MSS. plerique, & Edd. pp. ac mox *valitud.* & ſemper. d *Anni* MSS. 3 & Edd. pp. aliaeque. e *& b.* L. pr. ſed V. ad l. v. c. 33. Mallet Ciacc. tempore *vacuus & otioſus.* f *Sicilia* Leidd. Mox *fenice* L. pr. g Sic MSS. & Edd. pp. vulgo additur *&.* h *in o.* V. *quoque in o.* Edd. pp. Vaſc. Str. Steph. Gr. poſt. & *exaedif.* uti & Carr. i *Aſſyriae* Ed. Gr. margo. *regionibuſque* L. Sec. Dorv. Edd. Ald. Man. Plant. *regibus o.* L. pr. k *magnas* MSS. plerique male. l *obtinuerat* L. pr. m *numerum* B. *numerari* V. n *miſſi* L. pr. o *regionibus* L. pr. p vulgo deeſt *Conſul.*

temere mutare; quia Appianus addit duas poſtea legiones ſuperveniſſe: & a Caeſare aſſumtas. VOSSIUS. Primum e conſenſu omnium MStorum repoſui numerum *XV*, donec liquidius adpareat vera multitudo. Glandorp. ad c. 6. malit *XXV milia.* Dein *legionarium* contracte ſcribitur in Leid. pr. Lovan. & Dorvill. Tum copulam *&* delevi MSS. omnium auctoritate, qui cum Editis ante Scalig. tantum habent *D.* ſeu *quingentos.* Verum MSS. Pet. Leidd. Voſſ. non *equites* habent, at *milites.* Corrupte. Scaliger *DC* reſcripſit cum Appiano & Plutarcho, ex Ciacconii correctione.

1. INOPIA NAVIUM] Suſpicatur Hotomannus nec inmerito, voces has e margine in textum inrepſiſſe. CLARK. Idem cenſent Ciacconius, Scaliger, Gruterus. Ego me hinc non expedio, & majus ulcus latere puto. Nam ſimul queri de inopia navium, & de infrequentia militum abſonum videtur. *Tantum navium* hic, ut *tantum praeſidii* l. VI. c. 35. Et majorem ipſi fuiſſe numerum, quam tranſportare poterat, patet e c. 6. & c. 8.

2. GALLICIS TOT BELLIS] MSS. mei omnes *Galli tot b.* Sed Caeſar loquitur de Romanis militibus legionariis. Adnotatum ad oram libri Fabriciani, H. (forſan Heinſium, niſi ſit nota Lovanienſis Codicis ab eo collati,) legere *Galliae.* Quod non diſplicet. V. ad l. VIII. init. *Rerum Geſtarum Galliae.*

3. EX SICILIA.] At c. 88. *Cilicienſis legio conjuncta cum cohortibus Hiſpanis.* unde Ciacconius hic mallet *Cilicia.* vel illic *Sicilienſis.* verum eam *Cilicienſem* Scipio ſecum adduxit, qui hic non aderat adhuc. Lucan. l. VII, 223.

Agmina quae Cilicum terris deducta tenebat Scipio.

Intelligitur ergo hic legio a Catone ex Sicilia adducta.

4. QUAS LENTULUS CONSCRIBENDAS CURAVERAT] MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.*
hunc

gnum numerum ex Theſſalia, [a] Boeotia, Achaia, [b] Epiroque, ſubplemen-
ti nomine, in legiones diſtribuerat. His [1] Antonianos milites admiſcue-
rat. Praeter has exſpectabat cum Scipione ex Syria legiones II; [2] ſagitta- 3
rios [c] ex Creta, Lacedaemone, [d] Ponto, atque Syria, reliquiſque civita-
tibus, III milia numero, habebat: [e] funditorum [3] cohortes [f] ſexcenarias
II: [4] equitum VII milia: [g] ex quibus [5] DC [h] Gallos Dejotarus adduxerat,
D Ariobarzanes ex Cappadocia: ad eumdem numerum [6] Cotys ex Thra-
cia

VARIAE LECTIONES.

a *Boetia* MSS. ut ſemper. b Pet. L. pr. *Epiroſque. complem.* L. ſec. c deeſt MSS. 4. d *ex P.* MSS. plerique. e *atque etiam f.* Pal. B. L. ſec. Dorv. f vulgo *VI mercenarias*, & mox *Cotus*, *Sadalem.* g deſunt *ex q.* L. pr. h *de Gallis* V. *duo milia* D. B. Pal. Dorv. M. Vaſc. *Gallos* abeſt etiam L. ſec. Ed. Ber.

hunc locum paullo auctiorem exhibent: in iis enim eſt *quas Lentulus* Conſul *conſcribendas curaverat*; nec de nihilo eſt hoc additamentum; nam L. Lentulus A. U. C. DCCV. quo hae legiones ſunt conſcriptae, gerebat conſulatum, ut oſtendit *Dion* l. XLI. p. 152. DAVIES. MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii, & Editt. aliquot Vett. exhibent (*Lentulus* Conſul *conſcribendas.*) Quae fortaſſe verior Lectio. Poterat enim media vox in aliis libris excidere, propter ſimilitudinem initii vocis ſequentis. CLARK. In Lovan. Brant. & Dorvill. ſcribitur *Lentulus Conſul ſcribendas.* ut & habent Edd. Aldi, Gryphii, &c. in ceteris MSS. meis omnibus Edd. Med. Vaſc. Steph. aliiſque *conſul conſcribendas*: quod idcirco audenter repoſui, invito licet Ciacconio; quia eo anno non erat Conſul Lentulus. Sed ſignificat *Lentulus*, *quum conſul erat* i. e. anno ſuperiore.

1. ANTONIANOS.] C. Antonii copias intelligit ad Corcyram opera T. Pulcionis proditas. Vide c. 10., & c. 67. ubi ait auctor *ſupra ſe id demonſtraſſe.* & hodie id nusquam reperitur. Quod indicio eſt, ut obſervant viri docti, qui adeantur, quaedam ex libro ſecundo deeſſe.

2. SAGITTARIOS ETC. III MILIA] Leid. ſec. & Edd. Vaſ. Steph. Str. Gryph. poſt. *Sagittariorum.* Sed male. ſupra lib. II. cap. 18. *Tritici modios CXII milia pollicetur.* ubi etiam perperam quidam volunt *modium*, quae variatio eſt quoque in B. Afric. c. 36. *trititi modium* vel *modia milia ccc.* Plura vide ad Frontin. l. I. c. 6. §. I. ſic ſtatim MSS. & Edd. quaedam *equites* VII *milia.* B. Hiſp. c. 30. *cum l. armatura milibus* VI. c. 41. *vivos* X, V. *milia.* Livius l. XXII. c. 54. *Tot milia pedites equitesque.* l. III. 20, 3. *X. milia coiſſent homines*; ubi V. Duk. atque ita MSS. 4. Leidd.

3. COHORTES VI, MERCENARIAS II.] Ab Aldo & Venetis haec lectio procuſa eſt. Priores Edd. non habent illas voces *mercenarias* II.; uti nec MSS. Palat. Bong. Dorvill. Leid. ſec.: neque etiam habent locum. Si enim diſtinxit eas Caeſar a praecedentibus *funditorum cohortibus*, debuiſſet illis addere vel eas *imperio vel gratia* fuisſe comparatas, ut facit mox. vel ſi *ſex* omnino habuit, debuiſſet inſeruiſſe *in his* vel ſimile. Verum non *ſex*, multo minus *octo funditorum* habuit *cohortes* Pompejus: Sed tantum *duas.* Optime enim Libri Hotomani, Cujac. Scalig. Petav. Lovan. Leid. prim. Voſſ. & Edd. Vaſcoſ. Steph. Str. Gryph. poſterior exhibent *coh. ſexcenarias* II. Ita apud Livium, Curtium, Vegetium, alios, occurrunt *quadragenariae*, *quingenariae cohortes*, in quibus ſunt CD vel D milites. Sic *ſexcenariae*, in quibus ſexcenti ſunt. Hoc ergo compoſito augeantur Lexica. Librarii non ceperunt, quid vellet ſcriptura VI *cenarias.*

4. EQUITUM VII MILIA] Cum non intellexerunt librarii, ut dixi, quid velit vox VI*cenarias*, vacuum locum reliquerunt. Hunc ſuppleverunt alii per vocem *delectorum*, quam hic addunt Edd. primae, item Vaſc. Steph. Str. & Gryph. poſt. in MSS. Sambuci, Bong. Dorv. Leid. ſec. eſt *& delectorum e.* In Palat. *& elect.* Verum non *delectos* nominat, ſed totum recenſet numerum auctor. Retinui autem *equitum*: quia hic ita ſcribunt MSS. & Edd. pp. praeter Voſſianum tamen, qui habet *equites* cum Edd. Ald. Venet. Man. Gryph. pr. Plant. Scalig. Cellar. & aliis. Bene, ſi modo ab optimis MSS. confirmaretur, ut paullo ante diximus.

5. DC. GALLOS DEJOTARUS ADDUXERAT] Galatas ſeu Gallograecos intelligit, quibus praeerat Dejotarus. Eorum regionem Γαλατίαν τὴν ἑῴαν vocat *Appianus* l. II. B. C. p. 458. & incolas Γαλάτας τοὺς ἑῴους p. 472. Δηιόταρος μὲν, inquit, τετράρχης Γαλατῶν τῶν ἑῴων, Ἀριοβαρζάνης δὲ, Καππαδόκων βασιλεὺς, quem noſter Ariobarzanem nominat. DAVIS. De Ariobarzane adi Urſin. & Ill. Spanhem. T. I. Praeſt. Num. pag. 476.

6. COTUS.] Ita vulgo hoc nomen efferunt, quaſi haberet in Genitivo *Coti.* Immo eam terminationem propugnat Davis. ad c. 36. *equitatus regis Coti.* Verum illic eſſe ſcribendum *Cotyis* vel

cia dederat, & Sadalam filium miſerat. Ex Macedonia cc [a] erant, [1] quibus Rhaſcypolis praeerat, excellenti virtute. D ex [b] Gabinianis Alexandria, Gallos Germanoſque, quos ibi [2] A. Gabinius praeſidii cauſſa apud regem Ptolemaeum reliquerat, Pompejus filius cum claſſe adduxerat: DCCC, [c] quos [3] ex ſervis ſuis, paſtorumque ſuorum coëgerat: [4] CCC [d] Tarcondarius Caſtor, & Donilaus ex Gallograecia dederant. horum alter una venerat, alter filium miſerat. CC ex Syria a [e] Comageno Antiocho, cui magna

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt L. pr. b *Gal.* Sc. *Galienianis* L. pr. *Alexandriae* Lov. Dorv. c deeſt Sc. V. & Pet. nec male, ſi non melius. Ego certe praefero. *CCCC* Baſ. Ed. d vulgo *Tarcund.* dein MSS. qdd. & Edd. *Domnil. Donnil.* e *Commag.* MSS. In Nom. & *miſerat* Carr.

vel *Cotys* videbimus ex MSS. integerrimis. Hic ergo repoſui *Cotys.* quamquam *u* Manutius & Ciaccon. retinere videantur antique pro *y*, ut in *Sulla*, *Suria*, *clupeus*, *inclutus* & alia. At in barbara voce id factum vix credo; licet fatear, MSS. plerumque retinere *us*, & in Genitivo *i.* Vide Cl. Duk. ad Flor. l. IV, 2. 5. ac VV. DD. ad Val. Max. l. III, 7 Ext. 7. Liv. l. I. c. 31. & me ad Lucan. l. V, 54. *Tunc Sadalem, fortemque Cotyn,* ubi multi MSS. *Sadalam* vel *Sadalan.* Hic autem omnes Codd. & Edd. pp. *Saſalam.* Ciacconius primus *Sadalem* e Lucano reſtituit, quod illic olim praetuli. Nunc malim ex Codd. auctoritate *Sadalam* cum N. Heinſio. Quia inveni apud Plutarch. in vita Anton. p. 944. Κομμαγήνης δὲ Μιθριδάτης, Ἀδάλλας ϗ Θρᾴκης: quo loco non dubitandum eſt, quin legi debeat Σάδαλας. Dio ſaepius meminit, ſed ſemper in Genitivo Σαδάλȣ: unde manet terminatio Nominativi apud eum incerta.

1. QUIBUS RASCIPOLIS PRAEERAT] Ita & Lucanus. Vellejus non multum recedens *Raſcupolin* vocat. Dio Ρασκύποριν. Tacitus *Rheſcuporin.* VOSSIUS. *Rhaſcypolis*, ut in Lucano, ita hic quoque edidi: quia MSS. omnino omnes conſentiunt in littera *l* licet cuncti nummi *r* oſtentent. Sic *Latialis* & *Latiaris.* adi ad Lucan. l. I, 198. *Palilia & Parilia.* V. Cl. Burman. ad Suet. Calig. c. 16. Ἄζιλις & Ἄζιρις, in Libya. Conſule Comm. ad Callim. Apoll. 89. Quamquam *Rhaſcyporis* vel *Rheſcyporis* multis viris doctis verius videtur. Vide quae congeſſi ad poetam l. V. vſ. 55. & in Add. Nec non Cl. Weſſeling. in Chron. Simſ. p. 1595. Spanh. de Praeſt. Num. T. I. p. 126. Vaillant. Hiſt. Achaem. p. 281. &c. In Sueton. Tiber. c. 37. MStis eſt *Thraſcupolim.* ubi adi Cel. Burm.

2. A. GABINIUS PRAESIDII CAUSSA APUD REGEM PTOLEMAEUM RELIQUERAT] *Ptolemaeum* enim in Regnum Aegypti reduxerat Gabinius, ejecto Archelao, quem ſibi regem adſciverant, ut docet Epitome *Liviana* l. CV. Rem totam fuſe narrat *Dion* l. XXXIX. p. 116. ſeq. DAVIS.

3. EX SERVIS SUIS PASTORUMQUE SUORUM COEGERAT.] Suſpicantur Viri Docti, mendum latere; legendumque, (*ex ſervis paſtoribuſque ſuis*,) vel aliquid ſimile. Sic enim alibi Caeſar, *ſervos paſtoreſque* ſimul memorare ſolet. Fieri etiam poteſt, ut aliquod vocabulum (ut, *numero*, aut ſimile aliquid) exciderit; (*Ex ſervis ſuis, paſtorumque ſuorum* **, *coëgerat.*) CLARK. *Servis paſtoribus ſuis* legit Ciaccon. Sed acutius Lipſius in Anal. ad l. I. de Mil. Rom. D. II. *ex ſervitiis, paſtoribusque ſuorum.* Nam *ſervi paſtoresque* jungit cum aliis ſaepius auctor, ut l. I. cap. 24. Et *paſtores* fuiſſe *ſervos* nemo dubitat. vel ergo per *paſtores* hic intelligere debet *pecoris magiſtros*, quibus miniſtrabant viliores ſervi paſtores: vel locus eſt corruptus. In Leid. pr. eſt *ſuarum.* Abeſt id pronomen a Dorvill. Codd. Quid ſi ſimpliciter *numero* reſtituamus pro *ſuorum.* Sed id audax nimium. Perperam autem Ciacconius ex loco l. I. c. 24. ubi dicitur Pompejus e ſervis & paſtoribus congeſſiſſe & effeciſſe *CCC* equites, hic *CCC* reponere, vel ibi *DCCC* reſcribere tentat. Illic de patre, hic de filio loquitur Caeſar.

4. CCC TARCUNDARIUS CASTOR ET DONILAUS EX GALLOGRAECIA DEDERANT.] Edit. Rom. pro (*CCC*,) habet (*Tantundem.*) In MS. Reg. pro, (*dederant*,) ſcriptum eſt, (*Tantundem.*) Unde fortaſſe legendum; (*CCC Tarcundarius Caſtor, & Donilaus ex Gallograecia* tantumdem, *dederant.*) CLARK. In Edd. Rom. Ven. & Mediol. eſt *coeg. Tarc. C. & D. ex G. tantundemd.* at in MSS. Lovan. Dorv. Leid. ſec. *coeg. ccc Tarc. C. & D. ex Gallograecia* (*Gallograecis* Dorv.) *tantundem.* Sed meliores non variant, niſi quod MSS. tantum non omnes ſcribant *Tarcondarius C.* ut cum Edd. quibusdam repoſui. Hic tamen idem non eſt, qui *Tarcondimotus* aliis vocatur. Ille enim regulus Ciliciae erat. Niſi disjungamus *Tarcondimotus, Caſtor* &c. Vide ad Flor. l. IV, 2. & Lucan. l. IX, 219. in Add. Verum recte ſe habere *Tar-*

gna praemia Pompejus tribuit, miſſi erant. [1] in his plerique hippotoxotae.
[a] Huc Dardanos, Beſſos, partim mercenarios, partim imperio aut gra- 6
tia comparatos, item [b] Macedonas, Theſſalos, [c] ac reliquarum gentium
& civitatum adjecerat; atque eum, quem ſupra demonſtravimus, nume-
rum expleverat.

V. Frumenti vim maximam ex Theſſalia, Aſia, Aegypto, Creta, Cy- 1
renis, reliquiſque regionibus comparaverat. hiemare [2] Dyrrachii, Apollo- 2
niae, omnibuſque oppidis maritimis conſtituerat, ut mare Caeſarem tranſ-
ire prohiberet; [d] ejusque rei cauſſa [e] omni ora maritima claſſem diſpoſue-
rat. Praeerat Aegyptiis navibus Pompejus filius; Aſiaticis [f] D. Laelius, 3
& C. Triarius; Syriacis C. Caſſius; Rhodiis [g] C. Marcellus cum C. [h] Co-
ponio; Liburnicae atque [i] Achaicae claſſi [k] Scribonius Libo, & M. Octa-
vius. Toti tamen [3] officio maritimo M. Bibulus praepoſitus cuncta admi- 4
niſtrabat: ad hunc ſumma imperii reſpiciebat.

VI. Caeſar, ut Brundiſium [l] venit, concionatus apud milites, *quoniam* 1
prope [m] *ad finem laborum ac periculorum eſſet perventum*, *aequo* [n] *animo*
mancipia atque inpedimenta in Italia relinquerent; *ipſi expediti naves*
conſcenderent, *quo major numerus militum poſſet inponi*; *omniaque ex*
victoria, & [o] *ex ſua liberalitate ſperarent*; conclamantibus [p] omnibus, 2
imperaret, *quod vellet*, *quodcumque imperaviſſet*, *ſe aequo animo* [q] *eſſe*
facturos; [r] pridie Nonas Januarias naves [s] ſolvit, [4] inpoſitis, ut ſupra de-
monſtra-

VARIAE LECTIONES.

a *Etiam* B. L. ſec. *Haec etiam* Edd. Ven. Ber. *atque B.* eaedem *Beſſosque* Glar. Edd. Vaſc. St. Gr. p. b *Macedones* MS. plerique & Edd. pp. c Sic MSS. meliores. Al. *atque*. vulgo *&*. d Sic MSS. o. & Edd. Vett. pleraeque. *ejus r.* vulgo. *eique* V. e deeſt B. L. ſec. *o. in o.* Edd. quaedd. *marituma* Scal. f *Decius* male Edd. quaedd. *D. Labelius* MSS. 3. g *M.* Dorv. h Sic Urſ. Ciacc. Sc. & ſeqq. Recte. MSS. & Edd. Vett. *Pomponio* vel *Pompejo*, inepte. V.c. 26. i *Atthicae* L. ſec. Dorv. k Ridicule *Trib.* vel *Treb.* MSS. quidam & Edd. pp. *M.* deeſt Edd. pp. l *perv.* L. pr. m deeſt L. pr. n *ut a.* Carr. L. ſec. Dorvill. Edd. pp. o Exſulat L. pr. ſed V. ad lib. III, 1. B. G. p *cunctis* Lov. q deeſt L. pr. Lov. bene. r abeſt Sc. & Edd. quibuſdam. Reliqui MSS. II *Non.* s *ſolvunt* Pet. L. pr. Sc.

Tarcondarius Caſtor e ſequentibus docemur, unde liquet de duobus tantum, non tribus hic loqui auctorem, uti & e Strabone, l. XII. p. 568. Ed. Par. τὸ τοῦ Κάστορος βασίλειον τοῦ Σαωκονδαρίου generi nempe Dejotari, qui *Tarcondarius* vel *Saocondarius Caſtor* filium habuit Caſtora, Dejotari nepotem; de quo apud Ciceronem pro Dejotaro, aliosque videri poteſt.

1. In his plerique Hippotoxotae] Poſt ultimam vocem in ed. *Veneta* additur *id eſt*, *equeſtres ſagittarii*, quae gloſſa eſt, primum margini adſcripta, dein, ut fieri ſolet, in orationis contextum illata; ἱπποτοξότης enim vocabulum eſt Graecum, quod *ſagittarium equitem* ſignificat, prout Latine reddidit *Curtius* l. V. c. IV, 14. Eo utitur & *Hirtius* Afric. c. XIX. DAVIS.

2. Dyrrachii, Apolloniae] *Dyrrachium* eſt in Petav. & Leid. pr. In ceteris MSS. cunctis & Edd. primis exaratur *Dyrrachio*, *Apollonia*. Vide omnino ad l. VII, 32. *Avarico commoratus*.

3. Officio maritimo M. Bibulus praepositus] Corrupta ſunt *Appiani* exemplaria p. 459. A. ubi ſic legitur καὶ ἐπ' αὐτοῖς (ναυάρχοις) Μάρκος Βυβῖνος. Reſcribendum Μάρκος Βίβυλος, ut recte hunc noſtrum vocat *Dion* lib. XLI. pag. 174. DAVIS. Appiani locum jam emendavit J. Rutgerſius, Var. Lect. l. VI. c. 14.

4. Impositis —— legionibus VII. Postridie terram attigit Cerauniorum] In MS. *Norvic.* legitur *impoſitae* —— *legiones* VII. eandemque lectionem in optimo Codice reperit *Pet. Victorius*, ut ait Var. Lect. lib. XIII. cap. I. ubi etiam mendum e *Caeſare* foediſſimum ſuſtulit: cum enim in aliis Codd. legeretur *terram attigit Germaniorum*, vel *Germanorum*, in aliis *Graecorum*, vir ille doctiſſimus egregie repoſuit *Cerauniorum*;

monſtratum eſt, legionibus VII. [a] Poſtridie [1] terram adtigit Cerauniorum.
4 [2] Saxa inter & alia loca periculoſa quietam nactus ſtationem, & portus omnes [b] timens, [3] quos teneri ab adverſariis [c] arbitrabatur, [4] ad eum locum, qui [d] adpellatur Pharſalia, omnibus navibus ad unam incolumibus, milites [e] expoſuit.

VARIAE LECTIONES. VII.

a *Pridie* Cuj. *poſtpridie* L. pr. Sc. V. Dorv. dein *attingit* Edd. qdd. b *timentes* L. pr. c *arbitrabantur* L. pr. Pet. d *adpellabatur* Pet. L. pr. & vulgo *Pharſalus.* e *exponit* Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt.

niorum; nec tamen, niſi fallor, locum perpurgavit; nam mihi etiamnum ab interpunctione videtur laborare. Reſcribo *terram attigit: Cerauniorum ſaxa* &c. Mirum in modum firmat *Appianus* l. II. B. C. p. 461. Ὑπὸ δὲ χειμῶνος, inquit, εἰς τὰ ΚΕΡΑΎΝΙΑ ὌΡΗ πελαγχθείς. Sic & *Dion* l. XLI. pag. 174. DAVIS. Cum his MSS. in *impoſitae legiones* conſentiunt MSS. Reg. & Voſſ. CLARK. In Nominativo non male quoque exhibent Leid. pr. Scalig. Haec omnia, usque ad *poſtridie*, Gloſſam eſſe exiſtimat Ald. Manutius. pro *VII* ad c. ſec. Voſſius reponit *V.* dein *Germiniorum* MS. Cuj. Brant. Scalig. Leid. pr. Lovan. *Germaniorum* MS. Urſ. Petav. & Voſſ. Reliqui cum Edd. Vett. *Graecorum* corruptiſſime.

1. TERRAM ATTIGIT &c.] Variis modis interpungi poteſt hic locus, ſententiâ non malâ. Scribi enim poteſt, vel (—*Terram attigit: Cerauniorum ſaxa inter &c.*) vel (— *Terram attigit Cerauniorum: Saxa inter &c.*) Vel denique, (—*Terram attigit Cerauniorum, ſaxa inter* — *nactus ſtationem: Et portus &c.*) Prior eſt Daviſii; proxima Scaligeri & plurimorum; poſtrema, Jo. Goduini. CLARK.

2. SAXA INTER ET ALIA LOCA PERICULOSA] Quatuor voces ultimas expungit *Janus Rutgerſius* Var. Lect. l. IV. c. V. eas ex Gloſſemate natas arbitratus: cum enim imperitus quidam ad oram libri ſui ſcripſerat *Italiae loca periculoſa*, ea verba alius in textum recepit, *& alia* loco *Italiae* ſubſtituit. Sed quaeſiverim, unde factum, ut Librarii *Italiae loca periculoſa* orae Codicum adſcriberent; montes enim Ceraunii, ut notum eſt, in Epiro ſunt ſiti. Eam igitur conjecturam rejicio, praeſertim cum *alia loca periculoſa* poſſint eſſe Syrtes & brevia. Vide *Virgilium* Aen. I, 115. DAVIS.

3. QUOS TENERI] Nil muto. Sed vetuſtiſſimi Codices Cujac. Petav. Leid. pr. item Victor. & Brantii habent *quod.* i. e. quia eos arbitrabatur teneri ab adverſariis. Res eodem redit.

4. AD EUM LOCUM, QUI APPELLATUR PHARSALUS] Profecto etſi ita habent omnes MSSi, quibus uſi ſumus, tamen vix crediderim ſanum eſſe locum: cum Pharſali prope Ceraunios montes nullus meminerit. Ex Lucano remedium loco huic peti oportebat, ſed in eo legimus haec verba:

—— —— *atque aequora claſſem*
Curva ſequi, quae jam vento fluxuque ſecundo
Lapſa Palaeſtinas uncis confixit arenas.

Sed & hic locus viris magnis ſuſpicionem movit. Verum etſi fuerint, qui in Epiro locum fuiſſe dicant, cui Palaeſte nomen fuerit, vix tamen perſuaſerint mihi. Addunt, neſcio quae, de columbis ex Palaeſtina in Epirum tranſgreſſis, ac Dodonaeo oraculo, & alia multa, quae referre ſuperſedeo, quia frivola videntur. Hugo Grotius ſaeculorum omnium Phoenix, ingenioſiſſime emendabat *Apameſtinas;* quae urbs ſita eſt in prominente parte Italiae: & ni fallor ſtatuit huc Caeſarem tempeſtate rejectum, inde in Epirum perveniſſe. Ego etſi decebat acquieſcere tanti viri autoritate, curâ tamen humani ingenii, cui ſaepe ipſa veritas in dubium devocatur, rimando inquirebam, an nihil reperirem, quod pro vulgata Lucani lectione faceret. Nec tamen occurrit quidquam, niſi dicamus *Palaeſtinas arenas* Lucano ipſam Epiron vocari, ab urbe cui nomen *Phoenice:* memorat eam Polybius Liviuſque, & in Chaonia ſita eſt. Nam quod de Palaeſte urbe ad Lucanum, alii diſſerunt, ut dixi, nec aſſe emerim. Marſus tamen in Caeſaris codice, Chalcide Euboeae a ſe emto, affirmat ſe legiſſe *Palaeſte*, eo loco, quo in vulgatis eſt *Pharſalus.* Verene an falſo ille optime ſcivit: hoc ego adfirmare auſim, ſi fuit ea ſcriptura in codice Caeſariano, non ab alio profectam eſſe, quam qui Lucanum cum Caeſare contulit, & inde poſtea in contextum id nomen irrepſit. Cauſa autem, cur de illo *Apameſtinas* dubitem, eſt, quod nullus autorum dicat Caeſarem in Italiam tempeſtate rejectum. Caeſaris vero hunc locum quod attinet neſcio quid de eo dicturus ſim. In MSSis pleriſque lego *Pharſalia.* VOSSIUS. MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven.* habent *Pharſalia*, *Beroald. Paleſtina.* Sic *Lucanus* l. V, 460. ubi de claſſe Caeſaris

Lapſa Palaeſtinas *uncis confixit arenas.*

Paullus Marſus teſtatur ſe in MS. Chalcidenſi

repe-

VII. [1] Erat Orici Lucretius [a] Veſpillo, & Minucius Rufus cum Aſiati- 1
cis navibus XIIX: quibus juſſu D. Laelii praeerant; M. Bibulus cum navi-
bus [b] ex Corcyrae. [2] Sed neque ii, ſibi confiſi, ex portu prodire ſunt auſi; 2
quum Caeſar omnino [c] XII naves longas praeſidio duxiſſet; in quibus e-
rant [3] conſtratae IV: [d] Neque Bibulus, inpeditis navibus, diſperſisque re- 3
migibus, ſatis mature occurrit: quod prius ad continentem viſus eſt Cae-
ſar, quam de ejus adventu fama omnino in [e] eas regiones perferretur. 1
VIII. Expoſitis militibus, naves eadem nocte Brundiſium a Caeſare re-
mittuntur; ut reliquae legiones, equitatuſque tranſportari [f] poſſent. Huic 2
officio praepoſitus erat [4] Fufius Kalenus legatus, qui celeritatem in tranſ-
por-

VARIAE LECTIONES.

a *Biſpillo* MSS. plerique & meliores. *Hiſpillo* alii vel *Hiſpilo* cum Edd. pp. ſed vide Comment. & nummos. b *ex Corcyra* V. c *XV* Ed. Flor. d vulgo deeſt *Neque.* e *ejus* L. pr. Dorv. *proferr.* V. f *poſſet* Lov. Dorv.

reperiſſe *qui appellatur Palaeſte.* Si de *Marſi* fide conſtaret, quin ea lectio eſſet recipienda, nullus dubitarem. DAVIS. Ex Lucani loco *Paleſte* quoque corrigit Glandorpius, & Marſi fide id in textum recepit Cellarius. Vide quae ſuper hoc loco commentatus ſum ad Lucanum. Interim reſtitui antiquam lectionem, *Pharſalia* a MSS. omnibus, quantum ſcio, confirmatam, praeter unicum, quem laudat Marſus. Eamque etiam Vaſcoſ. Steph. & alii retinuerunt. Ab Aldo eſt *Pharſalus.*

1. ERAT] Quamvis Lectionem hanc ferat aliàs linguae Latinae ratio, at non tamen (ut opinor) hoc in loco; propter vocem ſequentem, *praeerant.* Emenda igitur (*erant*) CLARK. Clarkii conjecturam vehementer confirmat Leid. pr. qui dat *erant.* contra *praeerat* eſt in MSS. & Edd. Vett. quaſi hoc ad ſolum pertineret Rufum. Sed contrarium patet e ſequentibus, & mutatum hoc ob prius ſingulare *erat.* Vide ad l. 1. B. Civ. c. 2. *Intercedit Antonius & Caſſius, Tribuni plebis.*

2. SED NEQUE II SIBI CONFISI] Sic recte eſt: in Petaviano erat *ſed neque quatuor ſibi.* Ortus error ex lineis: nam quia primo ſcriptum fuit *ii*, mutatum eſt in IIII. quomodo manifeſte in Cujacio & v. c. noſtro legitur: ſimilis error infra erat, ubi nunc legitur *in quibus erant conſtratae* IV. nam imperitia librarii ex IIII factum erat *illae*, & legebatur in manuſcr. Cujac. *conſtratae illae.* In Petaviano, Palatino, & Bongarſiano propius ad veterem ſcripturam, ſed non minus corrupte *conſtructae illi.* At poſtea eo uſque locus iſte degeneraverat, ut niſi opem codices tuliſſent, deſperatus futurus fuerit; nam *ille* in *ipſe* mutatum erat: quod notare viſum, ut cauſſam videamus, cur ſaepe corrupti ſint codices. VOSSIUS. Si ſibi confiderent, e portu prodire auſi fuiſſent; quare vel *neque* ad utrumque pertinet, vel deeſt *non* aut ſimile quid. Kohlius in Comment. Criticis p. 43. legit *parum ſibi c.* MSS. Sam. Bong. Leid. ſec. & Edd. primae *ſed nequaquam hi ſibi conf.* Leid. pr. & Voſſ. cum Scalig. *Sed neque* IIII *ſibi* c. an fuit *ſed neque ii, non ſibi confiſi?* an potius, ut dixi, *non* ἀπὸ κοινοῦ repetendum? Vide ad Lucan. lib. III. v. 373.

3. CONSTRATAE IV. BIBULUS] Corruptus eſt locus. Editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *in quibus erat etiam ipſe: illi neque Bibulus.* MS. *Norvic. in quibus erant conſtructae: illi neque Bibulus.* Loco *conſtructae* in aliis Codd. eſt *conſtratae.* Legendum *in quibus erant conſtratae* IIII. *neque Bibulus.* Librariorum imperitia nota numeralis IIII facta eſt *illi.* In vulgata autem lectione particulam negantem deeſſe certo eſt certius, ſi enim *prius ad continentem viſus eſt Caeſar, quam de ejus adventu fama in eas regiones perferretur*, quomodo fieri poteſt, ut illi Bibulus *ſatis mature* occurrerit. DAVIS. *Erat etiam ipſe illi neque B.* eſt etiam in MSS. Palat. Bong. Leid. ſec. Dorvill. & Edd. primis, at Vaſc. Steph. Str. &c. *erat etiam ipſe neque illi B.* Ald. Ven. Man. Gryph. *erat & ipſe; neque B.* Sed Urſin. Petav. Scal. Leid. pr. Voſſ. *erant conſtructae illi* (*ille* L. pr.) *neque B.* In Cujac. eſt *conſtructae illae neque B.* In Lovan. *erant illa neque B.* Unde patet veriſſime emendatum eſſe a Viris doctis *erant conſtratae* IIII. *Neque B.* quod merito in textum recepit Clarkius: *Neque* revocavit quoque Kohlius: idque tantum e recentioribus Edd. excidiſſe, e variis lectionibus videmus.

4. FUFIUS] Ita cum Viris Doctis reſcripſi, ſuffragantibus MS. Urſ. Scalig. Palat. Voſſ. Dorv.

 In

portandis legionibus adhiberet. Sed ſerius a terra [a] provectae naves, ne-
3 que uſae nocturna aura, in redeundo obſenderunt. Bibulus enim, Corcy-
rae certior factus de adventu Caeſaris, ſperans, [b] alicui ſe parti onuſta-
rum navium occurrere poſſe, [c] inanibus occurrit; & nactus circiter xxx,
[1] in eas indiligentiae ſuae ac doloris [2] iracundiâ erupit, omneſque incen-
dit: eodemque igne nautas dominoſque navium [d] interfecit, magnitudine
4 poenae reliquos [e] deterrere ſperans. Hoc confecto negotio, a [f] Salonis ad
Orici portum [g] ſtationes, litoraque omnia longe lateque claſſibus occupa-
vit: cuſtodiiſque diligentius [h] diſpoſitis, ipſe graviſſima hieme in [i] navi-
bus

VARIAE LECTIONES.

a *Prof.* L. pr. Adi ad l. v, 7. b Sic MSS. non *ſe al.* c *navibus* MSS. 3. Edd. qdd. V. Freinsh. ad Curt. IV, 5, 18. d *interficit* Sc. B. L. ſec. Edd. pp. aliaeque. e *deterreri* Sc. Ed. Steph. *terreri* L. pr. f *Saſonis* Cuj. L. pr. Lov. Sc. male. V. Ciaccon. & C. ſeq. dein non melius *Corici* Sc. Cuj. Pet. V. *Corcyri* L. pr. ferri poſſet *atque O. portu.* g *& ſt.* Pet. Lov. h *exp.* Lov. i *navi* MSS. 4.

In Bong. & Leid. ſec. eſt *Rufus*. Reliqui *Fuſius* & omnes *Cal.* Vide ad l. I. B. Civ. in fine.

1. IN EAS INDILIGENTIAE SUAE] Odi ſane illam libidinem emendandi, qua multi aeſtuant, & ſaepius optimos nobis autores corrumpunt. Id huic loco accidit; nam Janus Rutgerſius, vir alioqui doctus, l. IV. Var. Lect. c. v. haec verba depravata eſſe non dubitans emendat *bili gentis ſuae.* Illam vocem *indiligentiae* a viris doctis profectam ait. Imo in v. c. diſertim ea legitur; & ex more Caeſaris, qui ſimiliter alibi *inſcientia* dixit. Ipſeque locus evincit ita legendum eſſe; nam paullo poſt ait Caeſar, *cuſtodiiſque diligentius diſpoſitis.* Nam quod ille ait Calpurniam gentem, ex qua erat Bibulus, iracundam fuiſſe, & multis id exemplis probatum eat, etiam ex loco quodam Caeſaris, eſto illud: at quam valide illud probat hic ſcriptum fuiſſe *bili gentis ſuae.* Ego ſane vulgatam lectionem mordicus retineo. VOSSIUS. *Indiligentiae* e ſuo Cod. reſtituit Urſinus & ante Scaligerum edidit R. Steph. Recte omnino. Adi Brant. & Davis. ad B. Alex. c. 65. *Indiligentia Tribunorum.* Ita & l. VII, 71. *indiligentiores.* l. II. B. G. c. 33. *Indiligentius.* vide & lib. III. c. 61. Reliqui MSS. & Edd. *diligentiae*, unde Gruterus conjiciebat *liventiae* vel *licentiae.* Neutrum placet. Ceterum Ciacconius mox legi poſſe cenſet *dolor ac iracundia.* ſic *Indignatio civitatis erupit*, Val. Max. l. VI, 311. Verum quo tum pertinebit Nominativus *nactus*? *Iracundia* eſt ablativus. *Erumpere* vel *inrumpere* (quae crebro mutantur. Vide ad l. v, 44.) *in naves* eſt de inproviſo *eas invadere.* Adi notata ad Luc. l. III, 600. ubi vulgo legitur *in ſociam erumpere puppim.* Sed male pro *erepere*; ut alibi multis monuimus. Non diſplicet tamen Faerni & Hotomani emendatio *iracundiam.* Quam optime Daviſius poſt Gronovium illuſtrat. Adde Caſaub. ad Apol. Apuleji, Broukhuſ. ad Tibulli Paneg. in Meſſ. 86. *erumpat terrae liquores*; & Miſc. Obſ. V. 5. T. I. ad illa Aviani *vocem erupiſſe querelis.* Nam minus admittenda hic eſt Hotomani conjectura *iracundiam exſpuit.* Aliquid vitii latere, ſuſpiceris quoque e Lovan. Codicis ſcriptura *ſuae hoc d. iracundiae erupit.*

2. IRACUNDIA ER.] Lege, prout Faernus olim juſſit, *iracundiam erupit.* *Cicero ad* Attic. l. XVI. Ep. 3. *Ne in me* ſtomachum erumpant, *cum ſint tibi irati.* *Livius* XXXVI, 7. *Ut* erumpere *diu coercitam* iram *in hoſtes poſſit.* Ubi vide *J. F. Gronovium.* Elegantiſſima locutio a Librariis eſt corrupta, quod eam non intellexerint. DAVIS. *Cur. ſec.*

3. EXCUBABAT] Notari meretur, in MSS. omnibus meis, ſi Voſſianum excipias, ſcribi *excubans.* An pro *excubavit*? V. ad l. III. B. Civ. c. 63. An potius latet aliquid, quod ſeq. corruptae periodo medicinam facere poſſit?

NEQUE SUBSIDIUM EXSPECTANS, SI IN CAESARIS COMPLEXUM VENIRE POSSET. SED POST DISCESSUM LIBURNARUM] Locus & aliis, & mihi corruptus, adeoque deſperatus. Scaliger tamen, quod pace ejus dixerim, magis etiam, quam ante erat, depravatum exhibuit. Nam pro *conſpectum*, quomodo codices editi habent, & in Bongarſiano eſt, edidit *complexum.* Ciacconius & Urſinus ita hunc locum reſtituebant; *ne quod ſubſidium exſpectabat Caeſar inconſpectum venire poſſet.* Ut *inconſpectum* una voce notet ἀόρατον, ſive *inviſum.* Mihi emendatio illa diſplicet: nam illud *neque* mutandum non arbitror; quia eadem vox paullo ante ponitur, & oſtendit hanc requiri. Cogitabam, an ſcribi poſſet; *neque proelium detrectans, ſi in Caeſaris conſpectum venire poſſet.* Fateor audacem eſſe conjecturam: ſed tales ſaepe deſperatio poſcit: tamen ne uſque adeo temere

mutaſſe

bus [3] excubabat, neque ullum laborem aut [a] munus deſpiciens, [4] neque ſubſidium exſpectans, ſi in Caeſaris complexum venire [1] poſſet.

IX. [b] Diſceſſu Liburnarum, ex [c] Illyrico M. Octavius cum iis, quas 1
habebat, navibus Salonas pervenit: [d] Ibi concitatis [e] Dalmatis, reliquiſ- 2
que barbaris, [f] Iſſam a Caeſaris amicitia avertit: [2] conventum Salonis quum neque

VARIAE LECTIONES.

a *Onus* MS. Reg. b vulgo *ſed poſt diſceſſum.* c *Illyria* V. d Sic Pet. L. pr. *Ubi* V. vulgo *ibique* e *Dalmatiis* MSS. 2. *Delm.* Urſin. & *aliiſque* Lov. Dorv. f *Hiſſam* MSS. plerique & Edd. Vett.

mutaſſe videar, addo ſcriptum primo, quantum arbitror, fuiſſe, *praeſidium*, illud depravatum ex *praelium:* at *detrectans*, potuit mutari in *exſpectans*. Si cui melius quid in mentem venerit, libens amplectar. Illud addo, non dubitare me, quin poſtrema verba, *venire poſſet. Sed poſt diſceſſum Liburnicarum.* ita ſcribenda ſint, *venire poſſet. Diſceſſu Liburnicarum.* Certum eſt illa *Sed poſt*, facta ex tranſpoſitione vocis *poſſet:* nam omnes codices, in quibus eſt *Sed poſt*, non habent vocem *poſſet.* Contra in quibus eſt *poſſet*, in iis deſiderantur illa *Sed poſt.* Atque ita ut reſcripſi, etiam in Cujaciano codice (& MS. *Norvic.*) legitur. VOSSIUS. Codd. nihil mutant, niſi quod in nonnullis legatur *in Caeſaris conſpectum veniret.* Ulcus eſt in verbis, cui medicinam invenire nequeo, niſi forte ſit reponendum *ne qua ſubſidium exſpectatum in Caeſaris complexum venire poſſet.* Bibulus ex iis, quae ceperat, navigiis intellexit Caeſarem aliud ſubſidium exſpectare, ejus intercipiendi cauſſa dies noctesque in navibus excubabat. Eodem ſenſu reponit *Pet. Ciacconius*, *ne quod ſubſidium exſpectabat Caeſar, in conſpectum* (hoc eſt, non conſpectum) *venire poſſet.* Sed haec emendatio nimium quantum a Codicum lectione recedit. Eodem vitio laborat *Dionyſii Voſſii* conjectura, *neque praelium detrectans ſi in Caeſaris conſpectum* &c. praeterquam quod ſenſus communis expers fuerit Bibulus, oportet, ſi, cum Caeſare proelium inire cupiens, in navibus excubaret, cum probe noſſet, nullam huic fuiſſe navium facultatem. Locum mendi ſuſpectum non habet *Fr. Hotomannus*; interpretatur autem Bibulum nullam miſericordiam exſpectasſe, ſi in Caeſaris manus veniret: ſed exemplum ſimilis locutionis prolatum oportuit, quod ab *Hotomanno* non eſt factum, nec id, ut opinor, praeſtabit alius quiſpiam. DAVIS. (NEQUE —— POSSET) Haec verba, quae uncislincluſi, corrupta exiſtimantur. & vix ſine codicum meliorum ope reſtituenda. Notandum tantum, optimos MSStos pro (*in Caeſaris* complexum) habere (*in Caeſaris* conſpectum.) Hocque dici videtur, Bibulum neque ullum laborem conditionemve unquam detrectare, neque ullum ſubſidium plurium navium expectare (ut poſtea Libo ſe ei conjunxiſſe narratur c. 15.) modo cum Caeſare ulla ratione congredi poſſet. CLARK. In nullo Cod. praeter Bong. & Palat. adparet τὸ *conſpectum*, uti nec in Edd. ſi excipias Ald. Ven. & Manut. cum Plant.. *Complexum* tamen pro congreſſu, proelio accipi, non placet. An ſcripſit Auctor *ne quod ſ. exſpectantis in Caeſ. complexum venire poſſet?*

1. POSSET. POST D.] Vulgg. *poſſet. Sed poſt*, de qua lectione ingenioſiſſime obſervat D. Voſſius; certum eſſe illud *Sed poſt*, natum ex tranſpoſitione vocis praecedentis, *poſſet:* Quippe omnes Codices, in quibus eſt illud *Sed poſt*, carere altera illa *poſſet:* in quibus autem contra reperitur *poſſet*, in iis omnibus deſiderari illud *Sed poſt.* Reſcribit igitur, ex MS. uno; (—— *poſſet. Diſceſſu &c.*) Quam Lectionem repperit quoque Daviſius in MS. Elienſi; & ipſe deinceps inveni in MSS. Reg. & If. Voſſii. CLARK. *Veniret, ſed poſt d.* eſt in Bong. Leid. ſec. Dorv. & Edd. primis aliiſque. In Edd. Vaſc. Steph. &c. eſt *veniret — diſceſſu.* At MSS. optimi Petav. Cuj. Urſin. Leid. pr. Lovan. Voſſ. & aliorum *venire poſſet. Diſceſſu.* quorum auctoritate id reſtitui. Sic ſtatim *diſceſſu eorum* & ſaepe. In Scalig. tamen videtur eſſe *venire poſſet. Poſt diſceſſu:* unde plane non damno *poſt diſceſſum*, omiſſo *ſed*, quod & Ciacconio placebat.

2. CONVENTUM SALONAS CUM NEQUE POLLICITATIONIBUS] Haec Scaligeri emendatio eſt contra omnium vv. cc. fidem, in quibus legitur *conventum Salonis:* recte; nam conventus etſi ſubinde pro ipſo oppido ponatur, diverſus tamen eſt. Sic ſupra l. 11. ubi de Uticenſibus Caeſar loquitur, manifeſte eos & conventum diſtinguit. Sic etiam infra hoc libro *conventus civium Romanorum, qui Lyſſum obtinebat.* Itaque *conventus Salonis*, ſunt cives, qui Salonas obtinent. VOSSIUS. *Salonas* forte in Scaligeri editione error erat typographicus; quem ſecuti deinceps ſunt alii. CLARK. MSS. & Edd. o. ante Scal. *Salonis:* niſi quod Vaſcoſ. Steph. Str. & Ed. Gryph. poſt. habeant *Salonarum.* uti & cum Edd. primis ac alia Gryph. *conventumque.*

 1. Loci

neque pollicitationibus neque [a] denunciatione periculi permovere poſſet,
3 oppidum obpugnare inſtituit. Eſt autem oppidum & [1] loci natura, &
colle munitum. [2] Sed celeriter cives Romani, ligneis effectis turribus, iis
ſeſe [b] munierunt: &, quum eſſent infirmi ad reſiſtendum, propter pauci-
tatem hominum, [c] crebris confecti vulneribus, [3] ad extremum auxilium
deſcenderunt, ſervoſque omnes puberes liberaverunt; [4] & praefectis o-
4 mnium [d] mulierum crinibus, tormenta effecerunt. Quorum cognita ſen-
tentia, Octavius [5] quinis caſtris oppidum circumdedit, atque uno tem-
5 pore obſidione & obpugnationibus eos premere coepit. Illi omnia
perpeti parati, maxime [e] a re frumentaria laborabant [6] Quare miſſis ad
Caeſarem legatis, auxilium ab eo petebant: reliqua, ut poterant, per ſe
incom-

VARIAE LECTIONES.

a *Denunciationibus* MS. Urſ. b *muniverunt* L. ſec. Dorv. c deeſt Dorv. *affecti* V. Adi ad Front. II, 5, 39. d *vulnerum* L. ſec. *numerum* V. e deeſt praep. in Edd. nonnullis: ſed V. l. VII. c. 10.

1. LOCI NATURA ET COLLE] Quaſi dixerit, *& in primis colle.* Sic l. II. c. I. *loci natura & valle altiſſima mun.* Vide Ciaccon. Saepiſſime Caeſar per copulam *&*, vel Synonyma, explicat clarius prius effatum; ut aliquoties monuimus. Simile ad Melam obſervavit Cl. Jac. Gronovius in Prooemio.

2. SED CELERITER — ET QUUM &c.] Si conjecturis indulgendum eſſet; legerem equidem, tranſpoſitis duabus voculis. (Et *celeriter* ——: Sed *quum &c.*) At ſine Codicum auctoritate, nihil temere mutandum. CLARK. Ciaccon. conjicit *eo cel.* ſine *iis*, quae ſcilicet vocula non erat in Edd. Vaſc. Aldi, Steph. Gryph. & aliis, nec comparet in Palat. aut Dorvill. Verum eam agnoſcunt ceteri MSS. mei aliorumque & Edd. primae. atque ita paſſim loquitur Auctor, quamvis plane abundet. Alibi de eo pronomine plura.

3. AD EXTREMUM AUXILIUM DESCENDERUNT, SERVOSQUE OMNES PUBERES LIBERAVERUNT] Libertate donarunt; quod factitabant, quoties ad arma illos vocarent, quibus aliter militare non licebat. Exſtat lex Gratiani, Valentiniani, Theodoſii Imperatorum lib. VII. Cod. Theod. tit. II. *Ad militiam nullus adſpiret, niſi quem penitus liberum aut genere aut vitae conditione inquiſitio cauta deprehenderit.* Alia l. VII. tit. XIII. *Inter optimas lectiſſimorum militum turmas neminem e numero ſervorum dandum eſſe decernimus. Florus* l. II. c. VI. *Arma*, inquit, *non erant, detracta ſunt templis: deerat juventus, in ſacramentum militiae liberata ſervitia.* Sic a Scipione Africano majore, ut in ejus vita ſcribit *Plutarchus*, poſt cladem Cannenſem trecenti ſervi bello gerendo idonei manu miſſi ſunt. *Brantius.* Vide *Godeſc. Stewechium* ad *Veget.* l. I. c. VII. DAVIS.

4. ET PRAESECTIS MULIERUM CRINIBUS] In Capitolii obſidione idem factum narrat *Vegetius* lib. IV. c. IX. *Cum nervorum*, inquit, *copia defeciſſet, matronae abſciſſos crines viris ſuis obtulere pugnantibus, reparatiſque machinis adverſariorum impetum repulerunt. Maluerunt enim pudiciſſimae foeminae deformato ad tempus capite libere vivere cum maritis, quam hoſtibus integro decore ſervire. L. Florus* l. II. c. XV. de Carthaginenſibus exire & finibus migrare juſſis: *Qui rebellantium*, inquit, *fuerit furor, vel hinc intelligi poteſt, quod in uſum novae claſſis, tecta domuſque reſciderunt, in armorum officinis aurum & argentum pro aere ferroque conflatum eſt: in tormentorum vincula matronae crines ſuos contulerunt.* Plura adhibet *Lipſius* l. III. Poliorcet. dial. III. *Brant.* Vide ſis & *Iſ. Caſaubonum* ad *Capitolini* Maximinum c. VII. Idem *Capitolinus* in Maximo & Balbino c. XI. *Non tacenda hoc loco devotio eſt Aquileienſium pro Romanis, qui etiam* CRINES MULIERUM *pro nervis ad ſagittas emittendas totondiſſe dicuntur.* Eadem repetit cap. XVI. DAVIS. *Cur. ſec.* Vide Urſin. & Scip. Gent. ad Apul. Apol. pag. 42. J. F. Gron. Obſ. IV, 22. & ad Florum Comm. atque alibi ſaepiſſime.

5. QUINIS CASTRIS OPPIDUM CIRCUMDEDIT] Rideo Philippum Rubenium, qui legit Elect. l. II. c. VII. *quindenis caſtris.* Profecto aut immenſus tunc Octavio exercitus; aut valde infirma praeſidia. Movebat illum, quod infra ſcribitur *caſtra altera ſunt adorti, inde tertia & quarta, & deinceps reliqua.* Ille reliqua caſtra putat compluria fuiſſe: erant ſola quinta, ſed tranſeo. VOSSIUS.

6. QUARE MISSIS &c.] Sic non male reſcripſerunt Viri Docti. In MSS. tamen nullis aut Edd. primis ea lectio comparet. Habent enim *Qui remiſſis.* Vaſc. Steph. quique eos ſecuti ſunt *Qua de re miſſis.* At MSS. Brant. & Lov. dant *Cujus rei* ſcil.

incommoda ſuſtinebant; & longo interpoſito ſpatio, quum diuturnitas 6
[a] obpugnationis negligentiores Octavianos [b] effeciſſet, [1] nacti occaſionem meridiani temporis, diſceſſu eorum, pueris mulieribuſque in muro [c] diſpoſitis, ne quid quotidianae conſuetudinis deſideraretur, ipſi, manu facta, cum iis, quos [2] nuper manumiſſos liberaverant, in proxima Octavii caſtra [d] inruperunt. His expugnatis, eodem inpetu altera ſunt adorti, [e] in- 7
de tertia, & quarta, [3] & deinceps reliqua: [f] omnibuſque eos caſtris expulerunt; &, magno numero interfecto, reliquos atque ipſum Octavium in naves confugere, coëgerunt. [g] Hic fuit obpugnationis exitus. [4] Jamque 8
hiems adpropinquabat, &, tantis [5] detrimentis acceptis, Octavius, deſperata [h] obpugnatione oppidi, Dyrrhachium [i] ſeſe ad Pompejum recepit.

X.

Variae Lectiones.

a *Obpugnationi* Pet. ut cum *negl.* conſtruas. b *feciſſet* Urſ. Dorv. c *depoſ.* Urſ. d *inrumpunt* L. ſec. Dorv. e *& inde* Pet. f *que* deeſt L. pr. *omneſque* Lov. g Haec 4 verba deſunt Lov. Dorv. & Edd. pp. h *Expugn.* Edd. Vaſc. Steph. St. Gr. poſt. male. i *ſe* L. pr.

ſcil. *cauſſa* vel *gratia.* de cujus ellipſi adi ad l. IV. B. Gall. c. I.

1. Nacti occasionem meridiani temporis] A Caeſaris relatione diverſus abit *Dion* l. XLII. pag. 190. edit. Hanov. narrat enim, mulieres cum viris erupiſſe nigris veſtibus indutas ϗ τὸ σύμπαν ὡς ἐς τὸ φοβερώτατον σχηματισμένας, τῷ στρατοπέδῳ τῷ πολιορκοῦντι σφᾶς ΝΥΚΤΟΣ ΜΕΣΗΣ προσέμιξαν, cum haec meridiano tempore accidiſſe, faeminis in muro diſpoſitis, diſertim teſtetur Imperator. DAVIS.

2. Nuper manumissos liberaverant.] Suffeciſſet vel *manumiſerant* vel *liberaverant.* Quamquam utrumque etiam pro Caeſaris genio ferri poſſet, ſi MSS. adſtipularentur. at *manumiſſos* non inveni, niſi in recentiſſimis. Integriores & vetuſtiores libri Cujac. Scalig. Petav. Leid. pr. & Voſſ. habent *maximi.* Lovan. vero *maxime.* Quod probo. *Nuper maxime* notat nuperrime. Sic *quum maxime*, *tunc quum maxime*, non raro occurrere notum eſt.

3. Et deinceps reliqua:] Caſtra ſcilicet *quinta* ſive *ultima.* Et ridiculi plane ſunt, qui de hac lectione dubitando, nodum in ſcirpo quaerunt; ac ſi *plura* fuiſſent caſtra, quam *quina* (pag. praec.) quia poſt *quarta* memorat hic Caeſar deinceps & *reliqua.* Quaſi vero *reliqua* illa *caſtra* non poſſint tam recte intelligi *una caſtra*, videlicet *quinta* illa & *ultima*; quam illud ipſum *una caſtra* vel *quinta caſtra*, recte dicitur de *unis* ſcilicet *caſtris*, non de *pluribus.* CLARK.

4. Jamque hiems appropinquabat] Totum hoc caput alieno loco ponitur, ut aliquatenus etiam vidit *Ph. Rubenius* Elect. l. I. c. XX. Caeſar enim *pridie Nonas Jan. naves ſolvit*, ut teſtatus eſt hujuſce libri c. VI. quod tempus *Dion* l. XLI. p. 174. χειμῶνα vocat μεσοῦντα. Haec igitur proximo Autumno ſunt geſta, ac proinde, ſi temporis rationem habuit Caeſar, ad finem libri II. apponenda. DAVIS. Dele notam, proque ea hanc repone: *Jamque hiems appropinquabat*) Caeſar *pridie Nonas Januarii naves ſolvit*, ut hujusce libri c. VI. teſtatus eſt. Hoc tempus *Dio* libro XLI. p. 174. χειμῶνα vocat μεσοῦντα, *hiemem mediam. Florus* l. IV. c. II, 36. ſic & alii. Qui fit igitur, ut hiems nunc tandem *appropinquare* dicatur. *Joan. Rhellicanus* ut hunc nodum ſolvat, per *hiemem* non tempus hibernum, ſed tempeſtatem intelligit. Sed abſurdum prorſus eſt hoc commentum, ut animadvertit *Phil. Rubenius* Elect. l. I. c. 20. Is tamen caliginem hic ſibi eſſe confitetur, & omnino putat vel male nec ſuo loco haec inſerta, vel mendoſe legi. Neutrum verum. Aqua viris doctis haeſit, quod, qui fuerit eo tempore anni Romani ſtatus, in animum non revocarent. Nimirum pro vitioſa, quam nunc ſequebantur, ratione Kalendae Jan. Octobris Juliani undecimo reſpondebant; adeoque, cum *Caeſar pridie Nonas Januarii naves ſolverit*; id feciſſe cenſendus eſt Octobris die decimo quarto, ſi tempus ad anni a Caeſare noſtro reformati modum exigas. Vide doctiſſimum *Uſſerium* Annal. ad annum Mundi MMMDCCCCLVI. IDEM. *Cur. ſec.*

5. Detrimentis acceptis] Ita Scaliger & poſt eum reliqui exhibent e MS. Urſini: immo etiam R. Stephanus ſic edidit. Nec male. Nam *accipere detrimentum* ſexcenties, ut ita dicam ſcripſit Caeſar. Reliqui tamen MSS. & Edd. habent *receptis*, Metaphora ducta a Gladiatoribus, qui *recipere ictum* vel *ferrum* dicuntur. Conſule ſummum Gronov. ad Senecae Epiſt. 7. *Ferrum*

nudis

1 X. [a] Demonſtravimus, L. Vibullium Rufum, Pompeji praefectum, bis
in poteſtatem [b] perveniſſe Caeſaris, atque ab eo eſſe dimiſſum, ſemel ad
2 Corfinium, iterum in [c] Hiſpania. Hunc pro ſuis beneficiis Caeſar [d] ido-
neum judicaverat, quem cum mandatis ad Cn. Pompejum mitteret: [e] eum-
3 demque apud Cn. Pompejum auctoritatem habere intellegebat. Erat au-
tem haec ſumma mandatorum: *debere utrumque pertinaciae finem* [f] *face-*
4 *re, & ab armis diſcedere, neque amplius fortunam periclitari:* [g] *ſatis eſſe*
magna utrimque incommoda accepta; quae pro diſciplina & praeceptis ha-
5 *bere* [h] *poſſent, ut reliquos caſus timerent. Illum* [1] *Italia expulſum, amiſ-*
ſa Sicilia, & Sardinia, duabuſque Hiſpaniis, & cohortibus [2] *in Italia, at-*
que Hiſpania civium Romanorum C *atque* XXX: [i] *ſe morte Curionis, & de-*
trimento [k] *Africani exercitus tanto,* [3] *militumque deditione ad Corcyram.*
6 *Proinde ſibi ac reipublicae parcerent:* [4] *quantum* [l] *in bello fortuna poſ-*
ſet,

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. o. & Edd. pp. non *demonſtratum eſt*. Mox *Jubilium, Bibulum, Bibullum, Bibulium* MSS. & Edd. pp. hic & infra. b *ven.* Pal. Dorv. Sc. Edd. Vaſc. Steph. c *Hiſpaniam* V. d Sic MSS. non *jud. id. judicavit* L. pr. e *eand.* Lov. f *ponere atque a.* L. pr. g *ſatiſque* MSS. 3. h *poſſint* Pet. L. pr. Mox *ab Italia* vulgo, & *in Hiſp.* i Sic Sc. L. pr. Reliqui MSS. & Edd. Vett. male carent *ſe. a m.* V. k ita MSS. Br. Sc. L. pr. Alii & Edd. Vett. perperam *Afraniani* vel *Afranii.* l vulgo *quantumque.*

nudis & obviis pectoribus recipiunt. Verum tamen cum animoſitatem eorum hoc notet, vide an etiam fuerit *exceptis*, ut *excipiunt* in MSS. eſt apud Senecam. Ita *accipere* & *excipere vulnus* paſſim commutari vidimus ad Front. l. IV. c. 5. §. 73. Adde Petron. cap. 1. Liv. II, 4, 7. ubi vide Comm. Suet. Aug. c. 20. Val. Max. l. II, 7, 8. Curt. lib. VIII, 7, 5. Sic enim MSS. Quinctil. l. VI. Inſt. Orat. c. 3. Accedit lectio MSStorum 4 Leidd. & Nazar. aliorumque in Flori l. IV. c. 10. *Nec minor ex aqua poſtea quam ex hoſtibus excepta clades*: vulgo penultimam vocem omittunt.

1. AB ITALIA EXPULSUM] Non hanc lectionem proſcriberem, ſi ex antiquis hauſta ſit Codicibus. Verum nec MSS. Urſini, neque Brantii, neque mei praeter recentiſſimos Bong. & Leid. ſec. nec Beroald. agnoſcunt praepoſitionem. Quare exſulare juſſi.

2. IN ITALIA ATQUE IN HISPANIA.] Rurſus praepoſitiones hic fruſtra quaeras in MSS. aut Edd. Vett. uti nec in Ed. Gryph. comparet. Ab Aldo vel Vaſcoſano eſt, qui tamen cum Steph. & Scalig. ſemel modo habet. Glareanus conjecerat *ex Italia a. H.* Sed facile *ex* carere poſſumus: vel etiam legere *Italiae atque Hiſpaniae.* Adi congeſta ad l. III. B. G. c. VII.

3. MILITUMQUE DEDITIONE AD CORCYRAM] Intelligit deditionem Antonii, qui, ut Florus diſertim ait, Corcyraeo littore caſtra poſuerat. Sed ne erres, Corcyram non illam Epiro objectam hic accipe, ſed aliam, quae in ſinu Illyrico jacet ſub Pharo inſula, haud procul Salonis, μέλαιναν Graeci vocant. tangit eam rem Lucanus l. VII, 404.

Qua maris Hadriaci longas ferit unda Salonas,
Et tepidum in molles Zephyros excurrit Iader;
Illic bellaci confiſus gente Curetum,
Quos alit Hadriaco tellus circumflua Ponto,
Clauditur extrema reſidens Antonius ea.

Philipp. Rubenius in Electis corruptum Caeſaris locum exiſtimans, emendat *Curictam*, quae inſula eſt in extremo mari Adriatico, jacetque in ſinu eo, quem Flanaticum vocant. Mihi longe falli videtur; nam Curicta immani ſpatio ab Salonis diſtat. Quare ergo Lucanus propinquam diceret: quid Curictae cum Jadro. Nugae hae ſunt. At objiciat quis, illud Curetum quo tunc ſpectet. Dicam quod in mentem venit. Curetum prima, ſi veterum multis credimus, origo ex Creta fuit: ii etiam Aetoliam & Acarnaniam, teſte Strabone l. VII. inhabitarunt: neque ego dubito eoſdem in hanc Corcyram inſulam veniſſe. Sed nequis temere dictum putet: eſt in eadem inſula urbs Gnidos. Autor Plin. l. III. c. XXVI. *Ab his Corcyra, Melaena cognominata, cum Gnidiorum oppido.* Item Strabo l. VII. ὧν τοῖς μὲν πλησιάζει νῆσος ἡ Μέλαινα Κέρκυρα καλουμένη, καὶ πόλις Κνιδίων κτίσμα. Vides, ille a Cnidiis conditam dicit; Cnidii ſunt Cretes: unde nihil mirum Lucanum quoque Curetes appellaſſe gentem Creticam. VOSSIUS. V. etiam ad c. IV.

4 QUANTUM] Sic MSS. Reg. & Elienſ. Al. quan-

ſet, jam ipſi incommodis ſuis ſatis eſſent documento; hoc unum [a] *eſſe tem-* 7
pus de pace agendi, dum ſibi uterque confideret, & pares ambo videren-
tur: ſi vero alteri [b] *paullum modo tribuiſſet fortuna, non eſſe uſurum con-*
ditionibus pacis eum, qui ſuperior videretur, neque fore [c] *aequa parte*
contentum, qui ſe omnia habiturum confideret; conditiones pacis, quo- 8
niam [d] *antea convenire non potuiſſent,* [1] *Romae* [e] *ab Senatu, & a populo*
peti debere: [2] *interea & Reipublicae & ipſis placere oportere, ſi uterque* 9
in concione ſtatim [f] *juraviſſet, ſe triduo proximo exercitum dimiſſurum:*
[g] *depoſitis armis, auxiliiſque, quibus nunc confiderent,* [h] *neceſſario po-*
puli ſenatuſque judicio fore utrumque contentum: haec [i] *quo facilius Pom-* 10
pejo probari poſſent, omnes ſuas terreſtres; urbiumque copias dimiſſurum.
XI. Vibullius, [3] his expoſitis a Caeſare, non minus neceſſarium eſſe 1
exiſtimavit, de repentino adventu Caeſaris Pompejum fieri certiorem,
uti ad id conſilium capere [k] poſſet, antequam de mandatis [l] agi inciperet:
atque

VARIAE LECTIONES.

a *Eſt* MSS. 2. b *paululum* Lov. Dorv. V.L. ſec. Edd. R.M. V. ut alibi. *modum* Lov. Abeſt Ed. Ven. c *ea* MSS. 5. & *quaſe* Lov. d *ante* L. pr. ſec. e vulgo *a S.* f *juraſſet* Dorv. a m. pr. *juraviſſent* Lov. ut alibi. Mox *proximum* Dorv. g *depoſitisque* MSS. 3. & Edd. Vett. minus bene. h deeſt L. pr. i *quoque ut f.* L. ſec. k *poſſit* Edd. pp. l *agere* V.

quantumque. CLARK. Copula *que* non comparet quoque in ullo meorum. Quare proſcripſi. Pro *ipſi* vero Lovan. Brant. & Leid. ſec. cum Edd. quibuſdam dant *ipſis*, & Ed. Ven. 1517. *ſibi.* Si per MSS. liceret, malim *ipſos eſſe;* ut jungatur ſequentibus *hoc unum eſſe.* Vide ad l. 1. c. 7. & 42. B. Gall. Ceterum niſi *dum* explices per *donec, quamdiu*, melius hic legeretur *quum.* Adi ad B. Afric. c. 61, 81.

1. ROMAE A SENATU ET A POPULO] Pet. Leid. pr. & Voſſ. *ab Sen. a* cum *populo* non eſt in Lovan. contra *ab* etiam in Leid. pr. Sed amat *ab* & *a* jungere Caeſar, ut vidimus cum alibi, tum l. v. B. G. c. 32. *ab duce & a fortuna.*

2. INTEREA ET REIP. ET IPSIS PLACERE OPORTERE] Nihil variant Codd. niſi quod MS. *Norvic.* priorem conjunctionem omittat, hic tamen locus viros eruditos offendit, & *Fr. Hotomanno* ſine meliorum librorum ope non videtur ſanabilis. *Gabr. Faërnus* repoſuit *interea expedire & ipſis placere oportere*; qua conjectura repudiata *Pet. Ciacconius* ſubſtituit *interea & Pompejo & ipſi ſufficere oportere.* Ut verum fatear, nihil video, quod aures tam delicatas jure merito poſſit laedere: ſenſus enim eſt, par eſſe, ut tum Senatui populoque Romano, tum Pompejo & Caeſari aequum videatur; ſi uterque juret ſe ab armis triduo diſceſſurum. DAVIS.

3. HIS EXPOSITIS A CAESARE] MS. *Norvic. Brant.* editt. *Rom. Venet. Beroald.* aliique Codd. exhibent *his expoſitis Corcyrae.* Ita etiam legit *Jul. Celſus*, ut patet ex eo quod p. 195. dicat *haec cum Vibullio ad Corcyram, ubi eum forte compererat, cum egiſſet* &c. Vulgatam tamen lectionem retinendam puto, quod Caeſar, poſt Italiam relictam, Corcyrae non fuerit; certe nulla hujuſce rei apud Hiſtoricos memoria. Scitu etiam eſt difficile, quomodo cum Vibullio data ſit colloquendi facultas; eum enim dimiſerat Caeſar, cum in ejus poteſtatem perveniſſet, ſemel ad Corfinium, iterum in Hiſpania, ut teſtatus eſt hujuſce libri c. x. At fortaſſe tertium alicubi captus eſt; nam *Plutarchus* in Pompejo pag. 655. tradit Caeſarem, cum haec agerentur, Ι'ύβιον (ſic Vibullium corrupte nominat) αἰχμάλωτον ἔχεις σὺν ἑαυτῷ. DAVIS. MSS. mei omnes quoque, item Edd. Steph. Gryph. aliaeque *Corcyrae.* Quod exponunt viri docti: quaſi mandata Caeſaris ibi Pompejus ducibus aperuiſſet. At id nequaquam veroſimile, & bene ſuſpectum habuit Glareanus. Videntur potius librarii *Corcyrae* ſcripſiſſe: quia pro *Vibullio Bibulum* in MSS. legebant ubique, ut jam ſuperiori c. & ſaepe in libro 1. B. Civ. vidimus: & hic eſt in omnibus codicibus. Adde c. 15. Nam Bibulus erat Corcyrae, ut docet c. VIII. &c. *A Caeſare* tamen mera eſſe videtur Aldi conjectura. An ergo recipienda Ciacconii conjectura *Is* vel potius *Vibullius is expoſitus Corcyrae*, ut eo navi pervenerit? Id profecto mihi vero ſimillimum videtur. Praeſertim ſi pro *ideo*, *inde* vel *indidem* recipias.

4. IDEO] Sic omnes Editi; at vero nullus liber

atque [4] ideo, continuato [a] & nocte & die itinere, [1] atque mutatis ad celeritatem jumentis, ad Pompejum contendit; ut adeſſe Caeſarem omnibus
2 copiis nunciaret. Pompejus erat [b] eo tempore in Candavia; [c] iterque ex Macedonia in hiberna, Apolloniam, Dyrrhachiumque habebat. ſed, re nova perturbatus, majoribus itineribus Apolloniam [d] petere coepit; ne
3 Caeſar orae maritimae civitates occuparet. At ille, expoſitis militibus, [e] eodem die Oricum proficiſcitur. Quo quum veniſſet, L. Torquatus, qui, juſſu Pompeji, oppido praeerat, praeſidiumque [f] ibi Parthinorum habebat, conatus portis clauſis oppidum defendere; [g] quum Graecos murum adſcen-
4 dere, atque arma capere [2] juberet; illi autem [h] ſe contra [i] imperium populi Romani pugnaturos eſſe negarent, [3] oppidani autem etiam [k] ſua ſponte Caeſarem recipere conarentur; deſperatis omnibus auxiliis, portas aperuit; & [4] ſe atque oppidum Caeſari [l] dedidit, incolumiſque ab eo conſervatus eſt.

1 XII. Recepto Caeſar Orico, nulla interpoſita mora, Apolloniam proficiſcitur. [m] Ejus adventu audito, L. [n] Staberius, qui ibi praeerat, aquam comportare in [o] arcem, atque eam munire, obſideſque ab Apolloniatibus
2 exigere coepit. Illi vero daturos ſe negare; *neque portas conſuli praecluſuros; neque ſibi judicium ſumturos contra*, [p] *atque omnis Italia populuſque*

Variae Lectiones.

a Deeſt MSS. pleriſque. dein *ac die* L. pr. Lov. *atque d.* L. ſec. Dorv. b *eodem* V. c *atque* Pet. Sc. L. pr. B. *itemque* L. ſec. d *pergere* Lov. e deſunt *e.d.* in L. pr. f deeſt MSS. nonnullis. *Pertinorum* Edd. pp. g vulgo *Gr. &c. jubet. Illi autem quum. juſſiſſet* L. pr. *juſſit* B. L. ſec. Lov. h deeſt MSS. 4. ſed in L. pr. & Dorv. ponitur poſt *pugn.* i *Imperatorem* Hotom. & Vaſc. M. male. k vulgo deeſt *etiam.* *in oppido* Lov. *in oppidum* Pal. Dorv. l vulgo *dedit.* m *cujus* Pet. L. pr. n *Strab.* MSS. & Edd. qdd. ſed vide Man. & Urſ. o *arce* L. pr. Lov. p *id quod* Dorv. L. ſec. Edd. pp. aliaeque. *c. omnes ſumt. o. It.* B. *omnes atque Italiam populus niſi R.* Lov. *que* abeſt MSS. multis poſt *pop.*

ber ſcriptus habet. MSSi enim conſtanter dant *eidem*, ſine ſenſu, quem eliciemus, reſcribentes *inde* vel potius *indidem*: a Corcyra. Vocula haec aliquoties corrupta exſulat inmerito. Reſtituimus eam aliquando Frontino & ipſi Caeſari e MSS. lib. VII. c. 62. *Indidem cum omnibus copiis ad Caeſarem pervenit.*

1. Atque mutatis &c.] Turbant hic rurſus MSS. & Edd. Vett. ſive primae. Exaratur enim in illis *atque* vel *ac omnibus copiis m. ad. c. j. ad P. e. ut* (Leid. pr. *&*) *a. Caeſarem nunciaret.* Quae trajectio vocum *omnibus copiis* facit, ut cum Grutero fere credam, e margine in textum irrepſiſſe *ut adeſſe Caeſarem omnibus copiis nunciaret.* Nam jam dixerat auctor, *De repentino adventu Caeſaris &c.*

2. Jubet: Illi autem quum se &c.] MSS. Elienſ. & Voſſii, (—— quum *Graecos* —— juberet; *illi autem ſe &c.*) Quod eodem redit. CLARK. Perinde eſſe fateor. Sed ideo ſequendum id, quod optimi reliquerunt Codices. Ut autem Elienſ. & Voſſii, ſic etiam Urſin. Petav. Cujac. Scal. Leid. pr. ut & Edd. Vaſcoſ. Steph. aliaeque. Quare eum ordinem reſtitui.

3. Oppidani autem] MSS. Reg. & Elienſ. (*oppidani etiam*) MS. Voſſii (*oppidani* autem etiam.) Quae elegans eſt lectio. CLARK. *Etiam* eſt quoque in Lovan. Palat. Dorv. *&* Bongarſ. Leid. ſec. Sed *autem etiam* in Petav. Cuj. Leid. primo & aliis. Quod idcirco edidi.

4. Se atque oppidum Caesari dedit] Sic legitur in MSStis; & recte quidem. *Cicero* de Or. l. II. c. LXX. *Id quoque toto capite annuit, ut ſe Craſſo daret. Sulpicius Severus* Hiſt. Sacr. l. I. c. XXIII. *Gabaonitae —— ultro ſe Hebraeis dederunt.* Hoc cum non intelligerent editor Romanus & *Ph. Beroaldus*, in illis editionibus legas *ſe atque oppidum Caeſari dedidit*; quae loquendi ratio magis eſt proletaria. DAVIS. Fallitur Daviſius. Nam *dedidit* eſt in MSS. Cuj. Pet. Scal. Bong. Leid. Voſſ. Brantii, Ciaccon. & aliorum cum Edd. Mediol. Vaſcoſ. Steph. Gryph. poſt.

Recte

iuſque Romanus judicaviſſet. Quorum cognita voluntate, [1] clam profugit 3
[a] Apollonia Staberius. Illi ad Caeſarem legatos mittunt, oppidoque reci-
piunt. Hos ſequuntur [b] Bullidenſes, Amantiani, [c] & reliquae finitimae ci- 4
vitates, totaque [d] Epiros; & legatis, ad Caeſarem miſſis, quae imperaret,
[2] facturos pollicentur.

XIII. At Pompejus, cognitis iis rebus, quae erant Orici atque Apollo- 1
niae [e] geſtae, Dyrrhachio timens, diurnis [f] eo, nocturniſque itineribus,
contendit. [3] Simul ac Caeſar adpropinquare dicebatur; tantus terror [4] in- 2
cidit ejus exercitui, quod [g] properans noctem diei conjunxerat, neque
iter intermiſerat, ut paene omnes in Epiro finitimiſque regionibus ſigna
relinquerent; complures arma projicerent; ac fugae ſimile iter videretur.
Sed quum prope Dyrrhachium Pompejus conſtitiſſet, caſtraque metari juſ- 3
ſiſſet, perterrito etiam tum exercitu, princeps Labienus [h] procedit; jurat-
que, ſe eum non deſerturum, eumdemque caſum ſubiturum, quemcum-
que [i] ei fortuna tribuiſſet. Hoc idem reliqui jurant legati: [k] hos tribuni 4
militum centurioneſque ſequuntur; atque idem omnis exercitus jurat. Cae- 5

VARIAE LECTIONES. ſar,

a vulgo *Apolloniates*. b MSS. & Edd. Vett. *Billidenſes*, *Byllidenſes*, *Bellid.* & *Amathini*, *Amatini*. ſed vide Ciacc. & Brant. ac Man. ad Cic. XIII. Fam. 42. & viros doctos ad c. 42. infra. c *quoque* addunt Pal. Dorv. & Edd. R. M. V. d Sic L. pr. non *us*. e *geſta* L. pr. f deeſt Sc. *ſeu nocturnis i.* L. pr. g *Pompejus* L. ſec. *ut p. conjunxerit n. intermiſerit* Vir D. minus bene, *quod* eſt *quia*. h *proceſſit juravitque* Lov. Dorv. *juravitque* L. ſec. i deeſt L. ſec. Dorv. Lov. k deeſt L. pr. *hoc* B. dein *que* abeſt a Lov. Pal. Dorvill.

Recte. Vide ad lib. II. B. G. 15. *ſe po. Ro. dedidiſſent.*

1. CLAM PROFUGIT. APOLLONIATES AD CAESAREM] MSS. *Brant. Norvic.* editt. *Rom. Ven. Beroald.* aliaeque repraeſentant *clam profugit Apollonia*, vel *ab Apollonia*, *Straberius. Illi ad Caeſarem* &c. Sed *Staberius* verum eſt nomen, ut ex antiquis lapidibus conſtat. Hunc *Appianus* B. C. l. II. p. 462. Στεμίελον vocat; Interpres Latinus *Tiberium*, qui ex *Caeſare* ſunt emendandi. DAVIS. Quibuſcum MSS. conſentiunt MSS. Reg. & Voſſ. Quod eodem recidit. CLARK. Reſcripſi *prof. Apollonia Staberius. Illi* auctoritate MStorum omnium tam meorum, quam quos reliqui Interpretes conſuluerunt. *Ab Apoll.* MS. Brant. Carr. Pal. Lov. Dorv. & Leid. ſec. & Edd. Vaſc. Steph. aliaeque. De quo adi ad l. VI. c. 3.

2. FACTUROS POLLICENTUR] Urſ. Ciacc. Brant. e ſuis Codd. volunt addi *ſe*. Quae particula invenitur quoque in Lov. Dorv. Leid. ſec. & Edd. primis, ac Vaſc. Steph. Str. Gr. poſt. Sed amat eam in hiſce omittere Caeſar. Vide ad l. I. B. Gall. c. 31, 32.

3. SIMUL AC C. —— TANTUS TERROR.] Nonnihil hiulca eſt haec Oratio. Legendum videtur, vel quod in Editione quadam antiqua reperi, (*cont.* Quo *ſimul ac Caeſar adp. d. tantus.* &c.) Vel, ex MS. Regio tota Periodus hoc modo legenda & interſtinguenda eſt: (*At Pompejus, cognitis iis rebus* &c. *contendit*, ſimul ac *Caeſar app. d.* tantuſque *terror.* &c. CLARK. *Quo* inſerunt Vaſcoſ. Steph. Strada & Ed. Gryph. poſt. Uti in Regio eſt Cod., emendandum quoque cenſuerat Urſinus, & confirmatur optimo Petav. item Voſſ. Leid. ſec. & Dorvill. qui duo poſteriores pro *ac* dant *&* cum Palat. & Bong. Mihi ſcribendum eſſe videtur *contendit. Simul Caeſar adp. dicebatur. Tantusque t.* Vide l. I. c. 14. Hotomano placet poſt *geſtae* inſeri illa hoc modo *ſimul quod C. adp. d. Dyrracchio t.* &c. *Tantusque.* Grutero de more a *contendit* uſque ad *tantusque* ſunt ſuſpecta. *Simul* pro eodem tempore ſaepe occurrit. Nep. Hann. c. 2. *ſimul me ad aram adducit.* Infra c. 28. *parabat: ſimul de deditione agebat.* V. Cort. ad Sall. B. Cat. c. 43.

4. INCIDIT EXERCITUI] Quia alibi ſolet Caeſar dicere *inceſſit*, dubitat Ciacconius, num & hoc loco id reponendum ſit. Miro ſane judicio. *Incidere* dicuntur mala omnia repentina: unde l. II. B. G. c. 14. *Si qua bella inciderint.* Conſule Cl. Burm. ad Ovid. l. VII. Met. 513. *Dira lues ira populis Junonis iniquae Incidit*; & quem ibi

 laudat

ſar, [1] praeoccupato itinere ad Dyrrhachium, finem properandi facit: caſtraque ad flumen [a] Apſum ponit [b] in finibus Apolloniatium, [2] ut [c] caſtellis vigiliisque bene meritae civitates tutae eſſent praeſidio; ibique reliquarum

VARIAE LECTIONES.

a MSS. plerique & Edd. pp. *Habus ſubponit*, vel *Abus ſubp.* ridicule. alii *Tapſum* vel *Thapſum*, ut & mox MSS. cum Edd. pp. & c. 19. *Thabuſum* Pal. V. Luc. l. v, 462. b *ut* L. pr. & *Apolloniatum* cum L. ſec. Edd. Rec. c Vulgo *vig. caſt.*

laudat, Broukh. ad Propert. I, 15. *Si quid durius inciderit.* Liv. II, 27. *Certamen conſulibus inciderat.* Metaphora ducta a tempeſtate & vento, incidentibus in ſegetem, navem &c. V. Cerd. ad Georg. II. Virg. 118. Cicer. pro Lig. cap. 6. *fatalis quaedam calamitas incidiſſe.* lib. v. Fam. Ep. 17. *Viris tales caſus incidiſſe.* Notandum vero pro *exercitui* in integerrimis Codicibus Petavian. Lovan. & Leid. pr. relinqui *exercitus.* Fors; quia ipſe Caeſar ſcripſerit *exercitu.* de quo Dativo adi ad l. I. B. G. 16. Niſi velis cum *terror* jungere, ut *incidere* abſolute ponatur; uti fit ſaepiſſime. Quod vehementer confirmaret vulgatam lectionem lib. II. c. 29. *Magnus omnium inceſſit timor.*

1. PRAEOCCUPATO ITINERE] Sic Aldus & Scaliger ac deinceps reliqui ediderunt, & ſic habet Cod. Scalig. ſi excerptis fides habenda. Quod decompoſitum ſaepe uſurpat cum Livio (V. Drak. ad l. IV, 30.) Noſter pro *occupare:* immo l. VII. B. G. 26. *Ne ab equitatu viae praeoccuparentur.* Verum Edd. primae dant *profacto occup.* Vaſcoſ. & Steph. aliaeque *perfecto occup.* aliae multae *profecto occup.* Unde Achilles Stat. *profectus occ.* probante Urſino. Hotomanus *profectionis occ.* MSS. quoque aliorum & mei habent vel *profecto o.* vel *perfecto o.* vel *praefecto oc.* quod eſt in Leid. pr. ac ſec. Solus Petav. Codex exhibet *Praefato occ. itinere.* Sed vereor, ut paſſivus ejus participii uſus apud aurei aevi ſcriptores occurrat. Apud Juriſconſultos creber eſt. De nihilo tamen non videtur tam conſtans MStorum additio. Si quid mutandum, cum Ciacconio putem legendum eſſe *praecepto itinere* vel *praecepto & occupato itinere:* ut ſuo more per poſterius explicet prius. Vide ad l. II. B. G. 20. VII, 30. ſupra c. 9. & ſaepiſſime. Niſi potius *praecepto occupato* in textum ſimul inmiſſum ſit: cum tamen alterum alterius eſſet Gloſſa. de qua re dixi etiam ad l. VII. B. G. 28. & in Add. ad p. 201. *proximis primis.* De verbo *praecipere* hoc ſenſu adi ad Liv. III, 46. §. 7. & Lucan. l. VI, 15.

Hoc iter aequoreo praecepit limite Magnus. & ſupra Cap. primo.

2. UT VIGILIIS CASTELLISQUE BENEMERETAE CIVITATES TUTAE ESSENT PRAESIDIO] Ex his verbis ſenſum eruere nequierunt viri eruditi, ideoque ad conjecturas deſcendendum. Emendabat Gabr. Faërnus, *ut vigiliis caſtelliſque bene meritae civitati eſſet praeſidio; Ciacconius* autem *ut vicis caſtelliſque bene meritae civitatis eſſet praeſidio.* Uterque praeter alias mutationes, vocem *tutae* ejicit. MS. *Norvic.* & edit. *Beroald.* tranſpoſita voce exhibent *ut caſtellis vigiliisque* &c. Antiquiſſimi ex impreſſis *Rom. Ven.* repraeſentant *ut caſtellis beneficiiſque emeritae civitates tutae eſſent praeſidio.* Hi, niſi fallor, verae lectionis ſervant veſtigia. Reſcribo *ut caſtella, vici, beneque meritae civitates tutae eſſent praeſidio.* Hanc conjecturam unice firmat locus ex hujuſce libri cap. XXXII. ubi ait noſter, *non ſolum* urbibus, *ſed pene* vicis caſtelliſque *ſingulis cum imperio praeficiebantur.* *Bene meritas* autem *civitates* vocat eas, quae cis Apſum ſitae, ſe ei tradiderunt. Vide c. XII. DAVIS. Torſit hic locus interpretes. MS. plerique habent (*ut vigiliis caſtellisque* (vel *ut caſtellis, vigiliiſque*) *bene meritae civitates tutae eſſent praeſidio.*) Qui cum ſenſus vix eſſet ullus; emendavit Faërnus, (*ut vigiliis caſtellisque bene meritae civitati eſſet* (ſcil. *Caeſar*) *praeſidio.*) Ciacconius autem, (*ut vicis caſtellisque bene meritae civitatis eſſet praeſidio:*) Uterque, omiſſa voce (*Tutae.*) Cellarius, (*ut vigiliis caſtellisque bene meritae civitates tutae eſſent;*) omiſſa voce (*praeſidio.*) Sed retinent duas iſtas voces MSS. omnes. Reſcribit itaque Daviſius, (*ut caſtella, vici, beneque meritae civitates tutae eſſent praeſidio:*) Quam conjecturam mire firmari exiſtimat altero illo loco hujus Libri, ubi ait *Caeſar*; (*non ſolum* urbibus, *ſed pene* vicis caſtellisque *ſingulis &c.*) Verum neque haec placet emendatio; quoniam, ut *civitates* intelligantur *urbes*, id demum non eſt Caeſareanae locutionis. Quid ſi hoc tandem modo ſcribamus? (*ut vicis caſtellisque bene meritae civitatis*, TUTO *eſſent* (ſcil. Caeſaris caſtra) *praeſidio.*) Vel, (*ut* (Caeſaris caſtra,) *caſtellis vigiliiſque* (ſuis,) *bene meritae civitati* TUTO *eſſent* (habent enim omnes MSS. *eſſent*, non *eſſet*,) *praeſidio.*) Certe haec conjectura multo propius, quam aliorum omnium, a veſtigiis Manuſcriptorum abeſt: Et vox (*tutum*) tam poteſt latine ad (*praeſidium*) referri, quam ad (*civitatem.*) Sic enim infra in hoc ipſo libro, *Portum* appellat Caeſar *tutiſſimum.* Judicet Lector Eruditus. CLARKE. Eruditiſſimo tamen *Clarkio* conjectura noſtra non

arri-

tum ex Italia legionum adventum exſpectare, & ſub pellibus hiemare conſtituit. Hoc idem Pompejus [1] fecit [a]; & trans flumen Apſum poſitis caſtris, 6
eo copias omnes, auxiliaque conduxit.

XIV. Kalenus, legionibus equitibuſque Brundiſii [2] in naves [b] inpoſitis, 1

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *facit.* b vulgo *poſitis.*

arridet, quoniam, ut civitates intelligantur *urbes*, id demum non eſt Caeſareanae locutionis. At *Caeſar* l. III. B. C. c. 20. ait, *viris fortibus Toloſa, Carcaſone, & Narbone, quae ſunt* CIVITATES *Galliae Provinciae, finitimae his regionibus, nominatim evocatis.* Ubi per *civitates* neceſſario denotantur *urbes.* Interum l. I. B. C. c. I. *Referunt conſules de Republica in* CIVITATE; quod valet *in urbe Roma*, ſi modo locus ſanus eſſet & integer. Sin corruptus ſtatuatur; occurrit alter ejuſdem libri c. XXII. qui in clara luce rem ponet. Ut *tribunos*, inquit, *ea re ex* CIVITATE *expulſos, in ſuam dignitatem reſtitueret.* Ex urbe ſcilicet Roma profugerant Tribuni timore perterriti, ut docuit noſter praedicti libri c. 5. Quin & *civitatem pro loco & oppido dici* notavit *Verrius Flaccus*, Auguſtei ſaeculi Grammaticus apud *Agellium* N. A. XVIII, 7. Nihili igitur eſt ea ratio; emendationique noſtrae nonnihil favet *Capitolinus* in Maximinis c. XV. S. P. Q. R. —— *ſingulis* CIVITATIBUS —— & VICIS & CASTELLIS *ſalutem dicit.* Vide ſis & *Livium* X, 12. Eam tamen rejicit etiam *Cl. Burmannus* ad *Velleji Paterculi* l. II. c. CXV, 2. quaſi licentius recedat a veſtigiis ſcriptorum Codicum. „ Ego, „ ſubjicit vir ille doctus, in vulgata lectione nihil incommodi video, niſi vocem *tutae*: quae „ ſi cum Faerno & aliis abjiciatur, optimo ſenſu legi poſſet, *ut vigiliis caſtellisque bene meritae* civitati *eſſent praeſidio*: & adſcriptam illam puto a Gloſſatore, qui *ut eſſent praeſidio* „ explicuit per *ut eſſent tutae.* Vel, quia non de „ una Apollonia agitur, mallem, *ut vigiliis caſtelliſque bene meritae civitates tutae eſſent* ut „ *praeſidio.* Hactenus celeberrimus *Burmannus*; hec intercedo, quin judicio ſuo fruatur; meum tamen mihi relinquatur integrum. Non autem video, qui Faernus *optimo ſenſu* repoſuerit *bene meritae civitati*; cum de una Apollonia *non* agatur. Tum enim, Logicam perverſe didici; menti Caeſaris omnino repugnat iſta hariolatio. DAVIS. *Cur. ſec.* Nihil variant quoque MSS. mei; niſi quod omnes ſcribant *caſtellis, vigiliiſque*, ut exhibui. Ed. Mediol. etiam *caſtellis beneficiiſque emeritae c.* Ex Virorum doctorum emendationibus eligat Lector pro ſuo quiſque judicio. *Tutae* facile potuit nata eſſe e Syllabis & *civitati* poſtremis: Eademque vox intruſa fuit olim noſtro in l. I. B. G. c. 2. *loci natura Helvetii continentur*: ubi ſine ſenſu in MSS. quibuſdam & Edd. additur *tuti.* Sed & *praeſidio* poteſt videri e Gloſſa natum; & ſane, forſan e MSS. olim jam omiſerunt eam vocem Aldus Manutius & Plantinus cum Lipſio: Maxime tamen arridet Cel. Burmanni conjectura *ut* i. e. quaſi, tamquam *praeſidio.* Edidit Clarkius *ut caſtella vicique bene m. civitatis tuti e. praeſidio.* Quo facit, quod paene oblitus eram, lectio Voſſiani Codicis *ut caſt. vig. bene meritae tuti e. p.* ſine voce *civit.*

1. FACIT.] Sic Scaliger, & Recentiores omnes. Sed ex MSS. Reg. & Elienſ. & Editt. Vett. reſtituendum *fecit*: propter id, quod ſequitur, *conduxit.* CLARK. Lege fecit cum *Patav. Pal.* ac *Lovan.* DAVIS. *Cur. ſec.* Jam Aldus, Gryph. Plantin. &c. ediderunt *facit.* Vaſc. autem, Stephan. & alii *facit* & *conducit*: ut tempora convenirent. At hoc non eſſe neceſſarium, innumeris locis vidimus. Adi Indicem de Temporum variatione. *Fecit* tamen hoc loco reſtitui, auctoritate meorum Codicum omnium & Edd. primarum.

2. IN NAVES POSITIS] Lego ex *Bongarſiano* cod. *in naves impoſitis*, quae phraſis *Livio* familiariſſima. Imo jam idem reperio in v. c. noſtro, & Petav. VOSSIUS. Sic & MSS. *Brant.* & *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* DAVIS. *Impoſitis*,) Ita reſtituit Voſſius ex MSS. ſuis, & Daviſius ex MSS. Brant. & Elienſ. & Editt. Vett. Quibuſcum facit & MS. Regius. Scaliger & Recentiores minus eleganter ediderunt, (*poſitis.*) CLARKE. *Inpoſitis* eſt etiam in MSS. Scal. Palat. Bong. Leidenſibus, Voſſ. Dorvill. Edd. Vaſc. Steph. &c. Aldus, Gryph. aliique ante Scaligerum jam dederunt *poſitis*: frequenti confuſione. Ut videre eſt in Miſcell. Obſerv. Vol. III. p. 399. & notis Cl. Drakenb. ad Livium l. I, 18, 8. paſſim autem ibidem cognoſces *imponere* cum Accuſandi caſu jungi: atque ita MSS. quidam habent l. I. B. G. c. 42. *in eos* (ſc. *equos*) *milites inponere*: ubi tamen *eo* retinendum cenſeo. Nonnulli illic minus bene *eis.* Liv. l. II. c. 64. *Cornicines tubicineſque in equos inpoſitos.* ubi itidem conſule Drakenb. Valer. Max. l. I. c. I. §. 10. *In id* (ſc. *plauſtrum*) *virgines & ſacra inpoſita.* Dicitur quidem *ponere in aliquid*, ut oſtendimus ad Hirt. l. VIII, 46. Verum non inde ſequitur, rectum

ut erat praeceptum a Caeſare, [1] quantum navium facultatem habebat; na-
ves ſolvit, [a] paullumque progreſſus a portu, litteras a Caeſare [b] accipit;
quibus [c] eſt certior factus, [d] portus litoraque [e] omnia claſſibus adverſario-
2 rum teneri. Quo cognito, ſe in portum [f] recipit, naveſque [g] omnes revo-
cat. Una ex iis, quae perſeveravit, neque imperio Kaleni obtemperavit,
quod erat ſine militibus, privatoque conſilio adminiſtrabatur, delata [h] O-
3 ricum, [2] atque a Bibulo expugnata eſt: qui de ſervis liberiſque omnibus
ad inpuberes ſupplicium ſumit, & ad unum [i] interficit. [3] Ita exiguo tem-
pore, [k] magnoque caſu totius exercitus ſalus conſtitit.

1 XV. Bibulus, ut ſupra [l] demonſtratum eſt, erat [m] cum claſſe ad Ori-
cum: &, [n] ſicuti mari, portibuſque Caeſarem prohibebat, ita ipſe omni
2 terra earum regionum prohibebatur: praeſidiis enim diſpoſitis, omnia li-
tora

VARIAE LECTIONES.

a *Paullulum* Lov. L. ſec. vulgo *a p. prog.* contra MSS. ordinem. b *accepit* MSS. 3. c deeſt L. pr. d *portum* Pet. L. pr. Lov. Dorv. e abeſt V. f *recepit* L. pr. Lov. Dorv. g deeſt L. pr. h *ad Oric.* Lov. non male. V. ad l. I. B. G. c. 7. i *omnes* addit L. pr. ut l. V, 37. VI, 40. &c. k vulgo *magno c.* l *diximus* Lov. Dorv. m *in* iidem. n ita MSS. non *ſicut*, & *portubus*. V. ad l. III. B. G. c. 8.

eſſe *ponere milites in naves*. Proprium huic rei verbum eſt *inponere*. ut vel multis locis noſtri Caeſaris patet. c. 62. *Aggerem in ſcaphas inponit*. c. 103. *aeris pondere in naves inpoſito*. B. Alexand. c. 9. Afr. c. 2, 54. ubi plura. Vide etiam Cuper. Obſ. 3, 3. & quae diſputabit Clar. Drakenb. ad Livii l. XXVI, 51. *Senatoribus in navem inpoſitis*. Vellej. II, 19, 4. *Inſtructum eum viatico in navem impoſuerunt*. Vulgata lectio egregie firmari poſſet loco Catonis apud Nonium V. *Putidum*. *indu navis putidas atque ſenticoſas commeatum ponere volebat*. Si vera eſt emendatio Lipſii ſic legentis l. V. Epiſt. Quaeſt. 2. vulgo *inde ignavus* & *commeatu monere*. ſed & illic *inponere* aeque ſubſtitui poſſet.

1. QUANTUM NAVIUM FACULTATEM HABEBAT, NAVES SOLVIT] Lego *quantum navium habebat, ſolvit*. Nam illud *naves* a gloſſemate eſſe certum habeo. Quod ſi *facultatis* vocem expungi non pateris, emendandum, *quantam navium facultatem habebat, ſolvit*. Ciacconius legebat: *quamprimum navigandi facultatem habuit, naves ſolvit*. Metuo ne ingenioſe magis, quam vere. VOSSIUS. *Gabr. Faernus* reponit *quam tum navium* &c. quam emendationem ſe intelligere negat *Fr. Hotomannus*. Legit autem *Ciacconius*, *quam primum navigandi facultatem habuit, naves ſolvit*. *Joſ. Scaliger* delet *facultatem*. *Dionyſ. Voſſio* placet *quantum navium habebat, ſolvit*; aut *quantum navium facultatem habebat, ſolvit*. Audacter nimis omnes. Lego, minima mutatione, *quarum navium facultatem habebat, naves ſolvit*. Vehementer fallor, niſi ii, quibus nota eſt Caeſaris ἀφελότης, hanc emendationem cenſeant amplectendam. DAVIS. Ego nullam omnino emendationem opus eſſe exiſtimo; ſed, mutata ſolummodo *diſtinctione*, totam periodum hoc modo ſcribendam: (*Kalenus, legionibus* —— *in naves impoſitis*, (*ut erat praeceptum a Caeſare*,) *quantam* (vel *quantum*) *navium facultatem habebat; naves ſolvit*.) Aptius enim cohaerere videntur iſta, (*legiones in naves impoſuit, quantam navium facultatem habebat*;) quam iſta, (*quantum navium facultatem habebat, naves ſolvit*.) CLARKE. Bene diſtinguit Clarkius. Nec mutatione opus eſt: niſi quod praeferrem *quantam*, ſi addicerent MSS. Caeſarem malle addere *naves* verbo *ſolvit* diximus ad l. IV. c. 23. B. G. Neque eum anxie vitare crebram ejuſdem vocis repetitionem patet ex congeſtis ad l. I. B. G. c. 44.

2. A BIBULO EXPUGNATA EST:] Ita edidimus ex Editt. Florent. & Gryphii. Senſusque eſt, (cum eſſet *delata Oricum*, *a Bibulo expugnata eſt*.) Locutio hujuſmodi ἀσύνδετον, quam ſit Caeſari familiaris, vide ſupra ad lib. II. B. G. cap. 16. Vulgg. (*delata Oricum*, atque *a Bibulo expugnata eſt*.) CLARKE. Ex variis lectionibus Bruti hoc hauſit Clarkius. At in Edd. meis Gryphii *atque* additur. De Florentina neſcio, ſed antiquiores cum MSS. omnibus ſervant.

3. ITA EXIGUO T., MAGNO CASU T. EX. SALUS CONSTITIT] Codices nonnulli *Magnoque caſu*. Quod ſententiam turbat. CLARK. *Itaque* Leid. pr. & Edd. primae. *Ita in exiguo t.* Brant. Palat. Bong. Lovan. Dorv. *magnoque caſu* vero exhibent MSS. Urſ. Carr. Brant. & mei ad unum omnes cum Edd. primis, uti & Vaſcoſ. Steph. aliiſque. Quod non video, quomodo ſententiam turbet.

tora a Caeſare tenebantur; neque lignandi, [1] neque aquandi, neque naves ad terram religandi, poteſtas fiebat. Erat res in magna difficultate: 3
ſummiſque anguſtiis [a] rerum neceſſariarum premebantur; adeo ut cogerentur, ſicuti reliquum commeatum, ita ligna, atque aquam [b] Corcyra navibus onerariis [c] ſubportare: atque [d] uno etiam tempore accidit, ut diffici- 4
lioribus uſi [e] tempeſtatibus, [2] ex [f] pellibus, quibus erant tectae naves, nocturnum excipere rorem [g] cogerentur: quas [h] tamen difficultates patienter 5
[i] atque aequo animo ferebant, neque ſibi nudanda litora, [k] & relinquendos portus exiſtimabant. Sed, quum eſſent in quibus demonſtravi anguſtiis, ac 6
ſe Libo cum Bibulo conjunxiſſet; loquuntur [l] ambo ex navibus cum [m] M? Acilio & [3] Statio Murco legatis; quorum [4] alter oppidi muris, alter praeſidiis

VARIAE LECTIONES.

a *Res neceſſariae* Lov. Dorv. *premebatur* L. ſec. V. mox *cogeretur* Dorv. b *Corcyram* MSS. Pot. Scal. & 4 alii. fors. C. *in navibus*. c *deport.* L. pr. d *etiam uno* MSS. quidam & Edd. Vett. *etiam* deeſt Lov. Pal. Dorv. e *temporibus* L. ſec. f deſunt *exp.* Lov. g C. *inviti* Carr. L. ſec. Edd. pp. *exc. cog. triumphilm* V. h *ante* MSS. 3. i Sic MSS. o. non &. k *portuſque rel* L. pr. l deeſt Lov. m vulgo *M.*

turbet. Ait Auctor ſalutem exercitus dependiſſe ab exiguo tempore, & magno caſu. Sic enim loquitur alibi. l. II. B. Civ. c. 5. *Qui non in ejus diei caſu fortunarum eventum conſiſtere exiſtimabant.* *Magnum caſum* ita adhibuit quoque auctor l. VI. B. G. c. 30. contra *minimum caſum* c. 42. Copulam itaque recepi. & poſt *ita* diſtinctionem ſuſtuli. Num vero *in* ſit addendum, dubito. Utrumque videtur dixiſſe Caeſar *conſiſtere re* & *in re*. Vide ad l. VI, 22. *Victus in lacte, carne, caſeo conſiſtit.*

1. Neque aq.] Lovan. Dorv. Palat. *aut a.* Sed Leid. pr. ſec. Voſſ. *atque a.* Nec dubito de aliis. Et recte. Non enim tria varia narrat Caeſar, ſed duo: *lignari* & ſive *vel aquari*, immo ne quidem *naves ad terram adligare* poterant. Vide omnino ad l. III. c. 14. B. G.

2. Ex pellibus, quibus erant tectae naves] Notabilis locus. Et forſan, quas alibi ſaepe adeo *tectas* naves Caeſar vocat, ſolum pellibus tectae erant; ſub quibus miles ceu tentoriis agitabat. Atque ita *conſtratae naves* a tectis diſtinguendae ſint, quas perperam confudit Bayfius: *conſtratae*, ſunt νῆες κατάφρακτοι, ut Graeci vocant: *tectae* erant revera ἄφρακτοι, ſed pelles in iis pro tentoriis. Illae enim erant conſtratae aſſibus, & hoc vere conſternere. Sed incerta haec. Illud fortaſſis verum, *tectas* & *conſtratas naves* diverſas eſſe, quod *tectae pellibus* extrinſecus contectae erant; *conſtratae* non item. De pellibus docet nos Pollux, l. I. c. IX. Πρὸς δὲ τὰς ἐπιβολὰς αὐτῶν, ἀντεσοφίζοντο, βύρσας προσηλοῦντες πρὸς τὰ τειχίσματα τῶν νεῶν, ὅπως ὁ σίδηρος ὀλισθάνῃ πρὸς τὸ ἀντίτυπον ἀντιλαβὴν οὐκ ἔχων. *Contra irruptiones vero fallaciis contendebant, coria affigentes parietibus navium, ut ferrum delaberetur, quando id quod ictum excipit, non recipit.* Tectarum quoque ſcapharum meminit Caeſar III. de bello Civili, cap. c. *Vatinius qui Brundiſio praeerat, tectis inſtratiſque ſcaphis, elicuit naves Laelianas.* Ita Scal. edidit; in priorib. editt. erat *inſtructiſque*. Vide, an non melius. Si recte Scaliger, diverſa ſunt genera *tectae* & *inſtratae*: nimirum illae pellibus, hae, ut puto, ligno. VOSSIUS.

3. Statio Murco] Vellejus l. II. c. LXXII. *Stajus Murcus, qui claſſi & cuſtodiae maris praefuerat.* Et poſtea iterum. c. 77. *Stajum autem Murcum, qui adventu ſuo claſſiſque celeberrimae, vires duplicaverat.* Miror, ne Lipſium quidem corruptum nomen advertiſſe: omnino lege *Statius*, non *Stajus*: nam Murci ex Statia gente erant. Dion quoque & Appianus hunc Στάϊον Μοῦρκον vocant. Extat denarius, cujus uno latere tropaeum erectum, & infra ſcriptum MURCUS IMP. altero latere effigies Statii addito tridente: nimirum quia claſſi praepoſitus fuit. IDEM. V. & ad Vell. l. II. c. 69. & omnino Ill. Spanhem. de Praeſt. Num. T. II. p. 31, 32. cum Urſino autem reſcripſi *M?* pro *M.* Praenomen Aciliae gentis eſt *Manius*. V. Famil. Rom. & Numos. Eadem corruptio ubique in MSS. praeſertim in gente *Curia*. V. ad Front. 1, 8, 4.

4. Alter oppidi muris, alter praesidiis terrestribus praeerat] Praeſidia hic proprie accipienda: nam non aliud intelligit Caeſar, quam unum legatorum caſtra & militem ante urbem habuiſſe, alterum murorum cuſtodiae praepoſitum. Simili modo ſupra locutus eſt Caeſar cum ait: *omnes ſuas terreſtres urbiumque copias dimiſſurum.* Ubi per *terreſtres copias* intellige eas, quae

ſidiis terreſtribus praeerat; velle ſe [a] maximis de rebus cum Caeſare loqui, [b] ſi
7 ſibi ejus facultas detur. Huc [1] addunt pauca rei confirmandae cauſſa, ut de compoſitione acturi viderentur. Interim poſtulant, ut ſint induciae;
8 atque ab iis impetrant. Magnum enim, [2] quod adferebant, videbatur; [c] & Caeſarem id ſumme ſciebant cupere; & [3] profectum aliquid [d] Vibullii mandatis exiſtimabatur.

1 XVI. Caeſar, eo tempore cum legione una [e] profectus ad recipiendas ulteriores civitates, & rem frumentariam expediendam, qua anguſte utebatur,

VARIAE LECTIONES.

a Sic Lov. non *de m.* b *ſi ei f.* L. pr. *ſi ſibi ej. f.* Pet. *ejus* deeſt Pal. B. Lov. Dorv. bene. c deeſt Pal. d vulgo *Bibuli.* e *pr. erat*, & dein *erat autem ad* Carr. Lov. Dorv. Pal. Edd. pp. & aliae.

quae in hoſtem ducebantur, ſive quae apud nos dicuntur in campum ire, *te velde gaen:* at urbium copiae ſunt, quae hodie *praeſidia*, aut *garniſoenen* appellamus. VOSSIUS.

1. ADDUNT.] Manutius ait in Vett. quibuſbuſdam libris eſſe *adſunt.* Unde ſuſpicatur legi poſſe *adſuunt.* Ego tales libros non vidi. & ſimpliciter *addunt* in hiſce ſemper, vel alio verbo non tam figurato utitur auctor. V. Ciaccon. Brantius tamen monet in Ed. Baſil. eſſe *adſuunt.*

2. QUOD AFFEREBANT] Vox eſt nunciorum & legationum propria. *Joſ. Scaliger* edidit *quod aſſerebant*; ſed, praeterquam quod dubium videatur, an hanc vocem in *affirmandi* ſignificatione adhibuerint aureae aetatis ſcriptores, MS. *Norvic.* & edit. *Rom. Ven. Beroald.* lectionem a me retentam exhibent. Vide *Chriſt. Cellarii* Cur. Poſter. p. 104. & Diſcuſſionem Append. Danicae p. 32. ſeq. DAVIS. Longe praeſtat vulgata lectio: firmatque MS. Regius. CLARKE. Putem typothetarum eſſe errorem, licet *aſſerebant* etiam ſit in Voſſiano, & ſequantur id recentiores ad Daviſium uſque. Nam licet *adſerere* uſurparent aurei aevi ſcriptores pro *adſeverare*, *adfirmare*, quod non faciunt, vel ſic tamen iſtud hic locum habere non poſſet. Ajebant enim modo, ſe de magnis rebus cum Caeſare velle loqui.

3. PROFECTUM ALIQUID BIBULI MANDATIS EXISTIMABATUR] Locus depravatus, qui tamen levi mutatiuncula reſtitui poteſt: quantum enim diſcriminis inter nomen *Bibuli* & *Vibullii*, ſeu potius, ut in antiquis codicibus id nomen ſcribitur, *Bibullii*, aut *Bibulii.* Decepit librarium, quod hic ſermo de Bibulo eſt: Caeſar vero reſpicit ad mandata illa, quae Vibullio a ſe data ſupra memoravit. Viderunt hoc quoque, ne quem debita laude fraudem, Guilhelmus Canterus (l. III. N. L. c. 24.) & Ciacconius. Hottomannus tamen ambigit, an legere liceat *Vibullii*, & inquit, ambigere ſe, an mandata, quae Caeſaris paſſim dicuntur, poſſint vocari mandata Vibullii. Sed poſſunt, quatenus ille eorum nuncius erat. Addit Hottomannus videri expoſita a Vibullio fuiſſe mandata: quod libenter fateor: neque Caeſar ait expoſita fuiſſe: ſed ſuos hoc putaſſe. Interea non omnino rejicio conjecturam Hotomanni, qui legebat, *profectum iri aliquid Bibuli mandatis exiſtimabatur.* VOSSIUS. Emendant Viri docti, Canterus, Ciacconius, Voſſius, Cellarius, aliique; (Vibullii *mandatis:*) Quae mandata ſupra commemoraverat *Caeſar*, data *Vibullio* ad *Pompejum* perferenda. Hotomannus tamen mavult, (perfectum iri *aliquid* Bibuli *mandatis:*) Et in MS. Regio eſt (*profecturum aliquid* de Bibuli *mandatis.*) Sed haec paullo languidiora ſunt. Prior igitur recipienda eſt emendatio: Niſi forte vulgata lectio eam in ſententiam accipi poſſit, ut dicatur aliquid etiam *hoc* profectum exiſtimari, quod *Bibulus* mandata omnino *haberet* ad *Caeſarem* perferenda. CLARKE. *Perfecturum de B.* eſt in MSS. Pal. Bong. Dorvill. & Edd. primis. vel *profecturum.* ſine praepoſitione eſt in Leid. ſec. & aliis. *Perfectum* habet MS. Brant. Nonnullae Edd. *perfectum iri.* Leid. vero primus *profectum aliquem B. mandatis exiſtimabant.* Ill. Heinſius voluit *profectum iri*, adſcripto loco Dict. Cret. p. 12. *profecturus aliquid in oratione*; ubi in vulgatis *promoturus*, in MS. *profuturus.* Verum MSS. optimi Petav. Cujac. Scalig. Voſſ. Lovan. & alii cum Edd. Vaſcoſ. Steph. &c. bene ſervant *profectum.* Putabant aliquid jam in pacis negotio profectum eſſe per mandata, quae a Caeſare Rufus Vibullius (ſic enim legendum cum viris doctis, quibus accedat Gruterus; vel potius antiquorum more *Vibulli:* ut alibi diximus, Genitivum a nominibus in *ius* tunc temporis deſiiſſe in *i*;) ad Pompejum habebat, & hinc Libonem & Bibulum jam ulterius colloquium cum Caeſare petere. *Profectus* paſſive inluſtravimus ad l. IV. B. G. c. 19. *Satis profectum arbitratus.* Fruſtra movet ſcrupulum Hotomanus, quod non ſint *mandata Vibullii*, ſed *Caeſaris.* Quaſi vero non intel-

batur, erat ad Buthrotum, [1] obpoſitum Corcyrae. [a] Ibi certior ab Acilio 2
& Murco per litteras factus de poſtulatis Libonis & Bibuli, legionem [b] re-
linquit; ipſe Oricum revertitur. Eo quum veniſſet, evocantur illi ad con- 3
loquium. Prodit Libo, [2] atque excuſat Bibulum, *quod is iracundia ſum-*
ma [c] *erat, inimicitiaſque habebat etiam privatas cum Caeſare,* [3] *ex aedi-*
litate & praetura conceptas: ob eam [d] *rem conloquium vitaſſe, ne res ma-*
ximae ſpei maximaeque utilitatis ejus iracundia inpedirentur. Pompeji 4
ſummam eſſe, ac fuiſſe ſemper voluntatem, [4] *ut* [e] *componerentur, atque*
ab armis diſcederetur: ſed poteſtatem [f] *ejus rei ſe nullam habere; propter-* 5
ea [5] *quod de* [g] *concilii ſententia* [h] *ſummam belli rerumque omnium Pom-*
pejo [i] *permiſerint: ſed, poſtulatis Caeſaris cognitis, miſſuros ad Pompe-*
jum, atque illum reliqua [k] *per ſe acturum, hortantibus ipſis: interea ma-*
nerent induciae, dum ab illo rediri poſſet; neve alter alteri [l] *noceret.*
Huc addit pauca de cauſſa, [m] & de copiis, auxiliiſque ſuis.

VARIAE LECTIONES. XVII.

a *Ubi* Edd. Vaſc. Steph. &c. Vulgo contra MSS. *ab Ac. cert.* b *reliquit* Pet. L. pr. bene. c abeſt Lov. uti & *que* a V. d *cauſam* Pet. B. L. ſec. V. Ed. R. Steph. dein *colloquitur* Pal. *vitaviſſe* B. e vulgo *componeretur.* f Sic MSS. & Edd. Vett. non *ſe ej. r.* Exſulat *ſe* a Pet. V. L. pr. *bujus* MSS. 2. g *conſilii* vulgo. h *ſumma* MSS. 5. i *commiſerunt* B. *permiſerunt* Edd. pp. k *perfecturum* Edd qdd. l *nocere poſſet* Lov. Dorv. m deeſt L. pr.

intelligi poſſint *Vibullio data*, ut *injuriae populi Romani*, quae populo inlatae ſunt, l. I. c. 30. ubi vide plura, & de ſimilibus Perizon. ad Sanct. Min. l. II. c. 3. §. I. c. 13. §. 2. alioſque: quibus innumera exempla addi poſſent. *Vibullius* autem in MSS. ubivis abiiſſe in *Bibulum* ſupra cap. undecimo & ſaepius monitum.

1. OBPOSITUM CORCYRAE] Sic optime reſtituit Hotomanus; ac jam ante receperat Stephanus, & ad marginem notaverat Vaſcoſanus: Atque ita diſerte inveni in Leid. primo. Reliqui MSS. tam aliorum quam mei, & Edd. Vett. habent *B. oppidum Corc.* Falſiſſime. Sed ſcribi hinc poſſet *ad Buthrotum, oppidum obpoſitum Corcyrae.* In Scalig. eſt tantum *ad Buthrotum Corcyrae.*

2. ATQUE EXCUSAT] Sic eſt, niſi me fallo, in Leid. primo. Reliqui MSS. omnes & Brant. & Edd. primae cum Beroald. habent *neque.* Quod probat Gruterus. Ut velit auctor, eum non excuſaſſe abſentiam Bibuli, ſed potius indicaſſe rationem veram, quam neque ipſemet Bibulus diſſimulaverit. Mihi potius viderentur quaedam deeſſe, ſi *neque* a Caeſare credamus hic ſcriptum fuiſſe.

3. EX AEDILITATE ET PRAETURA CONCEPTAS] In aedilitate & conſulatu inter Caeſarem & Bibulum non bene conveniſſe, tradunt *Suetonius* in Jul. capp. x. & xx. ac *Dion* l. XXXVIII. p. 60. Sed de jurgiis, dum una praeturam gererent, ortis ſilent auctores. Edit. quidem *Beroald.* repraeſentat *ex aedilitate & conſulatu conceptas*: cum autem lectionem vulgatam omnes alii Codd. retineant, vereor, ne eam manus Critica temere mutaverit. DAVIS.

4. UT COMPONERETUR] *Lovan. Pal. Bongarſ.* tert. *Norvic.* & *Beroald.* recte dant *componerentur*; res videlicet maximae ſpei, quas iracundia Bibuli impedierat. DAVIS. *Cur. ſec. Componerentur* exſtat etiam in Leid. pr. & ſec. Petav. Pal. Bong. item Lovan. Dorvill. & Edd. primis, Aldi Gryph. Plant. ſine dubio vere. Non tantum dicitur *bellum, controverſiae, lites componi*, ſed & *res*, de quibus agitur. Terent. Adelph. IV, 7, 17. *Res compoſita eſt.* Phorm. IV, 3, 17. *haec cum bona componantur gratia.*

5. QUOD DE CONSILII SENTENTIA] Malo *concilii.* (Sic & *Norvic.*) *Concilium* hic *Caeſar* quaſi per contemptum vocat Senatum Romanum: nam quia pars Senatorum Romae manſerat; hunc ille legitimum Senatum, Conſules, Pompejumque & qui in parte Reip. erant, turbidos & factioſos nuncupabat. VOSSIUS. *Concilii* etiam eſt in Edd. Vaſc. Gryphii, Steph. Plantin. & Clarkii; uti & MSS. a Grutero conſultis; ſi fides exceptis ſit: bene pro coetu quovis. Vide Cerd. ad Virgil. Georg. I, 25. Gronov. ad Liv. XLIV, 2. Burm. ad Nemeſ. Ecl. I, 54. *Concilioque deûm.* Heinſ. ad Ovid. Art. III, 117. Semper hae voces confunduntur ob vicinitatem ſenſus & litterarum, ut ſaepe jam uſui in Caeſare venit.

1. ME-

1 XVII. Quibus rebus neque [a] tum reſpondendum Caeſar [b] exiſtimavit,
2 neque nunc, ut [1] memoriae [c] prodantur, ſatis cauſſae putamus. Poſtulabat Caeſar, *ut legatos ſibi ad Pompejum ſine periculo mittere liceret*; *id-*
3 *que* [d] *ipſi fore reciperent, aut acceptos per ſe ad eum perducerent.* Quod ad inducias pertineret, *ſic belli rationem eſſe diviſam, ut illi* [e] *claſſe naves auxiliaque ſua inpedirent, ipſe* [f] *ut aqua terraque eos prohiberet:*
4 [2] *ſi* [g] *hoc ſibi remitti vellent, remitterent ipſi de maritimis cuſtodiis; ſi illud tenerent, ſe quoque id retenturum:* [3] *nihilo minus tamen agi poſſe de compoſitione, ut haec non remitterentur; neque* [4] *hanc rem eſſe inpedi-*
5 *menti loco.* Illi, neque legatos Caeſaris recipere, neque periculum praeſtare eorum, ſed totam rem ad Pompejum rejicere; unum inſtare de indu-
6 ciis, vehementiſſimeque contendere. Quos ubi Caeſar [h] intellexit praeſentis periculi, atque inopiae vitandae cauſſa [i] omnem orationem inſtituiſſe, neque ullam ſpem, aut conditionem pacis adferre; ad reliquam cogitationem belli ſeſe recepit.

XVIII.

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt Lov. *tamen* Carr. b *exiſtimabat* MSS. & Edd. qdd. c vulgo *prodatur.* d *ſibi* Lovan. e *claſſem* Sc. L. pr. *claſſem &* Lov. Dorv. L. ſec. f deeſt Lov. Dorv. g vulgo *& ſi*, ac mox *ſin.* h *intellegit* Lov. i deeſt MSS. 3.

1. MEMORIAE PRODATUR] Legendum *prodantur*, ut ex *Petav.* & orationis nexu liquet, idque *Ciacconius* olim vidit. DAVIS. *Cur. ſec. Prodantur* jam edidit R. Stephanus; ut debuit. Ceterum in margine Leid. primi pro varia lectione eſt *memoria.* Adi omnino ad lib. v. B. G. c. 12. *Memoria proditum dicunt.*

2. ET SI HOC SIBI] Deleo particulam *&*, quae in v. c. noſtro & Palat. ac Pet. non deſideratur, quia recte abeſt. VOSSIUS. Delevi *&* jubentibus MSS. meis omnibus, & Ed. R. Stephani. Voſſio obſecutus jam eſt Clarkius. Dein etiam MSS. cuncti & Edd. Vett. *ſi illud.* quod non mutari debuit in *ſin.* Vide ad l. VII. c. 66.

3. NIHILOMINUS TAMEN AGI POSSE] Vir doctiſſimus *Hotomannus* ſecundam particulam delendam cenſuit; quod miror: noſter enim hujuſce libri c. XVIII. dixit *conatus* tamen nihilominus *eſt:* & *Cicero* ad Fam. l. IV. Epiſt. XIII. Tamen nihilominus *eis conficior curis.* Aliae etiam ejuſdem ſignificationis particulae conjunctim leguntur, ut oſtendit *Fr. Sanctius* Min. l. III. c. XIV. p. 572. ſeqq. DAVIS. Merito hic miratur Daviſius inſcitiam Hotomanni, qui vocem (*tamen*) contra omnium MSS. fidem delendam cenſuit; cum phraſis iſta (*nihilominus tamen* vel *nihilo tamen minus*) & optimis ſit auctoribus & Caeſari ipſi non inuſitata CLARK. Abeſt male ab Edd. Rom. Med. Ven. &c. Vide Lexica.

4. HANC REM ESSE IMPEDIMENTI LOCO] MS. *Norv.* edit. *Rom. Ven. Beroald.* habent *hanc rem illis eſſe impedimenti loco.* Legendum *hanc rem illi eſſe* &c. nimirum compoſitioni, de qua agebatur. DAVIS. Cum in MS. Elienſi, nec non in MS. Reg. & in Editt. Vett. ſcriptum ſit (*neque hanc rem* illis *eſſe* &c.) legendum exiſtimat Daviſius (quomodo & in MS. Voſſii ſcriptum reperi) *neque hanc rem* illi, ſcil. *compoſitioni*, *eſſe impedimenti loco.* Qui quidem ſenſus ſatis eſt bonus. Caeterum attentius libros inſpicienti occurrit; quibus in Codicibus ſcriptum eſt (*rem* illis *eſſe*) vel (*rem* illi *eſſe*,) in eis omnibus ſtatim, poſt duo ſequentia vocabula, deeſſe vocem (*Illi*) a quâ proxima ſententia exorditur. In iſtis igitur libris ea vox inde tranſpoſita ſolummodo videtur: Et proinde quaeri poteſt, annon Lectio vulgata potius ſit retinenda. CLARK. *Illis e. inp. l. Neque* eſt in MSS. omnibus & Edd. primis. *loco* exſulat etiam a Bong. & Dorv. Aliud quid latere videtur. *ille* vero pro *illi* exhibuit Stephanus, & ſcribi etiam voluit Ciacconius, quia ſolus Libo erat in colloquio; & ſtatim pro *quos* Ciacconius conjecit *Quod.* ut l. III. de B. G. c. 23. *Quod ubi animadvertit, ſuas copias non diduci.* c. 68. *Quod quum eſſet animadverſum, conjunctum eſſe flumini.* B. Afric. c. 63. *Quod poſtquam animadvertit, animis non reſiſti poſſe.* Adde B. Hiſp. cap. 20. & ſaepius alibi, ita ut abundet *quod.* ſimile eſt c. 63. *Hoc enim &c.* At vero Gruterus pronomen omnino deleri volebat. Stephanus edidit *Quem* cum Ed. Flor. Beroaldo & Vaſcoſ. atque ita inveni in MSS. Voſſ. & Bong. In ceteris

XVIII. Bibulus, multos dies terra prohibitus, & graviore morbo [a] ex 1
frigore ac labore inplicitus, quum neque curari poſſet, neque ſuſceptum
officium deſerere vellet, [b] vim morbi ſuſtinere non potuit. Eo mortuo, ad 2
neminem unum ſumma imperii [1] redit: ſed ſeparatim ſuam quiſque claſſem
ad arbitrium ſuum adminiſtrabat. [c] Vibullius, ſedato tumultu, quem re- 3
pentinus adventus Caeſaris concitaverat, [2] ubi primum, [d] rurſus adhibito
Libone, & L. Luccejo, & Theophane, [3] quibus communicare de maxi-
mis rebus Pompejus conſueverat, de mandatis Caeſaris agere inſtituit,
eum ingreſſum [e] in ſermonem Pompejus interpellavit, & loqui plura pro-
hibuit.

VARIAE LECTIONES.

a *Et* MSS. 4. dein *&* *l.* Pet. L. pr. b *cum vim* Carr. *ejus v.* Brut. c *Bibullius*, *Bibullus*, *Bibulus* MSS. rurſus. d *reverſus eſt* Lov. Br. *adbibitoque* L. pr. e deeſt B. Vaſc. Edd. quaed. *ſermone* male.

teris omnibus MSS. & Edd. primis, item Ven. Baſ. Gryph. eſt *quae*. Ab Aldo profectum eſt illud *Quos*, non minus ac *Illi:* quod eo loco in MSS. non comparere vidimus. Judicet Lector, quid ſequi velit. Facile enim pluralis ſervari poteſt: quia Libo communi utriuſque loquebatur nomine.

1. REDIT] Sc.ibendum, *rediit* vel *redît*, propter ſequentem *adminiſtrabat*. CLARK. *Rediit* eſt in Leid. ſec. ſed nil mutandum patet ex ſexcentis noſtri locis: quae temere Clarkius & Daviſius ubique inmutare conantur.

2. UBI PRIMUM RURSUS ADHIBITO LIBONE] Urſino illud *rurſus* abundare videtur. Sed probum eſt: locus tamen non uſquequaque ſanus: nam nuſquam ſupra dixit Caeſar Vibullium de mandatis ſuis cum Pompejo egiſſe. Quare una litera immutata ex Petav. codice lego *ibi primum:* ſed commode diſtinguendum eſt, alioqui ne ſic quidem ſenſus bonus erit: ita interpunge, *ibi primum*, *rurſus adbibito Libone*; nam Libo paullo ante cum Caeſare de compoſitione locutus erat: porro pro *cum*, quod ſtatim ſequitur, in Pet. & Palat. eſt *quem:* & ſic quoque in ſuo codice reperit Urſinus. VOSSIUS. Ubi *primum*, *rurſus adbibito Libone* ——, *agere inſtituit*; *eum* —— *Pompejus interpellavit*,) Merito hîc reprehendit Voſſius Urſinum, qui vocem (*Rurſus*) ſine cauſa delendam voluit: Nam & *prius* adhibitus fuerat *Libo*. V. ſupra. Sed & ipſe Voſſius in errorem incidit graviorem. Nam voces illas, *ubi primum*; (tanquam ſi (*ubi primum INSTITUERAT*,) non (*ubi primum INSTITUIT*,) ſcriptum fuiſſet;) ita interpretatur, ac ſi ſignificarent jam *ante* narratam fuiſſe aliquam *Vibullii* cum *Pompejo* de Caeſaris mandatis collocutionem. At vero voces iſtae nihil tale prae ſe ferunt. Etenim idem plane ſonant, ac (*ſimul primum*) vel (*ſimul primum ac*.) Neque locum hic habere poteſt, (*IBI primum*,) quod iſte Vir doctiſſimus reponendum vellet. Neque enim quicquam eſt, quo illud (*ibi*) referatur; niſi (*ibi primum*.) poſitum ſingatur pro (*tum primum:*) Quomodo ſi hoc in loco ſcriptum fuiſſet, tunc & in poſteriori quidem parte ſententiae, pro (*eum* —— *Pompejus interpellavit*,) ſcribendum fuiſſet, *Quem* —— *Pompejus interpellavit*;) id quod in duobus ſe MSS. reppeiſſe teſtatur Vir doctiſſimus. Interim vero longe praeſtat & Latinitate & Senſu lectio vulgata. CLARK. *Quem* pro *cum* eſt etiam in Leid. pr. Lovan. Voſſ. Dorv. Brant. & Scalig. Non placet tamen: neque *eum* ad Vibullium, ſed ad *ſermonem* cum Ciacconio refero. Simul ac Vibullius de mandatis Caeſaris loqui inſtituebat, ingreſſum (Sc. *Vibullium*) in eum ſermonem interpellabat Pompejus. l. I. c. 2. B. Civ. *Marcellus ingreſſus in eam orationem*. Et ſic alii ſaepius, quomodo & *ingredi in fines*, *in urbem*.

3. QUIBUS COMMUNICARE] Aliquando ſane huic verbo dandi caſum adjungunt poſterioris aetatis ſcriptores, ut oſtendit *Chr. Cellarius* Antib. p. 231. Saeculum vero aureum ſemper aut abſolute utitur, aut *cum bis* vel *inter bos communicare* dicit. Repono itaque cum *Joan. Frid. Gronovio* Obſ. l. II. c. VI. *quibuſcum communicare:* facile enim fit, ut, cum duae ſyllabae inter ſe non abſimiles concurrant, earum una omittatur. Hujuſce tamen lectionem veſtigia ſervat Codex *Urſinianus*, in quo legitur *quibuſque communicare*. DAVIS. *Quibuſcum* Clarkius edidit: MSS. cuncti praepoſitionem omittunt, contra aurei ſeculi uſum, & ipſum Caeſaris Stylum, qui ſolet addere praepoſitionem cum ceteris: ut l. VI. B. G. 19, 20. VII, 37. & aliis locis: Aliquando tamen abſolute ponit, vel praemittit aliud verbum cum Dativo: unde decepti videntur librarii; niſi potius exciderit per ſeq. *com.* pro quo ſaepe in MSS. *cum.* l. VI. B. G. 13. *Neque iis petentibus jus redditur*, *neque bonos communicatur*. c. 23. *Iis omnium domus patent*, *victuſque communicatur*. Forſan etiam

4 hibuit. *Quid mihi*, inquit, *aut vita aut civitate opus eſt, quam beneficio
Caeſaris habere videbor? cujus rei opinio tolli non poterit*, [a] *quum in
5 Italiam, ex qua profectus ſum*, [1] *reductus exiſtimabor.* Bello perfecto,
ab iis Caeſar haec [2] dicta cognovit, qui ſermoni interfuerunt, conatus ta-
men nihilo minus eſt aliis rationibus per [b] conloquia de pace agere.
1 XIX. [3] Inter bina caſtra Pompeji atque Caeſaris unum flumen tantum
interat [c] Apſus: crebraque inter ſe conloquia milites habebant: neque
ullum interim telum, per pactiones [d] conloquentium, [4] transjiciebatur.
2 Mittit P. [e] Vatinium legatum ad ripam ipſam fluminis: qui ea, quae ma-
xime ad pacem pertinere viderentur, ageret; & [f] crebro magna voce
pronunciaret, *liceretne civibus ad cives* [5] *de pace legatos mittere? quod
etiam* [6] *fugitivis ab ſaltu* [g] *Pyrenaeo praedonibuſque licuiſſet; praeſer-
tim,*

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. Urſ. Br. Pet. Sc. L. pr. & Edd. Scal. & ſeqq. Reliqui MSS. & Edd. Vett. *niſi q.* b *colloquium* L. ſec. c *Thapſus* vel *Tapſus* MSS. & Edd. pp. d *loquentium* MSS. 7. e *Vettin.* MSS. 2. *legatum* abeſt a L. pr. f *eum* addit Lov. g *Pyreno* L. pr. a ſ. MSS. & Edd. qdd.

iam ſcripſerat Caeſar *quicum*. Sed Urſinus teſtatur in ſuo codice eſſe *Quibuſcum commun.* ni fallit Ed. Plantin. A. 1574.

1. REDUCTUS EXISTIMABOR. BELLO PERFECTO, AB &c.] Duobus modis interpungi poteſt hic locus; ſcribi enim poteſt vel, (—— *reductus exiſtimabor. Bello perfecto, ab &c.*) vel, (—— *reductus exiſtimabor, bello perfecto. Ab &c.*) Neutrum male. Pro *priore* tamen interpungendi ratione facit ſimilis locutio infra, c. 57. *ut poſtea, confecto bello, reperiebamus*; & rurſum c. 60. *ut poſtea, bello confecto, cognitum eſt.* Pro *poſteriore* facit illud, quod ſequitur, *nihilo minus*. CLARKE. Cum Urſino, Ciacconio, Clarkio ante *Bello* plenam diſtinctionem poni, rectius judicavi.

2. DICTA] MSS. Urſ. Brant. Norvic. Petav. Lovan. Voſſ. habent *facta*. Non male pro rem ita actam eſſe. Atque ſic citat Ciaccon. ad l. v. c. 6. *Id factum Caeſar cognovit.* ubi itidem praecedit de ſermone. ſaepe *facere* & *dicere* confunduntur; *Res* etiam de verbis & argumentis non raro apud noſtrum occurrit; ut alibi vidimus. Et ita χρῆμα Graece.

3. INTER B. &c.] MSS. Petav. Bong. Scalig. Voſſ. Leid. ſec. & primus inter verſus cum Edd. prim. addunt *Ut inter.* Non male ſi poſt *trajiciebatur* parva ponatur diſtinctio, & ſenſus fiat. *Mittit Vatinium* ad ripas, *ut* ſive *poſtquam prope acceſſerant, & unum tantum flumen intererat.*

4. TRANSJICIEBATUR] In Palatino eſt *jaciebatur*. quod non improbo. VOSSIUS. Nec ſecus in Lovan. & Dorvill.

5. DE PACE LEGATOS MITTERE] Conſtanter in MS. noſtro, Pet. Pal. Bong. eſt *duos legatos mittere*. (Ita & editt. *Rom. Ven. Beroald.*) Suſpicor corruptum ex *ſuos legatos*; aut, quod malo, ex *tuto*: nam ſic infra, *admodum tuto legati venire*. VOSSIUS. Codices habent *de pace* DUOS *legatos mittere*; unde *ſuos legatos* fecit *J. M. Brutus.* ſic etiam *Voſſius*; mavult tamen *de pace* tuto *legatos mittere*. Cum vero ſtatim ſubjiciat Vatinius, *praeſertim, ut id agerent, ne cives cum civibus armis decertarent*; ſupervacuis vocibus ejectis, reponendum videtur *liceretne civibus ad cives legatos mittere?* DAVIS. *Cur. ſec.* MSS. ad unum omnes inſerunt *duos*, nec non Edd. primae: unde jam conjecit *ſuos* etiam Gruterus; qui rogat, an non ex inepta interpretatione genuinae vocis *utrimque*, quae mox etiam ſequitur, poſſit eſſe intruſa. Adſcripſit Cl. Heinſius forte *quos* pro *aliquos*.

6. FUGITIVIS AB SALTU PYRENAEO PRAEDONIBUSQUE LICUISSET] Ineptit *Joan. Rhellicanus*, qui Afranianos & Petrejanos denotari putat. Haec autem verba mire illuſtrat *Hieronymus* contra Vigilantium l. II. fol. 55. B. edit. Froben. ubi ſic loquitur: *Qui de Latronum & convenarum natus eſt ſemine, quos Cn. Pompejus edomita Hiſpania ad triumphum adire feſtinans de Pyrenaei jugis depoſuit, & in unum oppidum congregavit, unde & Convenarum urbs nomen accepit.* Hinc omiſſa conjunctione videtur ſcribendum *Fugitivis ab ſaltu Pyrenaeo praedonibus licuiſſet*, niſi forte *praedonum* nomine Cilicas piratas intelligat, qui Pompejo ſe dediderunt; eos enim *latrones* vocat *Florus*, quem vide l. III. c. VI. DAVIS. De Fugitivis a ſaltu Pyrenaeo & Convenarum urbe vide omnino H. Valeſium Not. Gall. p. 157. Conjecturam autem Daviſii optime confirmat Cod. Leid. pr. qui caret τῷ *que*. Ego tamen malim cum Celſo

retinere

tim, [1] *ut id* [a] *agerent*, *ne cives cum civibus armis decertarent*. [2] Multa
ſubpliciter locutus, ut de ſua atque omnium ſalute debebat, ſilentioque ab 3.
utriſque militibus auditus; reſponſum eſt ab altera parte, A. Varronem pro-
fiteri, ſe altera die ad conloquium venturum, [3] atque una etiam utrimque
admo-

VARIAE LECTIONES.

a *Ageret* L. pr.

retinere, & piratas Cilicas per *praedones* intelligere. Vide quae notavi ad Lucan. l. II, 726.

Quum ſuper aequore toto
Praedonem ſequerere maris: Immo ipſe auctor c. 104. hoc vocat *bellum praedonum*.

1. UT ID AGERENT] V. c. noſter, MSS. *Cujac.* & *Petav.* (ac *Norvic.*) habent, *cum id agerent*: quod probo. VOSSIUS. *Cum* inveni etiam in Leid. pr. & Voſſ. atque Ed. R. Stephani. *Ne* habet Bong. an Caeſar ſcripſit *ubi*?

2. MULTA SUPPLICITER LOCUTUS —— SILENTIOQUE AB UTRISQUE MILITIBUS AUDITUS, RESPONSUM EST AB ALTERA PARTE] Ab hac lectione non recedit *Norvic.* Niſi quod exhibeat *ſuppliciter locutus eſt*. At *Beroald. Gryph.* aliique plures editi dant, *multa ſuppliciter locutus* —— *ſilentioque ab utriſque militibus* facto auditum *reſponſum eſt ab altera parte*; quod in ſuo Codice repertum probavit *Fr. Hottomannus*. Verum nec hoc nec illo recte procedit oratio. Legerim *multa ſuppliciter* locuto —— *ſilentioque ab utriſque militibus* audito, (Vatinio ſcilicet) *reſponſum eſt ab altera parte*. Ita, minima mutatione, ſalva fit conſtructio. DAVIS. *Cur. ſec.* Ut Hotomanus legit *ſil. ab ut. mil. facto*, *auditum reſponſum eſt*, ego quoque inveni in Leidenſ. ſec. Dorv. Edd. primis & Vaſcoſ. ac Gr. poſter. *facto* etiam addunt Pal. & Bong. *auditum* habet Voſſ. ſed primo ſequi praeſtat optimos Codd. qui *facto* non agnoſcunt. *Silentio audiri*, id eſt per ſilentium, ſilenter. Sic ſaepe cum aliis noſter *ſilentio egredi*, *progredi*. V. ad cap. 50. Sic l. II. B. Civ. 23. *Contumelia* pro *per contumeliam*, ubi etiam videndum. Deinde retineo cum iiſdem MSS. & pleriſque Edd. *Auditus*, ſive poſita plena diſtinctione, ut ſubintelligatur *eſt*, quod fecit R. Stephanus, ſive minore, quod praefero, ut ſit Anacoluthon. *Multa locutus & auditus*, *reſponſum eſt*. pro *locuto & audito*. quod perperam ſubſtituere conatur Daviſius. Alioquin etiam facillimum foret, reponere *auditus eſt*. *Reſponſum ab alt.* vel *auditus reſponſum fert ab.* At mutatione contra MStorum auctoritatem non opus eſt. De hoc Anacolutho ſive Nominativo quaſi abſoluto, qui Graecis eſt familiariſſimus, adi Periz. ad Sanctii Min. p. 725, 26. Cort. ad Sall. Jug. 1, 4: 33. 2. ipſum Daviſ. ad l. I. B. Gall. c. 18. & ad Hirt. B. Afric. c. 25. *Rex Juba* &c. *non eſt viſum*. quos aliosque jam laudavit Cl. Burm. ad Phaedr. l. III, 20, 6. & l. V, 9. Adde Hirtium B. Afric. c. 19. *Labienus* &c. *bis copiis eſt decertatum*. Cic. Act. I. in Verr. c. 18. *Ut Siculi*, *quos* &c. *eos tum lictores conſulum vocent* pro *Siculos*. Lucan. l. IX, 777. ut illic monui, ſi locus ſanus eſt. Certe pluribus confirmare conatur Doct. Arntzen. ad Aurel. Vict. de Caeſ. c. 20. *Qui quamquam exacta aetate mortuum* &c. pro *quem*. Apulej. Flor. 14. *Crates ille Diogenis ſectator*, &c. *nulla domus ei clauſa fuit*.

3. ATQUE UNA ETIAM UTRIMQUE ADMODUM TUTO LEGATI VENIRE, ET QUAE VELLENT EXPONERE POSSENT] Verba haec integra eſſe nullus mihi perſuaſerit: in Petaviano pro *etiam* erat *ubi*: ſed a manu emendatrice; ea tamen, quae priora ſcripſerat. In v. c. noſtro & Palatino eſt *vis*. Sed nihil iſti juvant: Fulvius pro *poſſent* reponebat *poſſe*, nec videt σολοικὸν eſſe hunc modum loquendi: tum *legatos*, non *legati* ſcribendum eſſet. Mihi legere placet, *utque una etiam*. Quod refero ad verba illa *reſponſum eſt*. *Varronem profiteri ſe ad colloquium venturum*, *utque una poſſent etiam tuto legati venire*. Mallem tamen aliam conjecturam, ſi ſuccurreret. VOSS. D. Voſſio nullus perſuaſerit, verba haec integra eſſe. Reponit igitur (Utque *una etiam*.) Atqui id nihil mutat. Nam (Atque *una etiam* (ſi ſubintelligatur *ut*; ut manifeſto ſubintelligitur) idem plane eſt, quod (Utque *una etiam*) Revera igitur integra ſunt haec verba. Nec durior eſt conſtructio (*ſe venturum*, *atque etiam tuto legati venire poſſent*) quam, quod proxime praeceſſit (*ſilentio auditus*, *reſponſum eſt* &c.) Cujuſmodi locutiones apud Ciceronem alioſque optimos Authores interdum reperiuntur. Neque diſſimilis conſtructio eſt, quae occurrit infra c. 83. (*placere ſibi*, *ternas tabulas dari*, —— *ſententiaſque de ſingulis ferrent*: CLARK. *Atque una* etiam *utrinque*) *D. Voſſius* reponit *utque una etiam utrinque*. *Clarkius* autem vulgatam lectionem tuetur, quod *conjunctio perfectiva* ſubintelligi poſſit. Utraque ſane ratio parum videtur Latina; nam nec *reſponſum ut poſſent*, nec *profiteri ut poſſent* in legitimis loquendi modis pono. *Pal. Lovan.* & *Voſſ.* habent *atque una* vis *utrimque*. *Petav.* autem ac *Norvic. atque una ubi*, vel, *ibi utrimque*. Forſan *daturumque uti utrimque* &c. DAVIS. *Cur. ſec.* *Impetraturum* Hotomanus inſerit. Magis ſimpliciter

admodum tuto legati venire, &, quae vellent, exponere poſſent: [1] cer-
4 tumque ei [a] rei tempus conſtituitur. Quo quum eſſet poſtero die ventum;
magna utrimque multitudo convenit: magnâque [b] erat ejus rei exſpectatio:
5 atque omnium intenti animi ad pacem [c] eſſe videbantur. Qua ex frequen-
tia T. Labienus [2] prodit: [3] ſubmiſſa oratione loqui de pace, atque alter-
6 cari cum Vatinio incipit. Quorum mediam orationem [d] interrumpunt un-
dique ſubito tela inmiſſa; [4] quae ille obtectus armis militum vitavit. vul-
nerantur [e] tamen complures; in his Cornelius Balbus, M. [f] Plotius, L.
7 Tiburtius, [g] centuriones, militeſque nonnulli. Tum Labienus, *Deſinite*
[h] *ergo de compoſitione loqui. nam nobis, niſi Caeſaris capite* [i] *relato, pax*
eſſe [k] *nulla poteſt.*

VARIAE LECTIONES. XX.

a deeſt Lov. Dorv. b *erat* deeſt Pal. *exſ. ej. rei* Pet. Pal. L. pr. Dorv. *bujus* L. ſec. Dorv. c deeſt L. pr. dein vulgo *prodiit*. d *intercipiunt* Edd. pp. e *autem* MSS. 3. & *quamplures* Lov. Pal. Dorv. ut ſaepe apud noſtrum & alios. f *Pollitius* Lov. *Plocius* Pet. g *centurioneſque* L. pr. clarius, ut puto. h *inquit* L. pr. i *delato* MSS. Urſ. Lov. Pal. Dorv. L. ſec. k *non* MSS. & Edd. qdd. *poterit* MSS. 2.

citer emendari poſſet *facturumque uti.* Manutius *Utque una etiam &c. certum ei rei tempus.* Clarkio adſtipulatur frequens apud noſtrum variatio modorum Infinitivi & Subjunctivi: quam plurimis exemplis inluſtravi ad l. II. B. Gall. c. 10. *Conſtituerunt, optimum eſſe domum reverti, & quorum in fines &c. ad eos defendendos, undique convenirent.* Verum aliud tamen hic velle MSS. videntur, & denotare locum, ubi convenire poſſent legati, ut ei reſpondeat ſequens *quo:* nam audacter nimis *& locus* addit Daviſius ſequenti periodo. Leid. pr. & Dorvill. accedunt pleriſque MSS. in *utque una vis utrimque* (vel *utrumque:* ſic enim MSS.) *admodum &c.* In Leid. ſec. & alio eſt *atque una vis* vel *jus etiam utrumque adm.* Vocem *admodum* non habet R. Stephanus. Niſi de interpolatione Petav. Codicis vererer, maxime ejus lectio ſimpliciſſima mihi adrideret *atque una*, ſc. reſponſum eſt, *ubi utrimque* &c. Tunc enim nullus ſcrupulus ſupererit, vel *atque una locus, ubi* &c. *certumque ei rei tempus conſt.* prius amplexus eſt quoque Gruterus. Celſus plane conſpirat cum vulgatis.

1. CERTUMQUE EI REI TEMPUS CONSTITUITUR] Sequitur, *quo cum eſſet poſtero die ventum.* Hic igitur legendum cenſuerim, *Certumque ei rei tempus, &* LOCUS *conſtituitur. Livius* I, 24. *Tempus & locus convenit.* Vide ſis & VII, 14. DAVIS. *Cur. ſec.*

2. PRODIT] Ita ſcribendum; propter ſequentem *incipit.* In Editis eſt *prodiit.* CLARK. Lege *prodit*, ut *Pet. Pal. Bong.* tert. ac *Norvic.* & ſic edidere Gryphius aliique. DAVIS. *Cur. ſec.* Ob conſenſum Codicum etiam meorum & Urſini, non aliam ob cauſſam, *prodit* recepi, ut jam eſt in Edd. Vaſcoſ. Stephani &c.

3. SUBMISSA ORATIONE] Blanda, leni, ſine arrogantia, ſine contumelia, ſed modeſte ac pudice. quibus nempe ſenſibus, praeter quod de ſupplici & humili paſſim dicatur, hoc Adjectivum adhibetur, ſi jungatur nominibus *vocem* denotantibus. Vide omnino Miſcell. Obſ. Vol. II. T. I. p. 35, 36. & Senec. Ep. XI. ac Rob. Tit. Controv. l. IV. c. 10. Liv. II, 6. *ut nibil ex aſperitate orationis leniret ac ſubmitteret.* At quomodo hoc convenit cum ſeq. *Altercari*, & tam acerbo Labieni dicto in fine hujus Cap. ut bene obſervat Hotomanus, male tamen putans, *ſubmiſſam orationem* dici minus claram, ſubpreſſa voce enunciatam. Mihi omnino *ſubmiſſa* ſuſpectum eſt. In Voſſ. & *ſummiſſima:* at in Leid. ſec. & Var. Lect. Brutij legitur *ſumma.* quod vero ſimilius videtur, & a Lipſio etiam adſcriptum eſt ſuo libro. Verum aliam longe ſcripturan ſervavit hic Cod. Lovan. exhibens *ſummiſſa oratione de pace, altercari cum L. incipit:* unde non inconcinne conjecit idem Lipſius *ſumta oratione* &c. hoc ſenſu, cum poſt ingreſſum ſermonis ad rem ipſam venit, & orationem de pace ſumſit Labienus, tum altercari modo coepit. Quid ſi legamus *ſed omiſſa oratione de pace, altercari* &c. ut contractio vocis *ſed* in ſcribendo per characterem corruptionis fuerit cauſſa. paſſim *orationes* & *altercationes* opponuntur. Adi Cl. Drak. ad Liv. l. IV, 6. *res a perpetuis orationibus in altercationes veniſſet.* Celſus habet *cum Vatinio colloqui coepit atque contendere, ut qui ingenti odio Caeſarem odiſſet.*

4. QUAE ILLE OBTECTUS ARMIS] Vatinium intelligit. *Jul. Celſus* p. 197. *Vatinium armis milites protexerunt.* In edit. *Rom.* corrupte legitur

quae

XX. Iiſdem temporibus [1] Romae M. Coelius Rufus praetor, cauſſa debitorum ſuſcepta, [2] initio magiſtratus tribunal ſuum juxta C. Trebonii, praetoris urbani, ſellam conlocavit; &, ſi quis [a] adpellaſſet de aeſtimatione, & de ſolutionibus, quae [3] per arbitrum fierent, ut Caeſar praeſens conſtituerat, fore auxilio pollicebatur. Sed fiebat [b] aequitate decreti, & humanitate Trebonii, qui [c] his temporibus clementer & moderate [d] jus dicendum exiſtimabat, ut reperiri non [e] poſſet, a quibus initium [f] adpellandi naſceretur. Nam fortaſſe inopiam excuſare, & calamitatem aut [g] propriam ſuam, aut temporum queri, & difficultates [h] auctionandi proponere, etiam mediocris eſt animi: integras vero tenere poſſeſſiones, qui ſe debere fateantur, cujus animi, aut cujus inpudentiae eſt? [4] itaque, hoc qui poſtularet, reperiebatur nemo. Atque ipſis, ad quorum commodum pertinebat, durior inventus eſt Coelius. [5] Et [i] ab hoc profectus initio, ne fruſtra ingreſſus turpem cauſſam videretur, legem promulgavit, ut [6] ſexies ſeni dies ſine uſuris creditae pecuniae ſolvantur.

1 2 3 4

VARIAE LECTIONES. XXI.

a *Appellaviſſet* MSS. plerique. *provocaſſet* Edd. pp. b *celeritate* L. pr. c deeſt *his* Pet. L. pr. V. Pal. Dorv. d *ei jus* Pet. *moderata ejus* L. pr. *jus hoc* Pal. B. L. ſec. Dorv. Edd. pp. e *poſſit* L. pr. f *provocandi* Edd. pp. g deeſt L. pr. h *aeſtimandi* Edd. R. M. V. Mox MSS. & Edd. qdd. *inprudentiae* perperam: dein vulgo *qui hoc.* i *ob* MSS. 4. *perfectis* MSS. 3. *profectius* L. ſec.

qua ille objectis armis militum. DAVIS. *Objectus* Ed. Med. *Obtectis* Bong. prave. At in Leid. pr. legitur *intectus*: quod notare poteſt *bene protectum*. De verbo *integere*, aliquoties a noſtro adhibito, vidimus ad l. VII. B. G. 73. & l. I. B. Civ. c. 25. Participium *intectus* pro *tecto* ſumi docet etiam Cl. Burm. ad Calpurn. Ecl. IV. v. 3. *Intecta ſtatione ſedes*. Lucr. l. I, 405. *intectas frunde quietes*.

1. ROMAE] Haec vox non comparet in ullo MStorum meorum numero decem; uti nec in Edd. primis. Suſpicor, inſertum ab iis, qui metuebant, ne, ſi *Romae* mentio omitteretur, intelligeret quis haec in caſtris vel provinciis acta eſſe. Sed nemo non per ſe videre facillime poteſt, a Caeſare hic res urbanas memorari: Quare cum Grutero delendam omnino cenſeo.

2. INITIO MAGISTRATUS] An non praeſtet, *invito magiſtratu*. Nam conſules poſtea eum pepulerunt. MSS. tamen tres habent, ut in vulgata eſt. VOSSIUS. Hotomanus legit *Inito magiſtratu*.

3. PER ARBITRUM] Sic quidem MSS. Urſini, Petav. Scalig. Leid. pr. & Edd. ante Beroaldum, qui & ſeqq. Edd. ad Scaligerum uſque exhibuerunt *arbitrium* plurium ſcil. arbitrorum, qui a debitore & creditore adhiberi debebant a praetore dati. Confer Cap. primum hujus libri, *Conſtituit, ut arbitri darentur*: ubi adi Urſinum. Quare fere inducor, ut cum MSS. & Edd. reliquis *arbitrium* malim. Confer etiam locum Hirtii B. Afric. c. c. 96. *Arbitrio a Senatu dato*. Eadem variatio in Apulejo l. I. Met. p. 11. *Arbitro pepercit.* nam In Palat. Cod. *Arbitrio.* ut *arbitrium* pro ipſo arbitro ſumatur. Sic ut *miniſterium*, *ſervitium* & ſexcenta alia. Sed potuit auctor ſing. numerum adhibuiſſe, licet plures intelligat, ut *miles*, *Romanus*, *civis* & innumera ſimilia.

4. ITAQUE, HOC QUI POSTULARET, &c.] Sic MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii; concinnius quam quod in Editis eſt, *Itaque, qui hoc poſtularet, &c.* CLARK. *Hoc qui* MSS. mei omnes & Edd. Vaſc. Steph. Str. Gryph. poſt. Quare eum ordinem reſtitui.

5. ET AB HOC PROFECTUS INITIO] *Pet. Ciacconius* reponit *ſed ab hoc* &c. Malim *at ab hoc profectus initio*; hae enim particulae non raro confunduntur. Sic in praeclara illa ſententia apud *Silium* Italicum l. VII, 88.

Tanta adeo, cum res trepidae, reverentia Divûm
Naſcitur, & rarae felicibus arae:

Reponendum *at rarae* &c. DAVIS. Sed nihil opus. Non enim oppoſitio eſt, ſed continuata narratio factorum ejuſdem generis: (*Durior inventus eſt Caelius.* Et, *ab hoc profectus initio*; — *legem promulgavit &c.*) CLARK. Elegantius conjecit Gruterus *provectus*; ſed MSS. refragantur, qui tamen ſaepe in hoc participio peccant. Vide ad l. V. B. G. c. 8.

6. SEXIES SENI DIES SINE USURIS CREDITAE PECUNIAE SOLVANTUR] Locus tam certo corruptus, quam ſplendente ſole diem eſſe conſtat. In co-

1 XXI. Quum reſiſteret Servilius conſul, reliquique magiſtratus; & minus opinione ſua [a] efficeret; ad hominum excitanda ſtudia, ſublata priore lege, duas promulgavit: unam, qua mercedes habitationum annuas conductoribus donavit; [1] alteram tabularum novarum: inpetuque multitudi-
2 nis in C. Trebonium facto, & nonnullis vulneratis, eum de tribunali [2] deturbavit. De quibus rebus Servilius Conſul ad Senatum retulit: Sena-
3 tuſque Coelium [b] ab Republica removendum cenſuit. Hoc decreto eum Conſul Senatu prohibuit, & [c] concionari conantem de Roſtris deduxit.
4 Ille ignominia & dolore permotus palam, ſe proficiſci ad Caeſarem, ſimulavit,

VARIAE LECTIONES.

a *Sufficeret* L. ſec. *efficere* L. pr. Pal. Dorv. b *a R.* MSS. 3. & Edd. qdd. c *contionare* MSS. 4.

In codice ſuo, quem cum MS. contulerat, haec verba ſcripſit Cujacius, *Sexagies ſenis diebus*) *Id eſt, anno, quem Caeſar inſtituere jam animo conceperat.* An illud *ſexagies ſenis diebus* in manuſcripto ſuo repererit, an ipſius emendatio ſit, dicere mihi arduum. Hoc ſi verum eſt, improbo: quis enim ille modus loquendi, *ſexagies ſenis diebus?* Si in vet. cod. invenit, ne ſic quidem recipio. Sunt, qui reſcribant, *ut ſex penſionibus:* male: nam tempus tunc nullum additur, quod neceſſario faciendum. Manutius legebat, *ut ſexenni die ſine uſuris perſolvantur.* Mihi certe illud ſpatium perquam longum videtur: & in Tacito lib. VI. Annal. habemus datum annum & ſex menſes, queis familiares quiſque rationes componerent. Quare emendo ut *ſex menſium die ſine uſuris creditae pecuniae ſolvantur.* Sic apud Ulpianum Tit. VI. Inſtit. *Ita propter majores mores praeſentem dotem reddit, propter minores ſenum menſium die.* VOSSIUS. *Glareanus* monet *τὸ ſeni dies* abeſſe pleriſque libris; reliqui ſenſum eſſe, ut ſine uſuris per ſex partes ſolverentur: ſed non fert ſermo Latinus *ſexies ſolvere debitum* pro ſex aequis partibus. *Camerarius* ſuſpicatur *ſexies, ſenos in dies*, ut habuerint ſex tempora ſolutionis, & ſingulis intervallis ſex dierum ſpatium. Nihilo Latinius. *Paullus Manutius*, *ſexenni die*; filius ejus *Aldus*, *ſex penſionibus. Hotomannus*, *ſexies ſenis Idibus*, quod ſit triennio menſtruis penſionibus. Praeter illud, quod in duabus primis conjecturis notavimus, & iſtae & omnes labuntur in idem vitium, ut parum juvent debitores, minus certe quam Caeſaris ratio, quae dodrante creditores jubebat eſſe contentos. MS. *Laevini* quondam *Torrentii*, *ut ſe exiſſeni die;* unde horum, quae proxime diximus, memori facile eſt facere *ut ſemiſſe in dies ſine uſuris creditae pecuniae ſolvantur;* hoc eſt, ut dimidio crediti reſtituto ſine uſuris (iis, quae ſolutae erant, ſorti imputatis) ſatisfacerent debitores; eoque non praeſenti, ſed *in dies*, id eſt, penſionibus, quae conveniſſent illis, quorum res agebatur; vel potius annua, bima, trima die, ſive triennio aequis penſionibus: quoniam enim multis in contractibus utebantur illa triplici die, ſeu ſolutione in tres penſiones, breviter dixit *in dies*, eos ſcilicet, quos nemo ignorabat plurimum celebrari & deſtinari in ſolutione, quae partibus ſive penſionibus fieret. Haec vir ſummus *J. F. Gronovius* de Pec. Vet. lib. IV. c. V. p. 635. ſeq. ex quibus patet fruſtra eſſe *Jac. Cujacium*, qui reponit *ſexagies ſenis diebus*, id eſt, ut ipſe explicat, *anno, quem Caeſar inſtituere jam animo conceperat*; nemo enim unquam ita locutus eſt. Nauci etiam eſt *Voſſii* emendatio *ut ſex menſium die*; nam, hac recepta, dici non poteſt, Rufum *debitorum cauſſam ſuſcepiſſe*, quum iis potior fuerit Caeſaris ratio. DAVIS. Locus corruptus & plane deſperatus. Voſſius ex conjectura emendat, (*ut ſex* (potius *ſenum*) *menſium die.*) J. F. Gronovius, (*ut ſemiſſe in dies* &c.) Quae quidem conjectura paullo melior videtur. Sed nihil incertius. CLARK. *Se exiſſem d.* eſt quoque in Dorvill. Cod. *ſexties ſemid.* Bong. *ſex penſionibus*, quod voluit Manut. edidit R. Stephanus. *ſeni dies* abſunt ab Edd. Mediol. & Ven. *ſexies ſeni* a Leid. ſec. Sed rectum videtur *ſemiſſe in dies*; quod & Lipſius Libri ſui orae adſcripſerat.

1. ALTERAM.] Petav. Leid. pr. Lovan. Voſſ. & Edd. Scaligerana, quod ſciam, priores habent *aliam.* Non male. Aliquoties enim *alius* pro *altero* ponitur, ut jam e Lexicis notum. Vide & l. I. B. G. c. I. Cl. Burm. ad Phaedr. F. IV. vs. 4. & Scopp. ad F. 19. alioſque. Saepius tamen ſolet noſter *unus* & *alter* dicere: ubi de duobus agit. Confer notata ad l. VI. c. 9. *duabus de cauſſis, quarum erat una* &c. *altera.*

2. DETURBAVIT] Sic MSS. meliores & plurimi. Adi ad l. VII, 81. *de vallo deturbare.* Lovan. tamen hic quoque *proturb.* & Palat. cum Dorvill. *perturbavit*, quod placuit Ill. Heinſio.

3. ATQUE EO EVOCATO &c. SIBI CONJUNXIT] Hoto-

lavit, clam nunciis ad Milonem miſſis, qui, Clodio interfecto, [a] eo nomine erat damnatus; [1] atque, [b] eo in Italiam evocato, quod, magnis muneribus datis, [c] gladiatoriae familiae [d] reliquias habebat; ſibi conjunxit, atque eum in [2] Thurinum ad ſollicitandos paſtores praemiſit. Ipſe, quum Caſilinum [e] veniſſet, unoque tempore ſigna ejus militaria, atque arma Capuae eſſent [f] comprehenſa, [3] & familia Neapoli viſa, atque proditio oppidi [g] adpareret; patefactis conſiliis, excluſus Capua, & periculum veritus, quod conventus arma ceperat, atque eum hoſtis loco habendum exiſtimabat, conſilio deſtitit; atque eo itinere [h] ſeſe avertit.

XXII. Interim Milo, dimiſſis circum municipia litteris, ea, quae face- 1
ret, juſſu atque imperio facere Pompeji, [4] quae mandata [i] ad ſe per Bibulum delata eſſent: quos [k] ex aere alieno laborare arbitrabatur, ſollicitabat. A-
pud quos quum [l] proficere nihil poſſet; quibuſdam ſolutis ergaſtulis, [5] Co- 2
ſam

VARIAE LECTIONES.

a *Ejus* MSS. plerique & Edd. Vett. b *eum* Dorv. c *gladiatores* L. pr. d *reliquas. quas* L. pr. Pet. Lov. Edd. pp. *quas* addunt etiam Pal. B. Dorv. e Sic MSS. mei, non *veniret*, ut Urſ. & Vett. Edd. cum Scal. &c. vulgo etiam *Turinum.* dein *uno quoque* Lov. Dorv. f *compreſſa* L. pr. V. Edd. pp. *comprenſa* Pet. deeſt vulgo *&*. g *adparere* Pet. L. pr. Sc. Ed. Ven. Gryph. *adparerent* B. h *ſe* MSS. multi. i deſunt Lov. k deeſt Dorv. l *proficeret* vel *perficeret n. q.* Reg. L. ſec. B. Edd. R. M. V. Vide ad Front. 1, 7. 7.

Hotomanus ſcripſiſſe Caeſarem arbitratur *eum evocatum*, niſi vocem *quod* tollamus, &, ut in ſuo libro eſt, legamus *Reliquias, quas habebat. Quas* a multis MSS. addi, videre lector poteſt in variis lectionibus. Sed intruſum a librariis, quia *reliquas* credebant jungendum eſſe verbo *conjunxit*, ex ignorantia ſtyli Juliani, qui amat abſoluto ablativo ſubjicere verbum, ſubintellecto ſuo caſu. Ut ſaepe oſtendi. Vide ad l. VII. c. 4. *convocatis clientibus*, *facile incendit.*

2. TURINUM] Cum Urſin. etiam mei, Petav. Scalig. Leid. pr. Lovan. Voſſ. & alii. *Thurinum*, & *Thurino* dein, ac *Thurios*. Bene: Graeci enim vocant Θουρίους vel Θούριον; atque ita apud alios ſcriptores Latinos per *Th.* circumfertur; immo adſpirationem jam addidit in ſua editione Cellarius.

3. FAMILIA N. VISA ATQUE PRODITIO OPPIDI ADPARERET.] MSS. omnes & Edd. Vett. addunt copulam *& f.* quam idcirco adpoſui. dein Faernus legebat *viſa de proditione opp.* In Edd. nonnullis eſt *viſa*, *quae proditione opp. adpar.* ex eo quod in MSS. optimis, ut Petav. Leid. pr. ſec. Voſſ. & aliis nec non Edd. primis, ac Gryphii ſit *viſaque proditione.* In Scal. eſt *viſa & proditione.* In Lovan. *proditione vici.* In Pal. Bong. Dorv. Beroald. cum Glandorp. *vis atque proditio.* Placet Faerni conjectura, ut *familia viſa* ſit ablativus: Vel potius ad MSS. veſtigia propius ſcribe *comprehenſa*, *& familia Neapoli; viſque proditiove oppidi adpareret.* Ut velit auctor Capuae arma, & Neapoli gladiatores eſſe comprehenſos.

4. QUAE MANDATA AD SE PER BIBULUM DELATA ESSENT] Lego *Vibullium:* uti ſcriptum eſt in v. c. noſtro & Petav. nam Bibulus jam mortuus erat; praeterea ille ſemper in mari. VOSSIUS. Mire hic lapſus eſt Vir doctiſſimus Voſſius; qui (*Vibullium*) reponit. Erat enim *Vibullius* miſſus a *Caeſare* ad *Pompejum*, non a *Pompejo* ad *Milonem.* Omnino igitur retinendum, (*Bibulus.*) Quod enim ait Voſſius, *Bibulum* jam *mortuum* eſſe, & praeterea *ſemper in mari* fuiſſe; praeoccupat recte Hotomannus; non haec ad *Milonem* a *Pompejo* per *Bibulum* mandata, *paucis illis diebus* delata ſignificari, ſed *jam tum* cum per *Italiam Bibulus* copias cogebat. CLARK. Non tantum Voſſius, ſed & Urſinus, Canterus aliique, perperam *Vibullium* intrudere ſunt conati. Bibulum bene defendit Hotomanus & Clarkius. MSS. autem a Voſſio laudati non *Vibullium*, ſed *Bibullium* vel *Bibullum* habent. In Leid. ſec. eſt per *biduum Bibulum. Quae* vero male tentant, & reponunt *a quo.* Ad ſenſum reſpicit ſuum Caeſar, non ad verba. Sic *Luna plena: qui dies* l. IV. B. G. c. 29. ubi plura.

5. COSAM IN AGRO TURINO] Vellejus lib. II. ad *Compſam Hirpinorum* Milonem periiſſe ait. VOSSIUS. *Joan. Glandorpius* emendat *Coſam in agro Hirpino*, quam conjecturam firmat *Vellejus Paterculus* l. II. c. LXVIII. ubi ait *Milo Compſam in Hirpinis oppugnans, ictuſque lapide, tum P. Clodio, tum patriae, quam armis petebat, poenas dedit.*

ſam in agro Thurino obpugnare coepit. [a] Eo, quum [1] a Q. Paedio prae-
3 tore cum legione; ** [2] lapide ictus [b] ex muro, periit: & Coelius profe-
ctus, [c] ut dictitabat, ad Caeſarem, pervenit [d] Thurios: ubi, quum [3] quoſ-
dam ejus municipii ſollicitaret, equitibuſque Caeſaris Gallis atque Hiſpa-
nis, qui [e] eo [4] praeſidii cauſſa miſſi erant, pecuniam [5] polliceretur, ab
4 iis eſt interfectus. [6] Ita [f] magnarum initia rerum, quae occupatione magi-
ſtratuum & temporum ſollicitam Italiam habebant, celerem & facilem
exitum habuerunt.

1 XXIII. Libo, profectus ab Orico cum claſſe, cui praeerat, navium L,
Brundiſium venit, inſulamque, quae contra Brundiſinum portum [g] eſt,
occupavit, quod praeſtare [h] arbitrabatur, unum locum, [i] qua neceſſarius
noſtris erat egreſſus, quam [7] omnium litora ac portus [k] cuſtodia clauſos
teneri.

VARIAE LECTIONES.

a *Is* Pal. B. L. ſec. Edd. pp. *ubi* Lov. Edd. Vaſc. Steph. Str. Gr. poſt. & Hotom. *tum* in Pet. *a* abeſt a Lov. Pal. Dorv. b vulgo *eſſet ex m: perit* Pet. L. pr. V. c *ut ipſe tunc d.* L. ſec. Dorv. Pal. Edd. pp. Vaſc. Steph. Str. Gr. poſt. *ut ipſe d.* B. *dictabat* L. pr. d *Turinos* L. ſec. Dorv. *Brutios · ibi* adſcripſit Lipſ. e *ab eo* MSS. 3. & Edd. qdd. f vulgo *itaque.* g *poſita eſt* B. *occupat* B. L ſec. V. paullo ante *inſulam, quae* Carr. h Sic MSS. non *un. l. arb.* i *qui* MSS. 4. *a quo* Carr. Ed. Fl. *qua magis* L. ſec. Edd. R. M. V. k *cuſtodie* Pet.

dedit. Dubium ſane non videtur, quin haec urbs in Hirpinis fuerit poſita, ut oſtendit etiam *Livius* l. XXIII. c. I. Nihil tamen in *Caeſare* mutarim, cum conſtet vicinarum gentium terminos ſaepius eſſe confuſos, unde factum, ut *Ptolemaeus* etiam hanc civitatem Lucaniae adſcribat. *Compſam* vero melius repones, quod Coſa urbs fuerit Hetruriae. DAVIS. Vide omnino ad Vellejum G. Voſſium. Dubium quoque, an *Coſa*, an *Compſa* ſcribi debeat in Obſeq. c. 76.

1. A. Q. PAEDIO PRAETORE CUM LEGIONE] Cum Urſinus inveniſſet in libro MSto ſuo *a P. Pedio proditore cum leg.* conjicit de alio quodam Pedio quam *Quinto* eſſe ſermonem, & legendum *a P. Pedio funditore legionis l. ictus eſſet.* Manutius vero e codice Pinelli, in quo erat *cum legione miſſo*, emendat *a Q. Pedio Tr. Militum*; ſed vide Ciacconium. Sciendum autem in nullo meorum Codicum videri τὸ *eſſet:* unde bene illud verbum delevit Clarkius. Ni majus ulcus lateat, poſſet ex variis lectionibus MStorum confici *Is* vel *eo tum a Q. Paedio praetore, cum legione miſſo, lapide ictus ex muro, periit.*

2. LAPIDE ICTUS EX &c.] Sic MSS. Reg. & Elienſis. Vulgg. (*Lapide ictus eſſet ex* &c.) Quae vox (*eſſet*) ideo inſerta videtur, ut referri poſſet ad praecedentem *Eo quum.* Id quod eadem de cauſſa mutatum eſt in *Is quum.* Sed videtur illud (*eo quum*) potius initium eſſe prioris ſententiae, cujus pars poſterior interierit. CLARK.

3. QUOSDAM EJUS MUNICIPII] Pro his Palat. & Dorv. tantum habent *conſtantius.* *Ejus municipii* deeſt quoque Leid. ſec. *quosque* eſt in Edd. primis. At in Lovan. legitur *cum Coſam ejus ſollicitaret.* Quid lateat, inquirant, quibus plus otii eſt. Vellej. l. II. c. 68. *In agris autem occulte bellicum tumultum movens circa Thurios oppreſſus eſt.* Sic enim cum Cel. Burm. legendum.

4. PRAESIDII CAUSSA] Ita ex Manutii & Faerni conjectura receperunt Ald. Manut. ejus filius, Scaliger & reliqui deinceps. Sed conſtanter in MSS. omnibus & Edd. Vett. exhibetur *praedandi*, forte ex *praeſidiandi:* quod verbum reſtat in Gloſſis, & adlevit hic Lipſius.

5. POLLICERETUR] MSS. Reg. & Voſſ. & Edit. Rom. *pollicitaretur.* Quod paullo majorem habet emphaſin. CLARK. Accedunt Dorv. Leid. ſec. & Edd. Med. Ven. Vaſc. Steph. Str. Gryph. poſt. lib. III. B. G. c. 18. *praemiis pollicitationibuſque.*

6. ITAQUE MAGNARUM INITIA RERUM, QUAE OCCUPATIONE MAGISTRATUUM ET TEMPORUM] Lego *ita magnarum*, ex v. c. noſtro ac Palat. & Petaviano. Caetera mihi ſuſpecta ſunt. In veteri codice noſtro eſt *praeoccupatione magiſtratuum*, ſed illa & *temporum*, vel corrupta videntur, vel deeſt vox aliqua. VOSSIUS. MSS. Elienſ. & Voſſii *Ita.* Quod forte elegantius. Non contemnenda autem D. Voſſii conjectura, qui ſuſpicatur vocem aliquam intercidiſſe (*occupatione magiſtratuum, & temporum ***) CLARKE. *Que* delendum eſſe, e ſuo Codice jam monuit Urſinus, nec agnoſcunt Lovan. Dorvill. aut Leid. prim. Quare induxi.

7. OMNIUM]

[1] teneri. Hic repentino adventu naves onerarias quaſdam [a] nactus incen- 2
dit, & unam frumento onuſtam [b] abduxit; magnumque noſtris terrorem
injecit, &, noctu militibus [c] ac ſagittariis [2] in terram expoſitis, praeſidium
equitum [d] dejecit; & adeo loci obportunitate profecit, [e] uti ad Pompe- 3
jum litteras mitteret; naves reliquas, ſi vellet, ſubduci, & refici juberet:
ſua claſſe auxilia ſeſe Caeſaris [f] prohibiturum.

XXIV. Erat eo tempore Antonius Brundiſii; [g] qui, [3] virtuti militum 1
confiſus, ſcaphas navium magnarum, circiter [h] LX, cratibus pluteiſque con-
texit; eoque milites [i] delectos inpoſuit; atque eas in litore pluribus [k] locis
ſeparatim diſpoſuit; naveſque triremes II, quas Brundiſii faciendas cura-
verat, [l] per cauſſam exercendorum remigum ad [m] fauces portus prodire
juſſit. Has quum audacius progreſſas Libo [n] vidiſſet, ſperans intercipi poſ- 2
ſe, quadriremes V ad eas miſit. Quae quum navibus noſtris [4] adpropin-
quaſſent, noſtri veterani in portum [o] refugiebant; illi ſtudio incitati in-
cautius ſequebantur. [5] Jam ex omnibus partibus [p] ſubito Antonianae ſca- 3
phae, ſigno dato, [q] ſe in hoſtes incitaverunt; primoque inpetu unam ex
his

VARIAE LECTIONES.

a deeſt L. ſec. b Sic MSS. o. *Add.* Edd. qdd. ſed V. ad l. II, 32. c Sic pro *&* MSS. meliores, & Edd. qdd. *nocte* Pet. Lov. Dorv. d *ej.* L. ſec. e Sic MSS. non *ut.* f *prohibiturus* MSS. 2. g deeſt Pet. L. pr. Pal. V. Lov. Dorv. F. *is.* h Sic MSS. o. & Edd. uſque ad Plant. in qua & Recent. *IX.* male, ut ſatis e ſeqq. liquet. i deeſt L. pr. male *eisque* Edd. pp. V. ad l. V. B. G. 14. k *in loc.* L. pr. Dorv. deeſt *ſeparatim* L. pr. l *propter* Edd. pp. perperam. m *faucis* Pal. Lov. Dorv. n *videret* Dorvill. o Sic MSS. mei, Edd. pp. Ald. Gryph. &c. vulgo *refugerunt. fugiebant* V. p deeſt Pet. q abeſt Lov. Dorv. Edd. qdd. ſed V. ad l. III. B. G. 13.

7. OMNIUM] Nicaſ. Ciaccon. Hotom. Lipſ. volunt *omnia*, alii exponunt *omnium* ſc. locorum. Ciaccon. inſuper non aſpernatur *cuſtodia claſſium.* ut c. 25. Profecto ſine neceſſitate.

1. TENERI] Hotomanus e ſuo libro mavult *tenere.* At in optimis MSS. Cujac. Petav. Leid. pr. Scalig. Lovan. & Edd. primis, item Vaſcoſ. Steph. Str. Gryph. poſt. legitur *tueri.* quod non inmerito placebat Grutero.

2. IN TERRAM EXPOSITIS] Petav. Leid. pr. Lovan. Voſſ. habent *in terra.* Vide notata ad l. I. c. 31. *exponere in terram patitur.*

3. VIRTUTI MILITUM CONFISUS] MS. *Norvic.* habet *virtute militum confiſus*, quod rectius eſt. ita enim loqui amat *Caeſar.* Sic l. I. B. C. cap. LVIII. *Celeritate navium & ſcientia gubernatorum confiſi.* Ac c. LXXV. *Caſtrorum propinquitate confiſi.* *Hirtius* l. VIII. B. G. c. III. *Aut privatis hoſpitiis confiſi, aut ſocietate conſiliorum.* Vide & c. XV. DAVIS. *Virtute*) In Editis *Virtuti.* Sed MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii habent *virtute.* Quam conſtructionem & Caeſari familiarem eſſe, exemplis oſtendit Daviſius. CLARK. His adde MSS. Scalig. Dorvill. Edd. Vaſc. Steph. Str. Gryph. poſter. l. III, 83. *Adfinitate Pompeji confideret*: c. 106. *Confiſus fama rerum:* & ſaepiſſime in libris de B. Gallico. & Hirt. B. Alex. cap. 10. 13, 43. Atque ita alios auctores quoque locutos eſſe Viri docti ſaepius docuerunt. Vide Cl. Burm. ad Sueton. Jul. c. 3. quod & e MSS. & praecipue optimo Bononienſi reſtituendum Lactant. l. III. c. 14. *Quam confiſus fueris philoſophiae veritate.* vulgo *veritatem confeſſus.* *Diffidere* cum ſexto caſu noſtrum uſurpaſſe quoque vidimus ad l. I. c. 12. Fatendum tamen hic in plurimis & vetuſtiſſimis Codd. eſſe *virtuti*, quare mutare id cum Clarkio nolui. Aeque bonum enim eſt.

4. ADPROPINQUASSENT] Non damno id. Saepiſſime enim hoc compoſitum occurrit apud Caeſarem. Monendum tamen in MSS. Petav. Leid. pr. Palat. Voſſ. Bongarſ. & Dorvill. ſcribi ſimplex *propinquaſſent.* Quod nihilo eſt deterius. In Leid. ſec. *propugnaſſent.*

5. JAM EX OMNIBUS PARTIBUS] Malim, *tum ex omnibus partibus.* VOSSIUS. Sed MS. Reg. & Edit. Rom. habent (NAM *ex* &c.) Quae demum vera fortaſſe poterit eſſe Lectio. Eſt enim Ratio connexa cum praecedente vocabulo, (*incautius.*) Quod cum non adverterint Librarii, nec illud (*Nam*) connectere potuerint cum praecedente

his quadriremem cum remigibus defenſoribuſque ſuis ceperunt; [a] reliquas
4 turpiter [b] refugere coëgerunt. Ad hoc detrimentum acceſſit; ut, [c] equitibus [1] per oram maritimam ab Antonio diſpoſitis, [d] aquari prohiberentur: qua neceſſitate & ignominia permotus Libo, diſceſſit a Brundiſio, obſeſſionemque [e] noſtrorum omiſit.

1 XXV. [2] Multi jam menſes tranſierant; & hiems [f] jam praecipitaverat; neque Brundiſio naves legioneſque ad Caeſarem veniebant; ac nonnullae ejus rei praetermiſſae occaſiones Caeſari videbantur, quod [3] certe ſaepe
2 flaverant venti, quibus neceſſario committendum exiſtimabat. quantoque ejus amplius [g] proceſſerat temporis, tanto erant alacriores ad [h] cuſtodias, qui

VARIAE LECTIONES.

a *&* *r.* MSS. 2. b Sic rurſus MSS. o. & Edd. Vett. non *fugere.* c *ab eq.* Dorv. d aqua Edd. Vaſc. Aldin. Stephan. Man. Gryph. contra MSS. uti & *obſidionem* MS. V. Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. e deeſt V. f deeſt Pet. L. pr. V. & Edd. Ald. Vaſc. Steph. Gryph. aliiſque bene. g *proceſſerant* L. pr. h *cuſtodiam* L. pr. *cuſtodiendas* Lov.

(*ſequebantur*,) mutarunt id in (*Jam.*) CLARKE. *Nam* confirmatur a Lovanienſi, Leid ſec. & Ed. Mediol. Quod ſequor.

1. PER ORAM M. DISPOSITIS] Petav. *per ora maritima.* Voſſian. *ad oram m.* Sed Palat. Leid. pr. ſec. Lovan. & Dorvill. *ora maritima.* quod eodem redit, & ſaepe ita loquitur noſter. Adi ad l. v. B. G. 55.

2. MULTI JAM MENSES TRANSIERANT] Caeſar ipſe ſupra dixit, ſe pridie Non. Januar. Brundiſio ſolviſſe: hic ait, praecipitaſſe jam hyemem, & multos interea menſes elapſos: quod quomodo fieri poſſit non video: nam Non. Januariis jam media hyems eſt, neque ejus menſis unus, aut ſummum ſeſquimenſis ſupereſt. Animadverterat hoc Philippus Rubenius, l. I. Elect. c. xx. itaque reſcribit, *multum jam menſis tranſierat.* ſed repugnantibus codicibus. Ego firmum locum arbitror, & puto Caeſarem, non ut res erat, ſed pro deſiderio ſuo ſcripſiſſe; nam adventum Antonii ardentiſſimis votis expetebat: quod non mirum, quia inferior copiis, cum Pompejo confligere nequibat. Simile eſt illud Juvenalis Satyr. VI. 303.

Cum bibitur concha; cum jam vertigine tectum
Ambulat, & geminis exſurgit menſa lucernis.

Nimirum tectum non ambulat, ſed ebriis videtur verti; unde dicit Juvenalis *cum bibitur concha*: nam id genus vaſa ſolita inferri, ubi jam mero incaluerant convivae, ut hodieque aureas pateras & ſimiles adhibemus, poſtquam exemta fames eſt. Sic dico, & Caeſar ſcripſit multos menſes tranſiſſe, quia illius impatienti deſiderio multi videbantur. VOSSIUS. Cum Caeſar *Brundiſio* ſolverit pridie Non: Januarias; hic autem ait praecipitaſſe jam hyemem, multoſque interea menſes tranſiſſe; id quod fieri non poteſt: Exiſtimat Voſſius Caeſarem, non quod res erat, ſed pro ſuo deſiderio ſcripſiſſe; *multoſque menſes* ſcilicet *tranſiſſe* ideo dicere, quia ſuo impatienti deſiderio multum videbatur id temporis, quod revera erat paullum. Sed praeſtat fortaſſe *Cellarii* explicatio; qui *multos* iſtos *menſes* accipit, non a tranſitu *Caeſaris*, ſed ab ineunte hyeme. Quanquam & erunt fortaſſe, quibus, ut duo treſve menſes *multi* dicantur, non adeo dura eſſe videatur locutio. CLARK. Quandoquidem Caeſar *prid. Nonas Januarii naves ſolverit*, ut docuit ſupra c. 6. eoque ipſo tempore media fuerit hiems; quaerunt interpretes, quomodo fieri poſſit, ut *multi* menſes tranſierint, priuſquam praecipitaverit hiems; nam ſolus, uti cenſent, ſupererat Februarius, ut ad ultimam hiemem veniretur. *Phil.* quidem *Rubenius* mendum ſuſpicatur; ideoque reſcribit, *multum jam menſis tranſierat.* D. autem Voſſius ſanum locum arbitratur, putatque, Caeſarem non, ut res erat, ſed pro deſiderio ſuo ſcripſiſſe. At *pridie Nonas Jan.* idem eſt ac *decimus quartus in anno Juliano dies Octobris*; adeoque *multi* revera *menſes tranſierant*, ſi quidem hiems jam praecipitaverat. Vide nos ad hujuſce libri c. IX. & doctiſſimum *Clericum* Bibl. Select. Tom. XI. p. 181. ſeq. DAVIS. *Cur. ſec.* Recte. Pro *tranſierant* autem ſcribitur *erant* in Petav. Leid. pr. & Voſſ. ſupple *a tranſitu.* Sic dicimus *a morte ejus tot anni ſunt. Annus eſt, ex quo non viderim te.* &c. ſimilia: ſimpliciter vero ita poni *erant* pro *dilapſi erant*, dubito: ſed placet Grutero.

3. CERTE SAEPE FL. VENTI] Sic habent MSS. omnes. Non ſpernenda tamen conjectura Gronovii *Certi*: quod notat, conſtantes, uno quaſi tenore

qui claſſibus praeerant, majoremque fiduciam prohibendi habebant: &
crebris Pompeji litteris caſtigabantur, quoniam [a] primo venientem Cae- 3
ſarem non [b] prohibuiſſent, ut reliquos ejus exercitus [c] inpedirent: [1] du-
riuſque quotidie tempus ad tranſportandum lenioribus ventis exſpectabant.
Quibus rebus permotus Caeſar, Brundiſium ad ſuos ſeverius ſcripſit; [d] na- 4
cti idoneum ventum, ne occaſionem navigandi dimitterent, [2] ſive [e] ad
litora [f] Apolloniatium curſum dirigere, atque eo naves ejicere poſſent.
Haec

VARIAE LECTIONES.

a *Inpr.* V. b *prohibuerunt* MSS. 3. c *prohiberent* L. pr. d Sic MSS. o. praeter B. in quo cum Vulgg. *ut n.* e vulgo *ſi vel dirigerent quod.* f *Apollinatium* MSS. & Edd. qdd.

tenore flantes. & ut Lucanus dicit l. v, 413.

Fortius hiberni flatus coelumque fretumque,
Quum cepere, tenent; quam quos incumbere certos
Perfida nubiferi vetat inconſtantia veris.

Hirt. B. Afric. cap. 2. *Ita vento certo, celerique navigio vectus.* Sic *certus aër* Ovid. l. II. Art. Am. 318. *Incerti menſes* Virgil. l. I. Georg. 315.

1. DURIUSQUE QUOTIDIE TEMPUS AD TRANSPORTANDUM LENIORIBUS VENTIS EXSPECTABANT.] Videntur mihi valde errare, qui hoc (*exſpectabant*) interpretantur (*ſperabant;*) quia facilius ſcilicet fuerit vitare cuſtodias ſaeva tempeſtate, quam molliori. Illud potius mihi videtur dicere *Caeſar;* moram ſuorum idcirco juſtiorem habuiſſe reprehenſionem, quod durius quotidie tempus, & quo venti ad tranſportandum leniores rarius flarent, eſſe jam pro anni tempeſtate exſpectandum. CLARK. Quaſi diceret Caeſar. Dum exſpectabant leniores ventos ad tranſportandnm; exſpectando accipiebant quotidie durius tempus. Male Ciacconius conjicit *exſpectabatur* eodem ſenſu, quo alii per *ſperabant* explicant.

2. SI VEL AD LITORA APOLLONIATIUM CURSUM DIRIGERENT, QUOD EO NAVES EJICERE POSSENT] *Sive ad littora Apolloniatium curſum dirigere, atque eo naves digere poſſent:* ſic MS. Cujac. & caeteri omnes: niſi quod in Palat. eſt *dicere*, in Bong. *elicere*, in Petav. *eligere*, & ſic quoque in noſtro v. c. reperio. Vulgata praeſtat. VOSSIUS. Edit. *Aldin.* habet *& ad Oricum ſive ad littora Apolloniatium curſum* &c. Sic & Amſtelodamenſis A. D. 1697. ſed hanc lectionem rejicio; quia Oricum fere ſemper adverſariorum claſſibus obſidebatur, praeterquam quod eas voces non exhibeant MSS. & veteres cuſi. Codex *Bongarſ.* & editt. *Rom. Ven. Beroald. Dimitterent, ſive ad littora Apolloniatium* (vel *Apolloniatum*) *curſum dirigere atque eo naves elicere poſſent.* Sic & alii omnes, niſi, quod in *Petav. Norvic.* & *Voſſ.* ſit *eligere*, in *Cujac. digere*, in *Palat. dicere poſſent.* Reſcribendum credo *dimitterent, ſi vel ad littora Apolloniatium curſum dirigere, atque eo naves ejicere poſſent,* quam lectionem *Fr.* etiam *Hotomannus* in vetere ſuo inventam probavit. DAVIS. *ſi vel ad littora Apolloniatium curſum dirigere,* atque *eo naves ejicere poſſent.*) Hanc lectionem intulit Hotomannus & Daviſius, ex Editt. Vett. & MSS. ſuis. Quibuſcum conſentiunt MSS. Reg. & Voſſii. Niſi quod in MSS. corrupte ſit (*ſive*) pro (*ſi vel;*) & (*elicere*) vel (*eligere,*) pro (*ejicere.*) Edit. Aldina, & Amſtelaedamenſis nupera, & Cellarii, exhibent; (*ut —— dimitterent;* & ad Oricum ſive *ad littora —— dirigerent,* quod *eo naves &c.*) Sed voces iſtae, (*& ad Oricum;*) in MSS. non comparent; & praeterea, (ut recte adnotat Daviſius,) *Oricum* ſemper fere adverſariorum claſſibus obſidebatur, ut nullo modo probabile ſit portum illum appetituros. Scaliger & plerique ediderunt (*ut dimitterent, ſi vel ad L. A. C. dirigerent; quod* &c.) qua in Lectione vitioſum illud, quod (*dirigerent*) ponatur vix Latine pro (*dirigere poſſent*) CLARK. *Et ad Oricum* inſerunt etiam Vaſcoſ. Steph. Str. Man. Gryph. ſcilicet quia ſupplere conati ſunt, quae credebant, praecedere debere illa *ſive;* uti eſt quoque in MSS. meis omnibus. *Vel* quidem reſtituit non male Hotomanus. Quaſi dicat, ſi aliter non poſſent, *ſaltem, etiam* ad litora &c. Vide Veget. l. I. c. 13. ad Front. l. II, 3. §. 16: IV, 5, 6. Doctiſſ. Canneg. Diſſert. de Aviano p. 263. Plura vide in Sanctii Min. l. IV. c. 7. & ibi Periz. §. 15, 16. Quamquam ego potius *ſive* cum MSS. & Edd. Vett. retineo, eodem fere ſenſu, & pro *etiam ſi*. Sic *ſeu* ſemel poſitum idem notat apud Propert. l. II. El. 20, 29.

Seu mare per longum mea cogitet ire puella,
Hanc ſequar, & fidos una aget aura duos.

Niſi ex *atque*, quod, uti & *dirigere*, etiam eſt in meis Codicibus, velis refingere *aut.* Nam poſt *ſive* ſecundo loco aliquando ponitur *aut* & *vel.* Adi Cel. Duker. ad Flor. l. IV. c. 2. §. 79. Denique pro *ejicere* eſt quoque *elicere* in Lov. Leid. pr. ſec. Dorv. & Edd. Mediol. ac Ven. *dirigere* Voſſ. ſed prave. Vide hic Ciaccon. & lib. V. c. 10. *naves in litore ejectas eſſe.* Infra c. 28. *navem in terram ejicere cogunt.* & Cl. Burm. ad Ovid.

5 Haec a [a] cuſtodiis claſſium loca maxime vacabant; [1] quod ſe longius [b] por-
tibus committere non auderent.
1 XXVI. Illi, adhibita audacia & virtute, adminiſtrantibus M. Antonio,
& [c] Fuſio Kaleno, multum ipſis militibus hortantibus, neque ullum peri-
culum pro ſalute Caeſaris recuſantibus, nacti Auſtrum, naves ſolvunt;
2 atque [d] altera die Apolloniam, [2] Dyrrhachiumque [e] praetervehuntur. [f] Qui
quum eſſent [g] ex continenti viſi, [h] C. Coponius, qui Dyrrhachii [i] claſſi
Rhodiae praeerat, naves ex portu educit, & quum jam [3] noſtris [k], remiſ-
ſiore vento, adpropinquaſſent, idem Auſter [l] increbuit, noſtriſque prae-
3 ſidio fuit. Neque vero ille ob eam cauſſam conatu deſiſtebat; ſed labore
& per-

VARIAE LECTIONES.

a *Cuſtodibus* MSS. & Edd. qdd. *loca* delet Ciaccon. b Sic MSS. meliores & Edd. Vett. ac Scal. *longis* Edd. pp. Vaſc. Stephan. Str. Gr. poſt. c Sic MSS. plerique, vel *Rufio*, *Rufo* Cal. & Edd. qdd. al. *Fuſio*. V. l. 1. B. C. in f. d *altero* Pet. L. pr. V. & Edd. qdd. deſunt *altero die* Scal. B. e *Dyrrhachium* ſine *que* Pet. P. L. pr. Sc. V. Dorv. at Lovan. *inde Dyrrhachium p.* f *quo* Dorv. g *in c.* L. pr. h Ita Ciacc. Edd. Dav. Clark. & cap. 5. Vulgo *Q. Cop.* cum MSS. ſed *M. Cop.* Lov. ſine praenomine Leid. pr. Scal. i *& hoc die* Carr. *cl. die* V. k vulgo *noſtri. remiſſiori* MSS. 2. *adpropinquaviſſent* Pet. l *increbruit* Pet. L. pr. ſec. Edd. pp. V. ad c. 43. & ad Suet. Aug. c. XI. Cl. Burm. Arntz. ad Aur. Vict. Ep. 9. §. 14.

Epiſt. VII, 89. *Fluctibus ejectum tuta ſtatione recepi.* Belgice *ejicere navem* notaret *het Schip op ſtrand zetten:* ut vel ſic milites poſſent exponi, ſi portum quemdam attingere non poſſent. uti clare patet e ſeqq.

1. QUOD SE LONGIUS PORTUBUS COMMITTERE NON AUDERENT] Contra rem & mentem Caeſaris hoc: qui ait litora ad Apolloniam vacaviſſe cuſtodiis hoſtium, quod ii ſe procul a portubus committere non auderent. Itaque addita literula ſcribatur, *quod ſe longius a portubus.* Niſi forte, ut *procul oppido*, & *procul ab oppido* dicitur, ita & dixere veteres *longius urbe*, & *longius ab urbe.* Sane exemplum quaero nec reperio. VOSSIUS. Addita litterula, *Voſſius* emendat *longius a portubus.* Recte quidem quoad ſenſum, ſed nihil opus eſt ut quidquam mutemus. *Statius* Achilleid. l. I, 176.

Par ſtudiis aevique modis, ſed robore longe.

Apulejus Metam. l. VIII. p. 169. edit. *Pricaean.* *Longe quaeſituris firmae latebrae viderentur.* Editt. *Rom. Ven. Beroald.* apud noſtrum *longis portibus* male exhibent. DAVIS. B. Afric. c. 59. *longius ab adverſariorum caſtris*, in uno MSto etiam deeſt *ab*, ut & facile hic excidiſſe potuerit. Cum Genitivo & Accuſativo jungit quoque Apulejus. V. Elmenhorſt. Indicem *longe radices.*

2. DYRRHACHIUMQUE PRAETERVEHUNTUR] Edit. *Rom.* aliaeque veteres exhibent *Dyrrhachiumque pervehuntur*, unde J. M. Brutus legit *D. provehuntur*, at *Janus Rutgerſius* Ven. Lect. c. XIV. pag. 315. reponit *Dyrrhachiumque praevehuntur.* Retineo autem lectionem receptam, a MS. *Norvic.* exhibitam, & illam varietatem ex compendiaria ſcriptura natam arbitror. Vide cap. XXX. DAVIS. Hoc Capite *praetervectoſque Dyrrhachium.* At *pervehuntur* legas quoque in Edd. Mediol. Ven. & Flor. ac *praevehuntur* maluit etiam Heinſius, adſcripto Flori loco l. III, 8, 3. *praenavigare* (ubi etiam comprobat Cl. Dukerus) & Dict. Cret. l. V. p. 139. *Gentes barbaras praevectus*, ut eſt in MS. At in Vulgg. *praetervectus.* ſane *praevehi* pro *praetervehi* ſaepiſſime poni poſt alios docui etiam ad Lucan. l. VII, 342. & IX, 1003.

Aſiamque potentem
Praevehitur.

Adde Gronov. ad Liv. l. XXIX, 32. & l. XLIV, 23. uti & Cel. Burm. ad Sueton. Jul. c. 37. *Velabrum praevehens*; ubi vulgo *praetervehens.* Verum id ubique contra MSStos inculcare non auſim. Sic Hirt. B. Alex. c. 44. *civitates praetervehitur.* B. Afr. c. 2. *Clypeam praetervehitur.* Eadem varietas apud Melam l. II. c. 2. §. 95. *praetervectiſque Maſtuſiam:* nam in MS. quem contuli, & Edd. priſcis *praevectiſque:* mutavit Pintian. ſed eidem ſollemne *praenavigare*, *praegredi* eo ſenſu. De verbo *pervehi* vide ad l. II, 3. *freto Siciliae pervehitur.*

3. NOSTRI] Hoc ex Urſ. & Faerni Cod. recepit Scaliger & ſeqq. atque ita eſt quoque in MSS. nonnullis meorum & Edd. primis. Nihilominus perperam, ut puto. Naves Antonianae non adpropinquabant, ſed Coponii naves adpropinquabant Antonianis. Non enim opus eſt, cum Aldo Vaſcoſ. Steph. & aliis reponi *adpropinquaſſet*; licet legamus *noſtris*, ut reſtitui e Cujac. Petav. & Voſſ. ac Lovan. quod & vidit Gruterus.

& perſeverantia nautarum [a] ſe vim tempeſtatis ſuperare poſſe ſperabat;
praetervectoſque Dyrrhachium magna vi venti, nihilo [b] ſecius ſequebatur.
Noſtri, uſi fortunae beneficio, tamen inpetum claſſis timebant, ſi forte 4
ventus remiſiſſet. Nacti portum, qui adpellatur Nymphaeum, ultra [c] Liſ-
ſum milia paſſuum III, eo naves introduxerunt: ([1] qui portus ab Africo
tegebatur, ab Auſtro non erat tutus) [d] leviuſque tempeſtatis, [e] quam claſ-
ſis, periculum aeſtimaverunt. [2] Quo ſimul atque intus eſt itum, incredibili 5
felicitate Auſter, qui [f] per biduum flaverat, in Africum ſe vertit.

XXVII. [g] Hic ſubitam commutationem fortunae videre licuit. Qui mo- 1
do ſibi timuerant, hos tutiſſimus portus [h] recipiebat: qui noſtris navibus
periculum [i] intulerant, de ſuo timere cogebantur. Itaque, tempore [k] com- 2
mutato, tempeſtas & noſtros texit, & naves Rhodias adflixit, ita ut ad
unam [l] omnes conſtratae numero [m] XVI [3] eliderentur, & naufragio inter-
irent;

VARIAE LECTIONES.

a & Pet. Sc. L. pr. Lov. *ſuperari* Lov. Sc. Dorv. *ſperabant* Lov. L. ſec. Dorv. b *ſegnius* L. ſec. V. Edd.pp. aliaeque. Dein *tantum imp.* Carr. c *Lyſſum* Edd. qdd. male. *mille paſſus* Lov. *paſſibus* V. d *leniuſque* V. *leviſque* MSS. 2. *levius quoque poteſt* Lov. e *cauſſa* MSS. 2. & *exiſtim.* vel *extim.* MSS. & Edd. qdd. *metuebant* L. pr. a m. pr. ſed V. ad l. II. B. G. 17. f deeſt L. pr. g *Hinc* L. pr. h *reicieb.* Pet. L. pr. V. *excip.* B. i *intulerunt* Lov. Dorv. P. & *timore* Lov. P. k *commutata* Lov. Dorv. P. l Sic MSS. meliores non *conſt. omn.* *contractae* vel *confractae* male in quibuſd. *roſtr.* Carr. m *CXIII* Lovan. *CXII.* Dorvill.

terus. Dein *noſtriſque praeſidium fuit* non inepte legitur in Lovan. Leid. ſec. & Dorvill. Alterum tamen *praeſidio* magis convenit cum Juliano genio. Quare nil illic mutandum temere.

1. QUI PORTUS AB AFRICO TEGEBATUR, AB AUSTRO NON ERAT TUTUS] At aliter prorſus Lucanus l. V. vs. 729.

Nymphaeumque tenent: nudas aquilonibus undas,
Succedens Boreae jam portum fecerat Auſter.

Niſi Lucani verba aliter ac Caeſariana accipiamus: & illud *nudas undas aquilonibus*; explicemus, portum, quo quis intrare nequit, flante aquilone. Nam ut nudus & apertus homo telis impeti, qui impeti quit, etiam prohiberi acceſſu poteſt; ita aquilonibus flantibus navibus ingredi non licet: nam aquilo ex Italia Illyricum petentibus ex parte adverſus eſt. Quid ſi etiam univerſe accipiamus de mari Adriatico, ut dicat Lucanus mare concitatum ab Aquilonibus, ſed mox flantibus Auſtris placidum fuiſſe. Hunc tamen legere malim,

—— *motas aquilonibus undas*
Succedens Boreae jam portum fecerat Auſter.

Haec fortaſſis ad excuſandum Lucanum dici poſſint: At mihi, ut dicam quod ſentio, parum accurate haec ſcripſiſſe videtur, quod diſertim ait Caeſar, ſuos levius tempeſtatis quam claſſis periculum aeſtimaviſſe. Ubi nota, per claſſis periculum velle Caeſarem periculum, quod ſuis ab hoſtili claſſe imminebat. VOSS. De hac re ita *Lucanus* l. V, 720.

Nymphaeumque tenent, nudas Aquilonibus undas.
Succedens Boreae jam portum fecerat Auſter.

Unde putat vir ſummus *H. Grotius*, aut, quos nos habemus, *Caeſaris* commentarios non legiſſe Poetam, aut non intellexiſſe. Sed, ut videtur, *Lucanus* a noſtro non abit diverſus; nam *undas Aquilonibus nudas* dixit eas, in quas, flante Aquilone, non intrant naves; at *Auſter portum facit Nymphaeum*, quia tum temporis liber claſſi datur ingreſſus. Hinc liquet operam luſiſſe *Voſſium*, cui placuit *motas Aquilonibus undas*. DAVIS.

2. QUO SIMUL ATQUE INTUS EST ITUM] Primo notandum in Lovan. ac Dorvill. non reperiri vocem *atque*. Uti ſaepe a noſtro omittitur. Adi ad l. IV. B. G. c. 26. *Simul in arido conſtiterunt.* Dein pro *intus*, quod eſt quoque in Edd. primis & Aldi, in MSS. Petav. Pal. Bong. Lovan. Dorv. Scalig. & Edd. Vaſc. Steph. Gryph. aliiſque, exhiberi *Intro.* De Leid. pr. ſec. & Voſſ. quid dicam, neſcio: Saltem nihil varietatis enotavi, ut credam lectionem *intus* vel *intro* illic mihi dubiam fuiſſe. Quare nil temere definio; praeſertim quum *intus* pro *intro* ab aliis quoque ſit adhibitum. Adi ad l. I. B. Civ. in f. *in jus adierunt.*

3. ELIDERENTUR] Scilicet inter ſcopulos, & undarum inruentium molem. Quomodo ipſae undae poſſent dici *eliſae*: quae alioquin ſaepiſſime ſcopulis *inliſae* dicuntur. Sed variant MSS. apud Lucan. lib. VI, 691. & Claudian. lib. I. In Rufin.

irent; & ex magno remigum propugnatorumque numero pars ad ſcopulos adliſa interficeretur, [1] pars [a] ab noſtris diſtraheretur: quos omnes conſervatos Caeſar domum remiſit.

1 XXVIII. Noſtrae naves II, tardius curſu [b] confecto, in noctem conjectae, quum ignorarent, quem locum reliquae cepiſſent, contra Liſſum
2 in anchoris conſtiterunt. Has, ſcaphis, minoribuſque navigiis compluribus [c] ſubmiſſis, Otacilius Craſſus, qui Liſſi praeerat, expugnare [d] parabat: ſimul de deditione eorum agebat, & incolumitatem deditis pollicebatur.
3 Harum altera navis [e] ducentos viginti ex legione tironum ſuſtulerat: alte-
4 ra ex [f] veterana paullo minus [g] ducentis. [2] His [h] cognoſci licuit, quantum eſſet hominibus [i] praeſidii in animi [k] firmitudine. Tirones enim, multitudine navium perterriti, & ſalo [l] nauſeaque confecti, jurejurando accepto, nihil iis nocituros hoſtes, ſe Otacilio dediderunt: qui omnes [m] ad eum [3] producti, contra religionem jurisjurandi, in ejus conſpectu crudeliſſime inter-

VARIAE LECTIONES.

a Sic Pet. L. pr. Sc. non *a n.* b *completo* Lov. Dorv. c *ſumptis* B. L. ſec. V. Edd. Vett. delet Ciaccon. dein *Octacilius*, *Octalicus* MSS. & Edd. Vett. plerique ſemper. d *X par.* L. pr. Sc. e *equites d. & legionem* Lov. ridicule. *CCCXXX.* L. pr. *CXX.* L. ſec. *e l.* Pet. L. pr. V. f *veteranis* L. pr. g *CCC* L. pr. vulgo additur *ſe compleverat.* h Sic MSS. o. & Edd. pp. non *hic.* i *praeſidium* V. k *fortit.* L. pr. ſec. V. & Edd. ante Urſ. vide ad l. I. B. G. c. 3. *magnitud.* B. l *nauſiaque* MSS. qdd. m *advenientes* inſerunt Lov. Dorv. Pal. L. ſec. & vulgo *perducti.*

Rufin. vs. 274.
Eliſa montem circumtonat unda.
ut *eliſi ignes*, *eliſae herbae* & alia apud Poëtas. Conſule Heinſ. ad Ovid. Metam. VIII, 339. Faſt. IV, 371. & ſimilia paſſim. Nequaquam ergo hic contra MSStos ſcribendum *adlid.* vel *inliderentur:* ut a viris doctis ad Codicum ſuorum marginem adlitum vidi.

1. PARS A NOSTRIS DISTRAHERETUR] Locus a nemine tentatus, quem tamen ſanum eſſe ne ipſa quidem ὑγιεία perſuaſerit. Quaerit ſolummodo *Fr. Hotomannus*, an verbum ultimum idem denotet, ac *ſublevaretur*, *e naufragio eriperetur*, nec a quoquam reſponſum tulit. Sed in veteribus talem vocis notionem fruſtra indagabis. Codex *Urſin.* habet *a noſtris detraheretur*, unde, littera mutata, reſcripſerim *a noſtris extraheretur*, ex aqua ſcilicet, in quam fractis navibus deciderant. DAVIS. Hoc eſt, diſperſi caperentur. Quare forte emendatione nihil opus. Si enim (*diſtraheretur*) in eam, quam dixi, ſententiam accipi poſſit, ſanus erit hic locus ſine manu medica. CLARKE. *Detraher.* eſt etiam in Lovan. Palat. & Dorvill. Quod praefero; nempe a ſcopulis, quibus inlidebantur.

2. SE COMPLEVERAT] Has quidem voces repraeſentant editt. *Rom. Ven. Beroald.* omittunt autem MSS. *Norvic. Brant.* & *Ciaccon.* Integra profecto ſententia, abeſſe poſſunt, ac inepti hominis additamentum videntur. Hac in opinione fuit vir maximus *Joſ. Scaliger*, in cujus editione uncinis cinguntur. DAVIS. Voces (*ſe compleverat*) in quibuſdam Codicibus deſiderantur. Eaſque recte abeſſe, utpote inepti cujuſdam hominis additamentum, cenſuit, poſt *Scaligerum*, *Daviſius*. Veruntamen in eam potius partem propendeo, ut eas retinendas exiſtimem; quoniam, etſi ferri quodam modo poſſe videtur, ut illud (*paullo minus ducentis*) referatur ad praecedentem (*ſuſtulerat*;) tamen, ſi id ita eſſet, crediderim potius ſcripturum fuiſſe Caeſarem, (*paullo minus DUCENTOS.*) CLARKE. Ejeci audacter voces *ſe compleverat*, quae non comparent in ullo meorum Codicum, ut in Cujac. Petav. Bong. ac Pal. membranis non repertas proſcripſit etiam Gruterus. Nam ſcrupulus, quem injicit Clarkius, Caeſarem potius videri ſcripturum fuiſſe *ducentos*, nihil nos morari poteſt. Quis enim praeſtabit, ita eum non ſcripſiſſe? nam in MSS. cunctis praeter Bong. per notas *CC* ea vox exaratur; fateorque auctorem ea ſolere efferre per ellipſin *&* *quam.* Vide ad l. VIII, 10. & Drak. ad Liv. III, 64. Non id tamen ei ita perpetuum eſt, ut non & Ablativum uſurpet. Adi modo ad l. IV, 37. Quin potius Ablativus ille videtur anſam dediſſe librariis, vel Editoribus primis, iſtas voces addendi. Immo MSS. apud Hirt. B. Alex. c. 69. habent *minus mille hominibus*; ubi vulgo *hominum.*

3. PER-

interficiuntur. At veteranae legionis [a] milites, [1] item conflictati [2] & tempeſtatis & ſentinae vitiis, [b] neque ex priſtina virtute remittendum aliquid putaverunt; ſed tractandis conditionibus, & ſimulatione deditionis [c] extracto primo noctis tempore, gubernatorem [d] in terram navem ejicere cogunt: ipſi idoneum locum nacti reliquam noctis partem ibi confecerunt, 6 & luce prima, miſſis [e] ad eos ab Otacilio [f] equitibus, [3] qui eam partem orae maritimae adſervabant, circiter CD, [g] quique eos armati ex praeſidio ſecuti ſunt, ſe defenderunt; &, nonnullis eorum interfectis, incolumes [h] ſe ad noſtros receperunt.

XXIX. [i] Quo facto, conventus civium Romanorum, qui Liſſum [k] obtinebant, quod oppidum iis [l] antea Caeſar adtribuerat, muniendumque curaverat, Antonium [m] recepit, omnibuſque rebus [n] juvit. Otacilius ſibi timens oppido fugit, & ad Pompejum pervenit. [4] Ex omnibus copiis Antonius,

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt Pet. b vulgo *non.* c *extracta* MSS. 2. d *intra n.* V. *navem* deeſt Palat. *ej. nav.* L. pr. e *adeo* L. pr. f *nuntiis* L. pr. deeſt V. g *qui* L. pr. *quinque* Edd. Gryph. h Sic MSS. o. & Edd. quaedd. non *ad n. ſeſe.* deſunt in Lov. *ad noſtros.* i *eo* B. k *oppidum ob.* Pal. Lov. Dorv. & ſtatim carent *τοῖς quod opp.* vulgo *obtinebat* contra MSS. tantum non o. l deeſt Pet. *ante* Palat. *tribuerat* L. ſec. m *recipit* MSS. 4. n *luit* L. pr. a m. pr.

3. Perducti.] Urſin. Petav. Leid. pr. Lovan. Voſſ. Dorvill. *producti.* Rectius. Adi ad l. VII, 13. *ad Caeſarem produxerunt.* & alibi. Dein *in conſpectum* etiam Petav. Palat. Scal. Voſſ. Lovan. & Dorv. Quod non diſplicet hoc loco, nec c. 71. *Productos in omnium conſpectum interfecit:* uti eſt in Petav. V. ad Front. l. I, 12. §. 10. *In conſpectum omnium colliſis lapidibus.* & paſſim apud noſtrum hi caſus confunduntur, uti & apud omnes Auctores. Vide Indicem.

1. Item] Saepiſſime haec vocula adhibetur a Caeſare, ut monendum habui ad l. I. B. G. c. 36. & ſtatim c. 31. Quare nil temere muto. Hic tamen MSS. Petav. Scal. Leid. pr. Lovan. Palat. Dorv. dant *idem:* unde facile amplecti poſſemus Ill. Heinſii conjecturam *Itidem.* Niſi malis ſumere pro *iidem.* Mox pro *non* in Cuj. Pet. Pal. Leid. pr. Lovan. Voſſ. Dorv. Ed. Florent. *neque* habetur. Optime pro *ne quidem.* Quod idcirco reſtitui. Flor. l. II. c. 2. §. 2. *Uti nec amplius eam inſulam cogitarent.* Sic etiam 4 MSS. Leidd. l. II. c. 8. §. 2. *Rex proelium nec ſpectare poterat.* ubi vide Cel. Duker. & infra c. 37. c. 74. *Neque ſatis militibus confidebat, ſpatiumque* &c. Apul. l. III. p. 48. *nec adſiſtendi ſolatium perhibuit.* Sic etiam *nec ipſe* & *ne* ponitur. Vide ad l. VII, 8.

2. Et tempestatis et sentinae vitiis] *Sentinae vitia* Latiniſſime vocaveris faetorem, qui ex ea oritur, ſed *tempeſtatis vitia* nemo unquam dixit. Sana tamen eſt lectio vulgata; interdum enim veteres, duobus pluribuſve vocabulis vocem adjungunt, quae uni tantum conveniat. *Corn. Nepos* Alcib. c. III. *Non ſolum ſpem in eo habebant maximam, ſed etiam timorem;* cum *timorem in aliquo habere* novum prorſus ſit & inauditum. *Florus* l. III. c. XXI. *Oculis, manibus, cruribuſque defoſſis:* at eruuntur oculi, non defodiuntur; quam ob cauſam hunc locum mendi ſuſpectum habuere *Lipſius, Freinshemius,* alii: ſed immerito, ut oſtendit vir doctiſſimus *Joan. Georg. Graevius.* Adi etiam quae notavit eruditiſſima matrona *Anna Daceria* ad *Dictym* Cretenſem lib. I. c. IX. DAVIS.

3. Qui eam partem orae maritimae asservabant] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* exhibent *eam partem orae maritimae obſervabant;* cui lectioni firmandae erunt, quae ex *Pet. Fabro* notavit *Joan. Brantius* ad l. I. B. C. c. XXI. Sic *Sulpicius Sever.* Hiſt. Sacr. l. I. c. XXXIII, 7. *Non imperia exequi, non ordines obſervare;* quem locum fruſtra ſollicitat *Joan. Vorſtius*, ut fidem faciet *Eumenius*, qui Paneg. VII. c. IV, 2. ait; *Tum demum irrumpendas rebellibus Gallicanis portas reliquerunt, quum feſſi* obſervare non *poſſent.* Sic & *obſervare oſtium* dixit *Plautus* Mil. Glor. Act. II. Sc. III, 81. DAVISIUS. Observabant etiam confirmatur a Leidd. Voſſ. Bong. & Ed. Med. ſed ego nil mutem temere. Vide loco laudato l. I. c. II. *Muros portaſque adſervarent.*

4. Expositis copiis] Ita reſtituendum vidit Faërnus. Vel forte, (*Expoſitis* omnibus *copiis;*) ut conjecit Ciacconius. Quod habent MSS. & Editi

tonius, quarum erat ſumma [1] veteranarum[a] III legionum, uniuſque ti-
ronum, & equitum DCCC, pleraſque naves in Italiam remittit, ad reliquos
milites equiteſque tranſportandos: [2] pontones, quod eſt genus navium
3 Gallicarum, [3] Liſſi relinquit; hoc conſilio, ut, ſi forte Pompejus, vacuam
exiſtimans Italiam, eo transjeciſſet exercitum, quae opinio erat edita in
[b] vulgus, aliquam Caeſar ad inſequendum facultatem haberet: [c] nuncioſ-
4 que ad eum celeriter mittit, quibus [d] regionibus exercitum expoſuiſſet,
& quid militum [e] tranſvexiſſet.

1 XXX. [f] Haec eodem fere tempore Caeſar atque Pompejus cognoſcunt.
Nam praetervectas Apolloniam Dyrrhachiumque naves viderant; ipſi i-
ter ſecundum eas [g] terra direxerant: ſed [4] quo eſſent [h] eae delatae, primis
2 diebus ignorabant: cognitaque re, diverſa ſibi ambo conſilia capiunt; Cae-
ſar, ut quamprimum ſe cum Antonio conjungeret; Pompejus, ut venien-
tibus in itinere ſe obponeret [5] &, ſi inprudentes [i] ex inſidiis adoriri poſ-
3 ſet. Eodemque die uterque eorum ex caſtris [k] ſtativis a flumine Apſo ex-
ercitum

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *veteranorum.* b *vulgo* L. ſec. V. c *n. quoque* Lov. Dorv. *ad eos* Leidd. Lov. d *leg.* V. e *transmiſiſſet* Lov. Dorv. certe non male. Vide ad l. v. c. 2. f *hoc* L. ſec. Edd. pp. g *terras duxerant* MSS. plerique & Edd. Vett. perperam. h *hae* vel *hec* MSS. & Edd. pp. *ecce* Lov. i abeſt Pal. Dorv. k *ſtatutis* Sc. Leidd. *ex ſl.* Edd. R. M. *Thapſo* rurſus MSS.

Editi omnes, (Ex *omnibus copiis*;) ſententia plane eſt nulla. CLARK. *Ex* mordicus retinent ſine ſenſu MSS. omnes. Quare cum Clarkio alterum reponere non auſus fui. Potuit enim aliud quid excidiſſe.

1. VETERANORUM] Petav. Leid. pr. ſec. Lovan. Palat. Dorv. Voſſian. dant *Veteranarum.* De qua lectione non eſt dubitandum. Cap. praec. *Ex legione tironum & ex veterana*; ac *veteranae legionis.* c. 61. B. Alex. *habebat veteranas legiones.* Et alibi paſſim, unde & ſaepe *Veteranus exercitus.* Vide & ad l. VIII, 8. *Veteranas legiones.*

2. PONTONES, QUOD EST GENUS NAVIUM GALLICARUM] Nos hodieque & nomen & genus agnoſcimus. Meminit Iſidorus, emendandus nobis, l. XVIII. c. I. *Pontonium navigium fluminale tardum & grave, quod non niſi remigio progredi poteſt.* In v. c. noſtro perantiquo, eſt *Poto.* Lego *Ponto.* Etiam apud Gellium lib. x. c. XXV. eſt *Pontones.* VOSSIUS.

3. LISSI RELINQUIT] Sic reſcripſi ex MSS. *Norvic.* & *Ciaccon.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* ob verba praeſentis temporis, quae antecedunt & ſequuntur. In nuperius impreſſis erat *reliquit.* DAVIS. *Relinquit*;) Ita repoſuit Daviſius (cum in Vulgatis ſit *reliquit*,) ex MS. Elienſ. & Editt. Vett. Quibuſcum faciunt MSS. Reg. & Voſſii. Quod & poſtulare videtur temporum ratio, propter praecedentem (*remittit*,) & ſequentem (*mittit.*) In eadem tamen periodo uſurpantur (*transjeciſſet*) & (*haberet*) quae ſcribi potuiſſent (*transjecerit*) & *habeat*: Quae Temporum mutatio exinde eſt, quod tanquam praeſens narretur res praeterita. CLARK. *Relinquit* retinui cum MSS. omnibus & Edd. primis. Aldin. Gryph. Scalig. *reliquit.*

4. QUO ESSENT EAE DELATAE] Edit. *Ven.* (& Mediol.) *quo eſſent eae* quadringentae *delatae*: *Rom. Beroald. quo eſſent eae* quattuorcentae *delatae*: quae quidem vox eſt nihili, ſed tamen veteris lectionis, niſi fallor, veſtigia retinet. Reſcribo *vi venti.* Sic ſupra c. XXVI. de his ipſis dixit *praetervectoſque Dyrrhachium magna* vi venti *nihilo ſecius ſequebantur.* Primo ſcriptum fuit VI, poſtea, litteris tranſpoſitis, IV. quae vox, pro nota numerali habita, integris tandem litteris deſcripta fuit, unde factum *quatuor*, ſequente etiam ob hanc cauſam vocabulo mutato, quia Librarii pro egregia ſua peritia *quatuorcentos* idem ac *quadringentos* ſunt arbitrati. DAVIS. *Vi venti* ingenioſiſſime Daviſius reſcribendum exiſtimat. CLARKE.

5. ET SI] Codices nonnulli (*& ſic*) ſed verior eſt lectio (*& ſi*) Cujus vis ea eſt, ac dixiſſet (*& ut videret utrum* &c.) CLARK. *Beroald. Gryph.* aliique nonnulli *& ſic imprudentes.* Potius legerem *opponeret, ſi imprudentes*: quod & Lipſius ſuo Codici adleverat. Conjunctio copulans ex ultima ſyllaba vocis praecedentis videtur nata. DAVIS. *Cur. ſec.* *Et* retinent omnes libri. *Sic*

ad

ercitum educunt: Pompejus clam, & [a] noctu; Caeſar palam, [b] atque in-
terdiu. Sed [c] Caeſari circuitu majore iter erat longius, adverſo flumine, 4
ut vado tranſire poſſet. Pompejus, quia, expedito itinere, [d] flumen ei
tranſeundum non erat, magnis itineribus ad Antonium contendit; atque, 5
[e] eum ubi adpropinquare cognovit, idoneum locum nactus, ibi copias
conlocavit: ſuoſque omnes [f] caſtris continuit, igneſque fieri prohibuit; quo
occultior eſſet ejus adventus. Haec ad Antonium ſtatim per Graecos defe- 6
runtur. Ille, miſſis ad Caeſarem nunciis, unum diem ſeſe caſtris tenuit:
altero die ad eum pervenit Caeſar. Cujus adventu cognito Pompejus, ne 7
duobus [g] circumcluderetur exercitibus, ex eo loco diſcedit: omnibuſque
copiis ad [h] Aſparagium Dyrrhachinorum pervenit, [i] atque ibi idoneo lo-
co caſtra ponit.

XXXI. His temporibus [1] Scipio, detrimentis quibuſdam circa montem 1
Amanum acceptis, ſeſe Imperatorem adpellaverat. Quo facto civitatibus 2
tyranniſque magnas imperaverat [k] pecunias: [l] item a publicanis ſuae pro-
vinciae debitam biennii pecuniam exegerat, & ab [m] eiſdem inſequentis
anni mutuam [2] praeceperat [n]; equiteſque toti provinciae imperaverat.
Quibus coactis; finitimis hoſtibus Parthis poſt ſe relictis, qui paullo ante 3
[o] M. Craſſum imperatorem interfecerant, & M. Bibulum in [p] obſidione
habue-

VARIAE LECTIONES.

a *Nocte* V. b *&* L. pr. c *a Caeſare* Lov. Dorv. *Caeſar* L. ſec. Ed. Flor. *iter quippe er*. L. ſec. Edd. pp. d *flumine tr*. MSS. 3. e Sic MSS. plerique; non *ubi e*. f *in c*. L. pr. g *circumduc*. L. ſec. *circum claud*. Edd. M. V. Elz. h *Haſparagum* Dorv. Pal. *Sparagium* V. *Hiſpar*. L. ſec. *Aſparagum* Edd. quaedd. c. 44. MSS. o. *Aſparagium*, uti & c. 76. dein *Dyrrachiumque* Pal. L. ſec. Dorv. *Dyrrachiorum* Pet. Sc. L. pr. non male: c. 33. *Epheſia pec.* i *ibique* L. pr. *ibique in* Lov. Dorv. k *copias* V. l *itemque* Pet. *poblic*. Lov. m *iſdem* Pet. L. pr. n *percep*. L. pr. V. *accep*. Edd. pp. o deeſt MSS. 2. p *obſidionem* Ed. Gryph.

eſt in Bong. Leid. ſec. Voſſ. Dorv. Edd. Rom. Med. Vaſc. Steph. Poſſes conjicere, *ſicubi*. Sed *ſi* eſt ſervandum. Vide ad l. I. B. Gall. 8. *ſi perrumpere poſſent conati.*

1. Scipio detrimentis quibusdam circa montem Amanum acceptis, sese Imperatorem appellaverat] Teſtantur nummi, quibus inſcriptum. Q. METELVS. PIVS. SCIPIO. IMP. Sed torquet hic locus Urſinum, cui ridiculum videtur, Scipionem ſeſe Imperatorem appellaſſe, quia detrimentum paſſus ſit. Itaque mendum hic eſſe putat, & legit *emolumentis*. Non intellexit mentem Caeſaris, qui Scipionem deridet, quia non ob res praeclare geſtas, ſed detrimenta provinciae illata, ab exercitu Imperator appellatus ſit. *Detrimentis acceptis*, ſcilicet a provincia. VOSSIUS. Mendum ſuſpicatur *Pet. Ciacconius*, unde *Fulv. Urſino* reponendum videtur *emolumentis quibuſdam. Sam.* autem *Petitus* Obſerv. l. I. c. VI. emendat *petris moenitis*. Hae conjecturae ex eo ſunt ortae, quod ridiculum putarint, ut Scipio ob detrimenta ſeſe Imp. appellarit. Hoc quod attinet, recte quidem illi; ſed propterea priſca lectio non erat ſollicitanda: hoſtem enim infenſiſſimum Caeſar deridendum propinat, quod ſeſe ob detrimenta Imp. appellaverat, cum alii ob maximas res geſtas & inſignes victorias hoc nomine fuerint ſalutati. Sic fere ſe geſſit Antonius, qui teſte *Vellejo Paterculo* l. II. c. LXXXII. *fugam ſuam, quia vivus exierat, victoriam vocabat.* Vulgatam ſcripturam retinet etiam *Dionyſ. Voſſius*, ſed male prorſus interpretatur, dum putat Scipionem a Caeſare deriſum eſſe, quod ob detrimenta provinciae illata Imperator ſit appellatus; quem ſenſum Latinitas non patitur, praeterquam quod circa Amanum hoſtes erant Romanorum ſempiterni, ut docet *Cicero* ad Attic. l. V. Ep. XX. & alibi. DAVIS.

2. Praeceperat] Anteceperat. Noſter cap. LXXXVII. *Jam animo victoriam praecipiebant. Silius* Italicus l. VI, 300.

—— *De ſanguine poenas*

Prae-

4 habuerant, legiones equiteſque ex Syria deduxerat: ſummaque [a] in ſolli-
citudine [b] ac timore Parthici belli [c] in provinciam quum veniſſet, ac non-
nullae militum [1] voces tum audirentur, *ſeſe, contra hoſtem ſi ducerentur,*
ituros; contra civem & conſulem arma non laturos; deductis Pergamum,
atque [d] in locupletiſſimas [e] urbes in hiberna legionibus, maximas largitio-
nes fecit: &, confirmandorum militum cauſſa, [f] diripiundas iis civita-
tes dedit.

1 XXXII. Interim acerbiſſime imperatae pecuniae tota provincia exige-
bantur. Multa praeterea generatim ad avaritiam [g] excogitabantur. In ca-
2 pita ſingula ſervorum ac liberorum, tributum inponebatur. Columnaria,
oſtiaria, frumentum, milites, [h] remiges, arma, tormenta, vecturae im-
perabantur. [2] Cujus modo rei nomen reperiri poterat, hoc ſatis eſſe ad [i] co-
3 gendas pecunias videbatur. Non ſolum urbibus, ſed paene vicis, caſtel-
liſque [k] ſingulis cum imperio praeficiebantur. Qui horum quid acerbiſſime
4 [l] crudeliſſimeque fecerat, is & vir, & civis optimus habebatur. [3] Erat ple-
na lictorum & imperiorum provincia, [4] differta [m] praeceptis atque exacto-
ribus:

VARIAE LECTIONES.

a *Cum* L. ſec. Dorv. Vaſc. Gr. poſt. deeſt Praep. in Edd. pp. Ald. Gryph. b *atque* L. ſec. D. c deeſt praepoſ. in Pet. L. pr. V. *provincia* Pet. L. pr. V. Lov. Pal. Dorv. ſtatim vulgo deeſt *tum*. d exſulat a Pal. e *hiberiae civitates* B. *hiberiae* Ed. Ven. *urb. hiberniae* Lov. L. ſec. *u. l. hiberniae*, *m.* B. Dorvill. f Sic Bong. non per *e*. V. ad l. III. B. G. 6. *iis* vel *his* abeſt Lov. g *exerceb.* Lov. Pal. L. ſec. h *arma, rem.* MSS. plerique. i *agend.* V. *copias* L. pr. k *ſinguli* MSS. 2. Edd. Vaſc. Steph. Str. Gr. poſt. Hotom. *imperiis* B. l *faceret & crud.* L. pr. m *conſ.* Pal. B. L. ſec. Dorv. Edd. pp. Ald. Gryph. aliaeque. *diſerta* Lov. dein vulgo *praefectis*.

Praecepit Tyrio, & praeſumta piacula mortis. Alia hujuſce ſignificatus exempla ſuppeditabit vir elegantiſſimus *Janus Broukhuſius* ad *Propertii* l. IV. El. II, II. DAVIS. Vide ad Cap. primum hujus Libri.

1. VOCES AUDIRENTUR] Petav. & Norv. habent *voces cum aud.* Lege *nonnullae militum voces tum audirentur*, ut etiam Beroaldus & Gryphius edidere. DAVIS. *Cur. ſec.* Mediam voculam addidi propter perſpicuitatem, quam adeo amat auctor, ex Edd. primis, Vaſcoſ. Steph. aliiſque; quibus adſtipulantur membranae Scal. Leid. pr. & Voſſ. habentes *cum*. quod & ipſum retineri poſſet. Bene autem viri docti, *in provinciam* exponunt Aſiam, per quam iter Scipioni e *ſua provincia*, i. e. Syria, erat in Graeciam ad Pompejum.

2. CUJUS MODO REI NOMEN] Sic edunt non male quidem, ſed contra MSS. Urſ. ac meos & Edd. primas, in quibus ſcribitur *cujus modi*, pro *cujuſce modi*. In Petav. tamen & Bongarſ. *modi* non comparet: unde Gruterus haud inepte conjecit *cujuscujus rei nomen* pro cujuscumque. de priori *cujuſcemodi* vide Duker. ad Flor. l. III, 4, 2. & Daviſ. ad Hirt. B. Afric. c. 19. *Ex cujuſque modi genere.* Apulej. l. II. Met. p. 38. *Raptis cujuſquemodi telis*. De poſteriori *cujuscujus* Drak. ad Liv. l. 2. c. 2. *ubiubi regium deſiderium eſſet.* & quos laudat, ac Pearce ad Cicer. de Orat. l. III. c. 24. *Cuicuimodi eſſent.* nec non Stewech. ad Veget. l. II. c. 4. *Cuicui bello*: ut legendum eſſe docent reliquiae etiam noſtrorum Codicum.

3. ERAT PLENA LICTORUM ET IMPERIORUM PROVINCIA] Pro *imperantium*. Sic Spartianus *adminiſtrationes*, pro *adminiſtrantibus* dixit in Peſcennio Nigro: *cum videret provincias facili adminiſtrationum mutatione ſubverti.* Sic *pulſis regnis* pro *regibus* Florus l. I. c. x. & *orationes* pro *oratoribus* apud Hiſtoriae Auguſtae ſcriptores: ut notatum a magno Salmaſio. Idem quoque Graecis loquendi mos. Xenophon I. Cyripaed. p. 4. τὰ παραγγελλόμενα ὑπὸ τῆς μεγίστης ἀρχῆς. *praecepta a ſummo magiſtratu.* Denique ipſa vox *magiſtratus* eodem prorſus modo uſurpatur, pro magiſtratum fungentibus. VOSSIUS. Huc pertinere videtur Valer. Max. lib. VI, 6, 4. *Ut Romani imperii potius decepta fides.* Sic enim MSS. optimi pro *Imperatoris*. Vide & l. V, 4, 2. & l. IX. cap. 12. Ext. I. *In conſpectu ſummi imperii.*

4. DIFFERTA PRAEFECTIS] Primam vocem optimi MSS. praeſtant; ſed altera nuſquam, quod ſcio, in membranis comparet. Illi, tam Urſini, quam mei, nec non Edd. vetuſtiſſimae exhibent

prae-

ribus: qui, praeter imperatas pecunias, ſuo etiam [1] privato compendio
ſerviebant: [a] dictitabant enim, ſe domo patriaque expulſos, omnibus ne-
ceſſariis egere rebus, ut honeſta praeſcriptione rem turpiſſimam tegerent.
Accedebant ad haec graviſſimae uſurae, quod in bello plerumque accidere 5
[b] conſuevit, [c] univerſis imperatis pecuniis: quibus in rebus, prolationem
diei, donationem eſſe dicebant. Itaque aes alienum provinciae eo biennio
multiplicatum eſt. [d] Neque minus ob eam cauſſam civibus Romanis ejus 6
provinciae, [e] ſed in ſingulos conventus, ſingulaſque civitates certae pecu-
niae imperabantur, mutuaſque [2] illas ex S. C. exigi dictitabant; [f] publi-
canis, [3] uti [g] in ſorte fecerant, inſequentis anni vectigal [4] promutuum. 7
XXXIII. Praeterea Epheſi a fano Dianae depoſitas antiquitus [h] pecu- 1
nias Scipio tolli jubebat; [5] certaque [i] ejus rei die conſtituta, quum in fa-
num

VARIAE LECTIONES.

a *Dictabant* V. b *ſolet* Lov. D. c *in univerſis pecun.* Edd. R. M. V. d Ita MSS. & Edd. qdd. non *nec.* e *ſed* deeſt Pet. *in* exſulat Pal. D. f *a p.* MSS. Reg. L. ſec. deeſt *publ.* a Pet. g *ut forte* Lovan. Pal. Dorv. *ut in S.* L. pr. *fecerint* V. h deeſt Lov. i vulgo *ceteraſque e. deae ſtatuas.* Q.

praeceptis. i. e. edictis, mandatis. De *praefectis* jam praeceſſerat. Quidquid ſit, MSS. lectionem reducendam cenſui.

1. PRIVATO COMPENDIO] Codices nonnulli. (*imperio compendio:*) Al. (*imperio compendioque.*) Sed praeſtat vulgata Lectio. CLARKE. In Bong. & Leid. ſec. atque Edd. primis ad Beroaldum uſque legitur *p. imperio compendioque*, probatque Hotomanus; at Dorv. & Edd. Baſ. Aldi &c. *imperio compendio.* In Voſſ. eſt *conſilio impendio.* In Ciaccon. notis *imperio compendioſe.* In Palat. tantum *pr. imperio ſerviebant.* Unde egregie videtur mihi hunc locum ſanaſſe Gruterus, conjiciens in ἀνεκδότοις *privato impendio ſerv.* i. e. uſurae ſive ſuperpondio. Cicero ad Att. l. VI. Ep. I. *Foenus & impendium recuſare*, ubi itidem in nonnullis MSS. eſt *imperium.* Vide omnino ſummum J. F. Gron. de pec. Vet. Mantiſſ. p. 416.

2. ILLAS EX S. C.] MSS. Reg. Elienſ. & Voſſ. & Edd. Vett. exhibent (*ex illo S. C.*) CLARKE. Immo habent MSS. & Edd. pp. *ex illo ſe conſulto.* Bong. *ex illo a ſe conſ.* ut millies *S. C.* in *ſe* corrumpi ſolet, & jam initio Lib. Gall. vidimus.

3. UTI IN SORTE FECERANT] *Gabr. Faernus & Pet. Ciacconius* reponunt *uti in Syria fecerant*; ac ita ſane legitur in edit. *Rob. Stephani* A. D. 1544. ſed contra Codicum manuariorum fidem, qui vulgatam lectionem conſtanter retinent. Forſan Caeſar Syriam dixit *ſortem*, quia Scipioni ſortito obvenerat. DAVIS. *In Syria* conjecit etiam Glandorpius & Lipſius; & iis adſentitur Cellarius ex cap. 31. *A publicanis pecuniam inſequentis anni mutuam ſumſit.* Daviſium ſequitur Clarkius. Sed vide, ne alius hic *ſortis* ſenſus lateat, in notis DD. VV. ad Liv. lib. VI. c. 36. *Ni potius quam ſortem creditum ſolvat.*

4. PROMUTUUM.] In MS. Reg. & Edit. Rom. eſt (*Vectigal* pro mutuo) Quod probat Cellarius, ut magis Caeſareanae aetatis. CLARKE. In Antiquioribus Edd. uti & Vaſcoſ. Steph. & aliis, nec non Leid. ſec. eſt quidem *promutuo.* Sed optimi quivis libri *promutuum* i. e. in anteceſſum repraeſentatum, ſervant; niſi quod Lovan. Pal. & Dorvill. habeant *promotum.* Adi Cujac. Obſerv. lib. VIII. c. 34. Mihi *promutuo* minus Latinum videtur. Ut dicitur *dare, accipere pecuniam mutuam*, ſic etiam *promutuam.* Adi Gronov. de Pec. Vet. p. 115, 116. & alios.

5. CAETERASQUE EJUS DEAE STATUAS] In MS. Cujacii & Pet. invenio: *caeteraque ejus diei conſtituta.* Unde Urſinus argute *certaque ei rei die conſtituta.* Sed non probo: quia opus non eſt; nam Dianae templum plenum donariis pretioſis, vide Strabonem l. XIV. VOSSIUS. Codices nonnulli, (*caeteraque ejus diei conſtituta.*) Unde Urſinus legendum conjecit, (*certaque ei rei die conſtituta.*) Sed acutum id, magis quam verum. Hotomannus emendat, (*certaſque ejus Deae ſtatuas.*) Sed neque id opus. *Caeterae* enim *ſtatuae*, intelligi poſſunt *caetera donaria pretioſa*, inter quae erant *ſtatuae* &c. Retinenda itaque videtur vulgata Lectio. CLARK. *Norvic. Cujac. Petav.* & *Urſin.* dant *ceteraque ejus diei conſtituta*; unde vir ille doctus reſcribendum putavit, *certaque ejus rei die conſtituta.* Eodem ſenſu *Achilles Statius* malebat, *certaque ei rei die conſtituta: Ciacconius* autem *certaque ejus die conſtituta.* Cum vero plurimi Codd. vulgatam lectionem ſervent; *Hotomannus* legit *certaſque ejus Deae ſtatuas*, ut intelligantur aureae & argenteae. Ipſe totum lo-

num ventum eſſet, adhibitis compluribus Senatorii ordinis, quos advocaverat Scipio, litterae ei redduntur a Pompejo, *mare tranſiſſe cum legionibus Caeſarem*; *properaret ad ſe cum exercitu venire*, [a] *omniaque poſtha-*
2 *beret*. His litteris acceptis, quos advocaverat, dimittit: ipſe iter [b] in Macedoniam parare incipit: [c] paucisque poſt diebus eſt profectus. Haec res Epheſiae pecuniae ſalutem adtulit.

1 XXXIV. Caeſar, [d] Antonii exercitu conjuncto, deducta Orico legione, quam tuendae orae maritimae cauſſa poſuerat, tentandas ſibi provin-
2 cias, longiuſque procedendum exiſtimabat; &, quum ad eum [e] ex Theſſalia, Aetoliaque, legati veniſſent, qui, praeſidio miſſo, pollicerentur, earum [f] gentium civitates imperata facturas, L. Caſſium Longinum cum legione Tironum, quae adpellabatur vigeſima ſeptima, atque equitibus cc [1] in Theſſaliam, [g] C. Calviſium Sabinum cum cohortibus v, pauciſque equitibus in Aetoliam miſit: [2] maxime eos, quod erant propinquae regio-
3 nes, de re frumentaria ut providerent, hortatus eſt. Cn. Domitium Calvi-
4 num cum legionibus duabus XI, & XII, [h] & equitibus D, in Macedoniam proficiſci [3] jubet: cujus provinciae ab ea parte, [4] quae Libera adpellabatur,

VARIAE LECTIONES.

a *Omniaque poſtea quae b.* Pet. Scal. L. pr. *omnibuſque quae b.* Carr. Palat. B. L. ſec. Dorvill. Edd. pp. Vaſc. *omniaque quae b.* Voſſ. b deeſt V. L. ſec. c *paucis p.* Pet. d *Antonio* Lovan. Dorvill. e Sic MSS. Pet. L. pr. V. Pal. Dorv. & alii; non *leg. v. ex Th. Aet.* f *region.* L. pr. g *C. Cabas.* Lov. Dorv. h deeſt L. pr.

cum ſic refingo, *Praeterea Epheſi è fano Dianae depoſitas antiquitus pecunias Scipio tolli jubebat*, AUREASQUE *ejus Deae ſtatuas*. Cauſa enim non erat, cur obſcure loqueretur *Caeſar*, nec diſertis verbis indicaret, cujus metalli ſtatuas tolli Scipio juſſerit. DAVIS. *Cur. ſec.* Lovan. Codex habet quoque cum Voſſiano *ceteraque ejus diei conſtituta.* In Dorvill. etiam eſt *diei*, in Leid. ſec. *dei*. In Leid. pr. haec non legas. Notat Gruterus in Cujaciano eſſe *ceteraſque ejus diei conſtituta.* An *conſtituta* poteſt notare ἀναθήματα, ſcribique *ceteraque ei deae conſtituta*, ſcilicet quaevis magni pretii donaria? Sed mihi potius videtur Achillis Statii & Salmaſ. ad jus Attic. p. 565. vel Urſini emendatio eſſe veriſſima, hoc modo. *jubebat: certaque ejus rei die conſtituta, quum in fanum eſt.* *Conſtituere diem* cum Genitivo habuimus etiam l. I. B. Gall. c. 4. *Die conſtituta cauſſae dictionis.* & l. VII. c. 2. *tempore ejus rei conſtituto.* Quare de hac correctione amplius non eſt dubitandum; niſi malit aliquis *die ei rei*: quod per me licet. De *ſtatuis* vel *donariis* nihil locutum eſſe Caeſarem, e ſeqq. patet: ubi tantum *Epheſiae pecuniae*, non etiam aliarum rerum, (quod feciſſet auctor, ſi de iis ſupra quid ſcripſerat) facit mentionem. *A* vero etiam non mutandum fuit in *e*. Millies *a* pro *e* ſumitur, & hae propoſitiones paſſim confunduntur. Adi ad l. I. B. G. cap. 53.

1. IN THESSALIAM] Deſunt haec verba in Leid. pr. at Petavianus habet *in Theſſalum ire*. Scalig. Voſſian. *In Theſſaliam ire.* Lovan. *In Th. jubet ire.* Dorvill. Palat. *in Theſſ. mandat*. At Edd. Rom. & Mediol. *in Th. ire mandat &*. Ed. Ven. *In Th. ire mandaret, &*. legitur quoque *&* in Leid. ſec. Videtur vera eſſe lectio *in Theſſaliam ire* ſc. miſit. Quod non capientes librarii, interpolarunt vel ejecerunt. *Mitto ire*, ut *mitto quaerere*, *ſcitari* & alia. de quibus conſule Ill. Heinſ. ad Ovid. Met. v, 660.

Per aëra miſit
Mopſopium juvenem ſacros agitare jugales.

2. MAXIMEQUE EOS &c.] Sic MSS. Reg. Al. (Maxime *eos* &c.) Quod hiulcum eſt. CLARK. *Que* addunt etiam Leid. ſec. & Dorv. cum Edd. Flor. Vaſcoſ. Steph. Str. Gryph. poſt. in MSS. illis, uti & in Voſſ. & Edd. Rom. Ven. Med. eſt *eo*. Malim cum Grutero *eſt* poſt *hortatus* delere, quam hic *que* inſerere.

3. JUSSIT] Sic MSS. Reg. & Elienſ. Quod & poſtulare videtur temporum ratio. Editi habent *jubet*. CLARK. Hoc perinde eſſe, praeteritumque & praeſens tempus in narratione ſexcenties jungi, crebro monere debui ſupra. Hic tamen

& Pe-

tur, Menedemus, princeps earum regionum, miſſus legatus, omnium ſuorum excellens ſtudium profitebatur.

XXXV. Ex his Calviſius, primo adventu ſumma omnium Aetolorum 1
receptus voluntate, praeſidiis adverſariorum Calydone & Naupacto [1] rejectis, omni Aetolia potitus eſt. Caſſius in [a] Theſſaliam cum legione pervenit. [b] Hic quum eſſent factiones duae, [c] varia voluntate civitatum [d] ute- 2
batur. [e] Hegeſaretos, veteris homo potentiae, Pompejanis rebus ſtudebat. [2] Petrejus, ſummae nobilitatis adoleſcens, ſuis ac ſuorum opibus Caeſarem [f] enixe juvabat.

VARIAE LECTIONES. XXXVI.

a *Theſſalia* L. pr. V. *cum l.* deſunt Lov. *praev.* Edd. qdd. b *His* Lov. c *alia* Lov. L. ſec. *alia varia* Dorv. *civ.* deeſt Lov. L. ſec. d *invitteb.* Edd. R. M. V. *mitteb.* V. *non teneb.* Dorv. e *Haegeſaretos* vel *Haegeſartos* vel *Hages.* MSS. plerique. per *os* MSS. o. praeter Bong. vulgo *Egeſaretus.* Vide ad Cic. Ep. 25. l. XIII. ad Fam. f *obnixe* L. pr. perperam.

& Petav. Pal. Lovan. Dorv. & Leid. ſec. produnt etiam *juſſit.*

4. QUAE LIBERA ADPELLABATUR] Velim ſcire, quando & quidem ipſius Caeſaris tempore deſiit *libera* vocari. Quarta Macedoniae pars ex diviſione Paulli apud Livium l. XLV. c. 29. quae regionis caput *Pelagoniam* habebat, adhuc ſub Tiberio vocabatur ἐλευθέρα. cujus rei locupletes teſtes ſunt Strabo, jam ab aliis adductus, l. VII. pag. 326. Ed. Par. Τὰ περὶ Λυγκηστὸν ϗ Πελαγονίαν, ϗ Ορεστιάδα ϗ Ἀιμείαν, τὴν ἄνω Μακεδονίαν ἐκάλουν, οἱ δ' ὕστερον ϗ ἘΛΕΥΘΕΡΑΝ. ac Plinius l. IV. c. 10. *Et* LIBERI *Amantini atque Oreſtae.* Solemus etiam deſcribere regionem non a nomine, quod geſſerunt, ſed quod gerunt. Vel ſaltem hoc addi oportet. Ita certe ſemper agit Caeſar. Sic h. libro c. 6. *locus qui adpellatur Pharſalia.* Ubi etiam in MSS. *adpellabatur.* cap. 26. *portum, qui adpellatur Nymphaeum.* c. 42. *loco, qui adpellatur Petra.* Et ſic in Bellis Gallicis l. I. c. 17. *Ejus pagi, qui Urbigenus adpellatur.* l. V. c. 53. *Civitates, quae Armoricae adpellantur.* Hirt. quoque B. Alex. c. 10. *locum, qui adpellatur Cherſoneſus:* quo loco etiam librarius quidam dedit *adpellabatur.* Exſtat tamen vulgo quoque l. I. B. G. c. 12. *Is pagus adpellabatur Tigurinus.* Verum, praeterquam quod illic etiam MSS. aliqui dent *adpellatur*, alia ratio ejus inperfecti dari poteſt, ſcilicet quia eum pagum iſto proelio ita conciderat, ut quaſi *nomen* ejus deleverit Caeſar. Quidquid ejus loci ſit, omnino malim hic *adpellatur:* quod retinuerunt MSS. Lov. Dorvill. & expreſſit Glandorpius, ac margini adlevit Aicardus. Videtur error librariorum natus ex praecedenti *cum legione Tironum, quae adpellabatur vigeſima ſeptima:* quomodo obſervavi locutum auctorem quinquies. Sic lib. IV. B. G. c. 32. *legione, quae adpellabatur VII.* B. Civ. II, 19. *Cohortes II, quae Colonicae adpellabantur.* c. 20. *altera ex duabus legionibus, quae Vernacula adpellabatur:* quibus tamen locis tribus optimus Leid. pr. & alii dant *adpellatur* & *adpellantur:* atque ita magnus Lipſius omnino legendum locum hujus lib. c. 88. *Quarum una prima, altera tertia adpellabatur,* vel delendum verbum cenſet in l. IV. De Mil. Rom. Dial. 8. ubi, uti hic, conſtanter Inperfectum ſervant MSS. Nil muto temere. Caeſar enim videtur hos Commentarios demum ſcripſiſſe poſt confectum hoc bellum, ſive in ordinem diſpoſuiſſe Ephemeridas, quas contexuerat in expeditionibus diverſas a Commentariis, ut ſatis conſtat ex Voſſii notis & Polyaeni, Frontini Strategematicis, ac Servii aliorumque Grammaticorum teſtimoniis. Interim exiſtimo, rationem & numerum legionum fuiſſe immutatum: quia veteranorum legiones jam emeritae, & in promiſſos agros deductae, nec non aliae dimiſſae, novaeque conſcriptae erant. Confirmat meam ſententiam locus lib. III. c. 4. *Veteranam, quam, factam ex duabus, Gemellam adpellabat.*

1. DEJECTIS] Ita Ciacconius ex antiquo Codice optime reſtituit. Sic enim & alibi loqui ſolet *Caeſar.* MSS. plerique & Editt. Vett. (*relictis.*) Scaliger & Recentiores, (*rejectis.*) CLARKE. Non ex antiquo libro, ſed e conjectura ita legit Ciacconius, quia Caeſar & alii paſſim dicunt *praeſidia dejicere.* ut eſt notiſſimum. *Rejectis* primus dedit Vaſcoſ. quum antea eſſet *relictis;* quod etiam habent MSS. mei, ut & Ed. Gryph. ſed tamen Lovan. praebet *receptis.* Cave, ne mutes *rejectis* i. e. dejectis ex illis urbibus retrorſus ad Pompejana caſtra. Infra c. 46. *Ne non reducti, ſed rejecti viderentur.* ubi tamen *dejecti* non male MSSti plurimi exhibent. Sed ſic l. I. B. G. c. 24. *Rejecto noſtro equitatu.* l. II. c. 33. *In oppidum rejecti ſunt.* i. e. In fugam & ad oppidum conjecti ſunt tergis verſis. Appoſite Cicero l. II. ad Fam. Ep. 10.

1 XXXVI. Eodemque tempore Domitius in Macedoniam venit: &,
quum ad eum frequentes civitatum legationes convenire coepiſſent, nun-
ciatum eſt, adeſſe Scipionem cum [a] legionibus, magna [b] & opinione &
2 fama omnium: nam plerumque in novitate fama antecedit. Hic nul-
lo [c] in loco Macedoniae moratus, magno inpetu [1] tetendit [d] ad Domi-
tium; &, quum [e] ab eo milia paſſuum xx abſuiſſet, ſubito ſe ad Caſſium
Longinum in [f] Theſſaliam convertit. Hoc [g] adeo celeriter fecit, ut ſi-
3 mul adeſſe, & venire nunciaretur: &, quo iter expeditius faceret, M.
[h] Favonium ad flumen [i] Haliacmonem, quod Macedoniam [k] a Theſſalia
dividit, cum cohortibus IIX praeſidio inpedimentis [l] legionum reliquit,
4 caſtellumque ibi muniri juſſit. Eodem tempore [2] equitatus regis [m] Cotys ad
5 caſtra Caſſii [n] advolavit, qui circum Theſſaliam eſſe [o] conſueverat. Tum
timore perterritus Caſſius, cognito Scipionis adventu, viſiſque equitibus,
quos Scipionis eſſe arbitrabatur, ad montes ſe convertit, qui Theſſaliam
6 cingunt; atque ex his locis Ambraciam verſus iter facere coepit. At Sci-
pionem, properantem [p] ſequi, litterae ſunt conſecutae a M. Favonio, Do-
mitium cum legionibus adeſſe, [q] neque ſe praeſidium, ubi conſtitutus eſ-
7 ſet, ſine auxilio Scipionis tenere poſſe. Quibus litteris acceptis, conſilium
Scipio iterque [r] commutat; Caſſium ſequi deſiſtit; Favonio [3] auxilium fer-
8 re contendit. Itaque, die ac nocte continuato itinere, ad eum pervenit,
tam obportuno tempore, ut ſimul Domitiani exercitus [s] pulvis [4] cernere-
tur,

VARIAE LECTIONES.

a Sic Glar. Urſ. Man. &c. *Legione* MSS. & Edd. Vett. b deeſt MSS. 4. c *τὸ in* abeſt a Lov. Dorv. ac L. pr. a m. pr. benc. d vulgo *contendit.* e *ad m.* V. *ab eo vicies mille paſſus* MS. Reg. *ac XX.* Lovan. f *Theſſalia* V. g *ideo* MSS. *eſſ.* Edd. pp. *ut* deeſt L. pr. V. *ſimul* exſulat Lovan. *veniſſe* Lovan. Dorvill. h *Fabon.* MSS. i ſine adſpir. MSS. hic & infra praeter ſolum Cuj. ac infra etiam ſine adſpir. k *& Theſſaliam* L. pr. l Rurſus MSS. & Edd. Vett. ut ſupra, *legionis.* m vulgo *Coti.* n *evolavit* L. pr. dein *circa* Lov. o *conſuerat cum* L. pr. p deeſt L. pr. dein *ſecutae* Edd. pp. q Sic MSS. non *nec. ſe* & *poſſe* abſunt a Lov. Pal. r *commutavit* L. pr. s *ut p.* Lov.

Ep. 10. *feliciter ab Antiochia hoſtem rejecerat.*

2. PETREJUS] Nomen hoc Romanum minus convenire Theſſalo, recte obſervatum puto a Ciacconio, in cujus libro eſt *Petreus.* non male Lovan. & Dorv. *Preteus.*

1. CONTENDIT AD DOMITIUM] Leid. pr. Scal. Voſſ. Lovan. Dorvill. Palat. *tendit.* At Cujac. & Petav. *tetendit.* Recte. Vellej. l. II. c. 70. *Agmen magno curſu ad eum tendentem.* Frontin. l. III. c. 17. §. 6. *praeſumta jam victoria, velut ad praedam caſtrorum tendentes:* & paſſim apud poëtas.

2. EQUITATUS REGIS COTI] *Pet. Ciacconius* & *Aldus Manutius* reponunt *equitatus Regis Cotys*; & ſane hoc nomen ita effert *Vellejus Paterculus* l. II. c. CXXIX. aliique. Sed nihil opus eſt, ut quidquam, mutemus. Noſter hujuſce libri c. IV. *Ad eundem numerum* Cotus *ex Thracia dederat*, quem etiam locum temere ſollicitant viri eruditi. Cicero in Piſonem p. 2398. *Cum tu trecentis talentis Regi* Coto *vendidiſſes.* Et iterum: *quorum omnium capita regi* Coto *vendidiſti.* Sic *Corn. Nepos* In Iphicr. c. III. *Meneſthea filium reliquit ex Threſſa natum*, Coti *regis filia.* Idem tamen in Timoth. c. I. *Cotym* dixit, adeo ut vel hoc vel illo modo ſcribi poſſit; licet in contraria opinione fuerit etiam *Car. Sigonius* ad *Livii* l. XLV. c. XLII. DAVIS. Fruſtra *Coti* defendit Daviſius. Adi tu potius lector, quae adfert Cl. Burmannus ad Velleji locum, & diſerte Petav. Scalig. Leid. pr. Voſſ. *Cottys* vel *Cottis* hic exhibent. Hic autem uſque ad finem c. 87. deficit MS. Dorvill.

3. AUXILIUM FERRE] In Voſſiano inveni *Aux. facere.* Quod dictum foret, ut *facere ſalutem*, *medicinam*, *opem* &c. de quibus vide Miſc. Obſerv. A. 1733. Maj. & Jun. p. 453. ad illa Apuleji *Opem facite*, Id tamen ego Caeſari non temere adſcripſerim.

4. CERNERETUR ET VIDERENTUR] Facile alicui

unum

tur, & primi antecurſores Scipionis viderentur. Ita Caſſio induſtria Domitii, Favonio Scipionis celeritas ſalutem adtulit.

XXXVII. Scipio [1] biduum [a] caſtris ſtativis moratus [b] ad flumen, quod 1
inter eum & Domitii caſtra fluebat, [c] Haliacmonem, [d] tertio die prima luce exercitum vado tranſducit; & caſtris poſitis, poſtero die mane copias ante frontem caſtrorum [2] ſtruit [e]. Domitius tum quoque ſibi dubitandum non putavit, quin productis legionibus proelio decertaret. Sed, quum eſ- 2
ſet inter bina caſtra campus circiter [f] milium paſſuum [g] VI; Domitius [3] caſtris Scipionis aciem ſuam ſubjecit: [h] Ille a vallo non diſcedere perſevera- 3
vit. Attamen, aegre retentis Domitianis militibus, eſt factum, ne [i] proelio contenderetur; & maxime, [k] quod rivus difficilibus ripis, [l] caſtris Scipionis ſubjectus, progreſſus noſtrorum inpediebat. Quorum ſtudium ala- 4
critatemque pugnandi quum cognoviſſet Scipio, ſuſpicatus fore, ut poſtero die aut invitus [m] dimicare cogeretur, aut magna cum infamia [n] caſtris ſe continere, qui magna [o] exſpectatione veniſſet, temere progreſſus turpem habuit exitum: & noctu, [4] ne conclamatis quidem vaſis, flumen [5] tranſit, atque

Variae Lectiones.

a *in c. ſt. bid.* vulgo. b deſunt Edd. R. M. V. *intra* V. c *Aliſicam*, *Aliſacam*, *Aliſacum.* MSS. & Edd. pp. vel *Aliſiacam.* d *tertia* MSS. 4. e *inſtruit* vulgo. f *milia* MSS. & Edd. qdd. g *III* Edd. R. M. V. quod praefert Glarean. vulgo abeſt nomen *Domitii.* h *ipſe vero* L. ſec. *ille vero* Lov. Edd. pp. *il. val.* B. *valle* MSS. 5. *deſcendere* Lov. L. pr. a m. pr. nec male. i *proelium conderetur* Voſſ. *contenderent* Edd. R. M. V. k *qui* V. l MSS. *ſubj. caſt. ſc.* m deeſt V. n *in c.* Edd. R. M. V. *ſeſe* L. ſec. dein *contineret* MSS. plerique & Edd. Vett. o *cum exſpect* Lov. Pal. Edd. R. M. Vaſc. Gr. poſt.

cui unum ex his verbis delendum eſſe videretur. Sed cave, quid mutes, & vide ad l. I. c. 43. VII, 30. ac Cort. ad Salluſt. B. Cat. c. 12. *haberi, & duci.* Ut hic, ita Lucan. l. V, 274.

Jam reſpice *canos*,
Invalidaſque manus, *& inanes* cerne *lacertos.*

ubi olim conjeci *carne*, quod jam damno. Sic lib. II, 429.

Gallica rura videt, *devexaſque* adſpicit *Alpes.*

1. In castris stativis] Stativorum caſtrorum ſupra meminit Caeſar hujuſce libri c. XXX. Vide & *Hirtium* Bell. Afric. c. XXVI. Nomen habent ex eo, quod ſtructa ſint, ut in iis aliquamdiu maneretur, quemadmodum docet *J. Lipſius* Mil: Rom. lib. V. Dial. I. DAVIS. Rectius vulgo, ut puto, edidi e Leid. pr. Petav. Scalig. Lovan. *Biduum caſtris ſtativis m.* Abeſt quoque praepoſitio a Cujac. & Voſſ. in quo *biduo* cum Edd. pp. *ſtatutis* autem pro *ſtativis*, ut ſupra, ita hic etiam in Leid. pr. & Scalig.

2. Instruit] Sic primus Scaliger cum Ciaccon. & Urſino ex ipſius codice ediderunt: iisque adſtipulatur recentiſſimus Leid. ſec. Sed reliqui MSS. omnes cum Edd. vetuſtis conſtanter habent *ſtruit.* Bene omnino, ut oſtendi ad l. I. B. Civ. c. 41. *Acie inſtructa:* ibi enim alii quoque rectius *ſtructa.*

3. Castris Scipionis aciem suam subjecit] In MSto *Norv.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* hic locus uno verbo auctior legitur: habent enim ii Codices, *Domitius caſtris Scipionis*, &c. Ac haec eſt ipſius Caeſaris manus; vocem aut expunxerunt ii, qui *noſtri* ſimplicitatem in animum non revocabant. DAVIS. MSS. Reg. & Elienſ. & Editt. Vett. exhibent (— *VI*, Domitius *caſtris* &c.) unde, etſi vulgata Lectio non eſt damnanda, tamen hoc modo totam periodum potius interpungendam exiſtimaverim (—— *decertaret. Sed quum eſſet* —— *paſſuum* VI; Domitius *caſtris Scipionis aciem ſuam ſubjecit;* ille *a vallo non diſcedere perſeveravit.* CLARK. Atque ita fide MSS. omnium & Edd. primarum, uti & Vaſcoſ. Steph. aliarumque, exhibui.

4. Ne conc. quidem vasis] Notandum eſt, in MSS. Petav. Palat. Lov. Leidd. Voſſ. & Edd. primis ſcribi *neque.* Ut ſuſpiceris *quidem* fuiſſe intruſum. Nam *neque* pro *ne quidem* poni vidimus c. 29. Niſi forſan etiam dixerint *neque quidem*, & *nec quidem* pro *& ne quidem.* V. ad lib. V. B. G. c. 44.

5. Transit] Legendum *tranſiit;* quod ſequentia docent. DAVIS. *Cur. ſec. Tranſiit* eſt in Leid. pr.

atque in eamdem partem, [a] ex qua venerat, rediit: ibique prope flumen
5 edito [b] natura loco caſtra poſuit. Paucis diebus interpoſitis, noctu inſidias
equitum conlocavit: quo in loco ſuperioribus fere diebus noſtri pabulari
conſueverant. Et quum quotidiana conſuetudine Q. [c] Varus, praefectus
6 equitum Domitii, veniſſet; ſubito illi ex inſidiis conſurrexerunt: ſed noſtri
fortiter eorum inpetum tulerunt, celeriterque ad ſuos quiſque ordines [d] re-
7 diit, atque ultro [e] univerſi in hoſtes inpetum fecerunt. Ex his circiter
LXXX [f] interfectis, reliquis in fugam conjectis, [g] noſtri, duobus amiſſis, in
caſtra ſe receperunt.
1 XXXVIII. His rebus [h] geſtis Domitius ſperans, Scipionem ad pugnam
elici poſſe, ſimulavit, ſeſe anguſtiis rei frumentariae adductum, caſtra mo-
vere, vaſiſque [i] militari more conclamatis, [k] progreſſus milia [l] paſſuum III
[m] loco idoneo & occulto omnem exercitum equitatumque conlocavit.
2 Scipio ad inſequendum paratus, equitatum magnamque partem [1] levis ar-
3 maturae ad explorandum iter Domitii, & cognoſcendum praemiſit. Qui
quum eſſent progreſſi, primaeque [n] turmae inſidias intraviſſent, ex fremi-
tu equorum [2] inlata ſuſpicione, [o] ad ſuos ſe recipere coeperunt; quique
4 hos ſequebantur, celerem eorum receptum [p] conſpicati, reſtiterunt. [3] No-
ſtri, cognitis inſidiis, ne fruſtra reliquos exſpectarent, duas nacti hoſtium
tur-

VARIAE LECTIONES.

a *Ad quam* V. b *naturali* MSS. 2. ut c. 40. niſi ibi ſcribendum ſit *natura*. dein *conſuerant* Sc. ut ſaepe. c *Varius* Gland. d *redit* L. pr. V. e *conv.* MS. Reg. L. ſec. Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. *hoſtem* Reg. f *interſiciuntur* Pet. g Sic Edd. primae, Scal. &c. deeſt MSS. & Edd. pleriſque. h *confectis* L. pr. i *militaribus* L. pr. ſc. V. ad lib. 1, 66. k *egreſſus* L. ſec. l deeſt V. Adi ad lib. I. B. G. 15. m *in l.* Pet. V. B. n *turbae* L. pr. Sc. o *in* L. pr. *ſe* deeſt L. pr. p *rec. conſpectum conſp.* L. pr.

pr. Voſſ. Contra MSS. mei tantum non omnes & Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. *Redit.* Quod malim, ſi quid mutandum eſt.

1. LEVIS ARMATURAE] Lectionem hanc nequaquam damno. Sciendum tamen, has voces non reperiri in Petav. Leidd. Pal. Bong. Voſſ. adeoque in nullis, nam in Lovan. pro iis eſt *exercitus* i. e. peditum; ut praecedit *omnem exercitum equitatumque*. Plura de eo vide ad l. VII. B. G. c. 61. *Exercitus equitatuſque tranſmittitur.*

2. INLATA SUSPICIONE] Quum in Lovan. Cod. exaretur *in caſſa*, facilis naſcitur conjectura *incuſſa*: quod verbum Lipſius & Perizonius hic adſcripſerunt, imo Urſinus in ſuo Codice ſcribi teſtatur. Mihi vero videtur vox vehementior hoc loco. & *inferre ſpem*, *metum*, & ſimilia crebro adhibet noſter. Adi ad l. II, 25. *Spe inlata militibus.* Per *equos* intellige ſuos ipſorum.

3. NOSTRI COGNITIS HOSTIUM INSIDIIS] Sic primus Scaliger ex v. c. edidit: de verbis Caeſaris, quod fugitivam vocem reſtituit, bene, (nam in prioribus editionibus vox *hoſtium* deſiderabatur) de ſenſu peſſime: nam Domitius poſuerat inſidias, Scipionis miles advertit, & vix effugit: quomodo ergo ſuos, ſive Domitianos, ait Caeſar inſidias hoſtium cognoviſſe? Nihil hic congrui ſenſus, & tamen ſic quoque legitur in Pet. Palatin. & Bong. codice. Quare emendo: *Noſtri, cognitis hoſti inſidiis, ne fruſtra reliquos exſpectarent, duas turmas exceperunt.* Nihil certius, nihil clarius. Corruperat verba Caeſaris librarius, dum *hoſti inſidiis* ſcriptum inveniens, illud *in* voci *hoſti* conjungit, ac *hoſtium* facit. Paullo poſt in vulgatis legitur *duas hoſtium turmas exceperunt.* Ubi omitte vocem *hoſtium*, quae recte abeſt a v. c. noſtro & Petaviano. VOSSIUS. MS. *Norvic.* & edit. *Rom. Ven. Beroald.* exhibent *Noſtri cognitis hoſtium inſidiis, —— duas nacti turmas exceperunt*, nec ulli Codd. vocem *hoſtium* bis repraeſentant, unde, niſi praeplaceat *Voſſii* conjectura, reſcriberem *Noſtri, cognitis inſidiis* (quas ipſi hoſtibus ſtruxerant) —— *duas nacti hoſtium turmas*, adeo ut MSS. & veteres editi in eo ſolo fuerint corrupti, quod Librariorum incuria vocem *hoſtium* ex inferiore verſu in ſuperiorem tranſtulerat. DAVIS. Abſurde prorſus Scaliger & Recentio-
re-

turmas exceperunt. In his fuit M. Opimius, praefectus [a] equitum. Reliquos omnes earum turmarum aut interfecerunt, aut captos ad Domitium [b] perduxerunt.

XXXIX. Deductis orae maritimae praeſidiis, [1] Caeſar, ut ſupra demon- 1
ſtratum eſt, III cohortes Orici, oppidi tuendi cauſſa, reliquit; [c] iiſdemque
cuſtodiam navium longarum tranſdidit, quas ex Italia tranſduxerat. Huic
officio oppidoque [2] Acilius legatus praeerat. Is naves [d] noſtras [e] interiorem 2
in partem poſt oppidum reduxit, & ad terram deligavit, faucibuſque portus [f] navem onerariam ſubmerſam objecit; & huic alteram conjunxit; ſuper [g] qua turrim effectam ad ipſum introitum portus obpoſuit, & militibus complevit, tuendamque ad omnes repentinos caſus tranſdidit.

XL.

Variae Lectiones.

a *Eques* Lov. *eque* Voſſ. *eqs* L. ſec. V. ad l. II. B. C. 42. b Sic Pet. vulgo *ded. add.* MS. Hotom. c Sic o. MSS. vel *iſdemque*, non *iiſque.* d *noſtri* L. pr. e ita Pet. L. pr. Scal. V. vulgo *in int. in* deeſt L. ſec. *portum* non male legit Ciaccon. Sed vide c. 40. §. 4. quod itidem mutat. f *navim* Lov. *ſubmerſit* id. *merſam* B. g *quas* MSS. & Edd. Vett. *turrem* MSS. 4. *ipſius* L. pr.

res ediderunt, *cognitis HOSTIUM inſidiis.*) Non enim *hoſtium* erant inſidiae, ſed *Caeſareanorum.* Omnino igitur, aut cum D. Voſſio legendum, (*cognitis* hoſti *inſidiis*; — *duas nacti turmas &c.*) aut cum Daviſio, (*cognitis inſidiis*, (quas NOSTRI ſcilicet collocarant;) —— *duas nacti hoſtium turmas &c.*) Ut adeo vox (*hoſtium*,) (quod eſt in MSS. *cognitis* hoſtium *inſidiis*,) aut corrupta ſit Librariorum inſcitia ex (*hoſti*;) aut ex poſteriori parte ſententiae irrepſerit, tranſpoſita in priorem. CLARK. MSS. cuncti & Edd. primae exhibent. *N. cogn. hoſtium inſidiis, n. f. r. e. d. nacti turmas excep.* Unde non dubito, quin *hoſtium* ante *inſidiis* deleri debeat, ut bene exhibuerunt Vaſcoſ. Ald. Steph. Gryph. aliique, & poni ante *turmas*, niſi & ibi exterminandum cenſeas. *hoſti* adſcripſit etiam Lipſius. Sed *cognitis inſidiis* bene dicitur ſcilicet *ſuis.*

1. Caesar, ut supra demonstratum est, III cohortes Orici —— reliquit] Nullibi hoc ſupra eſt demonſtratum, ſed narrat Caeſar c. XXXIV. *Orico deductam* fuiſſe *legionem*, *quam tuendae orae maritimae cauſſa poſuerat*; quamobrem, voce tranſpoſita, hic legendum videtur *deductis orae maritimae praeſidiis, ut ſupra demonſtratum eſt, Caeſar* III *cohortes* &c. Hanc emendationem res ipſa poſtulat. DAVIS. *Deductis orae maritimae* Caeſar *praeſidiis, ut ſupra demonſtratum eſt*;) Ita ex MS. Reg. reſtitui (Sic etiam Voſſ.) Qui & concinnus eſt verborum ordo, (vide ſupra ad l. v. B. G. c. 49.) & ſententia ſine omni ambiguitate perſpicua. Editi omnes, una voce tranſpoſita, exhibent, (*Deductis orae maritimae praeſidiis, Caeſar, ut ſupra demonſtratum eſt &c.*) Id quod, ambiguum cum eſſet, quo referretur vox *Caeſar*, doctiſſimum Daviſium in errorem admodum lepidum induxit. Cum enim periodum hoc modo interſtinctam edidiſſet, (*Deductis orae maritimae praeſidiis, Caeſar, ut ſupra demonſtratum eſt, tres cohortes Orici — reliquit*;) nullibi (ſubjicit deinceps in Notis ſuis) hoc *ſupra* eſt demonſtratum, *Caeſarem tres cohortes Orici reliquiſſe:* Ideoque, voce longius tranſpoſita, legendum exiſtimat, (*deductis orae maritimae praeſidiis, ut ſupra demonſtratum eſt; Caeſar tres cohortes &c.*) Quae emendatio, ut veram quidem ſententiam exhibet, ita quam non ſit neceſſaria, (ſi modo recte interſtinguatur periodus,) facile (ut opinor) vides; itemque quam exiguo ex errore quantae non nunquam tenebrae oriantur. Vide ſupra ad l. v. c. 19. & infra, de bello Hiſp. ad c. 4. CLARK.

2. Praeerat Acilius legatus] Sic ipſa poſcit hiſtoria: teſtante Dione *Acilium*, ſive ut ille vocat Ἀκουΐλιον Orico praefuiſſe: idem ſupra Caeſar ait; nequeo tamen diſſimulare in v. c. noſtro legi *legatus Caninianus*, in Petav. & Bongarſ. *legatus Caninius.* VOSSIUS. *Praeerat* poſtpoſui cum MSS. & Edd. Vett. *Caninius leg.* eſt etiam in Lovan. Leid. ſec. Palat. & Edd. pp. item Vaſc. Steph. Gryph. &c. *Canianus leg.* eſt in Leid. ſec. *Caniniarius leg.* in Voſſ. ſed Cap. ſeq. MSS. conſtanter ſervant *Acilio.* Sub littera *C.* ergo latet praenomen.

3. Cn. Pomp. filius] Ita Scaliger edidit, quia variabant codices, & ille *Pompejus*, hic *Pompeji* habebat: & noluit credo ſubire aliena judicia, eodem modo, quo olim rogatus a Pompeio Tullius *tertium* an *tertio conſul* ſcribendum eſſet; quia nonnullos hunc, alios illum loquendi modum praeferre ſciebat, ſcribi juſſit III cos.

1 XL. Quibus cognitis rebus, 3 Cn. [a] Pompejus filius, qui claſſi Aegyptiae praeerat, 1 ad Oricum venit; ſubmerſamque 2 navim [b] remulco, multiſque

VARIAE LECTIONES.

a *Pompeji* L. ſec. Pal. Edd. pp. ſed V. Manut. *filius* deeſt V. b *navem* V. *remulgo* Pet. V. ſupra.

cos. Et Cicero quidem recte, non Scaliger: quia utrum Pompeji filius, an Pompejus filius, dicas, haud multum intereſt: at ſi *Pomp. filius* ſcribas, non *Pompeji*, verum & *Pomponii filius* valet. Quare hoc contra vetuſtatis morem, tu, ut libet, *Pompeji* vel *Pompejus* retine. Ego hoc malo. VOSSIUS.

1. AD ORICUM VENIT] Sic recte MSSi, licet reluctante Ciacconio, qui *ad* expungit. Sed diſtinguere oportet inter haec, *ad Oricum venire*, & *Oricum venire*. Nam illud tantundem valet, ac ſi dicas, ad terram venit, in qua Oricum eſt. Hoc notat, Oricum ingreſſus eſt. Atque Pompejus non intravit, ſed ad urbem conſtitit. IDEM. Sunt qui praepoſitionem delendam velint. Sed male. Nam praeterquam quod Caeſar locorum nominibus praepoſitionem ſaepe praeponat; illud porro notandum, aliud eſſe hoc in loco, (*ad Oricum venire*;) aliud, (*Oricum venire*.) Non enim *Oricum* venit *Pompejus* filius, ſed *ad Oricum*, hoc eſt, ad littora & portum prope *Oricum*, Ut recte obſervavit Voſſius. CLARKE.

2. NAVIM REMULCO, MULTISQUE CONTENDENS FUNIBUS ABDUXIT] De remulco multi differuerunt & contenderunt. Alii funem, alii ſcapham, aut minus navigium eſſe volunt. Nomen ipſum a *ῥυμουλκεῖν* factum, quod eſt funibus trahere. Iſidorus funem eſſe ait, & C. Valgii verſus adducit hos:

Hic mea me longo ſuccedens prora remulco
Laetantem gratis ſiſtit in hoſpitiis.

Quibus ex verbis colligunt remulcum funem eſſe. At navem eſſe probatum eunt ex his Hygini verbis, quae apud Cariſium extant: *Ibi ſolent itineris minuendi cauſſa, remulco, quem Graeci πάκτωνα dicunt, navem traducere.* Eſt autem *πάκτων* navigium *διὰ σχυταλίδων πεπηγός*, ſive ex virgis contextum, ut Strabo ait. Mihi *remulcus* & aliud quam funem notare videtur. An navigium notet nec negare auſim nec dicere: de fune non dubito, quia clara res eſt, & multorum teſtimoniis comprobari poteſt. Sed arbitror remulcum notare etiam machinam, qua funibus attrahitur navis, & denique quicquid navem fune promovet, ſive jumenta, ſeu naves, ſeu homines ſint. Unde legas *remulco quadriremis* apud Livium lib. v. decad. III. Inde videtur Auſonius dixiſſe in Moſella:

Et quum per ripas nunquam ceſſante remulco,
Intendunt collo malorum vincula nautae.

Ubi quid aliud remulcus nunquam ceſſans, quam beſtia, quae per ripas decurrens fune attrahit navem? At de machina dicere me, fortaſſe magis quiſpiam miretur. Tamen videor id colligere ex veterum quibuſdam locis. In his eſt ille Hygini, quem alii perperam cepiſſe mihi videntur. Expendamus verba: *Ab Actio*, inquit, *navigantes ſtadia* XL, *veniunt ad Iſthmum Leucadienſium; ibi ſolent itineris minuendi cauſſa remulco, quem Graeci πάκτωνα dicunt, navem traducere.* Solent remulco naves iſthmum traducere, hoc eſt trochlea, quali hodieque videmus tranſduci naves, ſi injectus alveo agger curſum moretur. Nos nautico vocabulo vocamus *over-winden*, aut *over-toomen*. Similitudine ab equis ſumta, qui freno ducuntur, ubi ſeſſor deſcendit; ita & navis velut freno prorae alligato protrahitur. Nam niſi machinationem talem intelligas, quae manus navem moliri queat. Scutulis fortaſſis dicat aliquis: ſed repugnant Hygini verba, qui addit: *quem Graeci πάκτωνα dicunt.* Πάκτων eſt, exponente Strabone, navigii genus ex virgultis contextum. Sed hoc nullum hic uſum habet: neque ullus unquam tam inſanus, qui navigio navem per terram protrahi unquam dixerit aut cogitarit. Quare neceſſario aliud vult Hyginus: quod quale fuerit videor mihi obſervaſſe. Πακτοῦν Graecis eſt *contexere*, aut *compingere*, ſed & *κλεῖσαι claudere*, ut Pollux explicat, & Suidas: unde Sophocles *δῶμα πάκτου* in Ajace dixit, h. e. *claude domum.* Item *obſtruere*, unde Ariſtophanes dixit *ἰδρορρόας* & *ὀπὰς πακτοῦν*, hoc eſt injicere aggerem alveo, eumque obſtruere. Amplius ab eodem *πήγνυμι* venit & *πάγος*, id eſt *collis*, vel *tumulus*, quod Euſtathius ad *ἰῶτα* Iliadis p. 742, 42. exponit *ὀξύτητα ὀρεινὴν*; & *πάγη*, quod *laqueum*, *tendiculam*, imo & *compedes* ac quaſi *frenum* notat. Hinc ego illud *πάκτων* accipio pro tali machinatione, qualibus hodieque videmus naves traduci per iſthmos aut aggeres. Primo enim ea in aggeribus hujuſmodi collocatur, qui aquae injecti ſunt. Deinde tum ipſa, tum ille agger, cui imponitur, in altum adſurgit: denique & hic funes ſunt, quaſi retia, queis naves ducuntur, & trajiciuntur. Hoc nimirum eſt, quod voluit Hyginus, cum ait minuendi itineris cauſſa traduci remulco naves; quae alioqui obſtante iſthmo, circumnavigare inſulam Leucada debuiſſent. *χαμουλκὸν* Graeci vocavere, ut me docuit Pollux, l. VII. c. XXXIII. *αἱ δὲ καλυμβρίαι χαμουλκοὶ*, inquit, *μηχαναὶ*


tiſque [a] contendens [1] funibus [b] adduxit: atque alteram [c] navem, quae e- 2
rat ad cuſtodiam ab Acilio [d] poſita, pluribus adgreſſus navibus, [2] in quibus ad libram fecerat [3] turres, ut [e] ex ſuperiori pugnans loco, integroſque [f] ſemper defatigatis ſubmittens, & reliquis partibus ſimul ex terra ſcalis, & claſſe moenia oppidi tentans, [g] uti adverſariorum manus diduceret, labore, & multitudine telorum noſtros vicit: [4] defectiſque defenſoribus, 3
qui

VARIAE LECTIONES.

a *Colligans* B. Carr. Edd. R. M. V. Vaſc. Steph. Str. Gr. poſt. e Gloſſa. b vulgo *abd.* c *navim* L. ſec. d L. pr. tantum habet inter verſus. *poſitam* Palat. L. ſec. *plurimis* Lov. e deeſt L. pr. in textu. f abeſt MSS. B. V. Edd. pp. aliiſque. *defetig.* Lov. Mox *& terra ſc.* placet Ciacc. g Sic MSS. o. non *ut.*

μηχαναὶ δι᾽ ὧν εἵλκοντο ſcilicet αἱ νῆες. Adeo ut χαμουλκὸς ſit remulci ſpecies: nam remulcus duplex eſt, terreſtris, aut qui aqua ſit: aqua navis attrahit, terra machina qualem dixi, vel jumentum, vel homo. Videtur potius χαμουλκὸς pars eſſe talis remulci qualem deſcripſi: nam ſcutulae in remulco complures ſunt; & ſcutula nihil aliud quam χαμουλκὸς. Quod vero ad hunc Caeſaris locum attinet, deſignat ille machinam non abſimilem, quam tamen hodie paullo alia forma aedificari videmus. Nam niſi machinam intelligamus, quare hic Caeſar ait *remulco, multiſque funibus contendens?* Vide ipſe hujuſmodi machinatio-

Forma remulci.



nes. Infiguntur in terra pali directi duo, quis tertium tignum tranſverſum incumbit, a quo dependens funis navi alligatur, dein trochlea ea attollitur. Sic etiam hic Pompejus remulcum in portum deſixit, & multis contendens funibus demerſam navem extraxit. Funium multitudo utilis, quia tanto major vis in attrahendo, quanto a pluribus partibus navis eodem tempore ſublevatur. Sed ut dixi non ſolum tales machinas denotat *remulcus*, verum & omnia quae fune navem protrahunt. Unde Auſonius alio loco dixit *celeris remulci curſum.* Sed haec dicta ſufficiant. VOSSIUS. De Remulco vide, quae notarunt M. Martinius in Lexico & Henr. Valeſius ad Amm. Marcellini XVIII, 5. DAVIS. *Cur. ſec.* Adde Hotoman. ad l. II. c. 23. & notas ad B. Alex. c. II. *naves remulco* (MSS. *remulgo*) *victricibus navibus deduxit* i. e. fune adligatas ad naves victrices.

1. FUNIBUS ADDUXIT] Hoc ſi reſpectu hoſtilis portus capias, defendi poſſet ex §. 5. & iis, quae notavi ad l. II. B. Civ. 32. *Quod ex portu CC naves abduxerim*, quo loco uti & aliis male *addux.* editur. Verum hic MSS. Petav. Leid. pr. ſec. Lovan. Voſſ. Bongarſ. cum Scaligerano praebent *adduxit.* Recte; ſcilicet ad ſe adtraxit. lib. III. B. G. c. 4. *Funes comprehenſi adductique erant.* Vide omnino notas ad Lucan. l. III, 700.

ADDUCTUM *quoties non ſenſerat anchora funem.*

2. IN QUIBUS AD LIBRAM FECERAT TURRES] Miror mutare Urſinum & Ciacconium *altiores fecerat turres.* Si uſpiam, certe in nave ad libram erigendae turres, ne in hoc vel illud latus inclinantes, totam navem ſubvertant. VOSSIUS.

3. TURRES: ET EX &c.] MSS. & Editi omnes, (*turres*; ut *ex &c.*) Mirumque omnes Interpretes locum hunc intactum praetermiſiſſe, cum illud (*ut*) ſententiam manifeſto turbet. Legendum videtur (*turres: ex &c.*) vel (*turres: & ex &c.*) Irrepſit fortaſſe (*ut*,) ex ſequente (*ut* —— *diduceret.*) CLARKE. & jam olim legit Vincentius Pinellus. *Ut* cape pro *utpote*, ut ſupra ſaepiſſime.

4. DEFECTISQUE DEFENSORIBUS] Editt. nuperae *dejectiſque*: ſed lectionem a me receptam exhibent MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* Sic & conſtanter alii Codices manu exarati, ut teſtatur vir eruditiſſimus *Marquardus Gudius* ad *Phaedri* lib. I. fab. XXI. quem vide. Apud *Sulpicium Severum* in eadem voce bis peccarunt Librarii: nam l. I. Hiſt. Sacr. c. LIV. habemus *ita* defeſſis *inedia defenſoribus*; & l. II. c. XXX. *Igitur* defeſſis *defenſoribus*, *irrupere Romani.* Utrobique legendum *defectis*, ut ex ipſo ſenſu liquet. Similiter in *Vegetii* l. I. c. XXVIII. Codices vulgati repraeſentant *neque enim degeneravit in hominibus Martius calor*, *nec* effoetae *ſunt terrae*, *quae Lacedaemonios* &c. *progenuere.* At ex *Modeſto* p. 375. & MS. *Colon.* reponendum, *nec* defectae *ſunt terrae.* Denique *Tibullus*, poeta ſuaviſſimus, l. I. El. V, 9. in editis ait:

—— *Cum triſti morbo* defeſſa *jaceres:*

Lego *defecta.* Sic *Gratius* Cyneg. vs. 435. *pecuaria tabe defecta*, & *Vitruvius* Archit. l. I. c. VI. *Defectis morbo viribus eorum* dixere. DAVIS. *De-*

 jectiſque

4 qui omnes ſcaphis excepti [a] refugerant; [1] etiam navem expugnavit: eodemque tempore [2] ex [b] altera parte molem tenuit naturalem [c] objectam, quae paene inſulam [d] contra oppidum effecerat; [3] IV biremes, [4] ſubjectis ſcutulis, inpulſas vectibus, in interiorem partem tranſduxit. [5] Ita ex utraque parte naves longas adgreſſus, quae erant deligatae ad terram, atque
5 inanes, IV ex his [e] abduxit, reliquas incendit. Hoc confecto negotio, D. Laelium ab Aſiatica claſſe abductum reliquit, qui commeatus [f] Bullide atque

VARIAE LECTIONES.

a Ita MSS. praeter V. & Ciaccon. & Edd. primae, aliaeque, non *refugerunt*. b *& a.* MSS. 5. non male. *alteram partem* Lov. c *objectumque p.* Lov. *peninſ.* Edd. qdd. d deeſt L. pr. Sc. Pet. V. Lovan. male. V. ad l. VIII, 41. e *adduxit* MSS. 6. f Sic bene emendatum a viris doctis. MSS. & Edd. Vett. *Biblide a. Mantinea*, vel pejus. V. ad c. 12.

jectiſque) MSS. & Editt. Vett. *defectiſque*. Quod probat Daviſius. Utrumque recte & Latine dicitur. Prius autem Caeſari magis conſuetum. CLARKE. MSS. omnes conſtant ſibi in voce *defectis* ſcilicet *animo*, *viribuſque*: Quae ſubſtantiva praeoptat tamen addere Caeſar. Alii tamen ſimpliciter *Defectus* hoc ſenſu non raro adhibent. Vide ad Lucan. l. II, 560. V, 333. VI, 84.

1. ETIAM NAVEM] Faërnus probante Urſino emendavit *eam n.* Et profecto id inveni in Scalig. Leid. pr. & Lovan. Bene, niſi malis *eam etiam nav.* *etiamque* eſt in Leid. ſec.

2. EX ALTERA PARTE MOLEM TENUIT NATURALEM OBJECTAM, QUAE PENE INSULAM CONTRA OPPIDUM EFFECERAT] Urſinus & Ciacconius, qui plurimum ſe fatigarunt, ut hunc locum emendarent, nihil intellexerunt. Nam naturalis moles objecta oppido, eſt Caeſari lingua, quae in mare procurrit, & a natura, non humana arte, urbi objecta erat: Addit autem illud *naturale* propter opera Acilii legati, qui, ut ante narravit, demerſa nave portum obſtruxerat; unde ne quis hanc quoque molem ab eodem putaret jactam, addidit *naturalem*: idque faciebat ad deſcriptionem loci, in qualibus non alius Caeſare eſt accuratior. Caeterum ut judicium quiſque facere poſſit, adſcribam ipſa verba, quomodo a Fulvio & Ciacconio emendata ſunt. '*Eodemque tempore exteriore parte molis, quae tenui tramite objecta* (ſive *injecta*) *peninſulam oppidum efficiebat*, &c. Ego certe illud objecta hoc pacto ſumi poſſe nego. VOSSIUS. *Naturalis moles*, ut *naturalis tumulus* Hirt. B. Alex. c. 72.

3. IV. BIREMES.] Hiulca oratio: Quam tamen nemo tetigit Interpretum. Legendum videtur, (& *IV. biremes*:) vel potius, quod in uno MS. repperi, (*QUA IV biremes.*) CLARK. Recte advertit Cl. Clarkius, hic deeſſe vel copulam, vel relativum. Quid reliquerit Caeſar, incertum; ſed *qua biremis* habet Voſſianus, & ſupra pro *quae* MSS. *que*.

4. SUBJECTIS SCUTULIS IMPULSAS VECTIBUS] Magnus Turnebus (cui vereor, ne quis me arguendi magis quam veritatis ſtudio contradicere putet) l. XXVII. Adverſ. c. XXIV. locum hunc varie tentans, tandem *rutulis* (id eſt *rotulis*) emendat, & adducit verba Maronis, qui ait, Aen. II. 235.

—— *pedibuſque rotarum*
Subjiciunt lapſus.

Sed procul hoc a ſimplicitate Caeſaris, ut rotulas pro *palangis* uſurpet. *Scutula* eſt virga, deductaque vox a Graeco σκυτάλη. Unde in gloſſis Cyrilli σκυτάλη *ſcutula*. Alibi Caeſar *palangas* dixit. Et quia idem eſt σκυτάλη & φαλάγγη, ideo internodia digitorum, ſive teretia illa oſſa, quae inter ſingulos digitorum nodos intercedunt, & Graecis vocantur σκυταλίδες, Ariſtophanes vocavit φαλάγγας, teſte Polluce. Nimirum quia & φαλάγγη, & σκυταλίδες teretes ſunt. Quin & Suidas in Σκυτάλη inquit, non modo ſcuticae corium ea voce deſignari, verum & lignum ejus oblongum & politum: quae ferme rotunda ſunt. Porro ſcutulas quoque χαμουλκοὺς vocat Pollux l. VII. cap. XXXIII. αἱ δὲ κυλινδοῦσι χαμουλκοί, μηχαναὶ δι' ὧν ἕλκονται ſcilicet αἱ νῆες. Meminit & Ammianus, l. XVII. p. 100. *Chamulcis impoſitis* (de obeliſco loquitur) *tractuſque lenius per Oſtienſem portam, piſcinamque publicam, circo illatus eſt maximo.* In Gloſſis χαμουλκός *traba* reperio. Quin & Plauto ſcutula pro palanga ponitur. VOSSIUS. Vir diligentiſſimus *Joan. Schefferus* Mil. Nav. l. II. cap. III. p. 193. dubitat, an non legendum ſit *ſubjectis ſcutinis*, ut coria denotentur, quibus oleo inunctis ad hanc rem aliquando uſos fuiſſe conſtat ex *Dionis* lib. L. At, praeterquam quod hoc ut ſingulare prorſus & inauditum notet Hiſtoricus, ſana eſt lectio vulgata, ideoque conjecturis nihil opus. DAVIS.

5. —— TRANSDUXIT. ITA —— AGGRESSUS, QUAE ERANT DELIGATAE AD TERRAM, ATQUE INANES; IV EX HIS ABDUXIT, MS. Reg. & Edit. Rom.

atque Amantia inportari in oppidum prohibebat; ipſe, Liſſum profectus, 6
naves onerarias xxx, a M. Antonio relictas, intra portum adgreſſus omnes incendit; Liſſum expugnare conatus, defendentibus civibus [a] Romanis, qui ejus [b] conventus erant, militibuſque, quos [c] praeſidii cauſſa miſerat Caeſar, triduum moratus, paucis in obpugnatione amiſſis, re infecta, inde diſceſſit.

XLI. Caeſar, poſtquam Pompejum ad [d] Aſparagium eſſe cognovit, eo- 1
dem cum exercitu profectus, [1] expugnato [e] in [f] itinere oppido Parthinorum, in quo Pompejus praeſidium habebat, III die [2] in Macedoniam ad Pompejum pervenit, juxtaque eum caſtra poſuit; & [g] poſtridie, eductis omnibus copiis, [h] acie inſtructa, [3] decernendi poteſtatem Pompejo
[i] fecit. Ubi [k] illum ſuis locis ſe tenere [l] animum advertit; reducto in caſtra 2
exercitu, aliud [m] ſibi conſilium [n] capiundum exiſtimavit. Itaque poſtero 3
die omnibus copiis, magno circuitu, difficili [o] anguſtoque itinere, Dyrrhachium profectus eſt, ſperans, Pompejum aut Dyrrhachium compelli, aut ab eo intercludi poſſe, quod omnem commeatum, [p] totiuſque belli adparatum is eo contuliſſet; ut accidit. Pompejus [q] enim primo ignorans e- 4
jus conſilium, quod diverſo ab ea regione itinere profectum videbat, anguſtiis rei frumentariae compulſum diſceſſiſſe, exiſtimabat: poſtea per exploratores certior factus, poſtero die caſtra movit; [r] breviore itinere ſe occurrere [s] ei poſſe ſperans. Quod fore ſuſpicatus Caeſar, militeſque [t] adhor- 5
tatus, ut aequo animo laborem ferrent, parva parte noctis itinere intermiſſo,

Variae Lectiones.

a deeſt Pal. Lov. b Sic MSS. non *er. conv.* c *praeſidio m.* Lov. Pal. non male. V. l. VIII. c. 11. d *Aſparagum* Edd. Vett. qdd. e vulgo *& ex.* f *in* abeſt Pet. *in it.* a V. *Partin.* MSS. quidd. g *poſtera die* Pet. *poſtriduum* Lov. Pal. h *& a.* Lov. L. ſec. *inſtituta* L. pr. V. ad l. III. B. G. 24. i *dedit* Lovan. L. ſec. k Sic MSS. & Edd. priores, non *eum.* l Ita Lovan. non *animadv.* m deeſt Lovan. n Sic Lov. L. ſec. non per *e.* Vide ſupra. o *& aug.* Pet. p *totumque is* Pal. C. *bellique* Pet. *is* deeſt MSS. pleriſque antiquioribus, & Edd. Vett. Recte. q deeſt Lov. r *breviori* Lov. s *ei p.* deſunt V. t *cob.* B. *Adortus* Pal. *ad cob.* V.

Rom. (—— *tranſduxit*; *ita* ut —— aggrederetur, *quae erant deligatae ad terram: Atque* naves *IV ex his abduxit.*) Porro MSS. Elienſ. & Voſſii, pro (*atque inanes*,) habent itidem (*Atque naves.*) Sed praeſtare videtur vulgata Lectio. CLARK. *Ut* addit quoque Leid. pr. Voſſ. Carr. Edd. primae, Vaſc. Steph. aliaeque. *Aggrederetur* Bong. Leid. ſec. Carr. & Edd. eaedem. *Naves* eaedem Edd. & Voſſ. Leid. ſec. *in naves* Lov.

1. Expugnato] Ita ex MSS. Elienſ. & Voſſii edidi, omiſſa copula. Vide ſupra ad l. II. B. G. c. 13. Editi omnes, *& expugnato &c.*) CLARKE. Vel deleta copula, legendum, *profectus*, *expugnato*, ut ex duobus Codd. voluit *Cl. Clarkius*; vel addita vocula, reſcribendum, *cum exercitu profectus* EST, *& expugnato* &c. DAVIS. *Cur. ſec.* Ejeci τὸ & auctoritate Codicum etiam Petav. & Leid. pr. atque Edd. Florent.

2. In Macedoniam] Praepoſitionem non agnoſcit MSStorum meorum, quod ſciam, ullus, excepto recentiſſimo Bongarſ. Vide omnino l. III. B. Gall. c. 7.

3. Decernendi potestatem] Proeliandi. *Hirtius* Bell. Afric. c. XIV. *Artificio magis quam viribus decernendum videret.* Auctor de Bell. Hiſp. c. XLI. *Inter ſe decernere.* *Silius* Italicus l. XVI, 531.

Decrevere pares ferro ——

Corn. Nepos Hannib. c. IV. *Cum hoc eodem de Claſtidio apud Padum decernit.* MS. quidem *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* exhibent *decertandi poteſtatem*, quae vox, explicationis cauſa, orae Codicum adſcripta, veram lectionem loco ſuo movit. Sic apud *Corn. Nepotem* Hannib

miſſo, mane [1] Dyrrhachium venit, [a] quum primum agmen Pompeji procul cerneretur; [b] atque ibi caſtra poſuit.

1 XLII. Pompejus, interclufus Dyrrhachio, ubi propoſitum tenere non potuit, ſecundo [c] uſus conſilio, edito loco, qui adpellatur Petra, aditumque habet navibus mediocrem, atque eas a quibuſdam protegit ventis,
2 caſtra [d] communit. Eo partem navium longarum convenire, frumentum commeatumque ab Aſia, atque [e] omnibus regionibus, quas tenebat, [f] com-
3 portari imperat. Caeſar longius bellum [g] ductum iri exiſtimans, & de Italicis commeatibus deſperans, quod tanta diligentia omnia litora a Pompejanis tenebantur, claſſeſque ipſius, quas hieme in Sicilia, Gallia, Italia [h] fecerat, morabantur, in Epirum rei frumentariae cauſſa [i] Q. Tullium &
4 [2] L. Canulejum legatum miſit: [k] quodque hae regiones aberant longius; locis certis horrea conſtituit; vecturaſque frumenti finitimis civitatibus [l] deſcripſit: item Liſſo, Parthiniſque, [m] & omnibus caſtellis, quod eſſet
5 frumenti, conquiri juſſit. Id erat perexiguum, quum [n] ipſius agri natura, quod ſunt [o] loca aſpera [p] & montuoſa, [q] ac plerumque frumento utuntur [3] inportato; [r] tum quod Pompejus haec [s] providerat, & ſuperioribus diebus praedae loco Parthinos habuerat; frumentumque omne conquiſitum, ſpoliatis, effoſſiſque eorum domibus, per equites [t] comportarat.

VARIAE LECTIONES.

XLIII.

a *&* *q.* Pal. L. ſec. b *tum* Pal. B. Edd. R. M. *cum* Ed. V. deeſt L. ſec. c *uſus eſt* Lov. d *commovit* Pet. e *ab o.* L. pr. ut ſaepe. f *comportare* Pet. g *ducturum e.* Pal. Lov. h *fecerant* Pet. L. pr. Pal. i vulgo deſunt *Q. Tullium &*. k *quod hae* Pet. *eae* Lov. l *ſcripſit* L. pr. m *omnibuſque* Lov. n *ipſorum agrorum* Carr. Reg. Leid. ſec. Edd. pp. o deeſt MSS. & Edd. iiſdem, item B. V. *aſperi & montuoſi* Carr. Reg. B. Edd. pp. vel *montoſi. montoſa* quoque Edd. qdd. V. ad l. I, 66. p *ac* Pet. L. pr. Lov. q *&* Pal. *atque* Pet. *ac ipſorum agrorum frum.* B. *utitur* Pal. L. ſec. vulgo *ut fr.* contra meliores Codd. r deeſt L. pr. *totum* L. ſec. s *praevid.* Lov. *providebat* MSS. plerique & Edd. pp. t *in petra c.* Lov. vulgo *comportaverat* contra MSS. o.

ubi nonnulli recte edunt *Claſſe paucis diebus erant decreturi*, in plurimas editt. *decertaturi* ex Gloſſemate irrepſit. DAVIS. *Decertandi* etiam Edd. Vaſcoſ. Steph. Strad. & aliae. Vide ad Frontin. III, 6, I. & Cl. Burm. ad Suet. Ner. c. 26.

I. DYRRACHIUM VENIT] Reponendum ex MSto *Norvic. ad Dyrrhachium venit*; oppidum enim Caeſar non eſt ingreſſus; praeterquam quod urbium nominibus praepoſitiones frequenter adjungat Noſter. DAVIS. Ad *Dyrrhachium*) Ita ex MS. Elienſi recte reſtituit Daviſius. Vide ſupra ad c. 40. *Ad Oricum.* Alii praepoſitionem omittunt. CLARK. In nullo meorum reperitur hic praepoſitio. Vide ad l. I. B. G. c. 7. *Ad Geneuam pervenit.* Lein *parvam partem* malit Hotoman. Sed adi notata ad l. VII. c. 68.

2. L. CANULEJUM LEGATUM MISIT] In manuſcr. noſtro & Petav. eſt *Q. Tillium & L. Canulejum legatum.* In Palat. & Bong. *Quintilium & L. Canulejum legatum.* In Cujaciano *Q. Titium.* Quod probo; nam Quintilius ſolum praenomen eſt. Tilliorum nulla gens aut familia; ut Titiorum nomen notum, & infra L. Titius ab Hirtio lib. de bello Alexandrino nominatur Trib. milit. legionis Vernaculae. Extant etiam denarii, in quibus reperias Q. TITIVS. Quare reddendum hoc nomen Caeſari, & ſcribendum: *rei frumentariae cauſſa Q. Titium & L. Canulejum legatum miſit.* VOSSIUS. *Quintilium & L. C.* Leid. ſec. Edd. primae, Vaſcoſ. Steph. & aliae *Quintillum & Lovan.* ſed Scal. Voſſ. *Q. Tillium & L.* quod praefert Gruterus. Malim ego *Q. Tullium & L. Can.* uti diſerte exſtat in Leid. primo. Qui enim vulgo *Tillius Cimber* audit, in emendatioribus libris, *Tullius Cimber* vocatur. Conſule Torrent. & Caſaub. ad Sueton. Caeſ. c. 82. *Legatos* mallet etiam Gruterus.

I. INPORTATO] In Leidenſi primo ſcribitur *inportatu.* An ergo & hic reponendum eſt *inportatitio*? Confer omnino dicta ad l. IV. B. G. c. 2.

Jumen-

XLIII. Quibus rebus cognitis, Caeſar conſilium capit ex loci natura. 1
Erant enim circum caſtra Pompeji permulti editi, [a] atque aſperi colles. Hos
primum praeſidiis tenuit; [1] caſtellaque ibi communiit: inde, ut loci cujuſ- 2
que natura ferebat, ex caſtello in caſtellum [b] perducta munitione, circum-
vallare Pompejum inſtituit: haec [c] ſpectans [2] (quod [d] anguſta re frumen-
taria utebatur; [e] quodque Pompejus multitudine equitum valebat, quo mi-
nore periculo undique frumentum commeatumque exercitui ſubportare
poſſet:) ſimul, [f] uti pabulatione Pompejum prohiberet, equitatumque ejus 3
ad rem gerendam inutilem efficeret: tertio, ut auctoritatem, qua ille 4
maxime apud exteras nationes [3] niti videbatur, minueret; quum fama per
orbem terrarum [g] percrebuiſſet, illum a Caeſare obſideri, neque audere
proelio dimicare.

XLIV. Pompejus neque a mari Dyrrhachioque diſcedere volebat; quod 1
omnem adparatum belli, tela, arma, tormenta ibi conlocaverat, frumen-
tumque exercitui navibus ſubportabat; neque munitiones Caeſaris prohi-
bere poterat, niſi proelio decertare vellet; quod eo tempore ſtatuerat non
eſſe faciendum. Relinquebatur, [h] ut extremam rationem belli ſequens 2
quamplurimos colles occuparet, & quam latiſſimas regiones praeſidiis te-
neret, Caeſariſque copias, quam [i] maxime poſſet, diſtineret; [4] id quod
accidit. Caſtellis enim xxiv effectis, xv milia [k] paſſuum [5] circuitu ample- 3
xus, hoc ſpatio pabulabatur; multaque erant [6] intra [l] eum locum manu
fata,

VARIAE LECTIONES.

a *Aſperique* Lov. b *ded.* Lov. Pal. Hic autem deficit quoque Lovan. uſque ad c. 49. c MSS. & Edd. Vett. *exp.* V. ad lib. ii. B. G. 20. d *anguſtia rei frumentariae* Edd. R. M. V. e *quod P.* Ed. Elz. f Sic MSS. & Edd. Vett. non *ut.* g *percrebruiſſet* L. pr. ſec. V. c. 26. h *ergo ut* L. ſec. Edd. pp. i *latiſſime* Ciacc. L. ſec. Mox vulgo *idque.* k *paſſus* Pet. Edd. pp. *compl.* Ed. Flor. l vulgo *inter. facta* V. L. ſec.

Jumentis inportatitiis.

1. Castellaque ibi communiit] Sic repoſui ex edit. *Steph.* atque ita legendum conjecit *Pet. Ciacconius.* In MS. *Norvic.* eſt *communivit*, quod eodem redit. Vulgg. *communit;* huic autem lectioni minus bene convenit cum verbis praeteriti temporis, quae ſequuntur & antecedunt. DAVIS. Mei tamen Codd. habent *communit*, ut paſſim *iit* contracte ſcribitur per *it*: atque id amarunt Veteres, uti ex poetis liquet.

2. Quod —— posset:] Tribus hiſce lineis *Parentheſi* incluſis, quod neglexerunt Editores; mira accedit Orationi perſpicuitas. CLARK.

3. Niti] MSS. Reg. & Elienſ. (*uti.*) Quae ſi vera eſſet lectio; ſcribendum foret (*qua ille maxima uti*) CLARK. *Uti* invenitur quoque in Petav. Palat. & Leid. ſec. Sed fruſtra, & ex frequenti confuſione. Vide ad l. iv. B. G. c. 24.

4. Idque accidit] MS. *Norvic.* habet *id quod accidit.* Rectius. Scriptor de Bell. Hiſpan. c. xv. *Id quod in hoc accidit certamine.* Ac c. xxix. *Id quod adverſarios exiſtimabamus eſſe facturos.* Vide & cap. xxxvi. DAVIS. Quae elegantior locutio. CLARKE. Immo noſtro familiaris; quare auctoritate Cod. Petaviani *quod* repoſui. l. iv. B. G. cap. 29. *Id quod neceſſe erat accidere.* vii, 66. *Id quod magis futurum confidat.* Hirt. l. viii, 10. *Id quod accidere erat neceſſe.* Vide etiam ad cap. 86. *Id quod facturi confirmaverunt.* B. Afric. cap. 44. *Id quod facere debetis.* c. 51. *Id quod antea ſaepe acciderat.* B. Hiſp. c. 8. *Id quod in hoc contigit bello.* Sic enim MSS. & c. 15. *Id quod in hoc accidit certamine.* Et ita apud alios. Confer Cort. ad Salluſt. B. Cat. c. 30. *id quod in tali re ſolet.*

5. Circuitu] Lege, *in circuitu:* Sicque dant *Pal.* & *Bongarſ.* tert. DAVIS. *Cur. ſec. In* addit quoque Leid. ſec. Quomodo, vel *in circuitum*, amat ſaepiſſime loqui auctor. Vide ad l. v. c. 43. viii, 32. at uti hic *amplecti circuitu*, ita Cap. ſeq. *occupare circuitu* occurrit? Mela l. i. c. 17.

4 ſata, quibus interim jumenta [a] paſceret. Atque ut noſtri, [1] qui perpetuas munitiones habebant, perductas ex caſtellis in proxima caſtella, ne quo loco erumperent Pompejani, [b] & noſtros poſt tergum adorirentur, timebant: ita illi [c] interiore ſpatio perpetuas munitiones efficiebant; ne [d] quo
5 loco noſtri intrare, atque ipſos a tergo circumvenire poſſent. Sed illi operibus vincebant; quod & numero militum praeſtabant, & interiore
6 ſpatio minorem circuitum habebant. Quae [e] quum erant loca Caeſari capienda, etſi prohibere Pompejus [2] totis copiis, & dimicare non conſtituerat; tamen ſuis locis ſagittarios [f] funditoreſque mittebat, quorum magnum habebat numerum: multique ex noſtris vulnerabantur; magnuſque
7 inceſſerat timor ſagittarum: atque omnes fere milites, [3] aut ex coactis, aut ex centonibus, aut ex coriis tunicas, aut [g] tegimenta fecerant, quibus tela vitarent.

VARIAE LECTIONES. XLV.

a *Paſcerent* Sc. V. *paſcerentur* B. Edd. pp. Vaſc. Steph. &c. b *ac* L. pr. c *In minore ſp.* B. Carr. Edd. pp. Ber. *in timore ſperantes* Pal. V. L. ſec. & mox. d *quem locum* Pet. Sc. L. pr. e *tum* Pal. B. Edd. f abeſt *que* a Pet. L. pr. *mutabat* Edd. pp. g vulgo *tegmenta.*

Majore circuitu plura complectitur. De numero paſſuum adeas Glandorpium & Ciacconium.

6. INTRA] Sic MSS. Scaliger & Recentiores ediderunt *inter*. Quod ferri quoque poteſt. CLARKE. *Intra* cum Edd. Vett. habent etiam omnes MSS. mei, quod ideo reſtitui.

1. QUI PERP. MUN. HABEBANT, PERD. EX C. IN PR. CASTELLA] Haec lectio a Scaligero intruſa eſt ſine ulla Codicum ope, niſi quod Hotomanus dicat in ſuo antiquo eſſe *habebant*. Nam Edd. Vett. & MSS. ad unum omnes exhibent *noſtri perp. munit. videbant*; quaſi intelligerentur Pompejanae munitiones. *Qui* primus jam inculcavit Vaſcoſ. eumque ſecutus Stephanus aliique. Sed contra MSS. Totam hanc periodum ut ſupervacuam deleri volebat Gruterus: at mihi probabilis maxime videtur Faerni conjectura *noſtri perp. mun. jungebant*, deleto verbo *timebant*: quod ſane abundat, ut e toto contextu liquet. Pro *videbant* ſcribi poſſet quoque *agebant*, *tuebantur*, vel ſimile quid. *Perducebant* incidit Ciacconio.

2. TOTIS COPIIS] Videri poſſet nata eſſe vox *copiis* e Gloſſa & *viribus*, quod reſtat in MS. Voſſii, & ſaepe de copiis adhiberi notum eſt. Adi ad Front. lib. IV, 7. §. 6. quo tamen loco cave, Vlamingio credas in Petronio propugnanti veterem lectionem, *Danai relaxant clauſtra & effundunt vires* pro *viros*: nam repugnat lex pedia, quae Jambum poſtulat. Hic autem *Copiis* retineo: nam librarius potius videtur offenſus voce *totis* pro *omnibus*, Id quod tamen non minus, quam in aliis auctoribus, in hiſce quoque commentariis occurrit. l. I. B. C. c. 50. *Ex totis ripis tela jaciebantur.* Hirt. B. Alex. cap. 76. *Totae profligantur copiae regis.*

3. AUT EX COACTIS, AUT EX CENTONIBUS, AUT EX CORIIS TUNICAS FECERANT] Tria ait, coacta, centones, & corium. Coacta haud dubie ſunt *cilicia*, quorum in bello uſus ad tegendas etiam turres. Servius in III. Georg. ad verſum 313.

—— *ſetaſque comantes*
Uſum in caſtrorum & miſeris velamina nautis.

ait: *de ciliciis poliuntur loricae, & teguntur tabulata turrium; ne jactis facibus ignis poſſit adhaerere.* Ubi confundit centones & cilicia, quae diſertim diſtinguuntur a Siſenna apud Nonium. Cilicio quoque poſtera aetas uſa, & veſtem talem vocarunt cilicinam. Unde Theobaldus in vita S. Wilhelmi Eremitae, c. XXIV. *Cilicinis ſuper loricam veſtibus diebus & noctibus utebatur.* Et eodem modo hactenus in Solino legebatur. Mutat tamen magnus Salmaſius ex v. c. & pro *cilicina* reſcribit *cilicia*. Ait autem Solinus cilicia vocari ab Arabibus *velamenta e caprarum pilis texta.* Quod negat verum eſſe Salmaſius, quando *κιλίκια* Graeca vox eſt, & veſti huic nomen ab hircis Cilicibus, qui maxime villoſi. Secutus Solinum Iſidorus l. XIX. c. XXVI. ait: *Cilicia Arabes nuncupant velamenta pilis caprarum contexta, ex quibus ſibi tentoria faciunt.* Neque profecto vel hic vel ille uſque adeo accuſandus, quod id dicat. Nam Hebraeis קְלָעִים *kelagnim*, quod a *kelag* (nam *y* litera mixta ex *g* & *n* eſt, adeo ut pro *g* quoque a Judaeorum nonnullis ſubinde ponatur) notat cortinas, imo & tentoria ac vela: ut exponit doctiſſimus David de Pomis in צֶמַח דָּוִד.

Etſi

XLV. In occupandis praeſidiis magna [1] vi uterque nitebatur: Caeſar, ut 1
quam anguſtiſſime Pompejum contineret; Pompejus, ut [a] quam plurimos
colles quam maximo circuitu occuparet: crebraque ob eam cauſſam proelia
fiebant. In his quum legio Caeſaris IX [2] praeſidium quoddam occupaviſſet, 2
& munire coepiſſet; [b] huic loco propinquum & contrarium collem Pom-
pejus occupavit, noſtroſque opere prohibere coepit: & quum una ex par- 3
te prope aequum aditum haberet, primum ſagittariis funditoribuſque [c] cir-
cumjectis, poſtea levis armaturae magna multitudine miſſa, tormentiſque
prolatis, munitiones [d] inpediebat: neque erat facile noſtris, uno [e] tempo- 4
re propugnare, & munire. Caeſar, quum ſuos [f] ex omnibus partibus vul-
nerari videret, [3] recipere ſe [g] juſſit, & loco excedere. Erat per declive [h] re-
ceptus: illi autem hoc acrius inſtabant, neque regredi noſtros patieban- 5
tur,

Variae Lectiones.

a Deeſt Edd. R. M. V. ſupra vulgo *uteb.* b *hunc locum* MS. Ciacc. cui abundare haec videntur. *locum* L. ſec. c *circumvectus* L. ſec. *circumvectis* Edd. R. M. V. d *habebat* V. e *opere* V. *repugn.* L. ſec. f deeſt Ed. Elz. g vulgo *ſtatuit.* h *receptum* MSS. 5.

Etſi talibus nomen R. Selomoh putaverit ita eſſe vocatas, quia perforatae eſſent in modum cribri. Sed potius acceſſerim R. David Kimchi qui vocem מַקְלְעוֹת ab eadem radice venientem exponit, צורות שדה היינו עשבים וסעיפים שיכשיטו השדה: *figuras campi, cujuſmodi ſunt herbae & ramuſculi, qui campum ornant.* Quod verum putaverim, praeſertim cum hodieque obtinere morem videam pingendi id genus figuris tentoria. Certe ut *cilicia* magnam cum hac voce ſimilitudinem habent; ita in Polluce legimus: Βαίτη περιμήκης χιτών. οὕτω δὲ Σοφοκλῆς καὶ τὰς σκηνὰς τὰς βαρβαρικὰς καλεῖ. Βαίτη, inquit, *promiſſa eſt tunica, & ſic quoque Sophocles tentoria barbarica vocat.* Nihil manifeſtius quam illud Βαίτη eſſe ab Hebraeo בַּיִת *baith*, quod *domum* illis denotat. Centonum in bello uſum demonſtrat Vegetius l. IV. c. XV. cum ait *crudis ac recentibus coriis, vel centonibus* operiri vinearum latera. Etiam naves tegi iſtis docet diſertim Siſenna apud Nonium: *Puppes aceto madefactis centonibus integuntur, quos ſupra perpetua claſſi ſuſpenſa cilicia obtenduntur.* Ubi egregie emendat magnus Salmaſius, *perpetua ac laxe ſuſpenſa.* Quam conjecturam confirmo Ammiani verbis l. XXIV. p. 287. *Per propugnacula ciliciis undique laxius panſis, quae telorum impetus cohiberent.* Centones autem ſunt ῥαπτοὶ, ſeu veſtes ex variis lanis aut pannis conſutae. De coriis nota res eſt. VOSSIUS. Adi etiam Lipſ. lib. III. Mil. Dial. 6. & Cujac. l. V. Obſerv. c. 11. Qui e ſuo Codice *coactis* reſtituit, cum vulgo exhiberetur *Subcoactis*, quod male Cellarius retinuit: vel *ſubactis*, ut eſt in MS. Ciaccon. Palat. Leid. ſec. At in reliquis MSS. meis, item Urſini legitur *ex coactis*. In Leid. pr. minus bene *excoactis centonibus*. Dein exhibui rurſus *tegimenta* auctoritate MSS. Cujac. Petav. Voſſ. Leid. In tribus aliis erat *tegumenta*, vulgo *tegmenta*. Vide ad l. II. B. Gall. c. 21. *Scutiſque tegimenta detrahenda.*

1. Vi uterque utebatur. Caesar,] Scribo ex MSS. Petav. Bong. Cujacii, *magna vi uterque nitebatur, Caeſar ut* &c. VOSSIUS. *Nitebatur:*) Ita ex MSS. ſuis optime reſtituit Voſſius. Quomodo & in MS. Elienſi ſcriptum eſt. Al. *utebatur.* Quod hoc in loco longe minus eſt elegans. CLARKE. *Videbatur* vitioſe ſcribitur in Leid. pr. Recte jam Brutus viderat & Ciacconius corrigendum eſſe *nitebatur.* & viris doctis merito ſuffragatur Schelius ad Hygin. p. 296. Vide plura ad l. IV. B. Gall. c. 24. *Eadem alacritate ac ſtudio nitebantur;* vulgo *utebantur.*

2. Praesidium quoddam occupavisset] Praeſidium pro caſtello ſeu loco munito hic ponitur. Sic apud *Livium* l. XXI. c. LVII. *Pavore hoſtibus injecto, defenſum egregie praeſidium eſt.* Et paullo poſt: *fama impigre defenſi ad Placentiam praeſidii.* *Petr. Ciacconius* repoſuit *praeſidio collem occupaviſſet*, quod hanc *praeſidii* ſignificationem in animum non revocaret. DAVIS. Adi omnino notas ad l. VI. c. 33, 34. *Non oppidum, non praeſidium.*

3. Recipere se statuit] Ita quidem *Petr. Ciacconius* in duobus MSStis reperit, ſic edidit *Phil. Beroaldus*, & ſic lectum voluit *Gabr. Faërnus*; quos ſecutus eſt *Joſ. Scaliger.* Sed omnino reponendum, *recipere ſe juſſit*, ut diſerte *Norvic.* Sic etiam *Gryphius* & *Urſinus* edidere. Merito ſane; nam pro recepta ſcribendi ratione Caeſar ſuae

6 tur, quod timore adducti locum relinquere videbantur. Dicitur eo tem-
pore glorians apud ſuos Pompejus dixiſſe. *Non recuſare ſe, quin nullius*
uſus Imperator [a] *exiſtimaretur, ſi ſine maximo detrimento* [1] *legiones Cae-*
ſaris ſeſe recepiſſent inde, quo temere eſſent progreſſae.
1 XLVI. Caeſar, receptui ſuorum timens, crates ad extremum tumulum
contra hoſtem proferri, & [b] adverſas locari; intra has mediocri latitudi-
ne foſſam, tectis militibus, obduci juſſit, locumque in omnes partes quam
2 maxime [c] inpediri. Ipſe idoneis locis funditores inſtruxit, ut praeſidio
noſtris ſe recipientibus eſſent. His rebus completis, legiones reduci juſſit.
3 Pompejani hoc inſolentius atque audacius noſtros [d] premere, & inſtare coe-
perunt; crateſque, [e] pro munitione objectas, [2] propulerunt, ut foſſas tran-
4 ſcenderent. Quod quum animadvertiſſet Caeſar, veritus, ne non redu-
cti, ſed [3] rejecti viderentur, majuſque detrimentum caperetur, a medio
fere ſpatio ſuos per Antonium, qui ei legioni praeerat, cohortatus,
5 tuba ſignum dari, atque in hoſtes inpetum fieri juſſit. Milites legionis
IX ſubito [4] conſpirati [f] pila conjecerunt, & ex inferiore loco [5] adver-
ſus clivum incitati curſu, praecipites Pompejanos egerunt, [g] & terga ver-
tere

VARIAE LECTIONES.

a *Aeſtim.* L. ſec. b *adverſa* L. pr. c *inpedire* L. pr. d *praevenire* L. ſec. e *prae m. obj. pepul.* L. ſec. f vulgo *conſpicati, conſtipati.* dein *tela c.* V. g deſunt haec V. Edd. pp. aliiſque.

tantum ſaluti, neglectis ſuis, conſulere videretur; quod & imperatoris fortiſſimi moribus & ipſi rei contrarium. DAVIS. *Cur. ſec.* Recte judicat Cl. Daviſius. Non tantum ſtatuit Caeſar, *ſe recipere*, ſed juſſit, *ſuos ſe recipere*, quibus timebat. *Juſſit* vero, non *ſtatuit*, exaratur in MSS. optimis Petav. Cujac. Scal. Leid. pr. Voſſ. & Edd. Vaſc. Baſil. Steph. Aldi, Stradae & aliorum.

1. LEGIONES] In Leid. pr. eſt *legionum.* unde facilis eſſet emendatio *legio nona* ſeu *IX. C. ſeſe recepiſſet.* de qua maxime agitur. Vide §. 2. & Cap. ſeq. §. 4. Sed ibidem §. 2. *legiones reduci:* ubi Faernus malebat quoque *legionem.*

2. PROPULERUNT, UT FOSSAS TRANSCENDERENT] Sana eſt haec lectio, & nihil opus, ut cum *Pet. Ciacconio* reſcribatur *propulerunt & foſſas tranſcenderunt;* crates enim eum in finem dejecere, ut iis foſſas inſternerent aequarentque. Sic l. VII. de Bell. Gall. c. LXXIX. *Proximam foſſam cratibus integunt.* Vide & ejuſdem libri cap. LXXXVI. DAVIS.

3. REJECTI] Nil muto. Vide enim, quae notavimus ad c. 35. Verum quum in MS. Ciacconii, Petav. Palat. Leid. pr. & ſec. exaretur *dejecti*, id damnare non auſim: colle ſcilicet, quem occupaverant.

4. CONSTIPATI PILA CONJECERUNT] MS. Pal. *complicati.* Sed noſter & Cujacianus ac Pet. *conſpirati*, συνεσπειραμένοι: ſeu *conglobati.* Nam σπεῖρα, ut Heſychius exponit, quoque eſt πλῆθος, τάγμα, & Suidas πλῆθος στρατευμάτων, & φάλαγγα explicat, unde σπεῖρα στρατηγὶς *cohors praetoria* Appiano; proprie ſi vertas *globus* erit: eaque propria Romanis vox, unde Annalium ſcriptor lib. XIV. *Donec Carrhenem integer a tergo globus circumvenit.* Vere hoc σπεῖρα. Ennius tamen, ut ex Feſto diſcimus, hominum multitudinem ita appellavit, unde hemiſtichium hoc ejus,

—— *Spiras legionibus nexunt.*

Quod idem quam ſi dicas *conſpirati.* Plinius de viris illuſtribus eam vocem proprie uſurpavit de ſerpente. *Anguis e ſedibus ejus elapſus, venerabilis, non horribilis, per mediam urbem cum admiratione omnium perrexit, &, ſe in Volumnii tabernaculo conſpiravit.* Quomodo Maro de Laocoonte,

Corripiunt, ſpiriſque ligant ingentibus.

VOSSIUS. Sic edidere *Juſt. Lipſius* & *Joſ. Scaliger* ex conjectura *Paulli Manutii.* Codex *Palat. complicati;* editt. *Rom. Ven. Beroald. conſpicati;* MSS. *Voſſ. Petav. Cujac.* & *Norvic. conſpirati*, quae recta eſt ſcriptura, ac idem denotat, quod condenſati, in globum collecti. Vide *Marqu. Gudium* ad *Phaedri* l. I. Fab. 11, 4. DAVIS. *Conſpicati* etiam eſt in MSS. Leidd. & Voſſ. aliiſque & Edd. Med. Vaſcoſ. Steph. &c. Ego *conſpirati*, quod & reſtat in Urſini Codice, recipere non dubitavi, ſecutus judicium plurimorum virorum doctorum, uti & Gruteri, aliorumque ad Aurelii locum

tere coëgerunt: quibus ad recipiendum, crates [a] directae, longuriique
objecti, & inſtitutae foſſae magno inpedimento fuerunt. Noſtri vero, qui 6
ſatis habebant ſine detrimento diſcedere, compluribus interfectis, v o-
mnino ſuorum amiſſis, quietiſſime [b] ſe receperunt, paulloque [c] citra eum
locum, aliis comprehenſis collibus, munitiones perfecerunt.

XLVII. [d] Erat nova, & inuſitata belli ratio, quum tot caſtellorum nu- 1
mero, tantoque ſpatio, & tantis munitionibus, & [e] toto obſidionis gene-
re, tum etiam reliquis rebus. Nam, quicumque alterum obſidere conati 2
ſunt, [f] perculſos atque infirmos hoſtes adorti, aut proelio ſuperatos, aut
aliqua obſenſione [g] permotos continuerunt, quum [h] ipſi numero militum
equitumque praeſtarent. [i] Cauſſa autem obſidionis haec fere eſſe conſue- 3
vit, ut frumento hoſtes [k] prohibeantur. At [l] contra integras atque inco-
lumes copias Caeſar [m] inferiore militum numero continebat; quum illi o-
mnium rerum copia abundarent: quotidie enim magnus undique navium 4
numerus conveniebat, [n] quae commeatum ſubportarent: neque ullus flare
ventus poterat, quin aliqua ex parte [1] ſecundum curſum [o] haberent. Ipſe 5
autem, conſumtis omnibus longe lateque frumentis, ſummis erat in an-
guſtiis. Sed tamen haec ſingulari patientia milites ferebant: recordaban- 6
tur enim, [2] eadem ſe ſuperiore anno in Hiſpania perpeſſos, labore & pa-
tientia [p] maximum bellum confeciſſe. Meminerant, ad Aleſiam [3] magnam
ſe inopiam perpeſſos, multo etiam majorem ad Avaricum, maximarum
ſe gen-

VARIAE LECTIONES.

a *der.* Pet. L. pr. ut ſupra ſaepe. *longuri* MSS. plerique. b deeſt L.pr.V. ut crebro. c *circa* MSS. & Edd. qdd. poſt *locum* addunt Edd. *morati* ante Urſinum, uti & MSS. Pal. B. d *& erat* V. e *tanto* MSS. 3. & Edd. Vett. nonnullae. f *proc.* V. g abeſt Edd. R. M. h *illi* Pal. *num. equitum pr.* L. pr. male. i *caſus hic* Pal. L. ſec. Vaſc. M. k *prohiberent* Pet. Sc. L. pr. V. Ed. Fl. l *tamen* V. *tum* Pet. L. pr. B. Edd. quaedam. forte *tum contra.* m *inferioris* Pet. *inferiores* L. pr. V. n *quo* Pet. *qui* Pal. Reg. o vulgo *haberet.* p *magnum* V. contra *maximam* mox Edd. pp.

cum de Vir. Ill. c. 22. Nec non Ill. Heinſii, qui adſcripſit locum Dict. Cret. p. 142. l. VI. *Itaque conſpirati inter ſe cum magna manu Mycenas veniunt.* Ita MS. vulgo *conſpirato.* Adde Cl. Burm. ad Phaedri locum. *Conſtipati* Faernus quoque voluit; quia veram e MSS. lectionem non viderat, & *conſpicati* vitioſum eſſe, recte intelligebat. Pro *nonae* vir doctus conjecit *ſono.*

5. ADVERSUS CLIVUM] Hoc quoque a Manutio eſt emendatum; Faernus legebat *adv. tumulum:* cum in MSS. omnibus & Edd. pp. ſit *a. pilum.* Sub quo aliud quid latere videtur. *adverſum* Leid. ſec.

1. SECUNDUM CURSUM HABERET] Licet haec lectio non ſit prorſus ſoloeca, malim tamen *ſecundum curſum haberent*, quod in MS. *Norvic.* & edit *Steph.* reperi. DAVIS. Vocabulum, (*haberent*,) reſtituit Daviſius ex MS. Elienſi. Scaliger & Recentiores ediderant, (*haberet;*) Quod cum praecedente (*ſupportarent*,) minus apte cohaeret. Erat autem incaute ex iis deſumptum Manuſcriptis, e quibus ſi totam periodum deſumſiſſent, nihil fuiſſet ſoloecum futurum. Sic enim in MS. Reg. ſcriptum eſt: (*magnus* —— *navium numerus* ——, qui *commeatum* ſupportaret; *neque ullus flare ventus poterat, quin* —— *ſecundum curſum* haberet.) CLARK. *Haberent* praetuli cum Leid. pr. & Edd. Vaſc. Steph. Str. Gryph. poſt.

2. EADEM SE SUPERIORE ANNO IN HISPANIA PERPESSOS] MS. Petav. *eandem ſe ſuperiore anno in Hiſpania inopiam perpeſſos.* VOSSIUS.

3. MAGNAM SE INOPIAM PERPESSOS, MULTO ETIAM MAJOREM AD AVARICUM, MAXIMARUM SE GENTIUM VICTORES DISCESSISSE] Licenter, ut ſolet, *Petr. Ciacconius* ſcribendum conjicit, *meminerant ad Aleſiam* magna..uſos inopia, *multo etiam* majore *ad Avaricum*, *maximarum ſe gentium victores diſceſſiſſe:* nam ſi, deleto *ſe*, legas *maximarum gentium victores diſceſſiſſe;* locus ſanus erit & integer. DAVIS. *Cur. ſec.* Immo ne opus quidem

Xxxx 3

7 ſe gentium victores diſceſſiſſe. [1] Non, illis [a] hordeum quum daretur, non legumina recuſabant: [2] pecus vero, [b] cujus rei ſumma erat [c] ex Epiro copia, magno in honore habebant.

1 XLVIII. Eſt etiam genus radicis inventum [3] ab iis, qui fuerant cum Valerio, [4] quod adpellatur [d] Chara: quod [5] admixtum lacte multum ino-
2 piam [e] levabat: [f] id ad ſimilitudinem panis efficiebant. Ejus erat magna copia. [6] Ex hoc effectos panes, quum in conloquiis Pompejani famem noſtris objectarent, vulgo in eos jaciebant, ut ſpem eorum minuerent.

XLIX.

VARIAE LECTIONES.

a *Ordeum* MSS. o. b *cujuſque* V. *rei* abeſt ab Edd. pp. ſed V. ad lib. IV. B. G. c. 17. c *in* L. ſec. d *chata*, *catha* MSS. quidam. *charus* Rhell. e *levat* Edd. Aldi, Manut. Gryph. f *id ſimil. p. efficiebat* Reg. L. ſec. V. B. Pal. Edd. pp. Vaſc. Steph. Gr. poſt.

quidem eſſe, ut abjiciatur ſemel *ſe*, patet ex notatis ad l. I. B. Gall. c. 35. *ſeſe*; *quoniam* &c. *ſe Aeduorum injurias non neglecturum.*

1. NON, ILLIS HORDEUM QUUM &c.] Siquis faveret MS. legerim equidem, (*Non illi, hordeum quum &c.*) vel, (*Non illi hordeum, quum &c.*) Sed leviculum hoc. CLARKE.

2. PECUS VERO] Parum huic loco facere videtur illud *pecus*, quod tamen mordicus retinent MSSti. Mihi vero longe magis adridet lectio Ed. R. Stephani *Panicum*. l. II. B. Civ. 22. *Panico enim vetere & hordeo corrupto omnes alebantur.* ubi vide Voſſium. Nil muto tamen propter §. 6. c. 49.

3. AB IIS QUI FUERANT CUM VALERIO] Legionem deſignat XX. Nam illa cum Valerio Flacco in Aſia adverſas Mithridatem miſſa. ab eo Valerio, nomen accepit *Valerianae*; ſed & altera fuit legio viceſima, cui nomen *Victricis*. nam in vet. lap. quo recenſentur nomina legionum, invenio ſcriptum XX *Victrix*. Egregius eſt hac de re locus Dionis l. LV. p. 564. Οἱ εἰκοστοὶ, οἱ καὶ Οὐαλερίειοι, καὶ νικήτορες ὠνομασμένοι, καὶ ἐν Βρεττανίᾳ τῇ ἄνω ὄντες, οὓς τινας αὐτοὺς, ἐμοὶ δοκεῖν, μετὰ τῶν τήν τε τοῦ εἰκοστοῦ ἐπωνυμίαν ἐχόντων, καὶ ἐν τῇ Γερμανίᾳ τῇ ἄνω χειμαζόντων, εἰ καὶ τὰ μάλιστα μηθ' ὑφ' ἁπάντων Οὐαλερίειοι ἐπεκλήθησαν, μήτε νῦν ἔτι ταύτῃ τῇ προσηγορίᾳ χρῶνται, παραλαβὼν ἐτήρησε. Loquitur autem de Auguſto atque illud nomen *Valeria*, jam ſua aetate periiſſe, ut mirum non ſit eum in lapp. non memorari. Fuit autem iſte L. Valerius Flaccus in Aſia anno V. C. DCLXVIII. a legato ſuo C. Fimbria interfectus. Atque quia ex eo Fimbria ipſe exercitum tenuit, ideo milites eos, qui Dioni Valeriani ſunt, Plutarchus Fimbrianos vocat in vita Luculli. Meminit ejus Valerii ipſe Caeſar infra, cum ait, c. 53. in eo fuit numero *Valerius Flaccus* L. filius ejus, *qui praetor Aſiam obtinuerat*. VOSSIUS. Vide etiam Cellar. utroque loco. At MSS. Cujac. Petavian. Leid. pr. Scalig. & Voſſ. habent *qui fuerant Valeribus*. Unde non temere Cl. Gruterus judicat hic latere loci nomen. *Valeria* certe Hiſpani oppidi nomen eſt.

4. QUOD APPELLATUR CHARA] Diſputant docti, quae haec radix ſit. Plinio *Lapſana* vocatur l. XIX. c. VIII. *Nec non olus quoque ſylveſtre eſt, trium foliorum* (*triumphorum* alii legunt) *Divi Julii carminibus praecipue jociſque militaribus celebratum. Alternis quippe verſibus exprobravere, lapſana ſe vixiſſe apud Dyrrhachium, praemiorum parſimoniam cavillantes.* Sed alio loco (l. XIX. c. V.) de generibus braſſicarum loquens ait: *Etiam unum ſylveſtre Graeci cheram vocant, Pontici armon, alii leucen, noſtri armoraciam, fronde copioſius quam corpore.* Armoraciam Iſidorus libro XVII. cap. X. exponit *lapſanam*. Theophraſtus l. IX. φύεται δὲ παρ' αὐτοῖς (de Arcadibus loquitur) ὅτι ἐλέβορος ἀμφότερος, καὶ ὁ λευκὸς καὶ ὁ μέλας· ἔτι δὲ δαῦκον δαφνοειδὲς κροκόειν, καὶ ἣν ἐκεῖνοι μὲν ῥάφανον ἀγρίαν καλοῦσι, τῶν δ' ἰατρῶν τινὲς κέραν. Hic quoque braſſicae ſylveſtris nomen facit *ceram*: quantillum hoc abeſt a *chera*. Quare illa *chara* Caeſaris, & *chera* ac *lapſana* Plinii, deinde & *cera* Theophraſti eadem radix eſſe videtur. Carolus Cluſius ambigebat, an Tataria Hungarica ea eſſet herba, de qua loquitur Caeſar: An vere, judicare non eſt meum. Illud dicere audeo, Plinium & *armoraciam*, & *lapſanam*, & *cheram* pro eodem ſumſiſſe. Alii vero, qui ad Dioſcoridis κάρον nos remittunt, multum falli videntur. VOSSIUS.

5. ADMIXTUM LACTE] Leid. pr. cum Ed. R. Steph. *lacti*. fruſtra. Nemeſ. Cyneg. vs. 206. *Bacchi latices Tritonide oliva Admiſcere.* Plura vide ad B. Alex. c. 56. *Mixtam dolore voluptatem*, uti eſt in MSS.

6. EX HOC EFFECTOS PANES CUM IN COLLOQUIIS POMPEJANI &c.] Contra ea tradit *Appianus* Bell. Civ. l. II. p. 465. ſeq. Ὅτι αὐτόμολοι Πομπηΐῳ τοιούσδε ἄρτους (τὴν πόαν ἀρτοποιηθεῖσαν) προσήνεγκαν, ὡς ἀφερμηνεύοντες ἰδόντα ὁ δὲ οὐχ ἥσθη, ἀλλ' εἶπεν, Οἵοις

θηρίοις

XLIX. Jamque frumenta matureſcere incipiebant; atque [a] ipſa ſpes 1
inopiam [b] ſuſtentabat; quod celeriter ſe habituros [c] copiam confidebant:
[d] crebraeque voces militum in vigiliis conloquiiſque audiebantur, *prius ſe* 2
cortice [e] *ex arboribus victuros, quam Pompejum e manibus dimiſſuros.*
[1] Libenter etiam ex [f] perfugis cognoſcebant, equos [g] eorum vix tolerari, 3
reliqua vero jumenta interiſſe: uti autem ipſos valetudine non bona, quum 4
anguſtiis loci, [2] & odore tetro ex multitudine cadaverum, & quotidianis
laboribus, inſuetos operum; tum [3] aquae ſumma inopia adfectos: omnia
enim flumina, atque omnes rivos, qui ad mare pertinebant, Caeſar aut
averterat, aut magnis operibus obſtruxerat. Atque, ut erant loca [h] mon-
tuoſa, & ad ſpecus anguſtiae vallium, has, ſublicis in terram [i] demiſſis, prae-
ſepſerat, terramque [k] adgeſſerat, ut aquam continerent. [l] Itaque illi neceſ- 5
ſario loca [m] ſequi demiſſa, ac paluſtria, & puteos fodere, cogebantur: at-
que hunc laborem ad quotidiana opera addebant: qui tamen fontes [n] a
quibuſdam praeſidiis aberant longius, & celeriter aeſtibus exareſcebant.
At Caeſaris exercitus optima valetudiue, ſummaque aquae copia utebatur; 6
tum commeatus omni genere praeter [o] frumentum abundabat: quibus quo-
tidie [4] melius ſuccedere tempus, majoremque ſpem maturitate frumento-
rum proponi videbant.

Variae Lectiones. L.

a deeſt Lov. b *ſuſtinebat* L. ſec. c exſulat Lov. d Sic Pet. Scal. Urſ. B. L. pr. ſec. Palat. Edd. Vaſc. Str. Gr. poſt. Vulgo *crebroque.* e *& ex arb.* Urſ. Petav. ſtatim vulgo *frequenter.* f *prof.* L. pr. g *eos* L. pr. *tolerare* Lov. h *montoſa* Edd. pp. Vaſc. St. &c. ut ſupra. V. ad l. 1. B. C. 66. *ut* deeſt Pet. i Sic Pal. Edd. qdd. vulgo *dim.* k *adjecerat* & *contineret* L. pr. l *Ita* MSS. 2. Ed. Fl. *atque* L. pr. *ut* Lov. m *perſeq.* Edd. R. M. V. *dim.* MSS. plerique. *aut p.* Edd. pp. n *ab* Lov. *erant* L. pr. o *frumenti* Edd. pp. nec male. Vide ad l. 1. B. G. c. 5. *abundabant* Pal.

θηρίοις μαχόμεθα. Vide & *Suetonium* in Julio c. LXVIII. At a *Caeſaris* narratione ſtat *Plutarchus* in Caeſare p. 726. DAVIS.

1. Frequenter etiam] Sic Scaliger Aldum ſecutus, & reliqui deinceps ediderunt: Bene ſi ex MSS. auctoritate dignis. Certe mei omnes, & Edd. Vett. reliquae dant *Libenter:* quod non video, cur mutari debuerit. Praeterea in iis dein ſcriptis & excuſis non comparet τὸ *vix:* quod tamen ejici temere nolim.

2. Odore tetro ex multitudine cadaverum] Sic repoſui ex MSS. *Ciaccon.* & *Norvic.* ac ita laudat *J. F. Gronovius* Obſerv. l. IV. c. XVII. cum in vulgatis edatur *odore tetro, & multitudine cadaverum;* inepte prorſus: unde enim teter odor niſi ex multitudine cadaverum? aut cur ob multitudinem cadaverum mala valetudine uterentur Pompejani, ſi foetorem non emittebant mortuorum corpora? *Odor ex multitudine cadaverum* idem eſt ac odor multitudinis cadaverum, ut paullo ante *corticem ex arboribus* pro arborum cortice poſuit; nec aliter hujuſce libri c. LVIII. *frondem ex arboribus* dixit. DAVIS. *Ex* eſt in MSS. cunctis, quos vidi, & Edd. Vaſcoſ. Steph. Stradae, Gryphii poſt. aliiſque. ſic *vulnera ex proeliis* c. 106.

3. Aquae summa inopia affectos] In MS. quidem *Ciaccon.* eſt *afficeret;* at reliqui omnes vulgatam lectionem conſtanter retinent. Hoc tamen non impediit, quo minus *Pet. Ciacconius* & *Joſ. Scaliger* ultimam vocem excludendam cenſerent, quibus ſuccinit *J. F. Gronovius* Obſerv. l. IV. c. XVII. Non accedo; ſimili enim modo *Vitruvius* l. 1. Archit. c. 1. *Hoſtes borreſcerent timore eorum fortitudinis affecti.* Locutio ſane carpi non poteſt, nam *malo affici* dixit etiam *Phaedrus* l. 1. Fab. v, 10. DAVIS. *Afficeret* etiam Leidenſ. ſec. Reliqui omnes *affectos* retinent, & Caeſarem praecipue ſapit iſtiusmodi plenior conſtructio, ut bene hic notat Clarkius. De ipſa phraſi adi notata ad l. VII. B. G. c. 17. *ſumma difficultate rei frumentariae adfectus exercitus.*

4. Melius succedere tempus] V. c. noſter *ſubtrere*, MS. *Cujac.* (& *Norvic.*) *ſu[illegible]rere*, Pet. *[illegible]re.*

1 L. In novo genere belli novae ab utriſque bellandi rationes reperie-
bantur. Illi, quum [a] *animum advertiſſent ex ignibus,* [b] *nocte cohortes no-*
ſtras ad munitiones excubare, [1] *ſilentio* [c] *adgreſſi univerſas, intra multi-*
2 *tudinem ſagittas conjiciebant, & ſe confeſtim ad ſuos recipiebant. Qui-*
bus rebus noſtri, uſu docti, haec reperiebant remedia, [2] *ut alio loco ignes*
facerent, [alio excubarent.] ***

1 LI. Interim certior factus P. Sulla, quem diſcedens caſtris praefecerat
Caeſar, auxilio [d] cohorti venit cum legionibus II. cujus adventu facile
2 ſunt repulſi Pompejani: neque vero conſpectum aut inpetum noſtrorum
3 tulerunt; primiſque dejectis, [e] reliqui ſe verterunt, & loco ceſſerunt. Sed
inſequentes noſtros, ne longius [f] proſequerentur, Sulla revocavit. [g] At
plerique exiſtimant, ſi acrius [h] inſequi voluiſſet, bellum eo die potuiſſe fi-
4 niri. Cujus conſilium reprehendendum non videtur: [3] aliae enim ſunt lega-
ti par-

VARIAE LECTIONES.

a Sic Lov. non *animadv.* V. ad l. I. B. G. 24. b Sic MSS. o. & Edd. Vett. non *noctu.* c *adverſi* vulgo. d deeſt Lov. e *reliquos evert.* V. dein *inſequentis*, ut fere ſemper, L. pr. f *progrederentur* Pet. quod adridet. Vide tamen ad l. v. c. 9. g *ac* Pet. *atque* V. *aeſtim.* L. ſec. V. h *ſequi voluiſſent, b. e. d. p. finire* L. pr.

ſubterire. An corruptum eſt ex *ſubvenire?* VOSSIUS. Sed praeſtat vulgata lectio. Quam & in MS. Regio reperi. CLARK. *Subterere* invenitur quoque in Lovan. at *ſubterrere* in Leid. pr. & Voſſiano. An *ſuccurrere? Tempus* male Ciacconius tentat delere, uti & legere *videbatur.* Pompejani videbant, Caeſarianis quotidie tempus melius ſuccurrere, iiſque ſpem majorem maturitate frumentorum proponi.

1. SILENTIO ADVERSI UNIVERSAS INTRA MULTITUDINEM SAGITTAS CONJICIEBANT] In aliis codd. erat *ſilentio adgreſſi.* Sed *adverſi* in v. c. noſtro & MS. Cujaciano legitur; qui & pro *intra* habet *inter.* & ſic quoque Pet. at pro *univerſas* in Pal. & Bong. ſcribitur *univerſam.* VOSS. Sic edidit *Joſ. Scaliger*, ac ita ſane ſcribitur in MSS. *Voſſ. Cujac. Petav.* & *Norvic.* niſi quod illi *inter multitudinem* exhibeant. Ex hac tamen lectione nihil ſani poſſum exſculpere. Editt. *Rom. Ven. Beroald. Silentio aggreſſi univerſam intra multitudinem*; unde reſcribendum crediderim *ſilentio egreſſi univerſam intra multitudinem* &c. Sic l. VII. B. G. cap. XI. *Silentio ex oppido egreſſi.* Ac cap. XXXVI. *Silentio noctis Caeſar ex caſtris egreſſus.* Vide & ejuſdem libri c. LVIII. DAVIS. *Silentio adverſi univerſas intra multitudinem ſagittas conjiciebant,*) Locus manifeſto corruptus. MS. Reg. & Editt. aliquot veteres, pro (*adverſi,*) habent (*adgreſſi;*) Unde Daviſius optima conjectura reſcribit, *egreſſi.*) Haeret tamen ſequens vocabulum, (*univerſas.*) Daviſius, ex Codicibus quibuſdam reponit, (*univerſam.*) Sed & etiamnum paullo languidior erit ſententia. Ego, ſi conjecturae indulgere liceret, ſcriberem equidem (*innumeras.*) (*Silentio egreſſi*, innumeras *intra* (vel *inter*, ut in quibuſdam Codicibus eſt,) *multitudinem ſagittas conjiciebant.*) CLARK. *Adgreſſi* etiam eſt in Codd. Voſſ. Petav. Palat. Bong. item Edd. Med. Vaſcoſ. Aldi Steph. Gryph. &c. in quibus praeter Mediol. eſt *in mult.* ut habent quoque Palat. & Leid. ſec. qui dant etiam *univerſam* cum Bong. *Adgreſſi univerſas* poſſent jungi ſcilicet *cohortes* vel *munitiones.* Sic certe ſenſus conſtabit, quare ejeci illud *adverſi. Univerſam in multitudinem* non dubitat eſſe veriſſimum Hotomanus.

2. UT ALIO LOCO IGNES FACERENT, ALIO EXCUBARENT] Poſtremae duae voces ab omnibus MSSis abſunt. In v. c. noſtro quoque eſt ſignum hiatus. Et nihil certius eſt quam deeſſe complura. Deſideratur autem, quo abierit Caeſar: & initium irruptionis Pompejanorum; an plura non facile dixerim. VOSSIUS. Verba haec *alio excubarent*, uncis incluſi, diverſiſque characteribus expreſſi, quia neque in ullo Codice MSto reperiuntur, neque etiam in Edd. primis, uti nec Ven. Vaſcoſ. Steph. aliiſque. Ab Aldo videntur adtexta, ut lacunam ex parte ſuppleret.

3. ALIAE ENIM SUNT LEGATI PARTES, ATQUE IMPERATORIS] Hanc quidem lectionem retinent editt. vett. praeplacet tamen ea, quam in MS. *Norvic.* reperi; hic enim habet *aliae ſunt legati partes, aliae Imperatoris.* Sic etiam in ſuo Codice videtur legiſſe *Jul. Celſus* p. 198. editt. Londin. DAVIS. *Aliae Imperatoris* omnino praefero cum Daviſio: praeſertim cum accedat auctoritas Petaviani Codicis. Ineptiſſime eſt in Leid. ſec.

Non

ti partes, atque Imperatoris. alter [1] omnia agere ad praeſcriptum; [2] alter 4
libere ad ſummam rerum conſulere debet. Sulla, a Caeſare caſtris relictus, 5
liberatis ſuis, hoc fuit contentus, neque proelio decertare voluit:([3] quae
res tamen fortaſſe aliquem reciperet caſum;) ne imperatorias ſibi partes
[a] ſumſiſſe videretur. Pompejanis [b] magnam res ad receptum difficultatem 6
adferebat: nam ex iniquo progreſſi loco in ſummo conſtiterant: ſi per
declive ſeſe reciperent, noſtros ex ſuperiore inſequentes loco verebantur: 7
neque multum ad ſolis occaſum ſupererat temporis: ſpe enim conficiendi
negotii, prope in noctem rem [4] duxerant [c]. Ita, neceſſario, [d] atque ex 8
tempore capto conſilio, Pompejus tumulum quemdam occupavit: qui tan-
tum aberat a noſtro caſtello, [5] ut telum [e] tormentumve miſſum adigi non
poſſet.

VARIAE LECTIONES.

a *Subripuiſſe* B. b *magna* MSS. plerique & Edd. Vett. c vulgo *deduxerant.* d *& ex* L.pr. *atque* t. Lov. e vulgo *tormento m. adjici.*

Non ſunt legati partes, atque I.

1. OMNIA] Uncis hanc vocem incluſit Scaliger, ut ſuſpectam. Certe abeſt a Lovan. Palat., Leid. ſec. ac Ciacconii.

2. ALTER LIBERE AD SUMMAM RERUM CONSULERE DEBET] Nihil agunt Urſinus & Ciacconius, cum locum ſanum corrigere nituntur. *Ad ſummam rerum conſulcre* eſt *conſulere rebus* ſecundum τὰς πεισάζεις, quod Imperatoris eſt. At *conſulere de ſumma rerum*, quomodo emendatum fruſtra volebat Ciacconius, eſt *cum aliis communicare conſilium de ſumma rerum.* Unde ipſe Caeſar, *neque de ſumma belli ſuum judicium, ſed Imperatoris eſſe exiſtimat.* Hic judicare de ſumma belli, & conſulere ad ſummam rerum unius viri ſunt, nimirum ſolius imperatoris. Miror doctos adeo viros in tam facili re coecutire & errare potuiſſe. VOSSIUS. Lipſius margini adleverat fruſtra *ac ſummae rerum.* Melius tamen quam *de ſumma.*

3. QUAE RES TAMEN FORTASSE ALIQUEM CASUM] *Ciacconius* conjicit *cum res tanta*, vel *ſi res tanta.* Sed illud *tamen* ſuſpectiſſimum mihi, in *Petaviano* non reperiri gaudeo. VOSSIUS. Abeſt etiam a MS. *Norvic.* DAVIS. Editi omnes (*quae res* tamen *fortaſſe* &c.) Sed perperam. Jam enim mens authoris fuiſſet (*quae res tamen fortaſſe bene cecidiſſet*) At vero illud (*fortaſſe aliquem reciperet caſum*) neque de *felici* eventu poteſt ſatis Latine dici; neque, ſi poſſet ita accipi, non eſſet languide admodum dictum; cum jam ſupra dixiſſet Caeſar, (quod erat multo fidentius,) *pleroſque exiſtimare bellum eo die potuiſſe finiri.* Omnino igitur, omiſſa voce (*tamen*,) recipienda ea eſt Lectio, quam in Codice Petaviano Voſſius, & in Elienſi Daviſius reppererunt, (*Quae res fortaſſe aliquem reciperet caſum.* Ut adeo dicat *Caeſar*, in excuſationem *Sullae;* quamvis plerique exiſtimarent bellum eo die potuiſſe finiri, tamen ſine Imperatore *Sullam* ſapienter noluiſſe praelio decertare, quod ea res fortaſſe aliter, quam exiſtimatum eſt, cadere potuiſſet. Veruntamen, cum plerique MSS. retineant (*tamen;*) idque in pleriſque eorum ſcriptum ſit (*tn̄ ;*) quaeri poteſt, annon legi queat, (*Quae res* tum *fortaſſe &c.*) vel, cum in Voſſii MS. uno, pro (*tamen*,) ſcriptum ſit (*ante;*) ſuſpicetur quis legi poſſe, (*quae res* tanta *fortaſſe* &c,) Sed praeſtat ea, quam edidimus, lectio. CLARKE. *Tanta* conjecit etiam Ciacconius. Placet mihi *tum fortaſſe.* In Leid. ſec. & Palat. eſt *q. tamen res.*

4. DUXERANT] Ita ex MSS. Reg. & Voſſii & Edit. Rom. reſtitui. Al. *deduxerant.* CLARKE. Optime repoſuit ſimplex verbum Cl. Clarkius; atque ita inveni in Carrar. Leidenſibus, Lov. & Edd. Ven. Flor. Med. Nec dubito, quin ſit in aliis. *Ducere rem* eſt prolongare, extendere, ut *ducere bellum* &c. Vide ad l. I. B. G. c. 16. *Deducere* hic locum non habet.

5. UT TELUM TORMENTUMVE MISSUM ADJICI NON POSSET] An tormentum quoque mittitur? Contra mentem Caeſaris hoc, & contra rationem ipſam. Lego ex v. c. noſtro & Palat. ac Bongarſ. *telum tormento miſſum.* Niſi malis, ne illud *ve* penitus pereat, legere *tormento emiſſum.* Parum certe refert. VOSSIUS. Editt. nullo ſenſu habent *telum tormentumve miſſum*· ſed lectionem, quam recepi, diſerte exhibet MS. *Norvic.* eamque in aliis Codd. inventam probarunt *Voſſius* & *Marquard. Gudius* ad *Phaedri* l. IV. Fab. III. Sic *tormento miſſa tela* apud *Hirtium* l. VIII. B. G. c. XIV. *Seneca* de ira l. I. c. IX. *Tormentis exprimuntur tela*; nemo autem fando accepit, tormenta cum telis ſimul eſſe miſſa. DAVIS. *Ut telum tor-*

poſſet. Hoc conſedit loco, [a]atque eum [1] communiit; [b]omneſque ibi copias continuit.

1 LII. Eodem tempore duobus praeterea locis pugnatum eſt. nam plura
caſtella Pompejus [2]pariter, diſtinendae manus cauſſa, tentaverat; ne ex
2 proximis praeſidiis ſuccurri poſſet. Uno loco Volcatius [c]Tullus inpetum legio-

VARIAE LECTIONES.

a &, *at*, *ac* MSS. & Edd. qdd. ac *communit.* b deſunt uſque ad *Eod.* in V. c *Tullius* inepte Edd. qdd. *cum cob.* Edd. pp. Vaſc. Steph. Ald. Gryph. contra MSS.

mento miſſum adigi non poſſet:) Ediderat Scaliger, (quod in pleriſque MSS. & Editt. veteribus eſt,) (*ut telum tormentumve miſſum &c.*) Ad quod *D. Voſſius*; An tormentum, *inquit*, quoque mittitur? Contra mentem Caeſaris hoc, & contra rationem ipſam. Daviſius autem; Editi, *inquit*, nullo ſenſu habent, *telum tormentumve miſſum*: Neminem enim fando accepiſſe, tormenta cum telis ſimul eſſe miſſa. Itaque emendant, (*telum tormento miſſum.*) Non infeliciter ſane, neque ſine Auctoritate. Sic enim *Voſſius* ſcriptum in tribus MSS. *Daviſius* in Elienſi repperit. Addo, in omnibus fere MSS. & Editt. veteribus alterum illum locum, (infra, c. 56. l. hujus) ſcriptum eſſe, (*telo tormentove adigi*;) quod Scaliger & Recentiores ediderunt, (*telum tormentumve adjici.*) Id quod eam, quam & in priore loco intulerunt Voſſius & Daviſius lectionem, haud parum firmat. Nihilo tamen minus, ſiquis rem attentius perpenderit, videbit (opinor) neque veterem illam, quam ſecutus eſt *Scaliger*, lectionem adeo abſonam eſſe prorſus atque abſurdam. Etenim primo, creditu multo facilius eſt, Librarios ex inuſitatiore illa, (*telum tormentumve miſſum*,) uſitatiorem excudiſſe locutionem, (*telum tormento emiſſum*;) quam ut, e contrario, uſitatiorem inuſitatiore mutaverint. Deinde; quum & *Plinio*, *tormenta* dicantur *miſſilia*; & apud *Ciceronem*, *emiſſiones* legantur *baliſtarum*: quidni & *Caeſari tormentum* recte dicatur *miſſum*? Ut adeo, (*telum tormentumve miſſum adigi non poſſe*,) ita accipiatur, ut dicat, *telum* neque *Manu* neque *Tormento* miſſum eo adigi poſſe. Judicet Lector eruditus. CLARK. Nemo negare poteſt; quin *telum tormento miſſum* Latiniſſime dicatur: Eoque facit Lovan. Cod. *tormentove m.* & Leid. pr. *tormentorum m.* Nihilominus putem ego *telum tormentumve* ſana eſſe, & a librariis, qui non intelligebant, mutata. Optime jam olim Gruterus, qui prius conjecerat quoque *tormento emiſſum*, diſtinxit, *telum* a Caeſare vocari miſſile manu, at *tormentum* machina excuſſum: Adeo ut *tormentum* apud noſtrum non ſolum machina, ſed etiam telum ea excuſſum ſignificet, quod idem bene advertit Clarkius. Ex qua obſervatione patet non eſſe mutandum quoque c. 56. *Uti ne in eam telum tormentumve adigi poſſit.* l. IV. B. Gall. c. 25. *Atque inde fundis, ſagittis, tormentis hoſtes propelli.* lib. II. B. Civ. c. II. *Muſculus a noſtris ex turri telis tormentiſve defenditur.* c. 14. *E muro ſagittis tormentiſve fugientes perſequi.* Clarius infra c. 63. *tormentis cujuſque generis, teliſque terrebant.* & Hirt. B. Alex. c. 19. *Eos tormentis ex navibus, ſagittiſque depulerant.* Immo ipſum *tormenta mittere* adhibet auctor, nec interpretum quiſquam ſcrupulum movet l. II. c. 9. *Feneſtraſque ad tormenta mittenda in ſtruendo reliquerunt.* Immo & aliis auctoribus *tormentum* hoc ſenſu in uſu fuit. Clar. Waſſe in notulis ad me miſſis notavit Statii locum l. IX. Theb. 145.

Non illum inpacta moverent
Tormenta. nec non l. x, 859.
Nam jaculis, coeloque vagis ſpes unde ſagittis?
Verum avidi & tormenta rotant, & molibus urgent.

Uti & Curt. l. IV. c. 2. §. 9. *Non tormenta, niſi e navibus procul excuſſa, mitti.* At ſummus Gronovius, invitis licet MSS. legit ibi *tormento.* & apud Livium l. XXIV. c. 34. *Ut non ſolum miſſa tormento, ſed etiam quae pondere ſuo provoluta eſſent, graviter in hoſtem inciderent*: ubi olim perperam etiam *tormenta* edebatur. Rectius e Plinio adfertur *miſſile tormentum*, ut loquitur, de *jaculo* ſerpente l. VIII. c. 23. Eodem ſenſu Hiſpan. B. Auct. c. 13. *baliſta miſſa turrem dejecit.* Dein *adigi* tam hic, quam infra conſtanter exhibent MSS. cuncti & Edd. Vett. idque rectum eſſe docui ad l. IV. B. G. c. 24. *In litus telum adjici poſſet.*

1. COMMUNIT] Ob verba praeteriti temporis, quibuſcum hoc committitur, lege ex editt. *Ven. Steph. communiit*, vel ex MS. *Norvic.* & impreſſis *Rom. Beroald. communivit.* Utrum eligas, nihil refert. DAVIS. Optime poſtulante ipſa Temporum ratione, & adſentientibus MSS. Reg. & Voſſii. Al. *communit.* CLARKE. *Communiit* hic praetuli quoque cum MS. Lovan. aliiſque & Edd. Vaſcoſ. Gryph. &c. *Communivit* eſt in Leidd. Voſſ. & Ed. Med.

2. PARITER —— TENTAVERAT] Simul, eodem tempore. *Juſtinus* L. XVII. c. II. *Regnum Maco-*

legionis ſuſtinuit cohortibus III, atque eam loco depulit: altero Germani, munitiones noſtras [a] egreſſi, compluribus interfectis, ſeſe ad ſuos incolumes receperunt.

LIII. Ita uno die VI proeliis factis, III ad Dyrrhachium, III ad mu- 1
nitiones, quum horum omnium ratio haberetur, [1] ad duorum milium nu-
mero ex Pompejanis cecidiſſe reperiebamus, [b] evocatos, centurioneſque
complures. In eo fuit numero Valerius Flaccus L. filius, [c] ejus, qui prae- 2
tor Aſiam obtinuerat: [d] ſignaque ſunt ſex militaria relata. Noſtri non am-
plius [e] XX omnibus ſunt proeliis deſiderati. Sed in caſtello nemo fuit o- 3
mnino militum, [f] quin vulneraretur; quatuorque ex una [g] cohorte cen-
turiones oculos amiſerunt. &, quum laboris ſui [h] periculique teſtimonium
adferre vellent, milia ſagittarum circiter XXX in caſtellum [i] conjecta Cae- 4
ſari [k] renumeraverunt: ſcutoque ad eum relato Scaevae centurionis, [2] in-
venta ſunt in eo foramina CCXXX. Quem Caeſar, ut erat de ſe meritus,
& de Republica, [3] donatum milibus ducentis aeris ab octavis ordinibus 5
ad

VARIAE LECTIONES.

a *Aggreſſi* L. ſec. Carr. Edd. R. M. V. perperam. V. ad l. I. B. G. c. 44. b *evocati ſunt centuriones* c. Lov. *ev. & manipulares cent.* Edd. pp. Vaſc. Steph. Gr. poſt. Manut. Cellar. inepte, & e gloſſa. *& manipulares Cent.* L. ſec. *enecatos* V. c deeſt Sc. d *ſigna ſ.* Lov. e *quam XX* Lov. Pal. Edd. R. M. V. male. f *qui non* V. ut paſſim. *qui* L. pr. Pet. Lov. g *legione milites* V. h *periculi* L. pr. *& per.* Lov. *periculo t.* V. i *contexta* Sc. L. pr. k *numerav. remuner. renunciav.* MSS. quidam & Edd. pp. aliaeque.

Macedoniae cum vita pariter *amittit. Salluſtius* Jug. c. LXVIII. *Pariter cum occaſu ſolis.* Abeſt ſane vox a MS. *Norvic.* quod hanc ejus poteſtatem non caperet Librarius. DAVIS.

1. AD II MILIUM NUMERO] Locum hunc non eſſe corruptum oſtendit ſimilis locutio ſupra, l. II. B. G. cap. 33. *Occiſis ad hominum milibus IV.* Cujuſmodi conſtructionis exempla & ex aliis bonis auctoribus affert *Cellarius.* Aut igitur uſurpatur *ad* adverbialiter; ſicuti *circiter*; aut potius ſubeſt Ellipſis (*ad ſummam*) hoc in loco; (*ad numerum*) in priore illo CLARKE. *Lovan. Bongarſ.* tert. & *Norvic.* habent *ad duo millia numero*, quemadmodum *Faërnus* etiam reponendum cenſuit. *Carrar.* autem, *ad duorum millium numerum*, nec aliter *Gryphius* ac *Stephanus* ediderunt. Movendam tamen haud puto receptam lectionem, nam praeter *Sicennae* locum, qui legitur apud *Nonium* in *binum millium numero*, quemque *Ciacconius* adduxit; *Suetonius* in Julio c. XX. *ad viginti millibus civium* dixit, & *occiſis ad hominum millibus* IV. noſter de B. G. l. II. c. 33. Ac *ad viginti matronis per victorem accitis* Livius VIII, 18. DAVIS. *Cur. ſec. Numerum* eſt etiam in novitiis nonnullis Edd. Rectius MSS. plerique habent ad *duo milia numero.* B. Afric. c. 79. *vim hoſtium ad IV milia numero ſuſtinere.* Sed Petavianus cum Edd. Vetuſtiſſimis ſervat *ad II milia numero.* Palat. *ad eorum mil. numero.* Plura ſi vis exempla, vide de praepoſ. *ad* & *numero* ad lib. VIII. c. 4. *ad II milia nummûm.* & lib. I. B. G. c. 49. *hominum numero XVI milia.* vel etiam ad Hirt. B. Afric. c. 23. *numero ad II milium*, vel *ad numerum*: Pro *haberetur* Ciacconius volebat *iniretur.* Sed vide ad l. VII. c. 75. *frumenti rationem habere poſſent. Iniretur* ſi in MSS. eſſet, ſequerer. vide ibid. c. 71.

2. INVENTA SUNT IN EO FORAMINA CCXXX] Sic vulgati & Petavian. codex. Sed Pal. CXX. & Bong. *centum* XX. Et ſic quoque Suetonius *centum viginti ictibus*, item Celſus. Quare ita emendo, nec ſola Plutarchi auctoritas mihi tanti eſt, ut ideo & Suetonium, & Celſum in mendi ſuſpicionem trahi velim. VOSSIUS. Cellarius quoque e Suetonio & Val. Max. III, 2. repoſuit *CXX.* qui cum Manutio docet, a Plutarcho numerari tantum *centum & triginta*; atque ita eſſe in MS. Regio teſtatur Clarkius. Nec aliter Leid. ſec. Verum Scal. & Leid. pr. dant *CCXX.* Sed haec incerta. Adi viros doctos ad Suet. c. 68. item Flor. l. IV, 2, 41. Barth. ad Stat. II. Theb. 606. Nam & de ſagittarum numero intra vallum invento non conſtant. Suetonius *CXXX milia* dicit: unde pro *circiter* Manutius, Urſinus & alii hic *centum* reponunt, vel contra *circiter* in Suetonio.

3. DONATUM M. D. AB OCT.] Editi habent (*donatum millibus ducentis* aeris) ſed vocem illam *aeris* ſuſpectam habent viri docti. Teſtatur Ciacconius

ad ¹ Primipilum ſe ᵃ tranſducere pronunciavit: ejus enim ᵇ opera caſtellum ᶜ magna ex parte conſervatum eſſe, conſtabat. cohortemque ᵈ poſtea du-
6 plici ſtipendio, ² frumentove ᵉ & ſpéciariis militaribuſque donis ampliſſi-
me donavit.

VARIAE LECTIONES. LIV.

a *Reducere* Lov. b *ope* MSS. Urſ. & mei 5. non male. *opere* L. pr. c Sic MSS. non *conſ. eſſe m. ex p.* abeſt *eſſe* a L. pr. d deeſt Ciac. L. ſec. V. Edd. Vaſc. Steph. Str. Gr. poſt. & uncis incluſit Scaliger. e vulgo *frumento*, *vel ſp.* Ed. Elz. *fr. ut ſp.*

conius eam ex Codice ſuo abeſſe, & Daviſius abeſſe eam ex Codice Elienſi; ſed falluntur. Non enim prorſus abeſt. Sed in iſtis Codicibus ſcriptum eſt (*atque*:) Id quod alii mutarunt in (*aeris*) MS. Regius plane exhibet (donavit *millibus ducentis*, atque *ab octavis &c.*) Quam demum veram eſſe exiſtimo lectionem. CLARK. Cum Regio facit Leid. ſec. ſed ut opinor, interpolate. Edd. Vett. uſque ad Scaligeranam exhibent *donavit millibus ducentis aeris* (vel *aer. duc.*) *atque ab*. Urſinus teſtatur in ſuo Codice eſſe *donatum M. ducentis ab oct.* ut edidit Clarkius. Sed reliqui MSS. mei praebent *donatum m. duc.* (ſolus *aeris* addit Bong.) *atque ab oct. ord.* An *donatum ivit* reliquit Caeſar? An vero conſtructio eſt *pronunciavit donatum*, ut & ſcilicet pronunciavit, *ſe tranſducere* &c? ſed potius ulcus latere puto in τῷ *atque*. Videant acutiores.

1. PRIMIPILUM] Cum *Primus pilus* ordo ſit, *Primipilus* is, qui ordinem ducit; ſermo autem hic ſit, non de homine, ſed de ordine; merito exiſtimant viri doctiſſimi Aldus Manutius & Cellarius, reſcribendum hic ex antiquo Codice (*ad primum pilum*) CLARK. Sic & Ciaccon. Ipſe Centurio vocatur *primus pilus*, *primi pilus & primipili*. Vide ad l. 11. B. G. c. 25. Sed an Ordo vocari poſſit *primipilus* pro *primuspilus*, dubito. Mei tamen Codices mordicus id retinent. Poſſet conjici legendum *ad primi pili* ſc. ordinem. Sed fors *primipilus* pro ipſo ordine ponitur, ut *princeps* & *haſtatus* pro illis ordinibus ſumuntur: unde *ducere principem* apud Ciceronem. Adi Lipſ. de Mil. l. 11. Dial. 8.

2. FRUMENTO, VEL SPECIARIIS MILITARIBUSQUE DONIS AMPLISSIME DONAVIT] Locum depravatum jampridem ingens criticorum turba infeliciter tentavit: Victorius *frumento*, *veſte diariis*. Cujacius *frumento veſte cibariis*. Ellebodius *frumento*, *veſtiariis*. Alii, *frumento*, *ſpecioſiſque aliis militaribus donis*. Omnes tantundem dixere, & Caeſarem ex eorum mente ſcripſiſſe nullus affirmare. quod ſciam, auſit, certe probare nequibit. Ego primo legebam: *frumento*, *haſtis puris*, *militaribus donis ampliſſime donavit*. Ubi ne id quidem ſatis placebat, repoſui, *frumento*, *veſte*, *armillis*, *militar. donis*. Nam armillas etiam datas totis cohortibus ex Livio probari poteſt, qui ait l. x. *quatuor centuriones*, *manipulumque haſtatorum*, *armillis aureiſque coronis donat*. Sed egregia ſunt Zonarae verba Tom. 11. Annal. qui percurſis omnibus militaribus donis, tandem ait, καὶ οὐ καθ' ἄνδρα μόνον ἀριστεύσαντι ταῦτα ἐδίδοτο, ἀλλὰ καὶ λόχοις, καὶ στρατοπέδοις ὅλοις παρείχετο. *Atque haec non uni tantum militi*, *qui ſtrenue ſe geſſiſſet*, *dabantur*, *verum & manipulis*, *ac totis legionibus*. Sed jam ne ipſe quidem arbitror ita Caeſarem ſcripſiſſe: & ſuccurrit conjectura, quam adeo probo, ut non dubitem ipſum Caeſarem ita ſcripſiſſe. Ea eſt: *frumento veſte & aliis militaribus donis ampliſſime donavit*. Pretium autem eſt literas literis conferre, ne quis audaciae hic locum eſſe putet: in v.v. cc. erat *frumento veſpe ciariis militaribuſque*. Nos mutamus: *frumento veſte & aliis militaribus donis*. Nam τὸ *que* quod voci *militaribus* adhaeret, ortum eſt ex perturbatione ſenſus. Ita habemus hic duplex ſtipendium: & frumentum, haud dubie etiam duplex: nam id ſolitum arguit vetus lapis extra Eboram, cui inſcriptum:

D. M. S.
C. ANTONIO. C. F. FLA
VINO. VI. VIRO. IVN.
HAST. LEG. II. AVG. TORQ.
AVR. ET. AN. DVPL. OB. VIRT
DONATO. IVN. VERECVN
DA. FLAM. PERP. MVN. EBOR
MATER. P. C.

Ubi vides torque aureo & annona duplici donatum ob virtutem. & idem eſt annona duplex, ac frumentum. Veſte etiam Caeſar cohortem donavit; nimirum *pura*. Exempla obvia ſunt: inter caetera hoc Livii lib. VII. *Milites*, *qui in praeſidio ſimul fuerant*, *duplici frumento in perpetuum*; *in praeſentia ſingulis bobus*, *biniſque tunicis donati*. Per alia militaria dona, intellige armillas, haſtas puras, aut, quae ſimilia, obſidionales coronas, aut torques. VOSSIUS. Locus in MSS. corruptus. Codices antiquiſſimi habent; (*frumento*, *veſpe*, *ciariis*, *militaribuſque donis*.) Unde Voſſius feliciſſima conjectura extudit; (*frumento*, *VESTE*, *ET ALIIS militaribus donis*.) Nam illud (*que*,) quod voci (*militaribus*) adhae-

ſit,

LIV. Pompejus, noctu magnis additis munitionibus, reliquis diebus 1
turres exſtruxit; & in altitudinem pedum xv effectis operibus, vineis eam partem [a] caſtrorum obtexit; & v intermiſſis diebus [1] alteram [b] noctem ſub- 2
nubilam nactus, [2] exſtructis [c] omnibus caſtrorum portis, & ad inpediendum objectis, tertia inita vigilia, ſilentio exercitum eduxit, & ſe in antiquas munitiones recepit.

LV. Aetolia, Acarnania, [d] Amphilochis per [e] Caſſium Longinum, & 1
Calviſium Sabinum, ut [f] demonſtravimus, receptis, tentandam ſibi [g] Achajam, ac paullo longius progrediendum, exiſtimabat Caeſar: itaque eo [h] Fuſium Kalenum miſit; [3] & Q. Sabinum, & Caſſium cum cohortibus [4] adjungit.

VARIAE LECTIONES.

a Abeſt Pet. B. V. b *altam* V. *ſubnubilem* Edd. qdd. c deeſt Lov. d *Amphilocris* Edd. pp. *Amphilocis* MSS. qdd. e *Caſ. p. L.* Pet. *&* abeſt L. pr. f *ſupra d.* L. pr. Nihil de his dictum: adeoque hoc ex iis, quae deſunt. g *A. exiſtimabat* L. pr. h deeſt L. pr. Pal. *Q.* Pet. Lov. *que* V. *Fuſium* vulgo, ut ſemper.

ſit, ex ſententiae perturbatione ortum non dubitat. Mire firmat Viri doctiſſimi conjecturam, quod in MS. Regio repperi; nempe voculam illam (*que*) poſt (*militaribus*) abeſſe; alteram autem voculam (*&*,) quam interpoſuit Vir doctiſſimus, item in MS. poſt (*frumentove*) comparere. CLARK. *frumentove & ſpeciariis.* Sic quidem exhibui, ſecutus Editiones primas, item Baſil. Vaſcoſ. Steph. aliaſque: quae lectio invenitur etiam in Lovan. & Leid. ſec. ac vindicatur a Jac. Durant. Caſellio l. II. Variar. c. 15. Ut *ſpeciaria dona* ſint triticum, lardum, oleum, vinum, &c. quae a JCtis *ſpecies* dicuntur. Mihi commentum non placet. Potius enim dixiſſet *frumentoque:* licet non negem, *ve* aliquando conjungere, non vero disjungere. Turnebus l. XXVII. Adverſ. c. 24. emendat *Veſte, pecuniariis militaribus.* Ant. Auguſt. *fr. veſte, pecunia aliiſque militaribus d.* Victorio adſentitur Stewechius ad Veget. l. II. c. 7. *Qui binas conſequebantur annonas.* Voſſio proxime accedit Faernus *fr. veſte, vel aliis militaribus donis.* De *pecunia* & *veſte* & *aliis* donis vide ad Frontin. l. IV, 7. §. 36. Etiam MSS. mei cum Edd. Beroald. Ven. &c. habent *frumentove ſpeciariis militaribusque d.* Niſi quod *& ſp.* ſit in Lov. ac *que* abſit a Voſſ. Immo conjectura *veſte & aliis militaribus donis* egregie confirmatur a codice Leid. ſec. qui dat *frumentove & ſpecialiis militaribus donis.* In Leid. pr. eſt *militibuſque donis ampliſſimis. Veſte* placet: ſed inſuper videtur Caeſar dicere, ſe univerſam cohortem ſtipendio frumento veſteque duplici, ſed ſpeciatim aliquos ex cohorte ſingularibus donis militaribus donaſſe. Nec videntur librarii vulgarem vocem *aliis* tam mire corrupturi fuiſſe.

1. ALTERAM NOCTEM SUBNUBILAM NACTUS] Ait Ciacconius & Fulvius: *vel illud alteram abundat, vel aliquid deeſt, quod de Pompejo dictum ſit, qui ſubnubila nocte aut caſtra moviſſet, aut ad munitiones acceſſiſſet.* Falſum: nec abundat, nec deeſt quidquam. Statim enim praemiſit Caeſar: *Pompejus noctu magnis additis munitionibus.* VOSS.

2. EXSTRUCTIS O. CASTRORUM PORTIS, ET AD IMPEDIENDUM OBJECTIS] Deeſſe videtur (*cratibus*) aut aliquid ſimile. (*& cratibus ad impediendum objectis* &c.) CLARK. Non magis ego capio, quid ſit *exſtructis portis.* Ciaccon. conjicit *obſtructis o. c. portis & foſſis ad imp. objectis* ex l. v. B. Gall. c. 51. *obſtructis in ſpeciem portis.* ac l. I. B. Civ. c. 27. *portas obſtruit, foſſas transverſas viis praeducit. Obſtructis* etiam margini adſcripſerant Lipſius & Perizon. immo ediderunt jam ita Vaſcoſ. Steph. Strada, Gryph. poſt. & liquido inveni in Scalig. ac Leidenſi primo. *portaſque obſtrui* l. v, c. 50. & paſſim apud alios. Ill. Heinſ. excidiſſe putabat *terra*, ut fuerit *exſtructis portis & obtectis terra.* Verum non potuit Pompejus tum demum exſtruxiſſe portas. Non enim habuit caſtra ſine portis. Nec videtur tunc eas obſtruxiſſe: Unde enim tunc egreſſus eſt & eduxit exercitum? Forte ſcribendum *deſtructis portis, & ad inpediendum objectis*, ſenſu clariſſimo. *&* non comparet in Bong. Voſſ. nec Edd. primis.

3. ET Q. SABINUM] Non mala videtur Ciacconii conjectura qui reſcribit *& C.* (Scil. *Calviſium*) *Sabinum* jam ſupra memoratum. CLARK. At melior eſt Glandorpii conjectura *eique Sab.* quam & orae libri ſui adlevit Lipſius. *Cajus* ab Appiano vocatur & a noſtro hujus libri c. 34. Numerum autem *cobortium* excidiſſe non inmerito ſuſpicatur Glareanus.

4. ADJUNGIT.] Videri poſſit legendum, *adjunxit*; propter praecedentem, *miſit.* Sed hoc (ut dixi) non prorſus neceſſarium, cum tanquam

 prae-

2 jungit. Quorum cognito adventu, Rutilius Lupus, qui Achajam, miſſus
a Pompejo, obtinebat, [1] Iſthmum [a] praemunire inſtituit, ut Achaja [b] Fu-
3 ſium prohiberet. Kalenus Delphos, Thebas, [c] Orchomenum [d] voluntate
ipſarum civitatum recepit: [2] nonnullas urbes per vim expugnavit: [e] reli-
quas civitates, circummiſſis legationibus, [3] amicitiâ [f] Caeſari conciliare
ſtudebat. In his rebus fere erat Fufius occupatus.
1 LVI [g] Omnibus deinceps diebus Caeſar exercitum in aciem aequum in
locum produxit, ſi Pompejus proelio decertare vellet, [h] ut paene caſtris
Pompeji legiones ſubjiceret: tantumque a vallo ejus prima acies aberat,
4 uti [i] ne in eam telum tormentumve adigi poſſet. Pompejus autem, ut

a fa-

VARIAE LECTIONES.

a *Stumum* & *Stbumum* MSS. *Iſtum* Lovan. *ſcrinium* Edd. pp. b *fluvium* Sc. L. pr. c *&* O. MSS. plerique & Edd. Vett. V. ad l. IV, 15. *Orcomoneum* vel *Orcomeneum* Pet. p. L. pr. Lov. *Ortomenium* Edd. pp. d *de vol.* B. V. & Edd. Vett. ante Urſ. e *Stumum praemunivit* addit Lov. f vulgo *Caeſaris. amicitiae* Edd. Rec. *reconcil.* V. & Edd. pp. Ber. g *Omnium d. C. exercituum ac.* &c. MSS. Ciacc. Pal. L. ſec. *o. copiis deinceps.* B. Ed. Fl. *diebus* abeſt etiam a V. h *& ſubiere* Lov. Palat. *ſubjicere* L. pr. *& ſubjecit* Ciacc. Pal. L. ſec. Reg. male. V. ad l. III. B. G. 14. i deeſt L. ſec. Lov. in quibus etiam *ut*. *In eam* abſunt a Pet. L. pr. V. Sc. Urſ. *in eum* Lov. *in* deeſt Pal. *adjici* etiam Edd. qdd.

praeſens narretur res praeterita. CLARK. V. ad l. II. c. 26.

1. ISTHMUM PRAEMUNIRE INSTITUIT, UT ACHAJA FUSIUM PROHIBERET] Iſthmum Achaicum, hic Corinthiacum intellige. Nam Achajam temporibus hiſce totam Graeciam fere vocaverunt, quia cum ea a Romanis vinceretur, principatus Graeciae penes Achaeos erat. At quaerat quiſpiam, cur Lupus, Calenum Achaja prohibere cupiens, Iſthmum praemuniverit. Nimirum ne in Peloponneſum penetraret: nam & haec Achaja eſt: adeoque in illa eſt etiam Achaja, quam propriam vocat Ptolemaeus. Etſi non illuc reſpexerit Caeſar: ſed locutus ſit more Romanorum, quibus in Achaja quoque Corinthus & aliae Peloponneſi urbes cenſebantur. Abſque hoc hiſtoriam intelligere nequeas. VOSSIUS.

2. NONNULLAS PER VIM EXPUGNAVIT] MSS. & impreſſi vett. exhibent *nonnullas* urbes *per vim expugnavit*, ſed eam vocem, jubente *Pet. Ciacconio*, omiſit *Joſ. Scaliger*; quod nollem factum: hic enim aliud eſt *urbs*, aliud *civitas*; illa vox ipſum oppidum denotat, haec urbium incolas. DAVIS. *Nonnullas per vim expugnavit; reliquas civitates, &c.*) Ita ediderunt Scaliger & Recentiores. Daviſius ex MSS. & Editt. Vett. omnino reſtituendum exiſtimat, (*nonnullas* Urbes *per vim &c.*) propterea quod aliud ſit *Urbs*, aliud *Civitas*. Quod quidem veriſſimum eſt. Et MSS. optimorum lectio ſequenda. Defendi tamen poteſt Scaligerana lectio, quia tam queat *Civitas* (hoc eſt, tota regio) expugnari, quam *Urbs*; meliuſque etiam cohaerebit ſequens illud (*reliquas civitates*,) ſi praecedens (*nonnullas*,) *civitates* itidem intelligatur, non *urbes*. CLARK. *Urbes* e Gloſſa fuiſſe natum, ſuſpicari poſſes e Lovan. qui habet *civitates*. Immo abeſt omnino a Leid. ſec. Mihi tamen nequaquam abundare videtur. Civitatum ſive civium voluntate nonnullas urbes recepit, nonnullas per vim expugnavit. Reliquas civitates ſive regiones per amicitiam Caeſari conciliavit.

3. AMICITIAE CAESARIS CONCILIARE STUDEBAT] Ita primus Scaliger edidit, repugnantibus MSSis, in quibus eſt *amicitia*. Ego vero veterem lectionem repono, levi correctiuncula ex Petav. & vet. cod. noſtro: *amicitia Caeſari conciliare ſtudebat*. Opponit Caeſar, quod antea dixit, *per vim*, & *amicitiam*. Nobis uſitatiſſimus mos loquendi, *met goeden wille ende vriendſchap*: etiam, *met goedlyke onderhandelinge*. idem hic vult Caeſar. VOSSIUS. Cum in pleriſque MSS. ſit (*amicitia*;) non (*amicitiae*;) mire placet D. Voſſii conjectura, qui ex duobus MSS. quibuſcum facit & MS. Elienſis, reponit (Amicitia Caeſari *conciliare*) ut ſcilicet illud *amicitia* opponatur praecedenti τῷ *per vim* CLARK. *Amicitiae* Ciacconii & Faerni eſt conjectura, contra MSS. ni forte excipias Leid. pr. Rectum eſt *Amicitia* i. e. per amicitiam, ut lib. II. c. 28. *Contumelia* i. e. per contumeliam. ubi vide plura. *Caeſari* itaque merito jam olim conjecit Hotomanus. Sic l. V. c. 4. *eos Cingetorigi conciliavit*. lib. VII. c. 15. *Eam civitatem Arvernis conciliat*.

4. UTI NE IN EAM TELUM TORMENTUMVE ADIGI POSSET] Emendo ut ſupra ex Bongarſ. *telum tormento*. VOSSIUS. Sic edidit *Joſ. Scaliger*; at MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* re-

prae-

[a] famam & opinionem hominum teneret, [b] ſic pro caſtris exercitum conſtituebat, ut tertia acies vallum contingeret; [1] omnis [c] quidem inſtructus exercitus [2] telis ex vallo abjectis protegi poſſet.

LVII. Haec quum in Achaja, atque apud Dyrrhachium gererentur, 1
Scipionemque in Macedoniam veniſſe, conſtaret; non oblitus priſtini inſtituti Caeſar, mittit ad eum Clodium, ſuum atque illius familiarem; quem ab illo tranſditum initio, & commendatum, [d] in ſuorum neceſſariorum numero habere [e] inſtituerat. Huic dat litteras, [f] mandataque ad eum: [g] quorum 2
haec erat ſumma: *Seſe omnia de pace* [h] *expertum, nihil adhuc arbitrari factum, vitio eorum, quos eſſe auctores* [i] *ejus rei voluiſſet: quod ſua mandata perferre* [k] *non obportuno tempore ad Pompejum vererentur: Scipio-* 3
nem ea [l] *eſſe auctoritate, ut non ſolum libere, quae probaſſet, exponere; ſed ètiam* [m] *magna ex parte compellere, atque errantem regere poſſet: praeeſſe* [n] *autem ſuo nomine exercitui; ut, praeter auctoritatem, vires quoque ad coërcendum haberet: quod ſi feciſſet, quietem* [o] *Italiae, pacem* 4
provinciarum, ſalutem [p] *imperii, uni omnes acceptam relaturos.* Haec 5
ad eum mandata Clodius refert. Ac primis diebus, ut videbatur, libenter auditus, reliquis ad conloquium [3] non admittitur; caſtigato Scipione 6
a Favonio, ut poſtea confecto bello reperiebamus: infectaque re, ſeſe ad Caeſarem [q] recepit.

VARIAE LECTIONES. LVIII.

a *Fama op.* V. *f. opinionemque* Ciacc. Lov. Pet. P. L. ſec. bene. *retin.* B. ſed V. c. 52. b deeſt Lov. *ſed* V. c vulgo *omniſque ejus* & dein *adjectis.* d deeſt Palat. ſed V. ad l. VI, 6. e *conſt.* Pet. Lov. f *mandatque* Lov. V. g *quarum* Pet. P. Lov. h *experta* Pet. L. pr. i *ei* L. ſec. *rei* abeſt a Lov. k deeſt Carr. Edd. Vaſc. Steph. Str. Gr. poſt. l Sic MSS. non *a. eſſe.* m abeſt a Lov. Adi ad l. VIII, 52. n Sic MSS. non *ex m. compellare* MSS. 3. & *rogare* L. ſec. o *que* L. ſec. *enim* conj. Ciaccon. *q. in urbe* L. ſec. p *imperio* Lov. L. pr. V. male. q *recipit* Pal. Edd. qdd.

praeſentant *telo tormentove adigi poſſet*, unde reponit *Pet. Ciacconius*, *tela tormentave adigi poſſent.* Sed reſcribendum *telum tormento adigi poſſet*, ut habet MS. *Bong.* probante *D. Voſſio.* Hanc ſane veram eſſe lectionem res ipſa clamat. Vide notat. ad hujuſce libri cap. LII. DAVIS. *Telum tormento adigi*, edidit quoque Clarkius. Nimis temere, ut vidimus ſupra. MSS. tamen omnes reliqui, etiam Urſini & Edd. primitus cuſae habent *telo tormentove adigi*; niſi quod in Palat. ſit *telo tormentorio.* Quid ſi hic legamus? *uti ne telo tormentove adjici* ſcilicet acies *poſſet.* Ut dicatur *adjicere* vel *adigere telum* in aliquid & *adjicere telo.* i. e. tangere & ferire telo. Ampliandum cenſeo.

1. OMNISQUE EJUS EXERCITUS] Multo elegantius Petav. Scal. Lovan. Pal. & Voſſ. *Omnis quidem exerc.* quaſi dicat *at vero omnis.* In Leid. ſec. eſt *omnis exerc.* Leid. pr. haec a voce *Pompejus* uſque ad finem capitis non agnoſcit. Haec vis voculae *quidem* jam in Lexicis notata eſt.

2. TELIS EX VALLO ADJECTIS] Sic vulgò e conjectura Manutii nunc edi videas: cum Brutus conjecerit *objectis*, & in Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. ſit *injectis.* Fruſtra *Abjectis* habent MSS. omnes & Edd. principes. Optime, quod & bene retinuit Cellarius. Dicit auctor totum exercitum potuiſſe protegi a telis, quae temere e vallo jacerentur, ſi hoſtis invadere voluiſſet. Vide ad l. V, 48. *Ut tragulam intra munitiones caſtrorum abjiciat.* Non vult, tela adjici potuiſſe uſque ad exercitum, ſed potuiſſe mitti ſupra caput militum in quoſcumque aggreſſores.

3. NON ADMITTITUR. CASTIGATO SCIPIONE A FAVONIO] Sic quidem interpungunt editt. veteres, quas ſecuti ſunt *Juſt. Lipſius*, & *Joſ. Scaliger*, quod mihi ſane mirum videtur, cum ipſe ſenſus oſtendat eam diſtinctionem eſſe vitioſam. Emenda *ad colloquium non admittitur*, *caſtigato Scipione a Favonio* &c. Objurgarat Scipionem Favonius, quod mandata Caeſaris libenter audiiſſet: quam ob cauſſam poſtea Clodius in colloquium non

1 LVIII. Caeſar, quo facilius equitatum Pompejanum ad Dyrrhachium
contineret, & pabulatione prohiberet, aditus duos, quos [a] eſſe anguſtos
demonſtravimus, [b] magnis operibus praemunivit: caſtellaque his locis [c] po-
2 ſuit. Pompejus, ubi nihil [d] profici equitatu cognovit, paucis intermiſſis
3 diebus, rurſum eum navibus ad ſe intra munitiones [e] recipit. Erat ſumma
inopia pabuli, adeo ut foliis [f] ex arboribus ſtrictis, & [g] teneris arundinum
4 radicibus contuſis equos alerent: frumenta enim, quae fuerant intra mu-
nitiones ſata, conſumſerant; [h] & cogebantur Corcyra, [i] atque Acarnania,
longo interjecto navigationis ſpatio, [k] pabulum ſubportare; [l] quoque erat
ejus rei minor [m] copia, hordeo adaugere, atque [n] his rationibus [o] equita-
5 tum tolerare. Sed poſtquam non modo hordeum, pabulumque omnibus
[p] locis, herbaeque deſectae; ſed etiam [1] fructus [q] ex arboribus deficiebant,
[2] conruptis equis macie, conandum ſibi aliquid Pompejus de eruptione
exiſtimavit.

1 LIX. Erant apud [r] Caeſarem ex equitum numero Allobroges duo fra-
tres [s] Roſcillus & Aegus, Adbucilli filii, qui [3] principatum in civitate mul-
tis annis [t] obtinuerat; ſingulari virtute homines, quorum opera Caeſar
2 omnibus [v] Gallicis bellis optima fortiſſimaque erat uſus. [w] His domi ob has
cauſſas ampliſſimos magiſtratus mandaverat; atque eos extra [x] ordinem
in ſenatum legendos curaverat: agroſque in Gallia ex hoſtibus captos, prae-
miaque rei pecuniariae magna tribuerat; locupleteſque ex egentibus [y] fe-
3 cerat. Hi propter virtutem non ſolum apud Caeſarem in honore erant;
ſed etiam [z] apud exercitum cari habebantur: ſed freti amicitia Caeſaris, &
ſtulta

VARIAE LECTIONES.

a *Anguſtiſſimos* L. pr. b deeſt Pet. c *inpoſuit* V. d *proficere equitatum* L. ſec. Pal. B. Edd. Vett. praeter Flor. Male. V. ad l. IV, 19. e *recepit* MSS. & Edd. qdd. f *arboris* L. pr. g *tenera har.* L. pr. *in ar.* V. h deeſt copula Pet. L. pr. bene. Idem *a Corcyra*, ut alibi. i exſulat Lov. k *pabula* Lov. l *quodque* L. ſec. m deeſt Lov. *hordea* MS. Ciacc. n *ipſis* Pal. o exſulat Lov. p Sic Pet. L. pr. ſec. Pal. Lov. & alii non *in l. herbaque deſecta* Lov. L. ſec. q vulgo *frons deficiebat. de arb.* Lov. Palat. r *Caeſaris equitatum* Lov. *ex* deeſt L. pr. Sc. s *Raucillus* Sc. L. pr. *Roucillus* Pet. P. Lov. quod videtur verius. Vide VV. LL. c. 79. dein *Egus* MSS. *Egeus* L. ſec. Mox *Abducilli*, *Abucilli*, *Adbucilii*, *Adbualli* MSS. t *obtinuerant* Lov. L. ſec. v *Gallis* V. Sc. w *hos* ſine *magiſtr.* Lov. *Hiſdem ob* L. 2. x *ordines* L. pr. y Sic MSS. omnes, non *effec.* z *exercitui* V.

non admittitur. Si vulgatam interpunctionem ſerves, hiulca erit oratio. DAVIS.

1. FRONDES —— DEFICIEBANT;] In MSS. & Editt. Vett. eſt (*fructus*:) corrupte. Ciacconius emendat, (*ſtrictus*:) Quod durum eſt. Daviſius edidit, (Frons —— *deficiebat.*) CLARK. Nimis audacter Cellarius, Amſtel. Lugd. & Davis. ediderunt *frons deficiebat*, conjecturam ſequentes Faerni, qui volebat *frondes deficiebant.* Quum in Vett. Edd. ſit *fructus deficiebant:* quomodo item habent Cujac. Pet. Bong. Leid. ſec. Voſſ. Lovan. & alii. Quod mutare non auſus ſum, licet *deficiebat* ſit in Scalig. & Palat. In Leid. pr. tantum legas *herbaeque deficiebant.* Antiquum *Fruns* in *fructus* abire potuit. Verum MSSti ſequendi ſunt.

2. CORRUPTIS EQUIS MACIE] Non multo aliter cap. LXIV. *corruptum timore* dixit. Sed & auctores *corruptum* pro macilento uſurpant. *Plautus* Amphit. Act. V. Sc. 1, 6. *Corrupta ſum, atque abſumta ſum.* *Phaedrus* l. II. Fab. VIII, 21. *Et quia corruptos nuper viderat boves.* Similis eſt verbi ratio apud *Propertium* lib. III. El. XIII. 20. DAVIS.

3. PRINCIPATUM IN CIVITATE] Lov. Leid. pr. Scal. Palat. Bong. *in civitatem.* Quod non haberi debet pro nihilo. Auctor tamen l. I. c. 3. B. G. *Principatum in civitate obtinebat.* De hoc caſu alibi

ſtulta ac barbara adrogantia [a] elati deſpiciebant ſuos, [1] ſtipendiumque equitum fraudabant, & praedam omnem domum [b] avertebant. Quibus illi 4
rebus permoti univerſi Caeſarem adierunt, palamque de eorum injuriis ſunt queſti; & ad cetera addiderunt, falſum ab his equitum numerum [c] deferri, quorum [d] ſtipendium averterent.

LX. Caeſar neque tempus illud [e] animadverſionis eſſe exiſtimans, & 1
multa virtuti eorum concedens, [2] rem [f] totam diſtulit; illos ſecreto caſtigavit, quod [g] quaeſtui equites haberent, monuitque, ut [3] ex ſua amicitia omnia exſpectarent, [h] & ex praeteritis ſuis officiis reliqua ſperarent. Ma- 2
gnam tamen haec res [4] illis [i] obſenſionem & contemtionem ad omnes adtulit: idque ita eſſe, [k] quum ex aliorum objectationibus, tum [l] etiam ex domeſtico judicio atque animi conſcientia intellegebant. Quo pudore ad- 3
ducti, & fortaſſe non ſe liberari, ſed in aliud tempus reſervari arbitrati, diſcedere [m] a nobis, & novam tentare fortunam, novaſque experiri amicitias conſtituerunt: & cum paucis conlocuti clientibus [n] ſuis, quibus tan- 4
tum facinus committere [o] audebant, primum conati [p] ſunt praefectum equitum, C. Voluſenum, interficere, ut poſtea, bello [q] confecto, cognitum eſt; ut cum munere aliquo perfugiſſe ad Pompejum [r] viderentur. Poſt- 5
quam [5] id difficilius viſum eſt, neque facultas perficiendi dabatur, quam [a] maxi-

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt Edd. R. M. V. b *divert.* L. ſec. c *ref.* Edd. Vaſc. Steph. & aliae. d *ſtipendia* Lov. e *Adverſ.* Scal. f Sic MSS. non *d. t.* g *quaeſtu* L. pr. & Ciacc. V. ad l. 1. B. G. 16. *equites* deeſt Pet. Contra *m. equites* Lov. V. L. ſec. B. Pal. & Edd. ante Urſ. h abeſt V. *ſpectarent* Ed. Elz. i exſulat V. k *tum* MSS. 3. *objectionibus* Carr. l deeſt Edd. pp. *aut* L. pr. m *ab* V. *a noſtris* B. & Edd. Vett. n abeſt L. ſec. o *auſi ſunt* Pet. p deeſt V. q *perſ.* Pal. r *tranſierunt v.* Lov. *poſt id* Pal.

ſu alibi multa congeſſimus.

1. STIPENDIUMQUE EQUITUM FRAUDABANT] Uſitatior eſt loquendi formula *ſtipendio equites fraudabant*, at hujuſce non deſunt exempla. *Hyginus* Fab. LXXXIX. pag. 144. *Quod & ipſum Laomedon fraudavit*, ubi vide *Th. Munckerum*. Eodem modo locutus eſt idem ſcriptor Fab. CCXXIX. DAVIS. Vide Cl. Drak. ad Liv. IV, 12. §. 10.

2. REM DISTULIT] In Ciaccon. MS. eſt. *diſpulit:* unde conjicit *rem palam diſpulit*: quaſi non crederet veram, ſe ſimulans vulgo. Fruſtra.

3. EX SUA AMICITIA OMNIA EXSPECTARENT, ET EX PRAETERITIS SUIS OFFICIIS RELIQUA SPERARENT] Ultimam verborum bigam delevit *Pet. Ciacconius*, cujus judicium ſecutus *Joſ. Scaliger*, eas voces in ſua editione uncinis cinxit. Mihi quidem ſtat, locum eſſe corruptum, ſed qui leniore medicina ſanari poſſit, ſi legamus *ex ſua amicitia omnia ſperarent, & ex praeteritis ſuis officiis reliqua ſpectarent*. Elegans hicce *ſpectandi* uſus videtur in cauſſa fuiſſe, cur imperiti Librarii *noſtrum* corruperint. Alioquin haec verba paſſim inter ſe confunduntur. DAVIS. Ciacconius & Scaliger delent (*reliqua ſperarent.*) Sed iſto modo hiulca fit & inelegans oratio. Daviſius emendat, (*omnia ſperarent, —— reliqua ſpectarent.*) Sed nec hoc Caeſarem ſapit. Ego, ſiquid mutandum, ſcriberem potius; (—— *omnia ſperarent, —— reliqua exſpectarent.*) Nam licet (*ſpectarent*) idem nonnunquam ſit ac (*exſpectarent;*) at non tamen hic videtur ſatis eleganter convenire. Sed praeſtat omnibus vulgata Lectio. Niſi hujuſmodi forte magis placeat tanſpoſitio; (*ut ex praeteritis ſuis officiis omnia exſpectarent, & ex ſua amicitia reliqua ſperarent.*) Sed ſine Codicibus nihil audendum. CLARKE.

4. ILLIS OFFENSIONEM ET CONTEMPTIONEM AD OMNES ATTULIT:] Editi male diſtinguunt, (*illis offenſionem, & contemptionem ad omnes;*) quaſi inter ſe opponerentur (*illis*) & (*omnes.*) Cum ſenſus ſit, (*attulit offenſionem & contemptionem illis ad omnes.*) IDEM.

5. ID DIFFICILIUS V.] MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii (*id* facinus *viſum eſt*) Ut forte legi debeat (*id* facinus difficilius *viſum eſt*) CLARKE. *Facinus* eſt quoque in Petav. *facilius* in Leid. pr. & Scalig.

[a] maximas potuerunt, pecunias mutuati, [1] proinde [b] ac ſuis ſatisfacere, & fraudata reſtituere vellent, multis [c] coemtis equis, ad Pompejum tranſierunt cum iis, quos ſui conſilii participes habebant.

1 LXI. Quos Pompejus, quod erant honeſto loco nati, & inſtructi liberaliter, magnoque comitatu, & multis jumentis venerant, virique fortes habebantur, & in honore apud Caeſarem [d] fuerant; quodque novum, & praeter conſuetudinem acciderat, [2] omnia ſua praeſidia circumduxit, atque
2 oſtentavit. Nam ante id tempus nemo aut miles, aut eques, a Caeſare ad Pompejum tranſierat; quum paene quotidie a Pompejo ad Caeſarem perfugerent, [3] vulgo vero [e] univerſi in Epiro, atque Aetolia conſcripti mili-
3 tes, earumque regionum omnium, quae a Caeſare [f] tenebantur. Sed hi, cognitis omnibus rebus, ſeu quid in munitionibus perfectum non erat, ſeu quid a peritioribus rei militaris deſiderari videbatur, [g] temporibuſque rerum, & ſpatiis locorum, [4] & cuſtodiarum varia diligentia animadverſa, prout cujuſque eorum, qui negotiis praeerant, aut natura aut ſtudium ferebat, haec ad Pompejum [h] omnia detulerant.

VARIAE LECTIONES. LXII.

a *Maximam pecuniam* Lov. *petierunt* V. b vulgo *perinde ac ſat.* c *exemtis* V. *emtis* Lov. *multis* deeſt Carr. d *fuerunt* MSS. 6. e deeſt vulgo. f *tenerentur* Pet. g *que* abeſt a V. h deeſt Lov. vulgo *detulerunt* contra MSS. pleroſque & vetuſtiores.

Scalig. a m. pr.

1. PERINDE AC SATISFACERE] Sic *Ciacconii* liber, cujus fidem ſecutus eſt *Joſ. Scaliger*. Reliqui omnes *perinde ac* ſuis *ſatisfacere*; quorum conſenſus non eſt ſpernendus, cum huic verbo *Dativum caſum* alibi *Caeſar* adjunxerit. Sic l. I. B. G. c. XIV. *Si Allobrogibus ſatisfaciant, ſeſe cum iis pacem facturum.* Et c. XLI. *Egerunt, uti Caeſari ſatisfacerent.* Ac iterum lib. VII. B. G. cap. LXXXIX. *Morte ſua Romanis ſatisfacere, ſeu vivum tranſdere velint.* Vide & ſcriptorem de Bello Hiſp. c. 22. DAVIS. Reperitur *ſuis* in omnibus codicibus. Et in Ciacconii ſi defuit, Librarii id incuriae tribuendum. CLARKE. Etiam cuncti mei tum Edd. Vett. agnoſcunt *ſuis*, ut debent, niſi quod in Lovan. ſit *iis*. V. Tenn. ad Front. 1, 9. in f. *ſatisfacere imperatori.* Sed & conſtanter exhibent omnes *proinde*. Vide ad c. I. hujus Lib. *proinde aeſtimans, ac ſi uſus eſſet.*

2. OMNIA S. PRAESIDIA CIRCUMDUXIT] Bene Scaliger cum Urſino ejecerunt *per*, quod addiderant Vaſcoſ. Steph. Gryph. Aldus aliique. Sed in nullo MS. nec Edd. vetuſtiſſimis comparet. Frontin. III, 15, 5. *Horrea circumduxerunt captivos.* Saepe praepoſitionem verbo loco nominis jungi obſervarunt viri docti. Infra B. Afric. c. 78. *turmas circumfundi.*

3. VULGO VERO IN EP.] MSS. nonnulli (*vulgo vero* univerſi *in Epiro*) Quam vocem *univerſi* exiſtimant viri docti interpretamentum eſſe *vulgo*, & e margine irrepſiſſe. CLARK. *Vulgo vero univerſi* exſtat in optimis libris Petav. Scalig. Lovan. Leid. pr. ſec. Palat. & Edd. Ald. Vaſc. Steph. Gryph. aliiſque; eamque vocem contra MSS. ſuos male Manutius & Ciacconius proſcripſerunt. *Vulgo univerſi* dictum, ut *plerique omnes, deinceps reliquis diebus.* de queis vide ad l. II. B. G. c. 30. l. V. c. 40. *paullatim ſpatio temporis* in B. Alex. c. 5. *hercule certe* Ter. And. II, 2, 10. *univerſi omnes* apud Plaut. & Apul. V. Voſſ. de Conſtr. c. 59. & 63. *curioſe ſedulo, undique omnifariam* &c. *totus univerſus, totus integer* Plauto & Gellio. Vide Gronov. ad l. XIII, 30. & ſimilia multa apud Caeſarem alioſque. Adi Cort. ad Plin. l. II. Ep. 17. pag. 163. & Comm. ad Apul. l. I. Met. p. 13. Ed. Pric.

4. ET CUSTODIARUM VARIA DILIGENTIA ANIMADVERSA] Haec *Scaligeri* lectio, quae in *Palat.* quoque ac *Bong.* reperitur. In prioribus editt. erat *vera diligentia*; peſſime. Vera eſt *cuſtodiarum viribus ac diligentia*, quomodo diſertim in *Petaviano*, optimo codice (& MSto *Norvic.*) legitur. v. c. noſter *viria diligentiae*; Cujacianus *viria diligentia*; Nimirum *viribus ac* primo depravatum in *viria*, poſtea in *vera*, VOSSIUS. *Viria diligentia* exſtat quoque in Leid. pr. In reliquis *varia* praeter Lovan. qui habet *vera*. *Viribus ac* e Petav. recepit cum Cellario Clarkius. Forſan tamen aliud quid latet nam pro *& cuſt.* in Cujac. Scalig. Lovan. Leid. pr. & Voſſ. ſcribitur

LXII. Quibus ille cognitis, eruptioniſque [a] jam ante capto conſilio, 1
ut demonſtratum eſt, [b] tegimenta galeis milites ex viminibus facere, at-
que aggerem comportare jubet. His [c] paratis rebus, magnum numerum le- 2
vis armaturae & ſagittariorum, aggeremque [d] omnem noctu in [e] ſcaphas
& naves actuarias inponit; & de media nocte cohortes LX ex maximis ca-
ſtris praeſidiiſque deductas, ad eam partem munitionum [f] ducit, quae per-
tinebant ad mare, longiſſimeque a maximis caſtris [g] Caeſaris aberant. Eo- 3
dem [h] naves, quas demonſtravimus aggere & levis armaturae militibus
completas, quaſque ad Dyrrhachium naves longas habebat, [i] mittit; &
quid [k] a quoque fieri velit, praecipit. Ad eas munitiones Caeſar Lentu- 4
lum [l] Marcellinum quaeſtorem cum [m] legione IX poſitum habebat. Huic,
quod valetudine minus commoda utebatur, Fulvium [n] Poſtumum adjuto-
rem ſubmiſerat.

LXIII. Erat eo loco foſſa [o] pedum XV, & [1] vallus contra hoſtem in [p] al- 1
titudinem pedum X: tantumdemque ejus valli [q] agger in [r] latitudinem pa-
tebat. Ab eo, intermiſſo ſpatio [s] pedum DC, alter converſus in contrariam 2
partem erat [t] vallus, humiliore paullo munitione. Hoc enim ſuperioribus 3
diebus timens Caeſar, ne navibus noſtri circumvenirentur, duplicem eo
loco fecerat vallum, ut, ſi ancipiti proelio dimicaretur, poſſet reſiſti. Sed 4
operum magnitudo, & continens omnium dierum labor, [v] quod [2] milia
paſſuum [w] in circuitu XVII munitiones erat complexus, perficiendi ſpatium
non

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt B. b Sic rurſus Pet. Sc. L. pr. V. Pal. non *tegm.* vel *tegum.* V. ad l. II. B. G. 20. c *peractis* Lov. L. ſec. V. *comp.* L. pr. paullo ante *comportari* MS. Ciacc. d deeſt Lov. *noctu* abeſt L. ſec e *ſcaphis* V. L. ſec. f *deduc.* L. ſec. *pertinebat* Pal. g exſulat Lov. *aberat* L. ſec. h abeſt V. L. ſec. Ciacc. i *inm.* Pal. k *atque* L. pr. *ex quo* Lov. *vellet* Ciacc. L. pr. ſec. Lov. *praecepit* L. pr. Edd. qdd. l *Marcellum* Sc. L. pr. male. Vide Urſ. m *legionibus* L. pr. Lov. inepte. *praepoſ.* Scal. n MSS. & Edd. qdd. perperam *Poſtumium*, vel *Poſthumium.* o *pedes* L. pr. Lov. Voſſ. p *altitudine* Pet. P. q deeſt Lov. r *altit.* L. pr. V. Lov. Ed. Elz. s *pedes* B. t *vallo h. p. munitus* Edd. R. M. V. *paullulum* L. pr. v *quo* MSS. 2. Edd. pp. *paſſus* Lov. w deſunt *in c.* Lov. vulgo *XIIX.* dein *erant* V. *ac perf.* Lov. L. ſec.

bitur *in cuſtod.* quaſi fuerit *& cuſtodiarum vicibus indiligentia an.* Vide ad lib. II. c. 7. *Indiligentiae iracundia:* ubi MSS. plerique etiam perperam *diligentiae. Tempora rerum* ſunt obportunitates, occaſiones. Mire interpolat Ciacconius *& ſp. locorum a cuſtodia vacuis diligenter animadverſis: praeterea ut.*

1. VALLUS CONTRA HOSTEM IN ALTITUDINEM PEDUM X] Vallus proprie eſt Stipes. *Servius* ad illud *Virgilii* Georg. II, 25.

Quadrifidaſque ſudes, & acuto robore vallos,

ait *Bis idem dixit; nam & valli & ſudes idem ſunt.* Vide & eundem Grammaticum ad Aen. IX, 146. ac X, 120. *Vegetius* l. III. c. VIII. *Supra quem* (aggerem) *valli, id eſt, ſudes, vel tribuli lignei per ordinem digeruntur.* Hic autem & saepius hoc in capite munitionem ex ſtipitibus concinnatam denotat. DAVIS. Hoc tamen non impedit, quo minus valli pars interior fuerit terra, quam ex foſſa eruerant, repleta. Vide *Bedam* H. E. l. I. c. 5. IDEM. *Cur. ſec. Vallus* hic ponitur pro tota munitione, e vallis conſtante, quae aliter *vallum* dicitur: quomodo hic eſt in Leid. pr. ſec. Lovan. Cujac. Palat. Bong. & Edd. ante Aldum. Sed ſtatim ſequitur *converſus vallus, duplicem vallum & in exteriorem vallum* &c: Adi Gronov. Obſ. l. III. c. 18. & Hirt. Bell. Alex. c. 2. *triplicem vallum obduxerat. Erat exſtructus ſaxo.*

2. MILLIA PASSUUM —— XIIX MUNITIONES ERAT COMPLEXUS] Sic quidem MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* At ex Codice *Ciacconiano* reſcribendum arbitror *munitionibus erat complexus;* id quod Latinitas videtur poſtulare. DAVIS.

5 non dabat. Itaque contra mare tranſverſum vallum, [a] qui has duas muni-
tiones contingeret, nondum perfecerat. Quae res nota erat Pompejo,
6 [b] delata per [c] Allobrogas perfugas; magnumque noſtris [d] adtulit incom-
modum: nam, ut ad mare [1] noſtrae cohortes IX legionis [2] excubuerant,
acceſſere ſubito [e] prima luce [3] Pompejani exercitus: novuſque eorum adven-
tus exſtitit: [f] ſimul ex navibus circumvecti milites [4] in exteriorem [g] vallum
tela jaciebant: foſſaeque aggere complebantur: & [5] legionarii, interio-
ris munitionis defenſores, ſcalis admotis, [h] tormentis cujuſque generis, te-
liſque terrebant; magnaque multitudo ſagittariorum ab utraque parte cir-
7 cumfundebatur. Multum autem ab ictu lapidum, quod unum noſtris erat
8 telum, viminea [i] tegimenta, galeis inpoſita, defendebant. Itaque, quum
omnibus rebus noſtri premerentur, atque aegre reſiſterent; animadver-
ſum eſt vitium munitionis, quod ſupra demonſtratum eſt; atque inter duos
vallos, [k] qua perfectum opus non erat, [l] per mare, navibus [m] expoſiti in
[n] averſos noſtros inpetum fecerunt; atque ex utraque [o] munitione dejectos
terga vertere coëgerunt.

VARIAE LECTIONES. LXIV.

a *Quibus d.* Lov. dein *conjung.* mallet Ciaccon. fruſtra. b Haec 4 verba deſunt Lov. & Heinſio ſuſpecta ſunt. c Sic Pet. Scal. non per *e.* d *adtulerat* Pet. L. pr. P. Lov. e Exſulant *pr. l.* a Lov. f vulgo *ſimulque* & *anter. circumventi* MSS. 3. g *locum* Lov. h Sic MSS. mei omnes, & Ciacc. non *tormentiſque.* i Sic rurſus Pet. L. pr. V. Al. *tegum.* vulgo *tegm. vimineo tegumento inpoſito* Ciacc. L. ſec. Pal. Ed. Fl. *ſe def.* L. ſec. k *quo* MSS. 3. Edd. pp. l delet Nicaſ. *milites levis armaturae* Ciacc. m *expoſitis* MSS. qdd. & Edd. Vett. inepte *inpoſitis* Pal. n ſic Faernus bene. *adverſos* MSS. & Edd. Vett. *Adverſarios* B. V. *noſtri* Sc. L. pr. Lov. B. o *parte m.* L. ſec. Edd. pp.

VIS. *Munitiones* ferri non poteſt. Ego minori mutatione ſcribo *munitione.* CLARK. Mihi tota vox ſuſpecta eſt irrepſiſſe e margine vel ſequentibus: praeſertim cum in MSS. pleriſque ſcribatur *munitiones XVII.* quem numerum interim repoſui auctoritate Codicum Ciaccon. Petav. Scalig. Pal. Leidenſium, & Voſſ. Quamquam puto ſcribendum eſſe *XXXVII* cum Lipſio de Mil. l. v. D. 13. ubi vide rationes, & confer etiam c. 44. hujus libri: unde ſaltem patet, numerum in MSS. & Edd. hic & in Floro nimis parvum exhiberi. Poſſet & ſcribi *milium.* nam in nonnullis MSS. ut ſolet, exaratur tantum *mil. paſ.* Immo ſic alibi loquitur noſter. Vide ad l. v. c. 42. *milium X in circuitu munitionem perfecerunt.*

1. NOSTRAE COHORTES] MSS. Ciaccon. & Voſſii habent *inter c.* Scalig. *n. coh.* Non male conjicit Ciacconius *tres.* Certe numerum excidiſſe opinor. *Nonae legiones* eſt in Leid. pr. *nova lege* in Leid. ſec.

2. EXCUBUERANT] MSS. Petav. Leid. pr. ſec. Lov. & Ciaccon. *Excubaverant.* Quod recipiendum arbitror. Adi Cel. Burm. ad Ovidium l. II. Art. Am. 319. *ſi male firma cubarit.* & ſupra l. II. B. Civ. c. 7.

3. POMPEJANI EXERCITUS: NOVUSQUE EORUM ADVENTUS E.] Uncis Scaliger incluſit vocem *exercitus*, ut ſuſpectam. Certe de uno exercitu non ſolet ita loqui auctor, erratque Cl. Daviſius ad c. 97. Verum alibi latere ulcus puto. Nam illa *novuſque eorum*, quae non ſatis capio, abſunt a codicibus Petav. Cujac. Lovan. Leid. pr. & Voſſ. Forte *Pompejani; exercituſque inopinus adventus exſtitit*, vel ſimile quid. de vi verbi *exſiſtere* in ſubita & inopinata re vide ad l. VI. c. 5. Dein *ſimul* pro *ſimulque* exhibui eorumdem Codicum, uti & Palat. Leid. ſec. & aliorum auctoritate.

4. IN ANTERIOREM VALLUM TELA JACIEBANT] Alii legunt *in interiorem vallum:* ego emendaveram *exteriorem*, quod ſtatim interioris munitionis fit mentio. Poſtea ita omnino reperi ſcriptum in meo veteri libro, ait *Ciaccon.* Hanc lectionem confirmat *Joan. Fr. Gronovius* Obſervat. l. III. cap. XVIII. DAVIS. *Anteriorem* eſt a conjectura Faërni contra ejus aevi Latinitatem. Vett. Edd. *inter*, cum Voſſ. Petav. Bong. ſed *exteriorem* ſcribendum, res ipſa docet, & confirmant MSS. Leid. pr. ſec. Lovan. Palat. & Scaligeranus: uti bene jam recepit Cellarius.

5. LEGIONARII, INTERIORIS MUNITIONIS DE-

DEFENSO-

LXIV. Hoc tumultu nunciato; [a] Marcellinus cohortes ſubſidio noſtris 1
laborantibus [b] ſubmittit; [c] quae ex caſtris fugientes conſpicatae, neque il-
los ſuo adventu confirmare potuerunt, neque ipſae hoſtium inpetum tu-
lerunt. Itaque, quodcumque addebatur ſubſidio, id conruptum timore 2
fugientium [d] terrorem & periculum augebat: [e] hominum enim multitudi-
ne receptus inpediebatur. In eo proelio, quum gravi vulnere eſſet adfe- 3
ctus Aquilifer, [1] & a viribus deficeretur, conſpicatus equites noſtros,
Hanc ego, inquit, *& vivus multos [f] per annos magna diligentia defendi,
& nunc moriens eadem fide Caeſari reſtituo. Nolite*, [g] *obſecro, committe-
re, quod ante in [h] exercitu Caeſaris non accidit*, [2] *ut rei militaris de-* 4
decus [i] admittatur; incolumemque ad eum [k] deferte. Hoc caſu Aquila
conſervatur, omnibus primae cohortis centurionibus interfectis, praeter
principem priorem.

LXV. Jamque Pompejani, magna caede noſtrorum, caſtris [l] Marcel- 1
lini adpropinquabant, non mediocri terrore inlato reliquis cohortibus:
& M. Antonius, qui proximum locum [m] praeſidiorum tenebat, ea re nun- 2
ciata, cum cohortibus XII deſcendens ex loco ſuperiore cernebatur. Cu-
jus adventus Pompejanos compreſſit; noſtroſque firmavit, ut ſe ex maxi-
mo timore conligerent. Neque [n] multo poſt Caeſar, ſignificatione per [o] ca- 3
ſtella fumo facta, ut erat ſuperioris temporis conſuetudo, deductis quibuſ-
dam cohortibus ex praeſidiis, [p] eodem venit. Qui, cognito detrimento, 4
quum animadvertiſſet, Pompejum [q] extra munitiones egreſſum, caſtra ſe-
cundum mare, ut libere [r] pabulari poſſet, [s] nec minus aditum navibus [t] ha-

VARIAE LECTIONES. beret,

a *Marcellus* Sc. L. pr. male. b Sic MSS. & Edd. Vett. non *ſubmiſit.* c *ex caſtriſque* Pet. L. pr. Lov. V. *conſpicati* L. pr. d *terrores* Edd. R. M. V. e *horum* Edd. pp. *eorum* Ciacc. f deeſt Lov. g *ergo* Edd. pp. *quaeſo* Pet. h *exercitum* Pet. P. V. i *amittatur* L. ſec. k Sic MSS. Ciacc. & mei praeter L. pr. vulgo *ref.* l *Macedoniae* Lov. m Ita MSS. non *ten. pr.* n *multum* Lov. L. ſec. o *aſtellam* Lov. *fumo* deeſt L. ſec. p *eo dev.* V. Ed. Flor. q *juxta* B. in M. r *fab.* L. pr. *populari* Pet. s *ne* Lov. L. ſec. *navibus* deeſt Pet. Lov. t Sic Pet. Lov. Pal. Scal. L. pr. ſec. Carr. Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. non *habere.*

FENSORES, &c.] Hoc eſt, legionarii *Pompejani*, defenſores *Caeſareanos &c.* Peſſime profecto de Caeſare meriti ſunt, qui ſine diſtinctione ediderunt, (*legionarii interioris munitionis defenſores &c.*) Unde Rhellicanus aliique munitionem *Pompejanam*, neſcio quam, ineptiſſime ſomniarunt. *Tormentis*) Ex MSS. Reg. & Elienſi. Al. (*tormentiſque.*) CLARKE.

1. A VIRIBUS DEFICERETUR] Editt. *Rom. Ven. Berald.* repraeſentant *viribus deficeret*; ſed lectionem a me receptam diſertim exhibent MSS. *Norvic.* & *Urſin.* eamque in Codice *Petav.* reperit *Marq. Gudius.* In eo tamen falſus eſt vir doctiſſimus, quod ad *Phaedri* l. 1. Fab. XXI. tradiderit, omnes editiones habere *viribus deficeret*, cum *Joſ. Scaliger* imprimendum curaverit *viribus deficeretur.* DAVIS. Praepoſitionem addunt etiam MSS. Pal. Bong. Leid. ſec. qui habent *deficeret* male. Vide ad l. VIII, 3. Diſerte praeter Petav. *a viribus deficeretur* dant Urſin. Lovan. Scalig. Leid. pr. & Voſſ. Optime Cellarius adduxit Ovidii locum, ut reſtituit Ill. Heinſ. ex Epiſt. Her. V, 150.

Deficior prudens artis ab arte mea.

2. UT REI MILITARIS DEDECUS ADMITTATUR] Non damno lectionem. Sed quid, ſi ſcribatur, *ut rei militaris decus amittatur.* Ut decus rei militaris appelletur vexillum. Sane *admittatur* facile ex *amittatur* fieri potuit: nam in MSSis haec promiſcue ſcribuntur *admittatur*, *ammittatur*, *amittatur.* Sed, ut dixi, non muto vulgata: nam & in Celſo invenio: *cavete dedecus Caeſarianis*

 caſtris

beret, commutata ratione belli, quoniam propoſitum non tenuerat, juxta Pompejum munire juſſit.

1 LXVI. Qua perfecta munitione, animadverſum eſt [a] ab ſpeculatoribus
Caeſaris, cohortes quaſdam, quod inſtar legionis [b] videretur, eſſe poſt
2 [c] ſilvam, & in [d] vetera caſtra duci. [1] (Caſtrorum hic ſitus erat. Superiori-
bus diebus, [e] IX Caeſaris legio quum ſe objeciſſet [2] Pompejanis copiis, at-
que [f] opera, ut demonſtravimus, [g] circummuniret, caſtra eo loco poſuit.
3 Haec ſilvam quamdam contingebant, neque longius a mari paſſibus [h] CD
4 aberant. Poſt, mutato conſilio quibuſdam de cauſſis, Caeſar paullo ultra
eum locum caſtra tranſtulit: paucisque intermiſſis diebus, [i] eadem haec
Pompejus occupaverat; & quod eo loco plures erat legiones habiturus,
5 relicto interiore vallo, majorem [k] adjecerat munitionem. Ita minora ca-
6 ſtra, [l] incluſa majoribus, caſtelli atque arcis locum [m] obtinebant. Item ab
angulo caſtrorum ſiniſtro [n] munitionem ad flumen perduxerat, circiter
paſſus CD, quo [o] liberius, ac ſine periculo milites aquarentur. ſed [p] is quo-
que, mutato conſilio quibuſdam de cauſſis, quas [q] commemorari neceſſe
non eſt, eo loco exceſſerat. [r] Ita complures dies manſerant caſtra. Muni-
7 tiones quidem integrae omnes erant.)

1 LXVII. Eo, [3] ſigno legionis inlato, ſpeculatores Caeſari renunciarunt.
2 Hoc [s] idem viſum ex ſuperioribus quibuſdam caſtellis confirmaverant. Is
locus aberat [t] a novis Pompeji caſtris circiter paſſus D. Hanc legionem
ſperans Caeſar ſe obprimere poſſe, & cupiens ejus diei detrimentum [v] ſar-
3 cire, reliquit in opere cohortes II, quae ſpeciem munitionis praeberent:
ipſe

VARIAE LECTIONES.

a Sic Lov. non *a. facta m.* Carr. b *juberetur* Pal. *valerent* L. pr. c *ſilvas* L. ſec. d *veterata* Pal. *reduci* L. pr. e Sic MSS. plerique non *q. ſ. IX. leg. Caeſ. diebus* deeſt Lov. pro *IX.* L. pr. *II.* f *opere* vulgo. g *circumveniret* B. V. ad l. I. c. 18. h *CCC* L. pr. Sc. Lov. i ita MSS. non *h. e. haec* deeſt L. pr. k *objec.* V. *adjecerant* Ed. Gryph. l *clauſa* Lov. L. ſec. *caſtellis* L. pr. *arciſque* Lov. m *tenebant* V. n *munitiones* Lov. o *liberi a per.* Scal. *liberius a per.* L. pr. p *hocque* L. pr. q *commemorare n. n. ſit* Lov. r *itaque* Edd. R. M. V. *vacua* addit Ciacc. ſine cauſſa. s *quidam* Edd. R. M. V. *quidem* B. Ed. Fl. t abeſt praepoſ. a MSS. 4. Edd. R. M. V. v *reſarcire* L. pr. V. ad l. VI. c. I.

caſtris indignum. VOSSIUS. *Voſſius* mavult *decus amittatur*, ut *decus rei militaris* appelletur vexillum. Eam quidem lectionem exhibet MS. *Norvic.* nec tamen probo; vulgatam enim ſcripturam in ſuo Codice invenit *Jul. Celſus*, qui pag. 201. de hac re ait *cavete dedecus Caeſaris caſtris inſolitum, ne forte hoſtium in manus veniat tanti ducis ſignum*; praeterea, quod rem extra omnem dubitandi anſam ponit, aquila amiſſa maximae erat ignominiae, quippe apud Romanos ſacra fuit habita, ideoque delictum mors ſequebatur. Adi, ſi neſcis, *Juſt. Lipſium* Mil. Rom. l. IV. Dial. V. DAVIS.

1. CASTRORUM —— OMNES ERANT] Ad perſpicuitatem *parentheſi* includendae erant lineae iſtae. Quod neglexerunt Editores. CLARK.

2. POMPEJANIS COPIIS ATQUE OPERE *] Dubitem deſint aliqua, an depravata, an denique tranſpoſita tantum verba ſint. In manuſcriptis nullum lacunae veſtigium reperitur. VOSSIUS. *Ut demonſtravimus* ſupra c. 45, 46. Unde fortaſſe reſtitui poterit hic locus COLLEM (vel *collem quidem*) *circummuniret*. CLARKE. Cur ergo non ſimpliciter *opera*? quod in Edd. ante Faernum & Urſinum legebatur, & confirmatur a Petavian. Bong. Lovan. & Voſſ. Codicibus. quem Accuſativum reſtitui deletis ſtellulis. Mire haec interpolat Ciacconius, qui videri poteſt.

3. SIGNO LEGIONIS INLATO] Ciacconius putat legendum *ſigna inlata*. Tu vero, mi Lector, nil muta. Solet Caeſar Ablativum abſolutum ponere, ſubintellecto caſu ſub verbo addito. Ut hic *ſigno illato*,

ipſe diverſo itinere, [a] quam potuit occultiſſime, reliquas cohortes, nume-
ro [b] XXXIII, in quibus erat legio IX, multis amiſſis [c] centurionibus, demi-
nutoque militum numero, ad legionem Pompeji, [d] caſtraque minora du-
plici acie [e] duxit. Neque eum prima opinio fefellit. nam & pervenit prius, 4
quam Pompejus ſentire poſſet, [f] & tametſi erant munitiones caſtrorum
magnae, tamen ſiniſtro cornu, ubi erat ipſe, celeriter adgreſſus Pompe-
janos ex [g] vallo deturbavit. [1] Erat objectus portis ericius. hic paulliſper 5
eſt [2] pugnatum; quum inrumpere noſtri conarentur, illi caſtra defenderent,
[h] fortiſſime T. [3] Pulcione, cujus opera [i] proditum exercitum C. Antonii
[k] demonſtravimus, [4] e loco propugnante. Sed tamen noſtri virtute vice- 6
runt: exciſoque ericio, [l] primo in majora caſtra, poſt etiam in caſtellum,
quod erat incluſum majoribus caſtris, inruperunt, [5] &, quod eo pulſa le-
gio ſeſe receperat, nonnullos [m] ibi repugnantes interfecerunt.

LXVIII. Sed fortuna, quae plurimum poteſt, [n] quum in reliquis rebus, 2
tum praecipue in bello, parvis momentis magnas rerum commutationes
[o] efficit; ut tum accidit. [6] Munitionem, [p] quam [7] pertinere a caſtris ad 2
flu-

VARIAE LECTIONES.

a *Qua* L. pr. V. ad l. VIII, 42. b *XXIII* B. c *centum* L. pr. *dimin.* MSS. plerique & Edd. Vett. d *caſtra* L. pr. *minora* exſulat a Lov. e *eduxit* Pet. Sc. L. pr. Lov. bene. f *etſi er.* Edd. R. M. *aut etſi e.* L. pr. *& jam etſi e.* Lov. V. ad l. V, 34. g *valle* L. pr. h *fortiſſimeque* Lov. i *probatum* V. k *ſupra d.* L. pr. l *primum* L. ſec. m *ſibi* MSS. & Edd. qdd. *pugnantes* L. pr. n *tum* L. pr. V. o *conf.* Pal. *effecit* Lov. a quo abeſt *tum.* p *qua* L. pr. *pertingere* vulgo.

lato, renunciarunt eo ſc. ſignum inlatum. Conſule omnino notata ad l. VII. c. 4. *convocatis ſuis clientibus, facile incendit.* Vide etiam Varias LL. c. 69.

1. ERAT OBJECTUS PORTIS ERITIUS] Eſt trabs, cui infixae pinnae ferreae; & ſaepe verſatilis. Hodie quoque utimur iis nonnunquam ad obſtruendas aquas, niſi quod nunc ſuperne tantum aculei infigantur: in illo vetere ex omnibus lateribus. Meminit machinae Siſenna apud Nonium in Verutum: *Saxaque ingentia & axe junctae trabes, per pronum incitabantur: axibuſque eminebant, in modum eritii militaris, veruta binum pedum.* Certum eſt locum corruptum eſſe. In veteri Veneta editione legebatur; *Saxaque ingentia evincti trabe per pronum mutabantur.* Unde faciebam: *Saxaque ingentia, revincta trabe per pronum incitabantur.* Nam illa violenta vere machina ſi in lateribus molares, in medio axis verutis confixus. Turnebus ſcribebat: *Saxaque ingentia, & orbes axe juncti.* Non damno: ſi per orbes, ut dixi, intelligas ſaxa: nam de rotis ligneis ſi accipias, videtur non magnus impetus eſſe potuiſſe. Nomen machinae ab ericio, ſeu erinaceo animali. In Pet. & Pal. conſtanter utroque loco ſcribitur *ericius.* In Bongarſ. bis *erycius*, quod addo, quia de literis hujus vocis diſputare doctos viros video. VOSSIUS. Vide etiam Ciaccon. & Hotom. Per *c* etiam ſcribitur in Leid. pr. ſec. Lovan. Scalig. & Edd. primis aliiſque; quod revocavi.

2. PUGNATUM; QUUM &c.] Scaliger, errore (ut opinor) typographico, edidit: (—— *pugnatum. Quum &c.*) Quem abſurde ſecuti ſunt Recentiores, ſententia plane nulla. CLARK.

3. PULCIONE] In MSS. Petav. Pal. Ciaccon. & Edd. Rom. Med. ſcribitur *Pulejone* vel *Puleone.* In Leid. pr. *Pulione. Pulſione* faciunt Ciacc. & Gruterus. Vide ad l. V. c. 44. Narratio autem de proditione exercitus Antoniani, ut ſupra diximus, periit.

4. E LOCO] MS. Elienſ. & Edit. Rom. (*eo loco.*) Quae lectio aeque bona. CLARK. *Eo loco* habent omnes Editi ante Urſinum, qui *e loco* e MS. ſuo reponi juſſit: Eique adſtipulantur Petav. Leid. pr. Voſſ. & alii. *& loco* eſt in Palat. V. ad l. VIII, 19. *proeliante Corbeo ex ſilvis.*

5. ET, QUOD EO PULSA LEGIO SESE RECEPERAT] In Petaviano τὸ *&* deſideratur. Palatinus habet *& quo pulſa legio ſeſe receperat.* Legendum ajo, *quo pulſa legio ſeſe receperat.* VOSSIUS. Perinde eſſe ait Clarkius. Melioribus tamen MSS. obſequendum. Conjecturam Voſſii omnino confirmat Lovanienſis *irruperunt, quo pulſa*, ut majorem diſtinctionem ponamus poſt *receperat. Et* etiam non comparet in Leid. pr. & Voſſ.

6. Muni-

flumen ſupra demonſtravimus, [a] dextri Caeſaris cornu cohortes ignoran-
tia [b] loci ſunt ſecutae, quum portam quaererent, [c] caſtrorumque eam mu-
3 nitionem eſſe arbitrarentur. [1] Quod quum eſſet animadverſum, [d] conjun-
ctam eſſe flumini; [2] protinus his munitionibus, defendente nullo, [e] tran-
ſcenderunt: omniſque noſter equitatus [f] eas cohortes eſt ſecutus.
1 LXIX. Interim Pompejus, hac [g] ſatis longa interjecta mora, & re nun-
ciata, v [h] legionem, ab opere deductam, ſubſidio ſuis duxit: eodemque
tempore equitatus ejus noſtris equitibus adpropinquabat, & acies inſtru-
cta a noſtris, qui caſtra occupaverant, cernebatur; omniaque ſunt ſubito
2 mutata. Pompejana [i] enim legio, celeris ſpe ſubſidii confirmata, ab De-
cumana porta reſiſtere [k] conabatur, atque ultro in noſtros inpetum facie-
bat. Equitatus Caeſaris, quod anguſto itinere per aggeres adſcendebat,
3 receptui ſuo [l] timens, initium fugae faciebat. Dextrum cornu, quod erat
a ſiniſtro ſecluſum, terrore [m] equitum animadverſo, ne intra munitionem
obprimeretur, [3] ex parte, qua proruebat, ſeſe recipiebat: [n] ac plerique
ex iis, ne in anguſtias inciderent, x pedum munitionis [o] ſe in foſſas prae-
cipitabant: primiſque obpreſſis, reliqui per horum corpora ſalutem ſibi,
4 atque exitum pariebant. Siniſtro cornu milites, quum ex vallo, Pompe-
jum adeſſe, & ſuos fugere, cernerent, veriti, ne anguſtiis [p] intercluderen-
tur,

VARIAE LECTIONES.

a *Dextrum* MSS. 4. Edd. pp. b deeſt Lov. Edd. R. M. V. c Sic Gland. Urſ. & MSS. mei Pet. Sc. Cuj. Lov. *que* deeſt L. pr. C. *quia* V. *caſtr. quod* alii & Edd. Vett. *arbitrabantur* Faern. Ciac. L. ſec. d *conjuncta* Pet. L. pr. V. e *tranſier.* Lov. f *eo* Lov. *has* Pet. g Sic MSS. non *l. ſ.* h *legione deducta* L. pr. Sc. ut c. 67. ubi V. *praeſidio* Pet. i deeſt Lov. L. pr. V. *ceteri* MSS. plerique & Edd. ante Urſ. Ciacc. & Scal. k *conatur* MSS. plerique, Edd. pp. Vaſc. Gryph. *conantur* L. ſec. l *tenens* Lov. paullo ante *adſcenderat* Ciacc. m *hominum* Edd. R. M. *animadverſi* L. pr. n *at* Lov. L. ſec. o Sic MSS. non *ſeſe.* dein *praecipitant* MSS. tantum non omnes. & Edd. uſque ad Plant. V. ad l. 1. B. G. c. 8. & alibi. p *includ.* V.

6. MUNITIONEM ENIM] Sic MS. Reg. & Edit. Rom. In aliis deeſt *enim.* CLARKE. *Enim* addunt quoque Edd. Med. Ven. Flor. Vaſcoſ. Steph. Strad. Gryph. poſt. Sed non comparet in meorum ullo codice.

7. PERTINGERE] Reſcribendum puto *pertinere*; altera enim voce nuſquam alibi uſus eſt *Caeſar*, perpetuo autem ea, quam dixi. DAVIS. Recte Daviſius ſuſpicatur; confirmantque Codices optimi Leid. pr. & Lovan. qui dant *pertinere.* Quod & alibi, ut B. Alex. c. 5, 35. in *pertingere*, quod ne quidem ſat bene Latine dicitur, commutatum eſt. Adi omnino Cl. Burmannum ad Quinctil. Inſtit. Orat. l. 11. c. 4. & quos laudat.

1. QUOD &c.] Lege *quam quum eſſet* &c. nempe *munitionem.* DAVIS. *Cur. ſec.* Perperam & contra Auctoris ſtylum. l. III. c. 23. *Quod ubi animadvertit, ſuas copias non diduci* & ſaepiſſime. Adi c. 17.

2. PROTINUS HIS MUNITIONIBUS,] Cum in aliis Codicibus ſcriptum ſit, (*poſitis*;) in aliis, (*prout iis*;) exiſtimo equidem cum Ciacconio, legendum (*prorutis*, vel *proruptis*, vel *perruptis his munitionibus.*) Firmat hanc conjecturam id, quod mox ſequitur, (*ea parte, qua* proruerat.) CLARKE. *Prorutis* unice verum eſſe exiſtimo, & favent quoque Lovan. ac Leid. ſec. in quibus *poſitis.* In Scalig. *pro ut.* In Petav. abeſt *protinus*: Rectius defuiſſent *his munitionibus.* Vide ad lib. II. G. B. 26. *Munitionibus his prorutis.*

3. EX PARTE, QUA PRORUEBAT] Vett. editt. *ex parte, ex qua proruebat.* MS. *Ciaccon. ex parte, quam proruebat*; unde vir ille doctiſſimus reponit *ex parte, quam proruerat.* MS. *Norvic.* vulgatam lectionem ſervat, ex qua tamen ſenſum congruum exſculpere nequeo. Credo *ea parte* (munitionis ſcilicet) *qua proruebat*; ut ſit Helleniſmus, quales in bonis auctoribus non deſunt. *Hirtius* Bell. Afric. cap. XLI. *In eo loco, quo paullo ante commemoravi, ante oppidum conſtitit*; ubi nos plura.

Adi

tur, quum extra & intus hoſtem haberent, [1] eodem, quo venerant, receptui [a] ſibi conſulebant: omniaque erant tumultus, timoris, [b] fugae plena: adeo, ut, quum Caeſar ſigna fugientium manu [c] prehenderet, & conſiſtere juberet, alii, [2] dimiſſis equis, eumdem curſum conficerent; alii ex metu [d] etiam ſigna dimitterent, neque quiſquam omnino conſiſteret.

LXX. His tantis malis [e] haec ſubſidia ſuccurrebant, quo minus omnis 1
deleretur exercitus; quod Pompejus inſidias timens, credo, quod [f] haec [3] praeter ſpem acciderant ejus, qui paullo ante ex caſtris fugientes ſuos conſpexerat, munitionibus adpropinquare aliquamdiu non audebat; [4] equiteſque ejus, anguſtiis, portiſque a Caeſaris militibus occupatis, ad inſequendum tardabantur. Ita parvae res magnum in [g] utramque partem momentum habuerunt. Munitiones enim a caſtris ad flumen [h] perductae, expu- 2
gnatis

VARIAE LECTIONES.

a vulgo deeſt. b *&* *f.* L. ſec. Ciacc. male. c *prenderet* Pet. L. pr. Lov. V. *Caeſar* abeſt a Lov. d deeſt L. pr. *amitt.* V. *quiſque* V. & *conſiſtere* Lov. e *nec ſ.* &c. *ſed P.*Reg. L. ſec. Edd. pp. f *hoc acciderat* Edd. R. M. V. g *utraque parte* L. pr. h *productae* Lov. L. ſec. nec male.

Adi & virum clariſſimum *Jac. Gronovium* ad *Ciceronis* de Fin. l. I. num. XXIX. DAVIS. Ea *parte, qua proruerat,*) Ita recte reſtituendum vidit Daviſius. Editi omnes; (ex *parte, qua &c.*) vel, (ex *parte,* ex *qua &c.*) Ciacconius emendavit, (*ex parte,* quam *proruebat:*) Sed perperam. Recte enim dicitur, (*qua proruebat* vel *proruerat:*) Non quidem Helleniſmo, uti exiſtimavit Daviſius; (Is enim in hujuſmodi verbis locum non habet; Vide infra de bello Africano ad c. 41.) ſed ſubintellecta voce (*munitionem*) *Ea parte, qua parte* munitionem *proruerat.* Vel forte, *proruperat,* aut *perruperat.* CLARK. Mei Codices mordicus vulgatum retinent, niſi quod *ex qua* det unus cum Edd. Vetuſtis. Faernus jam conjecit *ea parte, qua perruperat.* De *perrumpere* & *prorumpere* vide ad l. v. B. G. 25. *Per medios audaciſſime proruperunt.* An leg. *ex p. ea, qua proruperat* vel *perruperat*? *Quam proruerat* firmari poſſet ex notatis ad l. III. B. G. c. 26. *Munitionibus prorutis.*

1. EODEM QUO VENERANT, RECEPTUI CONSULEBANT] In MSS. Cujac. v. c. noſtro, Pet. Palat. ac Bong. eſt *receptui ſibi conſulebant.* Emendo, *receptu ſibi conſulebant.* Nam quod ab Scaligero editum *receptui conſulebant* non probo: nec ſic locutum quemquam ſcio, VOSSIUS. *Receptu ſibi.* Ita emendavit Voſſius. Scaliger & Recentiores, omiſſa voce (*ſibi,*) ediderunt; (receptui *conſulebant.*) Quaeri poteſt, annon retineri queat id, quod in omnibus fere MSS. reperitur (*Eodem, quo venerant,* receptui ſibi *conſulebant.* CLARK. P. Manut. legebat *Eodem, qua ven. receptui conſ.* Aldus Manut. malebat *concinebant.* Faernus emendabat *Eadem, qua venerant, receptui conſ.* Adeo ut omnes ejecerint voculam *ſibi:* quam nihilominus conſtantiſſime agnoſcunt MSS. & Edd. Vett. omnes. *Receſſu* eſt in MS. Ciacconii & Edd. primis. *Receptu,* quo modo emendavit Voſſius, jam ediderunt Vaſcoſ. Steph. aliique & in antiquo Pinelli libro reperit Manutius. *Receptui,* vel ſi vis *Receptu* in Dativo non auſim damnare; ut *ſibi* pleonaſtice ponatur.

2. DIMISSIS E. E. C. CONFICERENT.] *Dimiſſis* retinent MSS. omnes. Adridet tamen magis Faërni, Ciaccon. & Hotomani lectio *admiſſis.* quo facilius eumdem curſum conficere poterant, calcaribus equo ſubditis, quam ſi eum dimitterent, & ipſi pedibus fugerent. Praeterea pro *conficerent* in MSS. Urſin. Petav. Palat. Leidenſibus, Voſſ. ſcribitur *confugerent.* quod notandum. Interpolate in Lovan. *eodem curſu confugerent.* Latere quid videtur. Dein non male Manutius conjicit *quiſquam omnium.* ut cum aliis auctor noſter loquitur ſaepiſſime.

3. PRAETER SPEM ACCIDERANT, EJUS] Deleta virgula, quae in *Lipſii, Scaligeri,* nuperiſque editt. obtinuit, reſcribendum *praeter ſpem acciderant ejus,* niſi cum *Rom. Med. Ven. Beroald. Steph.* malis, ordine verborum mutato, *praeter ſpem ejus acciderant.* DAVIS.

4. EQUITESQUE EJUS, ANGUSTIIS, PORTISQUE A CAESARIS MILITIBUS OCCUPATIS] In MS. Cujac. v. c. noſtro, Pet. Palat. ac Bong. reperio, *anguſtis portis, atque his a Caeſaris militibus occupatis.* Sed non damno vulgata, quia infra dicit Caeſar: *non illi anguſtias praeoccupatis caſtris.* VOSSIUS. *Anguſtis portis atque his a C.* inveni etiam in Leidd. Lov. & Voſſ. atque Edd. primis, Vaſc. Steph. aliiſque. Vide etiam Manut. in Leid.

ſec.

gnatis jam caſtris Pompeji, [1] propriam & expeditam Caeſaris victoriam interpellaverunt. Eadem res, celeritate [a] inſequentium tardata, noſtris ſalutem adtulit.

1 LXXI. Duobus his unius diei proeliis Caeſar [2] deſideravit milites DCCCCLX, & notos [3] equites R. Felginatem Tuticanum Gallum, Senatoris filium; C. Felginatem Placentia; [b] A. [4] Granium Puteolis; M. Sacra-
2 tivirum Capua; [5] tribunos militum, & centuriones [c] XXXII. Sed horum omnium

VARIAE LECTIONES.

a *Seq.* Edd. R. M. V. b vulgo *Agravium* vel *A. Gravium.* c vulgo *XXX.*

ſec. eſt *anguſtis p. atque aliis.*

1. PROPRIAM ET EXPEDITAM CAESARIS VICTORIAM] In Petav. *propriam expeditam.* Mihi illud *propriam* aures offendit. Scio quidem dicere Hirtium de bello Alexandr. *victoriam ſibi propriam a diis immortalibus portendi.* & de bello Africano: *victoriam propriam ſe eis brevi daturum pollicetur.* Sed alia ibi res eſt. Ego hic multo malim legere: *victoriam prope jam expeditam.* Certe ſi propria jam erat victoria, nihil opus addere expedita: ſi expedita tantum, nondum propria. Sed judicium aliorum eſto. VOSSIUS. *Victoria propria* eſt perpetua, qua locutione uſus eſt *Hirtius* Bell. Afric. capp. XXXII. & LXXII. At mirum ſane eſſet, ſi *Caeſar* ex victa hoſtium legione tantum commodum ſperaſſet. Omnino itaque reponendum *prope jam expeditam*, ut diſerte exhibet MS. *Norvic. Livius* lib. XLV. c. XLI. *Ad alterum* prope jam *exſpirantem veni. Hilarius* ad Conſtant. p. 211. editt. Baſil. Prope jam *nemo Chriſti eſt. Terentius* Heaut. Act. 1. Sc. 1, 46. Prope jam *ut pro uxore haberet.* Vide & vs. 52. DAVIS. *Et* abeſt quoque a Lovan. In Leid. pr. Scalig. & Voſſ. exaratur *propriam expeditamque*; certo indicio, mendam ſubeſſe. Quare omnino accedo viris doctis, ſcribentibus *prope jam.* cap. 81. *Quae prope jam matura erat.* B. Alex. c. 64. *prope jam inſtituta opera.*

2. DESIDERAVIT MILITES DCCCCLX] Plutarchus de duobus millibus, Oroſius de quaternis ait. In Celſo nihil hac de re invenio. VOSSIUS.

3. EQUITES R. * FELGINATEM, TUTICANUM &c.] Etſi non probo vv. cc. lectionem, non dubito tamen adſcribere, quia immane quantum a vulgata abit. *Equites Ro. CCCC & Tuticanum Gallum, Senatoris filium, & a Placentia C, & a Puteolis C, & a Capua X. ſacrati viri & X Trib. militum, & centuriones* XXX. Sic Palatin. & Bong. niſi quod hic pro *Tuticanum* depravate habet *Tutianum.* & pro XXX, XXXII. Qui numerus & in MSS. Cujacii, ac Pet. & v. c. noſtro reperitur. Oroſius habet *centuriones* XXII. Sed pro *Felginatem* Petav. & v. c. noſter conſtanter habent utroque loco *Fleginatem.* VOSSIUS. Variant MSS. Codices nonnulli veteres habent, (*Caeſar deſideravit —— notos equites Rom. CCCC,* (Al. *CCC.*) *& Tuticanum* (Al. *Felginatem Tuticanum*) *Gallum, Senatoris filium,* &c. (MS. Reg. & Edit. Rom. habent; *Caeſari deſiderati ſunt —— noti equites —— & Tuticanus Gallus, Senatoris filius*;) *& a Placentia C; & a Puteolis C; & a Capua X ſacrati viri, & X Tribuni militum, & Centuriones XXX.*) (Al. *XXXII.*) CLARKE. Sine dubio locus hic in mendo cubat. Nam pro *Caeſar* habent MSS. mei omnes *Caeſaris. Deſiderati ſunt m. CMLX & noti equites R. CCCC.* ac cetera in nominativo legas etiam in Carr. Palat. Bong. Leid. ſec. Edd. Med. Ven. Flor. Vaſcoſ. Steph. Gryph. poſt. aliiſque. Glandorpius legebat *CMLX, equites CD & notos equites Romanos.* Mihi etiam omnino videtur numerus *equitum* excidiſſe, quorum notiſſimos tantum nomine ſignaverit Caeſar. *Fleginatem* habet quoque Leid. pr. *Flennat.* Voſſianus, utroque loco. primo *Fl.* ſeu *Flavium* legit Manutius. dein *C.* non eſt in Voſſ. Inepte autem additur in nonnullis praepoſitio *a Plac.* & *a Puteolis.* Vide ad l. 1. c. 24. *Cn. Magius Cremona.*

4. GRAVIUM] Manutius notavit, in aliis libris legi *Granium.* Hoc ego cum invenerim in Leid. pr. Voſſiano, Scalig. & Lovanienſi, recipere non dubitavi. Eſt enim notiſſimum *Graniorum* nomen in litteris & monumentis veterum: quamquam & *Gravii* occurrant. Sed MSS. ſequendi ſunt. *M. Sacrativirum* retinent Cujac. Petav. Scalig. Leid. pr. Voſſ. & Lovan. cum Edd. Ben. Man. Gryph. & *Sacrativirum* Plantin.

5. TR. MIL. ET CENT. XXX.] Male habent Edd. Aldi & aliae *Tr. Mil. L.* pro quibus *X* nonnulli, vel *& X. Trib. mil.* Manutius *III* ſubponit: ſed numerum nullum habent recte MSS. quem bene ſuſtulit Ciaccon. ſub uno numero comprehendit Tribunos & Centuriones. Verum & ille numerus *XXX* eſt contra fidem MStorum. [illegible] enim, mei certe, numero novem (nam in [illegible]t. *XXX*) & Edd. principes, item Vaſcoſ. Steph. [illegible] aliae habent *XXXII.* Quod idcirco revocare non dubitavi.

1. Suo-

omnium pars magna in foſſis, [a] munitionibuſque, & fluminis ripis obpreſ- 2
ſa [1] ſuorum terrore ac fuga ſine ullo vulnere interiit, ſignaque ſunt milita-
ria [b] XXXII amiſſa. Pompejus eo proelio Imperator eſt adpellatus. [2] Hoc 3
nomen obtinuit; atque ita ſe [c] poſtea ſalutari paſſus [d] eſt: ſed [3] neque in lit-
teris, quas ſcribere eſt ſolitus, neque in faſcibus inſignia laureae [e] praetu-
lit. At Labienus, quum ab eo [f] inpetraviſſet, ut ſibi captivos tranſdi ju- 4
beret, omnes [g] productos oſtentationis, ut videbatur, [4] cauſſa, [5] quo ma-
jor [h] perſugae fides haberetur, commilitones adpellans, & magna verbo-
rum contumelia interrogans, *ſolerentne veterani milites fugere*, in o-
mnium [i] conſpectu interficit.

LXXII. His rebus tantum fiduciae ac ſpiritus Pompejanis acceſſit, ut 1
non de ratione belli cogitarent, ſed viciſſe jam [k] ſibi viderentur. Non illi 2
paucitatem noſtrorum militum, non iniquitatem loci, atque anguſtias
[l] praeoccupatis caſtris, & ancipitem terrorem intra extraque munitiones,
non [m] abſciſſum in duas [n] partis exercitum, quum [6] altera alteri auxilium
ferre non poſſet, [o] cauſſae fuiſſe cogitabant. Non [p] ad haec addebant; 3
non ex concurſu [q] acri facto, non proelio dimicatum; ſibique [r] ipſos mul-
titudine atque anguſtiis majus adtuliſſe detrimentum, quam ab [s] hoſte ac-
cepiſ-

VARIAE LECTIONES.

a Abeſt *que* a Lov. Pal. L. ſec. non male. *Munitionis* Ciaccon. b Sic Plutarch. *XXVIII* Appian. c *poſt modum* L. pr. d deeſt L. pr. V. e *protulit* Edd. pp. *ad Labienum* L. pr. f *peteret* L. pr. g *red.* MSS. 4. *omneſque ded.* Edd. Vett. *omneſque duct.* Lov. Pal. L. ſec. Sed vide ad l. VII. c. 13. & ſupra c. 28. h *perſugis* Edd. Vett. quaedam, L. ſec. & B. *profugae* Cuj. i *conſpectum* Pet. V. ad c. 28. *interfecit* MSS. & Edd. qdd. k deeſt L. pr. l *in pr.* MSS. 3. Edd. R. M. V. *in ang. praeoc.* L. pr. Sc. Ciacc. *non pr., c. anc. t.* m *abſciſum* L. pr. Lov. Nil muta hic. n Sic MSS. aliquot. Mox vulgo *alter.* o *cauſſam* L. ſec. Edd. Fl. Gryph. *fuiſſe* deeſt L. pr. p abeſt Edd. pp. *Non hoc* L. ſec. q *agri* Pet. L. pr. Lov. V. Ciacc. qui conjicit *aciei.* r *ipſis* Lov. L. ſec. male. V. ad l. II. B. G. 25. s *hoſtibus* Pet. Lov.

1. SUORUM TERRORE] Elegantius multo Petav. Leid. pr. Voſſian. ſ. *in terrore & fuga.* ſenſu clariſſimo; niſi malis mecum *ſuorum vi*, a quibus prae terrore & fuga trudebantur. *Vi* ſaepiſſime abiiſſe in τὸ *in* monuerunt docti, & vidimus ad l. IV. B. Gall. 15. *timore, laſſitudine, vi fluminis obpreſſi.*

2. HOC NOMEN OBTINUIT] Male haec verba ſuſpecta ſunt Ciacconio & Grutero. ſequentia magis olerent Gloſſam. Sed ea ſunt pro Caeſaris more interpretamentum priorum. *Obtinuit* eſt *ex eo tempore retinuit*, non depoſuit. Vide omnino Gronovium & alios viros doctos ad Liv. l. III, 36. *Perpetuoque decemviratu poſſeſſum ſemel obtinerent imperium.* Hinc apud Comicos *antiquum obtinere, antiquam rationem obtinere.*

3. SED NEQUE IN LITTERIS NEQUE IN FASCIBUS] Petav. Palat. Lovan. Leid. pr. ſec. Voſſ. (nec dubito de aliis) exhibent *ſed in litteris, neque in faſcibus.* Eleganter; quod non ceperunt editores. *Neque* aliquando in priori loco omitti ſolet. Confer Cel. Burm. ad Vellej. Paterc. l. II. c. 45. *Quique dicendi neque faciendi ullum noſſet modum.*

4. CAUSSA] In Voſſ. *cum.* In Leid. pr. non comparet; niſi inter verſus. Quid ſi deleatur? *Oſtentationis* ἕνεκα. Vide ad l. IV. B. G. c. I.

5. QUO MAJOR PERFUGAE FIDES HABERETUR] Noli cum Urſino aut Ciacconio putare hunc eſſe corruptum locum. ſaniſſimus eſt. Perfugam Caeſar per contumeliam vocat ipſum Labienum. Eundem errorem Rubenius lib. I. Elect. c. 35. erravit: quod tamen in Caeſare illi novum non eſt. VOSSIUS. *Ipſi* Scil. *Labieno*, ut recte notavit D. Voſſius; Meritoque ridet Urſinum, Ciacconium & Rubenium, qui neſcio quid de hujus loci corruptione ineptiunt. CLARKE.

6. ALTER ALTERI] Placet, quod in MSto *Norvic.* legere eſt, *altera alteri*, nimirum pars exercitus. DAVIS. *Altera*) Ita emendavit Daviſius ex MS. Elienſi; ut ſit *altera* ſcilicet *pars exercitus*. Sed & ferri poſſet vulgata Lectio, (*alter*;)

4 cepiſſent: non denique [a] communes belli caſus recordabantur, [b] quam par-
vulae ſaepe cauſſae vel falſae [c] ſuſpicionis, vel terroris repentini, vel [d] ob-
jectae religionis, magna detrimenta intuliſſent: quoties vel culpa ducis,
vel tribuni vitio in [e] exercitu eſſet obſenſum: ſed [f] proinde, ac ſi virtute
viciſſent, neque ulla commutatio rerum poſſet accidere, per orbem ter-
rarum, fama ac litteris victoriam [g] ejus diei concelebrabant.

1 LXXIII. Caeſar [h] ab ſuperioribus conſiliis depulſus, omnem ſibi [i] com-
mutandam belli rationem exiſtimavit. Itaque uno tempore, praeſidiis omni-
bus deductis, & obpugnatione dimiſſa, coactoque in unum locum exer-
citu, concionem apud milites habuit; hortatuſque eſt, *ne ea, quae* [k] *acci-*
2 *diſſent, graviter ferrent, neve his rebus terrerentur,* [l] *multiſque ſecun-*
3 *dis proeliis unum adverſum, & id mediocre, obponerent: habendam for-
tunae gratiam, quod Italiam ſine aliquo vulnere* [m] *cepiſſent: quod duas
Hiſpanias, bellicoſiſſimorum hominum peritiſſimis atque exercitatiſſimis
ducibus, pacaviſſent; quod finitimas frumentariaſque provincias in po-
teſtatem redegiſſent: denique recordari debere,* 1 *qua* [n] *felicitate inter
medias hoſtium claſſes, obpletis non ſolum* [o] *portibus, ſed etiam litoribus,*
4 *omnes incolumes eſſent tranſportati:* [p] *ſi non omnia* [q] *caderent ſecunda,
fortunam eſſe induſtria ſublevandam: quod eſſet acceptum* [r] *detrimenti,*
5 2 *ejus juri potius, quam ſuae culpae debere tribui:* 3 *locum ſe* [s] *aequum ad
dimi-*

VARIAE LECTIONES.

a *Communi* L. pr. *communis* L. ſec. b *quorum quam* B. Edd. Ald. Man. Gryph. *quorum* Lov. *quamque* Ciacc. c *ſuſpiciones* Pal. Lov. *terrores* Pal. d Man. *abj.* ſed vide Ciacc. i. e. *injectae ſubito.* e *exercitum* Sc. Pet. Urſ. B. V. Edd. pp. f *perinde* Edd. Vett. V. ad c. 1. g *hujus die concelebrant* L. ſec. h Sic Pet. Lov. non *a.* i *immut.* Lov. k *acciderant* L. pr. l *multiaque* Lov. m *accep.* Edd. pp. n vulgo *facil.* o Sic rurſus MSS. & Edd. Vaſc. Steph. &c. *ſed aut* ſine *eſſent* L. pr. p *ni o.* Pet. *ſin o.* L. pr. q *cederent* B. L. ſec. Edd. Vett. uſque ad Urſ. dein *ſecunda fortuna, eſſe indus. ſublevanda* Pet. L. pr. ſec. Lov. Vaſc. Margo. minus bene. r *detrimentum* L. ſec. s vulgo abeſt *ſe.*

ut ſit *alter* videlicet *exercitus* vel *miles.* CLARK. Elienſi codici accedunt Petav. & Lovan. *altera.* Quare id hic loci praetuli. *a* excidit ob ſeq. *alteri.*

1. QUA FACILITATE INTER MEDIAS HOSTIUM CLASSES] Sic ſolus Bongarſ. at MS. Cujac. & Petav. ac Palat. *qua felicitate*, quare ſic reſcribo. VOSSIUS. Supra in hac eadem re *Incredibili felicitate.* Quod & monuit Ciacconius. quare omnino *felicitate* repoſui, confirmantibus id inſuper Leid. pr. & Edd. Vaſc. Stephani, Gr. poſt. aliiſque, neque alter exhibuit jam Clarkius.

2. EJUS JURI POTIUS] Fortunam intelligit, quae, ut queritur *Pedo Albinovanus* Eleg. 1, 54.

—— *Injuſtum jus ſibi ubique facit.*

Editt. *Rom. Ven. Beroald.* hic exhibent *exercitus potius*; MS. autem *Norvic. cujuſvis potius.* Sic & alii Codd. Sed haec varietas ex eo eſt orta, quod vim *Caeſareae* locutionis non caperent Librarii. DAVIS. Ciacconiano codici concinit ſolus Leidenſis ſec. *ejus juri.* Quod ſane eleganter dictum merito a Scaligero in textum receptum eſt. Sic Cicero pro Marc. c. 2. *Maximam vero partem quaſi ſuo jure Fortuna ſibi vindicat. Exercitus* cum Edd. primis habent Carr. & Bong. *cuivis* Baſ. Vaſc. Steph. ſed *cujuſvis* eſt in MSS. ceteris omnibus, uti & Edd. Aldi, Gryphii, Manutii: quod nequaquam tamen ſpernendum videtur. Sequitur enim ſtatim, *ſive ipſorum perturbatio ſive error aliquis, ſive etiam Fortuna.*

3. LOCUM SE TUM AD DIMICANDUM DEDISSE] Ita Scaliger, qui textum corrupit magis, quam emendavit. Antea ſcriptum in editis codicibus erat *ſecurum.* Sed in vv. cc. duobus erat *ſecum*, unde ille fecit *ſe tum.* Nihil minus potuit ad mentem Caeſaris dici: illud *ſecurum* quod in duobus manuſcriptis Palat. & Petav. reperitur multum ad veram lectionem propius accedit. Ego ſcribo, *cum ſe tutum ad dimicandum dediſſe.* Nam hoc imperatoris eſt, praeſtare, ut aequo & tuto loco pugnam milites capeſſant. At locum qualemcunque dare

dimicandum dediſſe: potitum [a] *eſſe hoſtium caſtris; expuliſſe, ac ſuperaſ-*
ſe pugnantes. Sed ſive ipſorum perturbatio, ſive [b] *error aliquis, ſive* [c] *et-*
iam fortuna partam jam praeſentemque victoriam [1] *interpellaviſſet, dan-*
dam omnibus operam, ut acceptum incommodum virtute ſarciretur: [2] *quod*
ſi eſſet factum, detrimentum [3] *in bonum verteret, uti ad Gergoviam* [d] *ac-* 6
cidiſſet, atque [e] *ii, qui ante dimicare timuiſſent, ultro ſe proelio obferrent.*
LXXXIV. Hac habita concione, [4] nonnullos ſigniferos ignominia no- I.
tavit,

VARIAE LECTIONES.

a *Se eſſe* Pet. B. L. pr. V. Edd. pp. *potitos* Lov. b *terror* Lov. *aliqui* Sc. c *aut* L. pr. ſtatim vulgo *interpellaſſent*. d *veniſſet* V. e *ei, eis, is, hi* MSS. quidam & Edd. pp.

dare pugnaturis; id vero etiam poſſit, qui bella nunquam vidit. Quare ergo ad ſui commendationem hoc Caeſar dicat? Jam vero video in alio quoque codice, quem Brutus contulit, legi *ſe tantum*, pro *ſe ſecurum*, quare certiſſima eſt conjectura noſtra. VOSSIUS. Editt. vett. *locum ſecurum: Joſ. Scaliger* edidit *locum ſe tum*, ex nonnullis Codd. qui *ſecum* exhibebant. *Joan. Freinshemius* ad *Curtii* l. IV. c. XIV, 12. conjecit *locum ſe aptum* vel *tutum*, quae quidem emendatio *Voſſio* in mentem venerat. *Pet. Victorius* Var. Lect. l. XXX. c. XXII. & *Ald. Manutius* reponunt *locum ſe aequum*; ſed lancem deprimit MS. *Norvic.* quem in hac editione ſum ſecutus; pronomen enim reciprocum ſubaudiri poſſe, ſexcentis exemplis conſtat. DAVIS. Quod edidit Scaliger, abjectum eſt & languidum. Quod voluit Voſſius, quodque habent Editt. Vett. nimium eſt & inſolens. *Opportunus* enim ad dimicandum poteſt eſſe locus aliquis, *tutus* & *ſecurus* non poteſt. Vera Lectio manifeſto eſt vel Daviſii (*locum aequum*) vel Manutii, qui eodem redit, & paullo eſt plenior, paulloque propius ad plurium Codicum ſcripturam accedit (*Locum ſe aequum*. CLARK. Non dubitandum eſt de emendatione Victorii *ſe aequum*. nam in Pal. & Bong. ac Leid. ſec. reperitur *ſecurum*, ut in Edd. priſcis; *ſecundum* in Voſſ. at *ſecum* in Scalig. Pet. Cujac. Lovan. & Leid. pr. *ſe tutum* placebat quoque Ciacconio.

1. INTERPELLASSET;] Sic ex MSS. & editt. Vett. reſtitui. Recentiores, Scaligeri errorem (ut opinor) typographicum fideliter ſecuti, ediderunt; (*interpellaſſent*.) CLARK. Atqui *interpellaſſent* inveni jam in Edd. Gryph. Manut. Plant. male. *interpolaſſet* Edd. primae & aliae. Reſcripſi *interpellaviſſet* auctoribus Cujac. Scal. Petav. Leid. pr. Lovan. & Edd. Vaſcoſ. Steph. Gryph. poſt. Reliqui *interpellaſſet*.

2. QUOD SI ESSET FACTUM, DETRIMENTUM [IN] BONUM VERTERET] Gryphii editio: *quod ſi eſ[ſet] factum, & detrimentum in bonum verteret.* Palatinus codex: *ut detrimentum in bonum verteret.* Ne hoc quidem recte: reſcribo *quod ſi eſſet factum, fore ut detrimentum in bonum verteret.* VOSSIUS. Edit. *Gryph.* habet *factum, & detrimentum*, unde reſcribit *D. Voſſius, factum, fore ut detrimentum*. Mihi placet *quod ſi eſſet, futurum ut detrimentum* &c. Phraſis eſt elegantiſſima, cujus exempla ſuppeditabit vir doctiſſimus *Joan. Clericus* ad *Corn. Severi* Aetn. vs. 504. DAVIS. *Factum; detrimentum in bonum verteret*,) Sic MSS. Reg. Elienſ. & If. Voſſii, aliique; niſi quod nonnulli habeant corrupte, (*verterent*;) nonnulli, (ut *detrimentum &c.*) D. Voſſius (ex MSS. qui habent, *ut detrimentum &c.*) reponendum exiſtimat (*Quod ſi eſſet factum*; fore ut *detrimentum &c.*) Daviſius paullo aliter; (*Quod ſi eſſet*; futurum ut *detrimentum &c.*) Manutius & Cellarius, ex Carrarienſi codice; (Quod eſſet *factum detrimentum, in bonum verteret.*) Ego in vulgata Lectione, quae ad MSS. proxime omnium accedit, nihil mutandum cenſeo: Quod habent Editt. & MSS. nonnulli (*verterent*) manifeſto corruptum eſt. Nam ut exemplis allatis oſtendit Daviſius; Verbum illud (*vertere*) ſaepiſſime apud optimos Auctores uſurpatur tamquam neutro paſſivum, vel potius elliptice pro (*ſe vertere*) CLARK. *Ut* minus bene addunt etiam Leid. pr. Lovan. & Palat. Vulgata lectio omnium eſt optima. in Leid. pr. eſt *verteretur*. Sed ſaepe Terent. *Res tibi vertat male* vel *bene*: Et ita paſſim. V. etiam Ciaccon.

3. IN BONUM VERTERET] Editt. Vett. *verterent*. Male. *Livius* l. II. c. XXVII. *Periculum libertatis —— in creditores a debitoribus verterat.* Et cap. LII. *Ea* (mulcta) *in caput vertit. Dictys* Cretenſis l. II. c. III. *Propere ad eum convertit.* Et c. XXVIII. *Cum magna praeda ad ſuos convertit.* Vide etiam not. ad l. V. B. G. c. XLIX. DAVIS.

4. NONNULLOS SIGNIFEROS IGNOMINIA NOTAVIT AC LOCO MOVIT] Hoc pro clementia Caeſaris, non more Romano. Nam qui ſigna amiſerant, ignominioſa peribant morte. Unde apud Livium l. II. *Inermes milites, ſigno amiſſo ſigniferos, duplicarioſque, qui reliquerant ordines, virgis caeſos ſecuri percuſſit.* Obvia ſunt exempla. VOSS.

2 tavit, ac loco [a] movit. Exercitui quidem omni tantus inceſſit [b] ex incom-
modo dolor, tantumque ſtudium infamiae ſarciendae, ut nemo [c] aut tri-
buni aut centurionis [d] imperium deſideraret; & ſibi quiſque etiam poenae
loco graviores inponeret labores, ſimulque omnes arderent [e] cupiditate
pugnandi; quum [1] ſuperioris etiam ordinis nonnulli, [f] oratione permoti,
manendum eo loco, & rem proelio committendam exiſtimarent. Contra
3 ea Caeſar neque ſatis militibus perterritis confidebat; [2] ſpatiumque inter-
ponendum ad recreandos animos [g] putabat; relictiſque munitionibus ma-
gnopere rei frumentariae timebat.

1 LXXV. Itaque, nulla interpoſita mora, ſauciorum modo, & [h] aegro-
rum habita ratione, [i] inpedimenta omnia ſilentio prima nocte ex caſtris
Apolloniam praemiſit, [k] ac conquieſcere ante iter confectum vetuit. His
2 una legio miſſa praeſidio eſt. His [l] explicitis rebus, duas in caſtris legio-
nes retinuit; reliquas, de IV vigilia compluribus portis eductas, eodem
itinere praemiſit; parvoque ſpatio intermiſſo, ut [m] & militare inſtitutum
ſerva-

VARIAE LECTIONES.

a *Monuit* L. pr. b deſunt *ex inc.* Lov. c deeſt Lov. d *officium* Lov. e *in cup.* L. pr. f *ratione* MSS. 5. pro *etiam* eſt *autem* L. pr. g deeſt B. h *Graecor.* Sc. i deeſt Pet. L. pr. V. *omni* Pet. V. k *haec* L. pr. ſec. Sc. Lov. Pal. *acquieſc.* Pal. *factum* B. L. ſec. Carr. l *exploratis* Carr. m deeſt Lov. L. ſec.

1. SUPERIORIS ORDINIS NONNULLI] Malim, ſi per MSS. liceret, *ſuperiores ordines.* i. e. centuriones primorum ordinum & tribuni. Vide omnino ad l. VI. B. G. c. 7. *Tribunis mil. primiſque ordinibus coactis. Superiores ordines* dixit etiam Caeſar l. VI. c. 40.

2. SPATIUMQUE INTERPONENDUM AD RECREANDOS ANIMOS PUTABAT: RELICTISQUE MUNITIONIBUS MAGNOPERE REI FRUMENTARIAE TIMEBAT] Nunquam ita ſcripſerat Caeſar; nam certum eſt ad Dyrrhachium manenti metuendam fuiſſe famem. Ideoque alia loca petenda erant. Non ignoravit hoc Celſus, in quo legitur; *Nam neque victis tam cito in aciem reverſurus ſat fidebat, & reparandis animis ſpatio opus eſſe; neque praeterea tam hoſtem, quam frumenti inopiam metuendam eo loci manentibus judicabat.* Fulvius pro *relictiſque* legebat *retentiſque:* audaci conjectura, & phraſi, quam certum mihi nunquam a Caeſare manaſſe. Codicum plerique pro vulgata ſtant, praeter Palatinum, in quo itidem male eſt *reliquiſque munitionibus.* Sed optimi duo, Vetus noſter & Petavianus codex habent *relictis.* Haurio inde veram lectionem, certe ſenſum bonum, & diſtinguo. *Spatiumque interponendum ad recreandos animos putabat relictis munitionibus. Magnopere rei frumentariae timebat: itaque, &c.* Ne ipſa quidem invidia negabit commodiorem hic ſenſum eſſe: quare neminis cenſuram defugio. Non repugnem tamen, ſiquis inſerto *&* legat, *& magnopere rei frumentariae timebat.* Qualia a librariis ſaepe omitti quotidie in codicibus antiquis video. Sic omnia erunt multo clariora. VOSSIUS. Cum manifeſtum ſit Caeſarem non propterea rei frumentariae timere, quod munitiones ſuas reliquiſſet; ſed e contrario tum maxime rei frumentariae timere, ſi ibidem locorum permanſiſſet; emendandum exiſtimat Voſſius: (—— *putabat*, relictis *munitionibus:* Et *magnopere rei frumentariae timebat.*) Favet, quod in duobus Vir doctiſſimus MSS., & ipſe itidem in MS. Elienſi, ſcriptum reppererim (*relictis*,) non (*relictiſque.*) Nihilo tamen minus defendi poſſe videtur etiam vulgata lectio, ſi illud (*relictiſque munitionibus magnopere rei frumentariae timebat*) ita accipiatur, ut dicat Caeſar, (non *propterea quod*, ſed) *quo tempore* munitiones ſuas relinqueret, timere ſe rei frumentariae; eamque ob cauſam, inter alias, caſtra alio movendum exiſtimare. CLARK. Ulcus eſt latens; nam rei certe frumentariae potius erat timendum, ſi Caeſar milites in caſtris contineret. Hac de cauſa *Petr. Ciacconius* legendum putat *retentisque munitionibus. Dionyſ.* autem *Voſſius* interpungit: *ſpatium interponendum ad recreandos animos putabat, relictis munitionibus; & magnopere rei frugmentariae timebat.* Et ſane *Voſſ. Petav.* ac *Norvic.* relictis, non *relictiſque*, *munitionibus* exhibent. Hae tamen conjecturae prorſus inanes videntur. minima mutatione reſcribo, *relictiſque* IN *munitionibus*

ſervaretur, [1] & quam ſeriſſime ejus profectio cognoſceretur, conclamari juſſit; ſtatimque egreſſus, & noviſſimum agmen [a] conſecutus, celeriter [b] ex conſpectu caſtrorum diſceſſit. Neque vero Pompejus, cognito conſi- 3
lio ejus, moram ullam ad [c] inſequendum intulit: ſed eadem [d] ſpectans, ſi [e] itinere [2] inpeditos & perterritos deprehendere poſſet, exercitum [f] e caſtris eduxit, equitatumque praemiſit ad noviſſimum agmen demorandum: neque conſequi potuit; quod multum expedito itinere anteceſſerat Caeſar: ſed quum ventum eſſet ad flumen Genuſum, quod ripis erat inpedi- 4
tis, conſecutus equitatus [g] noviſſimos proelio detinebat. [h] Huic ſuos Cae- 5
ſar equites obpoſuit, expeditoſque [i] anteſignanos admiſcuit CD, qui tantum [k] profecerunt, ut, equeſtri proelio commiſſo, pellerent omnes, compluresque interficerent, [l] ipſi incolumes ſe ad agmen reciperent.

LXXVI. Confecto juſto itinere [m] ejus diei, quod propoſuerat Caeſar, 1
tranſductoque exercitu flumen Genuſum, veteribus [n] ſuis in caſtris contra Aſparagium conſedit; militeſque omnes [3] intra vallum [o] caſtrorum continuit; equitatumque, per cauſſam pabulandi [p] emiſſum, confeſtim Decumana porta in caſtra ſe recipere juſſit. Simili ratione Pompejus, confecto 2
[q] ejuſdem diei itinere, in ſuis veteribus caſtris ad Aſparagium conſedit, [r] ejuſque milites, quod ab [s] opere, integris munitionibus, vacabant, alii lignandi pabulandique cauſſa longius [t] progrediebantur; [v] alii, quod ſubito conſilium profectionis ceperant, magna parte inpedimentorum & ſarcina-

VARIAE LECTIONES.

a *Sec.* L. pr. b Sic L. pr. Lov. c Edd. qdd. *ſeq. attulit* B. d *exſp.* L. pr. V. ad c. 85. e *in it.* L. pr. *deterr.* L. ſec. f *ex c.* L. pr. deeſt Pet. g *noviſſimo* L. pr. *diſtin.* Edd. Fl. Vaſc. Steph. Gr. poſt. h *Hinc* Edd. pp. *equites* exſulat Lov. i *anteſignarios* Pal. B. *admiſit* Edd. R. M. V. k Sic MSS. & Edd. Vett. *perfecerunt* Edd. pp. *profecere* vulgo. l Sic Scal. ex Urſ. MS. mei & Edd. Vett. *ipſique.* m deſunt B. n *ejus* Pal. *in* abeſt a L. pr. Pal. B. Sc. o vulgo deeſt *caſtrorum.* p *dem.* B. q *ejus* MSS. 4. *die* Pet. Pal. V. ad l. 11. B. G. 23. r *ejus m.* L. pr. Sc. V. Ed. Flor. s *operibus* Pet. t *progrediuntur* Edd. R. M. V. v *aliquid* L. pr. *alii qui* V.

nibus magnopere rei frumentariae timebat. Caeſar interponendum ſpatium putabat, ut animi militum recrearentur, adeoque intra munitiones eos cohibere cupiebat, ſi tamen id faceret, famem timebat; qua de cauſa e caſtris occultiſſime diſceſſit, ac inde factum, ut & Pompejanorum peditum congreſſum & cibariorum inopiam vitaverit. DAVIS. *Cur. ſec. Que* abeſt quoque a Leid. pr. & Voſſiano. Vide num *relictis munitionibus* ſignificet idem, quod retentis, & quaſi reliquis manentibus. Sic certe *relictus* paſſim a noſtro adhibetur, & in *retentis* plus ſemel corruptum eſt. Adi notas ad l. v. B. G. 19. *Dimiſſis copiis, IV. milibus eſſedariorum relictis.*

1. ET QUAM SERISSIME EJUS PROFECTIO COGNOSCERETUR,] Codices veteres quamplurimi, (ut ne citiſſima *ejus profectio &c.*) CLARK. *Quam ſeriſſime* primus edidit Scaliger, ut apud Plin. XV, 17. cum antea legeretur *ne citiſſima*, ut eſt in Bong. & Palat. Faernus corrigebat *ne citiſſime*; atque ita inveni in Leid. ſec. Verum MSS. Urſin. Cujac. Petav. Scalig. Lovan. Leid. pr. & Voſſ. habent *quam ſuetiſſime.* Quod non capio. An fuit *& ne quam citiſſime*? Ceterum de militari hoc inſtituto vide eruditiſſimos commentarios Ill. Schelii ad Hygin. p. 272. &c.

2. IMPEDITOS ET PERTERRITOS] Cum in Pet. Scalig. Palat. Leid. pr. & Voſſ. non ſit copula, non diſplicet Lovanienſis Cod. lectio *itinere inpedito perterritos.* Statim contra *expedito itinere*, & *ripis inpeditis*, uti & c. 88. Vide etiam ad lib. VII. cap. 8. *inpedito & iniquo loco.* de *Genuſo* adi ſis Cellarium.

3. INTRA VALLUM CONTINUIT] Edit. *Rob. Stephani* A. D. 1544. exhibet *intra caſtrorum munitionem*, quam lectionem ab emendatorculo profectam arbitror, nam reliqui omnes Codd. repraeſentant *intra vallum caſtrorum.* Sic *Caeſar* l. III. B. G.

cinarum relicta, ad haec repetenda invitati propinquitate [a] ſuperiorum ca-
3 ſtrorum, depoſitis in contubernio armis, vallum relinquebant. Quibus ad [b] ſequendum inpeditis, Caeſar, quod fore [c] providerat, meridiano fere tempore, ſigno profectionis dato, exercitum educit, duplicatoque ejus diei itinere, IIX [1] milia paſſuum ex eo loco procedit. Quod facere Pompejus diſceſſu militum non potuit.

1 LXXVII. [d] Poſtero die Caeſar, ſimiliter praemiſſis prima nocte inpedimentis, de IV vigilia ipſe egreditur; ut, ſi qua [e] eſſet inpoſita dimicandi neceſſitas, [f] ſubitum caſum expedito exercitu ſubiret. Hoc idem reliquis
2 fecit [g] diebus. Quibus rebus perfectum eſt, ut altiſſimis fluminibus, atque
3 inpeditiſſimis itineribus nullum acciperet incommodum. Pompejus enim, primi diei mora inlata, & [h] reliquorum dierum fruſtra labore ſuſcepto, quum ſe magnis itineribus extenderet, & [2] progreſſos conſequi cuperet, [i] IV die finem ſequendi fecit, atque aliud ſibi conſilium capiendum exiſtimavit.

1 LXXVIII. Caeſari ad ſaucios [k] deponendos, ſtipendium exercitui dandum, ſocios confirmandos, [l] praeſidium urbibus relinquendum, neceſſe
2 erat [m] adire Apolloniam: ſed his rebus tantum tempori tribuit, quantum erat properanti neceſſe: [n] timenſque Domitio, ne [o] adventu Pompeji prae-
3 occuparetur, ad eum omni celeritate & ſtudio incitatus ferebatur. Totius autem rei conſilium his rationibus explicabat, ut, ſi Pompejus eodem contenderet, abductum illum a mari, atque ab iis copiis, quas [p] Dyrrhachii comparaverat, frumento ac commeatu [q] abſtractum pari conditione belli
4 ſecum decertare cogeret: ſi in Italiam tranſiret, conjuncto exercitu cum Domitio per Illyricum Italiae ſubſidio proficiſceretur: [r] ſin Apolloniam Oricumque [3] obpugnare, & ſe omni maritima ora excludere conaretur, ob-

VARIAE LECTIONES.

a *Suorum c. d. cont.* L. ſec. b *inſeq.* Carr. c *praeviderat* Carr. L. ſec. Edd. R. M. V. Vaſc. Gr. poſt. *provideret* V. dein vulgo *millibus*. d *poſtera* L. pr. *ſimiliter* abeſt a Lov. Pal L. ſec. e Sic MSS. & Edd. qdd. non *inp. e.* f *ſubito c. expedita exercitus* L. pr. g abeſt Lov. h *reliquis diebus* L. pr. i *quarta* MSS. plerique, & Edd. Vett. k *deponendum* Edd. R. M. V. l *& p. u. inponendum rel.* L. ſec. *urbanum* Pal. m *ire* L. pr. n *que* abeſt a Pet. L. pr. Sc. Lov. V. o *adventus P. praeoccuparet* V. *ad eum* deeſt Lov. & *incitatus* exſulat a L. pr. p *Dyrrachio* L. ſec. q *diſtractum* Edd. pp. r *ſi* MSS. 4. ut alibi.

B. G. c. XVII. *Ut jam ad vallum caſtrorum hoſtes accedere auderent.* Ita igitur & hic repone. DAVIS. Nam *Scaliger Urſiniani* Codicis auctoritate motus illam vocem temere delevit: cum quo tamen facit *Pal.* IDEM. *Cur ſec.* Quod exhibet R. Stephanus, inveni in Leid. pr. & Scalig. a manu prima *Caſtrorum* addunt etiam mei, nec omiſerunt Cellarius aut Clarkius.

1. MILLIA PROCEDIT] Ita ex MS. Regio reſtituo. Editi omnes (VIII. millibus *procedit*.) Minus recte. CLARK. *Milia* exhibent quoque MSS. Ciaccon. Leid. ſec. & Pal. cum Edd. Vaſcoſ. Steph. Gryph. poſt. Stradae. *milium* Lovan. Al. *mil.*

2. PROGRESSOS CONSEQUI] Plus adridet mihi, quod eſt in Lovanienſi *praegreſſos*, ut & ſenſus poſtulare videtur. Ut ubique *pro* & *prae*, ita in hoc compoſito turbantur. Sic in Front. l. II. c. 7. §. 20. *Ipſe praegreſſus cum copiis, quas habebat*, in nonnullis eſt *progr.* Alibi *praecedere* & *antecedere* dicit. Vide ad l. VII, 54.

3. OBPUGNARET —— CONARETUR] Sic MSS. Reg. Elienſ. & Edit. Rom. Recte. Scaliger & Recentiores omnes (*oppugnare — conaretur.* Quod minus apte convenit. Dicendum enim potius fuiſſet

obſeſſo [a] tamen Scipione, neceſſario illum ſuis auxilium ferre cogeret. Ita- 5
que praemiſſis nunciis ad Cn. Domitium Caeſar ſcripſit, [1] &, quid [b] fieri
vellet, oſtendit: praeſidioque Apolloniae [c] cohortibus IV, Liſſi I, III O-
rici relictis, quique erant ex vulneribus aegri, depoſitis; per Epirum at-
que Acarnaniam iter facere coepit. Pompejus quoque de Caeſaris conſilio 6
[d] conjectura judicans, ad Scipionem properandum ſibi exiſtimabat, [2] ſi
Caeſar iter illo haberet, ut [e] ſubſidium Scipioni ferret; ſi ab ora maritima
[f] Corcyraque diſcedere nollet, quod legiones equitatumque ex Italia [g] ex-
ſpectaret, ipſe ut omnibus copiis Domitium adgrederetur.

LXXIX. Iis de cauſſis uterque eorum celeritati ſtudebat, [3] & [h] ſuis ut 1
eſſet auxilio [i] &, ad obprimendos adverſarios, ne [k] occaſioni temporis de-
eſſet. Sed [4] Caeſarem Apollonia [l] a directo itinere averterat. Pompejus 2
per Candaviam iter in Macedoniam expeditum habebat. Acceſſit [m] etiam 3
ex

VARIAE LECTIONES.

a deeſt in Pet. Lov. L. pr. Palat. V. *tum.* adſcripſit Lipſ. b *fieret o.* Lov. c *cohortium* L. pr. Pet. d *conjecturam* Pal. Lov. e *auxilium* L. pr. f *Coriciaque* Pet. L. pr. *Orieciaque* V. *Macoritiaque* Lov. g *ſpectaret* Pet. L. pr. h vulgo *ut ſuis eſſ.* i abeſt MSS. 6. & Edd. pp. k *occaſio* L. ſec. B. Pal. Lov. Carr. Edd. pp. *occaſione* L. pr. Sc. V. male V. ad l. VII, 66. & Brant. l vulgo deeſt *a.* m deeſt B. *autem* L. pr. Scal. vulgo abeſt *ex.*

fuiſſet (expugnare —— *conaretur.*) CLARKE. *Obpugnaret* quidem exaratur in Carr. Lovan. ac Leid. ſec. cum Edd. Med. Ven. & Flor. Sed reliqui & antiquiores cum ceteris Edd. jam ante Scalig. habent *obpugnare*, niſi quod in Leid. pr. ſit *expugnare* e Gloſſa. Non video, quid obſtare poſſit in locutione *obpugnare* —— *conaretur* i. e. ſi tentaret, earum urbium oppugnationem. Unde contra *deſperare obpugnationem*, quando obſidere urbem quis prohibetur, legitur cap. X. Immo plane, ut hic, ita apud Hirtium B. Afric. c. 29. *oppidum* OBPUGNARE, *ac vi inrumpere* CONABATUR.

1. ET, QUID FIERI VELLET, OSTENDIT] Vulgg. *ecquid fieri vellet, oſtendit.* Sed omnes Codd. repugnant, quorum auctoritatem ſum ſecutus. DAVIS. *Et, quid &c.*) Ita reſtituit Daviſius, conſentientibus MSS. omnibus & Editt. pleriſque veteribus. Vocem miram, & Caeſari prorſus ignotam, (*ecquid,*) intulit hic neſcio quis: Quem ſecuti Scaliger & Recentiores. CLARK. Iſtud *ecquid* ab Aldo profectum, quod Manutius, Scaligerque contra reliquas Edd. & MSS. omnes ac ſanum ſenſum, & frequentem Caeſaris locutionem ſecuti ſunt. Sexcenties dicit auctor *&, quid fieri vellet*, aut *velit*, *oſtendit.*

2. SI CAESAR ITER ILLO HABERET, UT SUBSIDIUM SCIPIONI FERRET; SI AB ORA MARITIMA] Lege, ſin *ab ora maritima* &c. Sic paulo ante, SI *in Italiam tranſiret*, SIN *Apolloniam* &c. ita ſemper loquuntur optimi ſcriptores, ut ſaepe monuimus. DAVIS. *Cur. ſec.* Hoc adeo perpetuum non eſt, ut non etiam *ſi* in disjunctione repetant: praeceſſit, *ſi Pompejus eodem contenderet*, *ſi in Italiam tranſiret*, *ſin Apoll.* ubi plerique & optimi etiam Codices *ſi.* Immo vide ad lib. VII, 66. & alibi ſaepius. pro *haberet* Ciaccon. conjicit fruſtra *habeat*, quia in ſuo invenit *habebat.*

3. ET SUIS UT ESSET AUXILIO] Sic MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii. Eleganter. Editi *ſtudebat*, ut ſuis *eſſet auxilio.* CLARK. *Et ſuis ut* repoſui auctoritate MStorum meorum omnium, Petav. Pal. Bong. Leidd. Scal. Lovan, & Voſſii.

4. CAESAREM APOLLONIA DIRECTO IT. AVERTERAT] Variant MSS. & Editi. Vulgata profluxit a Beroaldo, quem Aldus, Baſil. Manut. Scaliger & reliqui ſecuti ſunt. Sed contra MSS. auctoritatem. R. Stephanus edidit *Caeſar Apolloniam a dir.* atque ita exſtat in Bongarſ. Minus bene, licet *Apolloniam* ſit quoque in tribus meorum. *A recto it.* eſt in Palat. Brant. & Leid. ſec. *Recto itin.* ſimpliciter Lovan. unde Ill. Heinſius adſcripſit *de recto itin.* quod & Ciacconio in mentem venerat, qui etiam, quia in Codice Achillis Statii erat *adverterat*, conjiciebat *Caeſar Apolloniam recto itin. diverterat.* Rectus fuiſſet *devert.* Vide ad Luc. lib. II, 470: *devertitque acies.* Audacius idem conjicit *Caeſar ab Apollonia rectum iter av.* quia l. I. c. 14. *iter ab Arare Helvetii averterant.* Verum MSS. meliores & plerique retinent, *Caeſarem Apollonia:* & *a dir.* vel *a derecto*

ex [1] inproviſo aliud incommodum, quod Domitius, [a] qui dies complures
caſtris Scipionis caſtra conlata habuiſſet, rei frumentariae cauſſa ab eo diſ-
ceſſerat, & [2] Heracleam [*Senticam*,] quae eſt ſubjecta Candaviae, iter fe-
cerat; ut ipſa fortuna [b] illum objicere Pompejo videretur. Haec ad id tem-
4 pus Caeſar ignorabat. Simul a Pompejo litteris per omnes provincias civi-
tateſque [c] dimiſſis, [3] de proelio ad Dyrrhachium facto, [4] latius [d] inflatiuſ-
que multo, quam res erat geſta, fama [e] percrebuerat, *pulſum fugere Cae-
ſarem, paene omnibus [f] copiis amiſſis*. [5] Haec itinera infeſta [g] reddiderat:
5 haec civitates nonnullas ab ejus amicitia averterat. Quibus accidit rebus,
ut, [h] pluribus [i] dimiſſi itineribus a Caeſare ad Domitium, & [k] ab Domitio
6 ad Caeſarem, nulla ratione iter conficere poſſent. Sed Allobroges, [l] Ro-
ſcilli, atque Aegi familiares, quos perfugiſſe ad Pompejum demonſtravi-
mus, conſpicati [m] in itinere exploratores Domitii, ſeu priſtina ſua conſue-
tudine,

VARIAE LECTIONES.

a Exſulat a Pet. Lov. L. pr. V. b *obj. eum* L. pr. *ipſum* Pet. *illud* B. c *miſſis* L. pr. d vulgo *elatius.* e *percrebruerat* L. ſec. f deeſt Lov. g *reddiderant* & *averterant* vulgo. h *plurimis* Lov. Pal. i deeſt Pal. *amiſſis* Edd. R. M. V. *dimiſſis* MSS. Ciacc. & reliqui mei. Quare Ciacc. delet *itineribus*. Nil muto. k *a* MSS. & Edd. qdd. l *Roucilli* Pet. ut ſupra c. 59. *Rovici* L. pr. Lov. Sc. *Rouigi* Pal. *& Egi* L. pr. *Egi* Pet. *Eti* Sc. Lov. *All. Centonici atque* (*&* B.) *eorum* L. ſec. B. *All. & contonici atque eorum* Edd. R. M. V. pro *aegi* etiam habet *eorum* Pal. m deeſt *in* MSS. 4.

a *derecto itinere* reſtat in MSS. Ciacc. Petav. Cuj. Leid. pr. Voſſ. & Edd. primis, Vaſcoſ. Steph. Gryphii aliiſque: quod mutatum non oportuit. l. II. c. 24. *directo itinere abeſt*. B. Alex. c. 2. *directae plateae*. *Averterat* autem eſt, fecerat, ut a recto itinere ſe verſus viam flecteret. Supra lib. VI. B. G. c. 42. *quod ab ipſo vallo barbaros avertiſſet Fortuna.* vulgo ibi *avertiſſent*. Vide quae adtuli ad Lucan. lib. VIII, 857. *Quem non cinis avertet*. ubi tamen *advertet* defendi poteſt ex iis, quae notat Cl. Drakenb. ad Liv. I. 12. *adverteratque ea res Sabinos.*

1. INPROVISO] MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii (ex *improviſo*) CLARK. Praepoſitionem addidi auctoritate MStorum Urſini & meorum omnium: & Edd. Vaſcoſ. ac Steph. Plerumque *ex* vel *de* addit auctor, licet etiam exempla apud eum, uti & alios dentur, ubi ſubintelligatur.

2. HERACLEAM SENTICAM] Sic in omnibus codicibus legitur. Ptolemaeo tamen Heraclea eſt urbs Σιντικῆς. & Plinius l. IV. c. X. *Heracleam Sinticam* vocat. Sed facile potuit *i* in *e* mutari. ſic in vet. cod. *Heraclia* pro *Heraclea* ſcribitur; & in multis libris non raro reperias *Mauretania*, pro *Mauritania*. Quod perperam Fulvius inde probabat rectum eſſe, quia Graecis Μαυρετανία dicitur. Nam ſi id verum, quare non aeque *Bretania* dicere liceat, quando Graecis Βρεττανία eſt. VOSSIUS. *Heracliam* eſt etiam in Voſſiano. Lov. Pet. Palat. & Bong. Sed *Senticam* mordicus retinent omnes; cum *Sinticam* fuiſſe dictam e Plinio & Livio l. LV. c. 19. & Thucyd. l. II. Σίντοι, etiam docuerunt Glandorpius, Urſinus & Cellarius, quorum ultimus optime conjecit hanc vocem a mala manu ſcioli eſſe additam. Quia Heraclea Sintica nimium a Candavia remota, quantum ſpatii eſt ab Illyrico monte ad Biſaltas in Thraciae confinio: propior Candaviae aut contigua *Heraclea Lynceſtidis* regionis, quam non dubitat, Caeſarem vel ſcripſiſſe, vel in animo habuiſſe. nec credibile eſt, vacaſſe Pompejo ad Sintos, Biſaltas & Strymonem uſque excurrere, ſed belli rationes eum in citerioribus detinuiſſe. Quid multis? Ipſa ſeqq. verba oſtendunt, Caeſarem non potuiſſe loqui de *Heraclea Sintica*, ſed *Paphlagoniae*, quae ſubjecta eſt Candaviae. Pluribus hoc docet Cl. Weſſeling. ad Anton. Itiner. p. 607. Uncis itaque incluſi hanc vocem.

3. DE PROELIO] Sic prius, quod ſciam, edidit Scaliger, nec male, ſi e MSS. ut cap. ſeq. Antea exhibebatur ſine *de*. quomodo etiam eſt in optimo Petav. Scal. & Voſſiano. In Leid. ſec. Pal. Bong. Carr. & Edd. pp. *Quibus proelio* &c. In Lovan. *ac proelio*. At in Leid. pr. *praelium factum*. Forte fuit *proelii facti fama*.

4. ELATIUS INFLATIUSQUE] ταυτότης iſta [illegible]cuit Scaligero, in MSS. omnibus eſt *latius inſla-tiuſque*. VOSSIUS. Miror Daviſium & Clarkium retinuiſſe *elatius*: cum illa lectio ſit e ſola Ciacconii conjectura. Cellarius bene dat *latius*, volentibus

tudine, quod una in Gallia bella geſſerant; ſeu gloria elati, cuncta, ut e-
rant [a] acta, expoſuerunt, & Caeſaris profectionem, & [b] adventum Pom- 7
peji docuerunt. a quibus Domitius certior factus vix IV horarum ſpatio an-
tecedens hoſtium beneficio periculum vitavit: & ad [c] Aeginium, quod eſt
objectum, [d] oppoſitumque Theſſaliae, Caeſari venienti occurrit.
LXXX. Conjuncto exercitu, Caeſar Gomphos [e] pervenit; quod eſt 1
oppidum primum Theſſaliae venientibus ab Epiro; quae gens paucis an-
te [f] menſibus ultro ad Caeſarem legatos miſerat, [g] ut ſuis omnibus faculta-
tibus uteretur, praeſidiumque ab eo militum [h] petierat. ſed eo fama [i] jam
praecurrerat, quam ſupra docuimus, de proelio Dyrrhachino, quod mul- 2
tis [k] auxerat partibus. Itaque Androſthenes, praetor Theſſaliae, [l] quum 3
ſe victoriae Pompeji comitem eſſe mallet, quam ſocium [m] Caeſaris in rebus
adverſis, omnem ex agris multitudinem ſervorum ac liberorum in oppi-
dum cogit, portaſque praecludit, & ad Scipionem Pompejumque nuncios
mittit, ut ſibi ſubſidio veniant: [n] ſe confidere munitionibus oppidi, ſi ce-
leriter ſuccurratur; longinquam [o] obpugnationem ſuſtinere non poſſe. Sci- 4
pio, diſceſſu [p] exercituum ab Dyrrhachio cognito, [q] Lariſſam legiones ad-
duxerat. Pompejus nondum Theſſaliae adpropinquabat. Caeſar, caſtris
munitis, ſcalas muſculoſque ad repentinam obpugnationem fieri, & cra-
tes parari juſſit. Quibus rebus effectis, cohortatus milites docuit, quantum 5
uſum haberet ad [r] ſublevandam omnium rerum inopiam, potiri oppido ple-
no atque opulento; ſimul reliquis civitatibus, [s] hujus urbis exemplo, infer-
re terrorem; & id fieri [t] celeriter, priuſquam auxilia concurrerent. Itaque 6
uſus ſingulari militum ſtudio, eodem, quo venerat, die, poſt horam IX,
oppidum altiſſimis [v] moenibus obpugnare adgreſſus, ante ſolis occaſum
expugnavit, & [w] ad diripiendum militibus conceſſit; ſtatimque ab oppi-
do caſtra movit, & Metropolim venit, ſic, [x] ut nuncios expugnati oppi-
di, famamque antecederet.
LXXXI. Metropolitae, [y] primum eodem uſi conſilio, iiſdem permoti 1
rumo-

VARIAE LECTIONES.

a *Geſta* Pet. b Exſulat a Lov. vox *adv.* & abeſt a Scal. V. c *Egin.* MSS. & Edd. Vett. d *praepoſ.* B. e *venit* B. f *diebus* Edd. qq. g *tot* Lov. h *occeperat* L. pr. *peteret* L. ſec. i deeſt L. ſec. *praecucurrerat* Ed. Elz. ut alibi. *praeoccur.* L. ſec. k *auxerant* Sc. L. pr. l *dum* L. pr. m abeſt Lov. n *ſe non c. m. o. ſi non c.* Edd. R. M. V. *ſuccurrant* Lov. Edd. R. M. V. o *exp.* L. pr. p *exercitus* Pet. Lov. Sc. P. *ab* dedi e Lov. *a* vulgo. *ad Dyrrachium* L. pr. q MS. Urſ. Lov. *Lariſam*, & mox *Lariſaeos* ut in numis. r *ſublevandum* Ed. Ven. Elz. *rerum* abeſt a Lov. s Sic MSS: non *u. b.* t abeſt V. *occurrerent* Edd. R.M.V. nec male. v *muris* L. pr. w V. Ciaccon. x *cum nuncius* Lov. L. ſec. *nuncius expugnandi oppidum* L. pr. *expugnando* V. *famaque* Lov. L. ſec. y Ita MSS. non *eod. pr. eorum* V.

lentibus id MSS. omnibus, & Edd. antiquis, & ſano ſenſu. Dixi pluribus ſupra ad l. II. B. Civ. c. [illegible] *atque haec ad eum latius atque inflatius Afranius perſcribebat.*

5. HAEC ITINERA INFESTA REDDIDERANT: HAEC CIVITATES NONNULLAS AB EJUS AMICITIA AVERTERANT] MS. *Norvic.* exhibet *haec itinera infeſta redderat, haec civitates nonnullas* &c. *avertebat*, unde reſcripſerim *haec itinera infeſta reddiderat, haec civitates nonnullas ab ejus amicitia averterat*, ut ad *famam* haec referantur. DAVIS. *Reddiderat* etiam eſt in Petav. Lovan. & Voſſiano. & *averterat* quoque in Lovan. *Avertebat* in Petav. Leid. pr. Voſſ. *Reddebant* & *avertebant* in Leid. ſec.

rumoribus, portas clauſerunt, muroſquearmatis compleverunt. ſed poſtea,
caſu [1] civitatis Gomphenſis cognito ex captivis, quos Caeſar ad murum
2 producendos curaverat, portas aperuerunt. Quibus diligentiſſime conſer-
vatis, [2] conlata fortuna [a] Metropolitûm cum caſu Gomphenſium, nulla
Theſſaliae fuit civitas praeter [b] Lariſſaeos, qui magnis exercitibus Scipio-
3 nis tenebantur, [c] quin Caeſari [3] parerent, atque imperata facerent. Ille
4 ſegetis idoneum locum in agris nactus, [d] quae prope jam matura erat,
ibi adventum exſpectare Pompeji, [e] eoque omnem rationem belli conferre
conſtituit.

1 LXXXII. Pompejus paucis poſt diebus in Theſſaliam pervenit: concio-
natuſque apud cunctum exercitum ſuis agit gratias: Scipionis milites [f] co-
hortatur, ut, [g] parta jam victoria, praedae ac praemiorum velint eſſe par-
ticipes: receptiſque omnibus in una caſtra legionibus, [h] ſuum cum Scipio-
ne honorem partitur; claſſicumque apud eum cani, & alterum illi jubet
2 praetorium tendi. Auctis copiis [i] Pompeji, duobuſque magnis exercitibus
[k] conjunctis, priſtina omnium confirmatur opinio, & ſpes victoriae auge-
tur adeo, ut, quidquid intercederet temporis, id morari reditum in Ita-
liam videretur; &, ſi quando quid Pompejus tardius aut conſideratius fa-
ceret,

VARIAE LECTIONES.

a *Metrapolitarum* Carr. Edd. Vaſc. Steph. Str. Gr. poſt. *Gomphenſi* Faern. *G. venit* Sc. L. pr. b *Lariſſam eoſque* L. pr. c *quae non* L. ſec. Carr. Edd. Vaſc. Steph. Str. Gr. poſt. male. d *quia* Edd. R. M. V. e *ac o.* L. ſec. Edd. R. M. V. *inſtit.* L. ſec. f *cohortatus* Lov. g *parata* Pal. Edd. R. M. V. nec male. h *ſua* Pet. i deeſt L. pr. k *junctis* MSS. 3.

ſec. Palat. & Edd. Vaſcoſ. Steph. aliiſque. Sed praetuli *averterat* & *reddiderat*; praeſertim ſi addas e Lovan. *haec res:* ut amat Caeſar ſexcenties loqui. quod ſaepe monendum fuit.

1. CIVITATIS GOMPHENSIS EX CAPTIVIS COGNITO] Nomen proprium, ut fit, in omnibus Codd. erat corruptum; illi enim *civitatis* comprehenſis ex *captivis cognito;* ſed locum hunc egregie ſanarunt dictiſſimi viri *Fr. Hotomannus* & *Pet. Ciacconius*, quorum conjecturam recepit *Joſ. Scaliger*. Hunc autem Gomphenſium caſum, praeter Hiſtoricos, memorat etiam auctor Panegyr. VIII. c. VI, 1. DAVIS. *Comprehenſis vel comprenſis cogn. ex capt.* habent etiam MSS. mei: niſi quod in Leid. pr. ſit *compreſſae*. Non ſane ineleganter. Eſt enim idem, quod *obpreſſae overrompelt.* Adi Cel. Scheff. & Burm. ad Phaed. l. IV. F. 1.

compreſſus occubuit neci.

& Clar. Duker. ad Flor. lib. II. c. 6. §. 2. *Inopinanterque hoſtem conlatis ſignis compreſſerint.*

2. COLLATA FORTUNA METROPOLITUM] Ἐξηγισμός. *Metropolitum* Μητροπολιτῶν, pro Metropolitanorum. VOSSIUS.

3. PARERENT ATQUE IMPERATA FACERENT] In vulgg. erat *pareret atque imperata faceret*; ſed lectionem a me receptam exhibent MSS. *Voſſ.* & *Norvic.* quam mutarunt Librarii, quippe neſcierunt verbum *plurale* nomini multitudinis *ſingulari* ſaepius eſſe conjunctum. Vide notat. ad l. II. B. C. c. VI. DAVIS. *Nulla* —— *fuit civitas*, —— *quin Caeſari* parerent *atque imperata* facerent.) Ita edidit Daviſius, ex MSS. Voſſii & Elienſ. Al. (—— *pareret*, —— *faceret*. Quod idem eſt. Cellarius, ex nuperis quibusdam Editionibus, probat (*pateret.*) Quod mirum. Neque enim ex MSS. eſt, neque *Caeſari* uſitata, licet alioqui proba locutio. Quodque affert Vir doctiſſimus de ταυτότητι τοῦ *pareret* atque *imperata faceret*, plane nihili eſt. CLARK. Optime Daviſius ad l. II. B. Civ. c. 6. §. 2. reſtituit pluralem, quem agnoſcunt MSS. Scalig. Petav. Leid. pr. Lov. Bong. & Voſſ. Cives enim intelliguntur. Adi omnino ad l. III. B. Gall. c. 9. *parere* autem & *imperata facere* paſſim jungit Caeſar.

4. SEGETIS ID. LOC. IN AGRIS N. QUAE PROPE JAM M. ERAT] Videtur hic e MSS. aliquid mendi ſubeſſe. Nam vox *Segetis* non comparet in Pet. Scalig. Lovan. Leid. pr. Voſſ. & *erant* legitur in Pet. Scal. Lovan. Leid. pr. ac ſec. uti & Palat. quaſi pro *ſegetis* olim fuiſſet *frumentorum.* vel *ſegetum* & *maturae.* ut Lucanus in hac

ipſa

ceret, unius eſſe negotium diei; ſed illum delectari imperio, & conſulares
praetorioſque ſervorum habere numero, dicerent. Jamque inter ſe [a] palam 4
de praemiis ac [b] ſacerdotiis contendebant; in annoſque conſulatum defi-
niebant: [c] alii domos bonaque eorum, qui in caſtris erant Caeſaris, pete- 5
bant: magnaque inter eos in [d] conſilio fuit controverſia, oporteretne [e] L.
Hirri, quod is a Pompejo ad [f] Parthos miſſus eſſet, proximis comitiis prae-
toriis abſentis rationem haberi: [g] quum ejus neceſſarii [1] fidem inplorarent
Pompeji, [h] praeſtaret, quod proficiſcenti recepiſſet, ne per ejus auctorita-
tem deceptus videretur; reliqui, in [i] labore pari ac periculo, ne unus o-
mnes antecederet, recuſarent.

LXXXIII. Jam de ſacerdotio Caeſaris [2] Domitius, Scipio, [k] Spinther- 1
que Lentulus quotidianis contentionibus ad graviſſimas verborum contu-
melias palam [3] deſcenderunt: quum Lentulus aetatis honorem oſtentaret;
Domitius Urbanam gratiam dignitatemque jactaret; Scipio adfinitate 2
[l] Pompeji confideret. Poſtulavit [m] etiam L. Afranium proditionis exerci-
tus [n] Attius Rufus apud Pompejum, [4] quod geſtum in Hiſpania diceret. & 3
L. Domitius in [o] conſilio dixit, placere ſibi, bello confecto, ternas [p] ta-
bellas dari ad judicandum [5] iis [q], qui ordinis eſſent ſenatorii, belloque una
cum [r] ipſis interfuiſſent, ſententiaſque de ſingulis ferrent, qui Romae re-
manſiſſent, quique [s] intra praeſidia Pompeji fuiſſent, neque operam in re
militari praeſtitiſſent. unam fore [t] tabellam, qui liberandos omni periculo 4
cen-

VARIAE LECTIONES.

a deeſt L. pr. b *de ſacerd.* Pet. B. V. bene. V. ad l. II. B. G. c. 10. & ſaepius. c *aliique* Lov. d *concilio* Carr. Edd. qdd. perperam. e *Lurridii* Lov. *L. Hirtii* vel *Hircii* MSS. 3. & Edd. VV. *Luceji Hirri* Man. *L. Hirrii* Urſ. & ita Petav. Scal. V. ad l. I. c. 15. f *Arthos* Pet. Scal. *Aſthos* L. pr. g *quojus* B. *cujus* V. h vulgo *ut pr.* i *honore* L. pr. k *Spinther Q. L.* Cuj. Sc. L. pr. V. *& Q.* L. ſec. *Spintherque & Q.* Edd. pp. Vocabatur *Publ.* V. l. I. B. C. 23. l deeſt Lov. m *autem* L. pr. n *Act.* MSS. plerique & Edd. Vett. *Acutius* Sc. L. pr. Lov. o *concilio* Carr. Edd. qdd. male. p *tabulas* L. pr. q *de iis* Carr. Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. r *bis ipſis non* L. ſec. *ipſis non* Car. Pal. B. Edd. pp. Vaſc. St. Gr. poſt. male probante Rhellic. & Hotomano. s *inter* Pal. B. Edd. pp. ſed V. ad l. VII, 27. t *tabulam* L. ſec. Ceterum pro *qui* Vir doct. mavult *qua*. nec repugno. *ni* Pet.

ipſa re l. VII, 236.

Ad ſegetum raptus moturus ſigna.

1. FIDEM INPLORARENT P. UT PRAESTARET.] MSS. Urſini, Petav. Scalig. Lov. Leid. pr. Voſſ. & Ed. Scaligeri non agnoſcunt voculam *ut*; eleganter mehercule ac vere. quare delevi. Vide cum alibi, tum lib. VIII. c. 20. *Conclamant, legati mittantur.* *Recepiſſet* autem dant Ciaccon. Petav. Cujac. Scalig. Leid. pr. ſec. & Edd. R. Steph. cum Scal. & ſeqq. *Praecepiſſet* Voſſ. *promiſerat* Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. *promiſiſſet* Pal. Bong. & Edd. primae, Beroaldi, Man. Gryph. At in Lovan. & Brant MSS. *Repromiſiſſet.* Non male quidem. Videtur tamen & haec Gloſſa eſſe *recepiſſet*: quod idcirco cum optimis Codicibus retinui.

2. DOMITIUS] *L. Domitius Abenobarbus* c. 78, 99. Erat alter *Cn. Domitius Calvinus*, Caeſareanus c. 78. CLARK. & CELLAR.

3. DESCENDERUNT.] Malim *deſcenderant.* VOSSIUS. Perperam. Non enim tum —— *deſcenderant, quum Lentulus aetatis honorem oſtentaret, &c.*; Sed —— *deſcenderunt, oſtentando &c.* CLARK. Grutero placebat *deſcendere* pro *deſcendebant.*

4. QUOD GESTUM IN HISPANIA DICERET] Merito mendi ſuſpecta haec habuit verba Ciacconius, vel Gloſſam eſſe judicavit Gruterus. Vitioſi quid latere potius ſuſpicer. *videretur* eſt in Voſſ.

5. IIS, QUI —— INTERFUISSENT;] Codices nonnulli, (de *iis, qui* —— non *interfuiſſent.*) Sed longe praeſtat vulgata Lectio. Tabellae enim ad judicandum datae narrantur iis, qui interfuiſ-

cenſerent; alteram, qui capitis damnarent; tertiam, qui pecunia multarent. Poſtremo omnes aut de honoribus ſuis, aut de praemiis pecuniae,
5 aut [1] de perſequendis [a] inimicitiis agebant: [b] nec quibus rationibus ſuperare poſſent; ſed quemadmodum uti victoria deberent, cogitabant.

1 LXXXIV. [2] Re frumentaria praeparata, [c] confirmatiſque militibus, & ſatis longo ſpatio temporis a Dyrrhachinis proeliis intermiſſo, [3] quo [d] ſatis perſpectum habere militum animum videretur, tentandum [e] Caeſar exiſtimavit, [f] quidnam Pompejus propoſiti aut voluntatis ad dimicandum habe-
2 ret. Itaque ex caſtris exercitum eduxit, aciemque inſtruxit, [g] primum ſuis locis, paulloque a caſtris Pompeji longius; continentibus vero diebus, ut progrederetur a caſtris ſuis, collibuſque Pompejanis aciem [h] ſubjiceret.
3 Quae res in dies [i] confirmatiorem ejus exercitum efficiebat. Superius tamen inſtitutum in equitibus, quod [k] demonſtravimus, ſervabat, ut, quoniam numero multis partibus eſſet inferior, adoleſcentes atque expeditos [l] ex anteſignanis [m] electos milites ad pernicitatem, [4] armis inter equites proeliari [n] juberet, qui quotidiana conſuetudine uſum quoque ejus generis
4 proeliorum perciperent. His erat rebus [o] effectum, ut [5] equites M apertioribus

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *inimicis*. b *ne* Pet. Pal. c *Caeſar & conf.* Lov. d vulgo *quum* & *mil. an. h.* e deeſt Pet. Lov. f *quodn.* MS. Urſ. V. *ac* V. Lov. L. ſec. g *primo* Pet. Scal. *primus* V. *propius* Carr. Edd. pp. h deeſt Lov. i *confirmationis* L. pr. vulgo *eff. ex.* contra MSS. k *diximus* L. ſec. l deeſt L. pr. *anteſignariis* MSS. 3. m *electis* MSS. 6. n *jubet* MSS. 4. o *effectus* L. pr.

terfuiſſent; ut ſententias ferrent de iis, qui abfuiſſent, vel qui praeſentes operam *Pompejo* non praeſtitiſſent. CLARK.

1. De perſequendis inimicis agebant] MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* miro conſenſu repraeſentant *de perſequendis* inimicitiis *agebant*; nec quidquam eſt cauſae, cur haec lectio rejiciatur: *abſtractum* enim pro *concreto*, ut loquuntur Scholaſtici, eleganter uſurpatur. *Juſtinus* l. XXXI. c. VI. *Omnia igitur variis* aſſentantum *generibus corrumpebantur.* Sic ex *Pelerini* Codice edidit *J. G. Graevius*, probante *Bongarſio*; at alii MSSti *aſſentationum*, quomode legendum arbitror. *Dictys* Cretenſis l. II. cap. XLII. *Graii infrequentes incurioſique ab armis turbati*, hoc eſt, ab armatis militibus. Alia exempla huc conferre nihil attinet, cum eorum affatim ſuppeditabunt not. ad l. VII. B. G. c. LXXVIII. l. VIII. c. XIX. DAVIS. *Inimicitiis*) Ita optime reſtituit Daviſius ex MS. Elienſi & Editt. veteribus. Quibuſcum conſentit MS. Regius. Vulgg. (*inimicis*.) CLARKE. Ex meis accedunt Scalig. & Leid. ſec. Quod ſecutus ſum. Exempla ubivis ſunt obvia, & ſaepiſſime in his commentariis id monitum.

2. Re frumentaria praeparata] A re ſane frumentaria mediocriter inſtructus erat Caeſar, ſi verum eſt, quod tradit *Appianus* l. II. B. C. p. 466. ideoque Pompejus τρίβειν τὸν πόλεμον ἐγνώκει, καὶ ἐς λιμὸν ἐκ λιμοῦ τοὺς πολεμίους περιφέρειν. Lego ἐς λοιμὸν ἐκ λιμοῦ *in peſtilentiam ex fame*, quod ſolenne eſt. *Juſtinus* l. II. c. XIII. *Multorum deinde dierum inopia contraxerat & peſtem.* *Cl. Mamertinus* Pan. I. c. V, 2. *Ire paſſus eſt in profundam famem, & ex fame in peſtilentiam.* Vide & *Florum* l. III. c. V, 17. DAVIS. *Praeparata.* Dubito an alibi ſic loquatur auctor. Solet ſaepius certe *proviſa* adhibere, vel *comparata*, uti eſt hoc etiam loco in Leidenſi primo. Vide ad l. II. B. G. c. 2. Idque convenientius videtur.

3. Quum ſatis &c.] Sic ex Urſini Cod. edidit Scaliger: quum antea exhiberetur *quod.* Sed omnes mei Codd. habent *quo.* Recte ſc. ſpatio temporis. *Militum animum habere* ex eodem Cod. reſtituit Scaliger: nam in pleriſque Edd. deerat *militum animum*, uti & in nonnullis Codicibus. Sed jam recte Glandorp. item Vaſc. Stephanus aliique legerunt *habere militum animum*: atque eo ordine eſt in MSS. meis: niſi quod *animum* deſit in tribus. *Perſpicuum habere* eſt in Leid. ſec.

4. Armis] Vehementer haec vox ſuſpecta eſt, & vitioſam arbitror, vel adjectivum excidiſſe, quo pertineat, nec enim placet *armatos* reſcribi cum

ribus etiam locis [a] VII milium Pompejanorum inpetum, quum adeſſet [b] u-
ſus, ſuſtinere auderent, neque magnopere eorum multitudine terrerentur.
Namque etiam per eos dies proelium ſecundum equeſtre fecit, [1] atque [c] u-
num Allobrogem ex duobus, quos perfugiſſe ad Pompejum ſupra docui-
mus, cum quibuſdam interfecit.

LXXXV. Pompejus, [d] quia caſtra in colle habebat, ad infimas radices 1
montis aciem inſtruebat; ſemper, ut videbatur, [2] ſpectans, ſi iniquis locis
[e] Caeſar ſe ſubjiceret. Caeſar nulla ratione ad pugnam elici poſſe Pompe- 2
jum exiſtimans, hanc ſibi commodiſſimam belli rationem judicavit, uti
caſtra ex eo loco moveret, ſemperque eſſet [f] in itineribus: hoc [g] ſperans,
ut, movendis caſtris, pluribuſque adeundis locis, [h] commodiore frumen-
taria re uteretur; ſimulque, in itinere ut aliquam occaſionem [i] dimicandi
nanciſceretur, & inſolitum ad laborem Pompeji exercitum quotidianis
[k] itineribus defatigaret. His conſtitutis rebus, ſigno jam profectionis da- 3
to, [3] tabernaculiſque detenſis, animadverſum eſt, paullo [l] ante, extra quo-
tidianam conſuetudinem, longius a vallo eſſe aciem Pompeji progreſſam,
ut non iniquo loco poſſe dimicari videretur. Tunc Caeſar [m] apud ſuos, 4
quum jam eſſet agmen in portis, *Differendum eſt*, inquit, *iter in prae-*

VARIAE LECTIONES. *ſentia*

a *VIII* Lov. *milia* Edd. pp. b *tempus* Lov. L. ſec. c *unicum* V. d *qui* L. pr. V. *caſtris in colle habitis* Carr. Bong. Edd. R. M. V. *in monte* L. pr. *habita* V. e deeſt Pet. dein pro *Caeſar* habet *qui*, ubi abeſt a L. pr. f Exſulat praep. a Pet. g *ſpectans* Edd. Steph. Str. Gr. poſt. contra MSS. o. *haec* Urſ. L. pr. h *commodo rei frumentariae ut.* L. pr. *commodiore conſilio paſſim fr.* L. ſec. Pal. B. *comm. paſſim fr.* Edd. pp. non male. i deeſt L. pr. k *laboribus* Pet. *fatig.* L. pr. l deſunt 4 voces in L. pr. m *ad.* B. L. ſec. Carr. Edd. Vaſc. Steph. Str. Gr. poſt. deſunt V.

bi cum Freinſh. ad Curt. l. VII, 32. de hoc inſtituto vide ad l. VIII, 13 & I, 48.

5. EQUITES MILE SUSTINERE AUDERENT.] MSS. Petav. Lovan. Leid. pr. ſec. Palat. praebent *equitum.* Quod doctius videtur, quam ut a librariis proficiſci potuerit. Nepos in Dat. c. 8. *Non amplius hominum mile cecidiſſent*; ubi in multis MSS. tamen eſt *cecidiſſet.* Ut ad *amplius* referatur. Liv. l. XXIII. c. 44. *Mile fere paſſuum erant.* Apulej. l. II. Met. *mille nummum deponentur.* ut bene e MSS. edidit Scriverius. Adde Gronov. de pec. Vet. p. 77. Plura eorumque rationem vide apud Cl. Perizon. ad Sanct. Min. l. IV. c. 4. p 611. &c.

1. ATQUE UNUM ALLOBROGEM] Petav. *Egum Allobrogem.* VOSSIUS. MSS. *Petav.* & *Norvic.* exhibent *Aegum Allobrogem ex duobus*; ac hoc quidem nomine inſignitus erat Allobrogum unus, qui ad Pompejum perfugerat. Adi hujuſce libri c. LXXIX. Ita igitur reponendum arbitror; non enim temere fit, ut Librarii nomina propria in contextum intruſerint; quin potius ea, utpote rariora, corruperunt mutaruntque. Vocem partitivam *unum* ſubaudiri poſſe docebit *G. J. Voſſius* de Conſtruct. cap. X. pag. 41. DAVIS. Adde quae notavi ad Frontin. l. II. c. 9. §. 5. *In Adluum ex Megiſtanis.* ubi vulgo *in quendam.* Infra c. 19. *Ex ſuis neceſſariis legatos.*

2. SPECTANS] De more hic rurſus MSS. & Edd. Vett. habent *exſpectans.* Sed c. 75. *Eadem ſpectans, ſi itinere impeditos & perterritos deprehendere poſſet.* Hirt. B. Alexand. c. 1. *Illud ſpectans, ut &c.* ubi itidem MSS. *exſpectans.* vulgo *ſperans.* V. ad l. V, 44: *Quem locum probandae virtutis tuae ſpectas.*

3. TABERNACULISQUE DETENSIS] Pal. & Bong. *tabernaculiſque incenſis.* (Edd. primae, Beroaldi (Vaſcoſ. Margo) Male. *Tendere tabernacula*, eſt *erigere.* unde tentoria, ut Maro: Aen. VIII, 605.

—— *omnis legio tendebat in arvis.*

Detendere eſt oppoſitum. Livius l. XLI, 3. *Nautici tabernacula detendunt.* Adde, quod Tabernacula nunquam quiſquam incendi dixit, ſed tuguria. Quia tabernacula ex pellibus, illa ex ſtraminibus fieri ſolita. VOSSIUS.

4. SICUT SEMPER DEP. ANIMO SIMUS] Codices nonnulli (*cogitandum.* Si enim, ut *ſemper depopoſci-*

ſentia nobis, & de proelio cogitandum, [4] ſicut ſemper depopoſcimus: animo ſimus ad dimicandum parati: non facile occaſionem poſtea reperiemus. confeſtimque expeditas copias educit.

1 LXXXVI. Pompejus quoque, ut poſtea [a] cognitum eſt, ſuorum omnium
hortatu ſtatuerat [b] proelio decertare. namque [c] etiam [1] in conſilio ſuperio-
ribus diebus dixerat, *prius, quam concurrerent acies, fore, [d] uti exerci-*
2 *tus Caeſaris [e] pelleretur.* Id quum eſſent plerique admirati, *Scio me*, in-
quit, *paene incredibilem rem polliceri: ſed rationem conſilii mei accipi-*
3 *te, quo firmiore animo [f] in proelium prodeatis. [2] Perſuaſi equitibus noſtris*
([g] idque mihi [3] ſe facturos confirmaverunt,) ut, quum propius ſit acceſſum,
dextrum Caeſaris cornu ab latere aperto adgrederentur, [h] ut, circumven-
ta ab tergo acie, prius [i] perturbatum exercitum pellerent, quam a nobis
4 *telum in hoſtem jaceretur. Ita ſine periculo legionum, & [k] paene ſine vul-*
nere bellum conficiemus. id autem difficile non eſt, quum tantum equitatu
5 *valeamus.* Simul denunciavit, *ut eſſent animo parati in poſterum; &, quo-*
niam fieret dimicandi poteſtas, [4] ut [l] ſaepe cogitaviſſent, ne uſu manuque
reliquorum opinionem fallerent.

VARIAE LECTIONES. LXXXVII.

a *Compertum* L. pr. b deeſt V. male. c *&* Lov. *autem* L. pr. vulgo *concilio.* d Ita MSS. non *ut.* e exſulat a L. pr. *expugnaretur* Scal. f *proelio* Pet. *in* abeſt a L. pr. g *idque inibi f.* L. pr. *id quoque mihi eſſe* L. ſec. h *&* L. pr. V. *at.* MSS. qdd. i *exturb.* Lov. L. ſec. *exercitum* deeſt V. B. *expell.* Edd. R. M. V. k deeſt Lov. *ſine* exſulat B. male. l *ſemper* L. pr.

popoſcimus, animo ſumus *ad dimicandum parati, non facile* &c.) Sed praeſtat vulgata Lectio. Ea tamen, quae in MS. Regio Elienſ. & Voſſii reperitur (niſi quod in horum primo & tertio, pro *ſi ut*, corrupte ſcriptum ſit *ſicut*,) vulgata non multo eſt inferior: (—— *cogitandum*; ſi, *ut ſemper depopoſcimus, animo* ſumus *ad dimicandum parati. Non facile &c.*) CLARK. *Si enim ut* & *ſumus* eſt in Carr. & Edd. Beroaldi, Vaſcoſ. Stradae, Gryph. poſt. Non autem, quod putabat Ciacconius, deeſt in illis *animo. ſi ut*, & *ſumus* confirmatur MSS. Scalig. & Leid. prim. cum Edd. Gryphii & Stephani. *Sumus* eſt inſuper in Lovan. Leid. ſec. In Cod. Brant. *ſic ſemp.* & *ſitis.* de locutione *animo paratus* quam adhibet etiam Cap. ſeq. vide ad B. Alex. c. 45. *paratior militum animis.*

1. IN CONSILIO] Omnino legendum, ut curavi *conſilio* auctoritate MSS. meorum ſeptem & Edd. primarum. Vide ad l. v. c. 28. *Rem ad conſilium deferunt* & alibi. Etiam c. 87. eſt in MSS. octo (nam ibi rurſus incipit Dorv.) & Edd. primis.

2. PERSUASI EQUITIBUS NOSTRIS, IDQUE MIHI SE FACTUROS CONFIRMAVERUNT, UT —— AGGREDERENTUR;] Scribendum eſt cum parentheſi. (*Perſuaſi equitibus noſtris, (idque mihi ſe facturos confirmaverunt,) ut —— aggrederentur.* Rectius enim dicitur, *Perſuaſi ut aggrederentur*; quam, *confirmaverunt id ſe facturos, ut aggrederentur.* Sed leviculum hoc. Dein pro *in poſterum*; Editio vetus Romana, (*in praelium.*) Forte, (*ad praelium.*) Quanquam enim ferri poteſt, ſuſpectum tamen videtur illud (*in poſterum.*) CLARK. *In proelium* exſtat in Lov. Leid. ſec. ac Mediol. Flor. Venet. Edd. Nil muto. *Superioribus diebus* hoc jam dixerat Pompejus.

3. SE FACTUROS CONFIRMAVERUNT] Vocula *ſe* non comparet in Petav. Lovan. pr. Voſſ. Bong. & aliis; non male per ellipſin, ut vidimus ſaepius. Verum amplius habet Lovan. *mihi facturi confirmaverunt*, per Graeciſmum. Quod non temere ſpernendum videtur. Propert. l. II, 7. 45.

Viſura & quamvis numquam ſperaret Ulixen.

Sed notum hoc. Vide Sanctii Min. III, 7. Paſſer. ad Propert. III, 4. in fine. Voſſ. ad Vellej. II, 76. N. Heinſ. ad Ovid. Met. XI, 786. XIII, 135. Pricaeum ad Apul. l. VII. p. 142. *Quoad ſummos illi promitterent honores habituri mibi:* ubi in MSS. nonnullis *habituros:* aliosque. Praeterea pro *idque* in MS. Palat. Carrar. Flor. & Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. ac Stradae Edd. legitur *id quod.* Non in eleganter. Adi ad c. 44. *Id quod accidit.* B. Alex. c. 24. *Id quod magis conveniebat.*

4. UT SAEPE COGITAVISSENT, NE USU MANUQUE

LXXXVII. Hunc Labienus excepit, [1] & [a], quum Caeſaris copias deſpi- 1
ceret, Pompeji conſilium ſummis laudibus efferret, *Noli*, inquit, *exiſti-* 2
mare, Pompei, hunc eſſe exercitum, qui Galliam Germaniamque device-
rit. omnibus interſui proeliis; neque temere incognitam rem [b]*pronuncio.*
perexigua pars illius exercitus [c] *ſupereſt; magna pars deperiit: quod ac-*
cidere tot proeliis fuit neceſſe: multos [d] *autumni peſtilentia in Italia con-* 3
ſumſit: multi domum diſceſſerunt: multi ſunt relicti [e] *in continenti.* [2] *An* 4
non [f] *exaudiſtis, ex iis, qui per cauſſam valetudinis remanſerunt,* [3] *co-*
hortes eſſe Brundiſii factas? hae copiae, quas videtis, ex [g] *dilectibus ho-* 5
rum annorum in [h] *citeriore Gallia ſunt refectae: &* [4] *plerique ſunt ex co-*
lonis Tranſpadanis. [i] *Attamen, quod fuit roboris, duobus proeliis Dyr-*
rhachinis interiit. Haec quum dixiſſet, juravit, *ſe, niſi victorem, in ca-* 6
ſtra [k] *non reverſurum:* reliquoſque, ut idem facerent, hortatus eſt. Hoc
laudans Pompejus idem juravit. nec vero ex reliquis fuit quiſquam, qui ju-
rare dubitaret. Haec quum facta [l] eſſent in conſilio, magna ſpe & laetitia 7
[a] omni-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *ut*. b *promitto* L. ſec. c *ea* vel *en ſup.* Lov. d *interim aut.* Edd. R. M. V. e *in continentia* L.pr. *in continentes* V. f vulgo *audiſtis. ex iis loqui* L. ſec. g ſic rurſus L. pr. Lov. *delictis* V. *delectis* Pet. B. & Edd. pp. Vaſc. Gryph. *delectu* L.ſec.Sc. Pal. Ed. R. Steph. h *citeriori* MSS. 2. dein vulgo *pleraeque.* i *ac t.* L. pr. *ex duob.* V. *Dyrrachenis* L. pr. k deeſt L. pr. l *ſunt* MSS. o. & *conſilio* cum Edd. pp. ut debet, non per *c*.

QUE RELIQUORUM OPINIONEM FALLERENT] Suſpectus mihi locus: in Cujaciano codice erat *ne uſu manuum*. VOSSIUS. Reponendum puto *ut ſaepe optaviſſent*; Pompejum enim tarditatis inſimulaverant milites, ut ſupra notavit *Caeſar* c. LXXXII. nec ſane video, quem locum hic habere poterit vox altera. *Voſſio* ſequentia etiam ſunt ſuſpecta, qui notat Codicem *Cujac.* habere *ne uſu manuum*; & ipſe teſtor *ne uſu manus* in MSto *Norvic.* reperiri. DAVIS. *Optaviſſent*;) Ita emendavit Daviſius, ingenioſiſſime. Al. (*cogitaviſſent.*) Quod valde languidum. Dein *Uſu manuque*, praeſtat vulgata Lectio, quanquam Voſſio ſuſpecta. *Uſu manuque*, eſt, *peritia & virtute*. CLARK. Vir doctus etiam margini adleverat: *voviſſent* vel *optaviſſent*. Propius ad litterarum ductum Gruterus *agitaviſſent*. Quod non inprobo. Vide ad B. Hiſp. c. 25. Senſus erit idem, ac in Lucani l. VII. 25.

Miles, adeſt toties optatae copia pugnae,
Nil opus eſt votis, jam fatum arceſſite ferro.

In MSS. Bong. & Voſſ. eſt *cogitaviſſet* ſc. Pompejus. Quo timor ejus indicetur, ne eluderent promiſſam fortitudinem, & vanam probarent ipſa re ſuam fuiſſe jactantiam. Quod certe Pompejus metuit, ut docet multis ibidem Lucanus. Id tamen huic orationi, quam Caeſar ei dat, minus convenire videtur. *Uſu manus* eſt in Petav. *manu* eſt in Leid. pr. & Voſſ. ſine *que*. Sed recte vulgatum defendit Clarkius. Sexcenties auctor cum aliis *uſum* & *uſum rei militaris* de peritia & experientia in re bellica adhibet.

1. UT QUUM] Non bene cohaerent, *Excepit ut efferret inquit.* Quare reſcripſi auctoritate MSStorum Cujac. Petav. Scalig. Leid. pr. Lov. & Palat. ac Gryph. Marg. & Ed. R. Stephani *&*. quod referendum ad *inquit*. Fraudi fuit editoribus & librariis, quod *deſpiceret* & *efferret* ſine disjunctiva copula junxerit Caeſar. quod tamen frequens ei eſt. & quia non caperet librarius codicis Lovan. ſcripſit *effert*.

2. AN NON AUDISTIS.] MSS. Petav. Leid. pr. Lov. Voſſ. Palat. *exaudiſtis*. Quod recipere non haeſitavi. l. V. B. G. c. 30. *Ut magna pars exaudiret.* Infra c. 94. *etiam ut milites exaudirent.* item c. 105. Hirt. B. Alexand. c. 20. Liv. II, 59. *Imperia exaudiri.* Drak. ad l. III, 36. *Vox exaudiebatur.*

3. COHORTES] Quaeri hic poteſt, annon nota numeralis forte exciderit. Quanquam id non prorſus neceſſarium. CLARK.

4. PLERIQUE SUNT] Editi recentiores omnes, *pleraeque*. Sed praeſtare videtur (quod in MSS. Reg. & Elienſi & Edit. Rom. repperi) *plerique*. Ut *milites* intelligantur potius, quam copiae. IDEM. Optime Clarkius reſtituit *plerique*, quod exaratur in MSS. meis ad unum omnibus & Ed. Mediol. Frequens haec ſyntheſis generis eſt in

[a] omnium diſceſſum eſt: [b] ac jam animo victoriam [c] praecipiebant; [1] quod
de re tanta, & a tam perito Imperatore nihil fruſtra confirmari videbatur.
1 LXXXVIII. Caeſar, quum Pompeji caſtris adpropinquaſſet, ad hunc
modum aciem ejus inſtructam [2] animum advertit. Erant in ſiniſtro cornu
legiones duae, tranſditae a Caeſare initio diſſenſionis ex SC. [3] quarum u-
na prima, altera tertia adpellabatur. In eo loco ipſe erat Pompejus. Me-
2 diam aciem Scipio cum legionibus Syriacis tenebat. [d] Ciliciensis legio con-
juncta cum cohortibus Hiſpanis, quas tranſductas ab [e] Afranio docuimus,
3 in dextro cornu erant conlocatae. Has firmiſſimas ſe habere Pompejus ex-
iſtimabat. Reliquas inter [f] aciem mediam, cornuaque interjecerat: nume-
4 roque [4] cohortes CX expleverat; ([g] haec erant milia XLV.) evocatorum cir-

VARIAE LECTIONES.

citer

a Exſulat L. pr. b *&* MSS. 3. c *perc.* MSS. plerique (*prae* vero Urſ. Pet. L. pr. ſec.) & Edd. Vett. V. Comm. & ad c. 31. *ejicieb.* V. d *Ciliceiiſis* MSS. 4. & Edd. Vett. *Cilienſis* Lov. e *Acronio* L. pr. *Petronio* Scal. & a m. pr. *Exonio. Eranio* Pet. cum 5. aliis. *cum cobort.* deſunt Pet. f *acies media* Lov. *que* deeſt Dorv. *interjecerant* L. pr. Lov. in quo etiam *expleverant.* g *hae* Pal. Dorv.

Caeſare. Vide, quae congeſſi ad l. III. c. 9. B. G. l. IV. c. 36. l. VII. c. 20. Cel. Burm. ad Sueton. Calig. 48. Claud. 25. Dein malim quoque *ex coloniis;* quod habent Leidenſes, Palat. & Edd. Vaſc. Aldi, Gryphii aliaeque.

1. QUOD DE RE TANTA, ET A TAM PERITO IMPERATORE NIHIL FRUSTRA CONFIRMARI VIDEBATUR] *Pal.* & *Norvic.* exhibent, *quod de re tanta & tam perito.* Lege *quod de re tanta a tam perito* &c. nam particula copulans videtur ſententiam turbare. Mihi favet *Pſeudocelſus.* Vide eum p. 205. DAVIS. *Cur. ſec. & de tam p.* Lovan. & Dorvill. Nil mutandum vel ejiciendum cenſeo. Suam venerem & vim habet copula.

2. ANIMUM ADVERTIT] Vulgg. *animadvertit;* ſed lectionem, quam e MSto *Norvic.* recepimus, longe eſſe elegantiorem aliquoties monuimus. Vide notat. l. I. B. G. c. XXIV. DAVIS. Accedit Petav.

3. QUARUM UNA PRIMA, ALTERA TERTIA APPELLABATUR] Magnus Lipſius Mil. Rom. l. IV. Dialog. VIII. illud *appellabatur* omnino a Caeſare eſſe negat, putatque a librario ſubſtitutum. Ego etſi non dubito, audaciae plerosque judicaturos, quod refragari auſim, attendere tamen eum voluiſſem ad verba, quae hoc libro ſupra leguntur: *L. Caſſium Longinum cum legione Tyronum, quae appellabatur* XXVII, *&c.* Ubi ſimilis prorſus loquendi modus. Alibi etiam dixit, *legio, quae vernacula appellabatur.* Sed hoc loco monendum praeterea, pro *tertia* legione legendum alios putaſſe *quarta*, ex Lucano: qui ait

—— cornu tibi cura ſiniſtri
Lentule cum prima, quae tum fuit optima bello
Et quarta legione datur.

Niſi ipſum Lucanum erraviſſe dicamus: aut, quod malim, non conveniſſe inter autores: nam Lucanus in dextro cornu Domitium, in ſiniſtro Lentulum: contra Appianus illum in laevo, hunc in dextro collocat. Caeſar ipſe Pompejum in ſiniſtro, ait fuiſſe, Plutarchus in dextro, & Domitium in laevo. Sed de Pompejo movere non debet, niſi quatenus dicitur hic fuiſſe in dextro, illic in ſiniſtro cornu: nam etſi ille in ſiniſtro, tamen praepoſuerat quoque huic peculiarem legatum. Ut Caeſar ipſe dicit dextro cornu praefuiſſe Syllam, & tamen ſe contra Pompejum conſtitiſſe ait, h. e. dextro cornu ſuo, quod opponebatur ſiniſtro hoſtium, in quo Pompejus erat. Ut profecto credere debeam etiam hunc locum de numero legionum in antiquiſſimis codicibus diverſe ſcriptum fuiſſe. VOSSIUS. De numero legionum vide etiam Urſinum, aliosque & ad lib. VIII. c. 54. Recte vero Voſſius defendit *adpellabatur:* quod tempus in hac deſignatione nominis ubique abhibet Caeſar, licet omnibus illis locis in uno alteroque Codice ſcribatur *adpellatur.* Cur hoc tempus adhibuerit Caeſar, latius docui ſupra ad c. 34. Adde Hirt. B. Alex. c. 42, 53. & alia loca.

4. COHORTES CX EXPLEVERAT; HAEC ERANT MILLIA XLV.] Ita in omnibus codicibus. Tradunt quoque Plutarchus, & Appianus Caeſari millia XXII. Pompejo numerum altera parte majorem fuiſſe. Tamen cohortes eae faciunt millia LV. quomodo in editis libris nonnullis legere eſt. Et fortaſſe ita Caeſar ſcripſit. Scio quidem potuiſſe atteri bello cohortes, ut CX non plures quam XLV. mille milites continerent: ſed non videtur Caeſar id ſincere expreſſurus fuiſſe: quia

quo-

citer [1] duo [a], quae ex beneficiariis ſuperiorum exercituum ad eum conve-
nerant: quae tota acie [b] diſperſerat. Reliquas cohortes [c] VII caſtris propin-
quiſque caſtellis praeſidio diſpoſuerat. Dextrum cornu ejus rivus quidam 5
inpeditis ripis muniebat: quam [d] ob cauſſam [2] cunctum equitatum, ſagitta-
rios funditoreſque omnes, [e] in ſiniſtro cornu objecerat.

LXXXIX. Caeſar, ſuperius inſtitutum ſervans, X legionem in dextro 1
cornu, IX in ſiniſtro conlocaverat, tametſi [f] erat Dyrrhachinis proeliis ve-
hementer adtenuata. [g] Huic ſic adjunxit IIX, ut paene unam ex duabus
efficeret; atque alteram alteri praeſidio eſſe juſſerat. Cohortes in acie LXXX 2
conſtitutas habebat: [3] quae ſumma erat milium XXII. Cohortes II caſtris
prae-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *duae. duo milia* Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. *qui* MSS. 3. *Converterant* MSS. 4. b vulgo *diſperſae erant. Reliquaſque* L. pr. c *VIII* Lov. *in c.* L. pr. Sc. Ed. Steph. d Edd. qdd. *ad c.* e deeſt Pet. L. pr. Sc. Lov. P. B. Dorv. f Sic MSS. Urſ. Pet. B. V. Sc. Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. Scal. &c. Al. *erant attenuatae.* g Ita Cuj. B. Lov. L. ſec. Edd. Vett. non *&* *b. ad IIX* L. pr. Lov.

quo major hoſtium numerus, eo illuſtrior ejus victoria. Florus l. IV. c. II. *trecenta hinc illinc millia fuiſſe praeter auxilia Regum & Senatus* ait. Vereor multum, ne mendoſus locus ſit, & ſcribendum *centena.* Alioqui vaniſſimus jactator eſt. VOSSIUS. Dubium quidem non eſt, quin mendoſus ſit *Flori* locus, non tamen in ea re, quam voluit *Dionyſ. Voſſius:* nam tradit *Appianus* lib. II. B. C. p. 471. nonnullos eſſe, qui ſcripſerunt, in utroque exercitu fuiſſe *ἀνδρῶν Ἰταλῶν τετταράκοντα μυριάδας*, ideoque, cum vaniſſimus jactator fuerit *Florus*, non mirum eſt, eum cum iis auctoribus feciſſe, qui multitudinem exaggerabant. Sed bene ſe geſſiſſet vir eruditus, ſi perpendiſſet *auxilia Regum & Senatus*; ultima enim vox omni procul dubio eſt vitiata. Poſt ea *Joan. Freinshemius* ſubſtituit *nationum. Anna* Daceria & *J. G. Graevius* malunt *ſociorum*; ſed utraque conjectura nimium abit a Codicum MSS. lectione. Si mihi fas ſit poſt tanta nomina emendationem tentare, reponerem *auxilia Regum & Dynaſtum*, eodem modo quo *Metropolitum* dixit *Caeſar* ſupra c. LXXXI. Sic *noſter* hujuſce libri c. III. *Regibuſque omnibus &* Dynaſtis *& tetrarchis. Hirt.* Bell. Alex. c. LXV. *Reges*, *Tyrannos*, Dynaſtas, *provinciae* —— *dimittit.* Sed & Βασιλέας καὶ Δυνάστας in recenſendis Pompeji copiis jungit *Appianus* B. C. l. II. p. 472. DAVIS. *Senatus* retinent in Floro omnes MSS. Vide ibi Cl. Duk. Ceterum hic Ciacconius pro *CX* reponere tentat *XC*; quia tantum habuit IX legiones. Sed & aderant cohortes ſociales & auxilia praeter legiones ipſas. Oroſius tamen habet modo *LXXXVIII.* Dein *XLV* vero eſt in MSS. tum aliorum, tum meis, praeter Bong. qui cum Edd. Vetuſtis dat *LV*, male. Non enim veriſimile cohortes Pompeji plenas fuiſſe; licet non ita adtenuatae eſſent, ac Caeſarianae, de quibus c. ſeq. Vide de hoc loco etiam Lipſium Lib. IV. de Mil. Dial. 8.

1. DUAE —— QUAE T. A. DISPERSAE ERANT] Codices plurimi (duo *ſcil.* millia) *quae t. a. diſperſerat.* CLARK. Vulgatam lectionem a Faerni & Hotom. libris *duo* recepit Scaliger. Et certe inveni quoque in Voſſ. & Dorv. ac *diſperſae erant* in Bongarſ. Leid. ſec. Voſſ. & Dorv. ac Ciac. Verum optimi libri Leid. pr. Petav. Scalig. & Brant. retinent *diſperſerat*, uti & longe plurimi *τὸ duo* cum Edd. Vetuſtis. Rectius. Quo modo enim duae tantum cohortes tota acie diſpergi potuerunt. Quare revocavi veterem lectionem.

2. CUNCTUM EQUITATUM] Si Frontinum audimus, l. II. Strateg. c. III. ſexcenti in dextro cornu equites fuere. Sed monere viſum in eodem autore, quod paullo ante ait: *Cn. Pompejus adverſus C. Caeſarem paluſtri proelio Pharſaliae, triplicem inſtruxit aciem.* Moneo, inquam, non intellexiſſe Stewechium, quid vox *paluſtre* hic vellet, ideoque corruptam putaſſe. Sed explicat ipſe Frontinus, & paullo poſt ait: *Siniſtrum latus, ne circuiri poſſet, admovit paludibus.* VOSS.

3. QUAE SUMMA ERAT MILLIUM XXII] MSS. Reg. & Edit. Rom. (*quae ſumma erat* hominum (quomodo & alibi loquitur Caeſar) *millium XXII.*) Cellarius edidit (XXXII.) CLARK. *Hominum* adeſt etiam Leid. ſec. & Edd. Venet. Med. ac Flor. bene, & quidem de peditibus. Adi ad l. II. c. 39. *Omnium* eſt in Bong. Ceterum male Cellarius repoſuit *XXXII* contra Plutarchi, Dionyſ. & Appiani teſtimonium; & ipſum Caeſarem, qui adtenuatas maxime ſuas copias dixit. Adde Labieni orationem, c. 87., Cur enim non potuerunt in ſingulis pauciores, quam quadringenti fuiſſe milites? Infra c. 106. in 2. legionibus ſunt modo

 III

praeſidio reliquerat. Siniſtro cornu Antonium, dextro P. Sullam, media
3 acie Cn. Domitium [a] praepoſuerat. Ipſe contra Pompejum [b] conſtitit. Simul his rebus animadverſis, quas demonſtravimus, timens, ne a multitudine equitum dextrum cornu circumveniretur, celeriter [1] ex [c] tertia acie ſingulas cohortes detraxit; atque ex his quartam inſtituit, equitatuique obpoſuit; &, quid fieri vellet, oſtendit; monuitque ejus diei victoriam in
4 earum cohortium virtute [d] conſtare. Simul tertiae aciei, totique exercitui imperavit, ne [e] injuſſu ſuo concurreret: ſe, quum id fieri vellet, [2] vexillo ſignum daturum.

1 XC Exercitum quum militari more ad pugnam cohortaretur, ſuaque in eum perpetui temporis officia praedicaret, *in primis commemoravit*,
2 *teſtibus ſe militibus uti poſſe, quanto ſtudio pacem petiſſet: quae per Vatinium in conloquiis, quae per A.* [f] *Clodium cum Scipione egiſſet; quibus modis*

VARIAE LECTIONES.

a *Propoſ.* MSS. 3. b Sic MSS. mei & Edd. Vett. non *conſiſtit.* ut e Ciacc. MS. repoſuit Scaliger. c *unaquaque acie* V. *ex terna* & *extrema* Edd. qdd. contra MSS. male. d *conſiſtere* Lov. ſed V. ad l. VII, 84. e *injuſſo* L. pr. *concurrerent* Reg. L. ſec. Dorv. *ſed* L. ſec. Pal. f *Claudium* MSS. o. & Edd. pp.

III milia & cc. B. Alex. c. 96. *minus mille hominum in legione.* Pejus etiam Freinshem. ad Flor. l. IV. c. 2. §. 48. reponit *XL. cohortes.* & Hotomann. *XLIV.* Tunc enim pleniſſimae fuiſſent. Cum Cellario conſentit Oroſius lib. VI. cap. 15, *Caeſar ſimiliter LXXX cohortes triplici ordine diſpoſuit, cui fuerunt non minus quam XXX milia peditum, equites mille.*

1. EX TERTIA ACIE SINGULAS COHORTES DETRAXIT] Expone ex quaque legione tertiae aciei: nam cohortes detractae ſex fuerunt, & totidem legiones in eadem acie. Docent veteres, docuitque olim Frontinus, ſed nunc mire depravatus. Verba ſunt: *In dextro cornu Caeſar poſuit equitem, cui velociſſimos miſcuit peditum, & ad morem equeſtris pugnae exercitatos. Sed deinde cohortes in ſubſidio retinuit ad res ſubitas; ſed dextro latere converſas in obliquum, unde equitatum hoſtium expectabat, collocavit.* Lege: *Sex deinde cohortes in ſubſidio retinuit, ad res ſubitas; & dextro latere.* VOSSIUS. Dura videtur *Voſſii* expoſitio; malim igitur *ſenas cohortes, detraxit. Plutarchus* cum alibi tum vit. Caeſ. p. 728. Ἀπὸ τῆς ἐσχάτης τάξεως ἀδήλως ἐκέλευσε περιελθεῖν πρὸς ἑαυτὸν ἓξ σπείρας &c. Vide & c. XCIII. Ac ita ſane repoſuerunt *Pet. Ciacconius* & *Juſt. Lipſius* Mil. Rom. l. IV. Dial. VIII. *Latinus Latinius* conjecit *extrema acie ſex cohortes.* Sic & *Fr. Hotomannus*, niſi quod *extrema acie* malit. Sed placet conjectura, quam dixi, quia minus recedit a receptae lectionis veſtigiis. DAV. Hoc eſt, ut recte explicavit Voſſius, *ex quaque legione* tertiae aciei *cohortem unam*; quae *proinde* detractae erant cohortes *ſex*, ut Caeſar ipſe mox ait, c. 93. Ut mirum ſit, Virum doctiſſimum J. Daviſium, duram appellare hanc expoſitionem; Quae revera adeo perſpicua eſt & naturalis, ut aliam in ſententiam ne poſſint quidem accipi Caeſaris verba. Quam autem ipſe affert ex Ciacconio & Lipſio conjecturam, (*ex tertia acie* ſenas *cohortes detraxit*;) ea vix ac ne vix quidem Latina eſt. Non enim *ſenas* detraxit, (quae ex ſex legionibus eſſent futurae *triginta ſex*,) ſed tantum *ſex cohortes.* Quamque adducit Ciacconius ex *libro primo de bello civili* ſimilem locutionem, (*primam aciem* quaternae *cohortes ex quinque legionibus tenebant*, ea ipſa contra Eum maxime facit: *Quaternae* enim cohortes illae, non *quatuor* ſcilicet fuerunt, ſed *viginti.* Quod cum non intelligerent Librarii & Editores plerique, locum ipſum turpiſſime corruptum exhibuerunt, (*quaternae cohortes* ex quinta legione.) Sed Ciacconio ignoſcendum. Ipſe enim conjecturam ſuam mox retrahit; veramque lectionem (*ex tertia acie* ſingulas *cohortes*,) vidit & recte explicavit. CLARK. *Senas* etiam voluere Freinsh. ad Flor. & G. Canterus Nov. Lect. l. III, 24. Sed non opus eſſe bene viderunt Ciacconius & Voſſius; retinentque MSS. omnes *ſingulas.*

2. VEXILLO] Quia ſtatim Caeſar dixit ſe *tuba ſignum dediſſe*, & *vexillum*, ſolenne ſignum erat, cum ad arma concurri deberet, ut videri poteſt ex Comment. ad l. II. B. G. c. 20. putat Ciacconius, hanc vocem hic eſſe corruptam, ſed perperam: licet vexillum purpureum proponeret Imperator, tamen tuba etiam claſſicum canebat. Hic vero non ſolitum illud vexillum, quod ante proe-

modis ad Oricum cum Libone [a] *de mittendis legatis contendiſſet: neque ſe umquam abuti militum ſanguine, neque Rempublicam alterutro exerci-* 3
tu privare voluiſſe. Hac habita oratione, expoſcentibus militibus, & ſtu- 4
dio pugnae ardentibus, tuba ſignum dedit.

XCI. Erat Craſtinus evocatus in exercitu Caeſaris, qui ſuperiore anno 1
apud eum primum pilum in legione x duxerat, vir [b] ſingulari virtute. Hic, ſigno dato, *Sequimini me*, inquit, *manipulares mei qui fuiſtis; & veſtro Imperatori, quam* [c] *conſtituiſtis, operam date. Unum hoc proelium ſupereſt; quo confecto, & ille ſuam dignitatem, & nos noſtram libertatem* 2
recuperabimus. ſimul reſpiciens [d] Caeſarem, [1] *Faciam*, inquit, *hodie*, 3
Imperator, ut aut vivo mihi, aut mortuo gratias agas. Haec quum dixiſſet, [e] primus ex dextro cornu [f] procucurrit: atque eum [g] electi milites circiter cxx [h] voluntarii ejuſdem centuriae ſunt proſecuti.

XCII. Inter duas acies tantum erat relictum [i] ſpatii, ut ſatis eſſet ad con- 1
curſum utriuſque exercitus, ſed Pompejus ſuis praedixerat, [2] ut Caeſaris inpetum [k] exciperent: neve ſe loco moverent; aciemque ejus diſtrahi paterentur. idque admonitu C. Triarii feciſſe dicebatur, ut primus excurſus 2
[l] viſque militum infringeretur; acieſque [m] diſtenderetur; atque [n] in ſuis ordinibus diſpoſiti diſperſos adorirentur: [o] leviuſque caſura pila ſperabat, in loco retentis militibus, quam ſi ipſi inmiſſis telis occurriſſent: ſimul fore, ut, duplicato curſu, Caeſaris milites [3] exanimarentur, [p] & laſſitudine conficerentur. Quod nobis quidem nulla ratione factum a Pompejo [q] videtur: 3
propterea quod eſt quaedam animi incitatio, atque alacritas naturaliter innata omnibus, [r] quae ſtudio pugnae incenditur. Hanc non reprimere, ſed augere imperatores [s] debent; neque fruſtra antiquitus inſtitutum eſt, ut

VARIAE LECTIONES.

a *In* Edd. R. M. V. b *ſingularis v. Hoc.* Lov. c *conſuev.* Ciacc. *qua* Lipſ. d *ad Caeſ.* B. Edd. pp. e deeſt Pal. f Sic Pet. Urſ. L. pr. Scal. Lov. Vulgo *procurr.* V. Adi ad l. II. B. G. 19. in f. c. 93. g ita MSS. non *m. el.* h *voluntarie* Pet. V. Edd. pp. aliaeque. *voluntariae* B. Edd. Vaſc. Str. i *ſpatium* B. k *recip.* Lov. Pal. Dorv. male. V. ad l. I. B. G. c. 25. Mox *fec. videbatur* Pet. l deeſt V. *refr.* MSS. 2. m *diſtenderentur* Lov. *diſcinder.* Carr. n Sic MSS. praeter L. ſec. Dorv., ut & Edd. pp. Gryph. Steph. aliaeque. Vulgo ſine *in. in ſuos ordines* Bong. *ſui* Lipſ. non male. o Sic MSS. o. & Edd. Vett. vulgo e conj. Ciacc. *l. quoque. curſura* Lov. *ſperabant* MSS. 3. p *quod &* L. pr. V. q *videretur* L. pr. Dorv. V. Mel. Palm. ſpicil. T. IV. Th. Cr. p. 637. r *qui incenduntur* Faern. & mei MSS. 5. & Edd. pp. s *ſolebant* Lov.

te proelium tollebatur, intelligit Caeſar, ſed extraordinarium, quod in ipſo proelio & illo momento temporis, quo eos conſurgere volebat, tolleret: uti etiam fecit. Vide §. 4. c. 93.

1. FACIAM HODIE, IMPERATOR] Hujuſce dicti meminit *Plutarchus* in Pompejo p. 656, 657. & in Caeſare p. 729. Hic vero Κρασσίνιον, illic Κρασσιανὸν hunc evocatum nuncupat. Utrobique legas oportet Κράστινον. Vide *Celſum*. p. 236. DAVIS. *Cur. ſec.* V. etiam Ciaccon. ac de verbis, *qui fuiſtis*, adi Lipſ. Mil. Rom. l. I. D. 8. Non enim jam Craſtinus, ſed alius primum pilum ducebat.

2. UT. C. IMP. EXCIP.] In MSS. Cujac. Pet. eſt *ne*. at in Bong. Leid. ſec. Voſſ. Edd. Venet. Beroaldi, Vaſc. Marg. *neu*. contra Caeſaris mentem. Forſan ſine τῷ *ut* ſcripſerat auctor, ut ſupra c. 82. ubi vide.

3. EXANIMARENTUR] Non male ita Aldus exhibuit, quem ſecuti ſunt ſeqq. Vide ad Caeſar. l. III. B. G. 19. *Exanimatique pervenerunt.* Verum tamen eſt in MStorum meorum nullo. At ita

ut ſigna undique [a] concinerent, clamoremque univerſi tollerent: quibus rebus & hoſtes terreri, & ſuos incitari exiſtimaverunt.

1 . XCIII. Sed noſtri milites, dato ſigno, quum infeſtis pilis [b] procucurriſſent, atque animadvertiſſent, non [c] concurri a Pompejanis, [1] uſu periti, ac ſuperioribus pugnis exercitati ſua ſponte curſum repreſſerunt, & ad medium fere ſpatium conſtiterunt, [2] ne, conſumtis viribus, adpropinquarent; parvoque intermiſſo temporis ſpatio, ac rurſus renovato curſu, [d] pila miſerunt; celeriterque, ut erat praeceptum a Caeſare, gladios [e] ſtrinxerunt.
2 Neque vero Pompejani huic rei [f] defuerunt: nam & tela miſſa exceperunt, & inpetum legionum tulerunt, & [g] ordines conſervaverunt; piliſque miſſis
3 ad gladios redierunt. Eodem tempore [h] equites ab ſiniſtro Pompeji [i] cornu, ut erat imperatum, univerſi [k] procucurrerunt: omniſque multitudo ſagittariorum ſe profudit: quorum inpetum noſter equitatus non tulit, ſed [l] paullum loco motus ceſſit: equiteſque [m] Pompejani hoc acrius inſtare, & ſe turmatim explicare, aciemque noſtram a latere aperto [n] circuire coe-
4 perunt. Quod ubi Caeſar [o] animum advertit, IV aciei, quam [p] inſtituerat
5 [3] Sex cohortium numero, ſignum dedit. [4] Illi celeriter [q] procucurrerunt; infe-

VARIAE LECTIONES.

a *Concerner.* Carr. *concurrer.* Edd. pp. b Sic Urſ. Pet. Sc. Lov. Al. & Edd. Vett. *procurr.* In Petav. etiam *ſignis.* ut malebat Ciacc. c *occurri* B. Carr. Edd. pp. *curri* Pet. V. d *tela* L. pr. e *diſtr.* L. ſec. f *defuerant* L. pr. g *ordinem* MSS. 3. *ſuos* addunt Pet. Urſ. *conſervarunt* MSS. 3. h *milites* Lov. deeſt L. pr. *ab* ſcripſi e Pet. L. pr. Lov. Dorv. P.V. vulgo *a.* i *c. intenti* Lov. Dorv. Edd. pp. Vaſc. Steph. Str. Gr. poſt. k Sic Urſ. Pet. Sc. Lov. Al. & Edd. Vett. *procurr.* l *paullatim* Lov. *paullo de* L. pr. m *Pompeji* MSS. aliquot. *hoc* deeſt Lov. Pal. Dorv. *hus* B. *acriter* Pet. L. ſec. Dorv. n *circumire* MSS. & Edd. qdd. *circumvenire* L. pr. B. Urſ. o Sic rurſus Pet. non *animadv.* p *exſtit.* Pal. *conſtit.* Ed. Flor. q ita Urſ. Pet. Lov. Sc. al. & Edd. Vett. *procurr. concurr.* B.

in Leid. ſec. & Bong. a. m. ſec. ac Florent. Ed. aliiſque *exinanirentur. exinanita provincia* B. Alex. c. 43. B. Civ. 1,48. B. Afric. 20. Sed Leid. pr. Scal. Pal. Bong. a. m. pr. Lovan. Voſſ. Dorvill. Edd. primae dant *exiſtimarentur.* Optimus vero Pet. *Aeſtuarent.* Immo in Scal. ſupra ſcriptum erat *Exaeſtuarent.* Quod ſane nequaquam ſpernendum videtur. Juſtin. l. II. c. I. *Torrente calore ſolis exaeſtuet. Aeſtuare curſu* Claudian. etiam dicit in Rufin. verſ. 354.

loricaque curſu
Aeſtuat.

1. Usu PERITI] Proba, licet rarior, eſt haec conſtructio. *Hirtius* B. Afric. c. XXXI. *Mirabili peritus ſcientia bellandi*, ubi fruſtra eſt *Juſt. Lipſius*, qui Elect. l. II. cap. XXII. reponit *penitus ſcientia. Vitruvius* Archit. l. I. c. I. *Architectus, qui pluribus artibus debet eſſe peritus. Arnobius* l. II. p. 53. ed. Plant. *Non quo illos* (Philoſophos) *negemus* —— *omni genere ſtudiorum & diſciplinarum peritos. Lactantius* Div. Inſtit. lib. V. c. I. *Septimius quoque Tertullianus fuit omni genere litterarum peritus.* Eadem vox, ut & σύνταξις, reſtituenda eſt *Martiali*, qui in Vulgg. Spectac. Epigr. XIX. ſic loquitur:

Occubuit tandem cornuto ardore petitus,
Dum facilem tolli ſic elephanta putat.

Rameſius ex v. c. legit *cornuto ardore potitus*, alii vulgatam lectionem retinent, mireque interpretantur. Reſcribendum puto *cornuto ardore peritus*, quod elegantiſſime dicitur de tauro exercitatis cornibus inſtructo. DAVIS. Dele hanc notam, quae nihil huc facit. IDEM *Cur. ſec.* Notat enim, per uſum ſeu experientiam edocti & prudentes facti, ſive *ex uſu.* Didiciſſe hoc videtur Daviſius ex animadverſione Cl. Boſii in Caeſarem c. 5.; quem laudaſſe debuerat: ſed & per ſe ipſe errorem deprehendere potuit. Vide etiam viros doctos ad Phaedr. F. 42 *uſu peritus.*

2. NE] In Bong. Voſſ. Leid. ſec. Reg. Elienſ. & Edd. primis eſt *ut non.* Edd. Vaſcoſ. Strad. Gryph. poſt *ut ne.* Quod rectum puto. Sic enim alibi quoque cum ceteris auctoribus loquitur Caeſar.

3. SEX COH. NUMERO] Sic quidem Faern. Urſin.

infeſtiſque ſignis tanta vi in Pompeji equites inpetum fecerunt, ut eo-
rum nemo conſiſteret; omneſque converſi non ſolum loco excederent, ſed
[a] protinus incitati fuga montes altiſſimos peterent. Quibus ſubmotis, o-
mnes ſagittarii, funditoreſque deſtituti inermes, ſine praeſidio, interfecti
ſunt. Eodem inpetu cohortes [b] ſiniſtrum cornu, [c] pugnantibus etiam tum, 6
ac reſiſtentibus in acie Pompejanis, circumierunt, eoſque a tergo ſunt
adorti.

XCIV. Eodem tempore tertiam aciem Caeſar, quae quieta fuerat, & 1
ſe ad id tempus loco tenuerat, [d] procurrere juſſit. Ita, quum recentes at- 2
que integri [e] defeſſis ſucceſſiſſent, alii autem a tergo adorirentur, [1] ſuſti-
nere Pompejani non potuerunt, atque univerſi terga verterunt. Neque 3
vero Caeſarem fefellit, quin ab iis cohortibus, quae contra equitatum in
IV acie conlocatae eſſent, initium victoriae oriretur, ut ipſe in cohortan-
dis militibus pronunciaverat. Ab his enim primum equitatus eſt pulſus:
ab [f] iiſdem [2] factae caedes ſagittariorum [g] atque funditorum: ab iiſdem a-
cies Pompejana a ſiniſtra parte erat [3] circumita [h], atque initium fugae fa- 4
ctum. Sed Pompejus, ut equitatum [i] ſuum pulſum vidit, atque eam par- 5

VARIAE LECTIONES.

tem,

a deeſt MSS. 2. b *ſiniſtro* L. ſec. Pal. Dorv. Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. Str. c *inpugnantibus* Sc. L. pr. *obpugnantes* V. Edd. pp. *pugnantes* Vaſc. Steph. Gr. poſt. Str. *tunc* nonnulli. *& jam tum res.* Edd. pp. *reſiſtentes* Carr. Edd. pp. & ceterae. *Pompejana* V. Edd. pp. *Pompejanos* aliae. d *praecurrere* MSS. 5. male. e *ſe defendiſſent* Lov. f *iſdem* hic & ſtatim MSS. vetuſtiores, ut ſolet. vulgo *facta*. g *ac* L. pr. Lov. Dorv. h vulgo *circumventa*. i deeſt Pet. Lov. *eq. ſuum ut p.* Dorv. f. *equit. ut p.*

fin. Hotom. & ſeqq. e conjectura & c. 89. edide-runt; Conſtanter tamen MSS. & Edd. Vett. habent *ex coh. num.* niſi quod in Leid. ſec. ſit *&*, atque in Scal. Leid. pr. *ex cohortibus*.

4. ILLI] Pet. Lov. Leid. pr. *Ille*. Pal. Leid. ſec. & Dorv. *illa procurrit.* Ultimus etiam *fecit. procucurrit* etiam Lovan. Sed cave, quid mutes. Adi conlectanea ad l. II. B. G. c. II. *Equitatum. His Q. Pedium praefecit.*

1. SUSTINERE POMPEJANI NON POTUERUNT] Ait Frontinus lib. IV. Strateg. c. VII. *C. Caeſar, cum in partibus Pompejanis magna equitum Romanorum eſſet manus, eaque armorum ſcientia milites conficeret, ora oculoſque eorum gladiis peti juſſit, & ſic adverſam faciem caedere coëgit.* Corrupta verba emendo, *adverſam aciem cedere coëgit*: Stewechii conjectura eſt, *averſa facie cedere coëgit.* Neque hanc improbo. VOSSIUS.

2. FACTA CAEDES.] MSS. tantum non omnes & Edd. primae reliquerunt *factae caedes.* Quod neſcio, cur mutatum ſit a recentioribus: praeſertim cum Caeſar amet pluralem numerum, ut vidimus aliquoties. Luc. l. VIII, 447.

Spectabit ab alto
Aethere Theſſalicas teneat cum fulmina, caedes.

Et ita ille & alii paſſim. In Apulejo etiam l. III. Met. p. 46. *per totam domum caedes ambulent.* Sic MSS. non *ambulet.* praeceſſerat ibidem *caedibus operantem, impiatum.*

3. CIRCUMVENTA] Sic MS. Reg. Alii omnes (erat *circumventa.*) Sed elegantius multo omittitur illud *erat*. Ut periodus una ſit (*ab his primum equitatus eſt pulſus: Ab iiſdem facta caedes ſag. atque fund. Ab iiſdem acies Pomp. a ſin. parte circumventa, atque initium fugae factum.* CLARK. *Erat* Urſino quoque & Grutero fuit ſuſpectum; nec inmerito. Agnoſcunt tamen MSS. mei. Sed pro *circumventa* in Palat. Lovan. Dorvill. Leid. ſec. eſt *circuita*; in Voſſ. *circumunita*, at in Petav. Scalig. Leid. pr. & Edd. Vaſcoſ. Steph. Gr. poſt Str. exaratur *circumita.* Quod perperam mutarunt alii. *Circumiri* paſſive non raro occurrit. Nep. in Them. cap. 3. *Ne multitudine circumiretur*, ubi vide *Gebhard.* Immo hoc ipſum participium adhibuit noſter lib. III. B. G. c. 25. *Circumitis hoſtium caſtris.* B. Afric. c. 84. *Celeriter beſtiis circumitis.* B. Afric. c. 14. *ad circumeundum equitatum*, in Leid. pr. *circumveniendum.* Vide etiam ad c. 18. Eadem confuſio apud Val. Max. l. V, 2. Ext. 2.

4. ALIIS DIFFISUS] MSS. *Carr. Norvic.* aliique omnes repraeſentant *aliis* quam maxime *dif-*

fiſus

tem, cui maxime [a] confidebat, perterritam [b] animum advertit, [4] aliis dif-
6 fiſus, acie exceſſit, protinuſque ſe in caſtra equo contulit; & iis centurio-
nibus, quos in ſtatione ad [c] praetoriam portam poſuerat, clare, ut mili-
tes exaudirent, [1] *Tuemini*, inquit, *caſtra*, *& defendite diligenter*, *ſi quid*
durius acciderit: Ego reliquas portas [d] *circumeo*, *& caſtrorum praeſidia*
7 *confirmo.* Haec quum dixiſſet, ſe in praetorium contulit, ſummae rei dif-
fidens, & tamen eventum exſpectans.

1 XCV. Caeſar, Pompejanis [e] ex fuga intra vallum compulſis, nullum
ſpatium perterritis [3] dare [f] oportere exiſtimans, milites cohortatus eſt, ut
beneficio fortunae uterentur, caſtraque obpugnarent: qui, etſi magno
aeſtu [g] fatigati (nam ad meridiem res erat perducta;) tamen, ad omnem
2 laborem animo [h] parati, imperio paruerunt. Caſtra a cohortibus, quae [i] ibi
praeſidio erant relictae, [k] induſtrie defendebantur; multo etiam acrius a
3 [l] Thracibus, barbariſque auxiliis: nam qui [m] acie refugerant milites, &
animo perterriti & laſſitudine confecti, [n] miſſis plerique armis, ſigniſque
militaribus, magis de reliqua fuga, quam de caſtrorum defenſione cogi-
4 tabant. Neque vero diutius, qui in vallo conſtiterant, multitudinem telo-
rum ſuſtinere potuerunt; ſed confecti vulneribus [o] locum reliquerunt; pro-
tinuſque omnes, ducibus uſi centurionibus, tribuniſque militum, in altiſſi-
mos montes, qui ad caſtra pertinebant, confugerunt.

1 XCVI. In caſtris Pompeji videre licuit [4] trichilas [p] ſtructas, magnum
argen-

VARIAE LECTIONES.

a *Fidebat* L. pr. b Sic rurſus Pet. non *animad.* c *praetorianam p.* B. at Sc. L. pr. *ad praetorium poſ.* dein vulgo *tueamini.* d *circueo* MSS. 2. e deeſt Lov. male *inter* Lov. V. Sc. f *dari* Edd. qdd. *oportere* abeſt a L. pr. vulgo *aeſtimans.* g deeſt L. pr. Sc. h *parato* L. ſec. i deeſt Pal. Dorv. k *induſtria* B. *induſtrioſe* Lov. Palat. Dorvill. ſed V. l. VII. c. 60. l *Thracis* Dorv. m *ex acie* Edd. qdd. n *amiſſis* Lov. L. ſec. *miſſisque* Pal. Dorv. vulgo autem in Edd. novitiis *pleriſque* inepte contra MSS. & Edd. Vett. Scal. Cell. &c. o deſunt *loc. rel.* B. p vulgo *triclinia ſtrata.*

fiſus acie exceſſit. & ſic edidere *Beroaldus* ac *Gryphius*; nec ſane video, cur eas voces expunxerint nuperi. Reſtituantur igitur, & ex *Petav.* praeterea reponatur *animum advertit.* DAVIS. *Cur. ſec.* Sic poſt Manut. ex Urſini Cod. edidit Scaliger, & poſt eum ceteri. Antea edebatur *aliis quam maxime diffiſus.* In MSS. meis ſex & Edd. primis legitur *aliiſque quam maxime d.* At in Scal. Lov. & Leid. pr. & Ed. Ven. *aliiſque d.* Forſan *quam* ſupra excidit *cui quam maxime confidebat.* Vide ad l. I. B. G. c. 42. *legionis*, *cui quam maxime confidebat.*

1. TUEAMINI] MSS. *Tuemini*, quod rectius. CLARK. *Tuemini* certe eſt in Pet. Lov. Leid. pr. Voſſ. Bong. Quare id Caeſari reddidi.

2. DARE OPORTERE AESTIMANS] MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *dare oportere exiſtimans*; proprie quidem: nihil tamen opus eſt, ut quidquam mutemus, ſimili enim modo hanc vocem uſurpant probi auctores. *Salluſtius* Hiſt. l. I. *Ne aut ipſi*, *nefanda quae aeſtimatis*, *ea parum credendo de aliis circumveniamini.* *Phaedrus* Fab. l. III. Fab. IV, 5. *Ridicule magis hoc dictum*, *quam vere aeſtimo.* Et l. IV. Fab. XVII, 15. *Turpe aeſtimantes aliquid commiſſum a ſuis.* Sic etiam perſaepe loquitur *Hyginus.* Vide Fabb. CIV. & CVI. DAVIS. At vero MSS. ad unum omnes, & Edd. Scaligerana priores habent *exiſtimans.* Quare revocavi. De *aeſtimare* adi ad l. II. c. 17. B. G. *non omittendum ſibi conſilium Nervii aeſtimaverunt.* Statim recte c. 96. *ut facile aeſtimari poſſet.* ubi itidem turbant MSS. & Edd.

3. TRICLINIA STRATA, MAGNUM ARGENTI PONDUS EXPOSITUM] In vv. cc. eſt *trichilas ſtratas.* Quod Scaligero in notis ad Catalecta placet. Ego damno: neque enim ſternuntur trichilae; vidit hoc quoque magnus Salmaſius, & ingenioſe reſtituit *ſtructas.* Si *trichilas* admitterem illud, *ſtructas* recipere non dubitarem. Sed non dubito vulgatam lectionem veram eſſe. Habemus apud Spar-

ti pondus expoſitum, recentibus ceſpitibus tabernacula conſtrata, L. etiam Lentuli, & nonnullorum tabernacula protecta [a] edera, [b] multaque praeterea, quae nimiam luxuriam, & victoriae fiduciam deſignarent; ut facile [c] aeſtimari poſſet, nihil [d] eos de eventu ejus diei timuiſſe, [e] qui non neceſſarias conquirerent voluptates: [f] at hi miſerrimo ac [1] patientiſſimo 2
exer-

VARIAE LECTIONES.

a *Hedera* Pet. B. b *multa pr.* Pal. B. L. ſec. V. Dorv. Edd. pp. Vaſc. Steph. Gr. poſt. non male. c *exiſtimari* Pet. & 3 alii cum Edd. ante Scal. V. c. 94. d deeſt L. pr. *adventu* MSS. 4. e *quin non n.* B. L. ſec. Dorv. *quin n.* V. & Edd. Vett. f Sic MSS. 7. non *atque.*

Spartianum in Hadriano: *Triclinia de caſtris, & porticus, & cryptas, & topia dirueret.* Vides hic quoque *triclinia* in luxu caſtrorum. Quid mirum? cum illud procul ſit a veteri Romanorum ſimplicitate, procul a more Graecorum, de quibus Curtius, *cibus, quem occupant, ſatiat, feſſis humus cubile eſt.* Praeterea ſi hic *tricbilas* legas, quid volunt ſibi verba ſequentia, *magnum argenti pondus expoſitum*? Denique & illa, *L. Lentuli & nonnullorum tabernacula protecta hedera.* Topia hic deſignat Caeſar, atqui illa nihil aliud quam trichilae. itaque ταυτολόγος ſit, quod non fero. Quare expono Caeſaris verba *triclinia ſtrata*, ſcilicet ad mollitiem, ut recubantes cibum caperent. Idem in Hadriano Spartianus. Et Lucanus de hac ipſa re,

—— capit improba plebes
Ceſpite patricio ſomnos.

Magnum argenti pondus expoſitum exponit Plutarchus, καὶ τράπεζαι ἐκπωμάτων μεσταί. καὶ κρατῆρες οἴνου προὔκειντο. Nimirum vaſa argentea Caeſar intelligit. Locutus ſic quoque Tullius Verr. VI. *cum eſſent triclinia ſtrata, argentumque expoſitum in aedibus.* Nihil clarius. Denique, *tabernacula protecta hedera*, ſunt topia, quorum & in Spartiano mentio. Ut nullus ambigam & Caeſaris & Spartiani locum ſaniſſimum eſſe. VOSSIUS. Fateor optime jungi *triclinia ſtrata* & *argentum expoſitum*, quae ſaepiſſime ſimul reperiuntur apud Ciceronem, ut docuit multis exemplis Hotomanus. Adde Val. Max. l. VII. c. 5. §. 1. *Rogatus ut triclinium ſterneret, lectulos punicanos pellibus hoedinis ſtravit, & pro argenteis vaſis Samia expoſuit.* Quare omnino accederem Hotomano, Voſſio aliiſque viris doctis *triclinia* retinentibus, ſi vel unus addiceret vetus liber, licet ſequatur etiam *conſtrata.* Verum cum haec vox demum profluxerit ex Aldi officina, & MSS. quotquot ab aliis vel me viſi ſunt, nec non Edd. Vett. habeant *Tricbilas ſtratas*, (quod exponunt quidam per *abacos menſasque potorias tria labra habentes.* de quibus conſule Salmaſ. ad Jus Attic. p. 493. &c.) non poſſum non ſummi Salmaſii conjecturam amplecti *Tricbilas ſtructas.* i. σκιάδας, umbracula luxurioſa, quibuscumque frondibus ad coenationem contexta, a quibus facile diſcerni poſſunt *tabernacula edera protecta*, ut tamen non ſit ταυτολόγος Caeſar. Male Hotomanus tales trichilas confundit cum caſis ex arundine aut vili fronde contextis, ſi tabernacula deſint. Immo ex eodem Plutarchi loco, quem adducunt viri docti, patet *tricbilas ſtructas* veram eſſe lectionem. Ait enim in Pompejo p. 657. πᾶσα γὰρ σκηνὴ μυρσίναις κατέστεπτο, καὶ στρωμναῖς ἀνθιναῖς ἤσκητο, καὶ τραπέζαις ἐκπωμάτων μεσταῖς, καὶ κρατῆρες οἴνου προὔκειντο &c. quem locum ſine dubio ex ipſo Caeſare hauſit. Quin & addit Plutarchus adparatum fuiſſe magis τῶν θυόντων καὶ πανηγυριζόντων i. e. ſacrificantium & feſtos dies agentium, quam ad pugnam euntium. Adeo ut optime huc pertineat locus Tibulli l. II. El. 5, 95.

Tunc operata Deo pubes diſcumbet in herba,
Arboris antiquae qua levis umbra cadit.
Aut e veſte ſua tendent umbracula ſertis
Vincta: coronatus ſtabit & ante calix.
At ſibi quiſque dapes, & feſtas exſtruet alte
Ceſpitibus menſas, ceſpitibuſque torum.

Ubi videmus juncta quoque *tricbilas* & *vaſa* & *ceſpites.* Et quaeſo, unde librarii ſomniare potuerunt de *tricbilis*; ſi in antiquioribus Codicibus *triclinia* inveniſſent? Non alienus etiam ab hac lectione fuit Lipſius l. V. Mil. Rom. D. 16. Ill. Heinſius margini adlevit *triclinia tricbila inſtrata. Structas* autem in *ſtratas* abiiſſe, & contra, ſollemne eſt. Sic paſſim in noſtro & aliis *naves conſtratae, equi inſtrati*, corrupte in MSS. leguntur *conſtructae* & *inſtructi*: Cap. c. *tectis inſtratiſque navibus* pro *inſtructis.* l. VIII. in f. *tricliniis ſtratis* in MSS. aliquot *ſtructis. Thericlia* vero, ut conjecit Beroaldus, pro poculis pretioſis, non admittenda videntur. Vide eum T. I. Theſ. Crit. p. 310.

1. PATIENTISSIMO EXERCITUI] Recte. Notandum tamen in MSS. cunctis, ne uno quidem excepto, ſcribi *potentiſſimo*; quomodo exhibent etiam Edd. primae, ut forſan aliud quid lateat. *Exercitu* vero eſt in Leid. pr. ſec. & Scalig. ut voluit in Analogicis ſcribi Caeſar. Vide ad l. I.

exercitui Caeſaris [a] luxuriem objiciebant, cui ſemper omnia ad [1] neceſſa-
3 rium uſum defuiſſent. Pompejus jam, quum intra vallum noſtri verſaren-
tur, equum nactus, detractis inſignibus [b] Imperatoris, Decumana porta ſe
4 [c] ex caſtris ejecit; protinuſque equo citato [d] Lariſſam contendit: [e] neque
ibi conſtitit, ſed [2] eadem celeritate, paucos [f] ſuos ex fuga nactus, noctur-
no itinere non intermiſſo, [g] comitatu equitum XXX ad mare pervenit,
navemque frumentariam conſcendit; ſaepe, ut dicebatur, querens, [h] tan-
tum ſe opinionem feſelliſſe, ut, a quo genere hominum victoriam ſperaſſet,
ab eo initio fugae facto, paene proditus videretur.
1 XCVII. Caeſar, caſtris potitus, a militibus contendit, ne [i] in praeda
2 occupati reliqui negotii gerendi facultatem dimitterent. Qua re inpetrata,
montem opere [3] circumvenire inſtituit. Pompejani, quod is mons erat ſi-
ne aqua, diffiſi ei loco, relicto monte, [4] univerſi juris ejus Lariſſam verſus
ſe re-

VARIAE LECTIONES.

a *Luxuriam* Ed. Elz. b *Imperatoriis* Pal. B. Dorv. Edd. Vaſc. Steph. Str. Gr. poſt. c abeſt B. d *Lariſam* Lov. V. & deinceps. e deſunt 3 verba in Pet. f vulgo *ſuorum*. g *equitatu* addit L. ſec. *equitatu XXX* L. pr. h *tantam* Edd. Al. Gryph. *t. ſuam ſe* Steph. *ſuam ſe* Vaſc. St. Gr. poſt. *tant. eum* V. *ſuam eum* Pal. B. L. ſec. Dorv. forte *tantum ſuam ſe op.* niſi velis delere *tantum*, ut inſertum, quia ſequitur *ut*. V. ad l. III. B. G. 14. *ſe tant.* Pet. i deeſt L. pr. *reliquam* Edd. pp.

B. G. c. 16.

1. NECESSARIUM USUM] Palat. *ad neceſſarium victum*. Recte. VOSS. Ego vulgatam lectionem retinendam exiſtimo. CLARK. Perperam *victum* praefert Voſſius. Conſule omnino Cl. Burm. ad Rutilii Itiner. l. I, 152. *uſibus aptet aquas*. Cort. ad Sall. B. Cat. 46. *In uſu quotidiano & cultu corporis*. In Dorv. etiam eſt *victum*.

2. EADEM CELERITATE] Vir doctus margini adſcripſit *ad Celendras*, e Flor. lib. IV. c. 2. Sed *Syedris* ibi legendum eſſe & in Lucano l. VIII, 259. jam dudam docuerunt viri eruditi. Male vulgo jungebantur *celeritate paucos* &c. Poſt *celeritate* diſtinxi: non enim eadem celeritate eſt nactus ſuos ex fuga, ſed eadem celeritate non intermiſit iter & pervenit ad mare, interim offendens ſuos fugientes. Praeterea reddidi Caeſari *paucos ſuos*, quod eſt in MSS. omnibus & Edd. ante Ald. Manut., qui cur id mutaverit, neſcio. Bene, ſi e MSS.

3. CIRCUMMUNIRE] Sic MSS. Reg. & Elienſ. & Edit. Rom. Quae vox Caeſari uſitata. Scaliger & Recentiores; *circumvenire*. CLARK. *Circumvenire* non a Scaligero, ſed Aldo editum eſt: quod & inveni in Edd. Ven. 1517. Manut. Gryph. & Plantin. Item in MS. Ciacconii ac Lovan. Quare nil muta; licet reliqui mei etiam *circummunire* praeferant: nam contra iidem & alii Codices habent l. I. B. Civ. 18. *Oppidum vallo caſtelliſque circumvenire*: ubi vide. Ceterum in Leidenſibus exaratur *diſſiſi eo loco*. Quod nihilo eſt deterius. Conſule notata ad l. I. B. C. c. 12. *diffiſus municipii voluntate*: ut illic eſt in MSS. pleriſque.

4. UNIVERSI JURIS EJUS LARISSAM VERSUS SE RECIPERE] Sic quoque Petav. niſi quod *ſe* in eo abſit. Palatinus τὸ *juris ejus* omittit. Locus a multis tentatus. Manutius *viris equis* legebat. Victorius per *juris ejus* intelligit victos, ego Pompejanos. Dixit initio I. de Bello civili Caeſar: *univerſi ordinis ejus a Pompejo evocantur*, ubi Pompejanos intelligit, nam cave ne de toto Senatu id dictum putes. Etſi exponere poſſis, univerſi qui in ordine Senatorio faverent Pompejo. Et hoc caeteris praefero. VOSSIUS. Locus ſine dubio corruptus. MS. Reg. & Edit. Rom. habent, (*univerſi* ſimul *Lariſſam* &c.) Quod a manu emendatrice eſt. Puteanus & Manutius conjecerunt (*univerſi*, viris, equis, *Lariſſam* &c.) Infeliciter, nec ſatis Latine. Victorius, Voſſius, & Cellarius, vulgatam retinent: Illudque (*juris ejus*,) interpretantur; hic, *victos*; ille, *Pompejanos*; tertius, *ſortis vel conditionis ejus*: Nullo fere diſcrimine. Vir Doctiſſimus Joſ. Waſſe, in Notis ſuis ad *Salluſtium*. p. 134. locum hunc jam ſatis corruptum, vero corruptiorem repraeſentat; referendo illud (*univerſi*,) non ad (*caeperunt*,) ſed ad (*juris*.) Ego jam olim emendaveram, (JUGIS *ejus*; Quod poſtea a viro Doctiſſimo Joſ. Waſſe, in loco jam laudato, occupatum repperi. Verum ille (*jugis ejus*,) interpretatur (*ex jugis ejus*;) Quod ταυτότης eſt cum verbis praecedea-

ſe recipere coeperunt. [1] Qua re animadverſa, Caeſar copias ſuas diviſit; 3
partemque legionum in caſtris Pompeji remanere juſſit, partem in ſua 4
caſtra [a] remiſit: IV ſecum legiones duxit; commodioreque itinere Pompejanis occurrere coepit: & progreſſus [b] milia paſſuum VI, aciem inſtruxit. Qua re animadverſa, Pompejani in quodam monte conſtiterunt. Hunc montem flumen ſubluebat. Caeſar, milites [c] cohortatus, etſi totius diei continenti labore erant confecti, noxque jam ſuberat, tamen munitione
flumen a monte ſecluſit, ne noctu [d] aquari Pompejani poſſent. Quo [e] jam 5
perfecto opere, illi [f] de deditione, miſſis legatis, agere coeperunt. Pauci ordinis Senatorii, qui ſe cum iis conjunxerant, nocte fuga ſalutem petierunt.

Variae Lectiones. XCVIII.

a *Reviſit* Lov. b *mille paſſus* MSS. 3. c *coh. eſt* MSS. & Edd. pp. aliaeque. *coh. eſt ut ſi* L. pr. d Sic MSS. non *Pomp. aq.* e Non agnoſcunt τὸ *jam* MSS. mei, neque Edd. pp. Vaſc. Steph. Gr. poſt. f *deditionem* & *petiverunt* MSS. 5.

cedentibus, (*relicto monte:*) Nec cum iis, quae mox ſequuntur, ſatis convenit. Non enim, ante deditionem, *E montibus* deſcenderunt Pompejani; ſed, relicto iſto monte, *per alios montes* Lariſſam verſus ſe recipere coeperunt. Ego itaque (*jugis ejus*) ita accipiendum volueram, ut ſignificaret (PER JUGA *montis* ejus, *inde ad Lariſſam uſque pertinentia.*) Nunc, re penitus explorata, eodem ſenſu reponendum exiſtimo, (*jugis* EIS) vel (*jugis* illis;) hoc eſt, (*per juga illa.*) De *Re ipſa*, aperte teſtatur infra *Caeſar*, (§. 4.) Eos *in Monte quodam conſtitiſſe*; ſe autem *commodiore itinere* (ſcil. *per Valles*,) *eis occurrere coepiſſe.* Ubi notandum, illud (*commodiore itinere*) nihil habere, quo poſſit referri in comparationem, niſi noſtra admittatur verborum praecedentium emendatio. De *Locutione*; qua ſcilicet Latinitate (*jugis eis*) ſcribi poſſit pro eo, quod eſt (*per juga ea*;) videas ſimilem conſtructionem infra, de bello Alexandrino c. 35.; (*locisque ſuperioribus iter facere inſtituit.*) Et ſupra l. VII. c. 45. (*Legionem unam eodem jugo mittit.*) Maxime autem, l. I. B. Civ. c. 70. (*Et, mutato itinere*, JUGIS *Octogeſam perveniret.*) CLARK. V. C. *Joſ. Waſſius* ad Saluſtii Bell. Catil. c. XLIV. p. 134. reponit *univerſi* jugis *ejus*, quod interpretatur *ex jugis ejus montis*; at ita ſit ταυτότης cum *relicto monte*, quemadmodum cenſet acutiſſimus *Clarkius*. Is tamen διόρθωσιν *Waſſii* noſtri probat, ἐξήγησιν non item; mavult tantum *jugis eis*, quod idem valere putat ac *per juga ea*. Neſcio tamen, quomodo montem reliquiſſe ſtatuantur Pompejani, cum per *juga* ejus ſive cacumina tranſierint. Itaque cum MS. *Palat.* voces *juris ejus* haud agnoſcat, eas cum *Joſ. Scaligero* delendas arbitror. Nihilominus, aliorum omnium codicum ductu, legi queat, *univerſi* exercitus *Lariſſam verſus ſe recipere coeperunt.* Certe confundi ſolent haec vocabula. Sic ſupra c. 73. recte legitur EJUS JURI *potius quam ſuae culpae debere tribui:* at *Carrar.* & editi plures habent EXERCITUS *potius quam ſuae* &c. Loquendi vero rationem praeſtant ea cap. 63. *Acceſſere ſubito prima luce Pompejani* EXERCITUS. Nam *Joſ. Scaligero* non aſſentior, qui vocem ultimam in eo loco cenſuit inducendam. DAVIS. *Cur. ſec.* At vide eo loci. Scripſit ad me Cl. Waſſe, *ſe univerſi* non retuliſſe ad *juris*. Jam vero mallem *jugis aliis* e Celſo, qui ait *illi in montem alium conſcenderunt*. Clarkii emendatio mihi videtur veriſimillima. In Leid. pr. eſt *vires ejus:* in Lov. *Viris ejus*. *Univerſi ſimul* eſt quoque in Palat. Leid. ſec. & Edd. Beroald. Vaſc. Steph. Gryph. poſt. aliiſque: ſine dubio ab Interpolatore, licet & C. Sigonio probetur l. I. Emend. c. 34. *Juris ejus* ut corrupta a Librariis e voce *Lariſſa* ejiciebat Fr. Robortell. Ann. II. c. 48. *Viris*, *equis* adridebat Cujacio. Sed tum malim *viri*, *equi*. Dein *Lariſſam uſque* eſt in Voſſ. *ſe* abeſt a MSS. Brant. Leid. prim. Voſſ. & Dorv. ut ſaepiſſime in hac locutione *ſe recipere* animadverti, in MSS. *ſe* non comparere.

1. Qua re animadverſa] MSS. *Norvic.* & *Brant.* repraeſentant *qua ſpe animadverſa*; eandemque lectionem in optimo Codice invenit, receptaque multo elegantiorem judicavit *Pet. Victorius* Var. Lect. l. IX. c. XXIV. Illi quippe videtur eſſe ἀντίθετον ſuperioris vocis *diffiſi*, eique verbo, a contrario, reſpondere. DAVIS. MSS. plerique, (*Qua ſpe animadverſa.*) Quam lectionem probat, elegantioremque exiſtimat *Victorius*; ut ſcilicet illud (*ſpe*) opponatur praecedenti (*diffiſi.*) Sed argutum hoc nimis & evanidum. Ego vulga-

1 XCVIII. Caeſar prima luce omnes eos, qui in [a] monte conſederant,
ex ſuperioribus locis in planitiem deſcendere, atque [b] arma projicere juſſit.
2 Quod [c] ubi ſine recuſatione fecerunt; paſſiſque palmis, projecti [d] ad terram,
flentes ab eo [e] ſalutem petierunt; conſolatus [f] conſurgere juſſit: &
pauca apud eos de [g] lenitate ſua locutus, quo minore eſſent timore, omnes
conſervavit; [1] militibuſque ſuis [h] commendavit, ne qui eorum viola-
3 rentur, neu [i] quid ſui deſiderarent. Hac [k] adhibita diligentia, ex caſtris
ſibi legiones alias occurrere, & eas, quas ſecum [l] duxerat, invicem requie-
ſcere, atque in caſtra reverti juſſit: eodemque die Lariſſam pervenit.

1 XCIX. In eo proelio non amplius cc milites deſideravit; ſed centurio-
nes, fortes [m] viros, circiter xxx amiſit. Interfectus eſt [n] etiam fortiſſime
pugnans Craſtinus, cujus mentionem ſupra fecimus, gladio in os adver-
2 ſum conjecto. Neque id fuit falſum, quod ille in pugnam proficiſcens dix-
erat. Sic enim Caeſar exiſtimabat, eo proelio excellentiſſimam virtutem
3 Craſtini fuiſſe; optimeque [o] eum de ſe meritum judicabat. Ex Pompejano
exercitu circiter milia xv cecidiſſe videbantur: ſed in deditionem vene-
runt amplius milia xxiv, (namque etiam cohortes, quae praeſidio [p] in ca-
ſtellis fuerant, ſeſe [q] Sullae dediderunt: multi praeterea in finitimas ci-
vitates

VARIAE LECTIONES.

a *Montem* V. Dorv. b *ad terram* addunt Lov. Dorv. Pal. Edd. pp. c *illi* Lov. Dorv. d *in t.* L. pr. *ad pedes* L. ſec. Dorv. e Sic MSS. non *p. ſal. petiverunt* etiam MSS. plerique. f *ſurgere* L. pr. g *manſuetudine* Lov. Dorv. Pal. h vulgo *juſſit*. i *quis eorum* L. ſec. Pal Dorv. *quid eorum* Lov. *deſideraretur* Pal. Dorv. k *habita* L. pr. Lov. Edd. pp. l *habebat* Leid. pr. m deeſt L. ſec. n *autem* L pr. o deeſt L. pr. p Abeſt praep. a Pet. nec male. *fuerunt* Edd. Rec. contra MSS. q *P. Sullae* L. pr. *ſimiliter* B. *Sullae ſimiliter* Edd. pp. aliaeque. *dederunt* V.

vulgatam retineo lectionem. CLARK. E ſolo Carrar. producunt *re*. Reliqui & mei omnes MSS. habent *ſpe*. Forſan *ſpecie*, ſive *ſpectaculo*. l. II. B. G. c. 31. *Nova atque inuſitata ſpecie permoti:* & paſſim *ſpecie* in MSS. contracte ſcribitur *ſpe*.

1. MILITIBUSQUE SUIS JUSSIT, NE QUI EORUM VIOLARENTUR] Ἑλληνίζει, ut κελεύω τινί, nam *jubeo* apud Latinos nullum caſum regit, niſi cognatae ſignificationis nomen addatur, ut ſi dicas *jubeo juſſionem*. Sed in MS. Cujac, & Petavii pro *juſſit*, eſt *commendavit*. An ita Caeſar ſcripſit? profecto vereor ne verum ſit. VOSSIUS. MSS. *Norvic. Pet. Cujac.* & *Urſin.* exhibent *militibuſque ſuis commendavit*. Sed vulgatam lectionem non deſero, quae proba eſt & Latina. *Dictys* Cretenſis l. II. c. XXXV. *Militibus, ut apud arma eſſent, jubet*. Ficticius *Abdias* Hiſt. Apoſt. l. III. c. XXIX. *Juſſit fratribus, ut unuſquiſque tenens mortuum, diceret* &c. Sic etiam paſſim inferioris aevi ſcriptores, ut agnoſcit *G. J. Voſſius* de Conſtruct. c. XXXVI. qui tamen falſus eſt in eo, quod confirmarit nec *Livium* nec illius ſeculi quenquam ſic locutum eſſe. En ipſa *Livii* verba l. XXVII. c. XXIV. *Inde portas cuſtodire juſſit tribunis militum, praefectiſque ſocium & centurionibus*; ſic omnes MSSti, fatente viro ſummo *J. F. Gronovio*, qui tamen aliter ex conjectura edidit, quod hanc locutionem ſoloecam eſſe perperam exiſtimaret, ut pluribus oſtendere viri doctiſſimi *Caſp. Scioppius* & *Jac. Perizonius* ad *Sanctii* Minerv. l. II. cap. IV. DAVIS. *Militibuſque ſuis* commendavit,) Sic MSS. Reg. Elienſ. Voſſii, Carrarienſis, Urſini, Petav. & Cujacii, & Edit. Rom. Vulgg. (*militibuſque ſuis* juſſit.) Quod probat Daviſius, & allatis etiam bonorum Auctorum exemplis defendit. Sed nuſquam alibi ita locutus eſt *Caeſar*. CLARK. *Commendavit* ſcribitur quoque in Leid. pr. & Edd. antiquis ante Aldum. Quare id recipere cum Clarkio non haeſitavi: *Mandavit* placebat Bruto. *Jubeo tibi* non dicunt niſi depravatae jam Latinitatis ſcriptores. Tale mendum e MSS. ſuſtuli Frontino l. IV. c. I. §. 43. *legiones eduxit armatas & conſiſtere ordinibus juſſit*, vulgo *omnibus*. Adde Cel. Burm. ad Ovid. Met. l. VIII, 752. & Sueton. Veſpaſ. c. 23. *legatos juſſit ponere*. Dein MSS. ſex *ne quis violaretur*, quare malo *ne qui violaretur*, ut eſt in Cuj. Pet. & Voſſ. niſi quod male lineam tranſverſam habeant.

vitates refugerunt) ſignaque militaria ex proelio ad Caeſarem ſunt relata 4
CLXXX, [a] & Aquilae [b] IX. L. Domitius ex caſtris in montem [c] refugiens,
quum vires [d] eum laſſitudine defeciſſent, ab [e] equitibus eſt interfectus.

C. Eodem tempore D. Laelius cum claſſe [1] ad Brundiſium venit; ea- 1
demque ratione, qua factum a Libone antea demonſtravimus, inſulam ob-
jectam portui Brundiſino tenuit. Similiter Vatinius, qui [f] Brundiſio prae- 2
erat, [2] tectis [g] inſtructiſque ſcaphis [h] elicuit naves Laelianas; atque ex his
longius [i] productam unam [k] quinqueremem, & minores duas in anguſtiis
portus cepit: [l] itemque per equites [m] diſpoſitos aqua prohibere claſſiarios
inſtituit. Sed Laelius tempore anni [n] commodiore uſus ad navigandum, 3
onerariis navibus Corcyra Dyrrhachioque aquam ſuis [o] ſubportabat; ne-
que a propoſito deterrebatur; neque ante proelium, [p] in Theſſalia factum, 4
cognitum, aut ignominia amiſſarum navium, aut neceſſariarum rerum in-
opia, [q] ex portu inſulaque expelli potuit.

CI. Iiſdem fere temporibus Caſſius cum claſſe [r] Syrorum, & Phoeni- 1
cum, & Cilicum [s] in Siciliam venit: & quum eſſet Caeſaris claſſis [t] diviſa in
duas partes, [v] & dimidiae parti praeeſſet P. Sulpicius praetor Vibone ad
fretum, dimidiae M. [w] Pomponius ad Meſſanam; prius Caſſius ad Meſſa- 2
nam navibus advolavit, quam Pomponius de ejus [x] adventu cognoſceret:
perturbatumque eum nactus, nullis cuſtodiis, neque ordinibus certis,
magno vento & ſecundo, [y] completas onerarias naves [z] taeda, & pice,
& ſtu-

VARIAE LECTIONES.

a Copula abeſt a Dorv. b *LIX* Lov. B. Brant. & Edd. Vett. ineptiſſime. *IIX* Ciacc. contra reliquos MSS. c *fugiens* MSS. 3. d *ei* Lov. Dorv. ſed V. ad l. III. B. G. c. 4. e *equitatibus* L. ſec. f *Brundiſii* MSS. 3. g vulgo *inſtratiſque.* h *ſequitur* Lov. P. L. ſec. Dorv. i *perd.* Edd. qdd. k *quinque biremes* Lov. *quinqueremem, biremes min.* Pal. Dorv. l *item p.* MSS. 4. m deeſt L. pr. *aquas* L. pr. n *commodiori* MSS. 2. o *port.* L. pr. p *Theſſaliam* Lov. Pal. Dorv. *cognitum* abeſt a V. & Edd. pp. q *a p.* Lov. Pal. L. ſec. Dorv. r *Aſſyriorum* Ed. R. *Syrior.* Dorv. dein *Cilicium* Ed. Gr. s abeſt Dorv. t *dimiſſa* Lov. v Abeſt copula Pet. L. pr. Lov. & 3 aliis. *P.* exſulat etiam a Lov. & vulgo *Liboque.* w *Pompejus* Edd. pp. x *conventu* Ed. Dorv. y *impletas* Lov. z *taedam & picem ſtupam reliquaſque res* MSS. 4.

beant ſuper *e.* Vide ad l. I. B. G. c. 48.

1. AD BRUNDISIUM] Laeva mens *Pet. Ciacconium* urgebat, cùm hanc praepoſitionem delendam eſſe cenſeret; nam c. CI. legitur *Caſſius ad Meſſanam navibus advolavit.* Et cap. XI. *Cn. Pompejus filius* —— *ad Oricum venit.* Sic & innumeris in locis *Caeſar* aliique boni auctores. DAVIS. *Ad* non comparet tamen in optimo Petav. nec Bong. neque Voſſ. Sed vide ad l. VI, 3. Verum in Pet. exaratur *Brundiſio venit.* Confer notata ad l. II. B. Civ. 19. *Cordubae mittere.*

2. TECTIS INSTRATISQUE SCAPHIS] Sic quidem Scaliger edidit; quaſi *tectae* & *inſtratae* differrent *ligno* nempe *&* *pellibus.* Sed recte Voſſius ad c. 15. judicat meliorem eſſe lectionem *inſtructiſque.* quam praebent MSS. ad unum omnes & Edd. Vett. adeo ut fere putem, operarum eſſe mendum, temere deinceps propagatum, praeterquam in Ed. Cellarii. Quid ſint *inſtructae naves* ſive armamentis ornatae, vidimus ad l. V. B. G. c. 2. Infra c. III. *Quinqueremes aptae inſtructaeque ad navigandum.*

3. LIBOQUE AD FRETUM] Libo, a quo paullo ante memoravit inſulam contra portum Brundiſinum fuiſſe occupatam, Pompejanarum erat partium. Vide hujuſce libri c. XXIII. De alio itaque hic loquitur *Caeſar*, cujus tamen auctores non meminerunt, adeo ut locum mendi ſuſpectum habeam. MS. *Norvic.* & editt. *Rom.* exhibent *Jubone ad fretum; Beroald. Vibone ad fretum:* & ſic legendum arbitror; Vibo enim oppidum erat Bruttiorum, a freto Siculo non longe diſſitum. Vide *Chriſt. Cellarium* Geogr. Antiq. lib. II. c. IX. p. 584. ed. Cantabr. DAVIS. Vibone *ad fretum*,) Ita pulcherrime reſtituit Daviſius ex Edit. Beroaldi. Quà cum conſentiunt

MSS.

2 & ſtupa, reliquiſque rebus, quae [1] ſunt ad incendia, in [a] Pomponianam
claſſem inmiſit, atque omnes naves incendit xxxv, [b] e quibus erant xx
3 [2] conſtratae: tantuſque eo facto timor inceſſit, ut, quum eſſet legio prae-
ſidio Meſſanae, vix oppidum defenderetur: &, niſi eo [c] ipſo tempore [d] qui-
dam nuncii de Caeſaris victoria per diſpoſitos equites eſſent adlati, exiſti-
4 mabant plerique futurum [e] fuiſſe, uti amitteretur. Sed, obportuniſſime nun-
ciis adlatis, oppidum fuit defenſum; [f] Caſſiuſque ad Sulpicianam [g] inde
claſſem [3] profectus eſt Vibonem: adplicatiſque noſtris ad terram navibus,
5 propter eumdem timorem, pari, [h] atque antea, ratione [4] egit: ſecundum
nactus ventum, onerarias naves circiter xl, praeparatas ad incendium,
inmiſit, & flamma ab utroque cornu [i] comprehenſa, naves [k] ſunt combu-
6 ſtae v. Quumque [l] ignis magnitudine venti latius ſerperet; milites, qui ex
veteribus legionibus erant relicti praeſidio navibus, ex numero aegrorum,
ignominiam non tulerunt, ſed ſua ſponte naves conſcenderunt, & a terra
ſolverunt; inpetuque facto in Caſſianam claſſem, [m] quinqueremes II, in
quarum altera erat Caſſius, ceperunt. ſed Caſſius, exceptus ſcapha, [n] refu-
7 git. Praeterea duae ſunt [5] deprehenſae triremes. Neque multo poſt de proe-
lio

VARIAE LECTIONES.

a *Pompejanam* MSS. & Edd. qdd. *Pomponiam* L. pr. b Sic MSS. plerique & Edd. pp. non *in. XV* L. ſec. *XXX* B. *XXV* Ciacc. deeſt V. Ciacconio placet deleri priorem numerum *XXXV*. c deeſt Pet. paullo ante *defenderent* Edd. R. M. V. *defenderet* Fl. d Ita excepto Dorv. MSS. mei, & Edd. ante Scal. qui ejecit τὸ *quidam* ex Urſ. Cod. e *eſſe* L. pr. Lov. Ed. R. *uti* eſt e MSS. *uti jam am.* Lov. Edd. pp. vulgo *ut.* f *C. Caſſius ad* Urſ. *que* abeſt a Lov. Dorv. non male. g *inde cl.* deſunt Lov. Mox vulgo *& Libonem.* h *ut* L. ſec. Edd. pp. *ſicut ante.* V. i *compreſſa* L. pr. Pet. *comprenſa* Dorv. k deeſt L. pr. Lov. Pal. Dorv. l *ignes ſerperent* Pet. m *quinque biremes II* Lov. Dorv. *quinqueremis* V. n *refugiit: praeterit* L. pr.

MSS. Elienſ. & Voſſii, qui habent (*vibone*) vel (*jubone.*) CLARK. Ineptus ſit, qui non amplectatur correctionem *Vibone*, ut legerunt jam Rhellic. Glareanus, Aldus, Vaſc. Steph. Gryph. Ciaccon. (qui monuit in ſuo libro eſſe *Liboque*,) & alii plures exhibuerunt. *Vibonem* etiam eſt in Pet. Cuj. Leid. pr. Voſſ. Lov. *Libo* ſimpliciter in Ed. Mediol. ac Ven.

1. SUNT AD INCENDIA] Sic etiam Leid. pr. Palat. Carr. & Dorvill. cum Edd. Aldi, Venet. Manutii, Scal. &c. In reliquis ſcriptis & Edd. *quae ſunt aptae ad incendia.* Quos tamen non audio. Vide, quae notavi cum alibi, tum ad l. v. B. G. c. 50.

2. CONSTRATAE] Pal. Pet. & Bong. *roſtratae.* Idem in codice Florentino & Carrarienſi reperit Brutus. VOSSIUS. *Roſtratae* eſt etiam in Voſſ. Dorv. & Edd. primis. In Vaſc. Marg. legitur *e quibus XXXV erant apertae, XX conſtratae*, vel *e quibus XXX erant roſtratae. Roſtratae* praetulit Cellarius. Verum cum Lov. Leid. pr. ſec. Scal. & Ciacc. aliique *conſtratae* ſervant, alterum potius interpolatorem ſapere cenſeo. Eadem confuſio occurrit c. CXI. & B. Al. c. XI. Luc. I, 426.

3. PROFECTUS EST ET LIBONEM] Particula copulans non eſt in Codd. MS. *Norvic.* & editt. *Rom.* A. D. 1472. *Profectus eſt Jubonem*; *Ven. Profectus eſt Libonem. Beroald. Profectus eſt Vibonem*, quae vera eſt lectio, ut paullo ante comprobatum dedi. DAVIS. *Vibonem.* Vide ſupra, *Vibone ad fretum.* Vulgg. *& Libonem.* Ut forte legi poſſit ad *Vibonem.* Vide ſupra ad c. 100. Sed hoc perinde eſt. CLARK. *Vibonem* diſerte exaratur in Petav. Leid. pr. Scal. Lovan. & Edd. ante nominatis. *Vibonam* Voſſ. *Libonem* ſine *&* in Ed. Med. Deſunt *& Libon.* in Pal. & Dorv. Sed unice verum eſt *Vibonem.*

4. EGIT: SECUNDUM NACTUS VENTUM] Sic quidem e Codice Urſini repoſuit Scaliger: cum vulgo ederetur *egerunt Caſſius ſec. n. i.* Codicum mira eſt diſcrepantia. *Egit Caſſius* eſt in Pal. Bong. & Edd. primis. *egit. Caſſiuſque* Leid. ſec. Lovan. Dorv. Sed *egerunt* praebent vetuſtiſſimi Petav. Scalig. Leid. pr. ſine voce *Caſſius.* at Voſſian. *egerunt. Caſſius.* Forſan ſcripſerat auctor *adpl. noſtri ad t. n. egerunt. Caſſius* &c. Verba enim illa *pro-*

pter

lio facto in [a] Theſſalia cognitum eſt; ut ipſis Pompejanis fides fieret: nam
ante id tempus fingi [b] a legatis amiciſque Caeſaris arbitrabantur. Quibus
rebus cognitis, ex iis locis Caſſius cum claſſe diſceſſit.

CII. Caeſar, omnibus rebus relictis, perſequendum ſibi Pompejum exiſti- 1
mavit, [c] quaſcumque in partes ex fuga ſe recepiſſet, ne rurſus copias compa-
rare alias, & bellum renovare [d] poſſet: & [1] quantumcumque itineris equita-
tu efficere poterat, quotidie progrediebatur: legionemque unam minoribus
itineribus ſubſequi juſſit. Erat edictum Pompeji nomine [e] Amphipoli propo- 2
ſitum, uti omnes ejus provinciae juniores, Graeci, civeſque Romani juran-
di cauſſa convenirent. ſed, utrum avertendae ſuſpicionis cauſſa Pompejus 3
propoſuiſſet, ut quam [f] diutiſſime longioris fugae conſilium occultaret, an
novis [g] dilectibus, ſi nemo premeret, Macedoniam tenere conaretur, [2] ex-
iſtimari non poterat. Ipſe ad anchoram una nocte conſtitit; & vocatis ad 4
ſe Amphipoli hoſpitibus, & pecunia ad neceſſarios ſumtus [h] conrogata,
cognito Caeſaris adventu, ex eo loco diſceſſit, & [3] Mytilenas paucis die- 5
bus venit. Biduum tempeſtate retentus, navibuſque aliis [i] additis actuariis,
in Ciliciam, atque inde [4] Cyprum pervenit. [k] Ibi cognoſcit, conſenſu o- 6
mnium Antiochenſium, civiumque Romanorum, qui [l] illic negotiarentur,

[1] arcem

VARIAE LECTIONES.

a *Theſſeſſaliam* Pet. Lov. b *hoc a l.* L. ſec. Pal. B. Dorv. Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. *ante hoc t. f. id a l.* Reg. Edd. pp. c *quacumque in parte* L. pr. *quamcumque in partem* Lov. Dorv. Pal. L. ſec. *partis B. p. effugere cep.* V. d deeſt Bong. non male. *poſſit* MSS. 2. vulgo *quantum it.* e *Amphilopoli* hic & infra Sc. L. pr. f *diutiſſimo* L. ſec. g Sic Pet. L. pr. & alii. *nov. dil.* deſunt Lov. h *irrog.* MSS. 5. & Edd. pp. *cognitoque* MSS. plerique & Edd. pp. aliaeque. & vulgo *Mityl.* i. deeſt Lov. *adductis* L. pr. *retentis* V. a m. pr. k *ubi* MSS. 2. *conſenſum* MSS. 3. l *ibi negotiabantur* MSS. 2. vulgo *arcem Antiochiam*, vel *arcem ante.*

pter eundem timorem videntur id poſtulare.

5. DEPRESSAE TRIREMES] Codices plerique *deprehenſae*. Utraque lectio proba. CLARK. Mei omnes ſervant *deprehenſae*: In Brant. & Lovan. ac Dorv. Cod. *captae*. Vaſcoſ. *reprehenſae*. Malim ego quoque *depreſſae*, quia praecedit *ceperunt*, ſi per MSS. liceret. B. Alex. c. XI. *Capta eſt una quadriremis, depreſſa altera*, & c. 16. V. notas doctorum ad Nep. Con. c. 4. *Nullas naves capit, complures deprimit.* l. 1. B. Civ. 58. *partem navium deprimunt, nonnullas capiunt*, non *deprehendunt*. Inveni id tamen in Marg. Vaſcoſ. & Ed. R. Stephani. Mire legit Leid. pr. *de preſente tirones.*

1. QUANTUM ITINERIS] Non potui non obſequi MSS. omnibus meis, item Urſin. Carrar. & Edd. primis, jubentibus reſcribi *quantumcumque itineris.*

2. EXISTIMARI NON POTERAT] Lego *aeſtimari*, ut plerumque in MSSis haec duo confunduntur. Niſi *exiſtimari* pro *aeſtimari* ponatur. VOSSIUS. *Dionyſ. Voſſio* legendum videtur *aeſtimari non poterat*; ſed nihil opus eſt manu medica, nam in optimis ſcriptoribus hae voces confunduntur. *Terentius* Heaut. Act. II. Sc. III, 41. *Nam ea res dedit tum exiſtumandi copiam Cotidianae vitae conſuetudinem.* Idem Phorm. Act. I. Sc. I, II. *Haud exiſtimans Quanto labore partum.* Ubi *Donatus*, *pro* aeſtimans, inquit. *Salluſtius*, *Si, Quirites, pacem exiſtimaretis.* *Livius* l. XXIII. c. XV. *Inde exiſtimatu facile eſſe.* Vide & *J. F. Gronovium* ad l. XXXIV. c. II. DAVIS. Adde Cort. ad Salluſt. Jug. 31. §. 19. *Scilicet exiſtimabitis, qualis illa pax*, Comm. ad Nep. Cat. c. 1. *magnique ejus opera exiſtimata eſt*, alioſque ſaepius.

3. ET AD MITYLENAS] Sic MSS. Vide ſupra ad c. 100. Vulgg. (*& Mitylenas*)) CLARK. In nullo meorum aut aliorum adeſt praepoſitio; ut nec in Edd. Ubique illam intrudere, ineptum eſt. *Mithilas* eſt in MSS. pleriſque, & vetuſtionibus. *Mytilenas* Pal. Bong. Vide Voſſ. ad Mel. II, 7. J. Gronov. ad Herod. l. I. 160. atque ita e nummis exhibuit etiam Cellarius. Graece etiam Μυτιλήνη. Inſcriptio vetus: *Cives Romani, qui Mutilenis negotiantur.* Repoſui itaque etiam *Mytil.*

4. In

[1] arcem captam eſſe excludendi ſui cauſſa; nuncioſque dimiſſos ad eos,
qui ſe ex fuga in finitimas [a] civitates recepiſſe dicerentur, ne Antiochiam
7 adirent: [b] id ſi feciſſent, magno eorum capitis periculo futurum. Idem [c] hoc
L. Lentulo, qui ſuperiore anno conſul fuerat, & P. Lentulo conſulari, ac
nonnullis aliis acciderat Rhodi; [2] qui quum ex fuga Pompejum [d] ſequeren-
tur, atque in inſulam veniſſent, oppido ac portu recepti non erant: miſſiſ-
que ad eos nunciis, [e] ut ex iis locis diſcederent, contra voluntatem ſuam
[3] naves ſolverunt. Jamque de Caeſaris adventu fama ad [f] civitates perfe-
rebatur.

1 CIII. Quibus cognitis rebus, Pompejus, depoſito [g] adeundae Syriae
conſilio, pecunia ſocietatis ſublata, & [h] a quibuſdam privatis ſumta, &
aeris magno pondere ad militarem uſum in [i] naves inpoſito, duobuſque
milibus hominum armatis, [4] partim quos ex familiis ſocietatum delegerat,
partim a negotiatoribus coëgerat, quoſque ex ſuis quiſque ad hanc rem
2 idoneos exiſtimabat, Peluſium pervenit. Ibi caſu rex erat [k] Ptolemaeus,
puer aetate, [l] magnis copiis, cum ſorore Cleopatra bellum gerens; quam
paucis ante menſibus per ſuos propinquos atque amicos regno expulerat:
3 caſtraque Cleopatrae non longo ſpatio ab ejus caſtris diſtabant. Ad eum
Pompejus miſit, ut pro [m] hoſpitio atque amicitia patris Alexandria recipe-
4 retur, atque illius [n] opibus in calamitate tegeretur. Sed, qui ab eo miſſi
[o] erant, confecto legationis officio, liberius cum militibus regis conloqui
coe-

VARIAE LECTIONES.

a deeſt Lov. V. *recepiſſent* B. *rec. vider.* L. pr. b abeſt Lov. *id ipſi* Pet. dein *id eorum* B. *capitibus* Lov. Dorv. *affuturum* L. pr. c exſulat L. pr. Mox *ſuperiori* Lov. d *ſequebantur* & *veniebant* Lov. Pal. Dorv. e *ipſis l. diſcedere* Lov. *ut ex ipſis* Dorv. L. ſec. f *civ. Aſiae* Ciaccon. g *adeundi Syriam* L. ſec. h deeſt praep. in L. pr. V. *ſublata* L. ſec. i *navibus* Lov. Pal. Dorv. *poſito* L. ſec. ſed V. ad c. 14. k *Ptolomeus* MSS. ſemper. l *magniſque* Pal. Dorv. *magnus* L. ſec. m *ejus h.* MSS. 5. & Edd. pp. n *operibus* L. pr. *a cal.* MSS. 3. Edd. pp. o *fuerant* L. pr.

4. IN CYPRUM] Sic MSS. Editi praepoſitionem omittunt. CLARKE. Neque hic in meis, aut aliorum, quod ſciam, praepoſitio comparet: ſed in Edd. Rom. Ven. & Mediol. additam video.

1. ARCEM ANTE CAPTAM] Sic ex Glandorpii monitu & Urſini libro edidit Scaliger, & olim etiam Edd. primae. Vulgo erat *arcem Antiochiam c.* unde Glareanus vel *Antiochiae* vel *Antiochenam* emendabat. Ultimum reperitur in Edd. Vaſcoſ. Str. Steph. Gryph. poſt. *Arcem ante c.* confirmatur a Bong. In Voſſ. eſt *arcem aram captam.* In Lovan. *aram ante capt.* at in Cujac. Scalig. & Leid. pr. *aram captam.* In Petav. vero, Palat. Leid. ſec. & Dorvill. *arcem captam eſſe.* Nec video, quid valeat hic τὸ *ante*, quod cum Grutero & MSS. optimis idcirco ejeci. *Antiochiam* & hinc *ante* ex abbrevatione *Ant.* mera eſt Gloſſa.

2. QUI, QUUM] Codices alii habent *quicunque*, alii *Nam quicunque.* Unde legendum vel (*qui quum &c.*) quod ex Urſini Codice ſecutus eſt Scaliger. Vel, quod conjecit Daviſius *Namque quum* &c. CLARK. Ciacconium debuit laudare pro Daviſio Clarkius. Urſiniano codici accedit Scaliger. Petav. etiam, Lovan. Leid. pr. Voſſ. tantum habent *Quicumque.* Adeo ut in recentioribus modo reſtet illud *Nam quicumque.* Alioquin facile amplecterer Ciacconii conjecturam *Namque quum.*

3. NAVES SOLVERUNT] Sic ex Urſini Cod. & Edd. primis reſtituit Scaliger, quibus accedit Petav. Vulgo edebatur *n. ſolvere jubebantur:* uti eſt quoque in MS. Brant. Leid. ſec. & Lovan. Ciacconius conjecerat *cogebantur. S. jubebant* Bong. & Dorv. *jubebat* Palat. ſed Scalig. Leid. pr. & Voſſ. *naves ſolverent.* unde magis placet, quod jam expreſſerunt Vaſcoſ. Steph. Gryph. poſt. Str. *ſolverant:* ut conveniat praeced. *recepti non erant.*

4. PARTIM QUOS] Tranſponit Ciacconius, *quos partim &c.* Sed nihil opus. CLARK. Idem male *quiſque* abundare cenſet.

1. SEP-

coeperunt, eoſque hortari, ut ſuum officium Pompejo [a] praeſtarent, neve
ejus fortunam deſpicerent. In hoc erant numero complures Pompeji mili- 5
tes; quos ex ejus exercitu acceptos in [b] Syria Gabinius Alexandriam tranſ-
duxerat, belloque confecto apud Ptolemaeum, patrem pueri, reliquerat.
CIV. His tunc cognitis rebus, amici regis, qui propter aetatem ejus 1
in [c] procuratione erant regni; ſive timore adducti, ut poſtea praedicabant,
[d] ſollicitato exercitu regio, ne Pompejus Alexandriam [e] Aegyptumque
occuparet; ſive deſpecta ejus fortuna, ut plerumque in calamitate ex ami-
cis inimici exſiſtunt, iis, qui erant [f] ab eo miſſi, palam liberaliter reſpon-
derunt, eumque ad regem venire juſſerunt. Ipſi, clam conſilio inito, A- 2
chillan, [g] praefectum regium, [h] ſingulari hominem audacia, & [1] L. Septi-
mium, tribunum militum, ad interficiendum Pompejum miſerunt. Ab his 3
liberaliter ipſe [i] adpellatus, & quadam notitia Septimii productus, [2] quod
[k] bello praedonum apud eum ordinem duxerat, [3] naviculam [l] parvulam
conſcendit cum paucis ſuis, [m] & ibi ab Achilla & Septimio interficitur. I-
tem L. Lentulus comprehenditur ab rege, & in cuſtodia necatur.
CV. Caeſar, quum [n] in Aſiam veniſſet, reperiebat, T. [o] Ampium co- 1
natum eſſe tollere pecunias [p] Epheſo ex fano Dianae; ejuſque rei cauſſa,

VARIAE LECTIONES.

a *Praeſtaret* & *deſpiceret* Pet. L. pr. Sc. V. b *Syriam* Pet. L. pr. Lov. V. P. Dorv. *Gavinus* L. pr. *Gavinius* V. c *curat.* Sc. L. pr. d Sic Sc. L. pr. Pet. *ejus regionem* Carr. *in regione* Lov. *regionem* MSS. 5. vulgo *ne ſol. ex. regio.* e *Aegyptumve* Pet. f deſunt B. V. g *in pr.* L. pr. h *ſingium* addunt L. pr. Lov. i *adpellaturque* V. k *ad bellum p. ord. d.* V. l *parvam aſc.* L. pr. unde facere poſſes *eſc.* m *&* deeſt L. pr. V. Pet. bene. *ibi* deeſt Pal. B. L. ſec. V. Dorv. *ab r.* e MSS. vulgo *a.* n *jam in* L. ſec. *reperibat* Ed. Med. o Sic MSS. Urſin. Petav. V. Brant. Man. Urſ. Al. *Appium* vel *Apium.* p *ex Epheſo* Edd. pp.

1. SEPTIMIUM TRIBUNUM MILITUM] In vulgatis *Appiani* exemplaribus l. II. B. C. p. 480. legere eſt Σεμπρώνιος ἀνὴρ Ῥωμαῖος, τότε μὲν τῷ Βασιλεῖ, πάλαι δὲ αὐτῷ Πομπηΐῳ στρατευσάμενος. Et p. 481. Τὸν Σεμπρώνιον εἴτε ἐπιγινώσκων Ῥωμαῖον ὄντα, &c. ſed utrobique reponendum eſt Σεπτιμίου nomen. Vide *Plutarchum* in Pomp. pagg. 660, 661. & *Dionem* l. XLII. pagg. 186, 187. DAVIS. Lucan. VIII, 597.

2. BELLO PRAEDONUM] Id bellum intelligit, quod contra piratas Cilicas geſſit Pompejus. Vide, praeter alios Hiſtoricos, *Florum* lib. III. c. VI. DAVIS.

3. NAVICULAM PARVULAM CONSCENDIT CUM PAUCIS SUIS ATQUE IBI AB ACHILLA ET SEPTIMIO INTERFICITUR] Sic quidem omnes Hiſtorici. Adi *Plutarchum* in Pompejo p. 661. *Appianum* l. II. B. C p. 481. & *Dionem* l. XLII. p. 187. At *Cicero* de Divin. l. II. c. IX. *An*, inquit, *Cn. Pompejum cenſes tribus ſuis conſulatibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloria laetaturum fuiſſe, ſi ſciſſet* ſe in ſolitudine Aegyptiorum trucidatum iri, *amiſſo exercitu:* quae ſi vera lectio, cum ab aliis omnibus, tum ab ſe ipſo diverſus abit vir praeſtantiſſimus. Vide Tuſc. Quaeſt. l. III. p. 145. ed. Fabric. Unde mendoſum eſſe locum crediderim. Repono *ſi ſciſſet ſe in* celone (vel potius *celoce*; hoc enim navigium a pleriſque *celox* dicitur. Vide Nonium Marcellum pag. 557.) *Aegyptiorum trucidatum iri.* Celo navis eſt biremis, vel triremis, ut teſtatur *Iſidorus* Hiſpalenſis l. XIX. c. I. quod pulcre convenit cum *Lucano*; qui l. VIII. vs. 662. ſeqq. auctor eſt interfectores Pompeji *biremi* vectos fuiſſe. Imperiti Monachi, cum non intelligerent quid ſit *Celo*, *ſolitudinem*, notius vocabulum, ſubſtituere. *Tan.* quidem *Faber* Epiſt. Crit. l. I. Epiſt. IV. *ſe a ſatellite Aegyptio contrucidatum iri* conjecit, quae ſane hariolatio nimium abit a receptae lectionis veſtigiis, ideoque non temere eſt admittenda. DAVIS. Dele a *repono* ad *ſubſtituere* ejuſdem col. lin. ult. & eorum loco ſubſtitue: Legerim *ſi ſciſſet ſe in* celoce Aegyptia tandem *trucidatum iri*, vel *à* ſpadone Aegyptio demum *trucidatum iri*, ut ad ipſum *Tullii* locum monuimus. Auctoribus ibi laudatis adde *Fulgentium* in Expoſ. ſerm. An-

ſenatores omnes ex provincia [1] evocaſſe [a], [2] ut iis teſtibus in ſumma pecuniae uteretur; ſed interpellatum adventu Caeſaris profugiſſe. Ita [b] duobus
2 temporibus Epheſiae pecuniae Caeſar auxilium tulit. Item conſtabat, [3] Elide in templo Minervae, repetitis atque enumeratis diebus, quo die proelium ſecundum [c] feciſſet Caeſar, ſimulacrum Victoriae, quod ante ipſam Minervam conlocatum [d] erat, & ante ad ſimulacrum Minervae ſpectabat,
3 ad valvas ſe templi, limenque convertiſſe. [e] Eodemque die Antiochiae in Syria bis tantus exercitus clamor, & ſignorum ſonus exauditus eſt, ut in
4 muris armata civitas diſcurreret. Hoc idem Ptolemaide accidit. [4] Pergami [f] in occultis ac remotis templi, quo, praeter ſacerdotes, adire fas non
5 eſt, quae Graeci ἄδυτα adpellant, tympana ſonuerunt. Item Trallibus in tem-

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *vocaſſe*. dein *interpolatum* Edd. pp. b V. c. 34. c *fecit* MSS. qq. & Edd. pp. al. *Caeſ. fec.* d *eſſet ſpectaviſſet* L. pr. Urſin. *eſſet ſpectaſſet* Reg. El. *exſpectaviſſet* V. *ante* abeſt Urſ. Pal. Edd. qdd. *ad* deeſt L. pr. V. B. e *Eodem d.* Edd. pp. *Syriam* MSS. 2. f *Pergamique* MSS. 5. & Edd. qdd.

tiqui p. 180. & *Senecam* Epiſt. IV. IDEM. *Cur. ſec.* Illuſtriſſ. Bouhier. locum Ciceronis emendat ingenioſe *in ſolitudine Aegyptio ferro.* Adi illum ad Tuſc. Diſputat. c. 25. *Exercitu amiſſo nudus in ſervorum ferrum incidiſſet.*

1. EVOCASSE] Sic MSS. in Editis fuerat *vocaſſe*. CLARK. *Evocaſſe*, quod habent cum aliorum, tum mei omnes praeter Dorvill. & Palat. jam exhibent Vaſc. Steph. aliique. *Evocaviſſe* Gryph. cum MS. Scalig. Ciaccon. malebat *advocaſſe*. Rectius fuiſſet tum *ad ſe evoc.* Vide ad l. VI, 34. *Omnes ad ſe evocat ſpe praedae.* Sed non opus eſt. Adi ad l. IV, 20, 57.

2. UT IIS TESTIBUS IN SUMMA PECUNIAE UTERETUR] Codex *Brant.* & editt. *Rom. Ven.* omiſſa praepoſitione, habent *ut iis teſtibus ſumma pecuniae uteretur*, unde reſcribit *Ph. Rubenius* Elect. l. I. c. XXXV. *ut iis teſtibus ſumma pecuniae iniretur.* MS. *Ciaccon.* & editt. *Beroald.* repraeſentant *ea ſumma pecuniae*, at lib. *Urſin. in ſummam pecuniae uteretur*, unde conjecit *Ciacconius* legendum *in ſumenda pecunia uteretur.* Sed memores eſſe deberent viri eruditi, Criticen jubere, ne vulgata lectio ſollicitetur, cum ſana ſit & ſincera. DAVIS. *In* abeſt etiam ab Ed. Mediol. & pluribus. *ea ſumma* Leid. ſec. Dorv. Pal. Bong. & Edd. Vaſc. Steph. aliaeque. *ex ſ.* Lov. *in ſummam* Pet. & Voſſ. ſed nil mutandum. *In ſumma* tuentur Scalig. & Leid. primus: quamquam *in ſummam* nequaquam diſplicet. Ut finis & ſcopus ſignificetur, cur eos teſtes adhiberet. De qua locutione alibi poſt multos viros doctos pluribus egimus.

3. ELIDE IN TEMPLO SIMULACRUM VICTORIAE &c.] Non Elide tantum hoc accidit, ſed *pleriſque locis ſigna ſua ſponte converſa*, ſi *Jul. Obſequenti* c. LXIII. fides ſit adhibenda. Quin & *Valerius Maximus* l. I. c. VI, 12. *in delubris Deum ſua ſponte ſigna converſa* tradit. DAVIS.

4. PERGAMI IN OCCULTIS AC REMOTIS TEMPLI—QUAE GRAECI ἄδυτα APPELLANT] In fano Bacchi accidiſſe autor eſt Dio l. XLI. p. 182. Ἔν τε Περγάμῳ τυμπάνων τέ τινα καὶ κυμβάλων ψόφον ἐκ τοῦ Διονυσίου ἀρθέντα, διὰ πάσης τῆς πόλεως χωρῆσαι. Porro quae Caeſari hic remota & occulta templi, Valerius Maximus l. I. c. VI. *abdita* nuncupat, niſi locus corruptus eſt: ait, *Sonum tympanorum Pergami abditis delubris editum.* Illud certum, non hic *delubris*, ſed *delubri* ſcribendum; facileque adducor, ut credam Valerium ſcripſiſſe *adytis templi.* cum illud *abditis* de hac re inuſitatius ſit. Sane Caeſar cum diceret *occultis templi*, addendum ſibi putavit, quae Graeci ἄδυτα appellant. Sed, quod monendum, putavi in MS. Cujac. pro *remotis* eſt *conditis*. In Palat. Petav. & Bong. *reconditis*. Quae fortaſſe vera lectio eſt. VOSSIUS. Bene Lambinus ad Horat. I, 16. & IV, 4. *templi* correxit, licet in MSS. pleriſque etiam meis, ſit *templis*. Sed *templi* habent Palat. Bong. Leid. ſec. & Dorvill. Verum in nullo eſt *remotis*. *Conditis* habet Leidenſ. ſec. at Voſſ. & Dorv. *reconditis*. Leid. pr. *recognitis*. E Lovan. & Scalig. nihil varietatis tamen enotatum eſt. Sed & *reconditis* eſt in MSS. Urſini & Ed. Beroaldi. *Conditis* etiam in alio Urſin. & Ciaccon. Quare omnino putem *reconditis* eſſe reſtituendum; uti etiam id recepit Cellarius. Male autem *templis* propugnabat Hotomanus, quia in Valer. *abditis delubris* legitur. Sed vide ibi Viros doctos §. 13. *Abdita* pro ἄδυτα hic etiam exaratur in Voſſ. Sed *adita* Latinis litteris Petav. Leid. pr. Scal. & reliqui fere. De his vide etiam Ill. Spanhem.

templo Victoriae, ubi [a] Caeſaris ſtatuam conſecraverant, [1] palma per eos dies in tecto inter [b] coagmenta lapidum ex pavimento exſtitiſſe oſtendebatur.

CVI. Caeſar paucos dies in Aſia [c] moratus, quum audiſſet Pompejum 1
Cypri viſum, conjectans eum [2] in Aegyptum iter habere, propter neceſſitudines regni, [d] reliquaſque ejus loci obportunitates, cum legionibus, una, quam ex Theſſalia ſe ſequi juſſerat, & altera, quam ex Achaja [3] a Q. Fufio legato evocaverat, equitibuſque DCCC, & navibus longis Rhodiis X, & Aſiaticis paucis, Alexandriam pervenit. [4] In his erant legionibus homi- 2
num III milia [e] CC. Reliqui vulneribus [f] ex proeliis, & labore, ac magnitudine itineris [g] confecti, conſequi non potuerant. Sed Caeſar, confiſus 3
fama rerum geſtarum, infirmis auxiliis proficiſci non dubitaverat; [h] atque omnem

VARIAE LECTIONES.

a *Caeſari* Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. Str. *conſecraverat* Edd. pp. & L. ſec. b *coaugm. l.* Lov. c *m. eſt* L. pr. d *reliquamque obportunitatem* Lov. Edd. pp. mox vulgo abeſt Q. e *CCC* Pet. Dorv. f *&* MSS. 2. g deeſt Lov. *poterant* MSS. & Edd. qdd. *potuerunt* V. h deeſt Reg. Lov. Dorv. L. ſec. Edd. pp.

hem. T. I. Praeſt. Num. p. 718.

1. PALMA PER EOS DIES IN TECTO INTER COAGMENTA LAPIDUM EX PAVIMENTO EXSTITISSE OSTENDEBATUR] Plutarchus vit. Caeſ. p. 730. ait παρὰ τὴν βάσιν τοῦ ἀνδριάντος exſtitiſſe φοίνικα. Etiam Valerius Maxim. l. I. c. VI. affirmat, *palmam viridem Trallibus in aede Victoriae, ſub Caeſaris ſtatua inter coagmenta lapidum juſtae magnitudinis enatam.* (ſic & *Jul. Obſeq.* de prod. c. LXIII. qui ſua ex *Valerio* hauſit) Unde Urſinus hic legebat *intecto* una voce. Sed non video, quae tunc mens verborum eſſe poſſit. *In tecto* Caeſari eſt ἐπὶ δώματος. Credo movit Urſinum, quod poſtea Caeſar ait *ex pavimento:* nam *tectum* & *pavimentum* duo oppoſita ſunt. Verum neſcivit paviri etiam tectum poſſe, ideoque pavimenti vocem de tecto recte uſurpari, qui mos hodieque apud gentes orientes viget. Certe Hirtius quoque initio libri de bello Alex. ait: *ſine contignatione ac materia ſunt aedificia, & ſtructuris ac fornicibus continentur, tectaque ſunt rudere, aut pavimentis.* Quod vero ad Valerii ac Plutarchi loca attinet, potuerunt ii alios autores ſecuti eſſe; vel etiam ipſe Caeſar ab aſſentatoribus perperam edoctus. ut ut eſt, verba ejus clara ſunt, & vult palmam in tecto templi exſtitiſſe; quod majoris miraculi quam alterum, ut ex pavimento enata ſit. DAVIS. Adſenſum Voſſio praebet Clarkius. Me vero nondum poenitet conjecturae, quam propoſui ad Obſeq. c. 125. *Trallibus in aede victoriae ſub Caeſaris ſtatua inter coagmenta lapidum magnitudine matura enata* ſcil. *integra*, quo facit verbum *exſtitiſſe.* quo ſubitus ortus deſignatur. Vide ad l. VII, 35. & alibi. Cum Voſſio tamen facit etiam Gruterus, eodem adducto Hirtii loco.

2. IN AEGYPTUM ITER HABERE.] MSS. mei ad unum omnes, miro conſenſu, non agnoſcunt praepoſitionem *in*. Quod nequaquam ſpernendum eſt. Conſule congeſta ad lib. III. B. G. c. 7. *In Illyricum profectus eſt.*

3. A FUFIO] MSS. & Edd. quidam rurſus *Fuſio.* Sed praenomen Q. addunt Leidenſes, Scalig. Palat. Lovan. Bongarſ. Dorvill. & Edd. Vaſcoſ. Steph. Gryph. poſt. Strad. Quare id repoſui. In Petav. & Voſſ. ſcribitur *atque F.* forte *ab Q. F.* De eo vide ad l. I. B. Civ. in f. *Q. Fuſium Kalenum legatum.*

4. IN HIS ERANT LEGIONIBUS HOMINUM III MILLIA] Malo legere, *in his erant legionariorum III millia.* Quam vocem in Palat. & Bong. invenio, qui habent *legionariorum hominum.* Sed puto illud *hominum* eradendum: ex *legionariorum,* quod primo erat factum *legion. hominum.* VOSSIUS. *Legionibus, hominum &c.*) Codices nonnulli, (*legionariorum hominum.*) Quod probat Voſſius; niſi quod vocem (*hominum*) delendam exiſtimet. Quo tamen facto nil opus. Nam & alibi Phraſi ſimili, (*militum legionariorum*,) ſaepius utitur Caeſar. Neque vero reprehendi poteſt etiam lectio vulgata. CLARKE. *Legionarium h.* eſt in Palat. Leid. ſec. ac Dorvilli, & *Legionariorum hominum* jam exhibuerunt Vaſcoſ. Steph. Gryph. poſt. Strada. *Legionarii homines* in noſtro ita nunquam junguntur, ſed quidem *leg. milites.* Quamvis alibi *homines* de peditibus dicat. Vide ad lib. II. B. Civ. c. 32. Optimi etiam quivis libri habent *legionibus.* quod temere mutandum non eſſe

4 omnem ſibi locum tutum fore [a] exiſtimabat. Alexandriae de Pompeji mor-
te cognoſcit: atque ibi primum [b] e navi egrediens clamorem militum au-
dit, quos rex in oppido praeſidii cauſſa reliquerat; & concurſum ad ſe fie-
ri videt, quod faſces [c] anteferrentur. [d] In hoc omnis multitudo majeſtatem
5 regiam minui praedicabat. Hoc ſedato tumultu, crebrae continuis diebus
ex concurſu multitudinis [e] concitationes fiebant: compluresque milites hu-
jus urbis omnibus partibus interficiebantur.

1 CVII. Quibus rebus [f] animadverſis, legiones ſibi alias ex Aſia adduci
juſſit, quas ex Pompejanis militibus [g] confecerat. [h] ipſe enim neceſſario
[i] Eteſiis tenebatur; [k] qui Alexandria navigantibus [l] ſunt adverſiſſimi ven-
2 ti. Interim controverſias regum ad populum R. & ad ſe, [m] quod eſſet con-
ſul, pertinere exiſtimans, [n] atque eo magis officio ſuo [o] convenire, quod,
ſuperiore conſulatu, cum patre Ptolemaeo & lege, & SC. ſocietas erat
facta; oſtendit ſibi placere, [p] regem Ptolemaeum, atque ſororem ejus Cleo-
patram, exercitus, quos [q] haberent, dimittere; & de controverſiis jure
apud ſe potius, quam inter ſe armis, diſceptare.

1 CVIII. Erat in procuratione regni, [1] propter aetatem pueri, nutricius
ejus, eunuchus, [r] nomine Pothinus. [s] Is primum inter ſuos queri atque in-
2 dignari coepit, regem ad [t] dicendam cauſſam evocari; deinde [2] adjutores
quoſdam, conſcios ſui, nactus [v] ex [3] regis amicis, exercitum a Peluſio clam
[w] Alexandriam evocavit; atque eumdem Achillan, cujus ſupra [x] memini-
mus, omnibus copiis praefecit; Hunc, incitatum ſuis, & regis inflatum
3 pollicitationibus, quae fieri vellet, litteris nunciiſque edocuit. In teſta-
mento Ptolemaei [y] patris heredes erant ſcripti ex duobus filiis major; &
4 ex duabus ea, quae [z] aetate antecedebat. Haec uti fierent, per omnes
deos,

VARIAE LECTIONES.

a *Exiſtimans A.* Reg. L. pr. ſec. Sc. Dorv. Pal. Edd. Vaſc. Steph. Str. Gr. poſt. b *de n.* Lov. *de nave* L. pr. *e nave* V. c *ante ſe ferret* Carr. Pal. d deeſt Pal. V. ad l. 1. B. Civ. c. 22. e *cogitat.* L. ſec. *cunctat.* Lov. f *adverſis* Lov. g *eff.* Pet. V. ad L. VIII, 23. h *ipſae* B. *ipſi* Carr. I. *emitti enim* L. ſec. i *Ephesi* Carr. *a Theſus ne* L. ſec. *& eſitatione* Dorv. *de haeſitatione* Lov. *tenebantur* Carr. B. *de his* addit Lov. k *quia Alexandriam* Carr. Pal. L. ſec. Dorv. B. l *fiunt* Pal. L. ſec. Dorv. *averſ.* Carr. de *Eteſiis* V. Comment. m *quidem ut ad conſulem* Lov. Edd. pp. deſunt L. ſec. n abeſt Lov. Edd. pp. o *conv. ſciebat* Lov. Edd. pp. dein *ſuperiori* MSS. 3. Edd. pp. p *Rex Ptolomeus, at. ſoror ej. Cleopatra* Lov. q *habebant* MSS. 5. Edd. pp. *dimitterent* V. r deeſt Pal. Dorv. *Pothinus* bene Cuj. Voſſ. Reliqui cum Edd. Vett. *Photin.* V. ad Luc. VIII, 483. s *Hic* MSS. 5. deeſt Lov. *inter ſe & ſuos* L. pr. t *dicendum* Dorv. a m. pr. v. deeſt *ex* L. pr. vulgo *regiis.* w Exſulat Lov. x *memoravimus* B. y deeſt Pet. z *aetatem* Dorv. abeſt L. pr.

ſe opinor. In legionibus an alii ſunt milites, quam legionarii? B. Alex. c. 69. *ut minus mille hominibus in ea legione eſſet.*

1. PROPTER AETATEM PUERI] Erat tantum annos tredecim natus, teſtante *Appiano* l. II. B. C. p. 480. DAVIS.

2. ADJUTORES QUOSDAM CONSCIOS SUI,] Qui ſimul cum eo conſcii erant hujus conſilii. Salluſt. Catil. c. 22. *Alius alii tant. facinoris conſcii.* Rectius ergo videtur *ſibi*; vel *conſilii* adeſſe. Certe Aicardus & Lipſius adſcripſere *adjutores q. conſilii ſui:* quorum ultimus Lovanienſi Codice inductus videtur; in quo *conſciis ſuis.* In Leid. pr. *conſcii ſui.* In Voſſ. *Conſcis ſui.*

3. REGIS AMICIS] Sic MSS. Reg. & Elienſis. Editi *Regiis.* CLARKE. *Regis* repoſui quoque auctoritate Petav. Leid. pr. Lovan. & 4 aliorum. *Regis nunctis* Lovan. Dorv. & Palat.

4. Ex

deos, [a] perque foedera, quae Romae feciſſet, eodem teſtamento Ptolemaeus [b] populum Romanum obteſtabatur. Tabulae teſtamenti, [c] unae per 4
legatos ejus [1] Romam erant adlatae, [2] ut in aerario ponerentur ([d] hae, quum propter publicas occupationes poni non potuiſſent, apud Pompejum ſunt depoſitae,) [e] alterae, eodem exemplo, [f] relictae, atque obſignatae Alexandriae proferebantur.

CIX. De his [g] rebus quum ageretur apud Caeſarem; iſque maxime vel- 1
let pro communi amico atque arbitro controverſias regum componere: ſubito exercitus [h] regius, equitatuſque omnis venire Alexandriam nunciatur.
[i] Caeſaris copiae nequaquam erant tantae, ut eis extra oppidum, ſi eſſet 2
dimicandum, confideret. Relinquebatur, ut ſe ſuis locis oppido [k] teneret, conſiliumque Achillae cognoſceret. Milites tamen omnes in armis eſſe juſ- 3
ſit: regemque [l] hortatus eſt, ut [m] ex ſuis neceſſariis, quos haberet maximae auctoritatis, legatos ad Achillan mitteret; &, quid eſſet ſuae voluntatis, oſtenderet. A quo miſſi Dioſcorides, & Serapion, qui ambo legati 4
Romae fuerant, magnamque apud patrem Ptolemaeum auctoritatem [n] habuerant, ad Achillan pervenerunt. Quos ille, quum in [o] conſpectum ejus 5
veniſſent, prius, quam audiret, aut, cujus rei cauſſa miſſi eſſent, cogno-

ſceret,

VARIAE LECTIONES.

a *Per quos f. Romae ſunt* Lov. Dorv. L. ſec. b *pater* Petav. al. *P. R.* c *una* MSS. 3. Edd. pp. d ſic MSS. vetuſtiores. *hec* MSS. 4. recentiores; ut ſupra ſaepe. Al. *eae.* e *atque* Lov. f *repertae* B. g abeſt L. pr. *omnibus* L. ſec. h *regis* MSS. 3. i *Caeſari* Lov. Pal. Dorv. Edd. pp. bene. k *tem tute* Pal. B. L. ſec. Dorv. l *cohort.* L. ſec. m *ejus neceſſarios, q h. m. a. miniſtros* Lov. Pal. Dorv. n *habuerunt* MSS. 3. o *conſpectu* L. pr. Lov. Dorv. V. Pal. B. Edd. R. V. M. V. ad l. II. B. Civ. 26.

4. EX DUABUS] Addit Librarius Leid. primi *filiabus.* Quam vocem non nemo hic omiſſam exiſtimabat. Sed *filiis* pro *filiabus* etiam dici, notiſſimum eſt. Adi notas ad Frontin. l. IV, 3. 5. *Praeſtiterunt filiis* pro *filiabus Ariſtidis.* & Priſcian. l. VII. Cap. de Dat. & Abl. Plur. I. Declin. Eadem confuſio infra B. Alex. c. 33. *Majorique ex II. filiis Cleopatrae.*

1. ROMAM ADLATAE] Petav. Palatin. Leidenſes, Lovan. Voſſ. Dorvill. rurſus dant *Romae.* Vide ad l. II. B. Civ. c. 19. *Cordubae mitteret.*

2. UT IN AERARIO PONERENTUR] Quod in aede Saturni. Notum eſt ſolitos Romanos, foedera, pactiones, teſtamenta in templis reponere, tanquam cuſtodia tutiſſima. Forſan & quod hac re pactorum aut ſupremae voluntatis violatoribus imprecarentur iram Deorum. Sic apud Tacitum I. Annal. *Auguſti teſtamentum inlatum per virgines Veſtae.* quibus ſaepe talia committi ſolita. Memini quoque in Salluſtio legere me, in fano repoſitas fuiſſe tabulas foederis. Et exempla alia congeſſit Lipſius. VOSSIUS.

3. ALTER ACCEPTO VULNERE OCCUPATUS] Ultima vox huc non convenit, cum ipſa etiam *interfectum* denotet. *Vellejus Paterculus* l. II. cap. LVII. ubi de Caeſaris morte loquitur: *Dum clementiam, quam praeſtiterat, exſpectat, incautus ab ingratis occupatus eſt. Juſtinus* l. VII. c. IV. *Inſidiis autem Eurydices uxoris —— occupatus fuiſſet* &c. Hoc ſenſit *J. F. Gronovius*, qua de cauſa reſcribit *alter accepto vulnere ſopitus*; dicuntur enim *ſopiri*, qui aut icti aut aliunde mente conſternati deliquium patiuntur & pro mortuis concidunt, ut plurimis oſtendit vir doctiſſimus Obſerv. lib. IV. c. VIII. p. 120. Mihi tamen hic praeplacet *alter accepto vulnere obſopitus*: haec enim conjectura proxime Codicum ſcripturam accedit, eaque voce uſus eſt *Solinus* cum alibi, tum c. XII. editt. Salmaſ. DAVIS. Gronovio adſenſum praebet Cellarius. In Leid. pr. modo legitur, *quorum alter interfectus eſt.* Non auſim ego proſcribere *occupatus*, ſive oppreſſus, percuſſus, licet non ad mortem uſque: nam & ſic apud noſtrum plus ſemel *exanimatus* dicitur pro defatigato; & *confectus vulnere* non modo, qui per illud interiit, ſed etiam qui modo graviſſime vulneratus eſt, ut hoc ipſo libro c. 9, & 95. ac paſſim. Hinc *occupari* ſexcenties dicitur homo iis animi affectionibus, quae percellunt ita, ut neſciat quid agat. Livius l. I. c. 59. *illis luctu occupatis.* Vellej. l. II. c. 6. *Ca-*

ſceret, conripi, [a] atque interfici juſſit: quorum [3] alter accepto vulnere oc-
6 cupatus, per ſuos pro occiſo ſublatus, alter interfectus eſt. Quo facto, regem [b] ut in ſua poteſtate haberet, Caeſar [c] effecit, [1] magnamque regium nomen apud [d] ſuos auctoritatem habere exiſtimans, & [2] ut potius privato paucorum & latronum, quam regio conſilio, ſuſceptum bellum videretur.

1 CX. Erant cum Achilla copiae, ut neque numero, neque genere hominum, neque uſu rei militaris [e] contemnendae viderentur: milia enim xx in
2 armis habebat. [3] Hae conſtabant ex Gabinianis militibus; qui jam in conſuetudinem Alexandrinae vitae [f] ac licentiae venerant, & nomen diſciplinamque populi Romani [g] dedidicerant, uxoreſque duxerant, ex quibus ple-
3 rique liberos habebant. Huc accedebant conlecti ex praedonibus latronibuſ-
4 que Syriae, Ciliciaeque provinciae, finitimarumque [h] regionum. Multi praeterea, capitis damnati, exſuleſque convenerant: [i] fugitiviſque omnibus noſtris certus erat Alexandriae receptus, certaque vitae conditio, ut, dato nomine, militum [k] eſſent numero: [l] quorum ſi quis a domino [m] prehenderetur, concurſu militum eripiebatur, [4] qui vim ſuorum, [n] quod in ſimili
5 culpa verſabantur, ipſi pro ſuo periculo defendebant. Hi [o] regum amicos ad [p] mortem depoſcere; hi bona locupletum diripere [q] ſtipendii augendi cauſſa,

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS.o. & Edd. qdd. non *ac*. contra *ac* pro *atque* in MSS. Cap.ſeq. *Recogn.* Leid. ſec. b Pet. B. carent τῷ *ut*. *babere* B. c *efficit* MSS. 7. V. ad l. I. B.G. 8. III,8. d *cives ſuos* L.ſec. e *contemnendis videretur* Lov. f ſic MSS. non *atque*. *licentia* L.pr. g *didicerant* MSS. plerique. h *leg*. B. *Multi* abeſt L. pr. *poena capitis* Carr. B. i *que* abeſt a MSS.o. praeter L.ſec. *bominibus* pro *omn*. Lov. k *eſſet* MSS. 5. l exſulat L. pr. m Sic Pet. Sc. L. pr. *premeretur* L. ſec. V. B. *comprebenderetur* vulgo. *comprebendebatur* Lov. Dorv. Pal. dein MSS. mei & Edd. pp. habent *conſenſu m.* n *qui* MSS. 3. *culpa* abeſt L. pr. *verſabant* Lov. o *rerum* MSS. 4. p *morem* MSS. 3. *bona* L. pr. q Sic Sc. L. pr. in quo deeſt *augendi*. MSS. reliqui & Carr. *ſtipendia*, nec male.

jum Gracchum occupavit furor. quod non mutarem in *occoecavit*. *Timore occupari* in Caeſare aliquoties: l. I. B. G. c. 39. VI, 40. Male autem quidam exponunt hic *occupatus* quaſi eſſet *prius*, quam alter vulneratus.

1. MAGNAM] Sic MS. Reg. Al. *Magnamque*. CLARKE. Copulam omiſerunt quoque Vaſcoſ. Steph. Gryph. poſt. & Strada. Sed male. Duas rationes dat, cur regem voluerit in poteſtate habere. *&* quia exiſtimabat, Regium nomen magnam auctoritatem habere; *&* ut privatorum bellum, non regis videretur. In hiſce enim cum ceteris auctoribus ſolet Caeſar ad emphaſin geminare conjunctionem.

2. UT PRIVATO P. ET LAT. POTIUS, QUAM REGIO CONSILIO.] Sic MS. Regius; elegantiori paullo verborum ordine, quam eſt in vulgatis (*ut potius privato paucorum, & latronum conſilio, quam regio ſuſceptum &c.*) CLARK. Eo, quo Clarkius ordine, diſpoſuerunt jam eaedem Edd., quas modo nominavi, & ita reperi in Bong. Ceteri retinent vulgatum ordinem, niſi quod *potius* deſit in Voſſ. & Petav. Leid. pr. Voſſ. dent *latronum, quam regio conſilio.* quod amplexus ſum.

3. HAE CONSTABANT] MS. Elienſis *Haec*. MS. Reg. & Edit. Rom. *Hi*. Quarum lectionum quaevis ferri poſſit. CLARK. *Haec* eſt in Petav. Leid. pr. & duobus aliis. *Hi* habent Lovan. Palat. Dorv. Leid. ſec. qui codices ſolent conſentire, & Edd. primae. De qua ſyntheſi ſupra diximus aliquoties.

4. QUI VIM SUORUM DEFENDEBANT] Inſolens loquendi genus, *vim ſuorum*, pro, *vim ſuis inlatam*. Non abſimili modo libro de bello Africano, ni fallor, legitur *Scipio multa de terrore ſuo*, id eſt, quem hoſtibus incuſſiſſet ipſe. VOSSIUS. Propulſabant vim ſuis illatam. *Dictys* Cretenſis l. I. c. IV. *Ob* injuriam affinium, *quas ſupra memoravimus*, *conſternabatur*. Sic & l. II. c. XXX. *Injuria ſacerdotis* eſt injuria ſacerdoti illata. Simili modo apud *Apulejum* Metam. l. I. p. 9. *Impune ſe relaturum* meas contumelias *putat*. De hujuſmodi vocibus reciprocis vide *A. Gellium* Noct. Attic. l. IX. c. XII. ac intt. ad *Phaedri* lib. II.

cauſſa, regis domum obſidere, regno [1] expellere alios, alios arceſſere, vetere quodam Alexandrini exercitus inſtituto, [a] conſueverant. Erant praeterea equitum milia II. [2] Inveteraverant [b] hi omnes compluribus Alexandriae bellis; Ptolemaeum patrem in regnum reduxerant; Bibuli filios duos interfecerant; bella cum Aegyptiis geſſerant. [c] Hunc uſum rei militaris habebant.

CXI. His copiis fidens Achillas, paucitatemque militum Caeſaris deſpi- 1
ciens, [d] occupabat Alexandriam, [3] praeter eam oppidi partem, quam Cae-
ſar cum militibus tenebat, primo inpetu [4] domum ejus inrumpere conatus:
ſed Caeſar, diſpoſitis per [e] vias cohortibus inpetum ejus ſuſtinuit. Eodem- 2
que tempore pugnatum eſt ad portum: ac longe [f] maximam ea res adtulit
dimicationem. ſimul enim, [g] diductis copiis, pluribus viis pugnabatur: &
magna multitudine naves longas occupare hoſtes conabantur: quarum e-
rant L auxilio miſſae ad Pompejum; [h] proelioque in Theſſalia facto, do-
mum redierant. Illae triremes omnes, & quinqueremes, [i] aptae inſtructae- 3
que

VARIAE LECTIONES.

a *Conſuerant* Sc. L. pr. V. *Erant* abeſt a Pet. V. b vulgo *qui inv. comp. Al. b. Hi Pt. Irritaverant* MSS. 4. c Ciaccon. ex aliis locis *magnum* inepte. d Ita MSS. o. & Edd. ante Scal. non *occupat*. vulgo etiam *praeterea* & *conatus eſt*. e *viam* MSS. 4. f *maxime* Lov. g MSS. 5. recentes *ded*. male. h Sic MSS. & Edd. Vett. non *quae proelio*, quod in Edd. Ald. Man. Plant. Scal. & ſeqq. viſitur. i Ita Cuj. Pet. Scal. L. pr. V. Lov. Edd. pp. Gryph. aliaeque. vulgo additur *erant. actae aptae* L. ſec.

11. Fab. VIII. DAVIS. Et paſſim. Adde nos ad lib. 1. B. Gall. c. 30.

1. EXPELLERE, ALIOS, ALIOS ARCESSERE] Semel *alios* expungi malebat, auctoritate codicis ſui Urſinus; cui adſtipulantur Petav. Bong. & Leid. ſec. Recte. Vide ad l. 1. B. G. c. 8.

2. QUI INVET. COMPL. AL. BELLIS. HI PTOL.] Sic primus, quantum ſcio, edidit Scaliger ex Urſini libro. Ante eum in pleriſque Edd. omittebatur vocula *hi*. Verum MSS. Pal. Bong. Leid. ſec. Dorv. & Edd. primae *Qui invet. Hi omnes c. Al. b. Ptol.* Sed Pet. Scal. Leid. pr. Voſſ. Carr. Edd. Vaſc. Steph. Gryph. poſt. Str. exhibent optime, ut reſtitui, *milia II. Inveteraverant hi omnes* (*homines* Leid. pr. Scal.) *comp. Al. bellis*; *Ptolem.*

3. PRAETEREA OPPIDI PARTEM, QUAM CAESAR] Locus literula corrigendus, quamvis libri vett. repugnent. Scribo *oppidi parte.* Manuſcriptus noſter non incommode habet, *praeter eam oppidi partem.* VOSSIUS. *Praeterea oppidi* parte,] Ita emendavit D. Voſſius ex conjectura; Atque ita in MS. Reg. ſcriptum repperi. Nihilo tamen minus proba eſt vulgata lectio, (*Praeterea oppidi* partem;] quemadmodum *maxima parte*, &, *maximam partem*,) dicitur. Si qua emendatione opus, conjecerim equidem legendum, (*Praeterea* EAM *oppidi partem*,) vel, (*praeterea* EA *oppidi parte*;) Ut vox (*ea*) in praecedentem (*praeterea*) fuiſſe abſorpta fingatur. Sed ſine Codicibus nihil muto. Quanquam favet nonnihil Codex antiquus Voſſii, qui habet, (praeter eam *oppidi partem.*) Quam quidem ipſam lectionem non incommodam exiſtimavit Vir ille doctiſſimus: Ut adeo tota periodus hoc modo ſcribatur; (—— *occupat Alexandriam;* praeter eam *oppidi partem, quam Caeſar cum militibus tenebat. Primo impetu domum. ejus irrumpere conatus eſt*, &c.) Sed in ea Lectione hoc eſt incommodi, quod pars poſterior (*Primo impetu* &c.) valde hiulca eſt. Niſi forte legi poſſet, (*Primoque impetu.*) Sed ne ſic quidem lectioni vulgatae praeſtabit. CLARK. Legerim *praeterea* in *oppidi* parte. Cum tamen *D. Voſſii* MStus habeat *praeter* eam *oppidi partem*, ac *Gryphius* ediderit *tenebat*: ET *primo impetu*; totus locus ita queat diſtingui, *occupat Alexandriam praeter* eam *oppidi partem*, *quam Caeſar cum militibus tenebat.* Et *primo impetu domum ejus* &c. DAVIS. *Cur. ſec.* *Et* non comparet in prima Gryph. editione, ſed ſecunda, quae, ut ſaepe patuit, ad exemplum Vaſcoſanae eſt procurata. In ea enim, ut & R. Steph. ac Stradae & additur. Sed optime D. Voſſii Codex habet *praeter eam.* Nam idem non agnoſcit τὸ *eſt*, quod neque conſpicitur in Petaviano nec Leid. primo. Quo omnia bene procedunt, *occupabat Alexandriam praeter eam o. partem*, *quam C. c. m. tenebat*, *primo inpetu domum ej. inrumpere conatus.*

4. DOMUM EJUS] *partem Regiae exiguam*, *in quam ipſe habitandi cauſſa initio erat inductus*; Infra, c. 112. CLARK.

1. SED

4 que omnibus [a] rebus ad navigandum. Praeter has, [b] XXII, quae praeſidii cauſſa Alexandriae eſſe [c] conſueverant, conſtratae omnes: quas ſi [d] occupaviſſent, claſſe Caeſari erepta, portum ac mare totum in ſua poteſtate
5 haberent; commeatu auxiliiſque Caeſarem prohiberent. Itaque tanta eſt contentione actum, quanta [e] agi debuit: quum ille [f] celerem in ea re vi-
6 ctoriam, hi ſalutem ſuam conſiſtere viderent. Sed rem obtinuit Caeſar; omneſque eas naves, & [g] reliquas, quae erant in navalibus, incendit; quod tam [h] late tueri tam parva manu [i] non poterat, confeſtimque ad Pharum [k] navibus milites expoſuit.

1 CXII. Pharus eſt [l] in inſula turris, magna altitudine, mirificis operibus
2 [m] exſtructa, quae nomen ab inſula accepit. Haec inſula, objecta Alexandriae, portum efficit: [1] ſed a ſuperioribus regionibus in longitudinem paſſuum DCCCC in mare jactis molibus, anguſto itinere, & ponte cum oppido [n] con-
3 jungitur. In hac [o] ſunt inſula domicilia Aegyptiorum, & [p] vicus, oppidi magnitudine: [q] quaeque ubique naves [r] inprudentia, aut tempeſtate [s] paullulum ſuo curſu [t] deceſſerint, has more praedonum diripere [v] conſueverunt.
4 Iis autem invitis, a quibus [2] Pharos tenetur, non poteſt eſſe, propter anguſtias,

VARIAE LECTIONES.

a deeſt Lov. b *XXIX* L. pr. *XII* Lov. Edd. qdd. Vulgo *XXII erant* contra Pet. Scal. B. Leid. V. Ciacc. c *conſuerant* Sc. L. pr. *conſueverunt* Edd. pp. *Roſtratas* eſt in MSS. Urſ. Ciacc. & meis 4. V. ad c. 100. d Sic, non *occupaſſent* Pet. Sc. L. pr. V. B. *Caeſaris* etiam MSS. plerique & Edd. Vett. e *accidere potuit* Pal. Lov. Dorv. f *in claſſe cel.* B. Pal. Dorv. L. ſec. g *reliqua* & *navibus* L. ſec. V. h *lata* MSS. 3. *& vere* pro *tueri* Lov. *& tam p.* Edd. pp. *tam* deeſt MSS. 5. i *obtinuerat* Lov. *n. potuerat* V. k deeſt Lov. l abeſt *in* a MSS. 3. m *inſtr.* L. ſec. *cepit* V. B. n *cingitur* L. pr. o *una ſunt* Carr. L. ſec. V. p *vici* Carr. B. L. ſec. V. q *qucumque n.* L. pr. *quaquam ibique* L. ſec. *ubi* Urſ. Pal. *ubique* deeſt B. V. *utique* Lipſ. malim *undique* vel *ibi* cum Urſino. r *ſi inp.* Lov. Dorv. Edd. pp. s *paullum* Pet. B. V. *paullo* L. pr. t *diſc.* Pet. *deceſſerunt* MSS. 4. *deflexerint* Manut. ſed V. Ciacc. v *conſuerunt* Sc. L. pr. V.

1. SED A SUPERIORIBUS REGIONIBUS —— IN MARE JACTIS MOLIBUS] *Joan. Brodaeus* Miſcell. lib. III. c. V. reponit *a ſuperioribus Regibus*, quia *in mare moles jacere*, non regionum eſt, ſed hominum. Et hanc quidem conjecturam occupaverat *Ph. Beroaldus*: ita enim legitur in edit. quam procuravit A. D. 1508. Verum, ut opinor, ſana eſt lectio a MSS. Codd. & antiquiſſimis editt. conſtanter repraeſentata: nam vult *Caeſar*, in mare jactas fuiſſe moles, quas e ſuperioribus regionibus convexerant. *Superiores regiones* ſunt montuoſae, aliiſque minus depreſſae. Eodem ſenſu *ſuperiora loca* ſaepe dixit noſter. Vide l. III. B. G. c. III. & XIV. DAVIS. Emendant Viri doctiſſimi, Brodaeus, Beroaldus, Scaliger, Valeſius, Hodius, aliique (*a ſuperioribus* REGIBUS) Quod & Cellarius probaſſet; niſi verbum praeſentis Temporis (*conjungitur*) ab adjecto (*ſuperioribus*) abhorreret. At non abhorret ſane. Neque enim omnino refertur illud (*ſuperioribus*) ad verbum praeſens (*conjungitur*) ſed ad praeteritum (*jactis*) (*Molibus in mare* olim *jactis a ſuperioribus Regibus*, etiamnum *cum oppido conjungitur.*) Nihilo tamen minus, quoniam conſentiunt MSS. omnes, lectionem vulgatam cum Daviſio retinendam cenſeo. Ut hoc dicat Caeſar, *in mare jactas fuiſſe moles, quas a ſuperioribus* (ſcil. montuoſis) *regionibus convexerant*. CLARK. At quis ita loquitur? *moles jactae in mare a ſuperioribus regionibus* per ellipſin *& convectae* vel ſimilis verbi. Potius explicuiſſent Viri docti, a notare locum, unde hae moles jaci coeptae ſint; ut initium ceperint a ſuperioribus regionibus, & ita in mare longius extenſae fuerint. Quo ſenſu facile lectio vulgata ſe tueri poteſt. Ut verum tamen fatear, malim ego quoque *Regibus*, praeſertim cum hoc confirmetur a Codice Voſſiano, in quo clare ita inveni. *A ſup. iis regionibus* Lov. De his molibus adi Amm. Marcell. l. XXII. c. 16. & ibi Valeſ.

2. PHAROS] Sic bene Petav. pro *Pharus*; ut mox in Lov. Pet. & Dorvill. ac primis editionibus, uti & Aldi & aliis eſt *Pharon*. Quod repoſui. *Pharus* quidem & ad *Pharum* ſupra retinent MSS. omnes. Verum non dubito, quin & illic ſcribi debeat *Pharos* & *Pharon*. Quod eſt in MSS. & Edd.

BOMBAY BRANCH OF THE ASIATIC SOCIETY

Pag. 770. ſeqq.



A. Urbs Alexandria. B. Domus regia. C. Theatrum conjunctum domui regiæ, quod arcis tenebat locum aditusque habebat ad portum. D. Inſula Pharus. E. Anguſtum iter in longitudinem paſſuum DCCCC ſe extendens, quo cum oppido inſula conjungitur. F. Cæſar ſe è navigio ejecit & natatu periculum evadit. G. Naves Rhodiæ numero 9. in dextro cornu Cæſaris. H. Naves Ponticæ octo collocatæ in ſiniſtro cornu; I. Naves ſubſidiariæ. K. Duæ & viginti naves de claſſe Alexandrina in fronte. L. Naves reliquæ Alexandrinæ ſubſidiariæ in ſecundo ordine. M. Navigia minora & ſchaphæ armatæ Alexandrinorum. N. Palus Marea ſive Mareotis à meridie Alexandriam alluens. O. Vallum Cæſaris ad paludem. P. Portus quem tenuit Cæſar. Q. Portus quem tenuit claſſis Alexandrina.

guſtias, navibus introitus in portum. Hoc tum veritus Caeſar, hoſtibus 5
in pugna occupatis, militibuſque expoſitis, Pharon adprehendit, atque
ibi praeſidium poſuit. Quibus eſt rebus effectum, uti tuto frumentum, au- 6
xiliaque [a] navibus ad eum ſubportari poſſent. [1] dimiſit [b] enim circum omnes
propinquas regiones; atque inde auxilia evocavit. Reliquis oppidi parti- 7
bus ſic eſt pugnatum, [c] ut aequo proelio diſcederetur, & neutri pelleren-
tur, ([d] id efficiebant anguſtiae loci:) pauciſque utrimque interfectis, Cae-
ſar loca maxime neceſſaria [e] complexus, noctu [f] praemunit. [2] Hoc tractu 8
oppidi pars erat [g] regiae exigua, in quam ipſe habitandi cauſſa initio erat
inductus, & Theatrum conjunctum [h] domui, quod arcis tenebat locum,
aditusque habebat ad portum, & ad reliqua [i] navalia. Has munitiones in-
ſequentibus auxit diebus, ut pro muro objectas haberet, neu [k] dimicare
invitus cogeretur. Interim filia minor Ptolemaei regis, vacuam poſſeſſio- 9
nem regni ſperans, ad Achillan [l] ſeſe ex regia transjecit, unaque bellum
adminiſtrare coepit. Sed celeriter eſt [m] inter eos de principatu controver- 10
ſia orta, quae res apud milites largitiones auxit. [3] magnis enim jacturis ſi-
bi quiſque eorum animos conciliabat. Haec dum apud hoſtes geruntur, 11
Pothinus, nutricius pueri, & procurator regni, [4] in parte Caeſaris, quum
ad Achillan nuncios mitteret, hortareturque, ne negotio deſiſteret, [n] ne-
ve animo deficeret, [o] indicatis deprehenſiſque internunciis, a Caeſare eſt
interfectus. [p] Haec initia belli Alexandrini fuerunt.

VARIAE LECTIONES.

a deeſt Pet. b *autem* Ciacc. Pal. Dorv. L. ſec. c *uti* L. ſec. d *deſiciebant* V. e *eſt c.* MSS. 3. f *praemuniri* L. pr. *praemunitum* Lov. *praemunivit* Pal. g *regia* MSS. 3. *regionis* Lov. *in qua* MSS. 3. h *domui erat* MSS. 3. Edd. pp. i *navigia* Lov. k Sic MSS. Pet. Sc. Leidd. V. B. Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. Str. non *pugnare.* l Sic Pet. L. pr. V. Ciacc. Ed. Ber. non *ſe.* m deſunt Lov. *int. e.* n *neu* Pet. o *indicatus* L. pr. *nunciis* L. ſec. *nunciis inter eos* Lov. p deſunt haec 5. verba in MSS. Pal. B. L. ſec. V. Dorv.

& Edd. B. Alexand. c. 14. ſic *Thapſon* MSS. B. Afric. c. 44. *Comprehendit* eſt in Carr. Leid. ſec. & Voſſ. Ed. Flor. Sed Pet. Scalig. Leid. prim. *prebendit*. Vere, ut puto. Virg. Aen. 11, 322.

Quam prendimus arcem?

Lucan. l. v, 575. *liceat vexata litora puppe Prendere.*

1. DIMISIT] Sic melius edidit Scaliger, quam quod in prioribus erat Edd. *demiſit*. Sed in pleriſque, uti & Edd. primis, erat *deduxit*: atque ita Pal. Bong. Voſſ. Leid. ſec. Dorvill. Lovan. Ciacc. Aliud quid latere docent Scal. Leid. pr. Cujac. & Petav. *deauxit* habentes. Quo quid extricandum ſit, neſcio. Pro Var. lect. in Cuj. & Pet. erat *miſit*. Sine adjuncto caſu poni id vidimus ad l. 1. B. G. c. 34. Pro *regiones* vero *provincias* exaratur in Pet. Scal. Bong. Leidenſibus, Voſſ. In Palat. & Dorv. *o. provincias propinquas circum*. Adeo ut forſan in ſolis Cuj. & Lov. ſit *regiones*.

2. HOC TRACTU] Sic exſtat in Edd. Roſeti, Plantini & ſeqq. Juvatque Bong. Cod. *haec*. At in prioribus & MSS. meis aliorumque, quantum ſcio, ſcribitur *nec*, ſine ſenſu. Faernus *in hoc tractu*. quo faciunt variae lectiones Leidenſ. pr. & Lovan. in voce praecedenti. Videtur etiam verior, & ex *in oc* factum eſſe vitioſum *nec*.

3. MAGNIS ENIM JACTURIS] Codex *Brant.* (& Lov.) perperam exhibet *aucturis*. Jacturae ſunt dona ſive munera. Vide notat. ad l. VI. B. G. c. XII. Simili fere modo hujuſmodi largitiones *damna* nuncupavit *Plinius* in Pan. c. XII. DAVIS.

4. IN PARTE CAESARIS] Leid. pr. *in partem.* at Nicaſius legebat *in poteſtate*. Male, Pothinus ſimulabat, ſe contra Achillan & Arſinoen in partibus eſſe Caeſarianis. Quare ejus perfidia deprehenſa, occidit eum Caeſar. Bene id monuit quoque Ciaccon. addens locum Hirtii de B. Alex. c. 7. *Erat magna multitudo oppidanorum in parte Caeſaris*. Terent Andr. II, 5, 8. *Noſtrae timeo parti*: & paſſim.

A. HIRTII PANSAE COMMENTARIORUM DE BELLO ALEXANDRINO

Liber Unus.

Argumentum Libri de Bello Alexandrino.

Belli Alexandrini hiſtoria continuata. X. *Proeliis aliquot navalibus victor Caeſar,* XVII. *caſtella ad portum conſtructa, quaedam occupat, quaedam fruſtra tentans,* XXI. *natatu periculum evadit.* XXIV. *Ptolemaeum Regem ad ſuos remiſſum, hoſtemque factum.* XXVIII. *Caeſar, conjunctis cum Mithridate Pergameno copiis, profligat.* XXXI. *Ipſe Rex mergitur.* XXXIV. *Interea Domitius Calvinus in Ponto parum proſpere rem gerit:* XLII. *& Illyricum, varia aliquamdiu fortuna jactatum, tandem, virtute Vatinii,* XLVII. *Caeſari reſtituitur.* XLVIII. *Sub idem tempus turbae in Hiſpania ulteriore, ob extorſiones Caſſii Longini, exortae,* LXIII. *interventu Lepidi, & morte Caſſii, paullum ſedantur.* LXXVII. *Caeſar, ſumma felicitate victo Pharnace, celerrimeque Pontico bello confecto, & provinciis pacatis, in Italiam revertitur.*

1 I. BEllo Alexandrino [a] conflato, Caeſar Rhodo, atque ex Syria Ciliciaque omnem claſſem arceſſit, [2] Creta [b] ſagittarios, equites [3] ab rege [c] Nabataeorum Malcho evocat: tormenta undique conquiri, & frumen-
2 tum mitti, [d] auxiliaque adduci jubet. Interim munitiones quotidie [e] operibus

Variae Lectiones.

a *Confecto* Lov. *e Rb.* Edd. pp. b vulgo *ex Cr.* c *Navat.* Pet. Leidd. Dorv. d MSS. plerique & Edd. pp. carent τῷ *que*, non male. e deeſt V. male.

1. Pansae] Inepte ita inſcribi docui ad initium l. VIII. Cum *Hirtius* & *Panſa* diverſi fuerint homines. *Oppii* ſive *Hirtii* Edd. Vett. Sed *A. Hirtii* ſimpliciter Bongarſ. & Leid. ſec. bene. Alii *Caeſaris*, *Celſi*, *Suetonii* nomen inſcribunt, ridicule: immo in nonnullis eſt *J. Conſtantini Caeſaris.*

2. Ex Creta sagittarios] In nullo meorum codicum, uti nec in Edit. Romana comparet Praepoſitio: quare eam juſſi deleri. *Creta evocat*, ut *Rhodo arceſſit:* Niſi jungere velles *ſagittarios Creta* i. e. Cretenſes, vel legere *Cretas*, quia in MSS. Lov. & Bongarſ. exaratur *Certos*. Sed mutatione nequaquam eſt opus.

3. Ab rege Nabataeorum Malcho] Ipſa vox ultima *Regem* ſignificat, & ab Hebraica מֶלֶךְ ortum ducit. *Porphyrius* in vita Plotini. Βασιλεὺς δὲ τοὔνομα τῷ Πορφυρίῳ ἐμοὶ προσῆν, κατὰ μὲν πάτριον διάλεκτον Μάλκῳ κεκλημένῳ. Vide & *Luc. Holſtenium* de vit. & ſcript. *Porphyrii* c. II. DAVIS. Vide etiam Cellar. & Salm. Plin. Exerc. pag. 892.

ribus augentur: atque omnes oppidi partes, quae minus firmae [a] eſſe viderentur, [1] teſtudinibus [b] ac muſculis aptantur: ex aedificiis autem per foramina in proxima aedificia arietes inmittuntur; quantumque aut ruinis dejicitur, aut per vim recipitur loci, in tantum munitiones proferuntur: nam [2] incendio fere tuta eſt Alexandria; quod ſine contignatione ac ma- 3
teria ſunt aedificia, [c] & [3] ſtructuris atque fornicibus continentur, tectaque ſunt rudere, [d] aut pavimentis. Caeſar maxime ſtudebat, ut, quam 4
anguſtiſſimam partem oppidi [e] palus a meridie interjecta efficiebat, hanc operibus, vineiſque agendis, [f] ab reliqua parte urbis excluderet; [4] illud 5
ſpectans, primum, ut, quum eſſet in duas partes [g] urbs diviſa, acies uno conſilio atque imperio adminiſtraretur; deinde, ut laborantibus ſuccurri, atque ex altera oppidi parte auxilium ferri poſſet; in primis vero, ut aqua, 6
pabuloque abundaret: [5] quarum [h] alterius rei copiam exiguam, alterius nullam omnino facultatem habebat: [i] quod utrumque palus large praebere poterat.

II. Neque vero Alexandrinis in gerendis negotiis cunctatio ulla, aut 1
mora

VARIAE LECTIONES.

a *Eſſent* t. Carr. B. V. e. *videntur* MSS. 6. b Sic MSS. plurimi & Edd. qdd. Al. *atque. muſculiſque* V. c deeſt *&* L. ſec. V. dein *ac f.* MSS. 5. *&* Pet. d *ac* L. pr. e *quam p.* Edd. R. V. M. paullo ante *quia* Ciacc. *qua* Lipſ. f Sic MSS. meliores, non *a.* vulgo *ſperans.* g *Urbis* L. pr. Lov. Pal. h *quorum* Lov. i *quodque* MSS. & Edd. qdd.

1. TEST. ATQUE MUSCULIS APTANTUR] Lipſius (l. I. Pol. D. IX.) emendat *quatiuntur*, *captantur*, aut aliquid ſimile. Sed nihil opus. Id enim vult *Hirtius:* quae partes minus firmae eſſent, in iis teſtudines atque muſculos, ad tegendos milites, fuiſſe collocatos. CLARK. Lipſius margini adlevit quoque *laxantur*, *graſſantur*. Gruterus exponit, loca infirmiora, quibus hoſtes invaſuri erant partes urbis infirmiores, accommodata, quo inſtrumentis talibus ſine inpedimento uti poſſent.

2. INCENDIO FERE TUTA] Ita exhibent MSS. omnes conſtanter. Lipſius tamen orae codicis ſui adſcripſit *ab incendio*, atque ita edidit R. Stephanus. Sine praepoſitione invenies quoque apud Seren. Sammon. de Medic. c. 61.

Ut tutus fias infeſtae fraude novercae.

ubi vide Clar. Burm. Variatur apud Liv. l. III, 44. Sed & *incendio* exponi poteſt, *in incendio*, *dum eſt incendium.* Similia multa vide ad l. II. B. G. c. I. *Imperio noſtro.*

3. STRUCTURIS.] Notandum, in optimo Leid. pr. legi *inſtructuris*. Quam vocem hac in re apud Iſidorum occurrere, monui ad Front. II, 3, 17. Adde Salmaſ. Plin. Exerc. p. 268, 852.

4. ILLUD SPERANS] *Fulv. Urſinus* ex conjectura reponit *illud ſpectans*, & ſane ſic exhibent editt. *Beroald. Vaſc.* eoque alludunt MSS. *Brant. Norvic.* ac editt. *Rom. Ven.* in quibus eſt *illud exſpectans*, praeterquam quod eo modo ſaepius loquatur *Caeſar:* interdum tamen aliter. Sic l. I. B. C. c. XLIII. *Hoc ſperans*, *legiones tres ex caſtris educit.* Et l. III. B. C. c. LXXXV. *Hoc ſperans*, *ut*, *movendis caſtris pluribuſque adeundis locis*, *commodiore frumentaria re uteretur.* Manifeſtum igitur eſt, lectionem vulgatam ferri poſſe, quam tamen, vir erroribus exſcribendis natus, *Joan. Goduinus* ejiciendam cenſet. DAVIS. *Spectans.* Sic reponendum ex iis codicibus, qui habent *exſpectans*. Editi *ſperans*. Neutrum tamen male. CLARK. Quum in MSS. Thuaneis ac meis omnibus & Edd. primis ſit *exſpectans*, cum R. Stephan. Urſino, Brantio, & Clarkio *ſpectans* praetuli. Vide ad l. III. B. Civ. C. 85. *ſemper*, *ut videbatur ſpectans*, *ſi iniquis locis ſe ſubjiceret.*

5. QUARUM ALTERIUS REI COPIAM EXIGUAM,] Lepidus profecto hoc in loco eſt *Rhellicanus*; qui, *Ex ſequentibus*, inquit, (ſcilicet ex eo, quod una alterave infra pagina dicat Hirtius, *nullum omnino Alexandriae Fontem fuiſſe*; *flumen autem Nilum in ea parte Urbis fuiſſe*, *quam adverſarii obtinebant*;) *ex bis*, inquit *intelligi poteſt Caeſarem*, *per* (Alterius rei *copiam exiguam*,) AQUAM *innuere.* Quaſi vero non in hac ipſa ſententia, *Aquam* plane nominaſſet: (*Ut AQUA pabuloque abundaret*; *quarum* alterius rei *copiam exiguam*, *alterius nullam &c.*) CLARK.

6. PER QUAS FINES AEGYPTII, REGNUMQUE

mora inferebatur: nam in omnes partes, [6] per quas fines Aegyptii, re-
gnumque pertinet, legatos, [a] conquiſitoreſque [b] dilectus habendi cauſſa
miſerant; magnumque numerum in oppidum telorum, [c] atque tormento-
2 rum [1] convexerant [d]; [e] & innumerabilem multitudinem adduxerant. Nec
minus in urbe [f] maximae armorum erant [g] inſtitutae officinae: ſervos prae-
terea puberes armaverant, quibus domini locupletiores victum quotidia-
3 num, ſtipendiumque praebebant. Hac multitudine diſpoſita, [h] munitio-
nes ſemotarum partium tuebantur: veteranas cohortes, vacuas in celeber-
rimis urbis locis habebant; ut, quacumque regione pugnaretur, integris
viribus ad auxilium ferendum [2] obportunae eſſent. Omnibus viis atque an-
giportis [i] triplicem vallum obduxerant: [k] erat autem quadrato exſtructus
4 ſaxo; neque minus XL pedes altitudinis habebat: Quaeque partes urbis in-
feriores erant, has altiſſimis turribus denorum tabulatorum [l] munierant.
5 Praeterea [m] alias ambulatorias totidem [3] tabulatorum confixerant; ſubje-
ctiſque [n] eas rotis, [4] funibus jumentiſque objectis, directis plateis, in
[o] quamcumque erat [p] viſum partem, movebant.

VARIAE LECTIONES. III.

a *Inquis.* L. ſec. V. b Sic Pet. L. pr. aliique. c *ac* MSS. 4. & Edd. qdd. d *miſerant* Gr. Ed. e *mult. admirab.* B. *ac inn.* Dorv. f deeſt V. g *conſt.* L. ſec. h *loca* Reg. B. L. ſec. Vaſc. M. deeſt V. i *undique tr.* Lov. Edd. pp. *tr. omnem v.* Lov. k *erant exſtructae* & *habebant* Lov. Dorv. L. ſec. male *obſtr.* B. vulgo *nec* contra MSS. meliores. *pedum* L. pr. Edd. pp. l *commun.* L. pr. m deeſt Ed. Ald. Gryph. aliiſque. n *eis* Edd. qdd. o *quantumcumque* Pal. p *uſus* B. L. ſec. Vaſc. M. *movebat* Lov. L. ſec. *movebatur* Dorv.

PERTINET.] Turbant hic MSS. nam *per quas* non eſt in Dorv. *quas* deeſt Pal. *fines* exſulat a Leid. pr. Voſſ. *finis* Bong. Leid. ſec. *Aegypti* habent MSS. tantum non omnes & Edd. primae. *Regnum* ſine *que* eſt in Leid. pr. Quaſi fuerit tantum *per quas Aegypti regnum pertinet.* Sed videntur librarii decepti eſſe ſingulari numero verbi *pertinet.* At conſule dicta ad lib. IV. B. G. cap. II. *principes ac ſenatus feciſſet.* Ciacconius autem pro *per quas* nimis temere conjecit ſcribendum *qua.*

1. CONVEXERANT ET INNUMERABILEM MULTITUDINEM ADDUXERANT] Lege *& innumerabilem* militum *multitudinem adduxerant.* N. B. Editionem noſtram quatuor ultimis vocibus privavit error Typographicus. DAVIS. *Cur. ſec.* Ciacconio videtur deeſſe vox *hominum* quia ſequitur, *Hac multitudine diſpoſita:* ſed cur non inde patet *militum* vel *hominum* ſubintelligi?

2. OBPORTUNAE ESSENT] Urſin. Petav. Cujac. Scalig. Bongarſ. Leid. pr. Voſſ. Reg. Elienſ. & Edd. primae, item Vaſc. Steph. aliaeque dant *obponi poſſent.* Quare recipienda videtur lectio Lovan. Pal. Leid. ſec. Dorvill. & Edd. Venet. 1517. Gryphii &c. *obportuni*, per Syntheſin relato ad milites, non ad *cohortes.* Quod ſaepiſſime uſu venit in his commentariis. Confer loca ad quae lectorem miſi l. III. B. Civ. c. 87. *Copias* &c. *& plerique.* lib. II. B. Civ. c. 32. *Municipia. illi.* B. Alex. c. 9. *naves. Hi.*

3. TABULATORUM CONFIXERANT] Neſcio quem locum hic habere poterit vox ultima. Lego *confinxerant.* Sic *Plinius* H. N. l. X. c. XXXIII. dixit *nidos confingere.* DAVIS. Neſcit Daviſius quem locum hic habere poſſit vox (*confixerant:*) ideoque reſcribit, (*confinxerant.*) Sed nihil opus. Nam quemadmodum dicunt Latini Scriptores, *tabulas inter ſe* configere;) ita ſimiliter recte dicitur, (*turres totidem tabulatorum* configere.) CLARK. Idem l. XI. c. 5. Apes *favos* confingunt & *ceras.* Pari modo *deorum ſimulacra confingere* eſt apud *Lactantium* Div. Inſtit. l. I. c. XI. DAVIS. *Cur. ſec.* *Confinxerant* invenio in Ed. Elzev. & *confecerant* in Leid. pr. Sed cave, quid mutes. Adludit Hirtius ad vocem πήγνυσι. Gloſſae *Configit* συμπήσσει, πήγνυσι *confixum.* Adpoſite, ut legi debet, Apul. l. IV. Metam. p. 72. Ed. Pric. *confixilis machinae ſubliciae turres tabularum nexibus ad inſtar circumforaneae domus.* ubi vulgo male: *ſublicae: turres tabularum nexibus.* V. Comment.

4. FUNIBUS JUMENTISQUE OBJECTIS, DIRE-

CTIS

III. Urbs [1] fertiliſſima & [a] copioſiſſima omnium rerum adparatus ſub- 1
gerebat. Ipſi homines [b] ingenioſiſſimi atque acutiſſimi, quae a nobis fieri
viderant, ea ſollertia efficiebant, ut noſtri illorum opera [c] imitati videren-
tur: & ſua ſponte multa reperiebant; [d] unoque tempore & noſtras muni- 2
tiones infeſtabant, [e] & ſuas defendebant: atque haec principes in [f] con- 3
ſiliis, concionibuſque [g] agitabant, *populum Romanum paullatim in con-*
ſuetudinem ejus regni [h] *occupandi venire: paucis annis antea* [2] *Gabinium*
[i] *cum exercitu fuiſſe in Aegypto: Pompejum ſe ex fuga* [k] *eodem recepiſſe*; 4
[l] *Caeſarem veniſſe cum copiis; neque morte Pompeji quidquam profe-*
ctum, quo minus apud ſe Caeſar commoraretur: quem ſi non expuliſſent, 5
[m] *futuram ex regno provinciam: idque agendum mature: namque eum,*
interclusum [3] *tempeſtatibus propter anni tempus, recipere tranſmarina*
auxilia non poſſe.

VARIAE LECTIONES. IV.

a *C. machinarum* Lov. b *ingenioſi* MSS. 6. dein *acuti* Dorv. c Sic Urſ. Pet. Sc. Lov. Dorv. alii & Edd. Vett. *imitari. mirari.* L. pr. d *unoquoque* Pet. e *ſuaſque* Lov. Dorv. f *conciliis* MSS. & Edd. qdd. dein *contentionibus* V. g *cogit.* V. h Sic Pet. Sc. L. pr. B. V. &c. in Pal. Dorv. *venire in conſ. ej. r. occ.* vulgo *ven. occ.* Ciaccon. delet τὸ *occup.* i deſunt *c. ex.* Lov. k *eadem* Lov. l Sic Pet. L. pr. ſec. V. B. Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. vulgo *ac C.* Mox contra MSS. o. vulgo *Caeſ. ap. ſe.* m *f. dicebant* Lov. Dorv. Pal. Edd. pp. male. V. ad l. I. B. G. c. 17.

CTIS PLATEIS] In eo ſolo variant Codd. quod MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* cum aliis nonnullis exhibeant *directis pluteis*, unde *Pet. Ciacconius*, omiſſa voce & mutata diſtinctione, reſcribit *funibus jumentiſque objectis pluteis*, ut velit *Hirtius*, jumenta objectu pluteorum fuiſſe protecta; nec ab hac ſententia abhorrere videtur *Juſt. Lipſius*, qui Poliorc. l. II. Dial. IV. pro *objectis* praeterea legit *obtectis*; abſque cauſa quidem ſontica, etiamſi priorem emendationem recipiamus, cum *Caeſar* l. II. B. C. c. XV. dixerit *adverſus plutei objectu.* Sana eſt, ut arbitror, lectio vulgata. Sic hujuſce libri c. XXXVI. *Montibus tamen altis ab duobus lateribus* objectis. Hoc certe praeſtat *Scaligeranae* rationi, pro qua vox *objectis* tota eſt eliminanda. Turres procul dubio aliaque omnia iis plateis facilius aguntur, quae rectae ſunt & ſine multis flexibus. DAVIS. *Jumentiſque objectis*,) hoc eſt *jumentis junctis.* Sollicitant hanc lectionem Viri docti, & emendationes neſcio quas comminiſcuntur. Sed quemadmodum dixit Livius, *fores portae objicere*, & *munitiones vallo objectae*, hoc eſt, *adjunctae*; ita recte quoque dici videtur, *funibus jumentiſque objectis*, hoc eſt, *junctis.* Probam eſſe vulgatam lectionem, vidit & Daviſius: Verum quam affert ſimilem locutionem, (*Montibus altis ab duobus lateribus* objectis,) ea non videtur ſatis ad auctoritatem habere ſimilitudinis. CLARK. Pro vulgata lectione ſtant etiam Codices noſtri meliores. Nam *pluteis* non comparet niſi in recentiſſimis Bong. Palat. Leid. ſec. & Edd. pp. *objectiſque* Voſſ. *direptis* Palat. & Dorv. Sed *directae* ſeu *derectae*, ut eſt in Petav. & aliis, *plateae* ſunt *rectae*, ut *directum iter* alibi. Vide ad lib. III. B. Civ. 75. *Objectis* ejici vellet quoque Gruterus. An *objectas directis plateis*, ſive oppoſitas? Quo ſenſu *objectae inſulae, loca* &c. paſſim in his commentariis occurrit. Cum Bruto tamen *pluteos* praefero: quia videntur contraria eſſe *directae plateae*, & *in quamcumque partem.*

1. FERTILISSIMA] In Lovan. Codice corrupte legitur *feraliſſima.* Unde Heinſius conjecit *feraciſſima.* Bene, niſi magis veriſimile videretur, eſſe modo aberrationem librarii, retinentibus ceteris *fertiliſſima.* quod nemo ſanus damnare poſſit.

2. GABINIUM CUM EXERCITU FUISSE IN AEGYPTO] Eo miſſus eſt Gabinius, ut Ptolemaeum, ejecto Archelao, reduceret. Vide notat. ad lib. III. B. C. c. V. Huc reſpicit *Valerius Maximus* l. IX. c. I. ex. ext. 6. DAVIS.

3. TEMPESTATIBUS PROPTER ANNI TEMPUS] Ultima tria verba videri poſſent alicui eſſe Gloſſema; praeſertim cum in MSS. Lovan. Palat. & Dorv. exaretur *Tempeſtatibus anni.* Quod non diſplicuit Grutero. Sed Heinſius conjiciebat *intercluſo tempeſtatibus mari.* uti ſcribit auctor c. 43. Sed cave quid mutes. *Tempeſtates* paſſim vocantur coeli turbidae conſtitutiones, per quas minus navigabile eſt mare. Vide praeter alia loca l. III. B. Gall. c. 12. IV, 3. & ſaepiſſime. Hac

1 IV. Interim, diſſenſione orta inter Achillan, qui veterano exercitui
praeerat, & Arſinoën, regis Ptolemaei minorem filiam, ut ſupra [a] demon-
ſtratum eſt, quum uterque utrique [b] inſidiaretur, & ſummam imperii [c] ipſe
obtinere vellet; praeoccupat Arſinoë per Ganymeden eunuchum, nutri-
2 cium ſuum, atque Achillan interficit. Hoc occiſo, [d] ipſa ſine ullo ſocio &
cuſtode omne imperium obtinebat: exercitus Ganymedi tranſditur. [e] Is,
ſuſcepto officio, largitionem [1] in milites auget; [f] reliqua pari diligentia
adminiſtrat.

1 V. Alexandria eſt [g] fere tota ſuffoſſa, ſpecuſque habet ad Nilum [h] per-
tinentes, quibus aqua [i] in privatas domos inducitur, quae [k] paullatim ſpa-
2 tio temporis liqueſcit, ac [l] ſubſidit. Hac uti domini aedificiorum, [m] atque
eorum [n] familiae conſueverunt: nam, quae flumine Nilo fertur, [o] adeo eſt
3 limoſa [p] ac turbida, ut multos varioſque morbos efficiat: ſed ea [2] plebes
ac multitudo contenta eſt neceſſario, quod fons urbe tota nullus eſt. Hoc
tamen flumen in ea parte urbis erat, quae ab Alexandrinis tenebatur: quo
4 facto eſt admonitus Ganymedes, poſſe noſtros aqua intercludi; qui diſtri-
buti munitionum tuendarum cauſſa, vicatim ex privatis aedificiis, ſpecu-
bus [q] ac puteis extracta aqua utebantur.

1 VI. Hoc probato conſilio, magnum ac difficile opus adgreditur: [r] in-
terſeptis enim ſpecubus, [s] atque omnibus urbis partibus excluſis, quae ab
ipſo tenebantur, aquae magnam vim ex mari rotis ac machinationibus ex-
2 primere contendit: hanc locis ſuperioribus fundere in partem Caeſaris
non [t] intermittebat: quam ob rem ſalſior paullo praeter conſuetudinem a-
qua trahebatur ex [v] proximis aedificiis, magnamque hominibus admiratio-
nem praebebat, quam ob [w] cauſſam id accidiſſet; nec ſatis ſibi ipſi crede-
3 bant; quum ſe inferiores ejuſdem generis, ac ſaporis, [x] aqua dicerent uti,
atque [y] ante conſueſſent: vulgoque inter ſe conferebant, & deguſtando,
quan-

VARIAE LECTIONES.

a *Demenſtravimus* L. pr. b *inſidiarentur* B. c abeſt L. pr. d *ſine u. ſ. & c. ipſa* Pet. L. pr. B. V. e *Hic* MSS. 3. Edd. pp. f *& rel.* L. pr. g *pene* L. pr. h *pertingentes* V. L. ſec. Dorv. Ed. Flor. ſed V. ad l. III. B. Civ. 68. *a Nilo pert. a quib.* L. pr. i *privatim per d.* L. ſec. k *paullum* V. l *ſubſidet* MSS. 4. & Edd. pp. aliaeque, male. V. ad l. VII, 64. & Gron. Obſ. IV, 17. m *ac* V. n ita MSS. o. & Edd. Vett. At Scal. errore, credo, typothetarum, & Recentt. pleraeque *familia.* dein *conſuerunt* MSS. 3. o *eo* Lov. Dorv. p Ita MSS. o. & Edd. qdd. non *atque.* q Ita MSS. 5. meliores, non *&.* r *interſectis* Pal. B. Dorv. ſed V. ad Front. I, 5, 11. s *ac* V. t *intermittebant* L. ſec. V. Statim *quam ob cauſam* Pet. B. Leidd. V. Ed. Steph. v *primis* Edd. pp. w *rem* Pet. B. L. pr. V. Ed. Steph. x *aquae digererent* Lov. *digererent* L. pr. *aqua* Gloſſam putat Heinſ. y *antea* L. pr. *conſuerant* MSS. 3. *conſueverant* Edd. pp.

vero accidunt plerumque *per tempus anni hibernum*, ſeu tempus maris clauſi. *Anni tempus* frequens eſt in his commentariis. Adi notas ad l. VII, 16. *per ſingula diei tempora.* Ipſe Hirt. l. VIII. B. G. c. 7. *pabulatio propter anni tempus exigua.* & infra c. 43. *hiberno tempore anni & difficili* B. Afric. c. 24. *per anni tempus.*

1. IN MILITES] Scalig. Leidenſes, Lov. Pal. & Dorv. dant *militem.* Bene, pro militibus & omni exercitu; ut innumeris apud auctores locis ſumitur. Nil tamen mutare placuit tum propter Petav. & alios codices, tum propter praecedens *largitionem:* niſi ibi velles *largitiones.*

2. PLEBES] Ita bene ediderunt Vaſc. Steph. Strad. Gryph. poſt. Plant. Scalig. & ſeqq. ut exhibent Codd. Scal. Leid. prim. & Petavii, in quo
non

quantum inter ſe differrent aquae, cognoſcebant. Parvo [a] vero temporis 4
ſpatio, haec propior bibi [b] omnino non poterat: illa inferior conruptior
[c] jam, ſalſiorque reperiebatur.

VII. Quo facto dubitatione ſublata, tantus inceſſit timor, ut [1] ad ex- 1
tremum caſum [d] periculi omnes deducti viderentur, atque alii, [e] morari
Caeſarem, dicerent, quin naves conſcendere [f] juberet; alii multo [2] gra-
viorem extimeſcerent caſum; quod neque [3] celari [g] Alexandrinis poſſent
in adparanda fuga, quum tam parvo ſpatio diſtarent ab ipſis; neque, illis
inminentibus atque inſequentibus, ullus in naves receptus daretur. Erat 2
autem magna multitudo oppidanorum in parte Caeſaris, quam domici-
liis ipſorum non moverat; quod ea ſe fidelem palam noſtris [h] eſſe ſimula-
bat, & [i] deſciviſſe a ſuis videbatur: [4] ut, ſi mihi defendendi eſſent Alex-
andrini,

VARIAE LECTIONES.

a *Autem* Lov. b Sic MSS. o. & Edd. qdd. non *non p. omn.* c deeſt L. pr. d vulgo deeſt haec vox. dein *ducti* Pal. e *nihil m.* B. a m. ſec. f *juberent* B. male. *quin* valet *qui non.* g vulgo *Alexandrinos* & *Q. bi tam.* h Abeſt Lov. i *diſceſſiſſe* Lov. Pal. Dorv. Edd. pp.

non eſt *plebis*, ut videtur ſcribere Gudius ad Phaedr. l. IV. F. 5. Sed *plebes*, ſi recte excerpſit Gruterus. Reliqui habent *plebs*. At vide ad lib. VI. c. 13.

1. AD EXTREMUM CASUM OMNES DEDUCTI VIDERENTUR] MS. *Norvic.* & nonnullae editt. *ad extremum caſum periculi* &c. Sic *Curtius* l. IV. c. X, 2. *Sollicitiſque ſub ipſum tanti* diſcriminis caſum *ingens religio* —— *incuſſa eſt.* Non multo aliter *Livius* lib. IV. c. XXVII. *caſum ancipitis eventus* dixit, & *caſum fortunae Juſtinus* lib. XXVII. c. I. DAVIS. Adde *Catullus* Carm. 23, 11. *Non* caſus *alios* periculorum. *Livius* II, 13. *Adeo moverat eum & primi* periculi caſus. Igitur eorum Codd. lectio videtur reducenda. IDEM *Cur. ſec.* MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii, *caſum periculi.* Quam lectionem & exemplis allatis erudite tuetur Daviſius. CLARK. *Periculi* addunt MSS. Pet. Scal. Leid. pr. Cujac. Bong. cum Urſin. & Edd. Vaſc. Steph. aliiſque. Sine dubio vere, licet vulgata lectio utique ſit proba, & ita occurrat l. III. B. G. c. 5. & alibi. ſimilia vide apud Cort. in Salluſt. B. Jug. c. 25. *caſum victoriae* & c. 56. *facinoris caſum.*

2. GRAVIOREM EXTIMESCERENT CASUM] Sic Aldus, eumque ſecuti ediderunt. At MSS. conſtanter omnes, item Edd. primae, Vaſc. Steph. Gryph. & aliae *Gravius.* Quod non videtur mutandum fuiſſe. *caſum* illum, ſcilicet, (aquam ſalſam factam &c., extimeſcebant multo *gravius*: quia tuto recedere non poſſe ſe credebant.

3. CELARI ALEXANDRINOS POSSENT] Ita vulgo hodie exhibent, quod a Scaligerana Ed. profectum videtur; ſed in Ed. Elzev. a. 1675. inveni *celare. Alexandrinos* eſt quoque in Edd. Ven. & Florent. In reliquis omnibus & MSS. ſcribitur *celari Alexandrinis.* Quod idcirco reſtitui, ut apud Nepot. in Alcibiade c. 5. *Id Alcibiadi diutius celari non potuit.* Verum tamen MSS. Scalig. & Voſſ. habent *Alexandrini.* Quod praeferrem, ut uſitatius. Cicero l. V. Fam. 2. *te a fratre de re celatum eſſe.* Frontin. II, 7, 6. *celatis & hoſtibus & militibus.* Plura vide apud Broukh. ad Tibull. I, 91.

Non ego celari poſſim. Recte ergo dicitur *Alexandrini celantur*, & illi *celantur Alexandrinis* i. e. latent iis: non vero *illi celantur Alexandrinos.* Dari debebat exemplum: ubi *res celatur me* pro *ego celor illam rem* vel *de illa re* occurrat. Repoſui igitur *Alexandrinis*; non auſus recedere a pleriſque MSS. favente Heinſio ad Ovid. Faſt. IV, 149. ſed inclino magis in *Alexandrini.* Vide ibidem Cel. Burm. & ad Quinctil. Decl. IX. c. 2. *Quod ipſe celatus ſit.* Dein *hi* delevi auctoritate Petav. Scal. Leid. pr. Bong. a m. pr. Voſſ. quae vox turbat ſenſum: quia ſequitur *illis*, ſc. Alexandrinis.

4. UT, SI MIHI DEFENDENDI ESSENT ALEXANDRINI, QUOD NEQUE FALLACES ESSENT, NEQUE TEMERARII] Editi veteres, (*Ut tum mihi &c.*) MS. Reg. (*cum ut non &c.*) MSS. Elienſ. & Voſſii, (*ut mihi* —— *Alexandrini*, *neque fallaces eſſent*, —— ; *multaque oratio &c.*) Corrupte omnes. Exhibendae tamen variae lectiones, ſiquis inde meliorem vulgata forte extundere poſſit. Interim vulgata non multum videtur reprehendenda. CLARK. Cum MS. Reg. conſentit Voſſ. in *cum ut non.* Bong. *ut quum mihi. tum* Edd. Med. Venet. Flor. Reliqui *ut mihi* cum Edd. Vaſcoſ. Steph. Gryph. &c. *Quod* abeſt ab MSS. omnibus & iiſ-

andrini, quod neque [a] fallaces eſſent, neque temerarii, multa oratio fru-
3 ſtra abſumeretur: quum vero uno tempore & natio eorum, & natura cognoſcatur; aptiſſimum eſſe [b] hoc genus ad proditionem, nemo dubitare poteſt.

1 VIII. Caeſar [c] ſuorum timorem conſolatione & ratione [d] minuebat: *nam puteis* [e] *foſſis aquam dulcem poſſe reperiri adfirmabat*; [1] *omnia enim lito-*
2 *ra naturaliter aquae dulcis venas habere: quod ſi alia eſſet litoris* [f] *Aegyptii natura, atque omnium reliquorum; tamen, quoniam mare libere tenerent, neque hoſtes claſſem* [g] *haberent*, [h] *prohiberi ſeſe non poſſe, quo minus quotidie aquam navibus* [i] *peterent, vel a ſiniſtra parte a* [k] *Paraetonio, vel* [l] *a dextra ab inſula; quae diverſae navigationes numquam uno tempore adverſis ventis praecluderentur: fugae vero nullum* [m] *eſſe*
3 *conſilium non ſolum iis, qui* [2] *primam dignitatem haberent, ſed ne iis qui-*
4 *dem, qui nihil, praeterquam de vita, cogitarent:* [n] *magno negotio* [3] *impetus hoſtium* [o] *adverſos ex munitionibus ſuſtineri: quibus relictis, nec*
5 *loco, nec numero pares eſſe* [p] *poſſe:* [q] *magnam autem moram & difficultatem*

VARIAE LECTIONES.

a *Faciles* L. pr. b *id* L. ſec. B. c *eorum* Pal. *ſuis* L. ſec. *collatione* Scal. L. pr. d *muniebat* B. V. e *& f.* Pal. *foſſisque* Edd. qdd. male. V. c. 9. f *Aegypti* MSS. qdd. *A. n. aquae* Lov. g deeſt L. pr. h *probibere* Pet. Lov. L. pr. V. B. *ſeſe non* abeſt L. pr. *poſſent* Pet. Lov. L. pr. V. i *petere* L. pr. Sc. Lov. Dorv. B. Edd. pp. k *Paratonio* MSS. plerique. *Paratonis* Sc. L. pr. l deeſt praep. Pet. V. *a dextra inſ.* Edd. pp. m *eſſet* Lov. n *ſine m.* Scal. dein *inpetum* L. pr. o *adverſis m.* L. pr. *ſuſtinerent* Lov. p *poſſent* Lov. Dorv. Edd. pp. *poſſunt* Pal. q *dicebant* additur Lov. Pal. Dorv. L. ſec. Edd. pp. Male. V. ad l. 1. B. G. c. 17.

& iisdem Edd. *multaque oratio* eſt in Pet. Scalig. Leid. pr. Voſſ. Pal. Lov. Dorv. & Edd. iisdem. Quod ſi *ſi* deleas, eumdem ſenſum vulgato efficit. Quare in re lubrica conjecturis indulgere nolo. Omnia uſque ad finem capitis de Gloſſemate ſuſpecta ſunt Grutero. Edit. *Rom. Vener. Beroald.* habent *ut tum mibi* &c. MS. autem *Norvic. ut mibi defendendi eſſent Alexandrini, neque fallaces eſſent neque temerarii.* Teſtatur quidem *Joan. Goduinus*, locum eſſe corruptum, & Codices MSStos variare, quorum utinam diverſas lectiones exhibuiſſet. Loquendi ſane modus vituperari non poteſt: eandem enim phraſin adhibet *Cicero* Offic. lib. III. cap. VII. ubi ait: *Primum Panaetius in boc* defendendus eſt, quod *non utilia cum boneſtis pugnare aliquando poſſe dixerit.* Attamen, niſi fallor, latens eſt mendum: nam licet *temeritatis* vitio laboraſſent Alexandrini, de eo agendi hic non erat locus. Reſcribo itaque *quod neque fallaces eſſent, neque* VETERATORII. Hujuſce libri cap. XXIV. *Etſi fallacem gentem* (de Alexandrinis loquitur) *ſemperque alia cogitantem, alia ſimulantem, bene cognitam babebat. Propertius* lib. III. Eleg. XI, 33.

Noxia Alexandrea, dolis aptiſſima tellus.

Quin & tota Aegyptiorum natio fraudibus & verſutiis adeo erat dedita, ut Etymologici Magni ſcriptor Αἰγυπτιάζειν interpretetur πανουργεύειν. DAVIS. Ingenioſe admodum; ſed exſpectandi codices. CLARK. At vide cum Cl. Waſſio, num *temerarii* iidem ſint, qui falſarii, qui fidem temerant & violant. Paſſim *temerare ſacra, leges* & ſimilia, quod a *temeritate* dictum eſt, teſte Feſto. Vide omnino Ill. Heinſ. ad Vell. II, 60. Ovid. Am. I. 8. ex Ponto II, 2. & Broukh. ad Prop. II, 15, 21. Hinc *intemerata fides* Virgilio & aliis.

1. OMNIA ENIM LITTORA NATURALITER AQUAE DULCIS VENAS HABERE] Si hoc ſit perpetuum, ratio eſt, quia particulae aquae per terrae poros ferantur, dum ſalinae, ob figuram, in arctioribus meatibus haereant, unde nonnulli Philoſophi fontium a mari longiſſime diſſitorum originem duxere. Vide *Ren. Carteſium* Princ. Philoſ. Part. IV. §. LXIV. ſeqq. DAVIS.

2. QUI PRIMAM DIGNITATEM HABERENT,] Hoc eſt, qui honorem ſuum & exiſtimationem rebus aliis omnibus ſibi *chariorem* & *antiquiorem* haberent. CLARK.

3. IMPETUS HOSTIUM ADVERSOS,] Hoc eſt; impetus

tem adſcenſum in naves habere, praeſertim ex ſcaphis: ſummam eſſe
contra in Alexandrinis velocitatem, [a] *locorumque & aedificiorum noti-*
tiam: hos, praecipue in [b] *victoria inſolentes,* [c] *praecurſuros, & loca ex-* 6
celſiora atque aedificia occupaturos; [d] *ita fuga navibuſque noſtros prohi-*
bituros: proinde ejus conſilii obliviſcerentur, atque omni ratione eſſe
[e] *vincendum cogitarent.*

IX. Hac oratione apud [f] ſuos habita, atque omnium mentibus excita- 1
tis, dat centurionibus negotium, ut, reliquis [1] operibus intermiſſis, ad
fodiendos puteos [g] animum conferant, neve quam partem nocturni tem-
poris intermittant. Quo ſuſcepto negotio, atque omnium animis ad labo- 2
rem incitatis, magna, una nocte, vis aquae dulcis inventa eſt. Ita [h] ope-
roſis Alexandrinorum machinationibus, maximiſque conatibus, non lon-
gi temporis labore, occurſum eſt. Eo biduo legio XXXVII ex dedititiis Pom- 3
pejanis militibus, cum frumento, armis, telis, [i] tormentis inpoſita in na-
ves a Domitio Calvino, ad litora Africae, paullo [k] ſupra Alexandriam,
delata eſt. Hae naves Euro, qui multos dies continenter flabat, portum 4
capere prohibebantur: ſed loca ſunt egregia omni illa regione ad tenen-
das anchoras. Hi, quum diu retinerentur, atque aquae inopia premeren-
tur, navigio actuario Caeſarem faciunt certiorem.

X. Caeſar, ut per ſe conſilium caperet, quid faciendum videretur, [l] na- 1
vim conſcendit, [m] atque omnem claſſem [n] ſe ſequi juſſit, nullis noſtris mi- 2
litibus inpoſitis; quod, quum longius paullo diſcederet, munitiones [2] nu-
dare nolebat: quumque ad eum locum [o] acceſſiſſet, qui adpellatur [p] Cher-
ſoneſus, aquandique cauſſa remiges [q] in terram expoſuiſſet, nonnulli [3] ex
eo

VARIAE LECTIONES.

a *Locorum & aed. notitia* B. Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. Str. *aedificationum* L. pr. b *victoriam* L. ſec. c *praecurrituros* L. pr. d *ita tamen* L. pr. e *vivendum* Lov. f *eos* MSS. 5. Edd. pp. g *animos* Pal. L. ſec. Dorv. h *oppreſſis* Lov. i *tormentiſque* MSS. 3. *inpoſiti* Pal. *inpoſitis* Lov. Edd. pp. k deeſt Scal. L. pr. l *navem* MSS. plerique. m *ſeque* Reg. L. ſec. Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. n Sic MSS. o. mei & Elienſ. aliique; & Edd. pp. Gryph. & aliae. *ſubſequi* Vir d. vulgo abeſt *ſe*. o *acceſſiſſent* MSS. 8. Edd. pp. *adpellabatur* V. p Sic vel *Cherſonenſus* MSS. Pet. Sc. L. pr. Pal. Lov. Dorv. Edd. Vaſc. Steph. aliae. *Chernon*. MSS. 3. vulgo *Cherron*. q deſunt *in t*. Pal. *expoſuiſſent* MSS. 6. *expoſuit* Edd. pp.

petus hoſtium, in adverſos & fortiter repugnantes. Phraſis inuſitata, ſed elegans valde & concinna. Hoc enim ait Caeſar. Si impetus hoſtium *adverſi* ex munitionibus vix ſuſtinetis, quanto minus eosdem *averſi & fugientes* ſuſtinebitis? CLARK.

1. OPERIBUS INTERMISSIS] Latinam eſſe hanc locutionem, nemo dubitare poteſt. Nihilominus quia ſequitur ſtatim *intermittant*, non diſplicet lectio Edd. Rom. Venet. & Mediol. *omiſſis*: ut notavi ad Frontin. l. I. c. 4. §. 13. *Omnibus omiſſis*. l. VII. B. G. c. 34. *Omnibus omiſſis rebus*. *Omittere* & *praetermittere* confunduntur l. VI. B. G. c. 34. Ceterum *ad fodiendum puteos* exaratur in recentiſſimis MSS. Palat. Dorvill. Leid. ſec. & Edd. iisdem, quod temere ubique viris quibusdam doctis placet. Ego antiquiſſimos Codices malim ſequi. Adi notata ad lib. III. B. Gall. c. 14.

2. NUDARI] MSS. Reg. & Voſſii & Edit. Rom. *nudare*. CLARKE. Editiones, quas ego vidi, praeter Clark. habent *nudare*. Quamquam non damno *nudari*; ut eſt in Urſ. Cuj. Pet. & Gryph. Marg. Utrumque probum.

3. EX EO NUMERO] Sic repoſui ex MS. *Norvic*. & editt. *Rom. Ven. Beroald.* cum recentiores *pronomen* omittant, quod omnino videtur deſiderari. DAVIS. Cum Elienſi recte faciunt MSS. Reg. & Voſſii. Caeterum in MS. Regio ita ſcriptus eſt hic locus, (& *nonnulli ex* eo *numero* non

longe

eo numero, quum longius a navibus praedatum proceſſiſſent, ab equiti-
3 bus hoſtium ſunt excepti: ex iis cognoverunt, Caeſarem ipſum [a] in claſſe
veniſſe, nec ullos milites in navibus habere. Qua re comperta, magnam
4 ſibi facultatem fortunam obtuliſſe bene gerendae rei crediderunt: itaque
naves omnes, quas paratas habuerant ad navigandum, propugnatoribus
5 inſtruxerunt, Caeſarique redeunti cum claſſe [b] occurrerunt: qui duabus
de cauſſis eo die dimicare nolebat, quod [c] & nullos milites in navibus ha-
bebat, [d] & poſt horam x diei res agebatur: nox autem [e] adlatura videba-
tur majorem fiduciam illis, qui locorum notitia confidebant: [1] ſibi etiam
hortandi ſuos auxilium defuturum; quod nulla ſatis idonea eſſet hortatio,
6 [f] quae neque virtutem poſſet notare, neque inertiam. Quibus de cauſſis
naves, quas potuit, Caeſar ad terram [g] detrahit: quem in locum illos [h] ſuc-
ceſſuros non exiſtimabat.

1 XI. Erat una navis Rhodia in dextro Caeſaris cornu [i] longe ab reliquis
conlocata. [k] Hanc conſpicati hoſtes [l] non tenuerunt ſeſe; magnoque in-
petu IV ad eam [m] conſtratae naves, & compluresapertae contenderunt:
2 cui coactus eſt Caeſar ferre ſubſidium, [n] ne [2] turpem in conſpectu contu-
meliam acciperet; quamquam, ſi quid gravius illis accidiſſet, merito [o] ca-
3 ſurum judicabat. Proelium commiſſum [p] eſt magna contentione Rhodio-
rum: qui [q] quum in omnibus dimicationibus & ſcientia & virtute praeſti-
tiſſent, tum maxime [r] illo tempore totum onus ſuſtinere non recuſabant;
ne quod ſuorum culpa detrimentum acceptum videretur. Ita proelium ſe-
3 cundiſſimum eſt factum. Capta eſt una hoſtium quadriremis; [3] depreſſa eſt
altera;

VARIAE LECTIONES.

a *Cum* B. b *occurrunt* Dorv. c deeſt MSS. & Edd. quibuſd. d *& quodp.* Edd. pp. e *illat.* V. f Sic MSS. & Edd. Vett. non *qua.* g *detraxit* MSS. nonnulli & Edd. Vett. h *ſuccenſores* Scal. i *longeque a r.* Lov. Pal. L. ſec. Dorv. Edd. pp. k *hac conſpicata* Lov. l *junxerunt* Lov. *verterunt* L. pr. e Gloſſa. *ſe* Lov. Pal. m *roſtratae* MSS. 5. & Ciacc. male. V. ad l. III. c. 101. n vulgo *ne turpiter* & mox *illi.* o *caſum* L. pr. p abeſt Scal. *contentio* Sc. Pet. V. *Rhodiarum* Lov. q *tum* L. pr. r *in illo* L. pr. bene: V. Arntz. ad Aur. V. Ill. c. 24.

longe — *proceſſiſſent* (Edit. Rom. Ven. & Med. *conceſſiſſent*) &c.) Quae lectio itidem ferri poſſit. CLARK. *Et nonn.* etiam eſt in Leidenſ. ſec. male. *Eo* vero addi neceſſe fuit, jubentibus & MSS. omnibus, atque Edd. Med. Vaſc. Steph. & aliis, nec non ſano ſenſu.

1. SIBI ETIAM] MS. Reg. (Sibique *etiam* &c.) Quae lectio non mala. Conjunctum eſt enim cum eo, quod praeceſſit: (*Nox autem* —— *illis &c.* Sibique *etiam hortandi ſuos* (noctu) *auxilium defuturum.*) CLARK. Accedunt Leid. ſec. & Bongarſ. recentiſſimi Codices.

2. TURPITER IN CONSPECTU CONTUMELIAM] MS. Elienſis (*turpem.*) MSS. Reg. & Voſſii, (turpem *in conſpectu* hoſtium *contumeliam &c.*) CLARKE. *Turpem* reſcripſi fide MSS. Petav. Palatin. Bong. Scalig. Leidenſium, Voſſ. Dorv. & Edd. Vaſc. Steph. Gryph. poſt. *Hoſtium* addunt quoque Pal. Bong. Leid. ſec. Voſſ. Dorvill. recentiores omnes. *Omnium* mallet Gruterus. Ceterum pro *illi*, quod abeſt a nonnullis Edd., in Petav. Scalig. Leidenſibus, Voſſ. Dorvill. exaratur *illis.* Optime ſcil. Rhodiis, licet *navis* praeceſſerit, ſyntheſi frequentiſſima. Adi ad l. II. B. Gall. c. XI. *Equitatum. His Q. Pedium praefecit:* Atque ita vitabitur ambiguitas, ne *illi* ad Caeſarem referas: quod videntur feciſſe nonnulli Gloſſatores: unde in MSS. Lov. Palat. & Dorv. inepte legitur *acc. merito ad Caeſarem reſpiciebat.* Rhellic. & Cellarius ad navem referunt: quia nimis longe a reliquis provecta erat.

3. DEPRESSA EST ALTERA, DEINDE OMNES] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* aliaeque nonnullae exhibent *depreſſa eſt altera*, alteraque perturbata,
deinde

altera; [1] deinde [a] omnibus [2] epibatis nudatae: magna praeterea multitudo in reliquis navibus propugnatorum eſt interfecta. Quod niſi nox proelium diremiſſet, tota claſſe hoſtium Caeſar potitus eſſet. Hac calamitate perterritis hoſtibus, adverſo vento leniter flante, naves onerarias Caeſar [3] remulco victricibus [4] ſuis [b] navibus Alexandriam deducit.

XII. Eo detrimento adeo ſunt [c] fracti Alexandrini, quum [d] jam non virtute propugnatorum, ſed ſcientia claſſiariorum [e] ſe victos viderent *** [5] quibus, & ſuperioribus locis ſublevabantur, ut ex aedificiis defendi poſſent:

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *omnes.* b deeſt vulgo. *reducit* B. c *ſtrati* V. d Ita MSS. pro *n. j. pugnat.* male L. pr. V. c. 46. & Gron. e *& navigatorum* addunt Reg. V. B. L. ſec. *& navigiorum* Carr. *ſe dev.* Lov. P. Dorv. Edd. pp. *devictos ſe* L. ſec. bene.

deinde &c. unde reſcribit *J. Fr. Gronovius* Obſ. l. IV. c. XIX. *alteraque perforata.* Feliciter, ut opinor, ſic enim, inter alios, locutus eſt noſter hujuſce libri c. XXV. DAVIS. *Depreſſa eſt altera*; alteraque perforata; *deinde* omnes *epibatis* nudatae.) Voces iſtae, (*alteraque perforata*,) deſunt in Recentioribus. MS. Reg. & Editt. Vett. exhibent, (*alteraque* perturbata: Unde J. F. Gronovius ex conjectura reſtituit, (*alteraque* perforata.) Feliciter. Sic enim infra Hirtius, c. 24. (*triremem hoſtium* perforaſſet *& demerſiſſet*;) & c. 46., (perforatae *merguntur.*) Quod ſequitur, (*deinde omnes epibatis nudatae*,) manifeſto corruptum eſt. Si enim *OMNES* epibatis nudatae; quorſum ſubjungit ſtatim, *magna praeterea multitudo in RELIQUIS navibus propugnatorum eſſet interfecta*? MSS. plerique habent, (*Deinde* omnibus *epibatis nudatae*:) Unde Glandorpius ſcribendum exiſtimavit, (*Deinde* nonnullae *epibatis nudatae*; Turnebus, (Duae omnibus *epibatis nudatae*:) Daviſius autem optime: (Dein duae omnibus *epibatis nudatae.*) Niſi forte etiam adhuc propius a MSS. veſtigiis, unica tantum literula mutata, legi poſſit; (—— *alteraque perforata*; *deinde* omnibus *epibatis NUDATA.*) CLARKE. *Eſt* non invenuſte abeſt a Leid. pr. *Altera perturbata* addunt ex meis recentiores Leid. ſec. Dorv. Palat. & Edd. Med. Flor. Vaſcoſ. Stephan. Str. Gryph. poſt. At Lovan. & Dorvill. eſt *alteraque perturbata.* Dubitare poſſis, an illud *perturbata* ſeu *perforata* non potius ſit Gloſſa τ *depreſſa*, aut contra, ut fuerit *quadriremis*, *alteraque perforata*: ubi aliquis adſcripſerit *depreſſa.* licet & hoc verbum in hac re ſit proprium apud omnes hiſtoricos, & noſtrum. Nil definio. Vetuſtiſſimi certe MSS. quique agnoſcunt tantum *depreſſa eſt altera.* Verum ego quoque malim amplecti Gronovii emendationem, & cum Clarkio etiam reſcribere *omnibus ep. nudata*, ut ad *perforatam* navem hoc referatur, & *deinde*, pro quo *duae* vel *quinque* margini adlevit Lipſius, retineatur. *Omnes* autem eſt ineptiſſimum, & *omnibus* exhibent Petav. Leidenſ. pr. Bongarſ. ac Voſſ. & Edd. Aldi. Gryph. Plantini, & alii.

1. DEINDE OMNES EPIBATIS NUDATAE] MSS. *Norvic.* & *Thuan.* cum editt. vett. repraeſentant *deinde omnibus*, ex qua varietate *Joan. Glandorpius* ſcribendum putavit *deinde nonnullae omnibus*: *Hadr.* autem *Turnebus* Adverſ. l XIV. cap. XVI. *duae omnibus* &c. Lubens reſcripſerim *dein duae omnibus epibatis nudatae*, quae quidem minima eſt mutatio, multoque minus, quam reliquae conjecturae, abit a Codicum lectione. DAVIS.

2. EPIBATIS NUDATAE] Sunt *Epibatae*, qui navalibus operis aes merent, non aliter atque in caſtris milites; *Claſſiarios* vocat poſtea *Hirtius.* Sic & paſſim *Caeſar.* Brant. Vide *Joan. Schefferum* Mil. Nav. l. II. c. III. DAVIS.

3. REMIGIO] Sic MS. Regius. Al. *remulco.* CLARKE. Perperam Clarkius *remulco* mutavit; licet ſit *remigio* etiam in Lovan. Palat. Dorvill. Leid. ſec. corrupte ex ſcriptura Codd. veterrimorum *remulgo*, ut eſt hic quoque in Petavian. Leid. pr. & Voſſ. vel ex Gloſſa. Vult auctor fune alligatas navibus victricibus, ab iis remigantibus protractas fuiſſe. Male enim Daviſius quoque *cum* addi voluit. *Navibus* inſerui etiam e tribus meis & Edd. Vaſc. Steph. Gryph. poſt. &c.

4. SUIS] MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii, (*ſuis navibus.*) Quae loquendi ratio Caeſari & Hirtio non infrequens. CLARK. *Carrar. Petav. Norv.* aliique codices, addita voce, dant *victricibus ſuis* NAVIBUS *Alexandriam* &c. Ac ſic edidere *Beroaldus*, *Gryphius*, atque *Stephanus.* Legerim *remulco* cum *victricibus ſuis* NAVIBUS *Alexandriam deducit.* De remulco vide Interpretes ad *Caeſaris* l. III. B. G. c. 40. & *Joſ. Scaligerum* ad *Feſtum* in *remulco.*

5. QUIBUS ET SUPERIORIBUS LOCIS SUBLEVABANTUR, UT EX AEDIFICIIS DEFENDI POSSENT]

2 ſent: & materiam cunctam objicerent, quod noſtrae claſſis obpugnatio-
nem etiam ad terram verebantur. [a] Iidem, poſtea quam Ganymedes in
[b] concilio confirmavit, ſeſe [c] & eas, quae eſſent amiſſae, reſtituturum, &
numerum adaucturum, magna ſpe [d] & fiducia veteres reficere naves, [e] ac-
curatiuſque huic rei ſtudere atque inſervire inſtituerunt: ac, tametſi am-
3 plius [f] cx navibus longis in portu navalibuſque [g] amiſerant, [h] non tamen
reparandae claſſis cogitationem depoſuerunt: videbant enim non auxilia
4 [i] Caeſari, non commeatus ſubportari poſſe, ſi claſſe ipſi valerent. Praeter-
ea nautici homines, [k] urbis, & regionis maritimae, [l] quotidianoque uſu
a pueris exercitati, [1] ad naturale ac domeſticum bonum refugere cupie-
bant: &, quantum parvulis navigiis profeciſſent, ſentiebant: itaque omni
ſtudio ad [m] parandam claſſem incubuerunt.
1 XIII. [2] Erant omnibus [3] oſtiis Nili cuſtodiae exigendi [n] portorii cauſſa
diſpoſitae. Naves [o] veteres erant in occultis [4] regiae navalibus, quibus mul-
tis annis ad navigandum non erant uſi. Has reficiebant; illas Alexandriam
2 revocabant. Deerant remi: porticus, gymnaſia, aedificia publica, dete-
gebant:

VARIAE LECTIONES.

a *Idem* & *item* MSS. & Edd. qdd. b *conſilio* Edd. pp. *confirmaverat* MSS. 3. Edd. pp. c deeſt copula MSS. 3. Edd. pp. *ut* L. pr. d *fiduciaque* MSS. 4. Edd. pp. e *acceleratiuſque* Dorv. Pal. *conſtit.* Edd. pp. f *ex* MSS. aliquot. g *miſerant* MSS. 5. Edd. pp. h deeſt MSS. 3. qui habent *cog. habuerunt. diſpoſ.* V. *depoſuerant* L. pr. i Ita R. Steph. Ciacc. Scal. & ſeqq. MSS. o. *Caeſaris.* k Sic MSS. mei o. vulgo addunt *&*. l *quotidiano u.* Edd. pp. Vaſc. Steph. & MSS. Lov. Dorv. m *repar.* L. pr. n *portarii* MSS. quid. *portus* Lov. o deeſt Pal. Dorv.

Ante haec verba manifeſtiſſimus eſt hiatus, quem intulit vetuſtas, unde apparet temere ſe geſſiſſe *Pet. Ciacconium*, qui repoſuit *ut vix aedificia defendi poſſent*, cum de locis tam mutilis nihil certo poſſit definiri. Hujus tamen lacunae in MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* nullum eſt indicium. DAVIS. Neque in noſtris MSS. qui conſtanter habent *ex aed.* in Edd. quibusdam *ut vix* vel *ut &*, ſine hiatu. Rhellic. capit pro a *quibus* Sc. Claſſiariis Caeſarianis. Cellarius reponit *qui*, retento *ut vix*, quod ab Aldo originem habet.

1. NATURALE —— BONUM] Sic ex MSS. quibuſdam reſcripſit Victorius l. x. Var. Lect. c. 24.; quem ſecuti ſunt Scaliger & Recentiores. Al. (*naturalem* —— Uſum.) Vide quae infra ad c. 60. ubi ſimilis (in pleriſque Editis) occurrit locutio. CLARK. Accedunt MSS. Urſini, Petav. Leidenſes, Pal. Bongarſ. Voſſ. Vulgatae antea lectioni adhaerent MS. Brant. Lovan. & Dorvill. quam ante Scaligerum jam abrogavit Plantinus.

2. ERANT OMNIBUS OSTIIS NILI] Scribe ex *Lovan.* & *Palat. erant* in *omnibus oſtiis Nili*, quemadmodum *Beroaldus* & *Gryphius* olim dederunt. DAVIS. *Cur. ſec. In* addunt quoque Dorv. Pal. & Edd. primae, Vaſcoſ. Steph. aliaeque. Quod male praefert Cl. Daviſius. In hiſce enim amant auctores, Caeſar certe & Hirtius, ſubintelligere praepoſitionem, quam ſexcentis & pluribus locis omitti ſingulae fere paginae docent, ſaepeque a librariis temere intruſam eſſe docuerunt dudum viri docti. Vide Artzen. ad Epit. Aur. Vict. c. 135. & indicem noſtrum V. *in.* Standum in hiſce a MSS. vetuſtioribus. Eodem modo, ac hic c. 26. *locis idoneis ad Canopum in ſtatione diſpoſitis navibus.*

3. OSTIIS NILI.] Cod. Lovan. & Edd. Rom. Med. Ven. *oſtiis portuum Nili.* Non inepte. Non enim tantum *ora portus* Livius aliique dixerunt, ut ad Lucanum vidimus l. x, 515. Sed & *oſtium portus* aliquoties habet Livius. Conſule Gronovium ad lib. xxxv, 39. *Ad oſtium portus eſt invectus.*

4. REGIAE NAVALIBUS] Editt. *Rom. Ven. Beroald. in occultis regionis navalibus*, quae lectio non placet, cum liqueat haec navalia Alexandriae fuiſſe ſita. An ſcribendum *in occultis regis navalibus?* Ea certe in palatio regio fuiſſe, vix crediderim. DAVIS. Regiae *navalibus*,) Editi Vett. & MSS. nonnulli habent corrupte, (regionis *navalibus.*) Daviſius emendandum cenſet, (regis *navalibus*;) quia navalia in *palatio regio* fuiſſe vix crediderit. Sed proba eſt vulgata lectio. Supra B. Civ. l. III. c. 112. (*Pars erat* regiae *exigua*, —— *& theatrum*

gebant: [a] aſſeres remorum uſum obtinebant: aliud [b] naturalis ſollertia, a-
liud urbis copia [c] ſubminiſtrabat. Poſtremo non longam navigationem pa- 3
rabant; ſed praeſentis temporis neceſſitati ſerviebant, & in ipſo portu con-
fligendum [d] videbant. Itaque [e] paucis diebus, contra omnium opinionem,
quadriremes [f] XXII, quinqueremes V confecerunt: ad has minores [g] aper- 4
taſque complures adjecerunt; &, in portu periclitati remigio, quid quae-
que earum [h] efficere poſſet, idoneos milites inpoſuerunt, ſeque ad confli-
gendum omnibus rebus paraverunt. Caeſar Rhodias naves IX habebat (nam, 5
X miſſis, [i] una in curſu litore [i] Aegyptio defecerat,) [k] Ponticas IIX, Ly-
cias V, ex Aſia XII. Ex his [l] erant quinqueremes V, & quadriremes X: re-
liquae infra hanc magnitudinem, & pleraeque apertae. Tamen virtute
militum confiſus, [m] cognitis hoſtium copiis, ſe ad dimicandum parabat.

XIV. Poſtquam eo ventum [n] eſt, ut ſibi [o] uterque eorum confideret; 1
Caeſar Pharon [p] claſſe circumvehitur, [q] adverſaſque naves hoſtibus conſti-
tuit: in dextro cornu [r] Rhodias conlocat, in ſiniſtro [s] Ponticas. Inter has
ſpatium [t] CD paſſuum relinquit, quod ſatis eſſe ad explicandas naves vide-
batur. Poſt hunc ordinem reliquas naves ſubſidio diſtribuit: [v] quae quam- 2
que earum ſequatur, & cui ſubveniat, conſtituit atque imperat. Non du- 3
bitanter Alexandrini claſſem producunt, atque inſtruunt; in fronte con-
locant XXII: reliquas ſubſidiarias in ſecundo ordine conſtituunt: magnum 4
praeterea numerum minorum navigiorum & [w] ſcapharum producunt cum
malleolis, ignibuſque; ſi quid ipſa multitudo, & clamor, & flamma no-
ſtris terroris adferre poſſent. Erant inter duas claſſes vada tranſitu anguſto, 5
quae pertinent ad regionem Africae: [x] (ſic enim praedicant, partem eſſe
Alexandriae dimidiam Africae) ſatiſque diu inter ipſos eſt exſpectatum, 6
[y] ab utris tranſeundi fieret initium: propterea quod, [2] eis [z] qui intraſſent,
& ad

VARIAE LECTIONES.

a *Ad r. uſum: al.* Lov. Pal. Dorv. *uſu* L. pr. *obtinebat* abeſt quoque L. ſec. b *naturali* Lov. Dorv. L. ſec. c *miniſtr.* L. pr. d *videbatur* Dorv. e deſunt *p. d.* Edd. pp. *pauca c.* Lov. *diebus* deeſt V. f *XII* Pal. g *apertas c.* Lov. Dorv. Edd. pp. *quam pl.* L. pr. ut alibi. h *effugere* Lov. i *Aegypto* L. pr. k *Pontias* Lov. Dorv. Pal. L. ſec. l Sic MSS. o. & Edd. Vett. niſi quod abſit iis numerus *V.* vulgo *q. v. er.* deeſt *erant* Cuj. *quinque biremes &* Pal. Lov. & Dorv. m *cognita* Lov. n deeſt V. o non comparet in L. pr. p *claſſi* L. pr. q *adverſiſque* Lov. r *Rhodia* Pet. Lov. V. *locat* L. pr. s *Ponticos & hos* Pet. Lov. V. *Pontias* Dorv. t *D* B. Edd. pp. *pedum* MSS. 2. *reliquit* MSS. 4. Edd. pp. v *quam quiſque* Lov. Pal. Edd. R. M. V. *quae quam quiſque* Dorv. *earum* abeſt Edd. pp. ſed V. ad lib. I. B. G. 39. w *ſcaphas X* Lov. Edd. pp. *X* addunt etiam Pal. Dorv. Leid. ſec. x deſunt verba parentheſi incluſa Edd. R. M. V. y *a quibus* Lov. Pal. Dorv. L. ſec. Edd. pp. V. ad l. V, 44. z vulgo *eo.*

trum conjunctum domui, quod arcis tenebat locum, adituſque habebat ad portum, & ad reliqua Navalia.) CLARK. Bene vulgatum defendit Clarkius, licet MSS. Brantii, Lovan. Leidenſ. ſec. Edd. Mediol. Flor. & margo Vaſc. *regionis* exhibeant.

1. UNA IN CURSU LITTORE AEGYPTIO DEFECERAT] *Pet. Ciacconius* reponendum putat *littore Aegyptio deceſſerat.* quia ſub finem lib. III. de Bell. Civil. dixerit *Caeſar*, *naves imprudentia aut tempeſtate paullulum ſuo curſu deceſſerint.* Argumentum ſane prorſus eſt ficulneum, cum illic de aberratione fiant verba; hic autem de navis interitione. DAVIS.

2. EO QUI INTRASSENT] *Eo* licet praecedat pluralis *vada*, defendi omnino poteſt ex notatis ad lib. I. B. G. c. 6. & V, 14. Verum id in nullo inveni Codice, aut Editione ante R. Steph. & Plantin.

[a] & ad explicandam claſſem, & ad receptum, ſi durior accidiſſet caſus;
[b] inpeditiores fore videbantur.
1 XV. Rhodiis navibus praeerat Euphranor, animi magnitudine ac vir-
tute magis cum noſtris hominibus, quam cum Graecis, comparandus.
2 Hic ob notiſſimam ſcientiam, [c] atque animi magnitudinem, delectus eſt
3 ab Rhodiis, qui imperium claſſis obtineret: qui, ubi Caeſaris animum ad-
vertit, *Videris* [d] *mihi*, inquit, *Caeſar*, *vereri*, *ſi haec vada* [1] *primis na-
vibus intraveris*, *ne prius dimicare cogaris*, *quam reliquam claſſem* [e] *poſ-
4 ſis explicare: nobis rem committe*; *nos proelium ſuſtinebimus*, (*neque
tuum judicium fallemus*) *dum reliqui ſubſequantur*: [2] *hos* [f] *quidem diutius
5 in noſtro conſpectu gloriari magno nobis & dedecori & dolori eſt.* Caeſar
illum adhortatus, atque omnibus laudibus proſecutus, dat ſignum [g] pu-
6 gnae. Progreſſas ultra vadum IV Rhodias naves circumſiſtunt Alexandri-
ni, atque in eas inpetum faciunt. Suſtinent illi, atque arte ſollertiaque ſe
explicant: ac tantum doctrina potuit, ut [h] in diſpari numero nulla tranſ-
verſa [i] hoſti objiceretur, [3] nullius [k] remi detergerentur, ſed ſemper veni-
7 entibus adverſae occurrerent. Interim ſunt reliquae ſubſecutae. Tum ne-
ceſſario diſceſſum ab arte eſt propter anguſtias loci; atque omne certamen
8 in virtute conſtitit. Neque vero Alexandriae fuit quiſquam aut noſtrorum,
aut oppidanorum, qui aut in opere, aut in [l] obpugnatione occupatum a-
nimum [m] haberet, quin altiſſima tecta peteret, [n] atque ex omni proſpectu
locum

VARIAE LECTIONES.

a deeſt copula MSS. & Edd. qq. b *exped.* C. Lov. Edd. R. M. V. perperam. c *animique* MSS. 3. Edd. pp. d deeſt Edd. R.M. V. dein vulgo *primus. intraris* L. pr. V. e *potueris* Urſ. B. L. ſec. V. Ed. Flor. f *hoſtes* Reg. Dorv. Pal. B. g *pugna progreſſis* L. pr. Lov. h deeſt Pet. i *hoſtibus* V. k *remis* B. Edd. Vaſc. Gr. poſt. Str. *naves decederent* Lov. Pal. Dorv. Edd. R. M. V. male. V. Brant. & alios paſſim l *pugna* Pet. Sc. L. pr. V. B. *in* abeſt Pal. B. male. deficit hic rurſus Dorv. uſque ad c. 46. m *haberent* Sc. n deſunt uſque ad finem Cap. in Lov. Edd. R.M.V. *proſpectando loco ſpectaculum* L. ſec. *in o. proſpiciundo loco ſpectaculum* B. *proſpectando ſpectaculum* V. *proſpectando loco ſpectandum* Pal.

Plantin. Ante eas vulgo legitur *ei* vel *ii*. *Ei* eſt quoque in Cujac. Petav. Scalig. & Leid. prim. Sed in Lov. Pal. Dorv. Leid. ſec. Voſſ. Brant. & Edd. primis, item Ven. Beroaldi & aliis reperi *eis*. Recte omnino. *Intrare* enim cum Ablativo aeque ac Accuſativo conſtruitur. Quod non ceperunt librarii: unde & pro *intraſſent* ſcripſerunt *tranſiſſent* vel *tranſirent*, uti in Lovan. Pal. Brant. & Edd. primis ac Ven. Beroaldi & Vaſc. exſtat, perperam. Adi viros doctos, quos laudavi ad Lucanum lib. II, 555. & Markl. in Addendis ad Stat. Silv. l. III, 3, 61.

Hermique vadum, quo *Lydius* intrat *Bacchus*. Infra cap. 32. in MSS. quibusdam *ea parte oppidi intrare*.

1. PRIMUS NAVIBUS] MS. Reg. primis *navibus*) Cui lectioni favet, quod ſequitur (reliquam *claſſem*.) Nec tamen ideo rejicienda vulgata lectio. CLAKK. *Primis* confirmatur a Scalig. Leidenſibus, Lovan. Voſſ. Dorvill. & forſan reliquis, ut & Ed. R. Stephani: quorum auctoritati ceſſi; praeſertim cum ſoleat haec vox jungi ſubſtantivo rei pro perſonae. Adi omnino Cel. Gronov. Obſ. l. I. c. 7. & quae notavi ad Front. I, 6. I. Cicero II. Epiſt. ad Fam. 13. *Cum prima aeſtiva adtigiſſem*. Vulgatis favet Celſus, *ſi haec vada primi ingredimur*.

2. HOS QUIDEM DIUTIUS] MS. *Norvic.* exhibet *hos enim diutius*, quod aeque placet. DAVIS.

3. NULLIUS REMI D.] MS. Voſſii *nulli*. MS. Reg. *nullaeque* antique pro *nulli*. CLARK. *Nullis* eſt in Voſſ. & Edd. Flor. Sed *nullaeque* habent Bongarſ. & Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. ac Stradae. Vide congeſta ad l. VI, 12. *nullo adbibetur conſilio*.

1. SUIS

locum ſpectaculo caperet, precibuſque & votis victoriam [1] ſuis ab diis immortalibus [a] expoſceret.

XVI. Minime autem [b] par erat proelii certamen: noſtris enim [2] prorſus 1
neque terra neque mari effugium dabatur victis; omniaque victoribus e- 2
rant futura in incerto: [3] illi, ſi ſuperaſſent navibus, omnia tenerent: ſi
inferiores fuiſſent, [c] reliquam tamen fortunam periclitarentur. Simul il- 3
lud grave ac miſerum videbatur, [4] perpaucos [d] de ſumma rerum, ac de
ſalute omnium decertare: quorum ſi [e] qui aut animo aut virtute ceſſiſſet,
reliquis etiam eſſet [5] cavendum, quibus pro ſe pugnandi facultas non fuiſſet.

VARIAE LECTIONES.

a *peteret* Pal. b Sic MSS. meliores. non *er. p. M. enim* MSS. 3. c *reliquum futurum quod p.* Lov. Brant. Pal. *reliqua tum fortuna p.* L. ſec. Vaſc. M. *tum* B. deeſt Edd. R. M. V. d deſunt *d. ſ. rerum* L. pr. qui habet *ac de ſumma S. O. rerum* abeſt Pet. Lov. V. Br. & Edd. Vett. praeter Vaſc. Steph. Gr. poſt. *eorum* Pal. *re* Ciacc. V. ad l. I. B. Civ. c. 21. e Ita Pet. L. pr. Scal. non *quis*. V. ad l. I. B. G. c. 48. *ceſſiſſent* V.

1. SUIS AB DIIS IMMORTALIBUS EXPOSCERET] Hic admodum facetus eſt *Joan. Goduinus*; nam ait *non ut ſupra de Maſſilienſibus l. II. de bello civili* ab diis expoſceret; *ſed* ab ſuis: *nam Aegyptiis ſui erant Dii, non aliis tantum gentibus communes, ſed aliis etiam gentibus exoſi.* At praeterquam quod hic tam de Romanis, quam Alexandrinis agatur, bonos certe auctores parum trivit, qui non ſtatim videt *ſuos* idem denotare ac *ſuas partes*. Sic l. III. B. C. cap. c. *Corcyra Dyrrachioque aquam* ſuis *ſupportabat*. Et hujuſce libri c. XVI. *Saepenumero Caeſar* ſuis *expoſuerat*. Sed quid opus exemplis? Talia in *Caeſare* & aliis μυριάκις occurrunt. DAVIS.

2. PRORSUS —— EFFUGIUM DABATUR VICTIS;] MSS. plerique habent corrupte, (pulſis —— *effugium dabatur victis.*) MS. Reg. (*pulſis dabatur effugium* —— ullum.) Quod ferri poſſet. Sed praeſtat vulgata Lectio, propter elegantiorem ἀντίθεσιν, *victis* & *victoribus*. CLARK. Cum Reg. faciunt Palat. Leid. ſec. & Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. Str. In Bong. eſt *n. en. pulſis n. t. n. m. ullum d. refugium.* In reliquis MSS. & Edd. omnibus ante R. Stephanum, quem Scaliger videtur ſecutus eſſe, eſt *pulſis* & *victis*. Verba *dabatur victis* ab interpolatore addita cenſet Gruterus. *Prorſus* non diſplicet, ſi modo reperiatur in aliquo Codice.

3. ILLI —— OMNIA TENERENT;] Nulli Editorum animadverterunt, non cohaerere haec cum praecedentibus *dabatur* & *erant*. Legendum aut, (*omnia tenebant*;) & deinceps, (*periclitabantur*:) Aut, addita vocula, (Cum *illi* —— *omnia* tenerent, *&c.*) CLARK. Sed illud *cum* vel *nam* ſatis ſubintelligi poteſt.

4. PERPAUCOS DE SUMMA RERUM AC DE SALUTE OMNIUM DECERTARE;] Mirum, quam ad lucem hic caecutierint Viri doctiſſimi. *Perpaucos*, inquit Cellarius; *quia, propter loci anguſtiam, claſſis explicari non potuit.* Quaſi vero non jam antea diſerte narraſſet Hirtius, poſtquam Rhodiae naves vada & anguſtias pertranſiſſent, *reliquas* etiam, adeoque totam claſſem, *eſſe ſubſecutas*. Rhellicanus autem multo adhuc pejus: *Hoc*, inquit, *inde fortaſſis eveniebat, quod viderent cum gloriam, tum victoriae commodum, non ad ſingulos, ſed ad unum Caeſarem pervenire; Ad haec, quod non pro patria, ſed aliena & externa terra & regno adipiſcendo decertarent: Quum e contra Alexandrinorum quiſque pro focis & aris, liberis & uxoribus ſuis pugnaret.* Quaſi vero Caeſareani non pugnarent *ſerio*; quibus *victis*, jam dixerat Hirtius, *neque mari neque terra perfugium dabatur ullum*: Aut quaſi *Perpaucos* ideo diceret Hirtius, quia plures ſcilicet *Noluerant* decertare: Quo nihil poteſt a vero longius abeſſe. Mens Autoris manifeſta eſt: *Perpaucos de ſalute omnium* neceſſario *decertare*, propterea quod ſalus totius exercitus penderet ex victoria NAVALI; quae naves parvam tantum exercitus partem, pro ſua & reliquorum omnium ſalute dimicaturam, continere poterant. CLARK.

5. CAVENDUM,] Sunt qui emendent, *cadendum*. Ego, quin ſcribi debeat, *CEDENDUM*, nullus dubito. (*Siquis* —— ceſſiſſet, *reliquis etiam eſſet* cedendum.) Quam conjecturam a *Jo. Roſſeto* jam ante occupatam video. CLARK. *Cavendum*) ſi ſana ſit prima ſententiae pars, vix dubium videtur, quin legi debeat, *reliquis etiam eſſet* CEDENDUM; ut *Roſſetus* & *Clarkius* ſtatuerunt. At cum *Gryphius* aliique plures ediderint, *eſſet cadendum*; forte rectius legas *ſi quis aut animo aut virtute* cecidiſſet, *reliquis etiam eſſet* CADENDUM. *Cicero* Fam. lib. VI. Epiſt. I. *Non*

4 iſſet. Haec ſuperioribus [a] diebus ſaepenumero Caeſar ſuis expoſuerat; ut
hoc [b] majori animo contenderent, quod omnium ſalutem ſibi commenda-
5 tam viderent. Eadem [c] ſuum quiſque contubernalem, amicum, [d] notum
proſequens erat obteſtatus; ne ſuam atque omnium [e] falleret opinionem,
6 quorum judicio delectus ad pugnam proficiſceretur. Itaque hoc animo eſt
decertatum, ut neque maritimis [f] nauticiſque ſollertia atque ars praeſidium
ferret, neque numero navium praeſtantibus multitudo prodeſſet, [1] neque
flexi ad virtutem [g] ex tanta multitudine viri virtuti noſtrorum poſſent ad-
7 aequari. [h] Capitur hoc proelio quinqueremis una, & biremis cum [i] defen-
ſoribus remigibuſque: & depriminuntur tres, noſtris incolumibus omnibus:
[a] reli-

VARIAE LECTIONES.

a Abeſt Lov. b *majore* MSS. & Edd. qdd. c *ſibi* Edd. R. M. V. d *notumque* B.L.ſec. e *fallat* L. ſec. f *neque nauticis* L. pr. g *e* Pet. L. pr. V. h Sic Urſ. Cuj. Pet. Sc. L. pr. V. Edd. Scal. & ſeqq. Aldus, Vaſc. Steph. Gryph. non habent *& biremis*. Pal. Lov. L. ſec. Br. Edd.pp. Ber. *capiuntur b. p. X biremes cum d.* Bong. *C. b. p. q. u. & biremes X.* i *d. ſuis* B. V.

Non debemus ita Cadere animis, *quaſi aliquid evenerit, quod fieri poſſe nunquam putavimus.* Similiter *mente concidere* dixit idem Philip. III. 9. & *concidere animis* noſter *Hirtius* l. VIII. B. G. c. 19. DAVIS. *Cur. ſec. Ceſſiſſet* valet idem, quod *ſuccubuiſſet, defeciſſet.* Ut *cedere invidiae.* V. Viros doctos ad Phaedr. III, 9. 4. *labori* Claud. I. Ruf. 329. Ovid. l. II. Art. 229.

Secum habet ingenium qui, cum libet, Accipe, dicit.

Cedimus, inventis plus placet ille meis.

Cavendum etiam non mutem; quod retinent MSS. omnes, & Edd. primae, licet *cadendum* exſtet in Edd. Vaſcoſ. Stephan. Gryph. Manut. Plant & aliis. Reliqui ſibi conſulere, & ſalutem fuga vel quocumque alio modo quaerere, ac ſibi cavere deberent.

1. NEQUE FLEXI AD VIRTUTEM EX TANTA MULTITUDINE VIRI, VIRTUTI NOSTRORUM POSSENT ADAEQUARI] Edit. *Beroald. neque flexi ad virtutem ex tanta multitudine hoſtium viri, virtutes noſtrorum poſſent adaequare.* MS. *Victor, neque flecti ad virtutem ex tanta multitudine hoſtium, neque* pro voce *viri*, in reliquis autem eandem lectionem repraeſentat ac *Beroald.* Alii Codd. a vulgata diverſi non abeunt, niſi quod conſtanter exhibeant *ex tanta multitudine hoſtium viri.* Repono *neque electi ad virtutem ex tanta multitudine hoſtium viri*, ut partim ante me viderat *Pet. Ciacconius. Electi ad virtutem* idem valet ac *lecti ob virtutem. Caeſar* l. VII. B. G. c. LXXXV. *Exiguum loci* ad declivitatem *faſtigium, magnum habet momentum;* ubi *Voſſius* fruſtra reponit *ob declivitatem.* l. III. B. C. c. LXXXVIII. Quam ad cauſam *cunctum equitatum —— in ſiniſtro cornu objecerat. Livius* l. III. c. XLVIII. *Decemvir alienato* ad libidinem *animo.* Alia ſuppeditabit *Th. Munckerus* ad *Hygini* Fab. XLV. p. 94. DAVIS. *Electi*) Ita pulcherrime reſtituit Daviſius ex MS. Victorii (adde & Regium & Voſſii) ubi ſcriptum eſt *flecti ad virtutem.* Vulgati habent, flexi *ad virtutem.* Quae eſt inepta locutio. *Electi* ad *virtutem* eſt *electi* ob *virtutem* & eleganter dictum. Ut, allatis ex aliis bonis auctoribus exemplis, oſtendit Vir Doctiſſimus. Quibus tu adde ex ipſo Caeſare ſupra de Bello Civili l. III. c. 84. *electos milites* ad *pernicitatem.* Nam quod ex Caeſare adfert Daviſius, *Exiguum loci* ad *declivitatem faſtigium magnum habet momentum* ſupra l. VII. B. G. c. 85. illud ad *declivitatem* non eſt ob *decliv.* Sed quo ad *declivitatem.* Vocem *hoſtium* in Editis omiſſam ex MSS. reſtituit Daviſius. CLARKE. *Flecti* etiam habent Bongarſ. Leidenſes, quare omnino placet Ciacconii & Daviſii conjectura *electi* ſeu *lecti.* Conſule notata ad l. V. B. G. c. 40. & alibi. *flexi ad virtutem* poſſet exponi, *inducti ad virtutem* oſtendendam ſcilicet & exſerendam. *Hoſtium* vero, quod cum Daviſio addidit Clarkius, reperi quidem in Leid. ſec. Bong. Edd. Rom. Ven. Med. Beroaldi & aliis, ſed ſine dubio natum e Gloſſa, nam & praecedentia etiam ad *hoſtes* pertinent, & intelligitur ſatis ex oppoſitione noſtrorum. Sic ſtatim *quas protexerunt* Bong. addit *pr. hoſtes.* Non capio autem quid velit Brutus, legendo *flecti ad v. tanta m. hoſtium vires, virtutem noſtr. p. adaequare. Viri* abeſt a Bong. & Leid. ſec. quorum primus *virtutes*, alter *ut neque virtutis* habet. *virtutes* etiam Ed. Flor. & *adaequare* cum Voſſ. & Leid. ſec. *adaequarent* Scalig. *Adaequare* neutraliter cum dativo alibi occurrit quoque, & apud ipſum Hirt. l. VIII. B. G. c. 41. *Turris, quae moenibus adaequaret;* ſi MSS. fidendum.

1. PRO-

[a] reliquae [1] propinquam fugam ad oppidum capiunt; quas protexerunt ex molibus atque aedificiis inminentibus, & noſtros adire propius prohibuerunt.

XVII. Hoc ne ſibi ſaepius accidere poſſet, omni ratione Caeſar con- 1
tendendum exiſtimavit, ut inſulam, molemque, ad inſulam pertinentem,
in ſuam redigeret poteſtatem: perfectis enim magna ex parte munitioni- 2
bus [2] in oppido, & illam, & urbem uno tempore tentari poſſe, [b] confi-
debat. Quo capto conſilio, cohortes x, & levis armaturae electos, [c] quos 3
idoneos ex equitibus Gallis arbitrabatur, in navigia minora [d] ſcaphaſque
inponit: Inde [3] alteram inſulae partem [e] diſtinendae manus cauſſa conſtra-
tis navibus adgreditur, [f] praemiis magnis propoſitis, qui primus inſulam
cepiſſet. [4] Ac primo inpetum noſtrorum pariter ſuſtinuerunt: uno enim 4
tempore & ex tectis [g] aedificiorum propugnabant, & litora armati defen-
debant, [h] quo propter aſperitatem loci non facilis noſtris aditus dabatur:
& ſcaphis navibuſque longis v [i] mobiliter, & ſcienter anguſtias loci tue-
bantur. Sed [k] ubi primum locis cognitis vadiſque [5] pertentatis, pauci no- 5
ſtri

VARIAE LECTIONES.

a *Reliqui* Edd. pp. b *conſiderabat* Lov. c *quoſque* Lipſ. bene. d deeſt Lov. *inpoſuit* Pal. B. e *deſtinendae, decinendae* MSS. qdd. male. Vulgo autem aberat *inde*, & contra edebatur *cum conſt.* f *praemiiſque* L. pr. Urſ. Lov. V. *primi cepiſſent* Edd. R. M. V. aliaeque. dein vulgo *at. primum* L. pr. g deeſt L. pr. h *qua* Lov. Pal. L. ſec. Edd. pp. i *nobil.* Lov. k *ut* B. vulgo *loc. pr.* contra MSS. & Edd. Vaſc. Steph. aliaſque.

1. PROPINQUAM FUGAM AD OPPIDUM CEPERUNT] Ad oppidum propinquum fugerunt. *Livius* l. XXI. c. I. *Fugam reliquae ceperunt. Dictys* Cretenſis l. II. c. XXXIX. *Neque diutius ſuſtinere auſus Alexander, fugam capit.* Sic locutus eſt & Hirtius l. VIII. B. G. c. XXVI. DAVIS. *Capere fugam* vulgo erat quoque apud Ovid. l. III. Faſt. 867. ſed elegantius ibi Cl. Burm. reſtituit, *Utque fugam rapiant.* Ceterum melius videtur Goduino MSS. Victor. & Thuan. lectio *propinquum.* Et ſane ita ex meis quoque exhibent Pal. Bong. Voſſ. Leid. ſec. in quo *fuga.*

2. IN OPPIDO ET ILLAM ET URBEM] Senſus hujus loci ſatis clarus, ſi conſtaret, ita Hirtium locutum eſſe; ſed nuſquam liquet, Caeſarem voluiſſe uno tempore inſulam & urbem tentare, & vehementer turbant MSS. & Edd. Vett. Pal. Bong. Leid. ſec. habent *& oppidum & urbem*: at Carr. Edd. primae, item Vaſc. Steph. aliaeque *& oppidum & illam & urbem.* Inepte: MSS. Urſ. Petav. Voſſ. *in oppido & illam in urbe.* Cuj. Scal. Leid. pr. *In oppido & illa in urbem.* An *illam* ſc. inſulam, & *turrem* ſc. molem, in qua erat turris, dixit? Non liquet, quare ἐπέχω.

3. ALTERAM INSULAE PARTEM] MS. Elienſis (inde *alteram* &c.) MSS. Reg. & Voſſ. & Edit. Rom. (neque *alteram* &c.) Ut forte legi debeat ATQUE *alteram* &c. Porro has voces *alteram inſulae partem* ita accipit Rhellicanus, ut ſignificent *eam inſulae partem, quam adhuc tenebant Alexandrini*; quae pars opponatur ei, quam *a ſe occupatam & praeſidio munitam*, ſupra dixerat Caeſar in calce libri praecedentis. Mihi vero hoc ita potius accipiendum videtur, ut dicat Hirtius Caeſarem, *ejus loci*, quem tenebant Alexandrini, *alteram partem* in conſtratis navibus aggreſſum: Etenim *manus* hoſtium DISTINENDAE cauſa hoc factum, narrat. CLARK. *In alteram* habent quoque Lov. & Leid. pr. *Inque* Leid. ſec. Palat. Bongarſ. & Edd. primae, *alteramque* Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. Steph. & aliae. *atque in alteram* Ed. Flor. Sed veriſſime Pet. *Inde alteram*: quod & placuit Grutero. Dein *cum* eſeci auctoritate MSS. Urſ. & meorum ad unum omnium. *Navibus* additum conjicit quoque Gruterus, quia in Bong. eſt *navigiis.* c. 19. *ad incendia onerariarum.*

4. AC PRIMO] Ita ex MSS. & Editt. Vett. reſtitui, ſententia ipſa poſtulante. Hinc enim mox ex adverſo reſpondet (ſed *ubi* &c.) Scaliger & recentiores ediderant At *primo.* Quod ſententiam prorſus turbat. CLARKE. Conſentiunt cuncti MSS. Edd. Vett. in τῷ *ac*, ut & Ed. Elz. A. 1675.

5. PERTENTATIS] i. e. Bene & exacte tentatis, ut alibi apud auctores optimos. Si tamen MSS. addice-

ſtri in litore [a] conſtiterunt; atque hos ſunt alii ſubſecuti; conſtanterque
in eos, qui in litore aequo inſtiterant, inpetum fecerunt; omnes Pharitae
terga verterunt. [b] His pulſis, cuſtodia portus relicta, [1] ad litora & vicum
[c] adplicaverunt; ſeque ex navibus ad tuenda aedificia ejecerunt.

1 XVIII. Neque [d] vero diutius [2] ipſi [3] ex munitione ſe continere potue-
runt: [e] etſi erat non diſſimile, atque Alexandriae, genus aedificiorum,
(ut minora [f] majoribus conferantur) turreſque editae & [g] conjunctae mu-
2 ri locum obtinebant: neque noſtri aut ſcalis, aut cratibus, aut reliquis
rebus parati venerant ad obpugnandum; ſed terror [h] hominibus mentem
3 [i] conſiliumque eripit, & membra debilitat; ut tunc accidit. [k] Qui ſe in
aequo loco ac plano pares eſſe confidebant, iidem perterriti fuga ſuorum,
& caede paucorum, XXX pedum [l] altitudine in aedificiis [m] conſiſtere auſi
non ſunt, [n] ſeque per molem in mare praecipitaverunt, & [4] DCCC paſſuum
intervallo [o] ad oppidum enataverunt. Multi tamen ex iis capti interfecti-
que ſunt: ſed numerus [p] captivorum omnino fuit [5] DC.

VARIAE LECTIONES. XIX.

a deſunt uſque ad *aequo* in Lov. Pal. L. ſec. b *Hi pulſi* B. L. ſec. V. Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. Str. c *portum* Pet. *adplicuerunt* Lov. *adplicarunt* Edd. qdd. *adplicare* V. d *illo* Lov. e deeſt uti & *atque* L. ſec. Pal. Lov. Br. Edd. pp. *quamvis eſſet diſſ. aliorum atque A.* Edd. Vaſc. Gr. poſt. Str. MS. B. niſi quod in eo ſit *illorum*. f *minor*. L. pr. Lov. *circumfer*. L. pr. g *munitae* L. pr. a m. pr. h *omnibus* V. i *auxil*. B. k *Nam qui* Reg. B. Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. Str. l *in alt*. L. pr. m *conſtare* L. pr. Edd. R. M. V. n *ſed p*. Scal. o deſunt V. p *eorum capt*. Lov. Pal.

addicerent, non diſpliceret *praetentatis*, quod exſtat in Edd. Vaſc. Steph. Gryph. poſt. & Stradae. Adi ad lib. V. c. 15. Cave vero cum iiſdem Editis legas *conſtiterant* pro *inſtiterant*: licet adſtipulentur Pet. Leid. pr. & Pal. l. IV. B. Gall. c. 33. *In jugo inſiſtere.*

1. AD LITTORA ET VICUM APPLICAVERUNT;] Ex MSS. Reg. & Elienſi reponendum exiſtimo, (naves *ad littora & vicum applicaverunt*.) Quanquam & ſubintelligi poteſt vox (*naves*.) CLARK. *Naves* addunt quoque MSS. mei plerique ſi excerptis fides habenda; uti & Edd. Vaſc. Gryph. Steph. & aliae: & ita l. III. B. Civ. c. 101. & alii paſſim. Quia tamen in Leid. pr. nec Edd. primis ipſe inveni, praeſtat id non intrudi, cum ſaepe ſubintelligatur, ut apud Juſt. II, 4. 21. B. Hiſp. c. 37. *ad terram adplicant.* niſi velles *naves* ſumere in nominativo, quamquam ego mallem intelligere ipſos nautas, qui *pulſis Pharitis* (male enim MSS. & Edd. quidam *Hi pulſi*) id fecerint. *Navis adplicat* eſt apud Prop. I, 20, 20.

Myſorum ſcopulis adplicuiſſe ratem.

naves proximo litori adplicuiſſe Front. III, 16, 5. Aliquis me audacior conjiceret, *hoſtes* vel *reliqui* excidiſſe. Durius eſſet, ut *his pulſis*, *adplicaverunt* poſitum ſit pro *hi cum pulſi eſſent*, *adplicaverunt*; ut iidem intelligantur. Adi tamen ad B. Afric. c. 10. *Omnibus inſciis*, *ſollicitabantur*.

2. IPSI] Deeſt haec vox in MSS. Reg. & Elienſi. Et deeſſe debere videtur: Nullam enim hoc in loco emphaſin habet. CLARK.

3. EX MUNITIONE SE CONTINERE] Primam voculam delevit *Joſ. Scaliger*: *Fulv.* autem *Urſinus*, notante *Ciacconio*, reponit *in munitione*. At a Codicum ſcriptura quam minime recedendum, quare placeat *ea munitione*. DAVIS. Eā *munitione*) Ita reſtituit Daviſius, conjectura felici. MSS. & Editi habent, (ex *munitione*.) Urſinus conjecit; (in *munitione*.) Sed Daviſii emendatio melior, & a Codicum ſcriptura propior. CLARK. Pro IPSI EX malim ego ſcribere conjectura, ni fallor veriſſima, PHARITAE. *Ipſi* abeſt quoque a Pet. Scal. Leid. pr. Voſſ. & Bong. qui non habet etiam *ex*.

4. DCCC P. INTERVALLO ENATAVERUNT] Non poſſum non amplectendam cenſere ſcripturam MSS. Urſ. Pet. Leid. pr. & Voſſiani, & Ed. Scal. *intervallum*. Sive Accuſativum hunc cum Grammaticis per ellipſin praepoſitionis capias, quia ſpatium denotatur, uti B. Afric. c. 37. *Parvulam proclivitatem digreſſus*, ubi Lipſius codici adleverat *parvula proclivitate*. Sive jungas verbo *enataverunt*: ut apud Valerium Flacc. V, 319.

tantumque fretis enavimus orbem.

Ceterum a mole ad mare Caeſar l. III. B. Civ. c. ult. dixit longitudinem eſſe paſſuum *DCCCC*:

XIX. Caeſar, praeda militibus conceſſa, aedificia diripi juſſit; caſtellum- 1
que [1] ad pontem, qui [a] propior erat Pharo, [b] communivit; atque ibi praeſi-
dium poſuit. Hunc [c] fuga Pharitae reliquerant; [d] fortiorem illum, propio- 2
remque oppido Alexandrini tuebantur: ſed eum poſtero die ſimili ratio-
ne adgreditur, [e] quod, his obtentis duobus, omnem navigiorum excur-
ſum, & repentina latrocinia [f] ſublatum iri videbatur. Jamque eos, qui [g] prae- 3
ſidio eum locum tenebant, tormentis [h] ex navibus ſagittiſque [i] depulerat,
atque in oppidum redegerat; & [2] cohortium III inſtar in terram expoſue-
rat; non enim plures conſiſtere anguſtiae [k] loci patiebantur: reliquae co-
piae in [l] navibus ſtationem obtinebant. Quo facto imperat, pontem ad- 4
verſus hoſtem praevallari, &, qua exitus navibus [3] erat fornice [m] exſtru-
cto, quo pons ſuſtinebatur, lapidibus [n] obpleri atque obſtrui: quorum al- 5
tero opere [4] effecto, [o] ut nulla omnino ſcapha egredi poſſet, altero inſti-
tuto, omnes Alexandrinorum copiae ex oppido ſe ejecerunt, & contra
munitiones pontis [p] latiore loco conſtiterunt; eodemque tempore, quae
conſueverant navigia per pontes ad incendia [q] onerariarum emittere, ad
molem [r] conſtituerunt. Pugnabatur a [s] nobis ex ponte, ex mole; ab illis 6
[t] ex area, quae erat adverſus pontem, & ex navibus contra molem.

XX. In his rebus occupato Caeſare, militeſque hortante, remigum ma- 1
gnus numerus, & claſſiariorum ex longis navibus noſtris in molem ſe eje-
cit.

VARIAE LECTIONES.

a *Prior* Lov. V. b *communit* L. pr. *communiit* Lov. c deeſt Pet. d *certiorem* Sc. L. pr. Pal. Lov. Edd. R. M. V. Hinc non male *citeriorem* Ed. R. Steph. *illo* L. ſec. *propinquioremque* dein V. e deeſt L. pr. *biſque* Lov. f *ſublaturi videbantur* Pal. Lov. *videbantur* Leidd. B. Edd. pp. Vaſc. Steph. & aliae. *ire* Pet. a m. pr. g *pro pr.* B. h Ita MSS. non *e.* i *depulerant*, *redegerant*, *expoſuerant* Edd. R. M. V. k deeſt Lov. l *naves* Lov. m *inſtr.* L. pr. n *inpleri* Lov. Pal. L. ſec. Edd. R. M. V. o vulgo deeſt *ut*, & major diſtinctio ponitur poſt *poſſet.* item *ejecere.* p *latiori* MSS. 3. Edd. pp. q *onerariorum* Edd. qdd. r *conſtiter.* Edd. Fl. Steph. Gryph. male. s Sic MSS. Urſ. & mei omnes, non *noſtris.* t *exque a.* Edd. pp. *ara* V. *archa* L. pr.

atque ita exhibet nobis hic Codex Voſſianus.

5. De] Sic vel *ſexcenti* conſtanter habent Editi, at vero nullus MS. In iis enim ſcribitur *VI*, ſuperducta virgula; id eſt *ſex milia*, uti diſerte eſt in Petaviano, vel *ſex mil.* ſeu *milium*, ut dat Cujacianus.

1. AD PONTEM, QUI PROPIOR ERAT PHARO,] Quoniam in fine Libri praecedentis dixerat Caeſar, *Pharon PONTE cum oppido conjungi*; ideo Viri doctiſſimi, Rhellicanus & Cellarius, *Unum* ſolummodo pontem exiſtimantes, hoc ita accipiunt, ut dicat Hirtius *PARTEM eam* pontis, quae propior erat *Pharo*. Id quod Latinitas quidem patitur. Sed ex ſequentibus manifeſtum eſt *DUOS* fuiſſe *pontes*; quorum *altero*, conjuncta erat moles cum Pharo; *altero*, moles eadem iterque anguſtum, oppoſita ſui parte conjunctum erat cum *oppido*. Infra (*His obtentis duobus*, ſcil. *pontibus*:) & dein (Per *Pontes*.) Quod igitur dixerat *Caeſar* in fine libri praecedentis, intelligendum eſt de horum Pontium *altero*; ubi nihil erat opus, ut *utrumque* memoraret. CLARK.

2. COHORTIUM TRIUM INSTAR] Circiter tres cohortes. *Columella* de re Ruſt. l. II. c. V. *Acervi ſtercoris* inſtar quinque modiorum *diſponentur.* Sic etiam *Livius*, aliique ſunt locuti, adeo ut non eſſet, cur *Joan. Rhellicanus* de hujuſce locutionis infrequentia quereretur. DAVIS.

3. ERAT, FORNICE EXSTRUCTO] Sic vulgo hunc locum diſtinguunt; quaſi Caeſar fornicem exſtruxiſſet. perperam. Exitus navibus erat fornice ſive per fornicem, quo pons ſuſtinebatur. Ibi lapidibus oppleri pontem juſſit. Delevi itaque diſtinctionis notam; uti eſt in Edd. primis & Gryphii, nec enim contra MSS. opus puto, cum R. Stephano ſcribere *fornicem exſtructum.* quamquam nonnihil clarior foret oratio.

4. EFFECTO, NULLA OMNINO S. EG. POSSET; ALTERO

2 cit. Pars eorum ſtudio ſpectandi [a] ferebatur; pars etiam cupiditate pu-
gnandi. Hi primum navigia hoſtium lapidibus ac fundis a mole repelle-
3 bant; ac multum proficere multitudine telorum videbantur: ſed, poſtquam
ultra eum locum ab latere eorum aperto auſi ſunt egredi ex navibus Alex-
andrini pauci, ut ſine ſignis certiſque ordinibus, [b] ſine ratione prodierant;
4 ſic temere [c] in naves refugere coeperunt. Quorum fuga incitati [1] Alexan-
drini [d] plures ex navibus egrediebantur, noſtroſque acrius perturbatos in-
ſequebantur. [2] Simul qui in navibus longis remanſerant, ſcalas rapere, na-
5 veſque a terra repellere, properabant; ne hoſtes navibus potirentur. Qui-
bus omnibus [e] rebus perturbati milites noſtri cohortium trium, [f] quae in
ponte, ac prima mole conſtiterant, quum poſt ſe clamorem exaudirent,
fugam ſuorum viderent, magnam vim telorum adverſi ſuſtinerent, veriti,
ne [g] ab tergo circumvenirentur, & diſceſſu navium omnino reditu inter-
cluderentur, [3] munitionem in [h] pontem inſtitutam reliquerunt, & magno
6 curſu incitati ad naves contenderunt: quorum pars, proximas nacta naves,
multitudine hominum atque onere depreſſa eſt; pars reſiſtens, & dubitans,
7 quid eſſet capiendum conſilii, ab Alexandrinis interfecta eſt: nonnulli,
[i] feliciore exitu expeditas ad [k] anchoram naves conſecuti incolumes diſ-
ceſſerunt: pauci, [4] adlevati ſcutis, & animo ad [l] conandum nixi, ad proxi-
ma navigia adnatarunt.

VARIAE LECTIONES. XXI.

a *Effer.* B. dein *judicabantur* Pal. pro *videb.* b *ſineque r.* Pal. B. cum Ed. Rom. L. ſec. Edd. qdd. c *ſe in naves receperunt* Pal. B. L. ſec. *fugere* L. pr. d vulgo deeſt *plures.* e deeſt L. ſec. f *qui* Edd. qdd. g *at.* MSS. & Edd. qdd. h *ponte* B. i *feliciori* L. ſec. k *anchoras* Edd. Vett. ſed V. ad l. v. B. G. 9. & in Add. l *natandum* B. *niſi* Pet. L. pr. V. deeſt Pal.. L. ſec. *adnataverunt* L. pr.

ALTERO INSTITUTO &c. EJECERE] Non cohaerent haec. Optime MSSti & Edd. Veteres, ſi omnium primas excipias, habent *effecto, ut n. o. ſ. egredi poſſet, altero inſt. ejecere.* Quum pons obſtructus erat ita, ut nulla ſcapha egredi poſſet, & praevallari adverſus Alexandrinos inciperet, Alexandrini ſe ex oppido ejecerunt. Ellipſis particulae *ita* vel *adeo* non percepta videtur corruptioni anſam dediſſe. At vide de ea ad l. III. B. G. c. 14. *Ejecerunt* etiam reſcripſi fide MStorum Pet. Leidd. Pal. Voſſ. Bong. & aliorum.

1. ALEXANDRINI EX NAVIBUS EGREDIEBANTUR] Reponendum ex MS. *Norv.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald. Alexandrini* plures *ex navibus egrediebantur:* illa enim vox *paucis* Alexandrinis opponitur, qui arte navibus ſunt egreſſi. DAVIS. Aut cum Daviſio ex MS. Elienſi (adde & MS. Regium) & Ed. Vett. omnino reſcribendum (PLURES *ex navibus egrediebantur*) ut reſpondeat praecedenti *paucis.* Aut illud *egrediebantur*, intelligendum erit, *egredi pergebant.* CLARK. Inſerui, quod & olim jam Grutero placuit, vocem *plures*, fide MStorum Cujac. Petav. Urſin. Leid. pr. Scalig. & ſec. Item Pal. Bong. & Edd. Mediol. Vaſcoſ. Steph. & aliorum.

2. SIMUL QUI] Turpiter hic dormitavit Rhellicanus, qui haec de *Alexandrinis* abſurde accipit; cum mens authoris longe alia, admodum perſpicua ſit. Hoc nimirum ait Hirtius: Quo tempore *Caeſareanorum* illi, qui *ex longis navibus ſe ejecerant,* temere in naves refugere coepiſſent, inſequentibus *Alexandrinis*; eodem tempore reliquos, qui *in longis navibus remanſerant*, timore itidem correptos, *ſcalas rapere*, *naveſque ſuas a terra repellere*; ne repulſis militibus, etiam *navium ipſarum* potirentur Alexandrini. CLARK.

3. MUNITIONEM &c.] Neque minus mire hoc in loco ad lucem caecutivit idem Vir doctiſſimus, quum *caſtellum in ponte eo, qui* Pharo *propior erat, a Caeſare munitum* ſupra c. praec. hic ſomniavit. Nihil enim manifeſtius, quam munitionem hic intelligi *eam*, quam inſtituerat Caeſar *ad praevallandum* (c. praec.) *alterum illum pontem, qui* Oppido *propior erat, & contra quam munitionem, omnes Alexandrinorum copiae ex oppido ſe ejecerant.* IDEM.

4. ADLE-

XXI. Caeſar, quoad potuit, cohortando ſuos ad pontem [a] ac munitio- 1
nes contendere, eodem in periculo verſatus [b] eſt: Poſtquam univerſos ce-
dere animadvertit, in ſuum navigium ſe recepit: quo multitudo hominum 2
inſecuta quum inrumperet, neque adminiſtrandi, neque repellendi a terra
facultas daretur; fore, quod accidit, ſuſpicatus, ſeſe ex navigio ejecit, [c] at-
que ad eas, quae longius conſtiterant, naves adnatavit: hinc ſuis laboran- 3
tibus ſubſidio ſcaphas mittens nonnullos conſervavit. Navigium quidem
ejus, multitudine depreſſum militum, [d] una cum hominibus interiit. Hoc 4
proelio deſiderati ſunt ex numero legionariorum militum circiter CD, &
[1] paullo ultra eum numerum claſſiarii & remiges. Alexandrini eo loco ca- 5
ſtellum magnis munitionibus multiſque tormentis [e] confirmaverunt, atque,
egeſtis ex mari lapidibus, libere ſunt uſi poſtea ad [f] mittenda navigia.

XXII. Hoc detrimento milites noſtri [2] tantum abfuerunt, ut perturba- 1
rentur, ut incenſi potius atque incitati magnas acceſſiones fecerint in o-
peribus hoſtium [g] expugnandis: [3] in proeliis quotidianis, quandocumque 2
fors obtulerat, procurrentibus & erumpentibus Alexandrinis ** [4] manum
compre-

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. non &. *munitionem* L. pr. b Abeſt a Pal. Edd. Vaſc. Gr. poſt. Str. c & L. ſec. d *u. c. hom.* exſulant a L. pr. e *confirmarunt* MSS. & Edd. qdd. *confirmare* V. f *emittenda* al. g *expugnandum* V. dein *fors* Edd. qdd.

4. ADLEVATI SCUTIS] Ut ſcutis, quaſi utribus innixi natarint. in Edd. primis exhibetur *elevati:* ſed MSS. Urſini, Petavii, Scalig. & Leid. pr. dant *adlevatis.* Quod non inmerito placuit Urſino, & Grutero. Ut ſcuta elata ſuper caput habuerint ad ſe contra telorum ictus protegendos: quales figurae in multis reperiuntur marmoribus, ac ſaepe in periculo a Romanis factum legimus. Antiquitas etiam & integritas eorum Codicum poſtulare noſtrum adſenſum videntur.

1. PAULO ULTRA EUM NUMERUM] *Beroaldus*, *Gryphius* & *Urſinus* exhibent *paullo* poſt *eum numerum.* Parum quidem Latine. *Petav.* autem & *Norvic.* dant & prope *eum numerum.* Hoc equidem propter Codicis *Petaviani* praeſtantiam lubens reciperem. DAVIS. *Cur. ſec.* Adſentior Grutero & Daviſio, *prope* recipientibus; ita tamen ut retinere malim *paullo*, ut ſcripſerit *paullo prope eum numerum.* Quod non ceperunt librarii; unde *prope* ejecerunt quidam, alii *paullo*, alii *poſt* ſubſtituerunt. Nam *paullo poſt eum n.* eſt etiam in Lovan. Palat. Bong. Leid. ſec. & Edd. Vett praeter R. Steph., quem ſecutus eſt primus Scaliger, qui habet *ultra*, & ſi excerptis fides eſt, confirmatur a Cod. Scalig. vel D. Voſſii. At Leid. pr. & Voſſ. modo exhibent *paullo eum numerum. Paullo prope* dici videtur, ut *paullo ante*, *poſt*, *prius* &c.

2. TANTUM ABFUERUNT] Nonnulli MSS. *abſunt.* Unde legendum conjecerim (*tantum* abſuit &c. Quod elegantius eſt, quam *abſuerunt.* CLARK. Quinam hi codices ſint, in quibus *abſunt* exaretur, neſcio. *fuerunt* eſt in Scal. & Leid. pr. *Abſuerunt ut perturbarentur* poſſet dictum eſſe pro *abſuerunt a perturbatione.* Quomodo *abeſſe a metu*, *dolore*, *a ſententia* & ſimilia dicuntur. Juſt. 11, 5. *Piſiſtratus parum a capienda urbe abſuit.* Ceterum MSS. hic amplius turbant: nam in Leid. ſec. & Pal. ſcribitur *tantum modo ſunt perturbati ſed incenſi, atque m. a. fecerunt* ſine participio *incitati*, quod abeſt etiam a Voſſ. Pro *ut* etiam *ſed* exſtat in Edd. antiquiſſimis. Dein *potius* non comparet in Pet. Leidenſibus, Palat. Borg. uti nec in Edd. primis aut Beroaldi. Recte. Brutus apud Ciceron. l. XI. Epiſt. ad Fam. 10. *Tantum abeſt, ut meae rei familiaris liberum ſit quidquam, ut meos jam omnes amicos aere alieno obſtrinxerim.* Cicero tamen l. 1. Tuſc. Quaeſt. c. 31. addidit. *Tantum abeſt ab eo, ut malum mors ſit, quod tibi dudum videbatur, ut verear, ne homini nihil ſit, non malum aliud certe, ſed nihil bonum aliud potius.*

3. IN PROELIISQUE] Sic MS. Reg. Quae & verior videtur lectio. Al. *in proeliis.* CLARKE. Accedunt Petav. Bong. Leid. ſec. & Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. & Stradae. Videtur enim ad ſequentia pertinere, quae mutilata ſunt.

4. MANUM COMPREHENDI M. OPERIBUS ET AN-

comprehendi multum operibus, & ardentibus ſtudiis militum, nec divul-
gata Caeſaris [a] hortatio ſubſequi legionum aut laborem, aut pugnandi po-
terat cupiditatem: ut magis deterrendi, & continendi a periculoſiſſimis
eſſent dimicationibus, quam incitandi ad pugnandum.

1 XXIII. Alexandrini, quum Romanos & ſecundis rebus confirmari, &
adverſis incitari viderent, neque ullum belli [b] tertium caſum [c] noſſent, quo
poſſent eſſe firmiores, ut conjectura conſequi poſſumus, [1] aut admoniti a
regis amicis, qui in Caeſaris erant praeſidiis, aut [2] ſuo priore conſilio, per
occultos nuncios [3] regi probato; legatos ad Caeſarem miſerunt, *ut dimit-*
2 *teret regem, tranſireque ad ſuos pateretur: paratam enim* [d] *omnem mul-*
titudinem eſſe, confectam [4] *taedio puellae, fiduciario* [e] *regno, dominatione*
crudeliſſima Ganymedis, facere id, quod rex imperaſſet: quo ſi auctore in
3 *Caeſaris fidem* [f] *amicitiamque* [5] *venturi eſſent, nullius periculi timorem*
multitudini fore inpedimento, quo minus ſe dederent.

1 XXIV. Caeſar, etſi fallacem gentem, ſemperque alia cogitantem, alia
ſimulantem, bene cognitam habebat, tamen petentibus dare veniam utile
2 eſſe [g] ſtatuit: quod, ſi quo [h] pacto ſentirent ea, quae poſtularent, manſu-
rum

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *cohortatio*, & deerant verba *& continendi*. b *tunc* MSS. qq. *inde* addit B. c *noſcerent* Pet. cum 3 aliis. *qui* Scal. d abeſt L. pr. e exſulat L. pr. Sc. f *atque am.* L. pr. g *conſtituit* MSS. 3. h Sic Ed. Plant. & ſeqq. MSS. & Edd. Vett. *facto*. adi ad l. VIII, 52. *fato* Ed. Steph. *ſentiret* MSS. plerique. *poſtularet* Pal. V. L. ſec.

DENTIBUS] Editt. *Rom. Ven.* habent *manum comprehendendi: Beroald.* autem *manibus comprehendendi*; at a *Vaſcoſ.* omnes hae voces abſunt, unde factum, ut *Joan. Brantius* Gloſſematis ſuſpectas habuerit. Concedo potius in ſententiam *Rob. Stephani*, *Joſ. Scaligeri*, & aliorum, qui lacunam hic eſſe contendunt, licet in MSStis nullum ejus ſit indicium. DAVIS. *Comprehendendi* etiam Med. Tarvis. & aliae. *erumpentibus ſtudiis militum* reſectis ceteris, eſt etiam in Palat. Leid. ſec. & Edd. Stradae, Gryph. poſt. Pro *multum* Leid. pr. dat *militum*. An voluit auctor dicere, milites manu fuiſſe comprehendendos, ne ſe temere immiſcerent periculoſis dimicationibus, neve nimis accederent hoſtium operibus? Mihi non liquet. Fateor etiam, me non aſſequi verum ſenſum verbi *ſubſequi* hic loci, niſi eo ſenſu ſumatur, quo c. 44. *vix corporis viribus animum ſequebatur*. i. e. animus ad pugnandum major erat, quam fere vires corporis ferrent. Ceterum *hortatio* repoſui, jubentibus MSS. omnibus & Edd. antiquiſſimis, item Vaſcoſ. Gryph. Steph. aliorumque. Poſt *deterrendi* addidi quoque *& continendi*, quae, voces exciderant typothetarum culpa ex Edd. Amſtelaed. Davis. & Lugdun.

1. AUT ADMONITI A REGIS AMICIS] MS. *Norvic. aut incitati a Regis amicis:* quod vehementius eſt, ideoque ea lectio mihi probatur, licet vulgatam retineant editt. veteres. DAVIS. Elienſis codicis lectionem confirmat Petavianus. Mihi vulgatum magis placet.

2. SUO PRIORE CONSILIO] Hoc eſt conſilio, cujus ipſi aliis *primi* Authores eſſent, non alii ipſis. CLARK. *Suo priore* ex Urſin. Cod. recepit Scaliger, & agnoſcunt MSS. mei omnes. Non inepte tamen Edd. Vett. exhibent, *ſuopte*, quod optimis quibuſvis auctoribus in uſu eſt, eo ſenſu, quo Clarkius *prius* exponit; & ſaepe corruptum. Adi ad Liv. l. I. c. 18, 25.

3. REGI] Lege *regis probato*, quod prae ſe ferunt omnes MSS. DAVIS. *Cur. ſec.* Conſtanter mei quoque habent cum Edd. priſcis *regis*. Nihilominus Urſino & Scaligero adſentiri malo, e MS. reſcribentibus *Regi*. Nam ille adprobare tale conſilium & a Caeſare velle dimitti debuit.

4. TAEDIO PUELLAE, FIDUC. REGNO] Edd. quaedam interpungunt *taedio, puellae fid. regno*. Hotom. vero reſcribit *& puellae fid. r. dominationeque* ad l. II. B. Civ. c. 17. *Qui fiduciariam operam obtineret*. Non video, cur a vulgata recedendum ſit; nam *taedium* aeque pertinet ad *puellam* ac *regnum*. Ideo taedebat eos puellae, quia ejus erat modo fiduciarium regnum, & quia interim dominabatur Ganymedes.

5. VEN-

rum in fide dimiſſum regem credebat; ſin, id quod magis illorum naturae
conveniebat, ducem ad bellum gerendum regem habere vellent, ſplendi-
dius atque honeſtius ſeſe contra regem, quam contra convenarum ac fugi-
tivorum manum, bellum eſſe geſturum. Itaque regem cohortatus, *ut con-
ſuleret regno paterno, parceret* [a] *praeclariſſimae patriae, quae* [b] *turpibus* 3
*incendiis & ruinis eſſet deformata, cives ſuos primum ad ſanitatem revo-
caret, deinde conſervaret, fidem populo Romano ſibique praeſtaret; quum
ipſe tantum ei crederet, ut ad hoſtes armatos eum mitteret;* [c] dextra dex-
tram tenens dimittere coepit [d] adulta jam aetate puerum. At [1] regius ani- 4
mus diſciplinis fallaciſſimis eruditus, ne a gentis ſuae moribus degenera-
ret, flens orare contra Caeſarem coepit, *ne ſe dimitteret: non enim re-
gnum ipſum ſibi conſpectu Caeſaris eſſe jucundius.* [e] Compreſſis pueri la-
crimis, Caeſar ipſe commotus, celeriter, ſi illa ſentiret, fore eum ſecum 5
adfirmans, [f] ad ſuos dimiſit. Ille, ut [g] ex carceribus in liberum curſum e- 6
miſſus, adeo contra Caeſarem [h] acriter bellum gerere coepit, ut lacrimas,
quas in conloquio projecerat, gaudio videretur profudiſſe. Accidiſſe hoc 7
complures Caeſaris legati, amici, centuriones militeſque laetabantur; quod
nimia bonitas ejus fallaciis pueri [i] eluſa eſſet. Quaſi [k] vero id Caeſar boni-
tate tantum adductus, [l] ac non prudentiſſimo conſilio feciſſet.

XXV. Quum, duce adſumto, Alexandrini nihilo ſe [m] firmiores factos, 1
aut languidiores Romanos [n] animadverterent; eludentibuſque militibus
regis aetatem atque infirmitatem, magnum dolorem acciperent, neque ſe
quidquam proficere viderent; rumoreſque exſiſterent, magna [o] Caeſari
praeſidia, terreſtri itinere, Syria Ciliciaque adduci, (quod [p] nondum Cae-
ſari auditum erat) [2] commeatum, qui noſtris mari ſubportabatur, interci-
pere ſtatuerunt. Itaque expeditis navigiis, [q] locis idoneis ad Canopum in 2
ſtatione diſpoſitis navibus, inſidiabantur noſtris [r] commeatibus. Quod ubi 3
Cae-

VARIAE LECTIONES.

a *Et pr.* Pet. L. pr. b Sic MSS. & Edd. pp. non *turpiſſimis.* c Ita MSS. non *dextera. dextram* abeſt nonnullis. d *adultum* Lov. Pal. L. ſec. *pueri* B. e *compreſſiſque* V. B. f deſunt *ad ſ.* Edd. R. M. V. g *a* B. *e* MSS. 2. h deeſt Lov. i *fuerit deluſa* Lov. Pal. L. ſec. *deluſa fuerit* Edd. pp. *eſt* B. k deeſt Lov. L. ſec. Edd. pp. l *&* Lov. Pal. L. ſec. Edd. pp. Vaſc. Gryph. Steph. & aliae. malim abeſſe. m *inf.* Lov. Edd. pp. forte *inde f. ac* Edd. eaedem. n *adverterent* Sc. L. pr. ut alibi. o *Caeſaris* Lov. Pal. L. ſec. Edd. pp. & *ex Syr.* Ed. R. Steph. p *non* Edd. pp. *aud. Caeſ.* MSS. & Edd. qdd. ut & *mari n.* ac vulgo *interea comm.* q deeſt Pet. r *commeatu* Pet. Sc. L. pr. *commeatum* V. ſed V. ad l. 11. B. G. c. 5.

5. VENTURI ESSENT] Editt. *Rom.* (Med.) *Ven.* repraeſentant *ventum eſſent*, unde reſcribendum puto *ventum eſſet*, quemadmodum legitur in edit. *Beroald.* A. D. 1508. DAVIS. Sed praeſtat vulgata lectio; quia melius convenit cum ſequentibus *ſe dederent.* CLARK.

1. REGIS ANIMUS] Sic MSS. Reg. & Voſſii. Qod melius eſt, quam ut in vulgatis (regius *animus.* CLARK. Mihi ſecus videtur; licet etiam Bong. & Leid. ſec. cum Edd. Vaſcoſ. Steph. & Gryph. poſt. habeant *regis.* Certe antiquiſſimi codices Cujac. Petav. Leid. pr. Lovan. & reliqui praeter nominatos *regius* ſervant. De qua variatione vide notas ad Nep. Dat. c. 5. *Conſuetudinem regiam*, non *regum.*

2. INTEREA COMMEATUM] Prima vox ab Aldo intruſa eſt, quem ſecuti ſunt Man. Plant. Scaliger & recentiores. At in nullo MSto, neque Edd. ceteris comparet: quare ut ſupervacuam vocem delevi.

1. CLAS-

Caeſari nunciatum eſt, [1] claſſem jubet expediri atque inſtrui. [2] Praeficit
huic Tib. Neronem. Proficiſcuntur in ea claſſe Rhodiae naves, atque in
his Euphranor, ſine quo nulla umquam dimicatio [a] maritima, [3] nulla et-
4 iam parum feliciter confecta [b] erat. At fortuna, quae plerumque eos, quos
plurimis beneficiis ornavit, ad [c] duriorem caſum reſervat, ſuperiorum tem-
5 porum diſſimilis, Euphranorem proſequebatur: nam, quum ad Canopum
ventum [d] eſſet, inſtructaque [e] utrimque claſſis conflixiſſet, & ſua conſuetu-
dine Euphranor primus proelium commiſiſſet, & [4] illic triremem hoſtium
perforaſſet ac demerſiſſet; proximam longius inſecutus, parum celeriter
5 inſequentibus reliquis, circumventus ab Alexandrinis eſt: cui ſubſidium
nemo tulit; ſive, quod in ipſo ſatis praeſidii pro virtute ac felicitate [f] ejus
putarent eſſe; ſive, quod ipſi [g] ſibi timebant. Itaque unus ex omnibus [h] eo
proelio bene rem geſſit, ſolus cum ſua [i] quadriremi victrice periit.
1 XXVI. Sub [k] idem tempus Mithridates Pergamenus, [5] magnae nobili-

VARIAE LECTIONES.

a *Mărituma* Sc. *marina* L. pr. b *eſt* Edd. pp. c *deteriorem* Pet. e Gloſſa. d *eſt* Edd. pp. e *utraque* B. *claſſe* L. pr. *Cl. eſſet & conſl.* Lov. L. ſec. Edd. pp. f deeſt Pet. g *ſe tutabantur* L. ſec. Vaſc. M. h *qui eo* L. ſec. *Itaque qui* Grut. i *quadrireme* Pal. B. *perit* Pet. V. k *id* Edd. pp.

1. CLASSEM JUBET &c.] Petav. Scalig. Leid. pr. Voſſ. *unam claſſem*. Forſan ſcribendum *una* i. e. ſimul eodem quaſi momento. Hinc junctim *una pariterque* i. e. eodem tempore, & *ſimul* c. 69.

2. PRAEFICITUR TI. NERO. PROFICISCUNTUR] Neſcio unde factum, ut haec lectio in recentioribus editt. compareat, cum, quantum conſtat, ne unus quidem Codex ei faveat. MS. *Norv.* & edit. *Venet. praefecit huic Tib. Neronem*; *Beroald.* autem in praeſenti tempore *praeficit huic Tib. Neronem*: & ſic legendum. Mire vero corruptus eſt hic locus in editt. Rom. A. D. 1472. quae eum ſic exhibet *perfecit huic Tiberium, ne rationem proficiſcuntur*. Huic mendae ortum dedit nomen proprium: ejuſmodi ſane nomina ab imperitis Librariis ſaepiſſime temerantur. DAVIS. Cum Clarkio repoſui *praeficit huic Tib. Neronem*: uti eſt in Scalig. Leid. pr. Palat. Lovan. & Edd. Med. Vaſcoſ. Steph. aliiſque. *Praefecit huic Tib. Neronem* dant Voſſ. Petav. Bong. Leid. ſec. & Edd. Florent. Gryph. aliaeque. Vulgata eſt ab Aldo, quem Manut. Scaliger & reliqui ſunt ſecuti.

3. NULLA ETIAM PARUM] Sic Urſinus e ſuo Codice reſtituit, & confirmant mei omnes praeter Lovan. qui cum ante Editis ſine *nulla* habet *parum etiam*, quarum ultimam voculam non agnoſcit etiam R. Steph.. Senſus erit. *Nulla erat dimicatio feliciter, immo nulla parum feliciter confecta*. Alioquin *nulla* ſecundo loco abundaret. Si enim nulla dimicatio ſine eo confecta erat, certe etiam nulla parum feliciter erat facta. Dein *proſequebatur*, ut primus edidit Scaliger, eſt in Petav. Scal. & Voſſ. Reliqui *perſequebatur* cum Edd. Vett. exhibent, quippe Fortuna jam inimica erat. Vide tamen ad l. v. c. 9.

4. ILLIC TR. H. PERFORASSET AC DEMERSISSET.] MSS. Petav. Scal. Palat Lovan. Leid. pr. Voſſ. & Urſin. dant *illi perforaſſent ac demerſiſſent.* At Leid. ſec. *Illi perforaſſet ac demerſiſſet.* Optime, ni fallor. *Illi* adverbium eſt pro illic, illa parte; ut ſaepiſſime Plautus ac Terentius ſunt locuti. Vide eorum Commentatores, ac Victor. ad Cicer. l. VI. ad Fam. Ep. 20. Apul. l. IV. p. 72. ubi male Florid. edi curavit *iſtic* & *illic.*

5. MAGNAE NOBILITATIS DOMI] *Aldus Manutius* confidenter admodum reponit *magnae nobilitatis homo*, aitque *non enim tantum nobilitas nobiſcum domi eſt.* Ita tamen loquuntur praeſtantiſſimi ſcriptores. *Caeſar* l. I. B. C. c. XXXIV. *Praemiſſos etiam legatos Maſſilienſes, domi nobiles adoleſcentes.* Sic quidem editt. nuperae, at contra Codicum manuariorum fidem, ut illic monui; quare hoc contra *Manutium* teſtimonio non nitar. At firmum erit illud *Salluſtii* Catil. c. XVII. *Ad hoc, multi ex coloniis & municipiis*, domi nobiles. Sic & *Juſtinus* l. V. cap. IX, 6. *Erat inter exules Thraſybulus, vir ſtrenuus &* domi nobilis. Quis igitur non videt ſanam eſſe lectionem receptam? DAVIS. *Magnae nobilitatis* domi.) Aldus Manutius emendat; (*magnae nobilitatis* homo.) Sed Daviſius, allatis exemplis, probam eſſe iſtam locutionem, (*magnae nobilitatis* domi,) oſtendit. Verum & alia ratio eſt, quamobrem

tatis domi, ſcientiaeque in bello, & virtutis, fidei dignitatiſque in amici-
tia Caeſaris, [a] miſſus in Syriam Ciliciamque [b] initio belli Alexandrini ad
auxilia [c] arceſſenda, [1] cum magnis copiis, quas celeriter & propenſiſſima
[d] civitatum voluntate, & ſua diligentia confecerat, itinere pedeſtri, quo
conjungitur Aegyptus Syriae, Peluſium [e] adducit: idque oppidum firmo 2
praeſidio [2] occupatum [f] Achillae propter obportunitatem loci, (namque
tota Aegyptus [3] maritimo acceſſu Pharo, [g] pedeſtri Peluſio, velut clauſtris,
munita exiſtimatur) repente [h] magnis circumdatum copiis, multiplici prae-
ſidio [i] pertinaciter propugnantibus, & copiarum magnitudine, quas in-
tegras vulneratis defeſſiſque ſubjiciebat, & perſeverantia conſtantiaque ob-
pugnandi, quo [k] die eſt adgreſſus, in ſuam redegit poteſtatem, praeſi-
diumque ibi ſuum conlocavit. Inde, re bene geſta, [l] Alexandriam ad Cae- 3
ſarem contendit, [m] omneſque eas regiones, per quas iter faciebat, aucto-
ritate ea, quae plerumque [4] adeſt victori, pacarat, atque in amicitiam Cae-
ſaris redegerat.

XXVII. Locus eſt fere regionum illarum nobiliſſimus non [n] ita longe 1
ab Alexandria, qui nominatur Delta, quod nomen [o] a ſimilitudine litterae 2
[a] cepit:

VARIAE LECTIONES.

a *Miſſis* Pet. L. pr. b *initi* L. pr. *in initio* Lov. c *arceſſienda* Lov. d *civitatium* Scal. V. ad l. IV. c. 3. paullo ante *inpenſiſſima* V. L. ſec. e vulgo *adduxit*. f vulgo *ab Achilla*. g *pedeſtrique* MSS. 3. tum *caſtris* Lov. Pal. L. ſec. Edd. pp. inepte h deeſt L. pr. i *tenaciter* Pal. *pugnantib.* L. pr. k *dies* Lov. l *Alexandream* hic & infra & c. 32. Sc. ut alibi; & in numis. deeſt Lov. Edd. pp. m *omnes eas* Lov. n deeſt Leidd. Lov. male. o *ad ſimilitudinem*. B.

vulgata Lectio mutari omnino non debeat: Ex ea nimirum pendet elegantiſſima Antitheſis; *Magnae nobilitatis* domi, *ſcientiae & virtutis* in bello, *fidei dignitatiſque* in amicitia Caeſaris, *&c.* CLARK.

1. MAGNAS COPIAS —— ADDUXIT:] Ita ex MS. Regio reſtitui. Al. (cum magnis copiis —— *adduxit.* Quam lectionem (quod mirum Editores omnes praetermiſiſſe,) neque Latinitas patitur, neque Senſus. CLARK. *Cum magnis copiis — Peluſium adduxit.*) Hoc ne Latinum quidem eſt, ut recte monuit *Clarkius*; quapropter vir ille doctus ex MSto Regio correxit, *magnas copias —— Peluſium adduxit*; nec aliter emendavit *Lipſius*. Quin & *Gryphius* olim repraeſentarat, *magnas copias —— Peluſium adduxit.* Attamen cum vix eſt, ut Librarii in locutione tam nota deerrarint, ac *Lovan. Norvic. Beroald.* aliique Codd. exhibeant, *cum magnis copiis —— Peluſium adducit*, Hirtium reliquiſſe cenſeo, *cum magnis copiis — Peluſium advenit.* DAVIS. *Cur. ſec.* Jam olim Vaſcoſ. & R. Stephanus ediderunt *magnas copias adducit:* idque Ciacconius teſtatur eſſe in ſuo codice. Glandorpius contra conjecit legendum *contendit* ſeu *pervenit.* Certe ego quoque malim in verbo quaerere correctionem, cum voces *cum magnis copiis* ſanae videantur; licet etiam in Leid. ſec. ſit *cum magnas copias.* Sed MSS. omnes & Edd. Veteres habent *adducit:* Unde, niſi potius ſit ipſius Auctoris Anacoluthon, aptius verbum exſculpendum videtur, quam fecerunt adhuc viri docti. *Adivit*, *occluſit* nondum placent.

2. OCCUPATUM AB ACHILLA] MSS. Elienſ. & Voſſii, (*occupatum* Achillae.) CLARK. Ita reſtitui Hirtio; cum *Achillae* exhibeant quoque Petav. Scalig. & Leid. pr. At Leid. ſec. cum Palat. *occupaverat Achillas:* quod ex interpretatione natum. *Achillae* tamen ſumo in Genitivo, ut a *praeſidio* regatur.

3. MARITIMO ACCESSU PHARO, PEDESTRI PELUSIO] *Pedeſtre* hic *maritimo* opponitur, & idem notat ac *terreſtre.* Sic *Caeſar* l. II. B. C. c. XXXII. *Ut neque* pedeſtri *itinere*, *neque* navibus *commeatu juvari poſſent.* *Corn. Nepos* Ageſ. c. II, 1. *Fama exierat Artaxerxem comparare claſſem pedeſtreſque exercitus, quos in Graeciam mitteret.* Vide & Hannib. c. XI, 6. ac *J. F. Gronovium* ad *Livii* l. XXXVII. c. LII. DAVIS. Conſule Clark. ad l. II. B. Civ. c. 21. & infra ad c. 33.

4. ADEST VICTORI, PACARAT] Acute, nec inepte MS. Brantii, Lovan. & Leid. ſec. habent

 victo-

[a] cepit: nam pars quaedam fluminis Nili, [1] mire derivata inter ſe duobus
[b] itineribus, paullatim medium inter ſe ſpatium relinquens, diverſiſſimo
3 ad litus intervallo [2] mari [c] conjungitur. Cui loco quum adpropinquare Mi-
thridaten Rex cognoviſſet, & tranſeundum ei flumen ſciret; magnas ad-
verſus eum copias miſit, quibus vel ſuperari delerique Mithridaten, vel
4 ſine dubio retineri poſſe credebat. Quemadmodum [d] autem optabat eum
5 vinci; ſic ſatis habebat, intercluſum a Caeſare, a ſe retineri. Quae primae
copiae flumen [e] a Delta tranſire, & Mithridati occurrere potuerunt, proe-
lium commiſerunt, feſtinantes praeripere [f] ſubſequentibus victoriae ſocie-
6 tatem: quorum impetum Mithridates [3] magna cum prudentia, conſuetudi-
7 ne noſtra caſtris vallatis, ſuſtinuit: quum vero incaute atque inſolenter ſuc-
cedere eos munitionibus videret; eruptione [g] undique facta, magnum nu-
merum [h] eorum [4] interfecit. [i] Quod niſi locorum notitia reliqui ſe texiſ-
ſent,

VARIAE LECTIONES.

a *Accepit* L. pr. Lov. b deeſt Lov. c vulgo *a mari. adjungitur* Edd. pp. d *ante* V. dein pro *intercl. a l.* Lov. *interdum ſummam Caeſaris.* e *ad* Lov. Pal. L. ſec. f *ſubſequentis* Pal. L. ſec. g. deeſt V. h Abeſt Edd. pp. vulgo *interficit.* i *&* B. L. ſec.

victoriae. Dein *pacarat* inveni in ſolo MS. Voſſiano, quod ante Scaligerum jam exhibuerunt Vaſcoſ. Steph. Gryph. poſt. Stradae. Ceteri MSS. tam aliorum quam mei & Edd. Vett. *placarat.* Quod malit Gruterus. Sed frequenter *pacare* in MSS. abiit in τὸ *placare.* Adi Cel. Drak. ad Silium l. II. vſ. 483. & alios.

1. MIRE DERIVATA INTER SE] In ſua editione primam vocem uncinis cinxit *Joſ. Scaliger.* Et ſane quid miri eſt inſulas in mediis fluminibus comparere? Cum igitur ea vox a MSto *Norvic.* & editt. *Rom. Venet. Beroald.* exſulet, ego plane delendam cenſeo, ut inepti hominis additamentum. DAVIS. Mire *derivata*) Vocem (*mire*,) in quibuſdam Codicibus omiſſam, delendam exiſtimant Scaliger & Daviſius, ut *inepti hominis additamentum. Quid enim* (inquit hic) *MIRI eſt, inſulas in mediis fluminibus comparere?* Ego, retinendam omnino exiſtimo: Non enim *id* Hirtio mirum, *inſulam in medio flumine comparere*; ſed flumen ita *derivatum inter ſe duobus itineribus paullatim*, ut *ſimilitudinem litterae* Δ accurate efficiat. CLARK. Vocem *mire* non agnoſcunt Pet. Palat. Leid. pr. Scal. Lov. Edd. primae, Vaſc. Gryph. Steph. Aldus tamen jam habet eam, & exſtat in Bong. Voſſ. Leid. ſec. & aliis. Suſpecta tamen mihi eſt, immo puto optime emendaſſe doctiſſ. Waſſium ad Salluſt. B. Jug. p. 448. a *Myride* ſeu *Moeride*, lacu; vel, minore mutatione, *Myrie* ſeu *Moerie.* Inde enim incipit fiſſura Nili. Conſule omnino Geographos. Plin. l. V. c. 9. Herod. l. II. c. 13. ubi olim Μύριος. at Μοίριος e Mediceo Codice reſtituit Gronovius: ſed Μύριος ſcribitur apud Diodor. Sicul. l. I, p. 46. Ed. Rhodom. pro frequenti permutatione τῶν οι & υ. Et hinc forſan praepoſitio *a* decidit ad inferius *a mari*; ubi bene Glandorpius & Ciacconius abundare eam viderunt, & Clarkius eam cum MS. Elienſi ex Daviſii monito ejecit. *A* ſuperfluum illic eſſe adverterat quoque Gruterus, & uncis incluſerat Scaliger. Immo abeſt quoque ab optimo Cod. Leid. pr.

2. MARI CONJUNGITUR.] Ita Ciacconius recte, ex conjectura; & Daviſius ex MS. Elienſ. Vulgg. (*a mari.*) CLARK.

3. MAGNA CUM PRUDENTIA] Codex *Ciaccon.* poſt has voces addit *conſtantiaque militum*; MS. autem *Norvic.* cum aliis nonnullis, *conſtantiaque virtutum, & Alexandrinorum imprudentia.* Illa quidem verba, ut opinor, e margine in textum ſunt adſcita, quorum Gloſſematum exempla ſuppeditabunt not. ad l. II. B. G. c. XXXIII. & l. III. B. C. c. I. DAVIS. MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii addunt *m. c. pr.* conſtantiaque virtutum. Ut forte legi poſſit, *magna cum prudentia conſtantiaque MILITUM.* CLARK. Non ſolum *conſtantiaque virtutum*, ſed etiam *& Alexandrinorum imprudentia* addunt MSS. Cujac. Petav. Leidd. Scalig. & omnes, praeter Lov. ſi excerptis credendum: uti & Codices a Vaſcoſano inſpecti. Niſi Gloſſam credas, quod ego nequaquam auſim pro certo ſtatuere, malim potius emendare *conſtantiaque virium*, quamquam *militum* ſit in Ciacconii MS.

4. INTERFECIT] Ita ex MSS. Reg. & Elienſ. & Edit. Rom. reſtitui, poſtulante Temporum ratione. Al. minus recte *interficit.* CLARK. Legendum *interfecit*, ut ex ſuis Codicibus monuit

Clar-

ſent, partimque in [a] naves, quibus flumen tranſierant, recepiſſent, funditus deleti eſſent: qui ut [b] paullulum ab illo timore ſe [c] recrearunt, adjunctis iis, qui ſubſequebantur, rurſus [d] obpugnare Mithridaten coeperunt.

XXVIII. Mittitur a Mithridate nuncius Caeſari, qui rem geſtam per- 1
ferret. Cognoſcit ex ſuis eadem [e] haec accidiſſe Rex. [f] Ita paene ſub idem
tempus & rex ad obprimendum Mithridaten proficiſcitur, & Caeſar ad
recipiendum. [g] Celeriore fluminis Nili navigatione rex eſt uſus, [1] in qua 2
magnam & paratam claſſem habebat. Caeſar eodem itinere uti noluit, ne
navibus in [h] flumine dimicaret: ſed, [i] circumvectus eo mari, quod Africae partis eſſe dicitur, ſicuti ſupra demonſtravimus, prius tamen [k] regis
copiis occurrit, quam is Mithridaten adgredi poſſet, eumque ad ſe victorem incolumi exercitu [l] recepit. [2] Conſederat cum copiis rex loco, natura 3
munito, quod erat ipſe excelſior, [m] planitie ex omnibus partibus ſubjecta:
tribus autem ex lateribus variis genere munitionibus tegebatur. Unum la- 4
tus erat [n] adjectum flumini Nilo; alterum editiſſimo loco ductum, [o] ut partem caſtrorum obtineret; tertium palude cingebatur.

XXIX. Inter caſtra [p] Regis & Caeſaris iter, flumen intercedebat angu- 1
ſtum, altiſſimis ripis, quod in Nilum [q] influebat: aberat autem [r] ab Regis
caſtris milia paſſuum circiter VII. Rex, quum hoc [s] itinere venire Caeſarem 2
comperiſſet, equitatum omnem, expeditoſque delectos pedites ad [t] id flumen miſit, qui tranſitu Caeſarem prohiberent, & eminus ex ripis proelium
inpar inirent; nullum [v] enim proceſſum virtus habebat, aut periculum i- 3
gnavia ſubibat: quae res incendit dolore milites equiteſque noſtros; quod

VARIAE LECTIONES.

a *Navibus* Pal. b *paullum* Pet. L. pr. Ed. Steph. c *recreare* V. *adjuncti* Sc. L. pr. d Sic MSS. non *M. op.* e deeſt L. pr. male. *haec eadem* Pet. B. Edd. pp. V. ad l. II. B. G. 6. f *Itaque* L. pr. g *celeriori* Lov. L. ſec. Edd. R. M. h *fluminibus* V. i *c. eſt* Pet. Sc. Lov. Pal. Leidd. bene, ſi ante *prius* majorem diſtinctionem ponas. *circum evectus* Lov. *circumventus* Pal. k *regiis* V. B. l *recipit* Pet. m al. *planitia* vel *planities*. n *objectum* B. V. Edd. Fl. Vaſc. St. Gr. poſt. Strad. *flumine* Pal. *Nili* L. ſec. V. ad l. III. B. G. 9. o *in p. c. obtinebat* Lov. Pal. Edd. pp. p deeſt Sc. L. pr. Pet. V. *inter caſtra Caeſaris fl.* Pal. L. ſec. q *effl.* Lov. Edd. pp. ſed V. ad l. III. B. G. c. 9. r *a c. R.* MSS. plerique. *Regiis* V. dein *mille paſſibus & VII* Lov. s *in itin.* Pal. *venire* abeſt a Lov. t deeſt B. v *autem* L. ſec.

Clarkius, nec aliter olim *Gryphius* ediderat. Quin & *Pet.* ac *Bongarſ.* tert. ita repraeſentant. DAVIS. *Cuſ. ſec.* MStorum auctoritas magis me movit, ut *interfecit* reſcripſerim, quam temporum ratio; de qua ſupra ſaepius monui. *Interfecit* etiam dant Scal. Leidenſes, Edd. primae Vaſc. Steph. & aliae.

1. IN QUA MAGNAM ET PARATAM] Sic edidit *Joſ. Scaliger*, quem ſecuti ſunt recentiores, ac ita ſane exhibent editt. *Rom. Venet. Beroald.* At MS. *Norvic.* & editt. *Steph. in quo magnam & paratam.* Atque ita ſine dubio legendum: *pronomen* enim ad voces *fluminis Nili* eſt referendum. DAVIS. *In quo.* Sic reſtituendum vidit Daviſius ex MS. Elienſi, quocum facit MS. Regius. Editi perperam habent *in qua.* Non enim *in navigatione*, ſed *flumine* paratam habebat claſſem Rex. CLARK. *In quo* etiam eſt in Palat. & Leid. ſec. ac Vaſcoſ. Steph. & Gryph. poſt. Edd. Non auſus ſum tamen mutare. Si enim *paratam* capias pro *bene inſtructam* ad pugnandum, *qua* facile retineri poteſt. In qua navigatione ſeu expeditione habebat rex claſſem magnam & pugnae paratam.

2. CONSEDERAT.] Bene Voſſian. & Leid. pr. a manu prima *conſiderat.* Vide ad l. VIII. c. 32. Dein *planitie* repoſui, auctoribus MSS. meis omnibus aliorumque, niſi quod in Lovan. Leid. ſec. & Palat. cum Edd. pleriſque vett. ſit *planities*: ſed *planitie* jam habent Vaſc. Steph. Gryph.

4 tam [a] diu pari proelio cum Alexandrinis [b] certaretur. Itaque eodem tem-
pore equites Germani diſperſi vada [c] fluminis quaerentes, [1] partim demiſ-
ſioribus ripis flumen [d] tranſnarunt; & legionarii, [2] magnis arboribus exci-
ſis, quae longitudine utramque ripam [e] contingerent, projectis, repentino-
5 que aggere injecto, flumen tranſierunt: quorum inpetum adeo pertimuerunt
hoſtes, ut in [f] fuga ſpem ſalutis conlocarent. Sed id fruſtra: namque ex ea fu-
ga pauci ad regem refugerunt, paene omni reliqua multitudine interfecta.
1 XXX. Caeſar, re [g] praeclariſſime geſta, quum ſubitum adventum ſuum
judicaret, magnum terrorem Alexandrinis injecturum, protinus victor ad
2 [h] caſtra regis pertendit. Haec quum & opere magno vallata, & loci natu-
ra munita [3] adverteret, confertamque armatorum multitudinem [i] conlo-
catam in vallo videret, laſſos itinere, [k] ac proeliando milites ad obpugnan-
da caſtra ſuccedere noluit; itaque, non magno intervallo relicto ab hoſte,
3 caſtra poſuit. Poſtero die caſtellum, quod rex in proximo [l] vico non lon-
ge a ſuis caſtris [m] munierat, [4] brachiiſque cum opere caſtrorum conjunxe-
rat,

VARIAE LECTIONES.

a *Diſpari* L. ſec. b *decertarent* L. pr. *certarent* L. ſec. Edd. Vaſc. Gr. poſt. Steph. Str. c *fluminum* Pet. L pr. V. d *tranatarunt* Lov. L. ſec. Edd. R. M. V. ad l. I. B. G. 53. e *contingere poſſent* Lov. L. ſec. *que* deeſt iiſdem & Pal. f *fugam* Lov. g *clar.* B. V. h Ita MSS. meliores & plerique, non r. c. *contendit* Pet. Pal. Lov. Edd. pp. Vaſc. Steph. & aliae. i *collocatamque* Edd. R. M. V k *ac pr.* deſunt L. pr. & *relicto* a Voſſ. l *loco* Edd. R. M. m Sic MSS. mei o. & Edd. pp. non *muniverat.*

poſter. & alii. *planitia* Scaliger cum Urſino ex ejus codice recepit, & poſt eum reliqui. Adi ad l. I. B. Civ. c. 43. Paullo poſt pro *genere* in Cujac. Petav. Scalig. Leid. pr. & Voſſ. eſt *generum:* unde videtur aliud quid latere; niſi velis ad Hypallagen recurrere pro *variis generibus munitionum.* de qua vide ad l. IV. c. 25.

1. PARTIM &c.] Manutius legendum contendit *raptim.* Forſan quia credidit, hanc voculam ſemel poni non poſſe, ſed iterum ſubjungi debere *partim.* Verum hoc non opus eſt. Vult, Germanorum partem aliquam per vada flumen tranſiſſe, partem tranaſſe; ubi demiſſiores erant ripae: Nec obſtet, quod ſemel modo ponatur *partim.* Vide quae notavimus ad l. VIII. c. 5. *In tecta partim Gallorum, partim quae conjectis ſtramentis* &c. ubi in MSS. nonnullis etiam primo loco deeſt *partim.* Cicero lib. II. in Verr. c. 65. *Statuae in locis publicis poſitae, partim etiam in aedibus ſacris.* Vide ibi Lambinum; Cort. ad Sall. B. Cat. 50. *partim exquirebant duces.* & Cel. Burm. ad Quinctil. Decl. X, 17. *partim aut doloribus affici aut ſenectute diſſolvi.* Adde Hirtium rurſus B. Afric. c. 62. *militibus, paſſimque in litore vagantibus, partim in oppidum progreſſis.* Adde B. Hiſpan. c. 3. 34, 37.

2. MAGNIS ARBORIBUS, EXCISIS —— PROJECTIS,] Codices nonnulli (*& projectis.*) Sed minus eleganter. Uſurpatur enim praecedens (*excisis*,) non ut *Participium*, ſed ut *Adjectivum.* Similis conſtructio ſupra lib. III. c. 10. (*Neque ante proelium, in Theſſalia factum, cognitum &c.*) CLARK. Hoc eodem Capite: *Expeditos delectos pedites.* & ita ſaepe Hirtius. V. c. 74, 75. Nihilominus, ſi MSS. addicerent, mallem hoc loco cum Ciacconio delere vocem *excisis* · quod certe ſatis ſubintelligitur: quum arbores ſuper flumine projicere non potuerunt; niſi prius excidiſſent. Alioqui lectio *& projectis*, quam propugnat Brant. e ſuo codice, & confirmant Lovan. Palat. ac Leid. ſec. magis placet, ſi *exciſis* poſt *contingerent* poneretur. B. Civ. l. II. c. 15. *Omnibus arboribus longe lateque in finibus M. exciſis & convectis.*

3. ADVERTERET] Pet. Palat. Bong. Leid. ſec. Voſſ. Ed. Beroaldi *animadverteret.* Rectius Scal. *animum adverteret*: quod & hic fere repoſuiſſem, ut innumeris horum commentariorum locis: & ſtatim c. ſeq. Conſule ad l. I. B. G. c. 23. Sed cum Leid. pr. & Lovan. retineant ſimplex *adverteret*, cautius eſſe duxi, vulgato, quod aeque probum eſt, acquieſcere. Vide ad l. IV. B. G. 26. Praeſertim cum *advertere* amaſſe videatur Hirtius. Adi etiam ad l. VIII. c. 16. *Vix partes adverterent equorum:* ubi vulgo etiam *animad.*

4. BRACHIISQUE CUM OPERE CASTRORUM CONJUNXERAT] *Brachia* hic μεταφορικῶς, pro curvis munitionibus in brachiorum humanorum ſimilitudi-

rat, vici obtinendi cauſſa, Caeſar adgreſſus omnibus copiis, expugnat;
non quo, id minori numero militum [a] conſequi, difficile [b] factu putaret;
ſed ut ab ea victoria, perterritis Alexandrinis, protinus caſtra regis obpu-
gnaret. Itaque eo curſu, quo refugientes Alexandrinos ex caſtello in ca- 4
ſtra ſunt milites inſecuti, munitionibus ſucceſſerunt, acerrimeque eminus
proeliari coeperunt. Duabus ex partibus [1] aditus [c] obpugnationis noſtris 5
dabatur; una, [d] quam liberum acceſſum habere demonſtravi; altera, quae
mediocre intervallum inter caſtra & flumen Nilum habebat. Maxima & 6
electiſſima Alexandrinorum multitudo defendebat eam partem, quae fa-
cillimum aditum habebat: plurimum autem [2] proficiebant [e] in repellendis 7
[f] vulnerandiſque noſtris, qui [3] regione fluminis Nili propugnabant; diver-
ſis enim telis noſtri figebantur, adverſi ex vallo caſtrorum, [g] averſi ex flumi-
ne, in quo multae naves, inſtructae funditoribus & ſagittariis, noſtros in-
pugnabant.

XXXI. Caeſar, quum videret, milites acrius proeliari non poſſe, nec 1
[a] tamen

VARIAE LECTIONES.

a Delet Urſ. *minore* MSS. & Edd. qdd. b *factum* L. pr. V. ad l. IV. B. G. 30. c *obpugnationibus* Edd. qdd. d *qua* L. ſec. Pal. Edd. qdd. ut & *haberi*. e vulgo additur *hoſtes*. & *in regione*. f *vulneratique noſtri* Lov. g MSS. mei *merſi*, vel *merſique flum. averſique* Edd. qdd. *in fl.* Pet. B.

tudinem formatis accipi videntur, ut in illo *Virgilii* l. III. Aen. vſ. 535.

—— gemino demittunt brachia muro
Turriti ſcopuli ——

Quod *Donatus* ita exponit, *cautes ſunt in formam brachiorum*. Rhellican. Vide *Broukhuſium* ad *Propertii* l. III. Eleg. XX. 24. & *J. Lipſium* Pol. lib. II. Dial. II. DAVIS. Adde Cellar. & notata ad Front. III, 17. 5. *brachiis ab latere ductis*. Sic & B. Afric. c. 38, 49, 51. Daviſ. ad B. Hiſp. c. 13. Porro pro *conjunxerat* Codex Bong. habet *Commiſerat*: cujus verbi vulgatum videtur Gloſſa. *Committere* pro *conjungere* propria & elegans eſt locutio; ut notum, praeſertim apud poetas, ſed & alios. Frontin. l. III. c. 13. §. 6. *Utres duabus regulis inter ſe diſtantibus commiſerat*. Paullo poſt *quo* in *quod* tacite rurſus in ſua editione mutavit Clarkius. atque ita fateor eſſe tum in aliorum, tum in MSS. meis, vel *quod min.* & Edd. Vett. praeter Aldin. quam Manut. Plantin. Scaliger & ceteri ſequuti ſunt. Solus tamen, qui inſtar omnium eſt, Petavianus exhibet *quo*, i. e. quia, quod, unde id ubivis fere ſubſtitutum eſt. Adi ad l. I. B. G. c. 51. *Quo minus valebat*.

1. ADITUS OPPUGNATIONIBUS NOSTRIS DABATUR] MS. *Norvic.* repraeſentat *aditus expugnationis*: editt. *Rom.* & *Ven. aditus oppugnationis*, & ſic legendum arbitror. Eodem modo *Caeſar* l. V. B. G. c. XLI. *ſermonis aditum*, & l. I. B. C. c. LXXIV. *aditum commendationis* dicit. DAVIS. Oppugnationis *noſtris dabatur.*) Edidit Daviſius, (*aditus* oppugnationibus *noſtris dabatur*:) Annotat autem, ex MSS. & Editt. Vett. legi debere, *oppugnationis*. In Editione nimirum Jungermanni, errore typographico impreſſum fuit, *oppugnationibus*: Scaliger autem, quem ſecutus eſt Jungermannus, ediderat, *oppugnationis*; Quod & in aliis, tam recens quam olim editis, reperire eſt. CLARK.

2. PROFICIEBANT HOSTES] Ultima vox deeſt in Petav. Scalig. Leid. pr. Voſſ. Bong. ac Lov. qui habet *proficiebat*. Ex qua ſcriptura patet, cur *hoſtes* inculcarint librarii, quia putarunt vocibus *multitudo defendebat* non convenire pluralem numerum. At vide tu dicta ad l. VI. c. XI. *Quiſque patitur; neque aliter ſi faciant*. Vide etiam ſtatim c. 32. & B. Afric. c. 6. *erupit multitudo, & caſtra occupant: & inſequi coeperunt*, Ovid. Met. V, 307. *turba venit, & committunt*. Ceterum in iiſdem MSS. non comparet vocula *autem*; quae etiam non multum facit ad ſenſus claritatem.

3. IN REGIONE FLUMINIS NILI] In Lovan. ac Palat. exaratur *qui regionem*. Sed Petav. Scalig. Bong. Leid. pr. Voſſ. habent *qui regione*, i. e. parte; bene omnino. Sic ſine praepoſitione amant dicere *regione*. Vide Barth. ad Claudian. in Rufin. vs. 241. Burm. ad Suet. Jul. c. 39. *regione Martii campi*; & Drak. ad Liv. l. III. 66. *Regione portae Eſquilinae acceſſere*. Apulej. l. III. Met. p. 49. *manum regione lateris tendentes*, ut legendum eſt. Melius eſſet hoc ſenſu *a reg.*, quam *in reg. Recta regione* pro recto tramite, recto ductu ſaepe occur-

[a] tamen multum profici propter locorum difficultatem; quumque [b] animum
adverteret, excelſiſſimum locum caſtrorum relictum eſſe ab Alexandrinis;
quod & per ſe munitus eſſet, & ſtudio partim pugnandi, partim ſpectan-
di, [c] decucurriſſent in eum locum, in quo pugnabatur; cohortes [d] illo cir-
cuire caſtra, & ſummum locum adgredi, juſſit, iiſque [1] Carſulenum [e] prae-
fecit, & animi magnitudine, & rei militaris ſcientia [f] virum praeſtantem.
2 Quo ut ventum eſt, paucis defendentibus munitionem, noſtris contra mi-
litibus acerrime pugnantibus, diverſo clamore & proelio perterriti Alex-
andrini, trepidantes [2] in omnes partes [g] caſtrorum diſcurrere coeperunt:
3 quorum [h] perturbatione noſtrorum animi adeo ſunt incitati, ut paene eo-
dem tempore ex omnibus partibus, primi tamen editiſſimum locum caſtro-
rum caperent: ex quo decurrentes magnam multitudinem hoſtium in ca-
4 ſtris interfecerunt. Quod periculum plerique [i] Alexandrini fugientes, a-
cervatim ſe [k] de vallo praecipitaverunt in eam partem, quae [l] flumini
5 erat adjuncta. Horum primis, in ipſa foſſa munitionis, [3] magna [m] ruina ob-
6 preſſis, ceteri faciliorem fugam habuerunt. Conſtat fugiſſe ex caſtris Re-
gem ipſum, receptumque in navem, [4] multitudine eorum, qui ad proxi-
mas naves adnatabant, demerſo [n] navigio, periiſſe.

1 XXXII. Re feliciſſime [o] celerrimeque geſta, Caeſar, magnae victoriae fiducia

VARIAE LECTIONES.

a deeſt L. pr. b *etiam an.* L. ſec. Pal. *Animadv.* MSS. 4. & Edd. qdd. ſed V. C. praec. & Brant. dein *& exc. l. c. r. ea. A. videret* Lov. Ed. Rom. c *decurr.* Lov. Pal. B. L. ſec. Edd. pp. aliaeque, ſed V. ad l. II. B. G. 19. d Ita etiam Celſus. *III* Faern. *circumire* MSS. & Edd. qdd. Mox vulgo *Carſulen.* e *praefi.it* Pal. f deeſt Lov. L. ſec. Pal. g vulgo deeſt *caſtrorum.* h *in pert.* L. ſec. V. qui caret *noſtror.* i *Alexandrinorum* L. pr. k deeſt L. ſec. *praecipitarunt* MSS. 3. l *flumen* V. m vulgo *vi*, atque *&* *mult.* n *remigio* L. ſec. o *celeriterque* L. pr. *magna v.* Ciaccon.

occurrit. Vide Urſin. & Ciacc. ad l. VI, 25.

1. CARSULENUM] Sic quidem Aldus, Manut. Plantin. Scalig. & ſeqq. ediderunt: at vero priores habent, & alii *Carſulenum*, quod confirmatum a MSS. meis omnibus adeo reſtitui: ſic enim alibi hic homo vocatur. Conſule Gland.

2. IN OMNES PARTES DISCURRERE COEPERUNT] Repono, *in omnes partes* caſtrorum *diſcurrere coeperunt*, non ſolum ex editt. *Rom. Ven. Beroald.* verum etiam ex Manuſcripto *Norv.* aliiſque: *Hirtius* enim, non minus ac *Caeſar*, perſpicuitatis eſt ſtudioſus. DAVIS. Bene eam vocem jam reſtituit Clarkius: quippe agnoſcunt MSS. ad unum omnes, & Edd. primae. Paullo poſt *in caſtris* aberat ab iiſdem editis nempe Aldi, Vaſcoſ. Gryph. Steph. Plantin. immo etiam a primis Edd. Sed Urſinus *in caſtris* e ſuo reſtituit Codice: atque exaratur in meis omnibus.

3. MAGNA VI OPPRESSIS] MSS. *Ciacc.* & *Norvic.* habent *magna ruina oppreſſis*, & eo ſane probabilior eſt haec lectio, quod noſter hujuſce libri cap. LXXVI. eodem loquendi modo ſit uſus. Proprie; ſiquidem *ruere eſt toto corpore uti ad impellendum, quod faciunt, qui ipſi praecipites alios proſternunt*, ut teſtatur *Donatus* ad *Terentii* Adelph. Act. III. Sc. II, 21. DAVIS. *Ruina.* Ita Daviſius ex MSS. Ciacconii & Elienſi (quibus ſuffragantur MSS. Reg. & Voſſ.) reponendum vidit. Sic enim & infra c. 76. *Parim ſuorum* ruina *oppreſſis.* In vulgatis eſt *magna vi oppr.* CLARK. Nihil verius eſt, quam reſcribendum *ruina*; ſic enim exhibent 4. Codices Goduini, & mei ad unum omnes, cum Vaſc. margine & Ed. R. Stephan. Adpoſite Liv. l. IV. c. 46. *in ruina majore quam fuga obpreſſi ſunt.* Dictys Cret. l. II. c. 43. *Quum ſuper alium alius ruinae modo praecipitarentur.* Statim item delevi *&* ante *multitudine*, auctoribus MSS. Elienſi, Petav. Scal. Leidenſ. pr. Voſſ. & Edd. Vaſcoſ. Steph. Strad. Gryph. poſt. Fruſtra ergo eam copulam defendit Clarkius. *multitudineque* Bong. & Leid. ſec. habet.

4. ET MULTITUDINE EORUM] Prima vocula ſenſum turbat, quapropter ex fide MSti *Norv.* omnino eſt delenda. DAVIS. Fallitur Daviſius.

Aeque

ſiducia proximo terreſtri itinere Alexandriam cum equitibus contendit;
atque [a] ea parte oppidi victor [1] introiit, quae praeſidio hoſtium tenebatur.
Neque eum conſilium [b] ſuum feſellit, quin hoſtes, eo proelio audito, nihil 2
jam de bello eſſent cogitaturi. Dignum adveniens fructum virtutis & ani-
mi [c] magnitudinis tulit: omnis enim multitudo oppidanorum, armis pro- 3
jectis, munitionibuſque ſuis relictis, [2] veſte ea ſumta, qua ſupplices [d] do-
minantes [e] deprecari conſueverunt, [f] ſacriſque omnibus [3] prolatis, quo-
rum religione precari obſenſos iratoſque animos regum erant ſoliti, adve-
nienti Caeſari occurrerunt, ſeque ei [g] dediderunt. Caeſar in fidem rece- 4
ptos conſolatus, per hoſtium munitiones in ſuam partem oppidi magna gra-
tulatione [h] venit ſuorum, qui non tantum bellum ipſum ac dimicationem,
ſed etiam talem adventum ejus felicem fuiſſe laetabantur.

XXXIII. Caeſar, Aegypto atque Alexandria potitus, reges conſtituit, 1
[i] quos Ptolemaeus teſtamento ſcripſerat, atque obteſtatus erat [k] populum
Romanum, ne mutarentur: nam majore ex duobus pueris [l] rege amiſſo, mi- 2
nori tranſdidit regnum, [m] majorique ex duabus [n] filiis Cleopatrae, quae
manſerat in fide, praeſidiiſque ejus. Minorem Arſinoën, cujus nomine 3
diu regnaſſe [o] inpotenter Ganymeden docuimus, deducere ex regno ſta-
tuit; ne qua rurſus nova diſſenſio, prius quam [p] diuturnitate [4] confirmaren-
tur

VARIAE LECTIONES.

a *Eam partem* Edd. qdd. *oppidi* deeſt Lov. b deeſt V. c *multitud.* Sc. L. pr. d *dominationes* L. pr. e abeſt Lov. *conſuerunt* Pet. V. *conſueverant* Pal. f *ſacris o.* L. pr. g *dederunt* V. h *ſuor. ven.* Edd. qdd. i *utq.* Cuj. Pet. Sc. L. pr. Lov. Edd. Ald. Gryph. Steph. Man. Plant. k *pater ne* L. pr. l *a regno pulſo* Lov. Vaſc. M. m *majori ex* MSS. 4. Edd. pp. aliaeque. n *filiabus* Leidd. B. a m. pr. Pet. a m. ſec. *filiae* Edd. Aldi Man. Plant. ſed vide ad l. III. B. Civ. 108. o *inpotentem* L. ſec. p deeſt L. ſec. *diuturnitatis* V.

Aeque enim Latine dicitur (*receptumque in navem — periſſe*) vel (*receptumque* (ſubintell. eſſe) *in navem*, *&* *periſſe*. CLARK. Copulam etiam neſcit *Petav.*, eamque *Gryphius* in ſua editione merito praetermiſit. DAVIS. *Cur. ſec.*

1. INTROIIT] Variant libri. *Introit* Pet. Voſſ. *introivit* Leid. ſec. Sed *intrat* Bong. & Leid. pr. *intravit* Lovan. Non male, nam cum ſexto caſu *intrare* conſtrui vidimus ad cap. 14. *eis qui intraſſent.*

2. VESTE EA SUMPTA, QUA SUPPLICES DOMINANTES DEPRECARI CONSUEVERUNT] Sordidatas veſtes intelligit, quales erant reorum; alias enim Romani albo veſtimento ſunt uſi, ut monet *J. Lipſius* Elect. l. I. c. XIII. licet ea de re nonnullae occurrant difficultates, quas vide apud *Oct. Ferrarium* de re veſt. l. I. cap. XXI. & XXII. Hoc eo melius convenit Alexandrinis, quod etiam Aegyptiorum indumenta fuerint alba. Adiri poterit *Herodotus* l. II. c. LXXXI. DAVIS.

3. PROLATIS] Edd. Rom. Med. Ven. *praelatis.* Recte. Vide in Obſ. Miſcell. ad Apuleji Metam. l. XI. p. 245. *potentiſſimorum deûm proferebant inſignes exuvias*: ubi MSS. meliores *praeferebant.* Adde B. Civ. II, 39. & paſſim: ſed etiam *pro* in Compoſitis aliquando ſenſum habet *τ̃* *prae.* conſule Sciopp. in Suſp. Lect. IV, 14. Ceterum facile accederem Manutio reſcribenti *placare* pro *precari*, ſi MSS. addicerent. Nunc vulgatum retineo.

4. CONFIRMARENTUR REGIS IMPERIA] In MSto *Norvic.* & editt. *Beroald.* eſt *confirmaretur Regis imperium.* Sed hoc parum refert. Illud quaerendum supereſt, quomodo *Regis* diceret *imperia*, cum Aegypti regnum minori Ptolemaei filio & Cleopatrae tradiderit. Omnino ſcribendum crediderim *confirmarentur regum imperia.* Sic paullo poſt: *Quo firmius eſſet eorum* regum *imperium*; licet editt. *Rom. Ven. Beroald.* ibi corrupte habeant *eorum regnum & imperium*, quippe editoribus latuit, *Reges* de Rege & regina poſſe uſurpari. Iterum: *Paucis diebus reges conſtituti. Caeſar* l. III. B. C. c. CVII. *Interim controverſias Re-*

gum

4 tur regis imperia, per homines ſeditioſos naſceretur. Legione veterana VI
ſecum [a] reducta, ceteras ibi [1] reliquit; [b] quo firmius eſſet eorum regum im-
perium: qui neque amorem ſuorum habere poterant, [c] quod fideliter [2] per-
manſerant in Caeſaris amicitia, neque [d] vetuſtatis auctoritatem, paucis die-
5 bus reges conſtituti: ſimul ad imperii noſtri dignitatem utilitatemque pu-
blicam pertinere exiſtimabat, ſi permanerent in fide [e] reges, praeſidiis eos
noſtris [f] eſſe tutos: & hos, ſi eſſent ingrati, poſſe iiſdem praeſidiis [g] coër-
6 ceri. Sic rebus omnibus confectis & [3] conlocatis, ipſe itinere terreſtri pro-
fectus eſt in Syriam.

1 XXXIV. Dum haec in Aegypto geruntur, rex Dejotarus ad Domi-
tium Calvinum, cui Caeſar Aſiam, finitimaſque [h] provincias adminiſtran-
das tranſdiderat, venit, oratum, ne Armeniam minorem, regnum ſuum,
neve Cappadociam, regnum [i] Ariobarzanis, poſſideri vaſtarique patere-

VARIAE LECTIONES. tur

a vulgo *deducta & relinquit.* b *quod* L. pr. *eorum* abeſt L. ſec. c *quo* Pal. L. ſec. d *veteratam* B. L. ſec. Vaſc. M. *veteratis* V. e *Caeſaris* L. ſec. *praeſidiiſque* Lov. L. ſec. Edd. pp. *pr. quoque* Pal. B. *praeſidio eos noſtros* L. pr. *pr. coerceri n. eos, ſi eſſ.* V. f *fore t.* Pal. B. L. ſec. *tutos* deeſt Pet. L. pr. Lov. V. *ut hos* Pet. Scal. L. pr. forte *at.* & abeſt B. g *terreri* V. h *ejus pr.* L. ſec. i *Aribarz.* L. pr.

gum *ad P. R. & ad ſe, quod eſſet conſul, pertinere exiſtimans.* Vide & ejuſdem libri c. CIX. DAVIS. Exiſtimo, cum doctiſſimo Daviſio, legendum, (*confirmarentur* Regum *imperia*,) ſcilicet Cleopatrae fratriſque ejus. Sic enim infra, *lin. ſec.* (*quo firmius eſſet eorum* Regum *imperium*;) & *lin.* 6. (*ſi permanerent in fide* Reges.) Vel, quoniam in nonnullis MSS. ſcriptum eſt, (confirmaretur *Regis* imperium;) fortaſſe legi poterit, (confirmaretur *Regum* imperium.) CLARK. Meam conjecturam *Pal.* Codex firmat. DAVIS. *Cur. ſec. Regum* jam edidit olim R. Stephanus. Ut paſſim regem & reginam vocari notiſſimum eſt. Verum majus ulcus latere puto. *Confirmaretur imperium* eſt in Leid. ſec. Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. Str. *confirmarentur Regis imperium* Bong. Voſſ. *Regi* Leid. pr. & Lovan. *Regni* Leid. ſec. At Petav. *regis imperio.* Puto ſcribendum *confirmarentur reges imperio*, ſive *in imperio. Regia imperia* conjecit Lipſius.

1. RELINQUIT] Ex MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii, legendum videtur *reliquit.* CLARK. Ita repoſui, jubentibus MSS. omnibus & Edd. primis, item Vaſ. Gryph. poſt. Steph. aliiſque. Verum amplius turbant MSS. Nam Petav. Bong. Voſſ. habent *legione ibi Veterana —— ceteras reliquit.* at Leidenſes, Palat. Lov. *Legiones ibi. Veterana* (*veteranas* Lov. Pal. Bong) *ceteras reliquit.* Nec male. Omnes vero, quod ſciam, ut & Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. Stradae, dant *Reducta.* Quod cur mutarint primi editores, neſcio. Praeſertim cum *deducere* praecedat. Dein *regnum & imperium* etiam eſt in MS. Lovan. & Edd. Mediol. Florent. at R. Stephanus tantum edidit *eorum regnum* ſcilicet ut vitaretur, credo, repetitio vocum *regum imperium.*

2. PERMANSERANT] MSS. Reg. & Voſſii *permanerent.* Neutra Lectio mala. CLARKE. Sed vulgata nititur MSS. vetuſtioribus, & ſequitur *ſi permanerent. Permanerent* etiam Palat. Bong. Leid. ſec. *permanſorunt* Lovan.

3. COLLOCATIS, IPSE ITINERE TERRESTRI] MS. *Norvic. Sic rebus omnibus confectis & collocatis penitus, itinere terreſtri:* editt. autem *Beroald. collocatis, ipſe itinere pedeſtri*, quae vera eſt lectio, altera autem ex Gloſſemate eſt nata. Infra cap. XLIV. *Partim claſſe per ſe, partim* pedeſtribus *copiis per barbaros. Corn. Nepos.* Alcib. c. VIII. 2. *Quod* pedeſtribus *copiis plus quam navibus valerent*; ubi vide quae notavit *Chr. Cellarius.* Sic etiam *Frontinus* Strateg. l. I. c. III, 6. *proelium pedeſtre* navali opponit. Adi etiam notata ad hujuſce libri c. XXVI. DAVIS. Recte vidit Daviſius ex Edit. Beroaldi legendum, (*itinere* pedeſtri.) Etenim in MS. Voſſii, ita plane ſcriptum eſt. Et, (uti ſupra eſt annotatum ad c. 26.) *iter pedeſtre* eſt *profectio Terra*; tam *equitum* quam *peditum.* Neque enim tantum *pedeſtres copiae*, apud bonos autores, *claſſi* opponuntur, (quod annotavit Daviſius;) ſed & *pedibus* eo quis ire dicitur, quo *terra* ſcilicet, non *mari* proficiſcitur. Supra, ad l. II. B. Civ. c. 21.; *Caeſar*, poſtquam *navibus* profectus fuiſſet *Tarraconem*, *PEDIBUS* deinceps (ſcil. *terreſtri* itinere) *Narbonem* atque inde

Maſſi-

tur a Pharnace: quo malo niſi liberarentur, [1] imperata [a] ſe facere, pecu-
niamque [b] promiſſam Caeſari non poſſe perſolvere. [2] Domitius, non tan- 2
tum ad explicandos ſumtus rei militaris quum pecuniam neceſſariam eſſe
judicaret; ſed etiam turpe populo Romano, & [c] Caeſari victori, ſibique [d] in-
fame eſſe ſtatueret, regna ſociorum atque amicorum ab externo rege occu-
pari, nuncios confeſtim ad Pharnacen miſit, Armenia Cappadociaque
decederet, neve, occupatione belli civilis, populi Romani jus [e] majeſtatem-
que tentaret. Hanc denunciationem quum majorem vim [f] habituram exiſti- 3
maret, ſi propius [g] eas regiones cum exercitu acceſſiſſet; ad legiones pro-
fectus, unam ex tribus, [h] triceſimam ſextam ſecum ducit, II in Aegyptum
ad Caeſarem mittit, litteris ejus [i] evocatas: quarum altera [k] in bello Alex-
andrino non occurrit; quod itinere terreſtri per Syriam erat miſſa. Adjun- 4
git Cn. Domitius legioni XXXVI duas [l] ab Dejotaro, quas ille diſciplina at-
que armatura noſtra complures annos conſtitutas habebat, equiteſque cen-
tum; totidemque ab Ariobarzane ſumit: mittit P. [m] Sextium ad C. [n] Plae- 5
torium quaeſtorem, ut legionem adduceret, quae [3] ex tumultuariis mili-
tibus in Ponto confecta erat; Quinctumque [4] Patiſium in Ciliciam ad au-
xilia arceſſenda. Quae copiae celeriter omnes juſſu Domitii [5] Comana [o]
convenerunt.*

VARIAE LECTIONES. XXXV.

a vulgo *ſibi* & *ſe perſ.* b deeſt L. pr. c *C. Caeſ.* Pet. L. pr. V. ad l. I. B. Civ. c. I. d *fama* Lov. *infamam* Pet. e *poteſt.* B. V. Vaſc. M. Ber. f *babere* Edd. R. M. V. g *ejus* Pal. h *& XXXVI* Lov. *ipſe* L. ſec. *XXXVI ipſe* Edd. Vaſc. Gr. poſt. Steph. Str. i *voc.* Lov. k deeſt Lov. L. ſec. & 2. God. qui probat. l ita MSS. meliores, non *a.* m *Seſt.* L. pr. V. n Sic vel *Plet.* MSS. & Edd. Vaſc. Steph. &c. praeter Pal. L. ſec. *Praet.* uti eſt in Edd. Vett. pleriſque. V. Gland. Onom. o deeſt Edd. R. M. V.

Maſſiliam perveniſſe ſe narrat. CLARKE. Vide etiam c. 32, 44. l. II. B. Civ. §. 12. *Ut neque pedeſtri itinere, neque navibus commeatu juvari poſſint.* Et paſſim tam apud Graecos quam Latinos.

1. IMPERATA SIBI FACERE, PECUNIAMQUE PROMISSAM CAESARI NON POSSE SE PERSOLVERE] Hunc locum ita repraeſentant MS. *Norv.* & editt. *Rom. Ven. Beroald. Imperata ſe facere, pecuniamque promiſſam Caeſari non poſſe perſolvere*, quod ut brevius eſt, ſic aeque commodum videtur. DAVIS. MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii, & Editt. Vett. (*imperata* ſe *facere, pecuniamque* —— *non poſſe perſolvere.*) Quod idem eſt: Praecipue ſi, tranſpoſito vocabulo, legatur (—— *perſolvere non poſſe.* CLARK. Reſcripſi pro *ſibi*, quod eſt in ſolo Palat. *ſe*, & dein *ſe*, quod ibi nullus habet Codex, ejeci. Vulgatum primus invexit Aldus. Sed Vaſcoſ. quoque, Gryph. poſt. & Stephanus ſecuti ſunt lectionem MStorum.

2. DOMITIUS, —— QUUM —— JUDICARET; —— STATUERET,] MS. Reg. *ſtatuens.* Ut forte tota iſta periodus hoc modo ſcripta eſſe potuerit: (*Domitius, non tantum ad explicandos ſumptus rei militaris pecuniam neceſſariam eſſe* judicans; *ſed etiam turpe* —— *eſſe* ſtatuens, *&c.*) CLARK. Licet admittas *ſtatuens*, quod inveni quoque in Pal. Leid. ſec., non opus tamen quidquam in praecedentibus mutare. Tutius eſt nihil innovari, nec etiam opus. *Statuerat* Leid. pr. Bong. & Voſſ.

3. EX TUMULTUARIIS MILITIBUS] Tumultuarii milites dicuntur ii, qui ob tumultum, vel inopinum aliud periculum raptim ſunt conſcripti. *Livius* l. XXXV. cap. II. *Si* tumultus in *Hiſpania eſſet*, tumultarios milites *extra Italiam ſcribi a Praetore. Mens ea Senatui fuit, ut in Hiſpania* tumultuarii milites *legerentur.* Vide & *Godeſc. Stewechium* ad *Vegetii* l. III. c. VIII. DAVIS.

4. PATISIUM.] Ita ex Urſin. Cod. recepit Scaliger; & confirmatur a MSS. meis, Ciaccon. & Brant. niſi quod *Panſium* det Bong. In Edd. Vett. erat *Paciſcium* vel *Patiſcum*, quod eſt in Aldinis & Plantinianis. At *Patiſcus* erat Pompejanus: niſi partes dein mutaverit. Vide Cic. Epiſt. II. Fam. II, VIII, 9. XII, 13, 15. Πελίσκος male Appiano l. II. B. Civ. p. 503. *Petiſſii Urbinatis* a-

1 XXXV. Interim legati a Pharnace [a] reſponſa referunt, *Cappadocia ſe
deceſſiſſe, Armeniam* [b] *minorem recepiſſe, quam, paterno nomine, jure ob-
tinere deberet; denique ejus regni cauſſa integra Caeſari* [c] *ſervaretur:
paratum enim ſe facere, quod is* [d] *ſtatuiſſet.* [1] Cn. Domitius, quum [e] ani-
madverteret, eum Cappadocia [f] deceſſiſſe, non voluntate [g] adductum,
2 ſed neceſſitate; [h] quod facilius Armeniam defendere poſſet, ſubjectam ſuo
regno, quam Cappadociam, longius remotam; quodque omnes [i] III le-
giones adducturum Domitium putaſſet; ex quibus quum II ad Caeſarem
miſſas audiſſet, [2] audacius [k] in Armenia ſubſtitiſſet; perſeverare coepit, ut
3 eo quoque regno decederet: *neque enim aliud jus eſſe Cappadociae,* [l] *atque
Armeniae: nec juſte eum poſtulare, ut in Caeſaris adventum res integra
4* [m] *differretur: id enim eſſe integrum, quod ita eſſet, ut fuiſſet.* His reſpon-
ſis datis, cum iis copiis, quas ſupra ſcripſi, profectus eſt [n] in Armeniam,
5 lociſque ſuperioribus iter facere inſtituit: nam ex Ponto [o] a Comanis jugum
6 editum ſilveſtre [p] eſt, pertinens in Armeniam minorem, quo Cappadocia
finitur ab Armenia: [3] cujus itineris has eſſe certas obportunitates, quod
in locis ſuperioribus nullus inpetus repentinus accidere [q] hoſtium poterat,
& quod

VARIAE LECTIONES.

a *Haec r. ferunt* B. *reſponſa* deeſt L. pr. a m. pr. bene: *ferunt* L. ſec. *ferre* V. *reſponſum* Edd. pp. Vaſc. Gryph. Steph. b exſulat Lov. *ſe r.* Lov. Edd. pp. c *reſerv.* Pal. d *ſtatueret* L. ſec. Edd. qdd. *ſtatuit* V. e *adverteret* rurſus L. pr. *animadvertiſſet* L. ſec. Edd. pp. f *abſceſſ.* L. pr. V. ad l. I. B. G. 44. g *abd.* Lov. V. h *quo* Lov. Pal. L. ſec. V. ad l. I. B. G. 51. i *tris* B. V. ad l. I. B. G. c. I. *putaviſſet* L. pr. *putaret* V. L. ſec. Edd. qdd. k vulgo *audaciuſque.* l *quam* L. ſec. m *def.* L. pr. n deeſt Pet. V. ad l. II. B. G. 7. o *Comana j. babet ed.* Pal. B. L. ſec. p Abeſt a MSS. o. *pertingens* Pal. L. ſec. Edd. pp. Vaſc. Gr. poſt. Steph. male. Adi l. III. B. Civ. c. 68. q *boſti non* Lov.

libi meminit Cicero. Vide Ciaccon.

5. COMANA] Ita ſcribendum, in Accuſativo plurali. Editi nonnulli *Comanae*. ſed perperam. Semper enim utitur Caeſar hoc nòmine in numero plurali. CLARK. Male Cellarius defendit *Comanae*; quod ſolum typothetarum vitio in Ed. Elzev. inrepſit. Statim *a Comanis*. c. 60. *Venit Comana*; ubi vide Ciaccon. uti & cap. 66. *Venit Comana.*

1. CN. DOMITIUS] Delendum cenſeo praenomen cum Leid. pr.. Nam in Leid. ſec. eſt *C.* in Voſſ. & Edd. Vaſcoſ. Gryph. Stephan. *P. Dom.* Quod mirum cum c. praec. *Cn.* audit. Paullo ante ob eamdem varietatem ſuſpecta eſt vox *reſponſa* Grutero mihique. Vide varias lectiones.

2. AUDACIUSQUE IN ARMENIA SUBSTITISSET] Senſus poſtulat, ut legamus *audacius in Armenia ſubſtitiſſet*, delecta particula copulante, licet eam omnes Codd. exhibeant praeter editt. *Rob. Stephani* A. D. 1544. DAVIS. *Audacius.* Ita optime reſtituit Daviſius ex Editione Stephani, quacum conſentit MS. Voſſii. Reliqui omnes MSS. & Editi corruptiſſime habent *audaciuſque*; quod ſententiam adeo perturbat penitus, & plane nullam efficit, ut mirum ſit valde, fugiſſe hoc omnes editores. Efficit enim iſta corruptio, ut ſequens *perſeverare coepit*, qui intelligitur *Domitius*, dictum videatur de *Pharnace.* Quod eſt abſurdiſſimum. Nam hoc ait Hirtius: *Quod Pharnaces audacius in Armenia ſubſtitiſſet*, ideo *perſeverare coepiſſe* Domitius, *ut eo quoque decederet* Pharnaces *&c.* CLARKE. Ejeci copulam *que*, non ſenſu modo poſtulante, ſed ſuffragantibus quoque Petav. Leid. pr. Scalig. & Palat. ut & Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. ac Stradae. Librarios non percepiſſe loci ſententiam, patet quod *&* addiderint ante *perſev.* uti eſt in Leidenſibus, Lov. & Pal. Jungenda *Domitius perſeverare coepit.*

3. CUJUS ITINERIS HAS ESSE CERTAS OPPORTUNITATES] Commoda non dubia; haud enim eſt, cur penultimam vocem cum *Joſ. Scaligero* deleamus. MSS. autem nonnulli cum editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *cujus itineris hae erant certae opportunitates*, quae quidem lectio vulgatae Syntaxeωs rationi melius convenit; licet, ſervata ea, quam repraeſentant editt. nuperae, verbum aliquod *noſcendi* vel ſimilis ſignificatus poſſit ſubintelligi. Vide *Fr. Sanctii* Minerv. lib. IV. c. V.

cum

& quod [a] Cappadocia his jugis ſubjecta, magnam commeatûs copiam erat ſubminiſtratura.

XXXVI. Complures interim legationes Pharnaces ad Domitium mittit, 1
quae de pace agerent, regiaque munera Domitio [b] ferrent. Ea conſtanter 2
omnia adſpernabatur: nec ſibi quidquam fore antiquius, quam dignitatem
populi Romani & regna ſociorum [c] recuperare, legatis reſpondebat. Ma- 3
gnis & continuis itineribus [d] confectis, quum [1] adventaret ad Nicopolim,
(quod oppidum poſitum in Armenia minore eſt, plano [e] ipſum loco, mon-
tibus tamen altis ab duobus lateribus objectis, ſatis magno intervallo ab
oppido remotis,) [f] caſtra poſuit longe a Nicopoli circiter [g] milia paſſuum
VII. Quibus ex caſtris, quum locus anguſtus atque inpeditus eſſet tranſeun- 4
dus, Pharnaces in inſidiis delectos pedites, omneſque paene diſpoſuit e-
quites: magnam autem multitudinem pecoris intra [h] eas fauces diſſipari
juſſit, paganoſque & oppidanos in iis locis [i] obverſari: ut, [2] ſi amicus Do- 5
mitius eas anguſtias tranſiret, nihil de inſidiis ſuſpicaretur; quum in agris
& pecora & homines [k] animum adverteret verſari, tamquam amicorum
adventu: [l] ſin vero ut in hoſtium fines [m] veniret, praeda diripienda mili-
tes diſſiparentur, [n] diſperſique caederentur.

XXXVII. Haec quum [o] adminiſtraret, numquam tamen intermittebat 1
legatos de pace atque amicitia mittere ad Domitium: quum hoc ipſo cre-
deret [p] facilius eum decipi poſſe. At contra ſpes pacis Domitio in iiſdem
caſtris morandi adtulit cauſſam. Ita Pharnaces, amiſſa proximi temporis 2
occaſione, [q] veritus, ne cognoſcerentur inſidiae, ſuos in caſtra revocavit.

VARIAE LECTIONES. Domi-

a *Cappadociam h. j. ſubjectam* L. pr. b *def.* Pet. c *recipere* Sc. d *perf.* Pal. L. ſec. e *ipſo* Lov. L. ſec. deeſt Edd. R. M. V. f *extra c.* L. pr. *vi c.* V. g *mile paſſus* Lov. h *has* L. pr. deeſt Lov. i *obſervari* L. pr. B. Edd. qdd. k ita Lovan. V. ad l. 1. B. G. 24. l *ſi* Pet. *ut* abeſt MSS. 3. m *venirent* Edd. pp. n *diſperſi c.* L. pr. o *animadvert.* Pal. *adm. Farnaces* Ed. Flor. p Sic MSS. non *e. fac.* q *vereretur* Sc. L. pr. *cum vereretur* Lov. & Edd. R. M. V.

cum *Jac. Perizonii* additamentis. DAVIS. Infinitivum primus Scaliger ex Urſini Codice admiſit; quam veram eſſe docent Petav. Leid. pr. Scalig. Voſſ. ut & Bong. qui ſubdit *conſtat*. Reliqui olim vulgatis conſentiunt, id quod inepte probat e duobus regiis Codd. Goduinus. De abſolutis his infinitivis multi egerunt viri docti & prae ceteris J. F. Gronovius Obſ. II, 14.

1. ADVENTARET AD NICOPOLIM] Editt. nuperae omittunt praepoſitionem, quam reſtitui ex MSto *Norv.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* Sic l. I. B. G. c. VII. *Ad Genevam pervenit.* Et l. III. B. C. c. XL. *Ad Oricum venit.* Ita etiam perſaepe loquuntur boni auctores. DAVIS. *Adventaret ad Nicopolim*;) Ita reſtituit Daviſius ex Editt. Vett. & MS. Elienſ. Quibuſcum conſentiunt MSS. Reg. & Voſſii. Recte. Nam, praeterquam quod locorum nominibus praepoſitionem ſaepiſſime praeponant Caeſar & Hirtius; non venit *Nicopolim* Pharnaces, ſed *prope ad Nicopolim*, interjectis aliquot paſſuum millibus. Vide ſupra ad l. III. B. Civ. c. 40. Male Editt. Recentiores, & MS. Bong. (*adventaret Nicopolim.*) CLARK.

2. SI AMICUS DOMITIUS] Auctiorem hunc locum exhibet MS. *Norvic.* aliique plurimi Codd. cum editt. *Rom. Ven. Beroald.* In illis enim eſt, *ſive amicus ſive inimicus Domitius.* Hoc ſane adſumendum probat *Joan. Goduinus*; in cujus ſententiam pauci, niſi fallor, pedibus ibunt; nam ſi *inimici* antea mentionem fecerat noſter, nihil opus erat, ut poſtea adjiceret *ſin vero ut in hoſtium fines veniret*, quibus ex verbis luce fit clarius, ineptum eſſe illud additamentum. DAVIS. & CLARK. Nihilominus conſtanter habent omnes MSS. & primitus cuſi *ſive amicus ſive inimicus.* Illa quoque *tamquam amicorum adventu*, merito

3 Domitius poſtero die propius Nicopolim acceſſit, caſtraque oppido [a] con-
tulit: quae dum muniunt noſtri, Pharnaces aciem inſtruxit ſuo more at-
que [b] inſtituto; in fronte enim, [c] ſimplici directa acie, cornua trinis fir-
4 mabantur ſubſidiis. Eadem [d] ratione haec media conlocabantur acie, duo-
5 bus dextra ſiniſtraque intervallis, ſimplicibus ordinibus inſtructis. [e] Perfe-
cit inceptum caſtrorum opus Domitius, parte copiarum pro vallo [1] in-
ſtituta.

1 XXXVIII. Proxima nocte Pharnaces, interceptis tabellariis, qui de
[f] Alexandrinis rebus litteras ad Domitium ferebant, cognoſcit, Caeſa-
rem magno in periculo verſari, [2] flagitarique a Domitio, ut quam primum
ſibi ſubſidia mitteret, [3] propiuſque ipſe Alexandriam per Syriam accede-
2 ret. Qua cognita re, Pharnaces victoriae loco ducebat, ſi trahere tempus
3 poſſet; quum [g] diſcedendum Domitio celeriter putaret. Itaque ab oppido,
qua facillimum acceſſum & aequiſſimum ad dimicandum noſtris videbat,
foſſas II [h] directas, non ita magno intervallo medio relicto, IV pedum
altitudinis in eum locum deduxit, quo longius conſtituerat ſuam non pro-
4 ducere aciem. Inter has foſſas aciem ſemper inſtruebat, equitatum autem
[i] omnem ab lateribus extra foſſam conlocabat: qui neque aliter utilis eſſe
poterat, & multum numero anteibat noſtrum equitatum.

1 XXXIX. Domitius autem, quum Caeſaris magis periculo, quam ſuo,
commoveretur; neque ſe tuto diſceſſurum arbitraretur, ſi conditiones,
quas

VARIAE LECTIONES.

a *C. Rex.* L. pr. inter verſus. *c. res* V. b *inſtituit* Lov. c *ſimplice der.* MSS. qdd. d *r. media c. acies* B. L. ſec. Edd. pp. Vaſc. Gr. poſt. Str. male. e *perficit* Pal. dein vulgo *inſtructa*. f *Al. litteris* L. ſec. g *diſceſſurum Domitium* B. *receſſurum Domitium* L. ſec. *Domitium* V. vulgo *cel. Dom.* contra MSS. h *der.* Pet. L. pr. i ita MSS. & Edd. qdd. non *ab* vel *a l. omn.*

ſuſpecta ſunt Grutero. Nam plane abundant, & corrupte exhibent Codd. *Adventus* enim eſt in Lovan. Pet. Pal. Leid. ſec. ac Scal. Voſſ. Leid. pr. qui tres non habent *ſin vero*. *Amic. adventu greges* Bong. & Edd. Rom. Ven. ac Mediol. *exſpectaretur* etiam addit Pet. excludens *vero*.

1. INSTRUCTA] Cujac. Pet. Leidenſes, Scal. Lov. Voſſ. & pro varia lectione Bong. *Inſtituta.* Veriſſime. Vide ad l. III. B. Gall. c. 24. *duplici acie inſtituta.* quod male Clarkius mutat in *inſtructa.*

2. FLAGITAREQUE] Ita ex MS. Reg. & Edit. Rom. reſtitui. Scaliger & Recentiores omnes, (*flagitarique.*) Quae Syntaxis eſt nulla: Sequitur enim, (*ut quamprimum* Sibi *ſubſidia mitteret.*) CLARK. Omnino legendum *flagitareque*, quod ex *Reg.* & *Rom.* obſervavit etiam *Clarkius.* Ac ita *Beroaldus*, *Gryphius* & *Urſinus* olim dederunt. DAVIS. *Cur. ſec.* Ediderunt *flagitareque* etiam Vaſcoſ. Stephanus & alii cum Edd. primis. Verum MSS. conſtanter ſervant *flagitarique*. Quare non auſim mutare. *ſibi* ponitur pro *ipſi*. Quod offendit adeo librarios quoſdam, ut pro eo ſubſtituerint *Caeſari*, quod eſt in Pet. Pal. & Lovan. Hinc alii *flagitare* repoſuerunt. Sed videtur in primis Hirtius *ſibi* pro *ipſi* amaſſe. Adi omnino ad l. VIII. c. 50. *Quod ſibi conjunctus*, & B. Afric. c. 49. *Adverſarii longius ſibi* (Caeſari) *progrediendi facultatem eripuerunt.*

3. PROPIUSQUE IPSE ALEXANDRIAM] MS. *Norvic. propiuſque ipſam*; receptam autem lectionem tuentur editt. *Rom. Venet. Beroald.* Ut verum fatear, non intelligo, qui juvari potuerit Caeſar, ſi Domitius ſolummodo *propius* Alexandriam adventaret, cum in eo ipſo oppido periculum ſubiret Imperator. Repono itaque, *protinuſque ipſe Alexandriam*, hoc eſt, ſtatim, nulla mora interpoſita. DAVIS. Propiuſque —— *Alexandriam &c.*) Cum Caeſar *intra ipſum oppidum* in periculo verſaretur, exiſtimat Daviſius emendandum, (protinuſque —— *Alexandriam &c.*) Ingenioſe; Sed nihil opus. Satis enim erat, ſi *Domitius Caeſari* quamprimum ſubſidia *Alexandriam* mitteret; ipſe interim cum toto exercitu *PROPIUS* accederet, ad diſtinendas Regis copias. CLARK.

In

quas rejecerat, rurſus adpeteret, aut ſine cauſſa diſcederet, ex propinquis
caſtris in aciem exercitum eduxit. XXXVI legionem in dextro cornu conlo- 2
cavit, Ponticam in ſiniſtro; Dejotari [a] legiones in mediam aciem contu-
lit, quibus tamen anguſtiſſimum [b] frontis reliquit intervallum, reliquis co-
hortibus [1] in ſubſidiis conlocatis. Sic [c] utrimque acie inſtructa, proceſſum
eſt ad dimicandum.

XL. Signo ſub idem tempus ab utroque dato, concurritur: acriter va- 1
rieque pugnatur: nam XXXVI [d] legio, quum extra foſſam in [e] equitatum
regis inpetum [f] feciſſet, adeo ſecundum proelium fecit, ut moenibus op-
pidi [g] ſuccederet, foſſamque tranſiret, [2] averſoſque hoſtes adgrederetur.
At Pontica ex altera parte legio, quum [h] paullulum [3] averſa hoſtibus ceſſiſ- 2
ſet; [4] foſſam autem [i] circumire [acies] ſecundo conata [k] eſſet, ut aperto la-
tere adgrederetur hoſtem, in ipſo tranſitu foſſae, confixa, [l] & obpreſſa
eſt: Dejotari vero legiones vix inpetum ſuſtinuerunt. Ita victrices [m] regis 3
copiae cornu ſuo dextro, mediaque acie converterunt ſe ad XXXVI [n] legio-
nem:

VARIAE LECTIONES.

a *Legionem* L. pr. *in media acie* Lov. Pal. L. ſec. b MSS. plerique *int. fr. rel.* c *utraque* L. ſec. d *legiones* Lov. e *equites* Pet. L. pr. V. Urſ. *equitatus* Lov. Adi ad l. VI, 6. f *feciſſent* & *fecerunt* Lov. g *ſuccederent*, *tranſirent*, *aggrederentur* Lov. Pal. vulgo *adverſoſque*. h *paullum* Pet. L. pr. *adv.* Pal. L. ſec. i Sic Pet. Leidd. Lov. B. V. non *circuire*. k *fuiſſet* Edd. pp. l *& obpr.* deſunt V. L. ſec. B. m *regiae* Lov. Leid. V. n *legiones* Lov.

In Marg. Vaſcoſ. invenitur *priuſquam*. Hinc Ill. Heinſ. conjecit *priuſque*. Nil muta.

1. IN SUBSIDIIS COLLOCATIS] Sic recte MS. *Norv.* atque ita edidit *Joſ. Scaliger*: in editt. autem *Rom. Ven. Beroald.* aliiſque legitur *in inſidiis collocatis*: abſurde prorſus; nullum enim locum hic habere poſſunt inſidiae. DAVIS. Ex Glandorpii conjectura hoc jam receperat Urſinus. MSS. omnes habent *inſidiis*.

2. ADVERSOSQUE] Legendum exiſtimat Ciacconius *adverſoſque hoſtes*. ut habent MS. Norv. & Editt. Beroaldi: at Rom. & Ven. *adverſuſque h.* DAVIS. Mirum eſt Scaligerum & Recentiores, nullo ſenſu edidiſſe, (*adverſoſque*.) Etenim perſpicuum eſt *Domitianos* tranſiſſe foſſam, non *primam* iſtam, quae eſſet *adverſis* hoſtibus, ſed *poſteriorem* illam, quae eſſet *a tergo* hoſtibus, adeoque hoſtes AVERSOS eſſe aggreſſos. CLARK. Veriſſime emendavit Ciacconius, & in textum recepit Clarkius *averſoſque*, uti eſt in Pet. Leid. pr. ſenſu id flagitante. Omnes tamen Edd. Vett. praeter Beroald. retinent *adv.*

3. AVERSA &c.] Totum locum *Ciacconius* ſic emendandum conjicit, *cum paululum* averſus hoſtis *ceſſiſſet*, *foſſam autem* tranſire ut ſecunda acies *conata eſſet*. Haec vero nimia eſt licentia. Locum tamen haud intelligo, niſi ſit medica manu ſanatus. Qui enim, quaeſo, in *tranſitu* foſſae oppreſſa fuiſſet Pontica legio, ſi foſſam non *tranſire*, ſed *circumire* conata eſt? nec cum *Clarkio* reponas, eam in *ſecundae foſſae tranſitu* confixam fuiſſe: nam inter duas foſſas aciem ſemper inſtruebat Pharnaces, adeoque non erat, cur ulteriorem foſſam tranſiret, ut aperto latere hoſtem aggrederetur. Noſtrum hoc modo ſcripſiſſe ſuſpicor, *quum paullulum averſa hoſtibus ceſſiſſet*, *foſſam autem circuire conata eſt*, *ut aperto latere aggrederetur hoſtem*; *in ipſo* CIRCUITU *foſſae confixa*, *& oppreſſa eſt*. *Pro tranſitu* ex re ipſ[a] *circuitum* repono; Sed *acies ſecundo* mihi, tanquam Gloſſa *ſecundi proelii* videtur expungenda. DAVIS. *Cur. ſec.*

4. FOSSAM] *Priorem* illam, quae eſſet *adverſis* hoſtibus. Nullum autem hic locum habet vox *acies*; niſi legio illa Pontica, quae erat cornu ſiniſtrum, inuſitato modo hic appellata ſit *acies*. Alioqui ſcribendum erat fortaſſe *acie*, aut potius ex toto delenda ea vox. *Tranſitu foſſae* poſterioris ſcilicet, poſtquam circuierant *priorem*. CLARK. Fingit ergo vir doctus, foſſam a fronte & a tergo fuiſſe copiis Pharnacis. Quod ego non percipio: mihi videntur foſſae fuiſſe directae ab utroque latere ab oppido verſus Romanos, ne ſui circumirentur & averſi caederentur ab iis. Equites vero in lateribus extra foſſas poſuit, ut prohiberent Romanos earum tranſitu, credens illos ſic coactum iri ſecum certare a fronte ſola. Ni ita intelligamus foſſas fuiſſe ductas, debuiſ-

nem: quae tamen fortiter vincentium inpetum [a] ſuſtinuit; [1] magnis copiis
hoſtium circumdata, [2] praeſentiſſimo animo [b] pugnans, [3] in orbem ſe re-
cepit ad radices montium: quo Pharnaces inſequi, propter [c] iniquitatem
4 loci, noluit. [d] Ita, Pontica legione paene tota amiſſa, magna parte Dejota-
ri militum interfecta, XXXVI legio in loca ſe ſuperiora [e] contulit, non am-
5 plius CCL deſideratis. Ceciderunt eo proelio ſplendidi [f] atque inluſtres vi-
ri nonnulli equites Romani. Quo tamen incommodo Domitius accepto,
reliquias exercitus diſſipati conlegit, itineribuſque tutis per Cappadociam
ſe in Aſiam recepit.

1 XLI. Pharnaces, rebus ſecundis elatus, quum de Caeſare ea, quae op-
2 tabat, ſperaret, Pontum omnibus copiis occupavit: ibique [g] & victor, &
crudeliſſimus rex, quum [4] ſibi fortunam paternam feliciore eventu [h] de-
3 ſtinaret, multa oppida expugnavit; bona civium Romanorum Ponticorum-
que diripuit; [i] ſupplicia conſtituit in eos, qui aliquam formae atque aetatis
commendationem habebant, [k] ea, quae morte eſſent miſeriora; Pontum-
que nullo [l] defendente, paternum regnum ſe recepiſſe glorians, obtinebat.

XLII. Sub idem tempus in Illyrico eſt incommodum acceptum: quae
1 provincia ſuperioribus menſibus retenta non tantum ſine ignominia, ſed
etiam cum laude erat: namque eo miſſus aeſtate cum II legionibus [m] Q.
2 Cornificius, Caeſaris quaeſtor propraetore, quamquam erat provincia mi-
nime copioſa ad [n] exercitus alendos, & finitimo bello ac diſſenſionibus
[o] confecta & vaſtata, tamen prudentia ac diligentia [p] ſua, quod magnam
curam ſuſcipiebat, ne [q] quo temere progrederetur, & recepit, & defen-
3 dit: [r] namqne & caſtella complura locis editis poſita, quorum obportuni-
tas caſtellanos inpellebat ad decurſiones faciendas, & bellum inferendum,
expu-

VARIAE LECTIONES.

a *Suſtinuerunt circumdatae* Lov. b *pugnantes recipiunt* Lov. Pal. L. ſec. c *difficultatem* Pet. d & V. Hic autem deficiunt nos notulae Gruteri & excerpta Codd. Palat. ac Bong. e *contulerunt* Lov. *n. a.* deſunt V. f ita MSS. o. non *ac.* V. Ind. g deeſt L. pr. h *deſtineret* Lov. i *ſuppliciaque* Scal. Ed. R. Steph. k Vide c. 70. *eaque* Edd. ante Urſ. l *contend.* Sc. pro V. lect. *decedente* L. pr. m deeſt praen. Lov. L. ſec. n *exercitum alendum* Lov. o Sic MSS. non *v. & conf.* p abeſt L. pr. *quod* deeſt Edd. R. M. V. q *que vero t.* L. pr. Sc. r *nam &* L. ſec. Ed. Fl.

debuiſſet clarius loqui Hirtius, & *priorem* ac *poſteriorem* addere. Illa verba *acies ſecundo* procul dubio corrupta ſunt; ſed quomodo corrigi debeant, cum ignariſſimis neſcio. *Acies* delendum cenſuit Scaliger & Gruterus. *ſecunda* margini adlevit Lipſius.

1. MAGNIS COPIIS HOSTIUM CIRCUMDATA] Lege *magniſque copiis*, ut habent *Gryphius* & *Lugdunenſes* 1576. Hoc ni fiat, hiulca eſt oratio. Quin & *Clarkius* licet aliam rationem ſit ſecutus, ſic legi poſſe vidit. DAVIS. *Cur. ſec.*

2. PRAESENTISSIMO A.] Sic Editi omnes, quo pacto oratio eſt imperfecta. Reſcribendum ex MS. Regio *praeſentiſſimoque an.* Aut ex conjectura legendum *magniſque copiis* —— *circumdata*, praeſentiſſimo *animo* &c. CLARK. Vel *& magnis.* Vaſcoſ. jam, Gryph. poſt. & Steph. *magniſque* exhibent. In MSS. Pal. Bong. Leid. ſec. *praeſentiſſimoque.*

3. IN ORBEM SE RECEPIT] Hoc in ſummo periculo fieri ſolitum. *Caeſar* l. V. B. G. c. XXXIII. *Ut impedimenta relinquerent, atque in orbem conſiſterent* —— *non ſine ſummo timore & deſperatione id factum videbatur.* Adi & *Joan. Brantium* ad l. IV. B. G. c. XXXVII. DAVIS. B. Afric. c. 15. *Copiis in orbem compulſis.*

4. SIBI FORTUNAM PATERNAM FELICIORE EVENTU DESTINARET] Et pater erat Mithridates, qui,
maxi-

expugnavit; eaque praeda milites donavit: quae etſi erat tenuis, tamen in tanta [a] provinciae deſperatione erat grata, praeſertim virtute parta: & quum Octavius ex fuga Pharſalici [b] proelii magna claſſe in illum ſe ſinum 4
contuliſſet, paucis navibus [c] jadertinorum, quorum ſemper in [d] Rempublicam ſingulare conſtiterat officium, diſperſis Octavianis navibus erat potitus, [e] ut vel claſſe dimicare poſſet, adjunctis captivis navibus ſociorum [f] & quum diverſiſſima parte orbis terrarum Cn. Pompejum Caeſar victor ſequeretur; [g] complureſque adverſarios in Illyricum, propter Macedoniae pro- 5
pinquitatem, ſe, [h] reliquiis ex fuga collectis, [i] contuliſſe audiret, litteras ad Gabinium mittit, uti cum legionibus tironum, quae nuper erant conſcriptae, proficiſceretur in Illyricum, conjunctiſque copiis cum [k] Q. Cornificio, ſi quod periculum provinciae inferretur, depelleret: [l] ſin ea non magnis copiis tuta eſſe poſſet, [1] in Macedoniam legiones adduceret: omnem enim il- 6
lam partem, regionemque, vivo Cn. Pompejo, [m] bellum inſtauraturam eſſe credebat.

XLIII. Gabinius, [n] ut in Illyricum venit, hiberno tempore anni, ac 1
[o] difficili, ſive copioſiorem provinciam exiſtimans, ſive multum fortunae [p] victoris Caeſaris tribuens, ſive virtute [q] & ſcientia ſua confiſus, [2] quam ſaepe in bellis periclitatus, magnas res & ſecundas ductu [3] auſuque ſuo geſſerat;

VARIAE LECTIONES.

a Exſulat Edd. R. M. V. b *belli* V. c *Hiad.* Cuj. Edd. qdd. *Jadeſtinorum* MSS. o. & Edd. pp. d *repub.* V. L. ſec. e *ita ut c.* L. ſec. *ut velle d. cl.* L. pr. f deeſt Pet. L. pr. Lov. V. Edd. qdd. *in div.* Edd. Vaſc. Gr. poſt. Steph. Str. g *complures adv.* L. pr. h *reliquis* Edd. quaed. ut paſſim aberratur. i *compuliſſe* Lov. V. L. ſec. Edd. pp. aliaeque. k deeſt Lov. L. ſec. l *ſi in ea* L. pr. m *dum b. inſtauraretur* Lov. n deeſt L. pr. *in* abeſt a L. ſec. V. ad l. III. B. G. 7. *in Illyrico* V. o *difficillimo* L. pr. p deeſt. L. pr. q *ſive* Lov.

maximis rebus geſtis, tandem a Pompejo debellatus, *male tentatum veneno ſpiritum ferro expulit*, ut loquitur *Florus* l. III. c. v, 26. DAVIS.

1. IN MACEDONIAM LEGIONES ADDUCERET] Sic legendum ex MSto *Norvic.* & edit. *Steph.* edidit enim *Joſ. Scaliger*, *in Macedoniam legiones adducerent*, ac ita ſane exhibent antiquiſſimi ex impreſſis Codd. *Rom. Ven. Beroald.* DAVIS. *Adduceret*;) Editi fere omnes, *adducerent.* Sed Daviſius ex Edit. Steph. & MS. Elienſi, (quibuſcum faciunt MSS. Reg. & Voſſii,) reſtituit; *adduceret.* Quae & verior videtur lectio. Non enim *Cornificius*, relicta ſua provincia, ſed *Gabinius* ſolus, in *Macedoniam* videtur fuiſſe iturus. CLARKE. *Adduceret* MSS. omnes & Edd. Aldi, Gryphii, Vaſcoſ. Stephani aliaeque.

2. QUA SAEPE IN BELLIS PERICLITATUS] Sic ex MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii reſtitui. Editi, (quam *ſaepe &c.*) Neque Latinitate neque Senſu ſatis commodo. CLARK. Cl. *Clarkius* ex nonnullis libris reponit, *qua ſaepe periclitatus*, additque vulgatae lectionis neque Latinitatem neque ſenſum ſatis eſſe commodum. Quod παρέργως quidem eſt; nam *periclitari* valet periculum facere, experiri, tentare; quapropter *accuſativum caſum* prorſus flagitat. Forte tamen reſcribendum, QUAE *ſaepe periclitatus*; ut tam ad virtutem quam ad ſcientiam *pronomen* referatur. DAVIS. *Cur. ſec.* MSS. mei & Edd. Vaſcoſ. Gryphii, Stephani, *qua*, Cod. Lovan. cum Edd. primis *quibus* exhibent. *Quam* nihilominus cum Aldo Plant. Scalig. & ſeqq. malim. *Periclitari virtutem* eſt experiri per pericula, quid virtus & ſcientia poſſint. Nec video, cur minus Latinum ſit, quam, quod adhibet alibi *periclitari fortunam.* Defendi quidem aliquo modo poſſet MStorum lectio ex c. 13. *periclitati remigio*; ſed ibi additur *quid quaeque poſſit.* Adi notata ad l. VII, c. 36.

3. AUSUQUE SUO] Ita MSS. conſtanter: At rariſſime *auſu* pro *auſo* eſt apud aurei aevi ſcriptores. In nonnullis tamen MSS. Ovidii reperit Cl. Burm. quem vide ad l. XI. Met. 242. Verum inſolens eſt conjunctio quoque *ductu auſuque.* Quare omnino accedo Lipſio, qui margini adlevit *ductu*

ſerat; neque provinciae facultatibus ſublevabatur, quae partim erat exina-
nita, partim infidelis, neque [a] navibus, intercluſo mari tempeſtatibus,
commeatus ſubportari poterat; [b] magniſque difficultatibus coactus, non,
2 ut volebat, ſed, ut neceſſe erat, bellum gerebat, quum duriſſimis tempe-
ſtatibus, propter inopiam, caſtella [c] aut oppida expugnare cogeretur,
3 [d] crebro incommoda accipiebat; adeoque eſt a barbaris contemtus, ut,
Salonam ſe recipiens in oppidum maritimum, quod cives Romani fortiſſi-
4 mi fideliſſimique incolebant, [1] in agmine dimicare ſit coactus. Quo proe-
lio duobus milibus militum amplius amiſſis, centurionibus XXXIIX, [e] tri-
bunis IV, cum reliquis copiis Salonam [f] ſe recepit: [g] ſummaque ibi diffi-
5 cultate rerum omnium preſſus paucis menſibus morbo periit. Cujus & in-
felicitas vivi, & ſubita mors in magnam ſpem Octavium [h] adduxit provin-
ciae potiundae: quem tamen diutius in rebus ſecundis, & fortuna, quae
plurimum in bellis poteſt, [i] diligentiaque Cornificii, & virtus [k] Vatinii
verſari paſſa non eſt.

1 XLIV. Vatinius, Brundiſii quum eſſet, cognitis rebus, quae geſtae e-
rant [2] in Illyrico, quum [l] crebris litteris Cornificii ad auxilium provinciae
ferendum evocaretur: & [m] M. Octavium audiret cum barbaris foedera
[n] percuſſiſſe, compluribuſque locis [o] noſtrorum militum obpugnare prae-
ſidia, partim claſſe per ſe, partim pedeſtribus copiis per barbaros; etſi gra-
vi [p] valetudine adfectus, vix corporis viribus animum ſequebatur; tamen
2 virtute vicit incommodum naturae, difficultateſque [q] & hiemis & ſubitae
praeparationis: nam quum ipſe paucas in portu naves longas haberet, [3] lit-
teras

VARIAE LECTIONES.

a deeſt Lov. b *magnis d.* Lov. c *atque* Pet. d Sic Urſ. Pet. Sc. L. pr. Lov. non *crebra.* Mox *in* abeſt a Scal. e *tribuniſque* L. ſec. f *ipſe receperit* V. g *ſummam i. difficultatem r. o. paſſus* L. pr. h *adducit* V. i *& dilig.* V. k *Vatini* & *Vatinus* MSS. qdd. l deeſt Edd. R. M. V. m exſulat Praen. a V. *cum* L. ſec. n *perculiſſe* L. ſec. o *tyronum & m.* L. ſec. p *invat.* Lov. q Ita Pet. Scal. Lov. vulgo abeſt &.

ductu auſpicioque, ex ſolemni formula. Vide ipſum l. II. de Mil. D. XII. Proconſul enim fuerat Gabinius, & Syriam cum exercitu obtinuerat, quo anno Ptolemaeus in regnum reductus eſt. Confer Faſtos.

1. IN AGMINE DIMICARE SIT COACTUS] *Joan. Goduinus* ad hunc locum ait, *id eſt, tanto cum periculo, ut, expletis Imperatoris officiis, coactus ſit militis partes ſuſcipere, manu ipſe pugnando, quod alienum ab Imperatore.* Sed miſere fallitur interpres ille Gallicanus. Agmen eſt exercitus ambulans, qui igitur *in agmine dimicat*, in itinere, priuſquam inſtructa ſit acies, proeliatur. *Iſidorus* Orig. l. IX. c. III. *Agmen dicitur, cum exercitus iter facit, ab* agendo *vocatum, id eſt, eundo. Plautus:* Quo te agis? *Ipſe eſt enim exercitus ambulans:* (Lege, ne ſoloeca ſit oratio, *quo te agis ipſe? eſt enim* &c.) *nam agmen dicitur quod in longitudinem directum eſt; quale ſolet eſſe, cum exercitus portis procedit. Servius* ad *Virgilii* Aen. I, 190. *Agmen proprie dicitur ordinata multitudo, ut eſt ambulantis exercitus, neque enim in uno loco ſtans agmen vocatur: —— unde bene adjecit* longum, *ut incedentium oſtenderet ſignificationem.* Vide & eundem ad Aen. I, 86. DAVIS. Vide ad l. III. B. G. c. 24. *Inpeditos in agmine adoriri.*

2. IN ILLYRICO] Notandum eſt MSS. Leidenſes, Petav. Lovan. Voſſ. habere *Illyricum*, & adi l. V. B. G. 24. *In Galliam morari.*

3. LITTERAS IN ACHAIAM AD Q. KALENUM MISIT] Nonnulli Codd. *litteras ad Achaiam*, alii *in Achaiam atque Kalenum*, unde conjectura ductus *Fulv. Urſinus* lectionem a nuperis editoribus receptam ſubſtituit. Eam etiam repraeſentant MS. *Norv.* & editt. *Rom. Ven. Ber.* (Vaſc. Gryph. poſt. Str.) omiſſo tantum

teras in Achajam ad Q. Kalenum miſit, uti ſibi claſſem [a] mitteret. Quod 3
quum tardius fieret, quam periculum noſtrorum flagitabat, qui ſuſtinere
inpetum Octavii non poterant; navibus actuariis, quarum numerus erat
ſatis magnus, magnitudine [b] quamquam non ſatis juſta ad proeliandum,
roſtra [c] inpoſuit. [1] His adjunctis navibus longis, & numero claſſis aucto, 4
[2] militibus veteranis inpoſitis, quorum magnam copiam habebat, ex omnibus [d] legionibus, qui numero aegrorum relicti erant Brundiſii, quum exercitus in Graeciam [e] tranſportaretur, profectus [f] eſt in Illyricum, maritimaſque nonnullas civitates, quae defecerant, Octavioque ſe tranſdiderant,
partim recipiebat, partim remanentes in ſuo conſilio praetervehebatur: 5
nec ſibi ullius rei moram neceſſitatemque injungebat, [g] quin, quam celerrime poſſet, ipſum Octavium [h] perſequeretur. Hunc [i] obpugnantem Epi- 6
daurum terra marique, ubi noſtrum erat praeſidium, adventu ſuo diſcedere [k] ab obpugnatione coëgit, praeſidiumque noſtrum recepit.

XLV. [3] Octavius [l], quum Vatinium [m] claſſem magna ex parte confe- 1
ctam ex naviculis actuariis habere [n] cognoviſſet, confiſus ſua claſſe, ſubſtitit ad inſulam [o] Tauridem: qua regione [p] Vatinius inſequens navigabat,
non [q] quod Octavium ibi reſtitiſſe ſciret; ſed quod eum longius progreſſum
inſequi decreverat. Quum propius Tauridem acceſſiſſet, [r] diſtenſis ſuis na- 2
vibus, quod & tempeſtas erat turbulenta, & nulla ſuſpicio [s] hoſtis, repente [t] adverſam ad ſe venientem navem, antemnis ad medium malum de-
miſſis, [4] inſtructam propugnatoribus, animum advertit. Quod ubi con- 3
ſpexit,

VARIAE LECTIONES.

a *Mitterent* Lov. L. ſec. Edd. qdd. *miſit* non eſt in V. & Ed. Flor. ſed cum L. ſec. pro *mitt.* addunt *deſtinavit.* b *quidem* L. ſec. *quamquam non* deſunt Lov. Ed. Flor. *non* exſulat Sc. L. pr. ſec. c *ipſe inp.* L. ſec. d *legionariis* L. ſec. Edd. pp. Vaſc. Gr. poſt. Steph. Str. e *tranſportarentur* Edd. R. M. V. f deeſt L. ſec. *que* abeſt L. pr. *maritumaſque* Scal. g *qui* Ed. Gr. h *proſeq.* V. i *ab oppugnatione Epidauri* V. L. ſec. dein *noſtrorum* Ed. Flor. k *invitum c.* L. ſec. l *Oct. enim* L. ſec. m *cum cl.* Lov. *magnam* Pet. n *cognoſceret* V. Edd. qdd. o *Thaur.* Edd. Vett. p *Vatinium* L. ſec. q *quo* Scal. *Vatinium* L. ſec. r *diſterſis* L. pr. Sc. s *hoſtis acceſſit* Edd. R. M. Ven. Vaſc. M. t *adverſum* Edd. M. V. *ad ſe v. adverſam n.* L. pr. *claſſem* Lov.

tantum praenomine, quod ex Codicum conſenſu deleatur. DAVIS. Nequaquam delendum eſt cum Urſino & Daviſio praenomen. Hinc enim illud *atque*, quod in Lov. Voſſ. & Leid. ſec. reſtat. Sed *ad Q. Kalenum* exhibent Scal. Petav. Leid. pr. (in quo eſt *ad Q. Kalenum in Ach.*, ac R. Steph.

1. HIS ADJUNCTIS] Haec *Ciacconii* conjectura, a *Scaligero* in textum recepta, quam firmant editt. *Beroald.* & *Stephan.* Alii omnes repraeſentant *has adjunctas.* DAVIS. Praeter antiquiſſimum Carrarienſem, qui ſtat a vera lectione. IDEM. *Cur. ſec.* MSS. plerique & Editt. Vett. (*has adjunctas*;) Quod Latinum non eſt. MS. Reg. (*Et adjunctis his*:) Quae lectio eadem ac vulgata. Quid ſi legamus, (*AD HAS adjunctis &c.?*) Nam in omnibus fere MSS. eſt, (*has*;) & inde ex (*adjunctis*) fecit Librariorum imperitia (*adjunctas*) CLARKE. *Et adjunctis his* etiam Leid. ſec. *His adjunctis* ediderunt quoque Vaſcoſ. & Gryph. poſt. Ed. cujus nota *G* a Daviſio male accepta eſt pro *C.* Ceteri certe MSS. mei *Has adjunctas.* Unde omnino placet Clarkii conjectura *ad has adjunctis*; ut paſſim cum aliis loquuntur Caeſar, & Hirtius. c. 49. *ſollicitudo ad jacturas adjungebatur.* Et ita *addere*, *adjicere ad aliquid:* de quibus vide Cl. Burm. ad Suet. Aug. c. 32. Cort. ad Sall. B. Cat. c. 51.

2. MILITIBUS] MS. nonnulli, (in his Leid. ſec.) *militibuſque.* Sed perperam. Vide ſupra ad l. 11. B. G. c. 13. CLARKE.

3. OCTAVIUS, QUUM &c.] MS. Reg. (Et *quum* &c.)

ſpexit, celeriter vela ſubduci, [a] demittique antemnas jubet, & milites armari; & vexillo ſublato, [b] quo pugnandi dabat ſignum, quae primae na-
4 ves ſubſequebantur, idem ut facerent, ſignificabat. Parabant ſe Vatiniani repente obpreſſi: [c] parati deinceps Octaviani ex portu procedebant. Inſtruitur utrimque acies: ordine diſpoſita magis Octaviana; [1] paratior militum animis Vatiniana.

1 XLVI. Vatinius, quum [d] animum adverteret, neque navium ſe magnitudine, neque numero [2] parem eſſe, [e] fortuitae dimicationis fortunae rem committere noluit. Itaque primus ſua quinqueremi in quadriremem ipſius
2 Octavii inpetum fecit. Celerrime fortiſſimeque contra [f] illo remigante, naves adverſae roſtris [3] concurrunt adeo vehementer, ut navis Octaviana,
3 roſtro diſcuſſo, ligno contineretur. Committitur acriter reliquis locis [g] proelium,

VARIAE LECTIONES.

a *Dim.* MSS. plerique male, ut & *juſſit.* b *quod* Lov. c deeſt Lov. d vulgo *animadv.* e vulgo *futurae dimicationi*, *f. r. e. maluit.* f *illum remigantem* Lov. Dorv. qui ab hoc Cap. rurſus incipit. *illo contra* Pet. bene. g *proelio* Lov.

&c.) Ut forte legi poſſit, (Is *quum &c.*) Sed praeſtare videtur vulgata Lectio. CLARK.

4. INSTRUCTAM PROPUGNATORIBUS ANIMUM ADVERTIT] Editt. *inſtructam propugnatoribus animadvertit*, ſed lectionem a me receptam ſuppeditavit MS. *Norv.* quae vulgata multis paraſangis eſt elegantior. Vide notat. ad l. I. B. G. c. XXIV. DAVIS. Hoc loco mihi magis adridet lectio Pet. & Leid. pr. *advertit.* Vide omnino ad l. VIII. c. 16. *Partes adverterent equorum.* Sequenti vero capite e Leidenſi primo repoſui confidenter *animum adverteret.*

1. PARATIOR MILITUM ANIMIS] Cave, cum Viro docto hic Graeciſmum ſecteris, legente *p. m. magis.* Frequens enim in his commentariis eſt locutio *paratus animo.* Ipſe Hirt. l. VIII. B. G. 18. *Animo atque armis parati.* B. Afr. c. 4. *paratum ad ſe certo animo venire.* Veget. l. III. c. 6. *Ad pugnandum animo veniunt praeparati.* Conſule Ciaccon. ad lib. III. B. Civ. c. 85. *Animo ſimus ad dimicandum parati.* & ita *parato animo.* Vide Daviſ. ad Hirt. B. Afric. c. 33.

2. PAREM ESSE FUTURAE DIMICATIONI, FORTUNAE] Sic optime repraeſentat edit. *Ven.* A. D. 1482. cum in MS. *Norvic.* legere ſit *parem eſſe, fortuitae dimicationis, fortunae;* in editt. vero *Rom.* & *Beroald. parem eſſe fortuitae dimicationi, fortunae.* Haec equidem lectio *F. Urſino* placuit: attamen recepta nihil melius. DAVIS. MSS. pro *futurae*, habent *fortuitae.* Et Urſini codex, pro *maluit*, habet *noluit.* Unde iſte Vir Doctus legendum exiſtimat, (—— *neque numero parem eſſe* fortuitae *dimicationi; fortunae rem committere* noluit. *Itaque &c.*) Non infeliciter. CLARK. *Urſinus* ex ſuo codice legit *neque numero parem eſſe* fortuitae *dimicationi*, *fortunae rem committere* noluit. Non infeliciter, ut putat *Cl. Clarkius.* Ego contra cenſeo: *nam ſi fortunae rem committere noluit*, quî quaeſo factum, ut impetum primus in Octavii quadriremem faceret Vatinius? ſi in ea fuiſſet ſententia, fugere potius ac terga dare, vel quodam modo pugnam vitare debuit. Itaque recepta lectio ſtet immota. DAVIS. *Cur. ſec.* Atqui ſi per *Fortunam* intelligamus ipſum proelii diſcrimen, quî quaeſo factum, ut ſe committeret ei, cum animadverteret, ſe neque numero neque magnitudine navium parem eſſe. Debebat tum ſaltem eſſe *voluit* vel additum fuiſſe *tamen*, vel *nihilominus* ut c. 58. ubi vide. *Futurae* quidem eſt in Edd. pleriſque primis, & Petav. ſi non fallunt excerpta: at *fortuitae* habent MSS. mei omnes cum Ed. Flor. niſi quod Scalig. & Leid. pr. non agnoſcant *futurae dimicationi:* at illi cum Urſiniano dant *noluit;* & Pet. accedit Elienſi in *dimicationis.* Unde omnino legendum puto, *fortuitae dimicationis fortunae rem c. noluit.* Non vagum ſcilicet & incertum proelium inire voluit, ſed ſtabile & conſertum, ut in ſola virtute, non in Fortuna certamen conſiſteret. Vide Lucan. l. III. v. 556. & quae ibi notantur, ac ſupra l. I. B. Civ. in pugna cum Maſſilienſibus. Id ſatis patet e ſeqq. *Quantoque conjunctis &c. Fortuna dimicationis fortuitae* eſt alea & dubium diſcrimen proelii, in quod fortuito inciderat. Sic Hirtius *fortuito caſu* dixit Cap. III. B. Afric. ut eſt in MSS. melioribus.

3. CONCURRUNT] MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii; *concurrerunt.* Quod & melius hoc in loco convenit. CLARKE. *Cucurrerunt* eſt in Voſſ. ſi quid mutandum, mallem *occurrerunt*, ut eſt in Leid. pr.

1. VELIS

lium, concurriturque ad duces maxime: nam quum ſuo quiſque auxilium
ferret, magnum comminus in anguſto mari proelium factum eſt: quanto- 4
que conjunctis [a] magis navibus confligendi poteſtas dabatur, tanto ſupe-
riores erant Vatiniani: qui admiranda virtute ex ſuis navibus in hoſtium
naves tranſilire non [b] dubitabant; & [c] dimicatione aequata, longe ſupe-
riores virtute rem feliciter gerebant. Deprimitur ipſius Octavii quadrire- 5
mis: multae praeterea capiuntur, aut roſtris perforatae merguntur: [d] pro-
pugnatores Octaviani partim in navibus jugulantur, partim in mare prae-
cipitantur. Ipſe Octavius ſe in ſcapham confert; in [e] quam plures quum 6
confugerent, [f] depreſſa ſcapha, vulneratus, tamen adnatat ad ſuum myo-
paronem. Eo receptus, quum proelium nox dirimeret, tempeſtate magna 7
[1] velis profugit: ſequuntur hunc ſuae naves nonnullae, quas caſus ab illo
periculo [g] vindicarat.

XLVII. At Vatinius, re bene geſta, receptui cecinit; ſuiſque omnibus 1
incolumibus in eum ſe portum victor recepit, quo ex portu claſſis [h] Octa-
viana ad dimicandum proceſſerat. Capit [i] ex eo proelio [2] penterem I, tri- 2
remes II, dicrotas IIX; compluresque remiges Octavianos: [3] poſteroque
[k] ibi die, dum ſuas, captivaſque naves reficeret, conſumto, poſt diem III 3
contendit in inſulam Iſſam; quod eo ſe recepiſſe [l] ex fuga credebat Octa-
vium.

VARIAE LECTIONES.

a *Magnis* Lov. b *dubitant* V. Dorv. *c *dimicando quidem* Vaſc. M. d *pugnat.* Pet. male. Vide ad XI. e *qua* Lov. *fugerent* L. ſec. Dorv. f *depreſſa eſt* L.) ſec. g *vindicaverat* L. pr. h *Octavii* MSS. plerique & Edd. qdd. i abeſt L. pr. k deeſt L. pr. vulgo *ibi die fuit* ſine *conſumto.* l deeſt L. pr. male. V. ad l. VII, 20.

1. VELIS PROFUGIT] MSS. nonnulli *Vix profugit.* Alii *Velis vix profugit.* Quarum trium lectionum utravis ferri poteſt. CLARK. *Vix profugit* eſt in uno Regio Paris. Leid. ſec. ac R. Stephani. *Velis* & *vix* abſunt a Voſſ. Contra utrumque admiſit cum Cod. Victorii Vaſcoſ. & Gryph. poſt. cum Ed. Stradae. Et hoc malim.

2. PENTEREM] Ita recte cum R. Stephano edidit Scaliger & ſequentes; exſtatque in Scalig. Cod. & accedit Leid. ſec. *pentirem.* Videtur enim hic uti voluiſſe Graeca terminatione Hirtius, nam alioquin potius tota Latina voce ſcripſiſſet *quinqueremem*, ut ſupra: quin & forſan etiam dixit *trieres*, ut *dicrotas*, *cataſcopum.* Quare non poſſum veram credere lectionem ceterarum Edd. & MSS. *pentiremem* vel potius *penteremem* cum Urſin. Brantii & Voſſ. Idem dicendum de c. 62. B. Afric. *Penteres duas vacuas a defenſoribus.* licet ibi quoque MSS. & Edd. Vett. *Pentiremes vel Pentereines.* Mox *dierotas* non habent MSS. & Edd. omnes, ut cenſebat Brant. Nam *dicrotas* exſtat in Edd. Aldin. Steph. aliiſque, ut & MSS. Cujac. Petav. Scalig. Leid. pr. & aliis. *Dirotas* Voſſ. *Dejotari* Leid. ſec. *dicrota* cum Baiſio praefert Scheffer. Mil. Nav. p. 100. Sed naves ſeu νῆας ſubintelligit. Ita *ſpeculatoria navis* Caeſari, Livio &c. dicta, ab Hirtio vocatur *Cataſcopus* B. Afric. c. 26. & Iſidor. l. XIX. c. 1. Male *exploratorem* exponit Cellar. *Dieros* vel *dieres* hic alii male.

3. POSTEROQUE IBI DIE FUIT, DUM SUAS CAPTIVASQUE NAVES REFICERET. POST DIEM III CONTENDIT] Hanc quidem lectionem retinent editt. *Rom. Ven. Beroald.* at MS. *Norvic.* exhibet *poſteroque ibi die, dum ſuas captivaſque naves reficeret, conſumpto:* cujus ſane Codicis ſcripturam praefero, diſtincta hoc modo oratione, *poſteroque ibi die, dum ſuas captivaſque naves reficeret, conſumpto, poſt diem* III *contendit.* Sic *Phaedrus* lib. IV. Fab. IV, 18.

Poſtquam conſumpta *eſt temporis longi mora.*

Caeſar l. V. B. G. c. XI. *In his rebus dies circiter* X conſumit. Vide & ejuſdem libri c. LVIII. DAVIS. MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii (*poſteroque ibi die, dum* —— *reficeret, conſumto; poſt diem tertium &c.*) Quae lectio aeque proba. CLARK. De veritate hujus lectionis non ambigendum eſt: nam plane ita reliquit Petavian. & τὸ *fuit* non eſt in

4 vium. [1] Erat [a] in ea nobiliſſimum regionum earum oppidum, [b] conjunctiſ-
ſimumque Octavio: quo ut [c] pervenit, oppidani ſubplices ſe Vatinio de-
diderunt; [d] comperitque, ipſum Octavium, [2] parvis pauciſque navigiis
vento ſecundo regionem Graeciae petiſſe, inde ut Siciliam, deinde [e] Afri-
5 cam, caperet. Ita [f] brevi ſpatio re praeclariſſime geſta, provincia recepta,
& Cornificio reddita, claſſe adverſariorum ex illo toto ſinu expulſa, vi-
ctor ſe Brundiſium, incolumi exercitu & claſſe, recepit.

1 XLVIII. Iis autem temporibus, quibus Caeſar ad Dyrrhachium Pom-
pejum obſidebat, & [3] Palaepharſali rem feliciter gerebat, Alexandriaeque
quum periculo magno, tum etiam majore periculi fama [g] dimicabat, [h] Q.
Caſſius Longinus, in Hiſpania [4] Propraetore provinciae ulterioris obti-
nendae cauſſa relictus, ſive conſuetudine naturae ſuae, ſive odio, quod
in illam provinciam ſuſceperat quaeſtor, ex inſidiis ibi vulneratus, magnas
2 odii [i] ſui fecerat acceſſiones; [k] quod vel [l] ex conſcientia ſua, quum de ſe
mutuo

VARIAE LECTIONES.

a deſunt vulgo. b & *conj*. L. ſec. *que* abeſt V. c *venit* Pet. L. pr. V. d *Comperit*, *ipſ*. L. pr. e *ut Afr*. L. ſec. Edd. pp. *peteret* Dorv. f *breviſſimo* L. pr. g *laborabat*. Pet. h vulgo deeſt praenom. V. etiam c. 62. & *propraetor* legitur. i deeſt V. k *quo* MSS. 5. l deeſt L. pr.

Scalig. Leidd. Dorvill. & aliis. Id inculcatum eſt, cum *conſumto* exciderat. Hirt. l. VIII. c. 26. *Complures dies conſumſiſſet:* ubi vide plura. & B. Afric. c. 5, 11.

1. ERAT NOBILISSIMUM REGIONUM EARUM OPPIDUM] MS. *Brant.* & editt. *Beroald.* ac *Steph.* *erat in ea nobiliſſimum* &c. ac ita legendum conjecit *Pet. Ciacconius.* Edit. *Vaſcoſ. Erat in ea regione nobiliſſimum oppidum*, quae quidem lectio Codicibus MSS. non nititur, praeterquam quod tam in hac quam in priore manifeſto deeſt oppidi nomen, quod tamen, niſi fallor, repraeſentant MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven.* hi enim Codices exhibent *erat Maeum nobiliſſimum* &c. Haud equidem diffiteor hanc urbem a Geographis non memorari, quae ſi cauſa erit idonea, cur ea lectio prorſus rejiciatur, pari ratione deleatur etiam inſula *Tauris*, cujus noſter hujuſce libri c. XLV. mentionem facit, aut cum *Pet. Ciacconio* in *Tragurium* mutetur; id enim non inſula, ſed oppidum fuit Dalmatiae. Vide *Chr. Cellarium* Geogr. Ant. l. II. c. VIII. p. 389. DAVIS. *Erat in ea regione nobiliſſimum oppidum.* Sic MS. Regius & Edit. Vaſcoſani. Editi nuperi (*Erat nobiliſſimum regionum earum oppidum.* MS. Voſſii (*Erat* in ea *nob. reg. earum opp.* Voces iſtae *in ea* corruptae videntur ex *Maeum.* Sic enim MS. Elienſ. & Editt. Rom. & Ven. *Erat* Maeum *nobiliſſimum reg. earum oppidum.* Quam demum cum doctiſſimo Daviſio veram eſſe poſſe exiſtimo lectionem. CLARK. Perperam interpolatiſſimam lectionem exhibuit Clarkius, licet adjuvet Leid. ſec. in quo *Erat* in ea *regione nob. earum oppidum. In ea* inſerui ſimpliciter ſc. inſula. ut eſt quoque in MSS. aliorum & meis, niſi quod Lovan. habeat *in eam* & *meum* Scalig. quo confirmatur valde nomen *Maeum.* Sed videtur tantum dicere auctor, in ea inſula Iſſa fuiſſe nobiliſſimum oppidum, dictum nempe ab Inſula, *Iſſam.*

2. PAUCIS PARVISQUE] Editi *parvis pauciſque* Qui minus elegans videtur verborum ordo. CLARKE. Non editi ſolum, ſed manu exarati habent *parvis pauciſque.* In quo ordine non minus elegantiae video, quam in ſubſtituto. *Magni multique* c. 72.

3. PALAEPHARSALI] Vel *Palaeopharſali*, ut habet MS. Urſin. ac ita Beroaldus alique nonnulli ediderunt. DAVIS. *Cur. ſec. Palaeopharſali* eſt etiam in Edd. primis & Vaſcoſ. unde natum *proelio Pharſali* in Ed. prima Gryphii, & pejus *proelio Pharſalico* in Plantin. & Raphel. Verum Cuj. Petav. Scalig. Leid. pr. Ciacc. Brant. & alii cum Steph. ſervant *Palaepharſali:* quam veriſſimam eſſe lectionem vidimus ad Frontin. lib. II, 3, 22. *Palaepharſali triplicem inſtruxit aciem.* Adde Cellarium.

4. PROPRAETOR PROVINCIAE ULTERIORIS] MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *pro Praetore provinciae ulterioris*, quae antiqua eſt & vera ſcribendi ratio. DAVIS. Reſtitui *Propraetore*, auctoribus MSS. meis omnibus, & Edd. primis, item Vaſcoſ. Gryphii, & Stephani. cap. 42. eodem modo *Quaeſtor Propraetore* occurrit. alibi *Legatus Propraetore.* Praeterea ex MSS. Cuj. Petav.

mutuo ſentire provinciam crederet, vel [1] multis ſignis, & teſtimoniis eorum, qui [a] difficulter odia [2] diſſimulabant, animum advertere poterat; & 3
compenſare obfenſionem provinciae exercitus amore cupiebat. Itaque, quum primum in unum locum exercitum conduxit, [3] HS centenos militi- 4
bus [b] eſt pollicitus: nec [c] multo poſt, quum in Luſitania [4] Medobregam oppidum, montemque Herminium, expugnaſſet, quo Medobregenſes confugerant; ibique Imperator [d] eſſet adpellatus, [5] HS centenis milites donavit. Multa praeterea & magna praemia ſingulis concedebat, quae ſpe- 5
cioſum reddebant praeſentem exercitus amorem; paullatim tamen & occulte militarem diſciplinam ſeveritatemque [e] minuebant.

XLIX. Caſſius, legionibus in hiberna diſpoſitis, ad jus dicendum Cor- 1
dubam ſe recepit, contractumque in ea aes alienum graviſſimis oneribus provinciae conſtituit exſolvere; &, ut largitionis poſtulat conſuetudo, per cauſſam liberalitatis [f] ſpecioſam, plura largitori quaerebantur; pecuniae locupletibus imperabantur; quas Longinus ſibi expenſas ferri non tantum 2
patiebatur, ſed etiam cogebat: in gregem [g] locupletium [6] ſimultatum cauſſae

VARIAE LECTIONES.

a *Difficultanter* Dorv. *difficultate Rhodia* Lov. & vulgo *diſſimulant, animadv.* b deeſt L. pr. c *multum* MSS. 2. *poſtquam in* MSS. mei o. niſi quod *quam* deſit in L. ſec. d exſulat Sc. Lov. vulgo dein *iterum HS. cent. d.* e *minuebat* MSS. 6. f *ſpecioſa exempla largitionum* ora Vaſc. *plurima* L.pr. g *locupletum* V. L. ſec. Dorv. Vict. fruſtra.

tav. Lovan. Leidd. & Edd. Vaſc. Gryph. Stephani addidi praenomen Q. Quo adludunt etiam Scalig. *quae Caſſ.* & Voſſ. *qua Caſſ.*

1. MULTIS SIGNIS.] Ita Scaliger repoſuit, cum vulgo in Ald. Gryph. Plant. Edd. ſcriberetur *initis ſignis*. In τῷ *multis* conſentiunt Petav. Scalig. Leidenſes cum Ed. R. Steph. at Lovan. Dorv. Voſſ. Ciacc. Brant. & Edd. Vett. *mutuis* habent. Cujacianus vero cum Faerno *Mutis ſignis*. Quod valde arridet. Per *muta ſigna* intelligit eorum geſtus, & actiones tacitas, licet odium non teſtarentur, ut per *teſtimonia* apertiores odii denunciationes ſignificat. *Muta ſuſpiria*, *muti queſtus*, *muti adfectus* & ſimilia alibi, quae ſaepe abiere in *multa*. Vide ad Frontin. l. 1, 6, 2.

2. DISSIMULABANT] Sic MS. Reg. Quae & vera lectio. Alii omnes *diſſimulant*. CLARK. Lege *diſſimulabant*, quod etiam *Clarkius* ex MSto Regio monuit. Ita recte dant *Gryphius* & *Lugdunenſes* 1576. DAVIS. *Cur. ſec.* Accedunt Codex Dorvillii, Scalig. item Edd. Vaſcoſ. Stephani, & Stradae, cum Gryph. Ed. poſteriore, non prima: Praeterea ex Leid. primo & Lovan. ſcripſi *animum advertere*. Adi ad l. 1. B. G. c. 24.

3. HS. CENTENOS.] Recte Ciacconius notavit in MSS. plerisque & Edd. Vett. male ſcribi *ſeſtertia centena*. Singulis enim militibus, nimium foret, univerſis parum. In Voſſ. Cod. eſt *Seſtertium centies*. Scalig. & Leid. pr. *Se R. c.* bene infra *ſeſtertiis centenis* c. 52. *ſeſterties c.* diſerte Cujac. Leid. pr. & Scalig. cum Vaſc. Steph. Scal. &c. & l. VIII. B. G. c. 4. *Militibus ducenos ſeſtertios pollicetur*, & de Bello Africo c. 88. *ſingulis HS. C. diviſit*.

4. MEDOBREGAM] In Inſcript. *Medubriga* & Plinio *Medubricenſes* vocantur, ut Ciacconius & Cellarius adnotant. Huc accedunt MSS. Dorv. Leid. ſec. Voſſ. Lovan. qui habent *Medobrigam* & *Medobrigenſes*.

5. ITERUM DONAVIT] Paullo ante dixit eum, exercitu in unum locum conducto, *pollicitum* eſſe *C. ſeſtertios*; non vero eum *donaſſe*. Jam vero, re bene geſta donavit eos ſeſtertios: non *iterum* donavit: Quare confidenter ejeci hanc vocem, auctoritate MSS. Cujac. Petav. Scal. Leid. pr. Voſſ.

6. SIMULTATUM] Sic quidem conſtanter omnes Codd. *Ph.* tamen *Rubenius* Elect. l. 1. c. XXXII. hanc lectionem rejicit: dictio quippe *ſimultatum* huic ſententiae non ſatis appoſita videtur, ideoque reponit *multarum*. At vero *ſimultates* primum quaerebantur, propterea quod divites eo, quo par eſt, modo ſe non geſſiſſe autumabat Longinus; dein iis mulctae ſunt impoſitae. Antecedens eſt pro conſequente. Sic apud *Corn. Nepotem* Thraſyb. c. 11, 5. *Hanc* (Munichiam) *bis Tyranni*

3 ſae tenues conjiciebantur: neque ullum genus quaeſtus, aut magni [a] & e-
videntis, aut minimi [b] & ſordidi, praetermittebatur, quo domus [c] & tri-
4 bunal imperatoris vacaret. Nemo erat, qui [d] modo aliquam jacturam fa-
5 cere poſſet, quin aut vadimonio teneretur, aut [1] in reos referretur. Ita
magna etiam ſollicitudo periculorum ad jacturas, & detrimenta rei fami-
liaris [e] adjungebatur.

1 L. Quibus de cauſſis accidit, ut, quum Longinus Imperator eadem fa-
ceret, quae fecerat quaeſtor, ſimilia rurſus de morte ejus provinciales con-
ſilia inirent. Horum odium confirmabant nonnulli familiares ejus: qui,
2 quum in illa ſocietate verſarentur rapinarum, [2] nihilo minus oderant [f] eum,
cujus nomine peccabant: ſibique, quod rapuerant, [3] acceptum [g] refere-
bant; quod [h] interciderat, aut erat interpellatum, Caſſio adſignabant. [i] v
3 legionem novam conſcribit. Augetur odium [k] & ex ipſo dilectu, & ſum-
tu additae legionis. Complentur equitum III milia, maximiſque [4] ornan-
tur inpenſis: nec provinciae [l] datur ulla requies.

1 LI. Interim litteras accepit a Caeſare, ut in Africam exercitum [m] tranſ-
jiceret, perque Mauritaniam ad fines Numidiae perveniret: quod magna
Cn. Pompejo Juba [n] rex miſerat auxilia, [o] majoraque miſſurus exiſtimaba-
2 tur. Quibus litteris acceptis, inſolenti [p] voluptate efferebatur, quod ſibi
3 novarum provinciarum, & fertiliſſimi regni tanta oblata eſſet facultas. I-
taque

VARIAE LECTIONES.

a *Aut* Sc. L. pr. b *aut* Lov. *praemittebantur* L. pr. c *aut* Pet. Sc. d *domo* Lov. Dorv. Mox *inter reos* vulgo. e *adjungebantur* Ed. Gr. f *in cuj.* Lov. *eum in cuj.* Edd. R. M. V. g vulgo *ferebant.* h *interceſſerat* Lov. i *quartum* V. k deeſt MS. Urſ. copula, bene *ex* abeſt Lov. Dorv. V. L. ſec. Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. Mox vulgo *onerantur.* l *dabatur* L. pr. m *traduceret* L. pr. n Forte Gloſſa. nam abeſt a MSS. Leidd. V. Lov. Dorv. o *maturaque* L. pr. *matureque* Lov. *aeſtim.* L. ſec. p *voluntate* MSS. plerique & Edd. pp.

ranni oppugnare *ſunt adorti*; cum revera *oppugnarint*, non autem expugnaverint. Vide etiam l. v. B. G. c. XII. & ibi notata. DAVIS. *Cauſa* eſt in Leid. pr. Lat. Latinius legebat *ſimul & cauſſae.* Sed vulgata mihi etiam ſincera videtur. *Simultatium* autem eſt in Scalig. Lovan. & Voſſ. Vide ad l. IV. B. G. c. 3. *Civitatium.*

1. INTER REOS REFERRETUR] Sic quidem recentiores exhibent una cum Edd. antiquiſſimis & MSS. Dorv. ac Leid. ſec. At vero MSS. Petav. Scalig. Lovan. Leid. pr. Voſſ. & aliorum, item Edd. Aldi, Vaſcoſ. Gryph. Steph. Plant. Scalig. Cellar. & plures dant *in reos ref.* quod idcirco ſecutus ſum.

2. NIHILOMINUS TAMEN] Sic MSS. Reg. & Edit. Romana. In aliis deeſt *tamen.* CLARK. Ego contra cenſeo, librarii alicujus eſſe additamentum, qui tali fulcro orationi opus eſſe putabat. Verum elegantius multo omittitur, nec quoque comparet, niſi in recentiſſimis Leid. ſec. Dorvill. & Edd. Med. Ven. Vaſcoſ. Gryph. poſt ac Steph. ſaepe etiam *tamen* omittitur poſt *quamquam*, *etſi*, & ſimilia. Adi, quos laudat Cort. ad Salluſt. B. Jug. c. 35. & Stewech. ad Veget. l. I. c. 20. *Nam, licet &c. pedites conſtat eſſe nudatos.* Sic etiam MSS. mei omnes. vulgo inſerunt *tamen.* Vide etiam Var. Lect. l. VIII. B. G. c. 50.

3. ACCEPTUM FEREBAT] Ut hoc ferri queat, & locis Valerii Maximi, Plinii, Senecae ac JCtis defendatur, ſatagente Borichio Cogit. de Ling. Lat. p. 270. exprimendum tamen eſt, quod in antiquioribus eſt libris. Petav. autem, Leidenſes, Voſſ. & Aicardi cum aliis habent *referebant.* Quod paſſim in his commentariis occurrit, ut apud aurei aevi ſcriptores ſemper. In aliorum locis, ubi vulgo *ferri* circumfertur, MSS. fere habent *fieri.* Vide Cort. ad Plin. l. II. Ep. IV. *Acceptum tibi fieri jubebo.*

4. ORNANTUR] Sic MSS. plurimi, & Editt. Vett. nonnullae. Scaliger & Recentiores; *onerantur.* Minus recte. CLARK. Optime cum Goduino ex 6. MSS. Gallicis ita reſtituit Clarkius;
quod

taque ipſe in [a] Luſitaniam proficiſcitur, ad legiones arceſſendas, [b] auxilia- 3
que adducenda: certis hominibus dat negotium, ut frumentum naveſque
[c] c praepararentur, pecuniaeque deſcriberentur, [1] atque imperarentur,
ne qua res, quum rediſſet, moraretur. Reditus ejus fuit celerior omnium 4
opinione: non enim labor aut vigilantia cupienti praeſertim aliquid Caſ-
ſio [d] deerat.

LII. [e] Exercitu coacto in unum locum, caſtris ad Cordubam poſitis, pro 1
concione militibus exponit, quas res Caeſaris juſſu gerere deberet: polli-
ceturque iis, quum in Mauritaniam transjeciſſet, [f] HS centenos ſe daturum;
v fore in Hiſpania legionem. Ex concione ſe Cordubam recepit: eoque 2
ipſo die, tempore [2] poſtmeridiano [g], quum [h] in Baſilicam iret, quidam
[i] Minutius Silo, cliens L. [k] Racilii, libellum, quaſi aliquid ab eo poſtula-
ret, ut miles, ei [l] tranſdit: deinde poſt Racilium ([3] nam is latus Caſſii te-
gebat) quaſi reſponſum [m] ab eo peteret, celeriter dato loco, quum ſe in-
ſinuaſſet, [4] ſiniſtra conripit eum, dextraque bis ferit pugione. Clamore
ſublato, fit a conjuratis inpetus [n] univerſis. [5] Munatius Flaccus proximum 3
gladio

VARIAE LECTIONES.

a *Luſitania* Lov. b *que* abeſt V. c deeſt Lov. In eodem & V. *praeparentur. compararentur* L. pr. d *de ea* L. pr. *de eis* Lov. e *ex exerc.* L. ſec. Dorv. f *ſeſtertia c.* MSS. & Edd. Vett. qdd. ſed V. ad c. 48. g vulgo *meridiana hora.* h deeſt Lov. i *Minuturius* L. pr. *ſolo* V. k *Racili* L. pr. l *tradit*, *tradidit* MSS. & Edd. Vett. m Abſunt *ab eo* a Scal. L. pr. V. nec deſiderantur. n *univerſus* L. pr. nec male. dein *Plancus* vulgo & *Plancum.*

quod confirmant Cujac. Petav. Leid. pr. Voſſ. Lovan. Dorvill. & Edd. primae. *Ornantur* ſive armantur equites inpenſis provincialium. *Ornare* & *onerare* in his crebro permutatum eſt. Adi Cl. Burm. ad Ovid. Epiſt. IX, 103. *Se quoque Nymphatius ornavit Jardanis armis.* B. Afric. c. 72. *Ornatus loricatuſque elephantus.* ubi eadem confuſio. Adde c. 86. *elephantos ornatos armatoſque.*

1. ATQUE IMPERARENTUR] Haſce voces, quae in omnibus MSStis & antiquitus excuſis comparent, temere prorſus omiſit *Joſ. Scaliger*; deſcribuntur enim pecuniae, cum certa unicuique ſumma imponitur ſolvenda, imperantur autem, cum eas poſtulat exactor. DAVIS. Non *temere prorſus* omiſit has voces *Joſ. Scaliger*, ut exiſtimavit Daviſius; expreſſit enim eas *Scaliger* in ſua Editione: Sed in Editione Jungermanni, qui Scaligerum ſecutus eſt, omiſſae ſunt errore typographico. CLARK.

2. MERIDIANA HORA] MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii *poſtmeridiano tempore.* CLARKE. *Tempore pomeridiano* eſt in Edd. Flor. Vaſcoſ. Gryph. poſt. Steph. & Stradae. Sed *tempore poſtmeridiano* MSS. Urſin. Cujac. Scalig. Petav. & Leid. pr. cum Ed. Beroald. quod reſcripſi. Paſſim ita Cicero & alii. Deſunt hae voces in Lovan.

3. NAM IS LATUS CASSII TEGEBAT] Hoc loco *latus tegere* eſt latus ſiniſtrum alterius, qui vel aetate vel honore ſuperior eſt, claudere: quod qui facit, tanquam pro ſcuto ſit, quo latus, praeſertimque ſiniſtrum, tegitur, *latus tegere* dicitur, ut docet *Adrianus Turnebus* l. XIV. Adverſ. cap. XXIV. adhibito *Horatii* loco l. II. ſat. V.

Viſne tegam ſpurco Damae latus?

Brant. Vide *Juvenalem* Sat. III, 131. & ibi vet. Scholia. DAVIS. Notat Goduinus in MS. Regio ſcribi *per Racilium*; ut ipſe Racilius caedis particeps (V. c. 53, 55.) locum percuſſori dederit corripiendi averſum. Qui tamen ſenſus ſatis e vulgatis quoque exſculpi poteſt.

4. SINISTRA CONRIPIT EUM] Locum hunc de menda ſuſpectum non haberem; niſi MSS. me ejus admonuiſſent. nam pro *eum* in Voſſ. eſt *verſus*, in Cujac. Petav. Scalig. Lovan. *verſum*. Amplius mutat Leid. pr. dans *in ſiniſtram partem inſinuaſſet corripit verſum.* Unde videtur ſcribendum eſſe *ſiniſtra corripit averſum* i. e. a tergo. niſi *verſum* ſit pro *converſum*, ut ſe converterit Longinus, Minutio poſt Racilium ſe inſinuante inter eos, ut *converſum amplexus* Apulej. l. II. Met. pag. 29. Sed prius aptius & magis Latinum videtur.

5. MUNATIUS PLANCUS] MSS. quotquot ſcio, omnes praeter Bruti codicem, ut & Edd. primae,

4 gladio [a] tranſjicit lictorem. Hoc interfecto, Q. Caſſium legatum vulnerat.
Ibi T. Vaſius, & L. [b] Mergilio, ſimili confidentia Flaccum, municipem
ſuum, adjuvant: erant enim omnes Italicenſes. [1] Ad ipſum Longinum L.
Licinius Squillus involat, jacentemque levibus [c] ſauciat plagis.
1 LIII. Concurritur ad Caſſium defendendum: ſemper enim [2] berones,
2 compluresque evocatos cum telis [d] ſecum habere conſueverat; a quibus [e] ce-
3 teri intercluduntur, qui ad caedem faciendam ſubſequebantur: quo in nu-
4 mero fuit Calpurnius Salvianus, & [f] Manilius Tuſculus. Minutius inter
ſaxa, [3] quae [g] jacebant in itinere, fugiens obprimitur, &, relato domum
Caſſio, ad eum deducitur. Racilius in proximam ſe domum familiaris ſui
5 confert, dum certum cognoſceret, confectuſne Caſſius eſſet. [h] L. Lateren-
ſis, quum id non dubitaret, accurrit laetus in caſtra; [i] militibus vernaculis,
& ſecundae legionis, quibus odio ſciebat praecipue Caſſium eſſe, gratu-
latur:

VARIAE LECTIONES.

a *Trajecit* Lov. Dorv. b *Mergerio* Lov. L. ſec. Dorv. c *vulnerat* L. pr. d deeſt Edd. pp. *conſuerat* Dorv. e *Caeſaris* L. pr. f *Mamilius Tuſculanus* Urſ. legit. *Tiſculus* Lov. g vulgo *jaciebant. refugiens* L. pr. h Abeſt praenomen a Sc. L. pr. Lov. i *a mil.* Lov. *militibuſque* Sc. V. Edd. qdd. *a militibuſque* L. ſec. & pr. a m. ſec.

mae, item Vaſc. Gryph. Steph. habent *Flaccus.* & ſtatim *Flaccum. Munatiae* tamen gentis vulgare cognomen eſt *Plancus:* unde illud Aldus videtur ſubſtituiſſe. *Munitius* eſt in Edd. Mediol. ac Ven. *Munitius* Flor. Forſan ratio horum nominum in provinciis aliquantum confuſa fuit. Subdit enim Auctor, fuiſſe conjuratos omnes *Italicenſes*, ſive *Italicae*, quae eſt urbs Hiſpaniae Baeticae, natos, ſed ex Romanis ortos, & municipes. Immo diſerte *Munatii Flacci* mentio ſit in B. Hiſpan. Vide omnino Cel. Periz. T. IV. Epiſt. ab Cl. Burm. editarum p. 788. cum quo hic *Flaccus* reſtitui.

1. AD IPSUM INVOLAT] Lovan. Cod. *At:* ut *involare* ſine praepoſitione ponatur. Idque mihi hic magis adridet; licet ſaepe *in aliquem involare* occurrat. Vulgatum omnino proſcripſit Ill. Heinſius ad Ovid. Metam. XIII, 560.

Correptum captivarum agmine matrum
Involat.

2. BERONES] Editt. *Rom. Ven.* exhibent *Verrones*, quae quidem lectio favere videtur *Hadr. Valeſii* conjecturae; is enim in animadv. ad *Ducangii* Gloſſar. p. 221. reponit *Betones* vel *Vettones*, qui ſunt Hiſpaniae citerioris populus. Quae ſane emendatio melior eſt *Turnebiana; Adr.* enim *Turnebus* Adverſ. l. XIV. c. XVI. *Bigerones* reſcribit. Alii codices repraeſentant *Varrones* vel *Barones*, ac procul dubio falſus eſt doctiſſimus *Valeſius*, dum audacter aſſerat, vocem illam ultimam ne *Caſſiodori* quidem aevo fuiſſe notam, cum eam adhibeat *Cicero* Fam. l. IX. Epiſt. XXI. *Ille*, inquit, *baro te putabat quaeſiturum, unum coelum eſſet an innumerabilia.* Sed ibi hominem ſtultum & fatuum denotat, hic alia ſit oportet ejus ſignificatio. *Perſius* Satir. v, 138.

Baro, reguſtatum digito terebrare ſalinum
Contentus perages. ——

Ubi vetus Scholiaſtes ſic ait: *Lingua Gallorum* barones *vel* varones *dicuntur ſervi militum, qui utique ſtultiſſimi ſunt, ſervi videlicet ſtultorum.* Eadem vox legitur apud *Petronium* in fragment. Tragur. p. 131. editt. Amſtel. 1700. Defendit hanc lectionem *Pet. Pithoeus* Adverſ. l. I. c. VIII. Vide & *Jani Rutgerſii* Ven. Lect. c. XXIII. DAVIS. *Berones* eſt in MSS. cunctis. *Verrones* Ed. Mediol. quoque. *Barones* edidit Stephanus. Vide etiam Gyrald. Dial. 12. T. 2. Th. Crit. & Viros doctos ad Ciceron. l. v. ad Att. Ep. 11. *Apud Patronem & reliquos barones te in maxima gratia poſui.*

3. QUAE JACIEBANT IN ITINERE, FUGIENS OPPRIMITUR] MS. *Norvic. jacebant*; editt. autem *Rom. Ven. Beroald. Stephan. quae jaciebantur, in itinere fugiens opprimitur*, quae quidem lectio & interpunctio mihi valde arrident. DAVIS. MSS. Elienſ. & Voſſii corrupte *jacebant.* Edd. aliquot Veteres, jaciebantur, *in itinere fugiens opprimitur.* Quam lectionem & interpunctionem probat Daviſius. Favet MS. Regius, qui habet itidem *jaciebantur.* CLARK. & Lovan. At vero quid eſt *opprimi inter ſaxa, quae jaciuntur? Saxis* debuit dici vel *per ſaxa*, ſed errant veri docti. *Jacebant* eſt in Petav. a. m. pr. Scalig. Leidenſibus, Voſſ. & Dorvill. atque ita Goduinus in MSS. Gallicis inventum probavit. Omnino bene. Inpeditus

ſaxis,

latur: tollitur a multitudine in tribunal: praetor adpellatur. [1] Nemo enim 6
[a] aut in provincia natus, aut vernaculae legionis [b] miles, aut diuturnita-
te [c] jam factus provincialis, quo in numero erat II legio, [2] non cum omni
provincia conſenſerat in odio Caſſii: nam legiones XXX & [d] XXI, paucis
menſibus in Italia [e] ſcriptas, Caeſar adtribuerat Longino: V legio [f] nuper
ibi erat confecta.

LIV. Interim nunciatur Laterenſi, vivere Caſſium. Quo nuncio, dolo- 1
re magis [g] permotus, quam animo perturbatus, reficit [h] ſe celeriter, & ad
Caſſium viſendum proficiſcitur. Re cognita, XXX legio ſigna Cordubam 2
infert, ad auxilium ferendum Imperatori ſuo: facit hoc idem XXI. Subſe-
quitur has V. Quum II legiones [i] reliquae eſſent in caſtris, [k] ſecundani ve- 3
riti, ne ſoli relinquerentur, atque ex eo, quid ſenſiſſent, indicaretur, ſecu-
ti ſunt factum ſuperiorum. Permanſit in ſententia legio vernacula, nec ullo
timore de gradu dejecta eſt.

LV. Caſſius eos, qui nominati erant conſcii caedis, jubet comprehen- 1
di: legionem V in caſtra remittit, cohortibus XXX retentis. Indicio Minutii 2
cognoſcit, L. Racilium, & L. Laterenſem, & Annium Scapulam, maxi-
mae dignitatis & [l] gratiae provincialem hominem, ſibique tam familiarem,
quam Laterenſem [m] & Racilium, in eadem fuiſſe conjuratione: nec diu
moratur dolorem ſuum, quin eos interfici jubeat. Minutium libertis tranſ- 3
dit excruciandum: item Calpurnium Salvianum, qui profitetur [n] indicium,
conjuratorumque numerum auget, vere, ut quidam [o] exiſtimant; ut non-
nulli queruntur, coactus. Iiſdem cruciatibus [3] adfectus L. Mergilio. Squil- 4

VARIAE LECTIONES.

a vulgo deeſt *aut*. b *milites* MSS. 4. c *infectus* MSS. 2. d *XVI* V. e *conſcriptas C. attulerat* L. pr. f Sic MSS. non *i. n.* g *in animo p.* Lov. L. ſec. h ita MSS. non *cel. ſe* aut *ſeſe*. i deeſt V. k *ſecundarii* Edd. Vett. ante Urſ. contra MSS. dein *judicaretur* MSS. nonnulli. l *gloriae* Lov. Dorv. L. ſec. Edd. R. M. V. m *& Rac.* deſunt Edd. R. M. V. n *indictum* Pet. L. pr. Lov. o *aeſtimant* L. ſec.

ſaxis, quae in itinere jacebant, & inter illa dum fugit, vacillans opprimitur. *Jaciebantur, in it.* habent etiam Vaſcoſ. Aldus, Gryph. Plantin. ita ut ante Scalig. in nullo ſit *jaciebant*. Mox *ad domum*, quod extabat ante Urſinum in Edd. Aldi, Gryphii, Plant. & aliis, confirmatur a Lovanienſi; uti & alibi additur praepoſitio. Verum cum a reliquis MSS. abſit, & ſubdat *ad eum* rectius ego quoque ſubintelligi puto.

1. NEMO ENIM IN PROVINCIA NATUS] In MSto *Norvic.* eſt *nemo autem in provincia natus.*; editt. *Rom. Ven. Beroald. nemo enim aut in provincia natus*, nec ſcio, quare vocula illa contra earum fidem rejiciatur. DAVIS. *Aut in prov.* Sic MSS. Reg. & Voſſii, & Edd. Vett. Vulgati minus eleganter omittunt *aut*. CLARKE. *Aut* agnoſcunt MSS. omnes & Edd. Vett. praeter Ald. Manut. Plantin. & ſeqq.

2. NON CUM OMNI] Mutilum cenſet hunc locum Rhellicanus; ac proinde emendat (*Nemo enim* (ſcil. *erat.*) qui *non cum omni* &c.) Sed non hic opus. Aeque enim Latina eſt, ac plane idem ſonat, vulgata Lectio. CLARK.

3. AFFECTUS L. MERGILIO. SQUILLUS NOMINAT PLURES] MS. Reg. *affecit. A Lucio Mergilio Squillo nominati ſunt plures.* MSS. Elienſ. & Voſſii *Affecit. L. Mergilio Squillus nominat plures.* Si illud *affecit* probum ſit, legendum erit, mutata interpunctione *item Calpurnium Salvianum (qui —— coactus) iiſdem cruciatibus affecit.* A L. Licinio Squillo *nominati ſunt plures.* Vel (*item Calpurnium Salvianum, (qui —— coactus,) iiſdem cruciatibus* affecit. L. Mergilio & Squillus *nominant plures.*) Sed praeſtare videtur vulgata Lectio. CLARK. Pro *Iiſdem* in nonnullis, ut ſolet, *iſdem*, at in Leidd. *Idem. Affecit* etiam Petav. Ci-

lus nominat plures; quos Caſſius interfici jubet, exceptis iis, qui ſe pecu-
nia redemerunt: nam palam [1] IIS x cum Calpurnio paciſcitur, & cum Q.
5 [a] Sextio L. [2] qui ſi maxime nocentes ſunt multati, tamen periculum vi-
tae, dolorque vulnerum [3] pecuniae remiſſus, crudelitatem cum avaritia
certaſſe ſignificabat.
1 LVI. Aliquot [b] poſt diebus litteras a Caeſare miſſas [c] accipit; quibus co-
2 gnoſcit, Pompejum in [d] acie victum amiſſis copiis fugiſſe. Qua re cogni-
ta, [4] mixtam dolore voluptatem capiebat. Victoriae nuncius laetitiam ex-
primebat: confectum bellum licentiam temporum intercludebat. Sic erat
3 [5] dubius animi, utrum nihil [e] timere, an omnia licere mallet. Sanatis vul-
neribus, arceſſit omnes, qui ſibi pecunias expenſas tulerant, acceptaſque
eas jubet referri: quibus parum videbatur inpoſuiſſe oneris, ampliorem
4 pecuniam imperat. [6] Aeque [f] autem Romanorum dilectum inſtituit; quos
ex

VARIAE LECTIONES.

a *Seſtio*, *Sentio* MSS. quid. ſtatim vulgo *etſi* ac *pecunia*. b *poſtea* L. pr. c *recipit* L. ſec. d *aciem* Lov. & vulgo *dolori*. e *timeret* Urſ. Leidd. Sc. V. Lov. f vulgo *aequa a. ratione delect.*

accon. & Cujac. pro Var. Lect. *A L. Mergilio* eſt in Edd. primis, Vaſcoſ. Steph. & aliis, ſeu *Mercilio*. quod habent multi MSS. Si quid mutandum, ut videtur, recipienda omnino eſt Ciacconii emendatio *affecti L. Mergilio & Squillus nominant*, quam lectionem in pleriſque exemplaribus eſſe ait Glandorpius. Uterque erant conjurati, ut patet e c. 52.

1. IIS. x.] Sic Urſinus docuit reponendum i. e. Seſtertium decies. Inepte olim edebatur & in pleriſque MSS. ſcribitur *Seſtertiis decem* vel ccIↃↃ. & ſtatim L notat *quinquagies*, non *quinquaginta*. Pro x vero ſeu *decies*, *LXI*. Sexagies legendum videtur e Valer. Max. l. IX. c. 4. & Saresber. l. VIII. Policr. c. 15. Uti Glandorpius, Ciacconius, & Gronov. de Pec. Vet. l. IV. c. 4. jam monuerunt.

2. QUI ETSI MAXIME NOCENTES] MS. *Norvic.* *Qui ſe maxime innocentes*, contra rem ipſam: at alii ac edit. *Rom. Ven. Beroald.* habent *qui ſi maxime nocentes*; quae quidem proba eſt locutio & hic ex Codicum fide reponenda, ut oſtendit *J. F. Gronovius* de Pec. Vet. l. IV. c. IV. pag. 617. DAVIS. (*Qui* ſi *&c.*) Ita reſtituit Daviſius ex MSS. & Editt. Vett. Quibus ſuffragantur MSS. Reg. & Voſſii. Vulgg. (*Qui* etſi *&c.*) CLARK. *Si* exhibent MSS. omnes & Edd. Med. Vaſcoſ. Gryph. Steph. aliaeque. Vide Acid. ad Vellej. II, 99. Cort. ad Sall. B. Jug. 85. in fine, & alios.

3. PECUNIA REMISSUS] Sic quidem habent Edd. omnes. At vero MSS. Petav. Scalig. Lovan. Leidenſes, Voſſ. dant *pecuniae*. Eleganter mehercule, & acute. Remiſit ſeu *donavit*, ut ſolent saepiſſime etiam loqui veteres, iis dolorem vulnerum, reſpectu pecuniae, ſive propter pecuniam. Paſſim *remitto tibi illam rem* eſt in uſu. Sed & cum Dativo rei, quae notat cauſſam, cur alicui remittatur, quod & uſu venit in τῷ *donare*. Adi omnino Cel. Gronov. Obſ. l. IV. c. 2. Lucan. l. IX, 1059.

quam magna remiſit
Crimina Romano triſtis Fortuna pudori.

4. MIXTAM DOLORI VOLUPTATEM] Non male. Sed MSS. meliores, ut 4 Gallici, a Goduino viſi, & Petav. Lovan. Scalig. Leidenſes, Dorv. Regius Angl. Edd. primae, Vaſc. Gryph. poſt. Steph. & aliae habent *dolore*. Ut Ciceroni *Mixtus candore nitor*. Salluſtio B. Jug. c. 57. *Picem ſulphure mixtam*. ubi in Excurſu V. vide Cortium. ac Celeb. Burm. ad Ovid. Faſt. VI, 170. *Mixtaque cur calido ſit faba farre rogas*. Caeſ. l. III. B. Civ. c. 48. *herbam admixtam lacte*. ubi vide alia. Apul. lib. III. Met. p. 58. *Anethi modicum cum lauri foliis inmixtum rore fontano*; ut bene legit Wouwerius. Ante erat *inmiſſum*. Liv. l. II. c. 53. *clamor mixtus ploratu*.

5. DUBIUS ANIMI] Sic optime Scaliger e ſuo, ut videtur, codice, & Edd. Venet. Florentina, aliiſque primis reſtituit. Nam in reliquis MSS. & Edd. inveni *animus*. *Dubius conſilii* Juſt. l. II. c. 13. Alii *dubius fati, fugae &c. ſalutis*. Apul. l. V. p. 107. Vide ad Luc. l. I, 506. ſimiliter *animi incertus*. Adi Ill. Heinſ. ad Valer. Flacc. l. I. c. 79. & talia innumera occurrunt. Vide etiam ad l. VII, 80.

6. QUEM AUTEM ROMANORUM DELECTUM INSTITUIT; QUOSQUE EX OMNIBUS CONVENTIBUS —— CONSCRIPTOS HABEBAT TRANSMARINA &c.] Scaliger & Recentiores iſtum locum hoc modo ediderunt: (Aequa *autem* ratione *delectum inſtituit*; quos *ex* —— *conſcriptos*, *tranſmarina &c.*)

Corru-

ex omnibus conventibus [a] coloniiſque conſcriptos, tranſmarina militia perterritos, ad ſacramenti [b] redemtionem vocabat. Magnum hoc fuit vectigal, majus tamen [c] creabat odium. His rebus confectis, [1] totum exercitum luſtrat. Legiones, quas in [d] Africam ducturus erat, & [e] auxilia mittit [f] ad Trajectum: ipſe, claſſem, quam parabat, ut inſpiceret, Hiſpalim accedit; [g] ibique moratur: propterea quod edictum tota provincia [h] propoſuerat, [2] ut, quibus pecunias imperaſſet, neque [i] contuliſſent, ſe adirent. Quae evocatio vehementer omnes [3] turbavit.

LVII. Interim L. [k] Titius, qui eo tempore tribunus militum in [l] legione verna-

VARIAE LECTIONES.

a *Coloniſque* Pet. Lov. L. pr. *conſcriptis* L. pr. b *religionem* L. ſec. Dorv. inepte. c *credebat* V. Pet. *creſcebat* L. ſec. Dorv. Reg. Ciacc. d *Africa* MSS. 4. & Edd. R. M. V. e *ad auxilium* L. pr. f V. c. 57. g *atque ibi* L. pr. h *eadem p.* Lov. i *contribuiſſent* Lov. k *Titurius* L. ſec. l Sic MSS. non *legionis vernaculae.* Ciaccon. *erat* legit citra neceſſitatem.

Corrupte. Codices Goduini, alii habent, (Equitum *autem Romanorum &c.*) alii, (Aeque *autem* Romae *&c.*) Edit. Steph. Pariſ. (Aeque *autem Romanorum &c.*) MSS. Elienſ. & Voſſii, (Aeque *autem* Romae *&c.*) Hi autem omnes Codices in poſteriori parte conſentiunt, (quos *ex* —— *conſcriptos*, *tranſmarina &c.*) Verum in Edit. Rom. eſt, (*QUEM autem* Romae, (& deinceps, (quoſque *ex omnibus conventibus* —— *conſcriptos*, *tranſmarina &c.*) In MS. autem Regio, (quem *autem* Romae;) deinde, (quoſque *ex* —— *conſcriptos*, *HABEBAT*, *tranſmarina &c.*) Deſumptis igitur, ex MS. Reg. & Edit. Romana, vocibus (*Quem autem;*) ex MS. Goduini & Edit. Stephan. Pariſiis, voce (*Romanorum;*) ex MS. Reg. & Editione Romana, voce (*quoſque;*) ex MS. autem Regio, voce illa (*habebat,*) quae erat in aliis omnibus Codicibus deſiderata; edidi tandem, (*Quem autem Romanorum delectum inſtituit; quoſque ex omnibus conventibus* —— *conſcriptos habebat; tranſmarina &c.*) Totam hanc lectionem exhibet MS. Regius; niſi quod ibi, pro *Romanorum*, ſcriptum ſit *Romae.* Et ſane, cum *Romani* eſſent etiam, qui *ex conventibus* conſcripti erant; probaſſem equidem iſtam lectionem, (*Romae;*) ſi modo, pro *inſtituit*, ſcriptum fuiſſet *inſtituerat.* Sed & iſto modo forte huic difficultati occurri poterit, ſi, omiſſa vocula (*que*,) ſcribatur tandem; (*Quem autem Romanorum delectum inſtituit*, quos *ex* —— *conſcriptos* habebat, *tranſmarina &c.*) Niſi placeat denique Lectio Codicis Goduini: (Equitum *autem Romanorum delectum inſtituit; quos ex* —— *conſcriptos*, *tranſmarina &c.*) Judicet Lector Eruditus. CLARK. Codices nonnulli dant *aeque*, vel *equitum*, vel denique; quem autem Romanorum *delectum inſtituit.* Facili conjectura lego QUIN ITEM ROMANORUM *delectum inſtituit.* Quae ſane minima eſt mutatio ſenſuique facit ſatis. DAVIS. *Cur. ſec.* Lectionem, quam intruſit Clarkius, confirmant plane Leid. ſec. & Dorv. ac Ciacconii, qui habent *quem a. Romae d. i. quoſque ex o. c. c. c. habebat.* Sine dubio tamen interpolate; ut ſunt illi recentiſſimi Codices. Pro *Aequa ratione* etiam *quem Romae* habent Edd. primae & Beroaldi ac Vaſcoſ. aliaeque, *Romae* quoque Petav. & Voſſ. *Quoſque* item Edd. primae. *Equitum* etiam conjecit Lipſius; ſed veriſſima videtur eſſe lectio R. Stephani, quam etiam adprobat Brutus. *Aeque a. Romanorum delectum inſtituit*, *quos* &c. Nam *aeque* diſerte exaratur in Codicibus Cujac. Petav. Scalig. Lovan. Voſſ. & Brantii. *Romanorum* habent Cujac. Scalig. & Brant. *Rom.* Leid. pr. Lov. Quare eam in textum recepi. *Aeque* valet idem, ac Daviſii lectio *quin item. Itidem*, *ſimiliter.* Sic MSS. l. II. B. Civ. c. 44. *Diebuſque aeque poſt paucis:* ubi itidem exſulabat. Sall. Jug. c. 101. *Aeque aliquos a tergo hoſtibus venturos.* Si tamen *equitum* quis praeferat, non multum refragarer. nam & in Leid. pr. eſt *eq̄.* Neſcio autem quid velit Ciacconius, legens *qui aut Romanorum civium d.* & reliqua, ut ſunt in ſuo codice. *delectum* rurſus ſcripſi ex optimis Codicibus.

1. TOTUM EXERCITUM] Urſin. conjecit *novum*) quia in Cod. ſuo invenit *notum.* Quod etiam comparet in Leid. pr. Scal. & Lovan. & Voſſ. Immo diſerte *novum* exſtare in Petav. docent excerpta Gruteri.

2. UT SE ADIRENT] Elegantius puto abeſſe hanc conjunctionem *ut* a MSS. Scalig. Lovan. & Dorv. Vide omnino ad Hirtii B. G. l. VIII. c. 20. *Conclamant*, *legati mittantur.*

3. PERTURBAVIT] Sic MS. Reg. Al. *turbavit.* CLARK. *Turbavit* in meis omnibus eſt.

4. NUNCIAT FAMA LEGIONEM] Locum hunc ſuſpe-

vernacula fuerat, [4] nunciat famâ, legionem xxx, quam Q. Caſſius legatus
ſimul ducebat, quum [1] ad[a] oppidum Leptim caſtra haberet, ſeditione fa-
cta, [b] centurionibus aliquot occiſis, qui ſigna tolli [c] non patiebantur, diſ-
ceſſiſſe, & [d] ad II legionem contendiſſe, quae ad fretum alio itinere duce-
2 batur. Cognita re, noctu [2] cum v cohortibus undeviceſimanorum egredi-
tur: mane pervenit. Ibi eum diem, ut, quid ageretur, [e] perſpiceret, mo-
3 ratus, [3] Carmonam contendit. Hic, quum [f] legio xxx, & xxI, [4] & cohor-
tes Iv ex v legione, totuſque conveniſſet equitatus, audit Iv cohortes, a
vernaculis oppreſſas ad [g] Obuculam, cum his ad ſecundam perveniſſe [h] le-
gionem,

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *Ilurgim ad opp.* b *centurionibuſque* L. ſec. c deeſt Sc. L. pr. d *alteram* L. pr. e *reſpic.* Lov. Dorv. Edd. pp. *proſpic.* V. f *legiones* MSS. & Edd. qdd. Mox *& V legio* vulgo. g *Obuculum* Sc. L. pr. V. C. h deeſt Cuj. Pet. L. pr. V. non male.

ſuſpectum habuere viri eruditi. *Joan. Glandorpius* reponit *nunciat famam eſſe*, aut *fama divulgatum*: *Pet.* autem *Ciacconius* vocem *fama* prorſus delendam arbitratur. Miror equidem eos hic haeſiſſe, patet enim *famam* hic opponi certae auctoritati, cique, quod per noſmet ipſi novimus. DAVIS. *Tertullianus* Apol. c. VII. FAMA *nomen incerti*; *locum non habet, ubi certum eſt*. Ibi legas hanc in rem plura. IDEM. *Cur. ſec.*

1. ILURGIM AD OPPIDUM] Omnes Codd. *ad oppidum Leptim*, praeter *Beroald.* qui *Leptum* exhibet; ſed cum ea ſit Africae urbs, locum hic habere non poteſt, aut igitur probanda eſt *Joſ. Scaligeri* conjectura, aut ſcribendum *ad oppidum Ilipam*, quae *Joan. Glandorpii* eſt emendatio. DAVIS. MSS. *Leptim*. Quae quoniam Africae urbs eſt, non Hiſpaniae; repoſuerunt ex conjectura Glandorpius *Ilipam*, Scaliger *Ilurgim*. Fieri tamen poteſt, ut fuerit etiam in Hiſpania urbs nomine *Leptis*, licet Geographis non memorata. CLARKE. Scaliger non primus edidit *Ilurgim*, ſed Aldus, quem Manutius, Plantinus, & alii pro more ſecuti ſunt. MSS. omnes & reliqui Edd. *ad opp. Leptim*; quod repoſui, quia; ut cum Clarkio cenſet Rhellicanus, potuit *Leptis* quaedam fuiſſe in Hiſpania. Magis tamen inclino in *Ilipam*, quae, ut Hiſpalis Baeti quoque adjacet; praeſertim cum in Leidenſi primo ſit *Icpum*. *Ilurgim* etiam Ciacconio videtur placuiſſe, quia ad verba *mane pervenit* excidiſſe putat *Ilurgim*. ubi Leidenſ. pr. & Voſſ. habent *m. perv. noctu.* at Lovan. Dorvill. Leid. ſec. *manus perv. Ilipam* placet etiam Cl. Weſſelingo, putatque hanc eſſe Ptolemaei Λαιπαν ad Anton. itiner. p. 411. Quid ſi ergo ex veſtigiis Codicum legamus *Lepam*?

2. CUM V COHORTIBUS UNDEVICESIMANORUM] Ciaccon. legit *VI coh. uno & viceſ.* & ſtatim legio XIII *& vigeſimae primae cohortes IV.* Certe vitioſa eſt lectio *Undevices.* nam legio XIX non adfuit. Sed *XXX*, *XXI & V*, cum *II*, ut patet clare ex c. 53. & ſeqq. Scribe itaque cum Lipſio *Un & viceſimanorum*: uti apud Tacit. l. I. Ann. c. 37. Similem mendam idem ſuſtulit in Tac. Ann. I, 45, 64. *Egreditur* autem de *Caſſio Longino* intelligendum eſt.

3. CARMONAM.] Ita ex Rhellicani, Glandorpii, Ciacconii emendatione recepit Scaliger, uti & c. 64. MSS. vero & Edd. Vett. habent *Carbonam*, ſeu *Carbonem*, vel *Narbonem*. Male. Proxime verum *Carnionam* in editione Manutii. Urbis hujus cives *Carmonenſes* vide l. II. B. Civ. c. 19. Praeferrem tamen *Carmona*. Graece Κάρμων apud Strabon. & *Carmo* in nummis. V. Surit. ad Anton. Itiner. p. 414. Adi tamen ad l. III. B. Gall. c. 20.

4. ET COHORTES IV, ET V LEGIO] Sana non eſt haec lectio, neque enim moris eſt ſcriptorum, ut cohortium mentionem faciant, nomine legionis non addito, cum accurate copias numerent. Reſcribit itaque *Pet. Ciacconius*, *cum legio* XXX, *& viceſimae primae cohortes* IV. cui emendationi fulciendae paullo ante legit *cum VI cohortibus uno & viceſimanorum egreditur*. Tam vero huic, quam illi conjecturae deeſt MStorum auctoritas, e quibus *Norvic.* aliique repraeſentant *& cohortes* IV *ex quinta legione*, ac ita plane reponendum. Huic lectioni ſuccinunt edit. *Rom.*, *Beroald.* niſi quod iis ſit *& tres cohortes ex ſecunda legione.* In Ven. autem *& ſecunda legione.* DAV. *Cohortes IV* ex V legione.) Scaliger & Recentiores ediderunt; (*& cohortes IV*, & V legio.) Quod vel mancum, vel corruptum. Edit. Rom. (*& tres cohortes ex ſecunda legione*, & *V* legio.) MS. Reg. (*& cohortes IV ex* XI *legione*, & *V* legio.) MS. Elienſ. (*& cohortes IV ex V* legione.) CLARKE. Non haeſitavi recipere lectionem MS. Elienſis: quam omnino confirmat Petav. & Margo Ed. Gryphii.

Leid.

gionem, omneſque ibi [a] ſe conjunxiſſe, & [b] T. Thorium Italicenſem, du-
cem [c] delegiſſe. Celeriter [1] habito conſilio, [d] Marcellum Cordubam, ut 4
eam in poteſtate retineret, Q. Caſſium legatum Hiſpalim mittit. [e] Paucis 5
ei diebus adfertur, conventum Cordubenſem ab eo defeciſſe; Marcellum-
que aut voluntate, aut neceſſitate [f] adductum (namque id varie nunciaba-
tur) conſentire cum Cordubenſibus: II cohortes legionis V, quae fuerant
Cordubae in praeſidio, idem facere. Caſſius his rebus incenſus movet ca- 6
ſtra, & poſtero die [2] Segoviam [g] ad flumen [h] Silicenſe venit. [i] Ibi habita
concione, militum tentat animos: [k] quos cognoſcit, non ſua, ſed Caeſa-
ris [l] abſentis cauſſa ſibi fidiſſimos eſſe, nullumque periculum [m] deprecatu-
ros, dum per eos Caeſari provincia reſtitueretur.

LVIII. Interim Thorius ad Cordubam [3] veteres legiones adducit: ac, ne 1
diſſenſionis initium natum ſeditioſa militum ſuaque natura videretur; ſimul
[n] ut contra Q. Caſſium, qui Caeſaris nomine majoribus [4] viribus uti videba-
tur, aeque [o] potentem obponeret dignitatem; Cneo Pompejo ſe provinciam
recuperare velle, [p] palam dictitabat: & [q] forſitan etiam hoc fecerit odio 2
Caeſaris, & amore Pompeji: cujus nomen multum poterat apud eas [r] legio-
nes, quas M. Varro obtinuerat: ſed, [5] id qua mente commotus fecerit,
conjectura ſciri non poteſt. Certe hoc prae ſe Thorius ferebat: milites ad-
eo

VARIAE LECTIONES.

a Exſulat L. pr. Sc. b MSS. plerique & Edd. Vett. *T. Torium.* male. Praenomen deeſt Pet. *M.* Cuj. L. pr. V. c *eleg.* Dorv. vulgo *concilio.* d *Marcellumque* MSS. 3. e *pauciſque ei d. ut adf.* Lov. L. ſec. Dorv. f *abduct.* Sc. L. pr. Lov. V. ſed adi l. IV. B. G. c. 6. g *Segoniam* Sc. h *Sicilienſe* MSS. 7. *Silicienſe* V. i *ibique* MSS. 2. *militari* L. ſec. k *atque* L. pr. l deeſt Lov. m *devitaturos* L. ſec. Dorv. n deeſt Lov. o *ſe pot. o. & dignitate* L. ſec. Dorv. p abeſt Lov. q *forſan* Leidd. a quibus, uti & a V. abeſt *etiam. hoc voluit* Gland. r *reg.* MSS. 2.

Leid. pr. *cobortium & V legione. coh. IV ex II legione* Leid. ſec. & Dorv. Sed addit Leid. ſec. *& V legiones. & V legiones* Voſſ. *coh. tres ex V legione* etiam Margo Vaſc. Cum Romana Ed. conſentit Mediol. habens *tres ex ſecunda legione & quinta legio.* Ed. Venet. *tres coh. & ſec. legio & quinta legio.* Quae nata eſſe ex varia lectione, clariſſime liquet. Ceterum de *Obucula* adi Caſaub. ad Strabon. p. 208. Ed. Amſt. & Weſſeling. ad Anton. Itin. p. 413.

1. HABITO CONCILIO] Ex MSto *Norvic.* & antiquis editt. reponendum arbitror *babito conſilio*; non enim omnes milites, ſed tribunos tantum, alioſque id genus videtur convocaſſe. DAVIS. *Conſilio* reſcripſi jubentibus MSS. omnibus, item Edd. Vett. & ſano ſenſu. Vide ad lib. V. B. G. 28. & ſaepius.

2. SEGOVIAM AD FLUMEN SILICENSE VENIT] In hiſce locis nulla memoratur Segovia, nullum flumen Silicenſe. Seguntia vero, quam *Ptolomaeus* vocat Σεγουντίαν, urbs & Baeticae & Singulis ejus Provinciae fluvius, ſed a Seguntia paullo remotior, ſi Chartis Geographicis fides. *Norvic.* habet *ad flumen Silicenſe.* Si legas *Sacilim ad flumen Singulin devenit*, pulchre quidem conveniet loci ſitus; ita tamen *Hirtium* ſcripſiſſe pro certo non affirmarim. DAVIS. *Cur. ſec.*

3. VETERES LEGIONES] In Lovan. *veterem.* at in Leidenſ. pr. *veteranas leg.* Utrumque bene. Hinc nil muta. Adi ad Hirtii noſtri l. VIII. B. G. c. 8. *Veterrimas legiones.*

4. VIRIBUS UTI] Sive majorem vim adhibere, & imperium vehementiſſime exercere, confiſus nomine Caeſaris. Quare retineri poteſt vulgata lectio. Ciacconio tamen hic quoque placet contra MSS. *niti.* Vide ad lib. IV. B. G. c. 24. *Studio nitebantur.* Liv. lib. II, 14. *arte adverſus vim uſae:* & ibi Rhenanus mavult contra MSS. *niſae.* Poſt *odio Caeſaris* in MSS. Lovan. Dorv. & Leid. ſec. additur *nominis majoribus viribus* corrupte repetitis his verbis.

5. ID QUA MENTE COMMOTUS FECERIT, CONJECTURA SCIRI NON POTEST.] Unde haec lectio nata ſit, haud facile dixerim. Primus Aldus *non*
addidit,

eo ſatebantur, ut [1] Cn. Pompeji nomen in ſcutis inſcriptum haberent.
4 [a] Frequens [2] legionibus conventus obviam prodit: neque tantum virorum, ſed etiam [3] matrum familias, ac praetextatorum; [b] deprecaturque, ne hoſtili adventu Cordubam diriperent: nam ſe contra Caſſium [c] ſentire cum omnibus; contra Caeſarem ne [d] facere cogerentur, orare.

1 LIX. Tantae multitudinis precibus & lacrimis exercitus commotus, quum videret ad Caſſium perſequendum nihil opus eſſe Cn. Pompeji nomine & memoria, [e] tamque omnibus Caeſarianis, quam Pompejanis, Lon-
2 ginum eſſe [f] in odio, neque ſe conventum, neque M. Marcellum contra Caeſaris cauſſam poſſe perducere, [4] nomen Pompeji ex ſcutis detraxerunt; Marcellum, qui ſe Caeſaris cauſſam defenſurum profitebatur, ducem adſciverunt, praetoremque [g] adpellarunt; & conventum ſibi adjunxerunt; ca-
3 ſtraque ad Cordubam poſuerunt. Caſſius eo biduo circiter IV milia paſſuum a Corduba, citra flumen Baetim, in oppidi [h] conſpectu, loco excelſo facit caſtra: litteras ad regem Bogudem in Mauritaniam, & [i] ad M. Lepidum proconſulem in Hiſpaniam citeriorem mittit, ſubſidio ſibi provinciaeque Caeſaris cauſſa quamprimum veniret. Ipſe [k] hoſtili modo Cordubenſium agros vaſtat, aedificia incendit.

1 LX. Cujus rei deformitate atque indignitate legiones, quae Marcellum ſibi ducem ceperant, [5] ad eum [l] concurrerunt, ut in aciem educerentur: [a] priuſ-

VARIAE LECTIONES.

a *Eiquc fr. legionum* L. ſec. Edd. R. M. V. Ber. aliaeque. *eique fr. regionum* Vaſc. b *que* non eſt in Lov. *deprecabaturque* L. pr. c *conſent.* Pet. V. Dorv. Edd. pp. Vaſc. Gr. poſt. Steph. d *facerent*, *o.* L. pr. Sc. e *tamquam o. C. Pomp.* Lov. *tanquam* L. pr. f *in* abeſt a L. pr. g *adpellaverunt* L. pr. V. h *conſpectum* L. ſec. i deeſt MSS. pleriſque. k *hoſtis* V. mox *vaſtans* L. pr. l *cucurr.* V.

addidit, quem de more ſuo Manutius, Plantinus, Scaliger & reliqui ſequuntur. Ceterae Edd. Veteres *conjectura ſciri poteſt*, plane contrario ſenſu. At vero Codd. Urſini, Ciacconii, & omnes omnino mei exhibent *id qua mente, communis erat conjectura.* Ut ſuſpicer, *fecerit* a Gloſſatore ſaltem additum fuiſſe. Num ſcripſit *ſed id qua mente; non una erat conjectura?* Plures conjecturas adſcribere poſſem; ſed eae cum mihi non ſatisfaciant, lectori minus placituras arbitrans, nolo. B. Afric. c. 59, 86. *Id hoc conſilio* ſc. *fecit.* V. & c. 96. B. Hiſp. c. 5. *Idem Pompejus.*

1. Cn. Pompeji nomen in scutis inscriptum haberent] Moris enim erat, ut milites nomen Imperatoris, ſub quo merebant, ſcutis inſcriberent. Vide *Juſt. Lipſii* Anal. ad Mil. Rom. l. III. Dial. II. pag. 436. DAVIS.

2. Legionibus] Urſinus emendat *legionariorum.* Sed perperam: ut recte notavit Ciacconius. Conventus enim, non erat ipſe *legionariorum*, ſed conventus *civium* prodibat ad *legiones.* CLARK. Urſinus ait, Latinum Latinium ita legere.

3. Matrum familias] Lovan. *m. fidelium.* fors *m. familiarum.* Paſſim in his commentariis *Mater*, *pater familiae.* V. Ind. notarum. Cort. ad Salluſt. B. Cat. c. 45. *filii familiarum.*

4. Nomen Pompeji ex scutis detraxerunt; Marcellum, qui se Caesaris caussam defensurum profitebatur, ducem adsciverunt] Contra ea tradit *Dion* l. XLII. p. 192, non modo Marcellum utriuſque partis gratiam captaſſe, ſed & ipſum, *ὄνομα τὸ τοῦ Πομπηΐου τῶν στρατιωτῶν ταῖς ἀσπίσιν ἐπιγραψάντων, ἀπαλεῖψαι.* DAVIS.

5. Ad eum concurrerunt; ut in aciem educerentur, orant.] Melius hic convenit, *concurrunt*; propter ſequentem, *orant.* Cum tamen in omnibus Codicibus ſcriptum ſit, *concurrerunt*; in multis omiſſum iſtud, *orant*; illam demum veriorem eſſe lectionem exiſtimo; (*ad eum concurrerunt, ut in aciem educerentur*) ſubintellecta voce *orabant.* CLARK. Ultimam vocem praetermittunt *Petav.* & *Norvic.* eamque cum *Clarkio* delendam cenſeo. Locus modo ſic diſtinguatur; *ad eum cucurrerunt, ut in aciem educerentur, priusquam confligendi* &c. ſimilium locutionum

[a] priuſque [b] confligendi ſibi poteſtas fieret, quam cum tanta contumelia nobiliſſimae cariſſimaeque poſſeſſiones Cordubenſium in conſpectu ſuo rapinis, ferro, flammaque conſumerentur. Marcellus, quum confligere mi- 2
ſerrimum putaret, quod & victoris & victi detrimentum ad eumdem Caeſarem eſſet redundaturum, neque [1] ſuae poteſtatis eſſe, legiones Baetim tranſducit, [c] atque aciem inſtruit. [2] Quum Caſſium contra pro [d] ſuis caſtris 3
aciem inſtruxiſſe loco ſuperiore videret, cauſſa interpoſita, quod is in aequum non deſcenderet, Marcellus militibus perſuadet, ut ſe in caſtra [e] recipiant. [f] Itaque copias reducere coepit. Caſſius, [3] quo bono valebat, Mar- 4
cellumque infirmum eſſe ſciebat, [g] adgreſſus equitatu legionarios ſe recipientes, complures noviſſimos in fluminis ripis [h] interficit. Quum hoc detri- 5
mento, quid tranſitus fluminis [4] vitii difficultatiſque haberet, cognitum eſſet, Marcellus caſtra Baetim transfert: crebroque uterque legiones in aciem educit; neque tamen confligitur, propter locorum difficultates.

LXI. Erat copiis pedeſtribus multo firmior Marcellus: habebat enim 1
veteranas, [i] multiſque proeliis expertas legiones. Caſſius fidei magis, quam 2
virtuti [k] legionum, confidebat. Itaque quum [5] caſtra caſtris conlata eſſent, & Mar-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo additur *orant*. b *contra bellandi* V. c *aciemque* L. pr. V. d Ita MSS. non *c. ſuis*. e *reciperent* Sc. L. pr. V. ad l. 1. B. G. c. 8. f *Ita* L. pr. g *aggreſſusque equitatum* Lov. h *interfecit* MSS. 4. i Sic MSS. & Edd. Vaſc. Steph. aliaeque, non *leg. m. pr. ex.* k *legionis* Lov.

num exempla dedimus ad l. II. B. G. c. 3. DAVIS. *Cur. ſec.* Recte viri docti *orant* pro ſubpoſititio habent. Non agnoſcunt eam quoque Codices Scalig. Leid. pr. & Voſſ. quare delevi. ſimilia plura loco indicato videri poſſunt, & ad l. I. B. Civ. c. 69. & aliis locis.

1. SUAE POTESTATIS ESSE] Ciacconio videtur deeſſe *vetare* vel *prohibere*: At intelligit Hirtius, Marcellum putaſſe, ſuae poteſtatis non eſſe, *confligere*, abſente & inſcio Imperatore Caeſare. Ceterum *eſſe* a Scaligero, quod ſciam, primo expreſſum eſt, & confirmatur a Leid. pr. In ceteris MSS. & Edd. exaratur *eſſet*. Sed perperam, ut opinor, licet facile defendi poſſit, & utramque bonam eſſe lectionem, eamdemque ſententiam, pronunciet Goduinus.

2. QUUM CASSIUM — ACIEM INSTRUXISSE LOCO SUPERIORE VIDERET; CAUSSA &c.] MS. Reg. & Edit. Rom. (*Quum* Caſſius —— *aciem* inſtruxiſſet *loco ſuperiore*; *cauſſa &c.*) In MS. Voſſii etiam deeſt vox, *videret*; &, in MS. Elienſi, pro ea ſcriptum eſt, *conſpiceret*. Sed parum intereſt. CLARKE. Cum MS. Regio faciunt etiam Edd. Mediol. Ven. & Flor. *Videret* exſulat quoque a Petav. Scalig. & Leidenſibus. ut aliud quid latere videatur. Excidit forſan *adverteret*.

3. QUO BENE VALEBAT,] Sic MS. Reg. & Editt. Rom. & Ven. Cellarius reſcribit, (qui *bene valebat*.) Quod mirum valde. Non enim hic de *Caſſii* ipſius valetudine agitur; ſed de equitatus ejus numero & viribus, prae *Marcelli*. Scaliger & Recentiorum plerique ediderunt; (quo Bono *valebat*.) Quomodo in MSS. Elienſ. & Voſſii ſcriptum eſt. Similiſque plane locutio eſt, qua *Equitatus* hic intelligatur; atque illa ſupra, c. 12. qua *Claſſis* appellata eſt Alexandrinorum *naturale ac domeſticum Bonum*. Aut igitur retinenda Scaligerana iſta lectio; aut ſcribendum, ſicuti nos edidimus, (Quo (*ſcil.* equitatu) *bene valebat*.) CLARKE. *Bene* eſt in Recentiſſimis Leid. ſec. atque Dorvill. & Edd. Med. Ven. Reliqui omnes cum Edd. ceteris *bono*. Quod omnino retinendum eſt.

4. VITII DIFFICULTATISQUE] Cujac. habet *utilitatis difficultatiſque*. Petav. & Voſſ. *uſus diffic.* Leid. pr. *uti* cum Scalig. cui ſupra ſcriptum *litatis*. Quae ſic ſatis explicari poſſent. Ex corrupto *vitii* tamen nata mihi videtur varia lectio.

5. CASTRA CASTRIS CONLATA ESSENT] MSS. mei habent *collocata*: quod defendi poſſet l. VII. c. 35. *Caſtra caſtris poneret*: ſi tamen is locus ſanus eſt. Ego *conlata* praefero, ut apud Liv. l. IV, 17. Ipſe Hirt. l. VIII. c. 9. *Caſtra caſtris confert.* ſupra c. 37. *Caſtraque oppido contulit.* i. e. conjuncta moenibus poſuit, ut ſtatim ſubdit. Immo & hic ſequitur *caſtra caſtris confert.* item B. Afric. c. 48.

& Marcellus locum idoneum caſtello cepiſſet, quo prohibere aqua Caſſianos poſſet; Longinus veritus, ne genere quodam obſidionis clauderetur in regionibus alienis, ſibique infeſtis, noctu ſilentio [a] ex caſtris proficiſcitur, celerique itinere [1] Uliam contendit; quod ſibi fidele [b] eſſe oppidum crede-
3 bat. [c] Ibi adeo conjuncta ponit moenibus caſtra, [2] ut & loci natura (namque Ulia [3] in edito monte poſita eſt) & ipſa munitione urbis, undique ab
4 obpugnatione tutus eſſet. [d] Hunc Marcellus inſequitur, &, quam [e] proxime poteſt Uliam, caſtra caſtris confert: locorumque cognita natura, quo maxime rem deducere [f] volebat, [4] neceſſitate eſt [g] adductus; ut neque [h] confligeret, cujus ſi rei facultas eſſet, reſiſtere incitatis militibus non poterat; neque vagari Caſſium latius pateretur, ne plures civitates ea paterentur,
5 quae [i] paſſi erant Cordubenſes. Caſtellis idoneis locis conlocatis, operibuſque in circuitu [k] oppidi continuatis, Uliam, Caſſiumque munitionibus clauſit: quae priuſquam perficerentur, Longinus omnem ſuum equitatum emiſit: [l] quem magno ſibi uſui fore credebat, ſi pabulari frumentarique Marcellum non pateretur; magno autem [m] inpedimento, ſi clauſus obſidione, & inutilis neceſſarium conſumeret frumentum.

1 LXII. [n] Paucis diebus Caſſii [o] litteris acceptis, rex [p] Bogud cum copiis venit; adjungitque ei legionem, quam ſecum adduxerat, compluresque
2 cohortes auxiliarias Hiſpanorum: namque, ut in civilibus diſſenſionibus accidere conſuevit, [q] ita temporibus illis in Hiſpania nonnullae civitates rebus Caſſii ſtudebant; plures [5] Marcello favebant. Accedit cum copiis

Bogud

VARIAE LECTIONES.

a *E* MSS. & Edd. qdd. Mox vulgo *Ullam* & *Ulla*. b deeſt L. pr. non male. c *ibique* Edd. pp. d *huc* Lov. *inde ſeq.* V. e *maxime* Lov. Dorv. *proximo* V. f *valebat* L. pr. g *educt.* Lov. V. *edoct.* Sc. *doct.* L. pr male. V. ad l. IV. c. 6. h *confligere* MSS. 3. *confugere* L. pr. perperam. i *paſſae* Lov. L. ſec. k deeſt Edd. Amſt. Lugd. l *quod ſibi uſ.* Edd. pp. *magno* etiam abeſt a Lov. L. pr. V. *magis* L. ſec. Dorv. *uſu* Lov. Dorv. L. ſec. V. ad l. I, 16. B. G. m *fore inp.* Pet. Leidd. V. n *pauciſque d.* MSS. 3. o Ita MSS. vulgo *litteris Caſſii*. Pet. V. *Glaſſ. litt.* Vide c. 48. *que Caſſ. litt.* Lov. p MSS. omnes hic & infra *Bogus*. Βογὺας Graece. q *int.* V.

c. 48. *caſtra caſtris contulit.* ut & B. Hiſp. c. 20, 23. *Conlatis* in *conlocatis* ſic abiit quoque cap. 68. B. Afric.

1. ULLAM.] In Ptolemaeo, Antonino, aliiſque, item nummis, & Inſcriptionibus *Ulia*, *Ulienſes.* quare cum Ciacconio, & Spanhemio ita ubique edidit Cellarius: quem & hic, & B. Hiſp. c. 3. conſule, quoſque ſecutus ſum. Adi etiam Surit. ad Anton. p. 412. *Ullam* tamen ubique ſervant MSS. *Ulam* Edd. pp.

2. UT ET LOCI NATURA, —— ET IPSA MUNITIONE] MSS. & Editt. Vett. (*ut* eſt *loci natura*, —— ut *ipſa munitione &c.*) Sed praeſtat vulgata Lectio. CLARK. Etiam mei omnes. Male a Recentioribus quibuſdam & Davis. Edd. exſulat *&* ante *loci*.

3. IN EDITO LOCO] Sic MS. Reg. Al. (*in edito monte.*) Quod idem eſt. Sed interpretamentum plus ſapit. CLARK. Haec innovandi eſt prurigo. *Edito monte* ſervant mei omnes. c. 72. *Editiſſimus collis.*

4. NECESSITATE EST ADDUCTUS; UT —— CORDUBENSES. CASTELLIS IDONEIS &c.] Cum illud (*Caſtellis idoneis &c.*) nonnihil hiulcum videatur; concinnior forte & elegantior erit oratio, ſi, omiſſa voce (*eſt*,) & mutata interpunctione, hoc modo legamus: (*neceſſitate adductus*, *ut* —— *Cordubenſes; caſtellis idoneis &c.*) In MS. Regio eſt, (*neceſſitate* eſt *adductus*, *ut* —— *Cordubenſes:* Caſtelliſque *&c.*) CLARK. Nihil hiulci hic video. Incipit enim nova oratio & periodus. Ut orationis nexus fieret, librarii nonnulli *que* inſeruerunt. Quod inveni etiam in Leidenſ. ſec. Sed non neceſſaria talia ſunt fulcra.

5. MARCELLO FAVEBANT.] Non male. Sed

MSS.

Bogud ad exteriores Marcelli munitiones. Pugnatur utrimque [1] acriter: crebroque [a] id accidit, fortuna ſaepe ad utrumque victoriam transferente; nec tamen umquam ab operibus depellitur Marcellus.

LXIII. Interim Lepidus ex [b] citeriore provincia cum cohortibus legio- 1
nariis xxxv, [c] magnoque numero equitum, & reliquorum auxiliorum, venit ea mente Uliam, ut ſine ullo ſtudio [d] contentiones Caſſii Marcellique
componeret. Huic venienti ſine dubitatione Marcellus ſe credit atque ob- 2
fert: Caſſius contra ſuis ſe tenet praeſidiis, ſive eo, quod plus ſibi juris deberi, quam Marcello exiſtimabat, ſive eo, quod, [e] ne praeoccupatus ani-
mus Lepidi eſſet obſequio adverſarii, [f] verebatur. Ponit ad Uliam caſtra 3
Lepidus; neque habet a Marcello quidquam diviſi. Ne [g] pugnetur, interdicit: ad exeundum Caſſium invitat; fidemque ſuam in re omni inter-
ponit. Quum diu dubitaſſet Caſſius, [h] quid ſibi faciendum, quidve Lepido 4
eſſet credendum; neque ullum exitum conſilii ſui reperiret, ſi [2] permaneret in ſententia; poſtulat, uti munitiones [i] disjicerentur, ſibique liber exi-
tus daretur. [k] Non tantum induciis factis, ſed prope jam [3] conſtituta ope- 5
ra quum complanarent, cuſtodiaeque munitionum eſſent deductae, auxilia regis in id caſtellum Marcelli, quod proximum erat [l] regiis caſtris, ne-
que [m] opinantibus omnibus, (ſi tamen in omnibus fuit Caſſius, nam de 6
hujus conſcientia [n] dubitabatur) inpetum fecerunt, compluresque ibi [o] milites obpreſſerunt. [p] Quod niſi celeriter, indignatione & [q] auxilio Lepidi, proelium eſſet diremtum, major calamitas eſſet accepta.

LXIV. Quum iter Caſſio patefactum eſſet; caſtra Marcellus cum Lepi- 1
do

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *ut acc. for. ſ. ad u. tr. vict.* b *citeriori* MSS. 3. Ed. R. c *magno n.* Edd. R. M. V. d *tantum cont.* Lov. Dorv. L. ſec. Edd. pp. in quibus *contentionem. ſe recepit tenetque pr.* Scal. e deeſt V. f *videbatur* V. g *pugnaretur* Edd. R. M. V. h *quod & quodve* Lov. L. ſec. *eſſet fac.* Pet. i *diſſic.* Cuj. Lov. Dorv. k *& cum n. t. inducias facerent*, ſine ſeq. *quum* Edd. Vaſc. Gr. poſt. Steph. Str. *inducias facerent* Brant. Lov. Dorv. Edd. R. M. V. l *regis* Lov. L. pr. V. m *oppugn.* L. ſec. n *dubitatur* L. pr. *ſed inp.* Lov. Dorv. o *equites* V. p *Et* L. ſec. q *auxiliis* Edd. R. M. V. *direptum* L. pr. V.

MSS. aliorum lectio nequaquam eſt ſpernenda. Nam Cujac. Scalig. Lovan. Leidenſes, Dorvill. dant *Marcellum fovebant* i. e. colebant, & omni re *juvabant*. Cicero ad Q. Fratr. III, I. §. 3. *ſcribis de Caeſaris ſummo erga nos amore. Hunc & tu fovebis, & nos, quibuſcumque poterimus rebus, augebimus.* Ovid. lib. XIV. Met. 333. *Ille fovet Nymphen.* ut Cl. Burm. edidit: vulgo *colit.* Faſt. II, 42.

Credulus inmerita Phaſida fovit ope.

Verum ibi MSS. habent *juvit:* quod idem valet.

1. ACRITER CREBROQUE, UT ACCIDIT, FORTUNA SAEPE. &c.] Miror, tam ineptam ταυτολογίαν a viris doctis non proſcriptam fuiſſe; immo ab Edd. primis, Stephano & aliis pejus editum fuiſſe *acriter: crebroque ut accidit fortuna ſaepe.* Quid enim huc faciunt *ut accidit* & *ſaepe.* Lege & diſtingue *P. utr. acriter: Crebroque id accidit, fortuna ſaepe ad utr. victoriam transferente.* Sic enim eſt in Petav. Scal. Leidenſibus, Lovan. & Dorvill. vulgo etiam *transf. victoriam.*

2. PERMANERET] Mire hic caecutivit Rhellicanus, qui haec ad *Lepidum* refert, *ſententiamque* intelligit, ejus *propoſitum lites dirimendi:* cum manifeſto dicatur *ſententia* ſive conſilium *Caſſii* ipſius de *bello continuando.* CLARK.

3. CONSTITUTA OPERA QUUM COMPLANARENT] Non male Petav. dat *inſtituta.* Conſule notata ad l. II. B. Gall. c. 30. *Machinatio inſtitueretur.* Non ſequor tamen. Dein *quum* abeſt a MSS. omnibus & Edd. primis, item Beroaldi, Vaſcoſ. Steph. Gryph. poſt. praeter Petav. in quo *quum planarent.* Corippum uſum eſſe ſimplici *planare,*

 Lexi-

do conjungit. Lepidus eodem tempore, Marcelluſque [a] Cordubam, [1] Caſ-
2 ſius [b] cum ſuis proficiſcitur [2] Carmonam. Sub idem tempus Trebonius pro-
conſul ad provinciam obtinendam venit: de cujus adventu ut cognovit
3 Caſſius, legiones, quas [c] ſecum habuerat, equitatumque in hiberna diſtri-
buit: ipſe, omnibus ſuis rebus celeriter correptis, Malacam contendit;
ibique adverſo tempore navigandi [d] naves conſcendit, ut ipſe praedica-
4 bat, ne ſe [e] Lepido, & Trebonio, & Marcello committeret; ut amici e-
jus dictitabant, ne per eam provinciam minore cum dignitate iter faceret,
cujus magna pars ab eo defecerat: ut caeteri exiſtimabant, ne pecunia illa
5 ex infinitis rapinis confecta in poteſtatem cujuſquam veniret. Progreſſus
ſecunda, [f] ut hiberna, tempeſtate, quum [g] in Iberum flumen noctis vi-
tandae cauſſa ſe contuliſſet, inde paullo [h] vehementiore tempeſtate [i] nihi-
lo periculoſius ſe navigaturum credens, profectus, adverſis fluctibus oc-
currentibus oſtio fluminis, in ipſis faucibus, quum neque flectere [k] navim
propter vim fluminis, neque [3] directam tantis fluctibus tenere poſſet, de-
merſa [l] navi periit.

1 LXV. Quum in Syriam [m] Caeſar ex Aegypto veniſſet, atque ab iis,
qui Roma venerant ad eum, cognoſceret, litteriſque urbanis animadver-
teret, multa Romae male & [4] inutiliter adminiſtrari, neque ullam partem
Reipublicae ſatis commode geri; quod & contentionibus Tribunitiis per-
nicio-

VARIAE LECTIONES.

a *a Corduba* L. ſec. b deeſt *Caſſ.* Br. Lov. L. ſec. Dorv. Edd. pp. Vaſc. Gr. poſt. & jungunt *Narbonem ſub idem t.* vulgo *proficiſcitur: Caſſius Carm.* c *ſimul ſec.* L. ſec. d *navis* L. pr. e Sic MSS. non *Treb. & Lep.* f deeſt MSS. & Edd. qq. V. ad l. VI, 34. g *Hiberum* ſine *in* Scal. L. pr. V. h *vehementiori* MSS. 3. Edd. pp. i *nihil* Pet. L. pr. V. k Sic MSS. non *navem.* l *nave* MSS. 3. Edd. qdd. m *Caeſ. Aegypto veniret* V.

Lexica docent.

1. CASSIUS CUM SUIS PROFICISCITUR CARM.] Sic repoſui cum R. Steph. & MS. Scalig. Quo faciunt Cuj. Pet. Leid. pr. Voſſ. in quibus *cum ſuis Caſſius prof.* *Caſſii* nomen in multis deeſt. Vide Variantes.

2. CARMONAM.] Codices corrupte; *Narbonem.* Unde Glandorpius repoſuit, *Bardonem* vel *Cardonem*; Scaliger, *Carmonam.* CLARKE. *Narbonam* MSS. vetuſtiores. Alii *Narbonem ſub idem tempus*, ſed *Carmonam*, ut ſupra c. 57. rectum videtur: quomodo ibidem etiam Rhellicanus conjecit. Idem vero hic loci *Norbam* mavult; ut intelligatur Norba Caeſarea in Luſitania. Sed nimium diſtat haec a fluvio Baeti & *Corduba*: ubi haec geſta ſunt. Vide c. 59. *Norbam* tamen in textum recepit Stephanus. *Carmonam* Ciacconius jam vidit legendum eſſe; immo & Glandorpius. Qui etiam bene Rhellicani errorem animadvertit, cum Surita ad Antonini Itiner. p. 414. Adde Roderici Cari Antiq. Hiſpal. l. I. c. 29. & l. III. c. 41. Ego tamen mallem *Carmona.*

3. DIRECTAM TANTIS FLUCTIBUS TENERE] *direptam* Voſſ. at Lovan. Cod. habet *in directum*: unde Ill. Heinſius adſcripſit libri ſui orae *iter rectum.* Sed *in directum* Latine dici recte poſſe docui ad Front. l. I. c. 4. §. 14. *In diverſum.* Quod etiam eſt apud Flor. l. II. cap. 6. §. 20. & Curt. l. IX, 7. §. 11. *Directam* tamen ſeu *derectam* (ut eſt in Leid. pr.) retinent reliqui, quod non temere mutandum. *Directa navis* obponitur *obliquae*, quae naufragio facilius eſt expoſita. Vide ad l. IV. B. G. c. 17.

4. INUTILITER ADMINISTRARI] Noxie; ita ut ex ea adminiſtratione detrimentum capiat Reſp. Hanc *inutilis* ſignificationem, quoniam vulgo non eſt nota, aliquot exemplis firmabo. Scriptor ad Herennium lib. IV. fol. 26. editt. Lamb. *Ergo* inutile *eſt ei, qui diſcere vult, putare non unum omnia poſſe.* *Hirtius* B. Afric. c. LIV. *Quod in Italia milites P. R. contra Remp. inſtigaſti —— quodque mihi Reique publicae* inutilis *fuiſti.* *Terentius* Andr. Act. I. Sc. V, 52. *Illi utraeque res* (forma & aetas) inutiles *Et ad pudicitiam & ad* rem

niciosae ſeditiones [a] orirentur; & ambitione, atque [1] indulgentia Tribu-
norum militum, [b] & qui legionibus praeerant, multa contra morem con-
ſuetudinemque militarem fierent, quae [2] diſſolvendae diſciplinae ſeverita-
tiſque eſſent; eaque omnia flagitare adventum ſuum videret; tamen prae-
ferendum [c] exiſtimavit, quas in provincias regioneſque veniſſet, eas ita
relinquere conſtitutas, ut domeſticis diſſenſionibus liberarentur, jura le-
geſque acciperent, [d] externorum hoſtium metum deponerent. Haec in Sy- 2
ria, Cilicia, Aſia celeriter ſe [e] confecturum ſperabat; quod hae provinciae
nullo bello premebantur. In Bithynia ac Ponto [f] plus oneris videbat ſibi in- 3
pendere. [g] Non enim exceſſiſſe Ponto Pharnacen [h] audierat, neque exceſ-
ſurum [3] putabat, quum ſecundo proelio [i] vehementer eſſet inflatus, quod
contra Domitium Calvinum fecerat. Commoratus fere in omnibus civitati- 4
bus, quae [k] majore ſunt dignitate, praemia benemeritis & viritim, & publice
tribuit: de controverſiis veteribus cognoſcit ac ſtatuit. Reges, [l] tyrannos, 5
[4] dynaſtas provinciae, finitimoſque, qui omnes ad eum [m] concurrerant,
rece-

VARIAE LECTIONES.

a *Orerentur* Sc. b deeſt Pet. c *exiſtimabat* MSS. 3. Edd. pp. d Sic Pet. Sc. L. pr. V. Lov. vulgo & *ext.* e *fact.* L. pr. f deeſt Sc. L. pr. g *nam neque* L. ſec. *exceſſ. enim* MSS. plerique. *tum p.* L. ſec. h *audiebat* MSS. plerique & Edd. Vett. i Ita MSS. o. & Edd. qdd. non *eſſ. veh. vehem.* deeſt Lov. k *majores* Edd. ante Urſ. & L. ſec. V. male *erant* L. pr. l *leges* Edd. R. M. V. ridicule. m *concurrerent* L. pr.

rem tutandam ſient. *Ovidius* Met. l. XIII, 38.

Sed ſibi inutilior *timidi commenta retexit*
Naupliades animi.

Valerius Maximus l. VII. c. II. extr. *Cretenſes* —— *ut mala conſuetudine delectentur, optant* —— inutiliter *enim aliquid concupiſcere* —— *exitio vicina dulcedo eſt.* Eandem hujuſce vocis vim ex *Lucilio* & *Corn. Nepote* dudum illuſtravit *Caſp. Scioppius* Veriſ. lib. I. cap. XX. DAVIS. V. Cel. Burm. ad Ovid. ex Ponto II, 8, 59. & Obſ. Miſcel. Vol. IV. p. 120.

1. INDULGENTIA TRIBUNORUM MILITUM] Optimus *Urſini* Codex, MSS. *Brant.* & *Norv.* ac editt. *Rom. Beroald.* exhibent *indiligentia Tribunorum militum*, quam ſane lectionem praefero, quia vox eſt rarior, ac proinde corruptioni magis obnoxia. *Caeſar* lib. VII. B. G. c. XVII. *Tenuitate Bojorum*, indiligentia *Aeduorum.* Vide & l. III. B. C. c. VIII. DAVIS. *Indiligentia*) Ita MSS. plurimi & optimi, nec non Editiones aliquot veteres. Quin & hac voce, in libris de bello Gallico, ipſe uſus eſt *Caeſar.* Ut mirum ſit Scaligerum & Recentiores, aliorum Codicum fidem ſecutos, repoſuiſſe (*indulgentiam.*) Quam vocem Librarios uſitatiorem ex altera illa inuſitatiore confinxiſſe, multo veriſimilius eſt, quam e contrario inuſitatiorem permutaſſe. Ut recte adnotavit Daviſius. CLARK. MSS. mei quoque praeter Leidenſ. primum, & Edd. Vaſcoſani, Stephani, Gryphiana poſterior habent *indiligentia.* Vide etiam Brant. & nos ad l. II. B. Civ. cap. 8. *Indiligentiae ac doloris iracundia.* Hoc tamen loco *indulgentia* videtur magis convenire voce *ambitioni.* Ideo enim militibus indulgebant.

2. DISSOLVENDAE DISCIPLINAE SEVERITATISQUE ESSENT] MS. *Norvic. diſſolvendae diſciplinae ſeveritatiſque* cauſſa *eſſent*; ſed vocem penultimam imperitus adjecit Librarius: ex Atticiſmo enim abeſſe poteſt, qua de re dudum monuit *Priſcianus* lib. XVIII. *Terentius Adelph.* Act. IV. Sc. IV, 6. *Nec id* aſſentandi *magis, quam quod habeo gratum, facere exiſtimes. Virgilius* Aen. XI. 126.

Juſtitiaene prius mirer, belline laborum?

Sic ſaepiſſime loquitur *Salluſtius.* Adi quae notavimus ab l. I. B. C. c. LXXXII. DAVIS. Adde Rhellic. & nos ad l. IV. B. G. c. I. Perperam *cauſſa* addit quoque Petavianus.

3. PUTABAT] Pet. Codex *ſperabat*: cujus verbi Gloſſa poteſt eſſe *putabat.* Adi notas ad Fron. III, 9. §. 7. *Claſſe inexſpectata*; ubi in Mediceo *inſperata.* ut apud Claudian. I. In Rufin. 333. *inſperatique recurſus.*

4. DYNASTAS PROVINCIAE, FIN.] Non ita loqui ſolent veteres. In Edd. primis, Vaſc. Steph. Gryph. poſt. &c. legitur *d. pr. finitimoſque omnes qui.* Mihi videtur *que* eſſe delendum, ac diſtinguendum: *Dynaſtas, provinciae finitimos, qui omnes.*

receptos in fidem, conditionibus [a] inpoſitis [b] provinciae tuendae ac defendendae, dimittit & ſibi, & [c] populo Romano amiciſſimos.

1 LXVI. Paucis diebus in ea provincia conſumtis, Sex. Caeſarem amicum
& neceſſarium ſuum [1] legionibus Syriaeque [d] praeficit, ipſe [2] eadem claſ-
2 ſe, qua venerat, proficiſcitur in Ciliciam: cujus provinciae civitates omnes
evocat Tarſum: quod oppidum fere totius Ciliciae nobiliſſimum, fortiſſi-
3 mumque eſt. Ibi, rebus omnibus provinciae & finitimarum [e] civitatum con-
ſtitutis, cupiditate proficiſcendi ad bellum [f] gerendum non diutius mora-
4 tur; magniſque itineribus per Cappadociam confectis, biduum Mazacae
[g] commoratus, venit Comana, vetuſtiſſimum & ſanctiſſimum in Cappa-
docia Bellonae templum, quod tanta religione colitur, ut ſacerdos ejus
deae, [h] majeſtate, imperio, [i] potentia ſecundus a rege conſenſu gentis il-
5 lius habeatur. Id [k] homini nobiliſſimo, [3] Lycomedi [4] Bithynio, [l] adjudi-
cavit, qui regio Cappadocum genere ortus, propter adverſam fortunam majo-

VARIAE LECTIONES.

a *Inpoſitos* Lov. b exſulat *provinciae* a Voſſ. c *Reip.* V. *populoque* R. Dorv. d *praefecit* MSS. & Edd. qdd. e *regionum* L. pr. f deeſt Edd. R. M. V. nec male. g *moratus* Edd. R. M. V. *commoratur* Lov. *venit* abeſt a Sc. L. pr. V. Lov. h *magis* Pet. Lov. Sc. L. pr. V. Dorv. Abeſt L. ſec. i Sic MSS. o. non *&* *p.* V. ad l. IV. B. G. 15. k Abeſt L. pr. l *judic.* L. pr.

mnes. Vide l. III. B. Civ. c. III. & ſic ſaepe. Cicero aliique.

1. LEGIONIBUS SYRIAEQUE] Edd. ante Urſinum, qui e ſuo Codice *que* addi voluit, non agnoſcunt encliticam: eamque lectionem praefert Cellarius; quia Tacit. Hiſt. I, 76. dixit *Syriae* pro *Syriacas legiones.* Verum MSS. Cuj. Pet. Scal. & reliqui omnes addunt *τὸ que.*

2. EADEM CLASSE QUA VENERAT] Tradit etiam *Joſephus* l. XIV. Antiq. c. VIII, 3. Caeſarem *εἰς Συρίαν ἀποπλεῦσαι.* Diſerte tamen noſter ſupra c. XXXIII. *Ipſe* Caeſar *itinere* pedeſtri *profectus eſt in Syriam.* Adeo ut in *Hirtio* manifeſta ſit *ἀνωμαλογία*, quam obſervavit etiam vir ſummus *Jac. Uſerius.* Vide ejus Annales ad annum mund. MMMDCCCCLVII. p. 474. edit. Gen. DAVIS. *Cur. ſec.*

3. LYCOMEDI BITHYNIO] Editi omnes ad *Scaligerum* uſque *Nicomedi Bithynio*, ſed vir ille ſummus ex *Strabone*, ut videtur, *Hirtium* emendavit; is enim l. XII. p. 558. hunc pontificem *Lycomedem* vocat. Verum alia correctione forſan magis eſt opus, Latini enim non *Bithynium*, dicunt, ſed *Bithynum.* *Horatius* l. I. Od. XXXV, 7.

Quicunque Bithyna *laceſſit*
Carpathium pelagus carina.

Juvenalis Satir. VII, 15.

Quanquam & Cappadoces faciant, equitesque Bithyni.

Ea igitur forma hic videtur reponenda. DAVIS. Dele a *verum alia correctione* ad finem notae, & delectorum loco repone: in alia certe ſententia fuit *Ciacconius*, qui Nicomeden *Straboni* reſtituendum cenſuit. Et merito quidem. *Appianus* Bell. Mithrid. p. 420. *Ἣν (ἐν Κομάνοις ἱερωσύνην)* εἰς ΝΙΚΟΜΗΔΗ *μετήνεγκεν ἀπὸ Ἀρχελάου.* Ut Caeſari quaſi poſtliminio reddendum ſit NICOMEDIS nomen. Caeterum vocabulo *Bithynio* manus ſunt abſtinendae. Nam licet *Bithyno* dent *Pet.* & *Lovan.* uti ſcribendum cenſueram; *Varro* tamen l. I. R. R. c. 9. ait: *Diophanes* Bithynius *ſcribit ſigna ſumi poſſe* &c. ſimiliter *Pruſiae Regis* Bithyniorum *filius* memoratur *Plinio* H. N. l. VII. §. 15. Quin & apud *Suetonium* in Julio cap. XLIX. non *Bithynicam Reginam*, ſed *Bithyniam* prae ſe fert Codex Memmianus. DAVIS. *Cur. ſec.* Cellarius etiam cum Goduino *Nicomedi* praetulit; quin & Vaillantius non ſolum in Bithynia ſua p. 364. legit *Nicomedi*, ſed facit eum Nicomedis Epiphanis, regis Bithyniae, nepotem. Qua auctoritate, ipſe viderit, eamque temeritatem in eo jam caſtigavit eruditiſſ. Auctor Diſſ. in Obſ. Miſc. Vol. VII. p. 54. Malim itaque ego quoque credere, Appianum eſſe corruptum, non Hirtium. nam *Lycomedi* exſtat in integerrimis Codicibus Pet. Scal. Leid. pr. Lov. & Dorv.

4. BITHYNO] Ita optime emendavit Daviſius. Alii, minus Latine *Bithynio.* CLARKE. Videmus vero, ipſum Daviſium a priore ſententia receſſiſſe, & *Bithynio* retinere, quod eſt in MSS. pleriſque. Nam Petav. habet *Bithinio.* In Voſſ. eſt *Bithyno.* *Bithynius* dici poteſt, ut *Theſſalius*, *Phry-*

majorum ſuorum, mutationemque generis, jure minime dubio, [a] vetuſta-
te tamen intermiſſo, ſacerdotium id repetebat. Fratrem autem Ariobarza- 6
nis [b] Ariarathen, quum bene meritus uterque eorum de Republica eſſet,
ne aut regni hereditas Ariarathen ſollicitaret, aut [c] heres regni terreret,
Ariobarzani adtribuit, qui ſub [1] ejus imperio [d] ac ditione eſſet: ipſe [2] iter
[e] inceptum ſimili velocitate conficere coepit.

LXVII. Quum propius Pontum, fineſque Gallograeciae acceſſiſſet, De- 1
jotarus, [f] tetrarches Gallograeciae tunc quidem paene [3] totius, (quod ei
neque legibus, neque moribus conceſſum [g] eſſe ceteri tetrarchae conten-
debant,) ſine dubio autem rex Armeniae minoris ab Senatu adpellatus,
depoſitis regiis inſignibus, neque tantum privato veſtitu, ſed etiam reo-
rum habitu ſubplex ad Caeſarem venit, oratum, *ut ſibi ignoſceret, quod
in ea parte poſitus terrarum,* [h] *quae nulla praeſidia Caeſaris habuiſſet,*
[4] *exercitibus imperiiſque in Cn. Pompeji caſtris fuiſſet: neque enim ſe* 2
[i] *debuiſſe judicem eſſe controverſiarum populi Romani, ſed parere prae-
ſentibus imperiis.*

LXVIII. Contra quem Caeſar, *quum plurima ſua* [k] *commemoraſſet of-* 1
ficia, quae conſul ei decretis publicis tribuiſſet; quumque [5] *defenſionem*
ejus

VARIAE LECTIONES.

a *Vetuſtatem* Lov. *Sacerdotio* Pet. V. Dorv. b vulgo *Ariaraten.* c *hereditas* MSS. 2. *homines* L. pr. *reges* V. d *atque* MSS. 2. e vulgo *coeptum.* f *tetrarcha* Dorv. Edd. pp. g *eſſet* Lov. L. ſec. Dorv. h *quo* Pet. i Sic Pet. L. pr. V. Sc. & Edd. Vaſc. Steph. aliaeque. non *jud. deb.* Edd. eaedem *affuiſſet* paullo ante. k *commemoraret* Lov. Dorv. Edd. pp.

Phrygius, *Troius* & innumera ſimilia, quorum ultima ſyllaba ſaepe abiit in *cus.*

1. EJUS] *Ariobarzanis.* Rhellicanus interpretatur, *Caeſaris.* Admodum inepte. CLARK. Goduinum id jam monuiſſe notat Cellarius. Mihi locus intricatior videtur, quam ut de eo liquide pronunciare audeam. Nam *Fratri Ariob. Ariarathi* exhibent MSS. mei omnes praeter recentiſſimos Leid. ſec. & Dorv. Sed *Adtribuere aliquem alicui* Caeſari & in primis Hirtio ſignificat aliquem alteri ſubjicere, ita tamen ut ipſe aliquid imperii habeat. Vide ad l. VII, 90. *Huic M. Sempronium adtribuit.*

2. ITER COEPTUM CONF. COEPIT] Sic Editi: MSS. autem Reg. Elienſ. & Voſſii *iter inceptum.* Quod praeferendum eſt, ne eadem vox ſtatim repetatur. CLARK. Adde Petav. Scalig. Leid. ſec. Edd. Vaſc. Steph. Gryph. poſt. & Stradae. Ideoque repoſui.

3. TOTIUS] MSS. Lovan. Dorvill. Leid. ſec. *tota provincia.* An error natus ex antiquo Genitivo *totae?* Vide ad l. VII, 66.

4. EXERCITIBUS IMPERIISQUE] Glandorpius emendat *imperiiſque coactus.* Sed nihil opus. Metus enim ſubintelligitur iſtiuſmodi vox aliqua. CLARKE. Inpenſe placet conjectura Cl. Marklandi in Epiſt. Crit. p. 129. *excituſque imperiis* i. e. evocatus juſſu Pompeji. *Excire* enim proprium in hac re verbum eſt; de B. Hiſp. c. 4. *litteris excitus.* ubi unus *exercitus.* Vide ad Lucan. VII, 361.

quantas in proelia numquam
Excivere manus.

5. DEFECTIONEM EJUS, NULLAM POSSE EXCUSATIONEM IMPRUDENTIAE RECIPERE] Editi omnes *Defenſionem:* Quod cum idem ſit plane ac *excuſationem*, mirum Editores non eſſe mendi ſuſpicatos. Lege omnino, ex MS. Regio, *defectionem.* Porro Editi omnes & plerique MSS. exhibent; (*defectionem ejus, nullam poſſe excuſationem* ejus *imprudentiae recipere.*) Quod importunum eſt, & hoc in loco prorſus alienum. MS. Reg. & Edit. Rom. melius, (ſuae *imprudentiae.*) Verum exiſtimo equidem illud, ſive (*ſuae*) ſive (*ejus,*) irrepſiſſe ex praecedente, *ejus*; ideoque prorſus omittendum; legique oportere, (*defectionem ejus, nullam poſſe excuſationem imprudentiae recipere.*) CLARK. Locus foede maculatus, quod cum animadvertiſſet MSti Regii Librarius; non *defenſionem*, ſed *defectionem* ſcripſit. Hoc commento mire delectatus *Clarkius* reponit, *quumque* defectionem *ejus, nullam poſſe excuſatio-*
nem

2 *ejus nullam poſſe excuſationem ejus inprudentiae recipere*, [a] *coarguiſſet*,
quod homo tantae prudentiae ac diligentiae ſcire potuiſſet, *quis urbem I-*
taliamque teneret; *ubi Senatus populuſque Romanus*, *ubi Reſpublica eſ-*
ſet; [b] *quis deinde poſt L Lentulum*, [c] *C. Marcellum*, [d] *conſul eſſet*; [1] *ta-*
3 *men ſe concedere* [2] *id factum ſuperioribus ſuis beneficiis*, *veteri hoſpitio*,
[e] *atque amicitiae*, *dignitati*, *aetatique hominis*, *precibus eorum*, *qui*
[f] *frequentes concurriſſent hoſpites atque amici Dejotari ad deprecandum:*
4 *de controverſiis tetrarcharum poſtea ſe cogniturum eſſe dixit : regium* [g] *ve-*
ſtitum ei reſtituit. [3] Legionem autem, quam ex genere civium ſuorum
Dejotarus armatura diſciplinaque noſtra conſtitutam habebat, equitatum-
que omnem ad bellum gerendum [h] adducere juſſit.

VARIAE LECTIONES. LXIX.

a *Cognoviſſet* L. pr. b *qui* L. pr. c *M. Marc.* Edd. Vett. perperam. V. ad l. VIII, 48. & Faſtos, & C. L. ſec. male & *M. Marc.* Edd. Vaſc. Steph. d *conſules* ſine *eſſet* MSS. 5. perperam. *Caeſar* intelligitur. e *amicitiae* & *d.* L. ſec. f *frequenter* Lov. Edd. pp. *concurriſſent* Edd. qdd. male. g *veſtimentum* L. ſec. h *adduci* Lov. Dorv. Edd. pp. Sed V. ad l. II. B. G. c. 5.

nem imprudentiae recipere coarguiſſet. At vero Dejotarus a Caeſare non *defecit*, ſed a partibus Pompejanis initio ſtetit. *Gryphius* omnia voce *ejus*, edidit *excuſationem imprudentiae.* Lege *quumque nullam poſſe* SE *excuſationem imprudentiae recipere coarguiſſet*; nam *defenſionem ejus* pro marginali nota habeo, quae tandem *Hirtii* verba invaſit. Quomodo contaminati ſunt omne genus ſcriptores. *Lactantius* Div. Inſt. lib. II. c. V, 33. *Sed illi* (Stoici) *dum ſtudeant id*, *quod falſo ſuſceperant confirmare*, (& ſenſibilem eſſe mundum & Deum,) *argumentorum ſuorum conſequentia non viderunt.* Ubi, voces, quas uncinis cinxi, Gloſſae loco ponendas arbitror. Apud eundem l. VI. cap. XII, 30. *Cellarius* edidit, *quamvis in homine ignoto neceſſariorum* ſepulturam, nulli negandum *munus*, *implebimus.* Et *ſepulturam nulli negandam* (ſic enim plerique codices) exemplaris orae ſtudioſus quidam adleverat, ut ictu oculi, qua de re *Lactantius* ageret, ſciretur. Pariter apud *Moſem* Gen. XXIII, 1. שני חיי שרה manifeſtarium ſunt Gloſſema. nam licet eas voces agnoſcat Codex Samariticus; tamen a pleriſque LXX. Interpretum MSStis abſunt ἔτη ζωῆς Σαῤῥας. Sed haec obiter. In *Hirtio* vero noſtram conjecturam firmat *Celſus* p. 211. DAVIS. *Cur. ſec.* *Defectionem* eſt etiam in Dorv. & Leid. ſec. qui etiam cum Ed. Med. & Ven. habet *ſuae inpr. ejus* ibi non agnoſcunt Vaſcoſ. Steph. Adridet omnino conjectura Daviſii, ſed *ejus inp.* tunc omnino retinerem. Caeſar ſaepius dicit *accipere excuſationem*, *ſatisfactionem.* Vide ad l. V. c. 1.

1. TAMEN SE CONCEDERE] Et hoc, ex MSS. Elienſi & Regio, ita omnino reſtituendum. Editi omnes habent, (ſed *tamen ſe concedere.*) Quod hoc in loco ferri non poteſt. Haud enim Latine dicitur, (*quum coarguiſſet*, —— ſed tamen *ſe concedere* —— *dixit*;) Optime autem, (*quum coarguiſſet*; —— tamen *ſe concedere* —— *dixit*;) vel (—— nihilominus tamen *ſe concedere* —— *dixit.*) Videtur illud (*ſed*) ab iis Librariis adſutum, qui non intelligerent hujus periodi longioris ἀπόδοσιν incipere a voce iſta, *tamen &c.* CLARKE. *Conſul eſſet*; ſed *tamen*) Lege *conſul eſſet*; *tamen*, deleta voce penultima, quam unus *Clarkii*, quod & ipſe vidit, tres vero noſtri, *Pet.* ſcilicet, *Lov.* & *Norv.* merito praetermittunt. DAVIS. *Cur. ſec.* *Sed* itaque delevi, natum e corruptione praecedentium *conſul eſſet.* unde factum *conſules ſet*, quod plane reſtat in Lov. *Sed* non agnoſcunt etiam Scal. Dorv. Voſſ. & Leid. ſec. in quibus duobus *ſe tamen concedere.* Delerunt eam particulam olim jam Flor. Vaſcoſ. Gryph. poſt. Steph. & Strada.

2. ID FACTUM] In Codice Lovan. ſcribitur *id facti.* Quod Hirtianum videtur. Paſſim *id loci*, *id mali*, *id negotii*, *id temporis*, *id nominis* & ſimilia occurrunt: ut notiſſimum eſt.

3. LEGIONEM AUTEM, QUAM, &c.] Sic Editi Recentiores. Editt. Vett. & MSS. Elienſ. & Voſſii, (*Legionem autem* eam *quam*, &c.) MS. Reg. (*Legionem autem* unam, *quam*, &c.) Quae forte vera eſt Lectio. CLARKE. *Eam* etiam Urſin. Scal. Lov. Leid. ſec. & Dorvill. cum Edd. Mediol. Ven. Flor. *Unam* Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. Steph. Str. & Celſus. Quod & alibi pleonaſtice in his Commentariis adhibetur. Adi ad lib. V. c. 44. Praefero tamen, ſi quid addendum eſſet, *eam*, ut c. 69. *In eo proelio quod.* Sed nec id opus eſt. Utroque modo paſſim occurrit. Veriſſime

LXIX. Quum in Pontum veniſſet, copiaſque omnes in unum locum 1
coëgiſſet; quae numero, atque exercitatione bellorum mediocres erant;
(excepta enim legione VI, quam ſecum [a] adduxerat Alexandria veteranam,
multis [b] laboribus periculiſque functam, multiſque militibus partim [c] diffi-
cultate itinerum ac navigationum, partim crebritate bellorum adeo [d] de-
minutam, ut [1] minus mile hominum in ea eſſet; reliquae erant III legio-
nes, una Dejotari, duae, quae in eo proelio, quod Cn. Domitium feciſſe
cum Pharnace ſcripſimus, [e] fuerant) legati [f] a Pharnace miſſi Caeſarem ad-
eunt: atque in primis deprecantur, *ne ejus adventus hoſtilis eſſet: factu-* 2
rum enim omnia Pharnacen, quae imperata eſſent. Maximeque comme-
morabant, *nulla Pharnacen auxilia contra Caeſarem Pompejo dare vo-
luiſſe; quum Dejotarus, qui* [g] *dediſſet, tamen ei ſatisfeciſſet.*

LXX. Caeſar reſpondit, ſe fore [h] aequiſſimum Pharnaci, ſi, quae pol- 1
liceretur, [2] repraeſentaturus eſſet: monuit autem, ut ſolebat, [i] mitibus 2
verbis legatos, *ne aut Dejotarum ſibi objicerent, aut nimis eo* [k] *gloriaren-
tur beneficio, quod auxilia Pompejo non miſiſſent: nam ſe neque libentius* 3
*facere quidquam, quam ſubplicibus ignoſcere; neque provinciarum pu-
blicas injurias condonare iis poſſe,* [3] *qui non fuiſſent in ſe officioſi:*
[1] *id*

VARIAE LECTIONES.

a *Abdux.* Lov. *advexerat* Manut. fruſtra, V. ad l. II. B. G. c. 22. b *meritis lab.* L. ſec. Edd. R. M. V. *laboribuſque f.* ſine *periculis* L. ſec. *que* abeſt Lov. c *diff. bellorum, it.* L. pr. d *dimin.* MSS. plerique. e *erant* Dorv. f *ab* V. *emiſſi* Lov. g *ei ded.* Lov. L. ſec. Dorv. h *amicum* L. pr. i *militibus urbis* L. pr. k *glorientur* L. pr. Lov.

riſſime autem Manutius correxit pro *natura*, *armatura*, quod Ciacconius merito probavit, & Scaliger ac ſeqq. in textum receperunt. Idem Cujacio jam in mentem venerat: nam Codex ejus habet *matura*. V. c. 34. & plura ad l. V. c. 16.

1. MINUS MILE HOMINUM] Non male, ſed non ita meliores libri. Nam Cujac. Petav. Scal. Lovan. Leidenſes & Voſſiani exhibent *hominibus*. Recte etiam. Vide ad l. III. B. Civ. c. 28. *Paullo minus ducentis.* Eadem variatio B. Afric. c. 39. pro *mile* in Cujac. & Lov. *cum* in Petav. & Scalig. CII. in Leid. pr. *c.* De adtenuatione legionum adi ad l. III. B. Civ. c. 89.

2. REPRAESENTATURUS ESSET] Statim executurus, & in effectum adducturus; nihil enim opus eſt, ut ex Cod. *Ciacconii* legamus *re praeſtaturus*, quomodo reponendum cenſuit *Fr. Hotomannus. Caeſar* l. I. B. G. c. XL. *Itaque ſe, quod in longiorem diem collaturus eſſet*, repraeſentaturum. *Curtius* l. VI. c. XI, 33. *repraeſentaſſe conſilium* dixit, ubi vide *Joan. Freinshemium*, ac intt. ad *Phaedri* l. III. Fab. X, 32. DAVIS.

3. QUI NON FUISSENT IN SE OFFICIOSI] Teſtatur *Ciacconius* particulam negantem a quibuſdam libris abeſſe; & recte quidem, ut arbitror, quod & olim *Joan. Rhellicano* in mentem venerat. *Jul. Celſus* p. 212. de hac re ſic loquitur: *Ille quidem praeſtitit, ut —— publicas* (injurias) *libere ulciſci valeam, quod fortaſſe ſic non poſſem, ſi in me fuiſſet obſequioſus* &c. Sed vir ille bonus mentem Caeſaris non eſt aſſecutus; vult enim, ſe privatas injurias hoſti facile condonare poſſe, publicas ne amico quidem: & hic ſane ſenſus egregius & tanto Imp. dignus. Ut ut autem ſit, certe falſus eſt *Eutropius* lib. VI. cap. XVII. tradit *Pharnacem —— Pompejo in auxilium apud Theſſaliam fuiſſe*, ut ex diſerto *Hirtii* teſtimonio conſtat. Vide & *Dionem* l. XLII. pag. 207. DAVIS. Mera hic dormitatione Scaliger & Editorum plerique imperitiſſimo librariorum adſumento decepti ediderunt (*qui* NON *fuiſſent in ſe officioſi.*) Quaſi vero ineptius quicquam aut Caeſare indignius confingi poſſet, quam ut barbare adeo & arroganter reſponderet, ſe *provinciarum publicas injurias condonare iis non poſſe, qui non fuiſſent* ſcilicet *in* SE *officioſi.* Cum e contrario manifeſta ſit mens Hirtii, reſpondiſſe Caeſarem ſapientiſſime, atque etiam *mitibus verbis* (ſupra) *ſe neque libentius facere quidquam, quam ſupplicibus ignoſcere* (quod erat nimirum nuper *Deiotaro* factum:) *neque* tamen *iis, qui in Se* unum *officioſi fuiſſent,*

4 [1] *id ipſum, quod* [a] *commemoraſſent, officium utilius Pharnaci fuiſſe, qui*
5 *providiſſet, ne vinceretur, quam ſibi, cui Dii inmortales victoriam tri-*
buiſſent: itaque [b] *ſe magnas & graves injurias civium Romanorum, qui*
in Ponto negotiati eſſent, quoniam in integrum reſtituere non poſſet, con-
6 *cedere Pharnaci: nam neque* [2] *interfectis amiſſam vitam, neque* [c] *exſe-*
ctis virilitatem reſtituere poſſe; quod quidem ſubplicium gravius morte
7 *cives Romani ſubiſſent: Ponto vero decederet confeſtim; familiaſque publi-*
canorum remitteret; ceteraque reſtitueret ſociis civibuſque Romanis, quae
8 *penes eum eſſent. Si* [d] *feciſſet, jam tunc* [e] *ſibi mitteret munera, ac dona,*
quae bene rebus geſtis Imperatores ab amicis accipere [f] *conſueſſent:* miſerat enim Pharnaces coronam auream. His reſponſis datis legatos remiſit.
1 LXXI. [g] At Pharnaces, omnia [h] liberaliter pollicitus, quum [3] feſtinantem

VARIAE LECTIONES.

a *Commemorarent* Sc. Pet. *memorarent* V. b deeſt L. pr. c *ejectis* Lov. d *bene f.* Lov. Dorv. L. ſec. Edd. pp. e *ei* Pet. *remitt.* L. ſec. Edd. Vaſc. Steph. & aliae. f *conſueſcunt* MSS. 2. g *ac* Lov. Dorv. h *legaliter* Lov. V. ad l. II. B. G. c. 5.

fuiſſent, poſſe condonare publicas provinciarum injurias; (id quod ad Se videlicet pertinere intelligeret, oporteret *Pharnaces*, ſi cum auxilia Pompejo contra Caeſarem dare noluiſſet, idem tamen deinceps, jubente Caeſare & populo Romano, Ponto non decederet, neque injuriis publicis abſtineret.) Viderunt hoc Rhellicanus, Ciacconius & Daviſius, qui mentem Caeſaris ſic paucis optime explicant. *Se* privatas *injurias* hoſti *facile condonare poſſe*, publicas *ne* amico *quidem.* CLARK. *Non* tamen retinent MSS. omnes. Sed omiſit eam particulam bene, quod ad ſenſum, Vaſcoſ. item Gryph. poſt. Steph. & Stradae: ut adprobavit jam Brutus. An ſub voce *non* latet *nimis*, vel tale quidquam?

1. ID IPSUM &c.] Hunc locum ſic exhibet MS. Reg. (*Per id* —— *utile* (Codices nonnulli *Id* —— *perutile*) *Pharnaci fuiſſe*, —— *ne vinceretur* eſt, *quam ſibi Dii immortales* &c. CLARK. *Qm id ipſ.* Leidenſ. pr. Voſſ. Scalig. *Quod id ipſum* Petav. In reliquis Regio conſpirat Leid. ſec.

2. INTERFECTIS AMISSAM VITAM] *Phil. Rubenius* Elect. l. I. c. XXII. reponit fluctuans licet, atque animi dubius, *interfectis Amiſi vitam*, quia tradit *Appianus* lib. II. B. C. p. 484. ὅτι Ἀμισὸν πόλιν ἐν τῷ Πόντῳ Ῥωμαΐζουσαν ἐξηνδραποδίσατο, καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν τομίας ἐποιήσατο πάντας. Secundum *Dionem* etiam l. XLII. p. 206. Pharnaces Ἀμισὸν —— εἷλέ τε καὶ διήρπασε, τούς τε ἡβῶντας ἐν αὐτῇ πάντας ἀπέκτεινε. Sed hanc ob cauſam vulgata lectio non eſt ſollicitanda; neque enim *Hirtius* Amiſi ſolius direpti meminit, ſed multorum oppidorum, & graviſſima haec ſupplicia in eos, qui formae atque aetatis commendationem habebant, fuiſſe conſtituta narrat hujuſce libri c. XLI. DAVIS. Idem *Rubenius* p. 34. rogat. *Nonne vero nibili & vacuum ibi verbum eſt* amiſſam? *Mihi quidem videtur, &, ſi quid tale addendum, aptius fore* ereptam. Dubitavit nempe vir eruditus, num *interfectis* amiſſam *vitam reſtituere* Romana lingua pateretur. Abſque cauſa quidem fontica. *Juvencus* Hiſt. Evang. l. II. p. 57. edit. Lugd. 1553. *Redditur* amiſſae *lethi poſt funera* vitae. Sic enim ex MSto C. C. C. C. legendum, non *amiſſa vita.* Idem l. III. p. 79. *Gaudeat*, amiſſam *redimet cui gloria* vitam. *Amiſſam* tamen, ut ex Gloſſa natam vocem, Cl. etiam *Gudius* delevit. IDEM. *Cur. ſec.* Recte vocem *amiſſam* defendit Daviſius, quae & ſubintelligi debet in *virilitatem.* Adi Cel. Burm. ad Phaedr. F. 50. de Eunucho.

Damnum inſectatus eſt amiſſi corporis,

3. FESTINANTEM AC PROPERANTEM] Codex *Victor feſtinantem ac procurrentem*, MS. *Norvic.* & alii *feſtinantem ac praecurrentem*; quam lectionem probat *Joan. Goduinus.* quoniam non intellexit, quaenam inter *properantem* ac *feſtinantem* ſit differentia: norunt tamen Grammatici, ſi iis fides ſit adhibenda. *A. Gellius* Noct. Att. l. XVI. c. XIV. Feſtinare & properare *idem ſignificare atque in eandem rem dici videntur. Sed M. Cato id differre exiſtimat, eaque hoc modo diviſa. Verba ſunt ipſius ex oratione quam de ſuis virtutibus habuit:* Aliud eſt properare, aliud feſtinare. Qui unum quid mature tranſigit, is properat: qui multa ſimul incipit, neque perficit, is feſtinat. Quae Catonis verba repetit *Nonius Marcellus* p. 468. editt. Plantin. dein addit: *Verum utrorumque verborum ratio ſub hac ſignificatione proxima eſt*

tem ac properantem Caeſarem [a] ſperaret libentius etiam crediturum ſuis promiſſis, quam res pateretur, quo celerius honeſtiuſque ad res magis neceſſarias [b] proficiſceretur, (nemini enim erat ignotum, plurimis de cauſſis ad Urbem Caeſarem revocari) [c] lentius agere, decedendi diem poſtulare longiorem, pactiones interponere, [d] in ſumma fruſtrari coepit. Caeſar, 2
cognita calliditate hominis, quod aliis temporibus natura facere [e] conſueverat, tunc neceſſitate fecit adductus, ut celerius omnium opinione manum [f] conſereret.

LXXII. [1] Zela [g] eſt oppidum in Ponto, poſitu ipſo, ut [h] in plano loco, 1
ſatis munitum: tumulus enim naturalis, [i] veluti manu factus, excelſiore undique faſtigio ſuſtinet murum. Circumpoſiti ſunt [k] huic oppido magni 2
multique, interciſi vallibus, colles: [2] quorum editiſſimus unus, qui propter victoriam Mithridatis, & infelicitatem [l] Triarii, detrimentumque exercitus noſtri, ſuperioribus locis atque itineribus paene conjunctus oppido, magnam in illis partibus habet nobilitatem; nec multo longius milibus paſſuum [m] III abeſt ab Zela. Hunc locum Pharnaces, veteribus pa- 3
terno-

VARIAE LECTIONES.

a *Speraſſet* L. pr. b *prof. exiſtimabat* V. c *lentus* Lov. d *& in ſ.* MSS. 2. e *conſuevit* L. pr. f *conferret* MSS. 4. Edd. R. M. V. g *Ziela* Edd. Rec. hic & infra. h deeſt Edd. nonnullis. i Ita Sc. L. pr. non *velut. excelſiori* MSS. 3. k *hoc* Pet. Lov. l *Triari* L. pr. *Ariaroti* V. m *IIII* L. ſec. a Z. MSS. & Edd. qdd.

ma eſt veritati, ut ſit ſaepe animi properare *ſtudioſe ad res aliquas contendentis*, feſtinare *corpore neceſſitatibus obſequendi.* Ego autem id pro certo habeo, has Grammaticorum diſtinctiones bonorum auctorum uſu non comprobari; nec tamen vulgatam lectionem mutandam cenſeo; quis enim neſcit, duo verba ejuſdem plane poteſtatis non raro conjungi? Sic hujuſce libri cap. LXX. *munera ac dona* habet noſter, & ſimilia paſſim alii. DAVIS. De conjunctione Synonymorum ſaepius monendum habui. Adi inter alia ad l. II. B. G. c. 20. *Succeſſus & incurſus.* ad l. VIII. 30. *patienda & perferenda.* Quare nil mutandum temere. In MSS. tamen Pariſ. & meis, ſi forte Scalig. & Cuj. excipias, omnibus exaratur *praecurrentem.* Unde ſenſum elicere non poſſum idoneum.

1. ZIELA] *Plinius* lib. VI. c. III. *Civitas Ziela intus, nobilis clade Triarii & victoriae C. Caeſaris. Stephanus* de Urb. Ζίηλα τρισυλλάβως πόλις Καππαδοκίας, ἣν ἔκτισε Νικομήδης υἱὸς Ζιήλας &c. Nam *Zelae* urbis in Cappadocia eodem c. *Plinius* meminit, *Ptolemaeuſque*, & *Strabo.* Haec *Ciaccon.* MS. *Norvic.* & editt. vett. etiam in *Hirtio Zelam* exhibent. Sic & *Plutarchus* in Caeſ. pag. 731. Περὶ πόλιν Ζῆλαν μάχην μεγάλην συνάψας. *Dion.* l. XLII. p. 207. Κἀνταῦθα αὐτῷ περὶ Ζέλειαν συνέτυχεν. Utrobique repone Ζίηλαν. DAVIS. *Zela* MSS. & Edd. omnes ante Scaligerum. Sed e Plinii loco videtur patere *Ziela* eſſe legendum; niſi & ibi *Zeila*, ut Stephano Ζηίλα vocatur, reponendum. Certe Plinius a *Zela* alia diſtinguit. Cum Cellario autem ſcripturam Codicum praetuli *Zelam.* Quia ab iis recedere *in re dubia*, mihi religio eſt. Praeſertim quum & alii Ζήλαν vocent. Adi Cl. Weſſeling. ad Hieraclis Synecdemon in Anton. Itiner. p. 701. *Zella* Voſſ. *Tela* Dorv. Ceterum MSS. omnes & Edd. primae dant *in Ponto poſitum, ipſum ut in plano loco, ſatis m.* Quod & defendi poſſet. Sic *Vicus poſitus in valle* i. e. ſitus l. III. B. G. c. I. *Ponere urbem* paſſim. Sed vulgatum eſt elegantius.

2. QUORUM EDITISSIMUS UNUS, QUI —— ABEST AB ZELA. HUNC LOCUM &c.] Varie accipi poteſt hujus loci Latinitas. Poteſt enim intelligi, (*quorum editiſſimus unus* eſt; *qui* &c.) Vel poteſt eſſe ea conſtructio, quam ἀνακόλουθον appellant; mutato nimirum, in ἀποδόσει ſententiae, conſtructionis Schemate; (*quorum editiſſimus unus, qui* ——; *hunc locum &c.*) Vel poteſt denique ita accipi, ac ſi ſcriptum fuiſſet, (quorum qui *editiſſimus unus* —— *abeſt ab Ziela; hunc locum &c.*) CLARK. Hoc eſt nodum in ſcirpo quaerere. Verbum ſubſtantivum ſubauditur. *Unus* exſulat a Lov. & Edd. Rom. Ven. ac Med. Non puto *Scotium* ſcribere voluiſſe Hirtium, quomodo hic collis nominabatur, ut teſtatur Appian. in Mithrid. p. 254.

 1. Co-

ternorum felicium caſtrorum [a] refectis operibus, [1] copiis ſuis omnibus oc-
cupavit.

1 LXXIII. Caeſar, quum ab hoſte milia paſſuum v caſtra poſuiſſet; vide-
retque eas valles, quibus regia caſtra [b] munirentur, eodem intervallo ſua
caſtra [c] munituras, ſi modo ea loca hoſtes priores [d] non cepiſſent, quae
multo erant propiora regis caſtris; aggerem comportari jubet intra mu-
2 nitiones. Quo celeriter [e] conlato, proxima nocte, vigilia quarta, legioni-
bus omnibus expeditis, inpedimentiſque in caſtris relictis, prima luce, [f] ne-
que opinantibus hoſtibus, [g] eum ipſum locum cepit, in quo Mithridates
3 ſecundum [h] proelium adverſus Triarium fecerat. [2] Huc [i] omnem compor-
tatum aggerem e caſtris ſervitia agerent, juſſit; ne quis ab opere miles diſ-
cederet; quum ſpatio non amplius [k] mile paſſuum interciſa [l] vallis caſtra
hoſtium divideret ab opere incepto Caeſaris caſtrorum.

VARIAE LECTIONES. LXXIV.

a *Refectum* L. ſec. Dorv. Edd. Vaſc. Gr. poſt. Str. *opibus* V. vulgo *omn. ſuis.* b *muniebantur* Lov. Dorv. *eodemque* L. ſec. *in vallo* L. pr. c *muniturus* Lov. Edd. pp. *munitura* MSS. 3. d deeſt MSS. 3. e *collocato* MSS. 3. f *non* Lov. Dorv. Edd. ante Urſ. male. V. c. 75. B. Afr. c. 7. & Brant. g deeſt MSS. 3. Edd. pp. h *bellum* Edd. R. M. V. Gryph. ſed V. ad l. 1. B. G. c. 1. i *hoc* V. *hunc* L. pr. vulgo *comportare a e. c. ſ. quae ageret, j.* k deeſt Pet. Sc. V. *paſſ. III* L. pr. l *valles* L. pr. V. V. ad l. VII. 47. Mox *videret* Lov.

1. COPIIS OMNIBUS SUIS.] Lege: *Copiis ſuis omnibus occupavit*, ut recte Petav. & Norv. DAVIS. *Cur. ſec. Suis omnibus* etiam Leidenſes, Lov. Voſſ. quem ordinem exprimi curavi.

2. HUC OMNEM COMPORTARE AGGEREM SERVITIA, QUAE AGERET, JUSSIT] MS. *Norvic. Huc omnem comportatum aggerem ſervitia agerentur juſſit*; & ſic Codex *Ciacconii*, unde reſcribit vir eruditus *huc omnem comportare aggerem, e caſtris ſervitia juſſit.* MS. *Victor. huc omnem comportari aggerem, ſervitiaque agi juſſit*; & ſic ſane exhibent editt. *Rom. Ven. Beroald.* ex qua lectione *Joan. Goduinus* reſcribendum conjecit: *Huc omnem comportare aggerem, ſervitiaque agere juſſit.* Multo malim *huc omnem comportari aggerem, ſervitiaque agerent, juſſit.* Hoc addidit noſter, quia more Romano aggerem milites portabant. DAVIS. *Servitiaque quae agerent.* Mire hic variant Codices. Editt. Vett. & MSS. Reg. & Victorii, (—— ſervitiaque agi *juſſit.*) Scaliger, Recentiores, (*Huc omnem comportare aggerem e caſtris* ſervitia, quae ageret, juſſit.) Quae cum nulla eſſet Latinitas, nulla ſententia; Cellarius, omiſſis vocibus (*quae ageret*,) reſcribendum conjecit, (*Huc omnem comportare aggerem e caſtris* ſervitia *juſſit*:) Quomodo & olim legendum exiſtimaverat Ciacconius. MS. Elienſ. & Voſſii, (*Huc omnem* comportatum *aggerem ex caſtris* ſervitia agerentur *juſſit.*) Goduinus reponit, *Huc omnem comportare aggerem e caſtris*, ſervitiaque agere *juſſit.*) Daviſius, *Huc omnem comportari aggerem e caſtris*, ſervitiaque agerent, *juſſit.*) Verum, utrum (*agerent*) iſto modo ſatis Latine uſurpetur, dubitari poteſt. Ego, prope a Scaligeri lectione, edidi; (*Huc omnem comportari aggerem e caſtris*, ſervitiaque quae agerent *juſſit.*) Non tamen diſſimulandum (ſi illud *agerent*, vel *agerentur* forte in Codicibus ex praecedenti *aggere*, irrepere potuerit) lectionem Ciacconii & Cellarii omnium maxime arridere (*Huc omnem comportare aggerem e caſtris* ſervitia *juſſit.*) Sic enim infra c. 74. *Magnam illam ſervorum multitudinem, quae aggerem portabat.* Vel denique, ſi illud *agerentur comportatum*, Latine dici queat, pro eo, quod eſt *cogerentur comportare*, ferri poſſe fortaſſe videretur etiam MSS. Elienſ. & Voſſiani lectio (*Huc omnem* comportatum *aggerem e caſtris* ſervitia agerentur *juſſit.*) Sed multo ſimplicior & facilior eſt lectio illa Ciacconii. Judicet Lector eruditus. CLARK. *Gryphius* edidit *huc omnem comportari aggerem e caſtris* ſervitiaque *agi juſſit.* Reſcripſerim *huc omnem comportari aggerem* e caſtris, aque ſervis id agi *juſſit.* DAVIS. *Cur. ſec.* Cum MSS. Elienſ. & Voſſ. conſentiunt Scalig. Urſin. Leidenſes & Petav. niſi, quod in eo ſit *agerent. Comportari agg. & ut c. ſervitia agerentur j.* Leid. ſec. & Dorv. quibus accedit Lovan. *comportari a. & caſt. ſervitia ut agerentur juſſit. ex caſtris* Leid pr. & Voſſ. *comportatum agg. e caſt. ſervitiaque agi j.* Edd. cunctae ante Scalig. Sed omnino ex MSS. conſenſu legendum, *Huc omnem comparatum aggerem e caſtris*

LXXIV. Pharnaces, quum id repente prima luce animadvertiſſet, co- 1
pias ſuas [a] omnes pro caſtris inſtruxit; quas, interpoſita tanta locorum ini-
quitate, conſuetudine [1] magis pervulgata militari credebat inſtrui Caeſar,
vel ad opus ſuum tardandum, quo plures in armis tenerentur, vel ad oſten-
tationem regiae fiduciae, ne munitione magis, quam manu defendere lo-
cum Pharnaces videretur: [b] itaque deterritus non eſt, quo minus, prima 2
acie pro vallo inſtructa, reliqua pars exercitus opus faceret. At Pharnaces 3
inpulſus ſive loci felicitate, ſive auſpiciis & religionibus inductus, quibus
[c] obtemperaſſe eum poſtea audiebamus; ſive paucitate noſtrorum, qui in
armis erant, comperta, quum more operis quotidiani magnam [d] illam ſervo-
rum multitudinem, quae aggerem portabat, [e] militum eſſe crediſſet; ſi-
ve etiam [2] fiducia veterani exercitus ſui, quem ([3] *cum legione*) XXII in [f] a-
cie conflixiſſe, & viciſſe legati ejus gloriabantur; [g] ſimul contemtu exer-
citus noſtri, quem pulſum [h] a ſe, Domitio duce, ſciebat; inito conſilio di-
micandi, deſcendere praerupta valle [i] coepit: cujus aliquamdiu Caeſar in- 4
ridebat

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt L. ſec. b *id fieri* addit MS. Urſ. e Gloſſa. *itaque* abeſt MSS. 3. Edd. R. M. V. c *adobtemp.* L. ſec. d *illorum* L. ſec. Lov. Dorv. Edd. pp. e *milites* MSS. iidem & Edd. pp. Ber. Vaſc. Str. Steph. Gr. poſt. f *aciem* MSS. 2. g *ſive* Edd. R. M. V. h *a ſe* deſunt L. pr. i *praecep.* Lov.

caſtris ſervitia agerent, *juſſit* vel *ut agerent*, ſed malo ſine *ut*, quae eſt ipſa Petaviani Codicis ſcriptura. *Comportatus agger* erat in caſtra, ſive *intra munitiones*, ut ante dixit; Jam ex illis ad locum, quem ceperat, juſſit *ſervitia* eum *agere*, ne milites ab opere diſcederent, ſed ibi manerent, dum interim ſervitia aggerem adportabant. *Juſſit ſervitia agerent* ſatis Latinum eſt; ſive in Nominativo *ſervitia* ſumas mecum, ſive in Accuſativo. Conſule contra Voſſium diſputantem Cel. Perizon. ad Sanct. Min. l. II. c. 4. §. 6. & Cl. Burm. ad Ovid. l. VIII. Met. 752. B. Hiſp. c. 27. *Ucubim juſſit incenderent.* Sueton. Tib. 22. *ut id faceret jubebatur. Agere aggerem* eſt *admovere* & dicitur ut *agere vineas*, l. II. B. G. c. 12. *turres* III, 21. & ſimilia multa. B. Hiſpan. c. 7. *Aggerem vineaſque agere inſtituit:* quod male mutat Davis. Vel potius ſimpliciter notat *ceſpites ad aggerem portare*, ut ſubditur c. ſeq. *quae aggerem portabat.* Hinc *agere praedas*, *agere & ferre*, de quibus adi J. F. Gron. Obſ. l. III. c. 22. & Burm. ad Ovid. Triſt. IV, 1, 80. Non cepit mentem Hirtii Ill. Heinſius, qui libri ſui orae adlevit *ſervitiaque ut viderent*, *juſſit*, *ne quis* &c.

1. MAGIS PERVULGATA &c.] Oratio eſt Elliptica. Conſuetudine magis pervulgata militari, *quam quod revera proelio decertare ſtatuiſſet*, credebat inſtrui. CLARK. Obſervat Cl. *Clarkius* orationem eſſe Ellipticam; cum ſubintelligi debeat, *quam quod re vera proelio decertare ſtatuiſſet.* Ego ſane talem in ſcriptoribus Romanis infantiam non agnoſco; nec, ſi vir doctiſſimus Anglice ſic ſcriberet, multos credo Lectores inveniret. Reponas oportet, *conſuetudine* SATIS *pervolgata militari*; quae mutatio, perparva licet, ſanitati locum reſtituit. DAVIS. *Cur. ſec.* Sat frigidum eſt illud *ſatis*. Recte Clarkius explicat. Ita *primo* ponitur, licet non ſequatur *dein* vel ſimile. V. ad Frontin. l. 1, 5, 16. Immo ſic clare noſter B. Afric. c. 48. *Magis ſuſpenſiore animo ante adventum jubae commovebatur* &c.

2. FIDUCIA VETERANI EXERCITUS] Hoc ordine leguntur haec in MSS omnibus & Edd. nonnullis, non *veterani fid.* Sed MSS. mei omnes & Edd. primae, item Beroaldi, Aldi, Gryph. & aliae exhibent *fiducia veterana*, vel *veterana fiducia.* Quod non admittere tamen auſim.

3. CUM LEGIONE] Uncis haec incluſit *Joſ. Scaliger*, & ſane manifeſtum eſt, ea verba prorſus abundare aut aliquid ſub iis latere: legati enim procul dubio voluere Pharnacis exercitum XXII vicibus in acie conflixiſſe. DAVIS. Locus aut corruptus aut mancus. Scaliger voces iſtas *cum legione* delendas cenſet; ut adeo dicatur Pharnacis exercitus *vicies & bis* cum hoſte conflixiſſe. Quae emendatio non mala. Vel etiam fieri forte potuit; ut, quum ſcriptum eſſet breviter, *cum leg. XXII*, fecerint id Librarii *cum legione viceſima ſecunda*; quod fuerat legendum *cum legionibus viginti duabus.* CLARK. Voces *cum legione* ſpurias eſſe declarant MSS. Scalig. Leid. pr. &

 Lovan.

ridebat inanem oſtentationem, & eo loco militum [a] coartationem, [b] quem in locum nemo ſanus hoſtis ſubiturus eſſet: quum interim Pharnaces eodem gradu, [1] quo [c] praerupta in proelium deſcenderat valle, adſcendere adverſus arduum collem inſtructis copiis coepit.

1 LXXV. Caeſar incredibili ejus vel temeritate, vel fiducia [d] commotus, neque opinans inparatuſque [2] obpreſſus, eodem tempore milites ab operi-
2 bus vocat, arma capere jubet, legiones obponit, [e] aciemque inſtruit: cujus rei ſubita trepidatio magnum terrorem adtulit noſtris. Nondum ordi-
3 nibus inſtructis, [3] falcatae regiae quadrigae permixtos milites perturbant,
4 quae tamen celeriter multitudine telorum obprimuntur. Inſequitur has acies hoſtium; & clamore ſublato [f] conſligitur, multum adjuvante natura loci, plurimum Deorum inmortalium benignitate: qui quum omnibus [4] caſibus belli [g] interſunt, tum praecipue eis, quibus nihil ratione potuit adminiſtrari.

1 LXXVI. Magno atque acri proelio comminus facto, [5] dextro cornu, quo veterana legio VI erat conlocata, initium victoriae natum eſt. Ab ea parte quum [h] in proclive detruderentur hoſtes; multo tardius, ſed tamen iiſdem

VARIAE LECTIONES.

a Sic Brant. Scal. & ſeqq. e conjectura Bruti. *cobortationem* MSS. & Edd. Vett. *cobortionem* Ed. Plant. V. l. VII, 70. b *quo nemo* Lov. Dorv. male. c vulgo *praeruptam d. in vallem.* d Ita MSS: mei O. non *motus.* e Ita MSS. o. vulgo *aciem inſt.* non male. f *conſligit* MSS. 3. Edd. pp. g *interſint tamen pr. quibus* L. pr. h *declivi* L. pr. *in proclivi* L. ſec. V. Dorv.

Lovan. in quibus non comparent; quapropter librariis redonentur. *Cum legionibus* locum non habet etiam: nam toties ſe conflixiſſe *cum Romanis*, eoſque viciſſe non gloriabantur; ſed *cum quibusvis hoſtibus.*

1. QUO PRAERUPTAM DESCENDERAT IN VALLEM] Sic primus edidit Scaliger, cum antea vulgo legeretur *in proelium deſcenderat, vallem adſcendere*; atque ita MSS. plerique habent; & ita *tranſcendere valles* l. 1. B. Civ. c. 68. Verum Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. Steph. Stradae legunt *in praeruptam deſcenderat vallem.* Scilicet deeſſe aliquid patet. MS. Urſin. *praeruptam in proelium deſcenderat vallem.* Petav. *praeruptum in proelium deſc. vallem.* Voſſ. *in praerupta deſcenderat valle.* Hinc ſcribendum omnino arbitror. *Quo praerupta in proelium deſcenderat valle*, ex verbis praecedentibus *inito conſilio dimicandi deſcendere praerupta valle coepit.*

2. OBPRESSUS] MSS. Elienſ. & Voſſii *obpreſſos* ut forte legi poſſit (*neque* opinantes, imparatoſque oppreſſos, *eodem tempore &c.*) CLARKE. *Obpreſſos* exaratur etiam in Petav. Urſ. & Leid. ſec. vitioſe. Conjectura, quam proponit Clarkius, jam comparet in Marg. Edd. Vaſcoſan. & Stradae.

3. FALCATAE REGIAE QUADRIGAE] Sic dictae a falcibus, quae ex variis partibus eminebant. Harum deſcriptionem ſuppeditabunt *Livius* lib. XXXVII. c. XLI. *Diodorus* Siculus Bibl. lib. XVII. p. 530. & alii. DAVIS.

4. CASIBUS BELLI.] Hoc primum inveni in Ed. Plant. In prioribus eſt *bellis:* niſi quod Stephan. ediderat *bellicis.* Forſan bene. nam *bellis* in MSS. meis cunctis comparet.

5. DEXTRO CORNU, QUO VETERANA LEGIO VI ERAT COLLOCATA, INITIUM VICTORIAE NATUM EST AB EA PARTE, QUUM IN PROCLIVE] M. *Norvic. a dextro cornu.* Lego & diſtinguo *a dextro cornu, quo veterana legio* VI *erat collocata, initium victoriae natum eſt. Ab ea parte quum in proclive* &c. Quod conjecturam noſtram non mediocriter firmat, hanc interpunctionem ſervant editt. *Rom. Ven. Beroald.* ſed in iis male ſcribitur *ex ea parte.* DAVIS. a *dextro cornu, quo veterana legio VI erat collocata, initium victoriae* natum eſt: Ab ea *parte quum in proclive detruderentur* hoſtes, multo *tardius, &c.*) Ita reſtituit Daviſius ex MS. Elienſi; qui codex & (a *dextra*) adjuncta praepoſitione, & totam periodum iſto modo diſtinctam exhibet. Vulgati omnes; (*Magno atque acri cominus proelio facto, dextro cornu, quo veterana legio VI erat collocata; initium victoriae* natum eſt ab ea *parte quum in proclive detruderentur* hoſtes: Multo

iiſdem Diis adjuvantibus, ſiniſtro cornu, mediaque acie, totae profligantur copiae regis: quae quam facile ſubierant iniquum locum, tam celeriter gradu pulſae premebantur loci iniquitate. Itaque multis militibus partim interfectis, partim [a] ſuorum ruina obpreſſis, qui velocitate effugere poterant, armis tamen projectis, [b] vallem tranſgreſſi, nihil ex loco ſuperiore [1] inermes proficere poterant. At noſtri, victoria elati, ſubire iniquum locum, munitioneſque adgredi non dubitarunt. [c] Defendentibus autem iis cohortibus caſtra, quas Pharnaces praeſidio reliquerat, celeriter caſtris hoſtium ſunt potiti. Interfecta multitudine [d] ſuorum, aut capta, Pharnaces cum paucis equitibus profugit: cui niſi caſtrorum obpugnatio facultatem [e] adtuliſſet liberius profugiendi, vivus in Caeſaris poteſtatem adductus eſſet. 2 3 4

LXXVII. Tali victoria, toties victor, Caeſar incredibili eſt laetitia adfectus, quod maximum bellum tanta celeritate confecerat; [f] quodque ſubiti periculi [2] recordatio eſt laetior, quod victoria facilis ex difficillimis rebus acciderat. Ponto [g] recepto, praeda omni regia militibus condonata, [h] poſtero die cum expeditis equitibus ipſe proficiſcitur: legionem VI decedere ad [i] praemia atque honores accipiendos in Italiam jubet: auxilia Dejotari domum remittit: II legiones [3] cum Coelio [k] Viniciano [4] in Ponto relinquit. 1 2

VARIAE LECTIONES. LXXVIII.

a *Sua* MSS. 2. b *valle* Lov. Dorv. c *deſerentibus* conjicit Vir D. d Sic MSS. mei, & Edd. qdd. *omni* deeſt Ed. Clark. & vulgo *aut c. ſuorum.* e *dediſſet* L. pr. f vulgo *eratque recordatione.* g *ergo r.* L. ſec. h *poſtera* Dorv. i *primam* Sc. k vulgo *Vinciano.*

Multo *tardius &c.*) Quod eſt multo minus concinnum. CLARK. Nullus meorum addit *a.* nec opus eſt, licet etiam diſtinguendum putem, ut feci poſt *natum eſt.* pro quo *factum eſt* exaratur in Leid. pr. & in ſec. ſcribitur *quum ab ea parte. Ex ea* etiam MS. Lovan. & Ed. Med.

1. INERMES] MSS. Scalig. Voſſian. & Leid. pr. a manu prima *inermi.* Recte. Vide ad l. 1. B. G. c. 40. *Inermos ſine cauſſa timuiſſent.*

2. RECORDATIONE LAETIOR,] Quanquam ferri poteſt vulgata Lectio, melior tamen videtur, quae in MS. Reg. & Edit. Rom. eſt; (recordatio *laetior.*) CLARK. *Recordatio eſt l.* editur quoque Ven. Med. Beroaldo & aliis. Sed ii pro *eratque* habent *quodque*, uti legi voluit Glandorpius. Et ſane *quodque* ſcribitur in MSS. Petav. Leidenſibus, Scalig. Voſſ. Lovan. Dorv. & Edd. Baſil. Gryph. aliiſque. Vaſcoſ. Steph. Gryph. poſt. exhibuerunt *eoque ſ. p. recordatione laetior.* Recepi *quodque recordatio eſt.* Paullo ante verba *toties victor* offendunt viros doctos; unde Manutius maluit *potius.* Gudius vero delenda cenſuit.

3. CUM COELIO VINCIANO] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* perperam exhibent *cum Coelio Minutio.* In MSto *Norvic.* eſt *cum Coelia Juniciano.* Adjuvat ſane haec lectio *F. Urſini* emendationem, qui reponit *cum Coelio Viniciano.* Ea tamen conjectura non eſt neceſſaria, veteres enim modo *Vincianos*, modo *Vinicianos* dixerunt, ut oſtendit inſcriptio, quam profert *Ch. Ad. Rupertus* in epiſt. XXXIV. inter *Reineſ.* p. 200. DAVIS. *Vincius* & *Vincia* licet in marmoribus, forſan operarum lapſu vel communi e pronunciatione, reperiatur, majorem tamen fidem habeo nummis & antiquiſſimis Codicibus. Quare *Viniciano* cum Glandorpio & Urſino reſcripſi, adſtipulantibus Coelio ad Cic. l. VIII. Ep. 4. & Urſini vetuſtiſſimo Codice, nec non Leid. pr. ac Voſſiano; in quibus *Vinitiano*; ut & Petaviano *Juniciano.* Ipſum illud *Minutio*, quod eſt quoque in Leid. ſec. Dorv. Edd. primis, Beroaldi & Vaſcoſ. margine, hanc lectionem adjuvat.

4. IN PONTO RELINQUIT] Sic reſcripſi ex MSto *Norvic.* & editt. *Steph.* ob verba praeſentis temporis, quibuſcum hoc conjungitur. In aliis eſt *in Ponto reliquit.* DAVIS. *Relinquit.*) Ita reſtituit Daviſius ex MS. Elienſ. & Edit. Steph. Quibuſcum conſentiunt MSS. Reg. & Voſſii. Al. minus recte, (*reliquit.*) CLARK. Vaſcoſanus jam edidit *relinquit.* In reliquis MSS. & Edd. eſt *reliquit.* Qua temporum variatione nihil eſſe frequentius, monendum fuit ſaepiſſime. V. Indicem. Sed parvi

1 LXXVIII. Ita per Gallograeciam Bithyniamque in Aſiam iter facit: omniumque earum provinciarum de controverſiis cognoſcit, [a] & ſtatuit:
2 jura [b] in tetrarchas, reges, civitates [c] diſtribuit. Mithridaten Pergamenum, [1] a quo rem feliciter celeriterque geſtam in Aegypto ſupra ſcripſimus, regio genere ortum, diſciplinis etiam regiis educatum (nam Mithridates, rex Aſiae totius, propter nobilitatem [d] Pergamo parvulum ſecum abſportaverat in caſtra, multoſque [e] tenuerat annos) regem [f] Boſpori conſtituit, [2] quod ſub imperio Pharnacis fuerat; provinciaſque populi Romani a barbaris atque inimicis regibus, interpoſito amiciſſimo rege, [g] muni-
3 vit. [3] Eidem tetrarchiam [legibus] Gallograecorum, jure gentis & cognationis adjudicavit, occupatam & poſſeſſam paucis ante annis [h] a Dejotaro.
4 Neque tamen uſquam diutius moratus eſt, [i] quam neceſſitas urbanarum ſe-
5 ditionum pati [k] videbatur. Rebus feliciſſime celerrimeque confectis, in Italiam celerius omnium opinione venit.

VARIAE LECTIONES.

a *Ac* MSS. 3. *ſtatuit jura*, *in* Edd. qdd. b *inter* L. pr. Dorv. c *diſpoſuit* Lov. Edd. R. M. V. *diſponit* L. ſec. Dorv. d *a Perg.* L. ſec. *pulſum* V. e *retin.* Pet. Lov. V. f *Bosfori* MSS. qdd. g *munierat* Pet. L. pr. V. h deeſt praep. in Pet. i Lov. *nec.* unde Heinſ. faciebat *ac.* k *videretur* L. pr.

vi momenti res eſt. Adde c. 3. B. Afr.

1. A QUO REM GESTAM] MSS. Petav. Scalig. Leidenſes, Lovan. Voſſ. Dorvill. & Edd. primae, item Gryphii, aliaeque non agnoſcunt praepoſitionem, quae a ſciolis videtur addita, qui credebant *fieri eo* pro *ab eo* Latine dici non poſſe. Adi, ſi vis, Cortium ad Salluſt. B. Jug. c. 21. ubi audacter ſatis edidit *quos Adberbale miſſos audierat*. B. Afric. c. 61. *levi armatura deſerti*. Ovid. Ep. XII. Her. 105. *Deſeror conjuge:* ubi vide Burm.

2. QUOD] Vir doctus margini adlevit *qua* vel *quae*. Sed nil mutandum, invitis MStis. *Quod* poteſt dependere a ſubintellecto *oppido*. nam urbs eſt *Boſporos*. Adi Steph. Byz. & Comment. vel *Regno*, ut indigitetur totus Boſporenus tractus, quem intelligit Cellarius. Fretum ipſum ad paludem Maeotim intelligit Goduinus.

3. EIDEM TETRARCHIAM LEGIBUS GALLOGRAECORUM] Vocem penultimam delendam cenſuere *Pet. Ciacconius* & *Joſ. Scaliger*, quibus lubens admodum accedo, nam *Dion* lib. XLII. p. 207. ait *Μιθριδάτῃ τῷ Περγαμηνῷ τετραρχίαν τε ἐν Γαλατίᾳ, καὶ βασιλείας ἔδωκεν ὄνομα.* Ea vox primum videtur margini adſcripta, *juris* explicandi gratia. De Mithridatis Pergameni genere adiri poterit *Pet. Victorius* Var. Lect. l. III. c. XXIII. DAVIS. Daviſii conjectura admodum eſt veriſimilis. Potuit tamen etiam e linea ſuperiore (*ſcil.* ex voce *regibus*) huc irrepere. CLARK. Adde Strab. l. XIII. & ibi Caſaub. p. 927. Ed. Amſt. Forſan *jure gentis & legibus cognationis*.

A. HIRTII [1]*PANSAE* COMMENTARIORUM DE BELLO [2]AFRICANO.

Liber Unus.

Argumentum Libri de Bello Africano.

Caeſar in Africam proficiſcitur: VII. *Leptique oppido occupato, auxilia eo convocat;* XII. *& ibidem cum Labieno aliquoties confligitur.* XXV. *Rex Juba, auxilio Scipioni profectus, ad tuendum contra Bogudem regnum revocatur.* XXVI. *Bellum exinde varia fortuna diu ductum. Oppida capta: velitatum ſaepius: naves interceptae: plus tamen Caeſari faventibus fatis.* LXXXI. *Tandem juſto proelio res Scipionis profligatae;* LXXXVIII. *inſequutaeque M. Catonis,* XCIV. *Jubae, Petreji,* XCVI. *ipſius* Scipionis, *ac plurium illuſtrium virorum caedes.*

I. CAeſar, itineribus juſtis confectis, nullo die intermiſſo, [3]a.d.[a] XIV Kal. 1
Jan. Lilybaeum pervenit: ſtatimque oſtendit, ſeſe naves velle conſcendere; quum non amplius legionem tironum haberet unam, [b]equites vix DC. Tabernaculum ſecundum litus ipſum conſtituit, ut prope [4]fluctus verberaret. Hoc eo conſilio fecit, ne [5]quis [c]ſibi morae quidquam fore 2
ſpera-

Variae Lectiones.

a vulgo *ad* & *in Lilyb.* b vulgo *equiteſque.* c deeſt Edd. pp. Vaſc. Steph. aliiſque.

1. Pansae] Ut ſupra, *Oppii vel Hirtii* Edd. Vett. habent. Nonnulli MSS. *Caeſaris* nomen praefigunt; alii nullum. *Panſae* recte abeſt a Leid. ſec. Vide ad initium l. VIII. B. Gall. De hoc autem libro, ut minus ceteris interpolato, & egregie Latino adi Lipſ. in Elect. lib. II. c. 22.

2. Africano] Ita Cujacii & Leid. ſec. codex & ipſe Hirtius l. VIII. praef. *Ut Alexandrino atque Africano bello intereſſem.* At Scalig. & Leid. pr. *Africae* exhibent; immo Petav. ad finem hujus libri, & Edd. antiquiſſimae, item Gryphii, aliaeque *Africo*, cum Suetonio in Vita Jul. c. 56. *Nam Alexandrini Africique & Hiſpanienſis (belli) incertus auctor eſt:* quomodo etiam Caeſar l. II. B. Civ. cap. 32; item Livius, & Silius Italicus loquuntur. V. Cl. Drak. ad eum l. XVI. 180. *Atque animo jam tum Africa bella capeſſit.*

3. Ad XIV Kal. Jan. in Lilybaeum pervenit] Legas oportet *a. d.* XIV *Kal. Jan. Lilybaeum pervenit.* nam *Petav. Norv. Beroald. Gryph.* (poſt. Ed.) aliique libri praepoſitionem non admittunt. DAVIS. *Cur. ſec. In* abeſt a Lovan. quoque, Scalig. Leid. pr. Voſſ. Dorvill. & Edd. primis, Vaſcoſ. ac Stephani. Quare abeſſe juſſi, licet ſatis defendi poſſe ſciam. Paullo poſt ejeci quoque τὸ *que* poſt *equites*, auctoribus MSS. Petav. Scalig. Leidenſis primi, item ſec. & Dorv. qui duo habent *equitum vix*.

4. Fluctus verberaret.] Hypallagen his ineſſe fingit Voſſius; & fluctus ſumit in Accuſativo. Sed ſubintelligendum *id* tabernaculum. V. eum & Clarkium ad l. IV. B. G. c. 25.

5. Quid — quisquam] Sic MS. Reg. Ald. *quis-*

3 ſperaret, & ut omnes in dies horaſque parati eſſent. [1] Incidit per id tem-
pus, ut tempeſtates ad navigandum idoneas non haberet: nihilo [a] tamen
minus in navibus remiges, militeſque continere, [2] & nullam praetermitte-
4 re occaſionem profectionis; quum praeſertim ab incolis ejus provinciae
nunciarentur adverſariorum copiae, equitatus infinitus, legiones regiae
[b] IV, levis armaturae magna vis, Scipionis [c] legiones X, elephanti CXX, claſ-
ſeſque [d] eſſe complures; tamen non deterrebatur, animoque & ſpe confi-
5 debat. Interim in dies & naves longae adaugeri, & onerariae complures
[e] eodem concurrere, & legiones tironum convenire, [3] in his veterana
legio V, [f] equitum ad II milia.

1 II. Legionibus conlectis VI, & equitum II milibus, [g] ut quaeque prima
legio venerat, in naves longas inponebatur, equites autem in onerarias.
2 Ita majorem partem navium antecedere juſſit, & inſulam petere [4] Aponia-
nam, [5] quae non abeſt a Lilybaeo. [6] Ipſe [h] parum commoratus bona pau-
corum

VARIAE LECTIONES.

a Exſulat V. L. ſec. Dorv. b *tres* V. Edd. pp. c Abeſt Edd. R. M. V. d deeſt in L. pr. bene. V. tamen ad l. I. B. Civ. 71. e Exſulat L. pr. f *equites* Dorv. *equitatus* Pet. V. L. ſec. deeſt L. pr. V. ad l. VIII, 4. g *utque* L. pr. *ut quam* L. ſec. h vulgo *ibique c.*

quis quidquam. Quod idem eſt. CLARK. Ex unico & recenti Codice ergo non erat mutandum. *Quid* eſt ex meis in ſolo Leid. ſec. Rectius deleremus *fore*, quod non deſideratur, & abeſt ab optimo Leidenſ. pr. *fere* in Edd. Rom. & Med. *ferre* in Ven.

1. INCIDIT PER ID TEMPUS] Si proba haec eſt lectio, ſubaudiendum *haec res*. Alioquin mallem, ſi per MSS. liceret *Incidit in id tempus* ſc. Caeſar, ut alibi loquitur. *Incidero in hiemem* Cicer. l. III. ad Fam. Ep. 7. & alibi.

2. ET NULLAM PRAETERMITTERE OCCASIONEM PROFECTIONIS] Legendum credo *ut nullam praetermitteret occaſionem profectionis.* Confirmat hanc conjecturam *Jul. Celſus*, qui p. 214. ſic ait: *remiges tamen in puppibus detinebat, ne more ſuo per licentiam vagarentur, ſed dicto obaudientes, nec quaerendi uſquam eſſent.* DAVIS. Sed nihil opus. Vulgata enim lectio idem prorſus ſonat, & (ni fallor) paullo etiam eſt elegantius. CLARK.

3. IN HIS] An igitur *veterana* haec legio fuit e *tironum* legionibus? Abſurdum. Lege CUM HIS *Veterana legio V.* DAVIS. *Cur. ſec.* Nil muta. Inter has legiones *tironum* erat etiam *Veterana* legio V. i. e. *cum his.*

4. APONIANAM.] *Paconiam* legendum cenſent Rhellicanus & Glandorpius ac Ciacconius. Sed bene viri docti obſervant, eam videri nimis longe remotam a Lilybaeo, & verſus occidentem Siciliae, minus opportunam fuiſſe Africano Itineri. Quare alii & in his N. Heinſius *Aeguſam* ab Hirtio intelligi credunt. Vide Cluverium in Sicilia l. II. cap. 15. Rhellicani tamen conjecturae, quam in textum recepit Stephanus, favet Leidenſis primi ſcriptura *Apononiam.*

5. QUAE NON ABEST A LILYBAEO] Abeſt particula negativa a MS. *Norvic.* & aliis nonnullis; editt. autem *Rom. Ven.* exhibent *quae eſt a Lilybaeo. Beroald.* vulgatam lectionem ſervat, unde vocem deeſſe exiſtimans *Joan. Glandorpius*, reſcribit, *quae non* longe *abeſt a Lilybaeo.* Crediderim Aponianae diſtantiam a Lilybaeo ſub iſta vocula latere: repono itaque *quae* duo millia *abeſt a Lilybaeo.* Sic apud *Celſum* p. 214. legitur *poſtquam vero ſex integras legiones*, nonque *equitum adveniſſe cognovit*, ubi corrigendum *duo milliaque*, ut ex hoc capite liquet. Primo ſcriptum erat II *M.* quod facile in *non* mutarunt imperiti Librarii. Cum tamen inter Geographos non conveniat, quae ſit haec Aponiana, res in incerto eſt relinquenda. DAVIS. *Quae* non longe *abeſt a Lilybaeo.*) Primum, in omnibus MSS. deeſt vox illa, *longe*; quam ex conjectura adjecerunt Cluverius & Glandorpius. Proinde Scaliger & Recentiores ediderunt, quod eſt in MS Regio aliiſque,) (*quae* non *abeſt a Lilybaeo:*) Qui tamen ſenſus eſt nullus. Alii itaque Codices, omiſſa particula negativa, exhibent; (*quae abeſt* (Al. *quae eſt*) *a Lilybaeo.*) Quod probat Rhellicanus: interpretaturque, *quae* (inſula) *non conjuncta eſt cum* promontorio *Lilybaeo.* Verum, praeterquam quod inepte admodum id eſſet ab Hirtio adjectum, *inſulam cum promontorio non eſſe conjunctam*; neque illud (opinor) perſuaſerit Vir doctiſſimus,

vo-

corum [a] vendit publice: deinde [b] Allieno praetori, qui Siciliam obtinebat,
[1] de omnibus rebus [c] praecipit, & de reliquo exercitu celeriter inponen-
do. Datis mandatis, ipſe navem conſcendit a. d. VI Kal. Jan. & reliquas 3
naves ſtatim eſt [d] conſecutus. Ita vento [e] certo, celerique navigio vectus, 4
poſt diem [f] quartam cum longis paucis navibus in conſpectum Africae [g] ve-
nit: namque onerariae reliquae, praeter paucas, vento diſperſae atque er-
rabundae diverſa loca [h] petierunt. Clupeam claſſe praetervehitur, [i] deinde 5
Neapolim. Complura praeterea caſtella & oppida non longe a mari [k] re-
linquit.

III. Poſtquam [l] Adrumetum acceſſit, [2] ubi praeſidium erat adverſario- 1
rum,

VARIAE LECTIONES.

a *Vendidit d.* L. ſec. b MSS. & Edd. qdd. *Aiieno.* male. V. Urſ. c *ſcribit* L. pr. d *ſecutus* L. pr. e deeſt Dorv. f *quartum* MSS. 2. g *feliciter v.* Dorv. *celeriter* V. L. ſec. h *petiverunt* L. pr. i Sic MSS. & Edd. ante Scalig. praeter L. pr. *dein.* quod malo. Ed. Scal. & ſeqq. pleraeque *inde.* k *reliquit* MSS. 4. l *Adrumentum* MSS. plerique ſemper. V. ad l. II, 6. Dein vulgo *ibi.*

vocem (*abeſſe*,) eo ſignificatu, ſatis Latine uſurpari. Omnino itaque pulcherrimam & plane veram tandem exiſtimo Daviſii conjecturam; qui, ex MSS. iis, qui exhibent (*quae* non *abeſt a Lilybaeo*;) initio ſcriptum putat, *quae* II M. *abeſt a Lilybaeo*;) hoc eſt, *quae Duo Millia* (vel *duobus Millibus*) *abeſt a Lilybaeo.* Certe eaſdem voces, *duo millia*, (IIM,) & alibi eadem corruptione in vocem (*non*) mutatas, eruditiſſime oſtendit. CLARKE. *Non* haud comparet in MSS. Petav. Scal. Voſſ. Leid. pr. Edd. primis (in quibus modo *quae eſt*) item Vaſcoſ. Stephan. Gryph. poſt. Str. Sub vocula *non* tamen cum viris doctis, quos inter Ciacconius, omnino putem latere intervallum, quantum inſula iſta a Lilybaeo diſtet. *IM.* vult Heinſius, innui credens Aeguſam.

6. IBIQUE COMMORATUS] MS. *Norvic.* habet *ipſe parum commoratus*; corrupte quidem, ita tamen, ut, niſi fallor, ex eo vox fugitiva *Hirtio* poſſit reſtitui. Emendo enim *ibique* parum *commoratus*. DAVIS. Ipſe *parum commoratus*,) Vocem (*parum*,) quae in aliis defuerat, optime ex MS. Elienſi reſtituit Daviſius. Verum cum & reliquam & veram Lectionem, (Ipſe *parum commoratus*,) exhiberet idem codex; cur hanc, tanquam corruptam, rejicere, & vulgatam illam (*Ibique* —— *commoratus*,) retinere maluerit Vir doctiſſimus, equidem augurari nequeo. Nam & ſenſus admodum eſt manifeſtus, & Antitheſis elegantiſſima. *Majorem partem navium antecedere juſſit, & inſulam petere Aponianam; IPSE, Lilybaei parum commoratus, &c.* Vulgatum autem illud, (*Ibique*,) aut ambiguum eſt ſaltem; aut potius in eam partem vergit, ut falſo dicat Caeſarem, in inſula commoratum *Aponiana*; cum e contrario id velit Hirtius, nondum eum in inſulam iſtam tranſiſſe, ſed, praemiſſis *Aponianam* navibus. IPSUM *Lilybaei* paullulum commoratum. CLARKE. Vulgatam ſcripturam vitioſam eſſe, ſatis docet varietas, quae eſt in MSS. *Ibique comm.* exſulant a Leid. pr. *Ibique* deeſt Scalig. & Voſſ. *eoque* Lovan. & Dorvill. donec certior adfulgeat lectio, Elienſis Cod. ſcripturam optimam ſane recepi.

1. DE OMNIBUS REBUS PRAECIPIT: ET, DE RELIQUO EXERCITU CELERITER IMPONENDO DATIS MANDATIS, IPSE &c.] Ita interpungendum exiſtimo. Alii omnes: (*de omnibus rebus praecipit, & de reliquo exercitu celeriter imponendo.. Datis mandatis ipſe &c.*) Quod minus videtur venuſtum. CLARK. Vaſcoſ. & Steph. cum Clarkio jungunt *de reliquo e. c. inponendo datis mandatis*, quam diſtinctionem praeferrem, niſi verba *datis mandatis* Gloſſae ſuſpecta mihi eſſent. Nam *mandatis* abeſt a Petav. Scalig. & Voſſ. immo *datis mandatis* non comparent in Cujac. aut Leid. pr. Statim *naves* ſcribitur in Petav. & Leid. pr. at vox ea deeſt Voſſiano Cod. ut & Edd. Rom. Ven. ac Mediol. Ut hoc loco *conſcendere* ſimpliciter dicatur pro *navem conſcendere.* ut non raro Cicero aliique ſcriptores loquuntur. Hirtius tamen & Caeſar ſolent plerumque plene efferre. Vide tamen, quae dixi de τὸ *movere* pro *caſtra movere* & τὸ *ſolvere* pro *navem ſolvere* aliiſque, ut *ſuſtinere*, *ſubmittere*, *exponere* &c. ab l. I. B. G. 40. IV, 23. VII, 86. & alibi. Ita & hic potuiſſet uti *conſcendere.* Nam & ipſe Hirtius *movere* abſolute ſumit c. 7.

2. IBI PRAESIDIUM ERAT ADVERSARIORUM, ET A CLUPEIS] Ex MSto *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* lego *ubi praeſidium erat adverſariorum.* quod etiam *Joan. Goduino* ex Codd. Gallicanis placuit. Eſt autem aliud vitium, quod, licet manifeſtum, libri retinent, nec Interpretes notarunt;

rum, cui praeerat C. Conſidius; & a Clupeis ſecundum oram maritimam
[1] cum equitatu Adrumeti, Cn. Piſo cum [a] Mauris circiter III milibus ad-
2 paruit; ibi paulliſper Caeſar ante portum commoratus, dum reliquae na-
ves convenirent, exponit exercitum. Cujus numerus in praeſentia fuit pe-
ditum III [b] milia, [2] equitum CL: caſtriſque ante oppidum poſitis, ſine inju-
3 ria cujuſquam [3] conſedit; cohibetque omnes a praeda. Oppidani interim
muros armatis complent; ante portam frequentes conſidunt ad [c] ſe defen-
4 dendum: quorum numerus II legionum intus erat. Caeſar circum oppi-
dum [d] vectus, natura loci perſpecta, [e] redit in caſtra. Non nemo culpae
ejus

VARIAE LECTIONES.

a *Maurorum* vulgo. b *milium* vel *M.* Edd. qdd. c *ſeſe* MSS. 3. d deeſt V. e *rediit* MSS. 2.

tarunt; in ſequentibus enim verbis abundat particula copulans, quare reſcribendum *ubi praeſidium erat adverſariorum, a Clupeis*, vel *a Clupea*, quemadmodum eſt in editt. *Rom. Ven. Beroald.* Ita etiam hoc oppidum paullo ante vocavit noſter, & alii omnes praeter *Caeſarem* l. II. B. C. c. XXIII. DAVIS. Ubi *praeſidium erat adverſariorum,* ——; *& a Clupea* —— *Cn. Piſo* —— *apparuit; ibi paulliſper Caeſar &c.*) Sic MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii, & editt. Vett. Vulgati habent (*Poſtquam Adrumetum acceſſit*; ibi *praeſidium erat adverſariorum* ——; *& a Clupea* —— *Cn. Piſo* —— *apparuit. Ibi paulliſper Caeſar* &c.) Vidit Daviſius, pro iſto (ibi *praeſidium*,) rectius reponi (ubi *praeſidium.*) Verum & aliud vitium, quod, licet manifeſtum, libri tamen retinuerint, nec Interpretes notarint, deprehendiſſe ſe exiſtimat: Nempe copulam, (*&*,) ſupervacaneam eſſe: Ideoque reſcribit, (*Poſtquam Adrumetum acceſſit, ubi praeſidium erat adverſariorum* ——; *a Clupea* —— *Cn. Piſo* apparuit. *Ibi &c.*) Sed nihil opus eſt iſta emendatione. Nam, mutata solummodo diſtinctione, retineri poteſt illud (*&*,) quod in omnibus Codicibus reperitur. Ideoque edidi: [*Poſtquam Adrumetum acceſſit, ubi praeſidium erat adverſariorum* ——, *ET* (poſtquam) *a Clupea* —— *Cn. Piſo* —— apparuit; ibi *&c.*] CLARK. *Ubi* reſtitui, quod eſt in MSS. omnibus & Edd. ante Plantin. at *Clupeis*, mutare auſus non ſum, in *Clupea*, licet ita exſtet etiam in Dorvill., Leid. ſec. Edd. Mediol. Ven. Vaſcoſ. Gryph. poſt. Steph. aliiſque omnibus ante Urſin. (qui *Clupeis* in ſuo codice eſſe primus monuit) & ſtatim praeceſſerit *Clupeam*. Nam reliqui MSS. retinent *Clupeis*; atque alibi in plurali occurrit, ut vidimus ad l. II. B. Civ. 23. *&* etiam ſervant cuncti Codd. quare Clarkii diſtinctionem admiſi. Antea poſt *adparuit* maxima diſtinctionis nota ponebatur.

1. CUM EQUITATU ADRUMETI CN. PISO CUM MAURORUM C. III MILIBUS.] Mihi nequaquam haec ſana videntur, licet taceant omnes Interpretes, & videantur intelligere, *Adrumeti* viſum fuiſſe Piſonem (a Clupea ſcilicet *advenientem*) cum equitatu & Maurorum III milibus. Si hic loci ſenſus eſt, mire & perplexe ſatis diſpoſuit verba Hirtius. Verum pro *Adrumeti*, in MSS. Leidd. Lovan. Voſſ. Dorvill. eſt *Adrumetum* ſeu *Adrumentum.* Pro *Cn.* in Leid. ſec. *Conſidius*, in Voſſ. *C. cum.* Pro *Maurorum* MSS. omnes, nec non Edd. ante Scalig. *Mauris.* Quod cur mutatum ſit neſcio. Opinor ſcribendum eſſe *cui praeerat C. Conſidius, & a Clupeis ſec. or. mar. cum equitatu Adrumetino, Cn. Piſo cum Mauris circiter* III *milibus adparuit. Cum equitatu* pertinet ad *Conſidium*: unde ejus nomen in MStis additum; niſi legere velles *cum equit. Adrumetino Conſidius, Piſo cum Mauris. Adrumetinus* rectum eſſe patet ex Inſcriptionibus *Colonia Hadrumetina*, & notis ad cap. 97. *Adrumetinis.* Erat ergo ille equitatus, pars praeſidii, cui Adrumeti praeerat Conſidius. *Adrumetum* retinerem, ſi exempla darentur, ubi tale quid, quale *a Clupeis Adrumetum adparuit* pro *Adrumetum verſus, Adrumetum petens* occurrat.

2. EQUITUM CL] Codices nonnulli. D. CLARK. In his Dorv. & Leid. ſec. In Petav. & Voſſ. ac Leid. ſec. male exaratur *equites.*

3. CONSEDIT] Lege *conſidit.* DAVIS. *Cur. ſec.* Hoc rurſus praefert Daviſius, ut tempora conveniant. Vide c. 77. B. Alex. *conſidunt* mox ſequitur. de quo verbo adi ad l. VIII. c. 32. MSS. tamen hic conſtanter edunt *conſedit.* Quod nec mutari opus eſt. Contra in Scalig. Leid. ſec. & Voſſ. exaratur *conſident*, ſed male. Ineptius etiam MSS. mei omnes dant *ante portum*, ex praec. Sed bene Ciacconius e ſuo Codice legit *ante portam.* Nam Caeſar jam expoſuerat ante oppidum milites. *Portam* quoque ſervarunt Edd. Rom. Mediol. Ven. aliaeque.

4. CERTUM LOCUM G. PRAEFECTISQUE QUEM PETERENT] MSS. noſtri ad unum omnes, item Edd.

ejus inprudentiaeque adſignabat, quod neque [4] certum locum gubernatoribus, praefectiſque, quem peterent, praeceperat: neque, ut [1] mos ipſius conſuetudoque ſuperioribus temporibus fuerat, tabellas ſignatas [a] dederat, ut in tempore iis perlectis, locum certum peterent univerſi. Quod minime Caeſarem fefellerat: [b] namque nullum portum terrae Africae, quo claſſes decurrerent, pro certo tutum ab hoſtium praeſidio fore ſuſpicabatur: ſed [2] fortuitu oblatam occaſionem egreſſus aucupabatur.

IV. L. Plancus interim legatus petit a Caeſare, [c] uti ſibi daret [d] faculta- 1
tem cum Conſidio [e] agendi, ſi poſſet aliqua ratione perduci ad ſanitatem. 2
Itaque data [f] facultate litteras conſcribit, & eas captivo dat perferendas in oppidum ad Conſidium. Quo [3] ſimul atque captivus perveniſſet, litteraſ- 3
que, ut erat mandatum, Conſidio porrigere coepiſſet, prius quam acciperet ille, *Unde*, inquit, *iſtas?* Tum captivus, [4] *Imperatore* [g] *a Caeſare.*
Tunc Conſidius, *Unus eſt*, inquit, *Scipio Imperator* [h] *hoc tempore populi* 4
Romani, deinde in conſpectu ſuo captivum [i] ſtatim interfici jubet: litteraſ-
que

VARIAE LECTIONES.

a *Dediderat* Lov. Dorv. b *nam neque ull.* Lov. Edd. pp. c Sic L. pr. non *ut.* d *poteſtatem* Leidd. V. Ed. R. Steph. e *de pace ag.* Edd. pp. f *hac f.* L. ſec. g vulgo *Venio.* h *hoc t.* deſunt L. pr. i *ſt. capt.* MSS. aliquot. *ſtatim* deeſt Lov. Edd. pp.

Edd. prim. *circum loca g. p. quid peterent.* MSS. Urſin. & Latini *circum loca g. profectis quid pet.* ut fere c. 9. *proficiſcitur circum villas frumentatum* Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. Str. *Certum locum g. p. quid peterent.* Gryphii prima *certum locum g. p. quid peterent.* An fuit *circum loca ea gubernatoribus provectis, quid p.?* *Profectus* enim in *provectus* abiit quoque ſupra l. v. B. B. c. 8. ubi vide. Vulgata lectio ſine dubio interpolationis quid paſſa eſt: immo videor jam veram reperiſſe lectionem *certa loca gubernatoribus, praefectiſque, quae pet. circum* ortum eſt ex praec. *circum oppidum*, & *quae* cum excidiſſet, ut patet ex MSS. Urſini, alii hoc, alii illud intruſerunt.

1. MOS IPSIUS CONSUETUDOQUE] MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii, & editt. Vett. (*more ipſius, conſuetudo.*) Quae forte vera poſſit eſſe Lectio. CLARK. Accedunt Scalig. Pet. Lovan. Dorvill. Leid. ſec. Edd. Mediol. Ven. Gryph. aliae. In Leid. pr. *mos ipſius conſuetudo.* Sed Vaſcoſ. Aldus, Stephanus, & reliqui vulgatum jam exhibent. An fuit *mos & ipſius conſuetudo?* vel *more, ipſius conſuetudo?* pro *de more:* nam & alii Imperatores facere id ſoliti ſunt. Adi ad Front. c. 1.

2. FORTUITU.] Nequaquam damno hanc lectionem, pleriſque MSS. confirmatam. Neſcio tamen, cur Scaliger hic retinuerit *fortuitu:* quum l. VII. B. G. c. 20. *fortuito* ediderit. R. Steph. hic quoque *fortuito*, uti & MSS. Scalig. Urſin. Latini Latinii, & alii. At Leid. pr. *fortuito caſu.* Quod unice verum puto, i. e. *forte fortuna.* Apulej. l. III. Met. p. 46. Ed. Pric. *eventu fortuito. Caſu & fortuito* Cicero alibi quoque jungit. Supra in B. Alex. c. 46. *fortuitae dimicationis fortuna.*

3. SIMUL ATQUE CAPT. PERV.] In MSS. Leidenſibus, Scalig. Voſſ. Lovan. Dorv. Edd. Vaſcoſ. Stephan. Gryphii legitur *ſimulatque captivus cum perv.* Quaſi *ſimulatque cum* idem eſſet, ac *ſimul* vel *ſimulac.* Quod vix puto. Potius credam excidiſſe *litteris.* V. cap. 8. Sed tutius eſt, vulgato acquieſcere, quod confirmatur a Petav. & Edd. primis.

4. VENIO A CAESARE] Primam vocem, utpote quam delendam cenſebat, uncis incluſit *Joſ. Scaliger:* ſed multo melior eſt *Petri Ciacconii* animadverſio, qui ex reſponſo Conſidii notavit deeſſe vocem *Imperatore*, quare repoſuit *venio a Caeſare Imperatore*, eamque conjecturam, ſuam fecerunt *Juſt. Lipſius* Elect. l. II. cap. XXII. & *Joan. Goduinus.* MSS. II. *Thuanaei*, repraeſentant *immo a Caeſare*, *Norvic. ymo a Caeſare.* unde facili emendatione reſcribo *Imp. a Caeſare;* Imperatorem enim ut plurimum compendiarie ſcribebant veteres, quod ex MSS. & Inſcriptionibus abunde liquet. DAVIS. Certiſſima eſt emendatio *Imperatore a Caeſare:* quam jam protulit etiam Barth. Adverſ. l. XVI. c. 5. & in textum ante me recepit Clarkius. Nam pro *venio* etiam in Petav. Lovan. Scalig. Leid. pr. Voſſ. exaratur *Immo* vel *Ymo.* Celſus tamen ſimpliciter habet

que nondum perlectas, [1] ſicut erant ſignatae, dat homini certo ad Scipionem perferendas.

1 V. Poſtquam, una nocte & die ad oppidum conſumta, neque reſponſum [a] ullum a Conſidio dabatur; neque ei reliquae copiae ſuccurrebant; neque [b] equitatu abundabat; & ad oppidum [c] obpugnandum non ſatis copiarum habebat, & eas tironum; neque primo adventu convulnerari exercitum volebat; & oppidi egregia munitio, [2] & [d] difficilis ad obpugnandum erat acceſſus; & [e] nunciabantur auxilia magna [f] equitatus oppidanis ſubpetias venire; non eſt viſa ratio ad obpugnandum oppidum commorandi: ne, dum in ea [g] re Caeſar eſſet occupatus, circumventus a tergo ab equitatu hoſtium laboraret.

1 VI. Itaque caſtra quum movere vellet, ſubito ex oppido erupit multitudo: atque equitatus ſubſidio uno tempore eis [h] caſu ſuccurrit, qui erat miſſus [i] ab Juba ad ſtipendium accipiendum: caſtraque, unde Caeſar egreſſus [k] iter facere coeperat, [l] occupant: & ejus agmen extremum inſequi
2 coeperunt. Quae res quum animadverſa eſſet, ſubito legionarii conſiſtunt; & equites, quamquam erant pauci, tamen contra tantam multitudinem
3 audaciſſime [m] concurrunt. Accidit res incredibilis, ut equites minus XXX Galli, Maurorum equitum II milia loco pellerent, [3] urguerentque in
4 oppidum. Poſtquam [n] repulſi, & conjecti erant intra munitiones, Cae-
5 ſar iter conſtitutum ire contendit: [o] quod quum ſaepius [p] facerent; & modo

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt Edd. R. M. V. b *equitatus* MSS. 3. c *expugn.* L. pr. d vulgo *difficiliſque.* e *nunciabatur* L. pr. Dorv. f *equitatuſque* L. ſec. g deeſt L. pr. *eſt* L. pr. Lov. Dorv. Edd. R. M. V. h *Caſſii* L. pr. i *a J.* MSS. & Edd. qdd. k *& iter* L. pr. Lov. Dorv. l deeſt L. pr. *occupat* Dorv. m *concurrerunt* L. pr. n *comp.* Edd. R. M. V. dein *iter inſtit.* Aic. o *quae* V. p *agerent* Lov.

bet *a Caeſare*: & defendit Cellarius, fingens ſuſpicatum fuiſſe Conſidium, litterarum argumentum eſſe Urbis traditionem.

1. SICUT ERANT SIGNATAE] Ultimam vocem Barthius, ut Gloſſam delet; ſufficere credens *ſicut erant.* Sed male. Hac enim cum utuntur formula veteres, praemittunt tamen vel ſubjungunt, quo modo quid fuerit. Id hic non diceretur, ſi *ſignatae* tollas. Vide ad Front. IV, 1. 28. *Ut erat foedato habitu.* Infra c. 17. 77, 78. *Sicut erat inſtructus.* Sueton. in Claud. c. 34. *ſicut erat togatus.* Apulej. l. VII, 138. *ut erat vinculis onuſta.* Valer. Max. l. VI, 5, 6. *Scrinium ejus,* UT ERAT SIGNATUM, *ad eum remiſit.* Nepos Pelop. c. 3, 2. *Epiſtolam,* SICUT ERAT SIGNATA, *ſub pulvinum ſubjiciens.*

2. DIFFICILISQUE AD OBPUGN. ERAT ACCESSUS] Primo in MSS. omnibus a me viſis exaratur *& difficilis.* Quare ita repoſui. In Voſſ. eſt *& difficiles erant. Adſcenſus* dein pro *acceſſus* exhibent Lov. Voſſ. Dorv. Leid. ſec. & Edd. primae ac Vaſc. Marg. Quod non diſplicet, praeſertim ſi in edito loco ſitum fuerit Adrumetum. Adi notata ad Front. III, 15, 5. *Thraces in arduo monte obſeſſi, in quem hoſtibus acceſſus non erat.* Ubivis fere haec mutantur. Sic & in Lucano II, 609.

Brundiſii tutas magnus conſcendit in arces. ubi Grotius ediderat *concedit.* Apulej. l. IV. pag. 42. *Plateas proximam conſcendimus civitatem.* Male Colv. *concedimus* vel *contendimus*: Graece *ἀναβαίνειν.*

3. URGUERENTQUE IN OPPIDUM] Haec lectio confirmatur a Cod. Pet. Quare eam non temere ſollicito. Sed Scalig. Leid. pr. & Reg. Gall. cum Ed. Steph. dant e Gloſſa *fugarentque.* Quod perverſe probat Goduinus. *Fugarentur* Cujac. *fugerentque* MS. Victor & Thuan. Edd. Rom. Med. Ven. At Lovan. Voſſ. Dorv. Leid. ſec., Edd. Florent. Vaſcoſ. Gryph. poſt. *Refugerentque* & Reg. Gall. *refugarentque.* Non diſpliceret *rejicerentque*: nihil enim eſt frequentius permutatione

do inſequerentur, modo rurſus ab equitibus in oppidum repellerentur;
cohortibus paucis ex veteranis, quas ſecum habebat, [a] in extremo agmi-
ne conlocatis, & parte equitatus, iter leniter cum [b] reliquis facere coe-
pit. [c] Ita, quanto longius ab oppido diſcedebatur, tanto tardiores ad
inſequendum erant Numidae. Interim in itinere ex oppidis & caſtellis 6
legationes venire, [d] polliceri frumentum, paratoſque eſſe, quae im-
peraſſet, facere. Itaque eo die caſtra poſuit ad oppidum [e] Ruſpinam
Kal. Jan.

VII. [1] Inde [2] movit [f], & pervenit ad oppidum Leptin, liberam civitatem, 1
& inmunem. Legati ex oppido [g] veniunt obviam, libenter ſe omnia factu-
ros, quae [h] vellet, pollicentur. Itaque centurionibus ad portas oppidi, & 2
cuſtodiis inpoſitis, ne quis miles in oppidum introiret, aut injuriam face-
ret cuipiam incolae, non longe ab oppido ſecundum litus [i] facit caſtra.
[k] Eodem naves onerariae, & longae nonnullae caſu advenerunt: [l] reli- 3
quae, ut eſt ei nunciatum, incertae locorum, Uticam verſus petere viſae
ſunt. [m] Interim Caeſar a mari non digredi, neque mediterranea petere pro- 4
pter navium errorem, [3] equitatumque in navibus omnem continere, ut ar-
bitror, ne agri vaſtarentur; aquam in naves jubet comportari. Remiges 5
interim, qui aquatum [n] e navibus exierant, ſubito equites Mauri, [o] neque
opinantibus Caeſarianis, adorti multos jaculis [p] convulneraverunt, non-
nullos interfecerunt: latent enim in inſidiis cum equis [q] inter convalles, 6
[4] & ſubito exſiſtunt, non ut in campo comminus depugnent.

VIII.

VARIAE LECTIONES.

a deeſt L. ſec. b *ceteris* L. ſec. *agere* L. pr. c *Itaque* MSS. 3. Edd. pp. V. d *& poll.* L. pr. e *Uſurpinam* MSS. o. Sed bene Cap. 9. & ſeqq. *Ruſp.* f *Itaque* Lov. g *venerunt* L. ſec. h deeſt L. pr. Sc. *vellent* V. *polliceretur* L. pr. i *fecit* Edd. R. M. V. k *Eodemque* MSS. 3. l *Reliquaeque* MSS. 2. *ei* abeſt L. pr. m *Interea* Edd. pp. n *ex* L. pr. o *non* L. ſec. Edd. R. M. V. male. V. ad B. Alex. c. 73. p *convulnerarunt* L. pr. Edd. R. M. V. *convulnerare* V. q *in convallibus* L. pr. *inter valles* Edd. R. M. V.

ne litterarum *c.* & *g.* unde facilis mutatio etiam ex *rejicerentque* in *urguerentque*. l. II. B. G. c. 5. *Occiſis ad hominum milibus IV, reliqui in oppidum rejecti ſunt.*

1. INDE MOVIT.] In Edd. Vett. quibuſdam junguntur *Kal. Jan. inde movit.* Sed male. Nam *ſeq. die* demum a Ruſpina profectus eſt, ut patet ex c. IX. Item c. 2, 5. Forſan tale quid excidit.

2. MOVIT] Interdum fit, ut hanc vocem abſolute ponant boni auctores, pro eo quod eſt, *caſtra movit. Silius* Italicus l. VII, 121.

Irritus incoepti movet *inde, atque Appula tardo*
Arva Libys paſſu legit ——

Sic & *audito Darium* moviſſe *ab Ecbatanis* dixit *Curtius* l. V. c. XIII, 1. DAVIS. Vide ad lib. I. B. G. c. 4. *Caſtra moturum.*

3. EQUITATUMQUE IN NAVIBUS OMNEM CONTINERI, —— AQUAMQUE IN NAVES JUBET COMPORTARI] Sic MS. Reg. Quae eſt conſtructio ſui ſimilis & una. Al. (—— continere: —— *aquam* —— *comportari.*) Quae eſt variatio minus elegans. CLARK. Illud *contineri* & *aquamque*, quod jam exhibent Vaſcoſ. Gryph. poſt. & Strada, eſt ab recentiore interpolatore. In meis omnibus eſt *continere*, ut debet: Non enim hoc verbum dependet a τῷ *jubet*, ſed ab intellecto *coepit*. ſive pro *continebat*, eodem modo ac *digredi* & *petere*: ideo etiam *aquamque* non placet, licet quoque invenerim in Dorv. & Leid. ſec. novitiis Codicibus, uti & Ed. R. Stephani.

4. ET SUBITO EXSISTUNT] Editt. *Rom. Venet. Beroald. & ſubito exeunt*; mendoſe: veram autem lectionem ſervat, ut opinor, MS. *Norvic.* is enim habet *& ſubito exiliunt*, vocabulo quidem ad celeritatem indicandam maxime appoſito. *Manilius* l. I. p. 6.

Emerſere fretis montes orbiſque per undas.
Exiliit, *vaſto clauſus tamen undique ponto.*

Ovidius Art. Amat. l. I, 115.

Protinus exiliunt, *animum clamore fatentes.*

1 VIII. Caeſar interim in Sardiniam nuncios cum litteris, & in reliquas provincias finitimas dimiſit, ut ſibi auxilia, [a] commeatus, frumentum, ſimul atque litteras legiſſent, mittenda curarent: [b] exoneratiſque partim navibus longis, Rabirium [c] Poſtumum in Siciliam ad ſecundum commea-
2 tum arceſſendum mittit. [1] Interim cum x navibus longis ad reliquas naves onerarias [d] conquirendas, quae deerraſſent, & ſimul mare tuendum ab
3 hoſtibus, jubet proficiſci. Item C. Salluſtium Criſpum praetorem ad [e] Cercinam inſulam verſus, quam adverſarii tenebant, cum parte navium ire
4 jubet; quod ibi magnum numerum frumenti eſſe audiebat. [2] Haec [f] ita imperabat, [g] ita unicuique praecipiebat; [3] uti, fieri poſſet, nec ne, locum excuſa-

VARIAE LECTIONES.

a *commeatum* MSS. 3. Malc. V. ad l. II. B. G. 6. *frumentumque* Edd. Vett. qq. ſed V. ad l. IV. B. G. 15. *fr. mitterent qui* L. pr. b *ex onerariis p.* L. pr. c *Poſtumium* MSS. & Edd. qdd. d *requirendas* L. pr. e *Cerviam*, *Cerinam*, *Celennam*, *Celerinam* MSS. & Edd. pp. Vide etiam c. 34. ubi vulgo *Cercinnam.* f *itaque* L. ſec. g vulgo *itaque.* & *ut* ac *null. exc.*

Minutius Felix Oct. p. 23. ed. Oxon. *Vel* exiliunt *ſtatim.* Si quis tamen vulgatae lectioni patrocinatur, favebit *Curtius* l. VII. c. X. 14. DAVIS. *Exiliunt;*) Sic MSS. Elienſis. Probatque Daviſius. MSS. plerique & Editt. Vet. *exeunt.* Scaliger & Recentiores; *exiſtunt.* Quae & ipſa Lectio non mala. Sic enim infra, c. 69. (*atque ex collibus primis* exiſtunt.) CLARK. Male Daviſius & Clarkius *exſiliunt* praeferunt τῷ *exſiſtunt*, quod bene Urſinus e ſuo Codice protulit, & recepit Scaliger, quodque confirmatur optimis Codicibus Cuj. Petav. Leid. pr. & Voſſ. & pluribus exemplis probaverunt Gland. c. 69. Cel. Burmannus ad Ovid. ac Waſſe ad Sall. B. Jug. c. 53. p. 370. In aliis Codicibus & Edd. Vett. eſt *exeunt.* Plura vide ad l. VII. c. 35. *Quum uterque utrique exiſſet in conſpectu:* ubi legebam quoque *exſtitiſſet.* Immo ipſe Daviſius ſententiam mutavit ad Cicer. l. I. de Divin. c. 28. *te ſubito laetum exſtitiſſe.*

1. INTERIM CUM X NAVIBUS LONGIS —— JUBET PROFICISCI] In prima voce latet, ut opinor, hominis nomen, quem proficiſci juſſit Caeſar. Forſan legendum *Vatinium cum X navibus longis* —— *jubet proficiſci.* de ejus rebus geſtis vide B. Alex. c. XLIV. ſeqq. DAVIS. *Cur. ſec.* Interim *cum X navibus*) Siquis haec attentius perpenderit, ſuſpicabitur (opinor) aut excidiſſe hoc in loco, aut forte in ipſa voce (*Interim*) corruptum latere, proprium hominis alicujus nomen; quod praecedenti *Rabirio Poſtumo*, & ſequenti *Salluſtio Criſpo*, reſpondeat. CLARK.

2. HAEC ITA IMPERABAT, ITAQUE UNICUIQUE PRAECIPIEBAT.] Edd. primae, item Vaſc. Steph. & aliae habent *H. i. imp. unicuique praecipiebatque*; quomodo reſtat etiam in Leid. ſec. *Itaque* etiam abeſt a Voſſ. In Dorv. eſt *unicuique, ita praecipiebatque.* Optime Leid. pr. & Lov. *Haec ita imperabat, ita unicuique* (vel *unic. ita*) *praecipiebat.* Quod nemo non videt eſſe elegantius: quare id Hirtio reddidi.

3. UT, FIERI POSSET, NEC NE, LOCUM NULLUM EXCUSATIO HABERET] Dura ſane conditio. MS. *Norvic. ut fieri poſſet, neve locum excuſatio ullum haberet.* Editt. *Rom. Ven. Beroald. ut, ſi fieri poſſet, nec locum ullum excuſatio haberet*, quomodo legendum arbitror. DAVIS. *Ut*, ſi *fieri poſſet*, ne *locum* ullum *&c.*) Haec ex Editt. Vett. ita reſtituenda vidit Daviſius. Atque ita plane ſcriptum eſt in MS. Regio. Quin & in MS. Elienſi apparent ſatis manifeſta verae Lectionis veſtigia; (*Ut fieri poſſet*, neve *locum* ullum *&c.*) Nimirum vocula, *ſi*, in primam ſyllabam ſequentis, *fieri*, abſorpta. Scaliger & Recentiores ediderunt, invenuſte admodum: (*Ut*, *fieri poſſet* necne, *locum* nullum *&c.*) CLARK. Lectionem a Daviſio & Clarkio probatam exhibet etiam Cod. Leid. ſec. imo etiam Lovan. & Dorvill. nec non Edd. cunctae ante Scaligeri Ed. qui hodiernam lectionem, praeeunte Urſino, ex ipſius Codice recepit. Quam & ego, confirmatam egregiis quibusvis Codicibus Cujac. Scalig. Petav. Leid. pr. & Voſſ. in quibus tamen eſt *uti* pro *ut*, & *excuſ. nullum.* (In Dorv. & Lovan. *excuſ. ull.*) quae repoſui. Fateor duram eſſe conditionem, *fieri poſſet nec ne.* Verum ſi legas *ſi fieri poſſet*, quid tum ſingulare hic in Caeſare notavit Hirtius. An apud ullum imperatorem excuſatio legati vel minoris ducis, aut tergiverſatio ejus cauſſando moram locum habet, ſi res fieri poteſt? Nequaquam. Praeterea, quis litem inter Caeſarem & praefectos diremiſſet, num res fieri potuiſſet, nec ne. Caeſar enim ſine dubio contendiſſet, rem fieri potuiſſe. Dicit ergo Hirtius. Eum

excuſatio nullum haberet, nec moram tergiverſatio. Ipſe interea ex [a] perfugis & incolis cognitis conditionibus Scipionis, & qui cum eo contra ſe bellum gerebant, [1] miſerari, (regium enim [b] equitatum [2] Scipio ex Provincia Africa alebat) tanta homines eſſe dementia, ut [c] malint regis eſſe vectigales, quam cum civibus in patria [d] in ſuis fortunis eſſe incolumes!

IX. Caeſar a. d. III Non. Jan. caſtra movet: [3] Leptique VI cohortium 1
praeſidio cum Saſerna relicto, ipſe rurſus, unde pridie venerat, Ruſpinam cum reliquis copiis convertit. Ibique ſarcinis [e] exercitus relictis, ipſe cum expedita manu proficiſcitur circum villas [f] frumentatum; oppidaniſque imperat, ut plauſtra, jumentaque omnia ſequantur. Itaque magno 2
frumenti invento numero, Ruſpinam redit. [4] Hoc cum [g] idcirco exiſtimo feciſſe, [h] ut maritima oppida poſt ſe ne vacua relinqueret, praeſidioque firmata [5] ad claſſim receptacula muniret.

VARIAE LECTIONES. X.

a *Prof.* Dorv. b vulgo *e. in pr. A. Scipio.* c vulgo *mallent. eſſe* abeſt Lov. Dorv. d abeſt praep. a L. pr. *fortuniis* L. pr. e *exercitui* L. pr. V. f *frumentum oppidanis i.* L. pr. g deeſt Lov. h *ne m. o. p. ſe vacua* vulgo. & *claſſis* vel *claſſem.*

Eum tam vehementer haec praecepiſſe, ut ſibi obedire ſine excuſatione vel mora voluerit; dum minores duces non decet examinare, an res fieri poſſet, nec ne. Quae de hiſce Caeſaris fuerit ſententia, videmus l. I. B. Gall. c. XL. Ubi tribunos & centuriones incuſat: *Quod aut quam in partem aut quo conſilio ducerentur, ſibi quaerendum aut cogitandem putarent.* Similis huic locus eſt infra c. 26. *Ut ſine mora aut ulla excuſatione hiemis ventorumque exercitus ſibi quam celerrime tranſportaretur.* Ceterum *fieri poſſet nec ne* eſſe dictum pro *an fieri p. nec ne*, monitu opus eſſe non credo. Alioquin vide ad l. VII. c. V.

1. MISERARI, —— TANTA HOMINES ESSE DEMENTIA,] Ita omnino interpungendum; Quomodo edidit Jo. Goduinus. Scaliger (errore fortaſſe typographico) interpunxit; (*miſerari.* —— *tanta homines eſſe dementia.*) Unde Recentiorum plerique ediderunt; (*miſerari.* —— *Tanta homines eſſe dementia.*) Quod eſt hiulcum valde. MS. Reg. & Edit. Rom. (*miſerari:* —— *Tanta* hominum erat *dementia*,) MS. Elienſ. (*miſerari*, —— tantam *hominum eſſe* dementiam.) CLARK. Bene Clarkius & alii jungunt *miſerari*, *tanta homines eſſe dementia.* Errore typographico aliam interpunctionem eſſe ortam facile credo, quia in aliquot Elz. editionibus editur, ut jam correximus. Infinitivus ille quidem per admirationem ſaepe obvius eſt, ut in Juſtino docuit Graevius, aliique alibi. Sed hic *miſerari* non haberet, quo referri poſſet. *Hominum erat* etiam Leid. ſec. & Edd. Med. Ven. Vaſcoſ. Gryph. Steph. & aliis ante Urſinum. *Malint* vero pro *mallent* reſcripſi fide meorum Codicum, tantum non omnium.

2. IN PROVINCIA AFRICA] *Lovan.* habet & *Provincia Africa*; Cujac. autem *ex provincia Africa.* Lege & diſtingue, *miſerari (regium enim equitatum* ex *provincia Africa Scipio alebat) tanta homines.* &c. Eandem interpunctionem *Goduinus* & *Clarkius* merito ſequuntur. Lege etiam *a. d. III Non. Jan..* DAVIS. *Cur. ſec. Scipio & prov. Africa* Voſſ. Lovan. & Urſin. Codd. Sed Cujac. Petav. Scalig. Leid. pr. & Dorv. *Scipio ex prov. Africa*; veriſſime. Quod idcirco exhibui. In aliis etiam & Edd. nonnullis *Scipio in prov. Afr.*

3. LEPTIQUE] In Petav. Scalig. Lovan. Leid. pr. Voſſ. & Dorv. *Leptim* vel *Leptimque*, Male. an *Leptiniſque*? Sed & cap. ſeq. in iiſdem MSS. pro *Lepti* vitioſe eſt *Leptim.*

4. HOC EUM ICCIRCO EXISTIMO FECISSE] MS. *Norvic. hoc eum iccirco exiſtimo recepiſſe*; unde repono *huc eum iccirco exiſtimo recepiſſe*, intellecto pronomine reciproco, ut ſit lib. de B. Alex. c. XXVII. DAVIS. Lege *recepiſſe ſe.* Cum Norv. faciunt *Petav. Voſſ.* & *Lovan.* Reliqua ad finem notae dele. IDEM. *Cur. ſec. Recepiſſe* etiam Scalig. & Leid. pr. unde malim *repetiſſe hoc* ſc. oppidum: non ſperno tamen omnino Daviſii conjecturam *huc recepiſſe*, ſubintellecto *ſe*, ut ſaepius in MSS. occurrit, vel *recepiſſe ſe.* Lipſius *ea re feciſſe*, ējecto cum Lov. Cod. *idcirco.* Pro *ne* vero in Lovan. eſt *ut:* nec aliter in Scalig. Leid. pr. & ſec. qui inſuper addunt *ne* ante *vacua.* Omnino bene.

5. AD CLASSEM RECEPTACULA] Probe legitur in MSto *Norv.* & editt. *Rom. Venet. Beroald. ad claſſis receptacula*, quod idem valet ac ad claſſem recipiendam, ſeu, quo ſe reciperet claſſis. DAVIS.

1 X. Itaque, ibi relicto P. Saſerna, fratre [a] ejus, quem Lepti proximo
oppido reliquerat, cum legione, jubet comportari ligna in oppidum quam
2 plurima: ipſe cum cohortibus VII, quae ex veteranis legionibus in claſſe
cum Sulpicio & Vatinio rem geſſerant, ex oppido Ruſpina egreſſus, pro-
3 ficiſcitur ad portum, qui abeſt [b] ab oppido milia paſſuum II, ibique [c] claſ-
ſem ſub veſperum cum ea copia conſcendit. Omnibus in exercitu [d] inſciis,
& [1] requirentibus Imperatoris conſilium, [2] magno metu ac [3] triſtimonia [e]
4 ſollicitabantur: parva enim cum copia, & ea tironum, neque omni expo-
ſita, in Africa contra magnas [4] copias, & inſidioſae nationis, equitatum-
que innumerabilem, ſe expoſitos videbant: neque quidquam ſolatii in
praeſentia, [f] neque auxilium in ſuorum conſilio [g] animum advertebant, niſi
5 in ipſius Imperatoris [5] vultu, vigore, mirabilique hilaritate: animum enim
altum

VARIAE LECTIONES.

a *Suo* L. pr. b deeſt Dorv. *mile paſſus* Lov. c *claſſes* V. d *inſcitis* Lov. e vulgo *triſtitia. ſollicitabatur* Lov. f *nec* L. pr. *ſolatium* Pet. Sc. g vulgo *animadvert.*

VIS. Perinde eſt. CLARK. *Ad claſſis receptacula* eſt in Edd. omnibus ante Scalig. qui primus edidit *ad claſſem recept.* unde recentiores *ad claſſem* fecerunt. In Lovan. Dorv. & Leid. ſec. *ac claſſis rec.* Sed Scalig. Leid. pr. & Voſſ. *ad claſſim.* Quod idcirco mutare nolui, licet in Pet. quoque videatur eſſe *ad claſſis.* Quod e Cod. Victorino probat quoque Goduinus. Malim tamen *ad claſſium recept.* Ceterum *que* abeſt a Lov. & Leid. ſec. *praeſidiaque* Edd. Rom. Med. Ven. & Gryph. *Sed praeſidiis firm. ad claſſis recept.* Glandorpius volebat.

1. REQUIRENTIBUS] Leid. ſec. *inquirentibus.* Ill. Heinſius conjecit *exquirentibus*, adſcripto Taciti loco l. VI. Ann. c. 8. *Abditos principis ſenſus & ſi quid occultius parat exquirere.* Verum nulla eſt mutatione opus. Confer notas ad l. VII, 63. *Caeſaris indulgentiam in ſe requirunt.*

2. MAGNO METU AC TRISTITIA SOLLICITABANTUR] Deeſſe vocem animadvertit *Joan. Glandorpius*, cui ſupplendum placuit *proinde magno metu* &c. Ipſam *Hirtii* manum exhibet MS. *Norv.* e quo reponendum eſt *qui magno metu ac triſtitia ſollicitabantur.* DAVIS. *Qui* &c. ſic ex MS. Elienſi optime reſtituit Daviſius. Alii omnes omiſſa voce *qui*, ediderunt (*conſcendit, omnibus in exercitu inſciis.* —— *Magno metu* &c.) Quod valde hiulcum eſt. Niſi forte placeat Joannis Goduini & Cellarii interpunctio (*conſcendit. Omnibus in exercitu inſciis, magno metu &c.*) Sed praeſtat Lectio Daviſiana. CLARK. Poſt *conſcendit* plenam diſtinctionem poſui cum Edd. Vaſc. Gryph. poſt. Steph. aliiſque. *Qui* a librario adjectum videtur, qui non capiebat Hirtii ſtylum. *Omnibus inſciis, ſollicitabantur*; dictum videtur, ac *omnes, cum inſcii eſſent, ſollicitabantur.* Sic B. Alex. c. 15. *His pulſis ad portum adplicaverunt:* ubi MSS. & Edd. nonnulli *Hi pulſi.* Vide ibi notas meas, & dubito adhuc, an malim explicare *Hi cum pulſi eſſent adplicaverunt.* Ita ſolent Caeſar & Hirtius Ablativum ponere abſolutum, omiſſo verbi, quod ſubjungitur, caſu proprio; ut pluribus docuimus ad l. VII. c. 4. *Convocatis clientibus facile incendit.* Nec non alii. Sueton. in Tib. c. 31. *Iterum cenſente &c. obtinere non potuit.* Apul. l. III. Met. p. 51. *me loquente* &c. *producit* Sc. *me.* Adi viros doctos ad Juſt. II, 3. VIII, 5. XI, 7. *Iterato quaerentibus* &c. *jubentur.*

3. TRISTITIA] Voſſ. Cod. & Edd. Med. ac Ven. *triſti.* Leid. ſec. *teſtimonia.* At Scalig. Leid. pr. Lovan. & Dorvill. *triſtimonia.* De cujus lectionis veritate non dubito; ut ab *acris* eſt *acrimonia*, ſic a *triſtis*, *triſtimonia.* Naevius *Triſtimoniam deturbat ex animo*, ut citat Scheffer. ad Petron. Satyr. c. 63. *Et nos tum plures in triſtimonio eſſemus:* ubi idem legit *triſtimonia.*

4. COPIAS, ET INS. NAT.] Reponendum niſi fallor, *contra magnas copias inſidioſae nationis*, deleta copula. DAVIS. *Cur. ſec. Et* notat *& quidem, praeſertim, & eas quidem* Belgice *en dat wel.* c. 16. *jubet aciem porrigi & alterius converſis cohortibus* ubi delet *&* Clarkius. Plin. l. V. p. 8. *Alia, & juſta morae ratio.* ubi vide Cort. & Sciopp. in Symb. Crit. p. 28. Apul. Met. l. I. Ep. 17. Ed. Pric. *Te generoſa ſtirpe proditum, & recte conjicerem.* Male Pricaeus delet τὸ *&*. l. VII. p. 132. *in beſtiam, & extremae ſortis quadrupedem.* Edd. pleraeque ſine *&*. Statim rurſus edidi *animum advertebant*, auctore Leid. primo. V. ad l. I. B. G. c. 24.

5. VULTU, VIGORE.] Lipſius margini adlevit *vultus vigore.* Idque inveni in Leid. pr. ut apud

Silium

altum & erectum prae ſe gerebat. [a] Huic adquieſcebant [b] homines, & in e-
jus ſcientia & conſilio omnia ſibi [1] proclivia omnes fore ſperabant.
XI. Caeſar, una nocte in navibus conſumta, jam coelo [c] albente, quum 1
proficiſci conaretur, ſubito navium pars, de qua timebat, ex errore, eodem
conferebatur. Hac re cognita [d] Caeſar celeriter de navibus imperat omnes 2
egredi, atque armatos in litore reliquos advenientes [e] milites exſpectare.
Itaque, ſine mora navibus eis in portum receptis, & advectis militum [f] e- 3
quitumque copiis, rurſus ad [g] oppidum Ruſpinam redit, atque ibi caſtris
conſtitutis, ipſe cum cohortibus [h] expeditis xxx frumentatum eſt profe-
ctus. Ex eo eſt cognitum [i] Caeſaris conſilium: [k] illum cum claſſe navi- 4
bus onerariis, quae deerraſſent, ſubſidio ire clam hoſtibus voluiſſe, ne
caſu inprudentes ſuae naves in claſſem adverſariorum inciderent: neque
eam rem eos voluiſſe ſcire, qui in praeſidiis relicti [l] ſui milites fuiſſent;
[2] uti nihil [m] propter ſuorum paucitatem, & hoſtium multitudinem, metu
deficerent.
XII. Interim quum jam Caeſar progreſſus eſſet [n] a caſtris circiter milia 1
paſſuum III, per ſpeculatores & [3] anteceſſores equites nunciatur ei, co-
pias hoſtium haud longe [o] ab ſeſe viſas. Et hercule cum eo nuncio pulvis
ingens conſpici coeptus eſt. Hac re cognita, Caeſar celeriter jubet equi- 2
tatum

VARIAE LECTIONES.

a *Hic* Lov. Sc. *huc* L. ſec. b *omnes* L. pr. c *albeſcente* MSS. 3. Edd. pp. aliaeque ante Urſ. praeter Beroald. V. l. I. B. Civ. 68. Infra c. 80. d deeſt Edd. R. M. V. e abeſt MSS. 2. Edd. R. M. V. f deeſt Lov. *equitatumque* L. pr. *equitatiumque* V. g deeſt L. pr. *rediit* MSS. 2. h exſulat a MSS. 3. Edd. R. M. V. i *regis* Lov. L. ſec. k *ille* &c. *dicitur voluiſſe* Edd. R. M. V. l Lov. Dorv. & Edd. ante Urſin. carent *ſui*. m vulgo *ne*, vel *ne illi*. n *ec.* V. & Edd. ante Urſ. o Sic MSS. plerique & meliores & Edd. qdd. vulgo *a ſe*, & *hercle. procul* Dorv.

Silium Ital. l. VIII, 612. *non ille vigoris*
Ingratas laudes, nec nubem frontis amabat.
Quod bene defendit Cel. Burm. ad Vellej. l. II. cap. 98. Verum malim hoc loco diſtinguere, & *vigorem* ad animum referre. Egregie huc convenit Caeſaris character apud Vellej. l II. c. 41. *forma omnium civium excellentiſſimus, vigore animi acerrimus, animo ſuper humanam & naturam & fidem erectus.* Sic ibidem Clar. Burm. ut hic *animum erectum prae ſe gerebat:* vulgo *evectus.*

1. PROCLIVIA] Lovan. Dorvill. & Leid. ſec. *procliva.* Non male. Lucret. lib. VI, 728. *proclivus impetus*; uti ibi viri docti e MSS. legunt pro *proclivis.* Apud Terent. And. IV, 2, 18. *In proclivo quod eſt* in MSS. G. Fabricii, quem vide, uti & Colv. ad Apul. p. 9. Plura diximus ad Front. Strat. II, 2. 2 *Adjuvante proclivo.*

2. NE ILLI —— DEFICERENT] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* pronomen omittunt; MSS. autem *Norv.* & *Urſ.* habent, *uti nihil —— deficerent*, hoc eſt, ut non deficerent. Vide *Terentium* And. Act. I. Sc. II, 31. & ibi *Donatum.* Eam ſane ſcripturam, ut elegantiorem praefero, DAVIS. Ne illi —— *deficerent.*) Praefert Daviſius, quod in quibuſdam Codicibus eſt, (uti nihil —— *deficerent.*) Sed perperam. Habet enim hoc in loco vox (*illi*) elegantiſſimam Emphaſin. Eſt utique Antitheſis, qua duplex Caeſaris conſilium explicatur. Exivit *cum claſſe*, ne *naves ſuae onerariae* in hoſtium claſſem inciderent: Exivit *clam ſuis* militibus, qui erant in praeſidiis relicti; ne *Illi* propter paucitatem ſuam metu interea deficerent. CLARKE. Non ſentio iſtam Emphaſin, quam fingit Clark. in voce *illi*, quam primus invenit Scaliger. Abeſt ab Edd. prioribus & MSS. omnibus. Pro *ne illi* Scal. & Leid. pr. dant *nihil.* Sed Cuj. Pet. & Voſſ. quoque *uti nihil* ſine dubio vere; niſi malis *uti ne illi.*

3. ANTECESSORES] Nihil ſane opus eſt, cum Ciacconio reponi *antecurſores* e Caeſ. l. I. B. C. c. 36. cui adde lib. V. B. G. 47. III. B. Civ. 36. Nam *anteceſſores agminis* occurrunt apud Sueton. c. 17. in V. Vitell. Et *antecedere agmen* ad explorandum vel viam monſtrandam paſſim dicitur. Ut in Caeſ. B. G. l. VII, 12. l. II. B. Civ. 24. & alibi. Adde Turneb. Adverſ. XXIV, 16. &
Vires

tatum univerſum, cujus copiam habuit in praeſentia [a] non magnam, &
ſagittarios, quorum [1] parvus [b] numerus, ex caſtris arceſſi, atque [c] ordina-
3 tim ſigna [2] ſe leniter conſequi: ipſe antecedere cum paucis armatis. [d] Jam-
que quum procul hoſtis conſpici poſſet, milites in campo jubet galeari, &
ad [e] pugnam parari. Quorum omnino numerus fuit XXX cohortium cum e-
quitibus CD, [3] & ſagittariis [f] CL.
1 XIII. Hoſtes interim, quorum dux erat Labienus, & [4] duo Pacidii, a-
ciem dirigunt [g] mirabili longitudine, non peditum, ſed equitum confer-
tam: & inter eos levis armaturae Numidas, & ſagittarios [h] pedites inter-
poſuerant: & ita condenſaverant, ut procul [i] Caeſariani pedeſtres copias
arbitrarentur: [k] & dextrum ac ſiniſtrum cornu magnis [l] equitum copiis fir-
2 maverant. Interim Caeſar aciem dirigit ſimplicem, ut poterat, propter
paucitatem. Sagittarios ante aciem conſtituit: equites dextro ſiniſtroque
cornu [m] obponit: & ita praecipit, ut providerent, ne multitudine equita-
tus hoſtium circumvenirentur: exiſtimabat enim ſe cum pedeſtribus copiis,
acie inſtructa, dimicaturum.
1 XIV. Quum utrimque exſpectatio fieret; neque Caeſar [5] ſe moveret;
&

VARIAE LECTIONES.

a deſunt L. pr. b vulgo *e caſtris exierat n.* c *ordinari*, *ordinati* Edd. qdd. male. d *itaque* Lov. e *cam p.* MSS. Urſ. Leidd. Lov. V. Edd. R. M. V. f vulgo deeſt, vel *& h.* g deeſt Sc. L. pr. *mirabilem* V. *longitudinem* Sc. L. pr. h abeſt Edd. R. M. V. *interpoſuerunt* MSS. 2. i *Caeſarei* Lov. k carent τὸ *&* L. pr. V. Lov. Dorv. bene. l *equitatum* L. pr. Edd. R. M. V. *equitatuum* V. ut c. XI. *confirm.* L. ſec. m *componit* MSS. 3.

Viros doctos ad Vell. I. 4. *columbae antecedentes volatu.*

1. PARVUS E CASTRIS EXIERAT NUMERUS, ARCESSI] Ita edidit Scaliger praeeunte Urſino, & monente in ſuo Codice non comparere vocem *ſerum*, quam vulgo addebant. Ea vox non videtur quoque in Edd. primis, ſed & in nullo MSto. Verum puto plura abundare, nam ſi ſagittarii illi e caſtris exierant, unde eos arceſſivit? an ergo eos non ſecum habuit? nec enim credo, aliquem opinaturum eſſe, eos fuiſſe illos anteceſſores: hi enim jam redierant. Ergo non opus quoque, ut eos arceſſeret. Scilicet Codices Scalig. Leid. pr. & Lovan. exhibent egregie *ſagittarios, quorum parvus numerus, ex caſtris arceſſi.* Ut de equitibus, ita de ſagittariis dicit parvam eorum fuiſſe copiam. *ex* pro *e* habent etiam Leid. ſec. & Dorv. & hoc ordine legunt *parvus numerus, ex caſtris exierat*, certo indicio τὸ *exierat* abundare. Praeterea *arceſſiri* ſcribitur in Leid. pr. Voſſ. Dorv. & Leid. ſec. Adi notata ad l. I. B. G. c. 31.

2. SE LENITER CONSEQUI] *Hirtium* ſcripſiſſe reor, *atque ordinatim ſigna & leniter conſequi.* DAVIS. *Cur. ſec.*

3. ET SAGITTARIIS : : .] Nullum quidem eſt in MSS. lacunae indicium, deeſſe tamen videtur ſagittariorum numerus, quam ob cauſſam, ut puto, puncta hic in ſua editione poſuit *Joſ. Scaliger.* DAVIS. MS. quidem *Lovan.* exhibet, XXX *Cohortium*, CCCC*torum ſagittariorum*, nulla facta *equitum* mentione. Hoc tamen fieri debuit, ut ex narrationis filo liquet. IDEM. *Cur. ſec.* MSS. Leid. pr. Voſſ. *coh. equitibus ſagittariis & hoſt.* *Lovan. coh. CCCC ſagittariorum & h.* Dorv. *coh. & CCCC ſagittariorum & h.* Leid. quoque ſecundus & Edd. omnes ante Scaligeranam addunt *&* ante *hoſtes.* MS. Scaligeri *ei h.* Quare non dubium mihi eſt, quin legi debeat *coh. cum equitibus CD, Sagittariis CL. Hoſtes.* Numerum certe pro *&* audacter ſubſtitui.

4. DUO PACIDII] Leid. ſec. & Edd. Rom. Ven. Med. *Duopacidius* mirifice. Glandorpius *Pacilii* videtur legere: cum nuſquam alibi *Pacidiorum* fiat mentio. *Pancidei* Petav. Sed *Pacidei* Cujac. Leid. pr. Voſſian. Lov. & Dorv. Quae ſcriptura verior videtur.

5. SE MOVERET] Sic primus, quantum ſcio, Scaliger edidit. In MSS. & Edd. prioribus eſt *ſe removeret.* In Dorvill. *ne C. ſe removeret, cum ſ.* Quaſi ideo coeperunt ſubito hoſtes ſe extendere, ne pedem referret Caeſar. Perperam. Lipſius

& cum ſuorum paucitate contra magnam vim hoſtium [a] artificio magis,
quam viribus, [b] decernendum videret: ſubito adverſariorum [c] equitatus
ſeſe extendere, & [d] in latitudinem promovere, colleſque complecti, & Cae-
ſaris [e] equitatum extenuare, ſimulque ad [f] circumeundum comparare ſe
[g] coeperunt. Caeſariani equites eorum multitudinem aegre ſuſtinebant. 2
Acies interim mediae quum concurrere conarentur, ſubito ex condenſis
turmis [1] pedites Numidae levis armaturae cum [h] equitibus procurrunt, &
[2] inter legionarios milites jacula conjiciunt. Hic quum Caeſariani in eos 3
inpetum feciſſent; illorum equites refugiebant: pedites interim reſiſtebant,
dum equites, rurſus [i] curſu renovato, peditibus ſuis ſuccurrerent.

XV. Caeſar, novo genere pugnae oblato, quum [k] animum adverteret, 1
ordines ſuorum in procurrendo turbari, (pedites enim, dum equites lon-
gius [l] ab ſignis perſequuntur, latere nudato, a proximis jaculis vulnera-
bantur, equites autem hoſtium [m] pilum militis curſu facile vitabant) edicit
per ordines, ne quis miles [n] ab ſignis IV pedes longius procederet. Equi- 2
tatus interim Labieni ſuorum multitudine confiſus Caeſaris paucitatem
[o] circumire conatur. [3] Equites Juliani pauci, multitudine hoſtium defeſſi,
equis [p] convulneratis, paullatim cedere: [q] hoſtis magis magiſque inſtare.
Ita puncto [r] temporis omnibus legionariis ab hoſtium equitatu circumven- 3
tis, Caeſariſque copiis in orbem compulſis, [4] intra cancellos omnes [s] con-
jecti pugnare cogebantur.

VARIAE LECTIONES. XVI.

a *Artificioſe* Lov. L. ſec. b *decertandum* Edd. qdd. pro ſolemni variatione. c *equites* Pet *equitum* V. d *multit.* Edd. R. M. V. e *equites* Pet. *equitatus* Lov. Dorv. *extenuari* MSS. 5. f *circumvenien-dum* L. pr. V. ad l. III. B. Civ. c. 94. g *coeperat* MSS. 2. *coeperant* MSS. & Edd. qdd. h *equitatu* Pet. *procurrerunt* L. pr. *concurrunt* Lov. Dorv. i Ita MSS. & Edd. pp. Al. *concurſu*. dein *ſuccurrunt* Lov. Dorv. k Ita L. pr. non *animadv.* V. l. I. B. G. 24. l Sic L. pr. V. aliique, non *a. proſequuntur* etiam L. pr. Adi l. V. B. G c. 9. m *palam milites* Sc. L. pr. *militis* deeſt L. ſec. Dorv. Edd. Vaſc. Gr. poſt. Steph. Str. forſan bene. n Sic L. pr. V. Lov. Dorv. non *a.* o *circuire* MSS. plerique. p *vuln.* MSS. 2. q Ita Pet. L. pr. Sc. Cuj. & Edd. Vett. item Scalig. vulgo *hoſtes. m. ac magis* Lov. r *temp. horae* L. pr. V. e Gloſſa. s *conferti* Vir D. male. V. ad l. III. B. G. 24.

ſius adſcripſit *ſeſe moveret.* An *ſe re* natum eſt ex *certamen*? *Movere certamen* eſt primus pugnam *laceſſere.* de quibus egi ad l. I. B. Gall. cap. 23. vel *rem moveret*? *Res* pro proelio millies occurrit.

1. PEDITES NUMIDAE] Vox, *pedites*, deeſt in MSS. Reg. & Voſſii, & Edit. Rom. Ut forte additamentum eſſe poſſit Librariorum, propter id, quod ſequitur; *cum equitibus*. CLARK. Vocem *pedites* e MS. Urſini & ſuo addidit primus Scaliger. Confirmant Lov. Leid. pr. & Dorv. Reſpicit locum c. 13. *Inter equites levis armaturae Numidas & ſagittarios pedites interpoſuerant.* Adeo ut videretur eſſe ex interpolatione interpretationis gratia vox *pedites eſſe* addita. niſi & c. 48. hujus belli dixiſſet *pedites levis armaturae.* ubi vide.

2. INTER LEGIONARIOS MILITES] Vulgg. *pedites*, ſed alteram lectionem ex MS. *Norv.* recepi, quae ſane elegantior eſt. Sic *legionariorum militum* meminit *Hirtius* cum alibi, tum de B. Alex. c. XXI. DAVIS. Adi etiam lib. VI. B. G. c. 34. *Legionarius miles.* Adprobat etiam Clarkius. Omnes tamen MSS. mei hic loci *pedites*. Utrumque forſan e Gloſſa. Malim etiam *in* quam *inter* ſi per Codd. licet: quamquam & vulgatum defendi poſſe clarum eſt.

3. EQUITES] In Petav. Lovan. & Norv. praemittitur *qui.* Lege *atqui equites*. DAVIS. *Cur. &c. Qui* etiam additur in Scalig. Leid. pr. Voſſ. & Dorv. & *equites* Leid. ſec. Praeterea *non conatur* exaratur in Scal. Leid. pr. Lov. Dorv. Ut altius vulnus inhaerere videatur.

4. INTRA CANCELLOS OMNES CONJECTI PUGNA-

1 XVI. Labienus in equo, capite nudo, verſari in prima acie; [a] ſimul ſuos cohortari: nonnumquam legionarios Caeſaris ita adpellare: *Quid tu*, inquit, *miles* [b] *tiro*, *tam* [c] *ferocul͡us es? vos quoque iſte verbis* [d] *infatuavit. In magnum* [e] *mehercule vos periculum inpulit. Miſereor veſtri.* Tum miles, *Non ſum*, inquit, *tiro*, *Labiene*, *ſed de legione* x *veteranus.* Tum Labienus, *Non* [f] *agnoſco*, inquit, *ſigna Decumanorum.* Tum
2 [g] miles, *Jam me*, [h] *qui ſim*, [i] *intelliges.* Simul caſſidem de capite [k] dejecit, [1] ut cognoſci ab eo poſſet; atque ita pilum, viribus contortum, dum in Labienum mittere contendit, equi graviter adverſo pectori adfixit: [l] &
3 ait: *Labiene*, [m] *Decumanum militem*, *qui te petit*, *ſcito eſſe.* Omnium tamen animi in terrorem conjecti, & maxime tironum: circumſpicere enim Caeſarem, neque amplius facere, niſi hoſtium jacula vitare.

1 XVII. Caeſar interim, conſilio hoſtium cognito, jubet aciem in [n] longitudinem quam maximam porrigi, [2] & alternis converſis cohortibus, [o] ut
2 una poſt alteram ante ſigna tenderet. Ita [p] coronam hoſtium dextro ſiniſtroque cornu mediam dividit; & unam partem ab altera excluſam, [3] equitibus intrinſecus adortus, cum peditatu, telis conjectis, in fugam [q] ver-
3 tit: neque longius progreſſus, veritus inſidias, ſe ad ſuos [r] recipit. Idem altera pars equitum peditumque Caeſaris facit. His rebus geſtis, [s] ac procul

VARIAE LECTIONES.

a *Suos hort.* Dorv. b deeſt Lov. c *feris oculis* L.pr. *ferox* V. d *infatuat* Dorv. e *me herculem* L. pr. f *cogn.* V. g *ait m.* MSS. 4. h Sic MSS. 4. & Edd. Vaſc. Steph. aliaeque, non *quis.* i *intellige* L.pr. k *ejecit* L.pr. l deſunt Sc. m *decumum* Pet. V. L. ſec. Dorv. *decimanum* L.pr. Lov. & ſupra. n *longitudine quam maxima* MSS. 3. o *&* *un.* MSS. 2. p *coronâ* Lov. Dorv. q *convert.* L. pr. r *recepit* & *fecit* L. pr. V. *fecit* etiam Lov. Dorv. *Ita* L. pr. s Sic MSS. non *&*.

RE COGERENTUR] Quia *cancelli* proprie ſunt ſepta e ferro lignove quincuncialem in modum facta ad arcendam repellendamque turbam, *Joan. Glandorpius* reponit *velut intra cancellos.* Sed crebro ea vox ad arctum quodvis ſpatium denotandum adhibetur. *Cicero* pro P. Quinctio p. 873. poſtquam enumeraſſet, quibus de rebus erat dicturus, addit: *Me facile veſtra exiſtimatione revocabitis*, *ſi extra hos* cancellos *egredi conabor*, *quos mihi ipſe circumdedi.* Sic *inter Orci* cancros (unde diminutivum *cancelli*) *jam ipſos adhaerere* dixit *Apuleius* Met. l. VI. p. 115. ed. Pricaean. DAVIS.

1. UT COGNOSCI AB EO POSSET] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* habet *ut* agnoſci *ab eo poſſet*: proprie quidem; hae tamen voces non raro confunduntur. *Terentius* Eun. Act. V. Sc. II, 8. *Ita miſerrimus fui fugitando*, *ne quis me cognoſceret.* Ubi *Donatus*, *nota*, inquit, *improprie dictum pro* agnoſceret. Vide & *Nonium Marcellum* in *cognoſcere* p. 304. ed. Plantin. Ac, ſi *Servio* fides, *ſane inter* agnoſco *&* cognoſco *ſuperflue quidam volunt facere diſcretionem*, *ut* cognoſcamus *novos*, agnoſcamus *antiquos*: *ſed haec a Poetis metri neceſſitate variantur*; quae verba ſunt doctiſſimi Grammatici in *Virgilii* Aen. VIII, 155. IDEM.

2. ALTERNIS] Sic MS. Reg. Quae verior videtur lectio, quam quod habent Editi, (& *alternis.*) CLARK. *Et* abeſt a ſolo Leid. ſec. Sed vide ad c. 10. *Contra magnas copias*, *& inſidioſae nationis.* Non agnoſcunt tamen Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. Steph.

3. EQUITIBUS INTRINSECUS ADORTUS, CUM PEDITATU TELIS CONJECTIS] Editt. *Rom. Venet. Beroald.* perperam repraeſentant *equiteſque intrinſecus adortus cum peditatu telis conjectis.* Sed & nuperius excuſi ab interpunctione laborant. diſtinguendum enim eſt *equitibus intrinſecus adortus cum peditatu*, *telis conjectis*, ut res ipſa clamat. DAVIS. *Adortus* cum *peditatu.* Ita interpungendum recte, vidit Daviſius. Al. *adortus*, *cum ped.* quod ſententiam turbat. CLARKE. *Equiteſque* etiam Voſſ. Leid. ſec. Ed. Med. & Vaſc. Margo. *Eq. adortis* Lovan. & Dorv. Adortus eſt unam partem hoſtium equitibus peditibuſque ſimul, ut e. ſeqq. patet.

4. SICUT ERAT INSTRUCTUS] Codices nonnulli *inſti-*

cul hoſtibus [a] repulſis, convulneratiſque, ad ſua praeſidia ſeſe, [4] ſicut erat
inſtructus, recipere coepit.

XVIII. Interim M. Petrejus & [b] Cn. Piſo cum [1] equitibus Numidis MC 1
[c] electis, peditatuque ejuſdem generis ſatis grandi, ex itinere, [d] recta ſubſi-
dio ſuis [e] occurrunt. [2] Atque hoſtes, ſuis ex terrore firmatis, rurſuſque re- 2
novatis animis, legionarios, converſis [f] equitibus, ſe recipientes, noviſſi-
mos [g] adoriri, & inpedire coeperunt, quo minus in caſtra ſe reciperent.
Hac re animadverſa, Caeſar jubet ſigna converti, & medio campo redin- 3
tegrari proelium. Quum ab [h] hoſtibus eodem modo pugnaretur; nec com- 4
minus ad manus rediretur; Caeſariſque equites jumenta ex [i] nauſea recen-
ti, ſiti, languore, paucitate, vulneribus defatigata ad inſequendum ho-
ſtem [3] perſeverandumque curſum tardiora haberent; dieique pars exigua
jam reliqua eſſet; cohortibus [k] equitibuſque [4] circumdatis, [l] cohortatus
impe-

VARIAE LECTIONES.

a *Expulſis* Edd. R. M. V. b *M.* L. pr. c *electis* & *ej. gen.* deſunt L. pr. d *recto* MSS. 5. Edd. R. M. V. male. e *concurr.* MSS. 3. Edd. pp. ſed V. ad l. III. B. G. c. 4. *occurrerunt* L. pr. vulgo *at.* f *equis* MSS. 2. perperam *ſe* abeſt MSS. pleriſque & Edd. pp. Vaſc. Gryph. Steph. g *adorti* L. pr. h *cohortibus* V. i *nauſia* MSS. plurimi. *recentis ſitis* Lov. Dorv. k *equitatibuſque* Lov. Dorv. l deeſt haec vox vulgo.

li *inſtitutum.* &c. Sed praeſtat vulgata lectio. Sic enim jam infra c. 18. (ita, *ut erant inſtructi, leniter ſe ad ſuas recipiunt munitiones.*) CLARK. *Inſtructus* Caeſar ergo dicitur, pro aciem inſtructam habens, ut bene defendit Clarkius. *ſicut inſtructum* Voſſ. *inſtitutum* eſt in recentioribus Dorv. & Leid. ſec. atque Edd. primis. In Dorv. quoque & Edd. Vaſcoſ. Steph. & pluribus deeſt *ſic.* In aliis, & vulgo *ſic*, *ut erat.* Minus bene. Vide ad C. IV. *ſicut erant ſignatae.*

1. EQUITIBUS NUMIDIS ∞C ELECTIS] Numerum haud paullo minorem exhibent MS. *Norv.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* in iis enim legitur *equitibus Numidis* ccc *electis*; utrum vero rectius, dijudicatu non eſt difficile; cum hujuſce libri c. XIX. aiat *Hirtius*; *praeterea Petreiano auxilio adhibito equitibus* ∞ c &c. licet ibi MS. *Norv.* ∞ DC. editt. autem *Rom. Med. Venet. Beroald.* ſolos DCCC repraeſentent. DAVIS. Hoc loco MSS. mei omnes habent *CCC*; niſi quod Scal. totum numerum omittat, & nonnulli ponant ante *equitibus.* An *cum MDC* eq.? ut *in* eliſum ſit, ab praec. voce *cum.* certe cap. 19. MSS. mei omnes *MDC* agnoſcunt.

2. AT HOSTES] MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii melius exhibent (Atque *hoſtes* &c.) CLARKE. Accedunt Pet. & Leid. ſec. Ex *atque hoſt.* fecerunt alii *at cohortes*; ut eſt in Leid. pr. Lovan. Aldi, Manut. Plant. & marg. Vaſcoſ. aliorumque. Deeſt *at* in Edd. primis. Reſcripſi *atque*, quod ſaepe in *at* abiit. Vide ad l. IV. B. G. 25.

3. PERSEVERANDUMQUE CURSUM]. Continuandum; haec enim vox, quam vulgo *neutram* cenſent, interdum eſt *activa.* *Juſtinus* l. XII. c. VI, 15. de Alexandro M. *Ob haec illi quatriduo perſeverata inedia eſt.* *Symmachus* l. I. Epiſt. xc. *Ut es noſtri diligens, religioſam obſervantiam perſevera*; ubi vir doctiſſimus *Fr. Juretus* plura hanc in rem exempla collegit. DAVIS. Haec lectio, recepta primum Scaligero, originem ſuam debet MSto Urſini, qui ita ex illo codice correxit. Ante legebatur *equites & jumenta* &c. (uti etiam eſt in L. ſec. & Edd. pp.) vel *jumentaque*, (ut habent Lov. Dorv.) *ad inſequendum hoſtem, perſeverandumque, curſum tardiorem hab.* Et ſane *tardiorem* etiam eſt in Leidenſibus. Sed Voſſianus & Dorvill. conſpirant cum Urſiniano; forſan etiam Petav. Lov. & Scalig. nam dubito de iis. Nihilominus placet haec ſcriptura, nam & vel *que* apud *jumenta* etiam abeſt a Scalig. Leid. pr. Voſſ. & *perſeverare* cum Accuſandi caſu ipſe uſus eſt Cicero pro P. Quinct. c. 24. Neque *te ipſum id perſeverare*: ubi vide Graevium.

4. CIRCUMDATIS IMPERAT, UT UNO &c.] Primo malim, ſi per MStos liceret *circumitis.* Senſus enim Hirtii eſt, Caeſarem ſuos circumvectum eſſe, ut ſequentia imperaret. Hoc autem eſt *circumire*, non *circumdare*: de participio *circumitus* adi ad l. III. B. Civ. c. 97. *Acies Pompejana circumita.* Dein pro *imperat ut* in Leid. pr. eſt *cohortatus*, at in Lovan. Dorv. Leid. ſec. *cohortatur*, *ut.* At Pet. *coh. equitibuſque circumdatis, cohortatus imperat, ut.* Bene. Fraudi fuit librariis ablativi caſus ante *cohortatus.* Sed ita alibi *legionibus*

imperat, ut uno [1] ictu contenderent, neque [a] remitterent, donec ultra ulti-
mos colles hoſtes repuliſſent, atque [b] eorum eſſent potiti. Itaque, ſigno da-
to, [c] quum jam hoſtes languide [d] tela negligenterque mitterent, ſubito in-
mittit cohortes, turmaſque ſuorum, atque [e] puncto temporis, hoſtibus nullo
negotio campo pulſis, poſt [f] collemque dejectis, nacti locum, atque ibi
paulliſper commorati, ita [g] uti erant inſtructi, leniter ſe ad ſuas recipiunt
munitiones: [h] itemque adverſarii [2] male accepti tum demum ſe ad ſua prae-
ſidia contulerunt.

1 XIX. Interim, ea re geſta, & proelio diremto, ex adverſariis [3] perſu-
gae plures ex omni genere hominum, & praeterea intercepti hoſtium com-
plures equites, pediteſque: ex quibus cognitum eſt hoſtium conſilium, eos
hac mente, & conatu veniſſe, uti novo [i] atque inuſitato genere proelii [4] ti-
rones, legionariique pauci perturbati, [5] Curionis exemplo ab equitatu cir-
2 cumventi obprimerentur: [6] & ita Labienum dixiſſe pro concione; tan-
tam

VARIAE LECTIONES.

a *Rem. bellum* L. pr. male. b *eis* L. ſec. c deeſt L. pr. Lov. *hoſte* L. pr. d Sic MSS. non *negl. tela. mittente* L. pr. *mittendi* Lov. Sc. e *uno p.* Edd. R. M. V. f *collem dej.* L. pr. Sc. Lov. Dorv. g Sic MSS. non *ut.* h deſunt haec in V. L. ſec. Dorv. i *&* Edd. R. M. V.

bus expeditis, cohortatus, & *conſilio convocato cohortatus. electis hominibus cohortatus.* Vide omnino ad l. VII, 4. *convocatis clientibus, facile incendit.* Si quis *cohortatur*, deletis *imperat ut*, mallet, me non refragantem haberet. Facile enim ea ex *cohortatur* effingi potuere.

1. ICTU CONTENDERENT] *Lipſius* quaerit, an *niſu* vel *tractu* ſit legendum. Mihi nec haec nec illa ratio placet; ac minore quidem mutatione reſcribi poteſt *ut uno* actu *contenderent. Virgilius* Aen. XII, 687. *Fertur in abruptum magno mons improbus* ACTU. Lucanus IX, 30. —— *Quas ne per littora fuſas Colligeret rapido victoria Caeſaris* ACTU. Vide ſis & ejusdem libri vſ. 472. & III, 469. Cum tamen *Hirtius* ita loqui non ſoleat, malim *uno impetu.* Adi nos ad lib. III. B. G. cap. XIX. DAVIS. *Cur. ſec. Unum ictum* exponit Cellarius *continuum jactum telorum.* Rectius interpretatus eſſet, *continuum ictum gladiorum*, uti apud ipſum Hirt. l. VIII. B. Gall. 23. *Primo ictu gladio caput percuſſit.* Atque ita legendum eſſe in Juſtino bene vidit Bongarſ. lib. I. cap. 9. *Fortuna tamen ictum regente.* quod confirmant MSS. a Doctiſſ. A. Gronovio & duo mihi inſpecti. *Ictus Gladiorum* B. Hiſp. cap. 16. *Ictu pilorum* Caeſ. lib. I. B. G. c. 25. *Ictu ſcorpionis* l. II, 9. VII, 25. Nil ergo temere mutandum, licet *ictus* & *actus* ſaepiſſime confundantur. Aliter *uno itu* proxime accederet. In Plant. editione *jactu* exhibetur.

2. MALE ACCEPTI] Recte i. e. male mulcati, ut ita dicam; & in eadem re Nepos in Eum. c. 8. *eumque male acceptum coegit redire.* Cicero l. XII. ad Fam. Ep. 14. *In oppugnando male acceptus.* & ita alibi. Immo ipſe auctor c. 41. *ſuis male acceptis.* Monendum tamen in Leid. pr. eſſe *malo accepto.* Pro quo frequentius ſolet dici in his commentariis & paſſim *detrimento accepto.* Contra *malum dare.* Vide Richter. Obſ. Crit. p. 65. & Cl. Burm. ad Phaedr. F. 16.

3. PERFUGAE PLURES EX O. H. GENERE, ET PRAETEREA INTERCEPTI.] Deeſt verbum, quo referatur illud *perfugae.* Quare non diſplicet Gudii conjectura *perfugere*, niſi aliud quid lateat. nam Petav. & Voſſ. habent *& omni h. g.* Lovan. & Dorv. *& omnis generis h.* Leid. *ex o. gen. hominum.* Vel forſan *&* delendum modo ante *praeterea.* ubi illa particula non comparet in Leid. primo: ut ſenſus ſit, ex *adverſariis perfugae cujuſcumque generis & ordinis, praeterea equites pediteſque hoſtium ſunt intercepti.* Celſus habet *Ex iis, qui hoc proelio capti ſunt, tranſfugiſque quam plurimis. Hoſtium* etiam deleri poſſet rectius certe; quam infra *hoſtium conſilium*, ubi exſulat ab Edd. primis, in MSS. pleriſque *conſil. hoſtium.*

4. TIRONES LEGIONARIIQUE PAUCI] An ergo *tirones*, non ſunt *legionarii*? Latet ulcus. Voſſ. Cod. *legionariique, paucique.* Scal. Lov. Leidenſes, Dorv. *legionarii, paucique.* Putem ſcribendum eſſe *Tirones legionarii, paucique* ſagittarii *perturbati.* Vide omnino cap. XII. Poſſet excidiſſe quoque *veterani:* ſed malo credere prius.

5. CURIONIS EXEMPLO] Hiſtoriam vide l. II. B. C. c. XL. & ſeqq. DAVIS.

6. ET ITA LABIENUM DIXISSE PRO CONCIONE] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *& ita* Jubam *dixiſſe*

tam [a] ſeſe multitudinem auxiliorum [b] adverſariis ſubminiſtraturum, ut et-
iam [1] caedendo in ipſa victoria [c] defatigati vincerentur, atque a ſuis ſupe- 3
rarentur: [2] quippe qui in illorum ſibi confideret multitudine; primum,
quod audierat Romae legiones veteranas diſſentire, neque in Africam vel-
le tranſire: deinde, quod triennio in Africa ſuos milites conſuetudine re-
tentos, fideles ſibi jam effeciſſet; maxima autem auxilia haberet Numida-
rum [d] equitum, leviſque armaturae. Praeterea ex fuga proelioque [3] Pom- 4
pejano [e] Labienus, quos ſecum a Brundiſio tranſportaverat, [f] equites Ger-
manos Galloſque, ibique poſtea ex hibridis libertinis ſerviſque [4] conſcri-
pſerat; armaverat, [5] equoque uti frenato condocuerat. Praeterea regia 5
auxilia,

VARIAE LECTIONES.

a *Se* MSS. plurimi, Edd. pp. b *adv. Caeſaris* L. pr. V. Vaſc. M. c Sic MSS. & Edd. Ber. Vaſc. Gryph. Steph. non *fat. caederentur* Lov. d *equitumque levis* Cuj. L. ſec. Edd. Vett. ante Urſ. V. ad c. 48. e vulgo deeſt *Lab.* f *milites* Lov.

dixiſſe pro concione; ſic & MS. *Norv.* niſi quod in illo ſit *Juba.* Omnes male: rex enim Juba nondum aderat. Hanc tamen lectionem in ſuo Codice invenit *Jul. Celſus*, ut patet ex p. 218. editt. Londin. Non ſane deſcriptoribus, ut fecit *J. G. Graevius*, ſed ipſi *Celſo* hoc mendum imputarim. DAVIS. MSS. nonnulli & Editt. Vett. *Jubam.* Inepte. CLARK. Mei etiam ad unum omnes *Jubam* ſcribunt.

1. CAEDENDO] Hoc eſt, ut Caeſareani, ſi eis forte contigerit victoria, tamen etiam caedendo fatigati, propter multitudinem hoſtium tandem ſuperarentur. Quomodo recte explicavit Rhellicanus. CLARK. Vide etiam Celſum.

2. QUIPPE QUI IN ILLORUM SIBI CONFIDERET MULTITUDINE] Hic mire turbant MS. *Ciacc.* & editt. *Rom. Ven. Ber. Steph.* in iis enim eſt *quippe qui in nullo illorum ſibi confideret*; ex qua lectione ſenſum idoneum extundere fruſtra conatus eſt *Joan. Rhellicanus*; *Joan.* autem *Glandorpius*, addita negatione, corrigit *in nullo non illorum ſibi confideret*. MS. *Norv. quippe quis non illorum multitudine ſibi confideret*, unde vel retinenda vulgata, vel, ordine verborum mutato, ſcribendum *quippe qui in illorum multitudine ſibi confideret*. DAVIS. Codices nonnulli MSS. & Editt. Vett. (*Quippe qui in nullo illorum ſibi confideret.*) Ex qua lectione, contra plane ac erat mens Authoris (ſequitur enim mox *Hac ſpe atque ea audacia inflammatus Labienus*) ſenſum neſcio quem obſcurum atque perplexum extundere conatus eſt Rhellicanus. CLARKE. Confirmatur vulgaris lectio a Cod. Cuj. & proxime accedit Scalig. *Quippe quis in illorum ſ. c. multitudine*, cum Pet. *Q. quis non illorum multitudine ſibi conf.* A ceteris abeſt vox *multitudine.* Cum Edd. a Daviſio nominatis, item Vaſc. Gryph. &c. conſpirat Leid. ſec. *Q. qui in nullo illorum ſibi conf.* Ald. Man. Plant. Rapheleng. *Quippe non illorum ſibi confideret*, ſine ſenſu. Lov. & Dorv. *Q. qui non illorum ſibi confideret.* At optimus Leid. primus *Q. quis in illorum fide ſibi conf.* Lipſius & Heinſ. *qui in illorum numero*: ſed *confidere ſibi in numero* vel *multitudine*, pro *confidere illi*; Latinum eſſe vehementer, dubito. Certe Hirtius cum aliis ſolet *Confidere alicui* vel *aliquo* ſimpliciter dicere. V. ad l. III. B. Civ. c. 24. Lego nulla mutatione MSS. *Q. qui ſine illorum fide ſibi confid. primum quod aud.* Ita enim ſcripſiſſe Hirtium patet ex ſeqq. ubi rationem dat, cur Labienus *ſibi confideret* i. e. ſuis viribus, ſua multitudine, quod e Gloſſa in textum irrepſiſſe videtur. Etiamſi Africanae gentes non fideles erant, tamen ſibi confidebat: ſic *parum ſibi confiſus* alibi. *Neque ii ſibi conf.* l. III. B. Civ. 7. Excidiſſe autem vocem *fide* ob ſequens *ſibi* certum eſt.

3. POMPEJANO] Addita voce reſcribendum *Pompejano* Labienus, *quos ſecum* &c. Sic *Norv.* & *Buſlid.* Sic etiam *Beroaldus* ac *Gryphius* ediderunt. DAVIS. *Cur. ſec. Labienus* addidi auctoritate MSS. Urſ. & meorum omnium, item Edd. Rom. Med. Vaſcoſ. Steph. &c. Ex Aldi editione primum exciderat. *Quos* male abeſt ab Edd. primis, quae & dant *Pompeji.* Ceterum Glandorpius *pro Brundiſio* mallet *Dyrrachio* temere.

4. CONSCRIPSERAT; ARMAVERAT, &c.] Editi, *conſcripſerat, armaverat* &c. Quae interpunctio ambigua eſt, & ſententiam turbat. CLARK.

5. EQUOQUE FRENATO UTI CONDOCUERAT] Ne haec quidem genuina auctoris videntur. Certe *equoque* exſulat a Pet. Scal. Leid. pr. & Voſſ. In omnibus autem eſt *uti frenato*: quem idcirco ordinem praetuli. Dein *condidicerat* habent Cujac. Petav. Scalig. Leid. pr. & Voſſian. Vide, num ſcripſerit Hirtius *condocefecerat.* Sic certe c. 27. Elephantos *hoc modo condocefacere inſtituit*: ubi in MSS. aliquot perperam *conducere*, unde & *condocere* facere poſſis. c. 7. *Ut laniſta tirones gladiatores condocefacere.* Et ibi *condocet* vel *condocet facere*

auxilia, [a] elephantes CXX, equitatuſque [b] innumerabilis: deinde legiones
6 conſcriptae [1] ex cujuſquemodi generis amplius XII milibus. Hac ſpe atque
[c] ea audacia inflammatus Labienus, cum equitibus Gallis Germaniſque
[d] M DC, Numidarum ſine frenis [e] IIX milibus, praeterea [f] Petrejano auxilio adhibito equitibus [g] M C, peditum ac levis armaturae [h] quater [2] tanto,
7 ſagittariis ac funditoribus, [i] hippotoxotiſque compluribus; [3] his [k] copiis pridie Non. Jan. poſt [4] diem III, quam Africam adtigit, in campis planiſſimis

VARIAE LECTIONES.

a *Elephanti* L. pr. Edd. R. M. V. Vaſc. Steph. & aliae. quod malim. *elephantos* Pet. Sc. *elephantis* V. b *innumerabiles* Pet. c deeſt MSS. 3. d *DCCC* MSS. & Edd. Vett. *MDCCC* MS. Ciacc. e *VII* L. pr. Sc. f *a Petr.* Lov. *à Petrejo* Dorv. L. ſec. cui deeſt *auxilio*. g MSS. omnes *MDC* Edd. pp. *DCCC*. Vide ad c. 18. h *quartum* L. pr. vulgo *tantis*. i *que* abeſt V. Dorv. k *c. omnibus* MS. Ciacc. L. ſec. *Nonarum* Lov.

cere nonnulli.

1. EX CUJUSQUEMODI GENERIS AMPLIUS XII MILLIBUS] Ultimam vocem, ut inepte intruſam, deleri jubet *Juſt. Lipſius* Elect. lib. II. c. XXII. nec enim, ut putat, aliud vult *Hirtius*, quam legiones non e ſolis civibus, ſed e miſcello genere hominum conſcriptas fuiſſe duodecim. Virum illum doctiſſimum ſequitur *Joan. Goduinus*, II MSS. Regiorum & unius Victorini auctoritate nixus. Sed ea conjectura recipi non poteſt, niſi ſoloecum ſtatuamus *Hirtium*; hoc enim modo deeſt *caſus ablativus*, quem praepoſitio *ex* neceſſario poſtulat. Minima mutatione, voce item tranſpoſita, legendum crediderim *cujuſquemodi generis militibus amplius* XII, ut haec ſit velut ἀνακεφαλαίωσις copiarum, quas ſecum habuit Labienus. Vel, ſi haec emendatio non arrideat, lubens ſcriberem *dein duae legiones conſcriptae ex cujuſquemodi generis amplius* XII *millibus*. Numerum autem hominum, ex quibus legiones illae conflabantur, addit *Hirtius*, quia tum temporis minore numero ſtabant; erant enim, ut videtur, quinum circiter millium, licet iis quaterna tantum millia adſignet *Sextus Rufus* in Breviar. c. VI. Edit. quidem *Steph.* exhibet *ex cujuſquemodi generiſque*; MS. autem *Norvic. ex cujuſquemodi genere*; ſed infra c. XXIII. dixit noſter *cum naviculis* cujuſquemodi generis *amplius* XXX. Sic & iterum c. XXXVI. quod receptam lectionem tuetur. DAVIS. Deinde *legiones, conſcriptae ex cujuſquemodi generis amplius XII millibus*.) Vitioſa pleriſque viſa eſt haec lectio. Legi fortaſſe poterit vel ex Daviſii conjectura, (*Deinde duae legiones, conſcriptae ex cujuſquemodi generis amplius XII milibus*;) vel, eodem iterum emendante, (*Dein legiones, conſcriptae ex cujuſquemodi generis* militibus, *amplius duodecim*.) Vel denique, (quod Lipſio & Cellario placuit, quodque in tribus MSS. repperit Joannes Goduinus, quodque immerito ſoloeciſmi inſimulavit Daviſius;) omiſſa voce (*millibus*,) ſcribi oportet, *Deinde legiones, conſcriptae ex cujuſquemodi generis* (ſubintelligi *hominibus* vel *militibus*,) *amplius duodecim*.) Quaeri quoque poteſt, an non etiam hoc modo legi queat; [*Deinde legiones, conſcriptae ex cujuſmodi generis* (ſubintellige *hominibus*) *amplius XII milia* (ſcil. *militum*)]: Vel etiam, (quod eſt in Vulgatis,) (*amplius XII millibus*.) Diſpiciat Lector eruditus. CLARK. *Milibus* cum Lipſio ejecit Cellarius. Bene; ſi pro *generis* legas *genere* e MSS. Petav. & Norvic. Mei Codices nihil variant, niſi quod Lov. det *&* *cujuſque modique generis*. *Et* etiam eſt in Dorvill. Ut Stephan. ita jam ante Vaſcoſ. Gryph. poſt. & alii ediderunt. Vide Cortium ad Salluſt. B. Cat. c. 39. *Cujuſque modi genus hominum*.

2. QUATER TANTO,] Ita reſtitui ex duobus MSS. Mirum, Editt. Vett. Scaligerumque & Editores recentiores omnes ediдiſſe, (*quater* tantis.) Quod prorſus Latinum non eſt. De *numero* enim, non de *magnitudine* hominum hic agitur. Niſi forte ſubintelligi velint; *copiis*: Quae eſt locutio inſolens. CLARK. *Tanti* pro *tot* non inſolens eſt. Sed *tanti equitum* haud eſt Latinum. Quare cum Clarkio reſcripſi *tanto*, adjuvantibus MSS. Urſin. Petav. Cujac. Scalig. Leid. pr. & Voſſ. Sic *ter tanto*, *vicies tanto* &c. ſimilia, de quibus conſule Cel. Burm. ad Phaedr. Fab. 24.

3. HIS COPIIS,] Codices nonnulli, (*his copiis omnibus*.) Et eſt conſtructio ἀνακόλουθος, ſive Tranſitio ex uno conſtructionis Schemate in aliud. (*Labienus, cum equitibus* ——; *his copiis omnibus* —— *eſt decertatum*.) Sic infra c. 125. *Rex Juba* —— *non eſt viſum &c.* CLARK. Vide ad l. III. B. Civ. c. 19.

4. DIEM III] Ciaccon. legit VI. Quia credit *III Kal. Jan.* Africam attigiſſe Caeſarem. Certe Kal. Januariis Ruſpinam caſtra movit, poſtquam una die & nocte haeſerat ad Adrumetum. Unde potius cenſeo *pridie Kal. Jan.* eum adtigiſſe terram:

ſimis [a] puriſſimiſque ab hora diei quincta uſque ad Solis occaſum eſt [b] decertatum. In eo proelio Petrejus graviter ictus ex acie receſſit.

XX. Caeſar [c] interim caſtra munire diligentius, [d] praeſidia firmare ma- 1
joribus copiis, vallumque ab oppido Ruſpina uſque ad mare [e] deducere,
& a caſtris alterum eodem, quo tutius ultro citroque [1] commeare, auxilia-
que ſine periculo ſibi ſuccurrere poſſent; tela, tormentaque ex navibus in
caſtra [2] comportare, remigum partem ex claſſe, Gallorum, [f] Rhodiorum,
epibatarumque, armare, & in caſtra [g] evocare; uti, ſi poſſet, eadem ra-
tione, qua adverſarii, [h] levis armatura interjecta inter equites ſuos inter-
poneretur; [i] ſagittariiſque ex omnibus navibus, Ityreis, [3] Syriis, & cujuſ- 2
que generis ductis in caſtra compluribus, [4] frequentabat ſuas copias: ([5] au-
diebat enim Scipionem poſt diem tertium ejus diei, quo proelium factum
erat, adpropinquare, copias ſuas cum Labieno & Petrejo conjungere;
[k] cujus copiae, legionum IIX, & equitum [l] III milium, eſſe nuncia-
bantur.) officinas ferrarias inſtruere, [6] ſagittas, [m] telaque uti fierent complu- 3
ra,

VARIAE LECTIONES.

a *Pluriſſimiſque* Sc. L. pr. V. ridicule. V. Cellar. b *detrimentum* Dorv. c *enim int.* L. ſec. Edd. R. M. V. d *praeſidiaque* Edd. R. M. V. *minor.* Lov. e *ducere* L. pr. f Sic MSS. non *Rhodiorumque.* *& epib.* Lov. Edd. Vaſc. Gr. poſt. Steph. g *convoc.* Lov. h *levi* Lov. Edd. R. M. V. *armaturae* L. pr. Lov. Dorv. Ed. Plant. *interfecti* L. pr. *interponerentur* L. pr. Lov. Edd. R. M. V. i *ſagittariique* L. pr. V. Lov. Dorv. k *Eorum* L. pr. *quorum* Lov. Scal. Edd. Vaſc. Gr. poſt. Steph. deeſt Edd. pp. l Sic Urſ. Pet. Sc. L. pr. ſec. Lov. Dorvill. non *IV. milia* Edd. R. M. V. *nunciabatur* V. m vulgo *ſagittaſque & t. ut f.* MSS. 3.

ram: ut ſit legendum *poſt diem V,* ſi diem, quo venerit ad terram, ſimul includas. Eum ſi non numeres, rectum erit *poſt diem IV.* quo modo ſcripſiſſe puto Hirtium.

1. COMMEARE,] Subaudi, *poſſet*: Quod incluſum eſt in ſequente, *poſſent.* Codices Reg. Elienſ. & Voſſii habent, *commeatus*: Quae & ipſa ferri poſſit Lectio. CLARKE. *Commeatus* etiam legitur in Cujac. Pet. Leid. ſec. Urſin. & Ciacc. ac Vaſc. Marg. Quod verius puto, vel *commeatus ire.* Modo conſtet *commeatus* capi poſſe de claſſe navium, etiam inanium. Vide ad l. v. B. G. c. 23.

2. COMPORTARE] *Comportare coepit.* Conjunctum enim hoc non cum praecedenti *ſuccurrere* & *commeare*, ſed cum ſuperiori *deducere.* CLARK.

3. SYRIIS] Non damno hanc lectionem, ſi quidem a MSS. firmetur. nam Σύροι dicti & Σύριοι ab Herodoto aliiſque. Apud Juſtinum quoque l. I. c. 2. *Aſſyrii, qui poſtea Syri dicti ſunt,* in nonnullis Codicibus *Syrii.* Et paſſim *Syrius* Adjective occurrit. Sed Leid. pr. habet *Syris.* Edd. primae *Syriſque*, Leid. ſec. Dorv. *Sciriſque.* *Suis* Voſſ. *civis* Lovan.

4. FREQUENTABAT SUAS COPIAS] Augebat, frequentes reddebat. *Suetonius* Auguſt. c. XLVI. *Italiam duodetriginta coloniarum numero deductarum ab ſe* frequentavit. *Apulejus* Met. l. x. p. 226. *Quae mecum incoram publicam populi caveam frequentaret*: ad quem locum plura *Joan. Pricaeus* not. p. 630. DAVIS.

5. (AUDIEBAT —— NUNCIABANTUR.)] Omnino haec verba, quod magno ſententiae detrimento neglexerunt Editores, Parentheſi ſunt includenda; ut peſſima tollatur ambiguitas; referaturque id, quod ſequitur, (*Officinas ferrarias inſtruere*,) non ad *Scipionem* ſcilicet; ſed ad *Caeſarem*; connexumque ſit, non cum praecedenti *conjungere*, quod eſt de *Scipione* dictum; ſed cum ſuperioribus *armare* & —— *evocare*, quae ſunt dicta de *Caeſare.* CLARK.

6. SAGITTASQUE ET TELA, UTI FIERENT, COMPLURA CURARE] MSS. nonnulli & editt. vett. habent *ſagittaeque*, quam lectionem imperiti Librarii procuderunt, quod vulgata iis ſoloeca perperam videbatur. *Terentius* Andriae Prol. vſ. 3. *Populo ut placerent, quas feciſſet fabulas.* Ubi *Donatus* ait, *ad* feciſſet *retulit* fabulas, *non ad* placerent; *& eſt figura Syllepſis.* Idem Adelph. Act. v. Sc. IV, 20. *Illum ut vivat optant*, pro eo quod eſt, optant, ut ille vivat. Non igitur opus eſt, ut *Joan. Goduinum*, malum plerumque ducem, ſequamur. DAVIS. Sagittaſque, —— *uti fierent, curare.*) MSS. nonnulli & Editt. Vett. *ſagittaeque.* Quod a Librariis minus Latine ſcientibus

ra, curare, glandes fundere, ſudes comparare; litteras in Siciliam nun-
cioſque mittere, ut ſibi crates [a] materiemque congererent ad arietes, cu-
4 jus inopia in Africa eſſet: praeterea ferrum [b] plumbumque mitteretur. [1] Et
animum etiam advertebat, frumento ſe in Africa, niſi inportatitio, uti non
poſſe: priore enim anno, propter adverſariorum dilectus, quod [c] ſtipen-
diarii aratores milites eſſent facti, meſſem non eſſe factam: praeterea ex
5 omni Africa frumentum adverſarios in pauca oppida & bene munita com-
6 portaſſe, omnemque regionem Africae exinaniſſe frumento: [2] oppida,
praeter [d] ea pauca, quae ipſi ſuis praeſidiis tueri poterant, reliqua dirui
[e] atque deleri, & eorum incolas [f] intra ſua praeſidia coëgiſſe commigra-
re, agros deſertos ac [g] vaſtatos eſſe.
1 XXI. Hac neceſſitate Caeſar coactus, privatos [h] ambiendo, & blande
adpellando, [3] aliquantulum frumenti numerum in ſua [i] praeſidia congeſ-
ſerat; & eo parce utebatur. Opera interim ipſe quotidie [k] circumire, &
2 [4] ad ternas [l] cohortes in ſtatione habere propter hoſtium multitudinem. La-
bie-

VARIAE LECTIONES.

a *Materiamque* L. ſec. *congeri* Pet. V. L. pr. Sc. b *que* deeſt L. pr. V. Sc. *plurimum ferrum adduceretur*. c *ſtipendii* Scal. L. pr. *militeſque* Edd. R. M. V. d vulgo abeſt *ea*. e *ac* Sc. V. Lov. *deferi* Lov. Dorv. L. ſec. ut c. 26. f *inter* Edd. R. M. V. g *vacuatos* V. Edd. R. M. V. h *obeundo* L. ſec. i *caſtra c. & eo parato* Edd. pp. Ber. *Et* abeſt Dorv. k *circuire* MSS. 2. l vulgo *alternas*, *alteras*.

tibus mutatum, erudite adnotavit Daviſius. Similis conſtructio infra, §. 90. *Cives autem Romanos, —— ut prodirent, edicit.* CLARK. *Sagittae telaque* eſt in ſolo Leid. ſec. *Sagittaeque & tela* MS. Victor. Edd. primae, item Vaſc. Steph. & aliae habent. Sed MSS. mei tantum non omnes, *ſagittas, telaque, uti fierent, c. curare.* Optime. De hac conſtructione adi Muret. l. I. Ep. 33. Heum. Par. Crit. p. 52. Voſſ. de Conſtr. c. 2. & Perizon. ad Sanctii Minerv. II, 9, I. IV, 10. alioſque paſſim.

1. ET ANIMUM ETIAM ADVERTEBAT] Hoc ex Urſini Codice admiſit Scaliger: cum antea exhiberetur *Etiam animadvertebat*; vel *Et jam an.* quomodo habent MSS. plerique. Sed Petav. & Voſſ. *Etiam animum advertebat*: quod ſatis erat. Vide ad lib. I. B. G. 24. Recte autem Urſinus e ſuo reddidit *inportatitio*, ut exaratur in MSS. meis omnibus, non *inportato*, ſi Dorvillianum excipias. Adi notas ad l. IV, 2. *jumentis inportatitiis*.

2. OPPIDA PRAETER P. &c. RELIQUA DIRUI ATQUE DELERI &c.] Male cohaerent ſententiae. *Lov.* & *Norv.* habent *oppida praeterea pauca*. Totum locum ſic conſtituendum puto; Oppidis, *praeter ea pauca quae ipſi ſuis praeſidiis tueri poterant*, reliquis dirutis aut deletis, *eorum incolas intra ſua praeſidia coegiſſe commigrare*. DAVIS. Cur. ſec. Audaciſſima haec eſt Daviſii conjectura; nec tamen neceſſaria. Ait Hirtius, eos coëgiſſe oppida reliqua dirui praeter ea pauca, quae ipſi praeſidiis tueri poterant. *Ea* non addidiſſem, nam & pronomine non opus eſt, niſi inveniſſem in MSS. omnibus meis ac primis Edd.

3. ALIQUANTULUM FRUMENTI NUMERUM] Cum illud, (*aliquantulum*,) vix apud bonos Auctores uſurpetur adjective; aut delenda videtur vox (*numerum*,) aut legendum fortaſſe ex MS. Elienſi, (aliquem tamen (*frumenti numerum &c.*) CLARK. Poſſet ſcribi *aliquantum* cum MSS. Leidenſibus, Scalig. Voſſ. Lov. Dorv. Urſ. & Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. Steph. & Stradae. Ni ita legas, omnino ſtatuas τὸ *numerum* e Gloſſa adjectum eſſe: nam in pleriſque MSS. ſcribitur *numerum frumenti*: immo in Leid. pr. non comparet id nomen; niſi inter verſus adſcriptum a manu ſec. Sed *aliquantus numerus* ſatis ſe tueri poteſt. Vide ad l. I. B. Civ. c. 67. *aliquanto accepto detrimento*. Neſcio an in Petav. & Cujac. ſit *aliquantulum*. Si ita ſit, lego *aliquantulum frumenti cong.* ut ſaepe Livius & alii. Valer. Max. l. III. cap. I. §. I. *Aliquantulum terroris*. Ita cum MSS. optimis etiam Harlem. Codex. Non minus tamen rectum eſt *aliquantum frumenti cong.* e Leid. pr. Lector eligat, quid velit.

4. ALTERNAS COH.] Sic inveni in Leid. pr. at in Lovan. *ad trans* vel *tras*. In Dorvill. *ad terras*. Reliqui cum Edd. primis Beroaldi, Vaſcoſ. Gryph. Steph. *alteras* i. e. *duas*. Quod ordinarium erat. Quare optime opinor emendatum eſſe a Lipſio l. V. Dial. 8. de Re milit. *ad ternaſc.* De additione

bienus ſaucios ſuos, quorum maximus numerus fuit, jubet in [a] ploſtris [1] deligatos Adrumetum deportari. Naves interim Caeſaris onerariae errabun- 3
dae [b] male vagabantur, incertae locorum atque caſtrorum ſuorum: quas [c] ſingulas ſcaphae adverſariorum [d] complures adortae [2] incendebant, atque
expugnabant. [3] Hac re nunciata, [e] Caeſar claſſes circum inſulas, portuſ- 4
que [f] diſpoſuit: quo tutius commeatus [g] ſubportari [4] poſſet.

XXII. M. Cato interim, qui Uticae praeerat, Cn. [h] Pompejum filium 1
multis verbis, adſidueque objurgare non deſiſtebat. *Tuus*, inquit, *pater*, 2
[i] *iſtuc aetatis quum eſſet*, [k] *& animadvertiſſet Rempublicam* [5] *ab audacibus ſceleratiſque* [l] *civibus obpreſſam*, [m] *bonoſque aut interfectos, aut exſilio multatos patria civitateque carere; gloria & animi magnitudine elatus*, [n] *privatus, atque adoleſcentulus, paterni exercitus reliquiis conlectis, paene obpreſſam funditus* [o] *& deletam Italiam, urbemque Romanam, in libertatem vindicavit: Idemque Siciliam, Africam, Numidiam, Mauritaniam mirabili* [p] *celeritate armis recepit. Quibus* [q] *ex rebus ſibi, eam* 3
dignitatem, [r] *quae eſt per gentes* [s] *clariſſima notiſſimaque, conciliavit*,
adoleſcentuluſque atque eques Romanus triumphavit. Atque ille, non 4
[t] *ita amplis rebus* [v] *patris geſtis, neque tam excellenti majorum* [6] *dignitate*

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. Urſ. Sc. L. pr. ut c. 75. Reliqui cum Edd. ante Scal. *plauſtris*. b deeſt Dorv. *vacabant* L. pr. c *ſingulae* L. pr. Lov. d *ſuorum* Dorv. vulgo *incenderant expugnaverant*. e *Caeſari* vulgo. f *diſponit* L. pr. g *comport.* MSS. 3. *poſſit* L. pr. h *Pompeji* MSS. 3. V. ad l. 1. B. G. c. 23. i *iſtius* V. & Edd. ante Urſ. male. k *animadvertiſſetque* Lov. Dorv. l *hominibus* L. pr. m *ſenatoreſque* L. pr. n *privatuſque ad.* L. pr. Edd. pp. *privatuſque atque ad.* Lov. Dorv. o deeſt L. pr. Sc. *deletamque* Lov. p *velocitate* Lov. q deeſt L. pr. Dorv. *a r.* Lov. r deſunt *q. e.* Lov. s *rariſſima clariſſimaque* Edd. R. M. V. *clariſſimas notiſſimaſque* Lov. t *tam* Edd. R. M. V. v *patriis* Lov. L. ſec. Dorv.

ditione praepoſitionis *ad* in numero vide l. VIII. B. G. c. 4. *ad II milia numerum. Alternis* cohortes ſemper ſtationes agunt.

1. DELIGATOS] Cur, quaeſo, *deligati* portarentur. Haec ſane ratio diverſae potius, quam ſuae partis hominibus videtur convenire. Ea de cauſa legendum cenſeo *in ploſtris Adrum. dep.* praetermiſſa voce ſupervacanea, quam neſcit MS. *Lovan.* DAVIS. *Cur. ſec. Deligatos* abeſt quoque a MSS. Dorv. Leid. ſec. & Ed. Gryph. Sed male; *Deligari* juſſit ſaucios plauſtris, ne iis exciderent in via per quaſſationem.

2. INCENDERANT ATQUE EXPUGNAVERANT.] MS. Elienſ. *incendebant atque expugnabant*. Quae aeque commoda Lectio. MS. quoque Reg. & Edit. Rom. habent, *expugnabant*. CLARK. Non opus eſt, ut cum *Lipſio* reponamus *inſcenderant*, ſed cum *Urſ. Pet. Lovan.* & *Norv.* exhibeant *inſcendebant atque expugnabant.* ita legas oportet ob praeſtantiſſimorum codicum fidem. DAVIS. *Cur. ſec. Expugnabant* omnino omnes MSS. exhibent & Edd. primae; *incendebant* etiam Leid. ſec. Sed *incenderant* retinent Scal. Lov. Leid. pr. & Voſſ. ut forſan aliud quid lateat. Lipſiana conjectura non mala; ſed vel ſic *inſcendebant* legi poteſt.

3. HAC RE NUNCIATA CAESARI,] Omnino ex MS. Reg. & Edit. Rom. reponendum exiſtimo, (*Hac re nunciata*, Caeſar *&c.*) Sic enim ſemper alibi loqui ſolent Caeſar & Hirtius. CLARKE. Sic etiam Scal. Lovan. & alii cum primis Edd. Vaſc. Steph. Stradae & pluribus.

4. POSSET] MS. Reg. *poſſent.* quod idem eſt. CLARK. V. ad l. II. B. G. c. 5.

5. AB AUDACIBUS SCELERATISQUE CIVIBUS] Prius Epitheton tenue nimis eſt ac dilutum. *Urſini* codex *ab arduis*: At *Cuj. Petav. Lov. Buſlid.* & *Norv.* repraeſentant *ab nardiis*. Reſcribo, ab perditis *ſceleratiſque civibus*. DAVIS. *Cur. ſec. Ab arduis* etiam eſt in Voſſiano, Leid. ſecund. Dorvill. & Edd. Romana. *Ab varduis* Scalig. *ab Nardiis* Leid. pr. Vide num legi debeat *ab Mariis* vel *Marianis*, aut ſimile quid. Latet certe aliud quid quam *perditis*; quod non mutaſſent in tam prodigioſam vocem librarii.

6. DIGNITATE PARTA] Ultimam vocem delendam cenſuit *Joſ. Scaliger*; cum tamen eam omnes

tate parta, neque tantis clientelis, nominiſque claritate praeditus, in Rempublicam eſt ingreſſus. Tu contra & patris nobilitate, & dignitate, & per te ipſe ſatis animi magnitudine diligentiaque praeditus, nonne [a] *eniteris, & proficiſceris ad paternas clientelas,* [b] *auxilium tibi, Reique publicae, atque optimo cuique* [c] *efflagitatum?*

1 XXIII. His verbis hominis graviſſimi incitatus adoleſcentulus cum [d] naviculis cujuſquemodi generis xxx, inibi paucis roſtratis, profectus [e] ab Utica eſt in Mauritaniam, regnumque [f] Bogudis eſt ingreſſus: expeditoque exercitu, [1] numero ſervorum, liberorum, II milium, cujus partem inermem, partem armatam habuerat, ad oppidum [g] Aſcurum accedere coepit:
2 in quo oppido praeſidium fuit regium. [2] Pompejo adveniente, oppidani uſque eo paſſi propius [h] accedere, donec ad ipſas portas ac murum adpropinquaret, ſubito eruptione facta, proſtratos perterritoſque Pompejanos
3 in mare paſſim naveſque [i] compulerunt. Ita re male geſta Cn. Pompejus [k] filius naves inde avertit, neque poſtea litus adtigit, claſſemque ad inſulas Baleares verſus convertit.

1 XXIV. Scipio interim cum iis copiis, quas [l] paullo ante demonſtravimus, Uticae grandi praeſidio relicto, profectus, primum Adrumeti caſtra [m] ponit: deinde paucos dies ibi commoratus, noctu itinere facto, cum Petreji & Labieni [n] copiis ſe conjungit; atque [3] unis caſtris factis, III milia

VARIAE LECTIONES.

a *Niteris* Edd. R. M. V. b *& aux.* L. ſec. Dorv. Edd. Vaſc. Gr. poſt. Steph. Str. *& ad aux.* Edd. R. M. V. c *efflagitaturum* L. ſec. *efflagitatarum* Lov. Dorv. *F. efflagitaturus* ut c. 25. §. 4. d *navibus* MSS. 2. *cujuſmodi* L. pr. *cujuſque modo* Scal. *generiſque* Edd. Ald. Vaſc. Gr. poſt. Manut. Steph. Str. Plant. V. ad c. 19. e *ipſe ab Ut. in M.* L. ſec. Edd. R. M. V. *eſt* abeſt etiam L. pr. V. f *Bogude* L. ſec. V. g *Aſcaurum* L. pr. h vulgo *eum acc.* i *contul.* Lov. k abeſt L. pr. l deeſt Pet. m *petit* Lov. n *caſtris* L. pr. *ſe cop.* MSS. & Edd. qdd. *ſe* abeſt Sc. L. pr. V. *cop. copias ſuas* Lov. Dorv.

mnes Codd. retineant, nec ſententia neceſſario poſtulet, ut ejiciatur, locum per me licet obtineat. DAVIS. *Parta.* Vocem hanc ſuſpectam habet Scaliger, ſed ſine cauſa: ita enim plane loqui ſolent Caeſar atque Hirtius. CLARKE. Vox *parta* mihi nullo modo placet, eamque delendam cenſuit *Joſ. Scaliger.* Ipſe potius repoſuerim, *Neque tam excellenti majorum dignitate* fretus. DAVIS. *Cur. ſec. Neque tam* &c. *parta.* Haec omnia exſulant a Codicibus Scalig. & Leid. pr. *parte neque enim tant.* Lovan.

1. NUMERO SERV. LIBERORUM II MILIUM.] Scalig. Voſſian. *numerum.* Petav. *ad numerum. liberorumque* etiam Petav. & Edd. primae aliaeque. *Milia* Leid. ſec. & Ed. Rom. Forſan *numero ad ſerv. lib.* II. *milium.* l. I. B. G. c. 5. *Numero ad duodecim.* l. III. B. Civ. 53. *ad* II *milium numero:* ubi in novitiis nonnullis etiam *numerum.* lib. tamen primo B. G. c. 15. reperitur *ad numerum IV milium.* Quare ſi quis Petaviani Codicis lectionem ſequi velit, per me licet.

2. POMPEJO ADVENIENTE, OPPIDANI USQUE EO PASSI PROPIUS EUM ACCEDERE] Penultimam vocem non agnoſcunt Petav. *Lovan.* & *Norvic.* Reponendum, *Pompejum advenientem oppidani uſque eo paſſi propius accedere.* MS. quidem *Lovan.* dat *Pompejano adveniente*; unde *Lipſius* facit *Pompejanos advenientes.* Tum vero plura ſunt in ſequentibus mutanda delendaque: quapropter eam, quam dixi, rationem praeſtare cenſuerim. DAVIS. *Cur. ſec. Eum* non comparet quoque in Leid. primo, neque Voſſiano. Bene pro Caeſaris & Hirtii Stylo. Non enim mutandum in *Pompejum.* Haec conſtructio ſaepe fraudi fuit Viris doctis. Adi ſupra c. 18. & l. VII. B. G. 4. *Convocatis ſuis clientibus facile incendit.* Mallem potius *eum* retinere, quam aliquid mutare. Nam & ejus locutionis exempla in noſtro & alibi occurrunt. Paullo poſt dubito, an vox *proſtratos* hic apte conveniat.

3. UNIS CASTRIS] Lovan. Cod. *aeriis.* Unde Ill. Heinſ. conjiciebat *alteris*, quo facit Leid. ſec. in quo eſt *binis.* Nil tamen muto. Contra malim cum-

milia paſſuum [1] longe conſidunt. Equitatus interim eorum circum Caeſaris munitiones vagari, atque eos, qui pabulandi [a] aut aquandi gratia extra vallum progreſſi eſſent, excipere; [b] ita omnes adverſarios intra munitiones continere. Qua re Caeſariani gravi annona ſunt conflictati; ideo quod nondum [c] neque ab Sicilia, neque ab Sardinia commeatus ſubportatus [d] erat; neque per anni tempus in mari claſſes ſine periculo vagari poterant; [e] neque amplius milia paſſuum VI terrae Africae [f] quoquo verſus [g] tenebant, pabulique inopia premebantur. Qua neceſſitate coacti veterani milites, equiteſque, qui multa terra marique bella confeciſſent, [h] & periculis inopiaque tali ſaepe [i] eſſent conflictati, alga [k] e litore conlecta, & aqua dulci [l] eluta, [2] & ita jumentis eſurientibus [m] data, vitam eorum producebant.

2 (after "circum Caeſa-") · 3 (after "ideo") · 4 (after "vetera-")

XXV. Dum haec ita fierent, [3] rex Juba, cognitis Caeſaris difficultatibus, copiarumque paucitate, non eſt viſum, dari ſpatium convaleſcendi, [n] augendarumque ejus opum. Itaque, comparatis equitum magnis peditumque copiis, ſubſidio [o] ſuis, egreſſus e regno, ire contendit. P. Sitius interim, & rex [4] Bochus [p], conjunctis ſuis copiis, cognito regis Jubae egreſſu, propius ejus regnum copias [q] ſuas admovere: Cirtamque, oppidum

1 (after "difficulta-") · 2 (after "P. Si-") · 3 (after "op-")

VARIAE LECTIONES.

a *Atque* Lov. L. ſec. *adaquandi* Lov. Bene V. ad l. VIII, 42. *cauſſa* L. pr. b *& ita* Lov. Dorv. Edd. ante Plant. c deeſt L. pr. *a Sic. n. a S.* MSS. & Edd. qdd. d *eſſet* Dorv. *nec* L. pr. V. e *nec* Lov. L. ſec. Dorv. f *quaque* Edd. R. M. V. g *tenebat, premebatur* Sc. L. pr. Lov. Dorv. Scil. *Caeſar.* h deeſt Lov. Dorv. i *ſolent eſſe* Edd. R. M. V. k *in l.* Edd. R. M. V. l *elota* Lov. Dorv. L. ſec. Edd. ante Urſ. male. m *dant jugis* V. n *Augendique ej. opes* Lov. L. ſec. o deeſt L. pr. p *Bogud* vulgo. q abeſt Edd. R. M. V.

eum Bentlejo & Marklando ad Stat l. II, S. 2, 60. apud Lucan. l. IV. Init.

Jure pari rector caſtris Afranius unis,
Ac Labienus erat. vulgo *illis.* infra c. 67. *Caſtris unis poſitis.*

1. LONGE] Hoc eſt trium millium paſſuum intervallo a Caeſare. Vide ſupra ad lib. V. c. 47. CLARKE.

2. ET ITA] Deſunt hae voces in MSS. Reg. & Voſſii, & Edit. Rom. Et deeſſe quidem poſſunt; Nam, in hujuſmodi conſtructione ſaepiſſime utuntur Caeſar atque Hirtius oratione ἀσυνδέτῳ Vide ſupra ad l. II. B. G. c. 13. CLARKE. Abſunt minus bene hae voculae quoque a Leid. ſec. & Edd. Med. Ven.

3. REX JUBA —— NON EST VISUM] Ἀνακόλουθον eſt, Graecis ſcriptoribus frequens. *Euripides* Phoeniſſ. v. 290.

Μέλλων δὲ πέμπειν μ' Οἰδίπου κλεινὸς γόνος
Μαντεῖα σεμνὰ, Λοξίου τ' ἐπ' ἐσχάρας,
Ἐν τῷ δ' ἐπεστράτευσαν Ἀργεῖοι πόλιν.

Ubi Scholiaſtes, Σολοικοφανὲς, inquit, τοῦτό ἐστιν, ἔδει γὰρ εἰπεῖν μέλλοντος πέμπειν με Οἰδίποδος, ἐν τῷ δ' ἐστράτευσαν Ἀργεῖοι &c. *Aelianus* Var. Hiſt. l. II. c. XI. Σωκράτης ἰδὼν κατὰ τὴν ἀρχὴν τῶν τριάκοντα τοὺς ἐνδόξους ἀναιρουμένους —— Ἀντισθένει φασὶ περιτυχόντα εἰπεῖν. Nec apud Latinos deſunt hujuſce Schematis exempla. *Cicero* Tuſc. Quaeſt. l. IV. p. 199. edit. Fabric. *Ut, ſi jam ipſa illa accuſare nolis —— ſed ut haec omittamus, perturbatio ipſa mentis in amore foeda per ſe eſt.* Similiter locutus eſt noſter antea c. XIX. Adi etiam quae notavimus l. I. B. G. c. XVIII. & *Fr. Sanctium* ac *Jac. Perizonium* Min. lib. IV. c. XI. DAVIS. Cellarius emendat *Regi Jubae.* Sed nihil opus. Eſt enim conſtructio ἀνακόλουθος, ut recte annotavit Daviſius. ſic ſupra c. 19. *Labienus, cum equitibus, —— ; his copiis omnibus —— eſt decertatum.* CLARK. Adde notata ad l. III. B. Civ. c. 19. *Multa ſubpliciter locutus —— reſponſum eſt ab altera parte.*

4. BOGUD] Lov. *Boccus.* at Petavian. Scalig. Leid. pr. Voſſ. & Dorvill. *Bochus* ſive *Bocchus.* Veriſſime. *Sitius* (ſic & c. 36.) enim ſive *Sittius*, ut apud Dionem & Appian. & *Bocchus* invaſere regnum Jubae. Vide omnino Dion. l. XLIII. Init. & Appiani B. Civ. p. 488. & 620. Duo enim Reguli fuere *Bogud* & *Bocchus*, uterque in partibus Caeſaris; licet poſterior deinde aliquo

pidum ejus regni opulentiſſimum, [a] adorti paucis diebus pugnando capi-
unt, & praeterea duo oppida Gaetulorum: Quibus quum conditionem
[b] ferrent, ut oppido excederent, idque [c] ſibi vacuum tranſderent, condi-
tionemque repudiaſſent, poſtea ab [d] eis capti interfectique ſunt omnes. In-
4 de [e] progreſſi, agros oppidaque vexare non [f] deſiſtunt. Quibus rebus co-
gnitis, Juba, quum jam non longe [1] ab Scipione atque ejus ducibus abeſ-
ſet, capit conſilium, [2] ſatius eſſe ſibi ſuoque regno ſubſidio [g] ire, quam,
dum [h] alios adjuturus proficiſceretur, ipſe [i] ſuo regno [k] expulſus, forſitan
5 utraque re expelleretur. Itaque rurſus [l] ſe [3] recipere; atque auxilia [m] etiam
ab Scipione abduxit, [n] ſibi ſuiſque rebus timens; elephantiſque xxx relictis,
ſuis finibus oppidiſque ſubpetias profectus eſt.
1 XXVI. Caeſar [o] interim, quum de ſuo adventu dubitatio in provincia
eſſet, neque quiſquam crederet, ipſum, ſed [p] aliquem legatum cum copiis
in Africam veniſſe; conſcriptis litteris circum provinciam, omnes civita-
2 tes facit de ſuo adventu certiores. Interim nobiles homines ex ſuis [q] oppi-
dis profugere, & in caſtra Caeſaris devenire, & de adverſariorum [r] ejus
3 crudelitate acerbitateque commemorare coeperunt: quorum lacrimis, que-
reliſque

VARIAE LECTIONES.

a *Adortus capit* Pet.Sc.L.pr.V. b *ferret* Lov.V. *offerret* L. pr. c deeſt Edd.R.M.V. *cederent* Lov. d *eo* Pet. L. pr. *ab eis* deſunt V. *interfecti ſunt* L. pr. e *progreſſus* Pet. L. pr. V. f *deſtitit* Pet. L. pr. *deſunt* V. g *fore* L. ſec. h *ipſe al.* Edd. R. M. Abſunt *al. adj. prof.* a Ven. i deeſt Edd. R. M. V. k *pulſus* L. pr. l abeſt V. Lov. vulgo *recepit.* m Sic MSS. non *ab Sc. etiam.* *a Scip.* L. ſec. Edd. qdd. n *ſibique* L. ſec. *ab ſuis r.* Lov. *ſuis r.* modo Edd. R. V. M. o ita MSS. & Edd. qdd. non *q. d. ſ. ad. int.* p deeſt Edd. pp. q Abeſt Lov. *fugere* L. pr. r *ſuorum* Edd.R. M.V. vulgo *acerb. crud.* contra MSS. ordinem.

modo videatur mutatus. De utriſque ſimul adi Dionem l. XLI. p. 173. l. XLIII. p. 231. l. XLVIII. p. 384. Unde, licet in B. Alex. c. 59. &c. item ſupra c. 23. mentio ſiat *Bogudis*, patet hic tamen *Bocchum* eſſe ſcribendum.

1. AB SCIPIONE] Ita hic & paullo poſt repoſui ex MSto *Norvic.* ſic enim iſta praepoſitio eleganter etiam ante conſonas effertur. Hujuſce libri c. XXIV. *Neque* ab Sicilia, *neque* ab Sardinia *commeatus ſupportatus eſſet. Corn. Nepos* Attic. c. XVI. Ab conſulatu *ejus uſque ad extremum tempus.* Sic & paſſim auctores ex MStis accurate recenſiti. Vulgg. *a Scipione.* Haec ſane minuta ſunt, ſed ideo monenda, quod a libris editis recedatur. DAVIS. MSS. mei quoque *ab* praeter Lov. & Leid. ſec. ſexcenties τὸ *ab* ex MSS. auctoribus noſtris reſtitui ſupra & in ſeqq.

2. SATIUS ESSE SIBI SUOQUE REGNO SUBSIDIO IRE, QUAM, DUM ALIOS ADJUTURUS PROFICISCERETUR, IPSE SUO REGNO EXPULSUS, FORSITAN UTRAQUE RE EXPELLERETUR] Haec & Latinitate, &, ut videtur, ſenſu carent. Quomodo enim *utraque re* expelleretur Juba, ſi alios adjuturus proficiſceretur? *Utraque* certe *res* aliud eſſe non poteſt quam vel Scipioni ejuſque ducibus auxilii latio, vel regno ſuo. Adeo ut unum procul dubio conſequeretur, ſi Scipioni ſubſidio iviſſet. *Norv.* exhibet *quam — ipſe ſuo, regno forſitan expelleretur.* Lego *ſatius eſſe ſibi, ſuo regno ſubſidio ire*, ne, *dum alios adjuturus proficiſceretur, ipſe ſuo regno forſitan expelleretur.* DAV. *Cur. ſec.* Sine dubio haec vitioſa ſunt: ſed addendo quaedam, non detruncando, reſtituenda videntur. Bonum enim ſenſum habet *utraque re* ſcilicet quod & regno expulſus eſſet, & alios adjuvare non poſſet. Quare legere malim *ſatius eſſe ſibi ſuo* (quamvis & *ſuoque* ferri poſſit) *regno ſubſidio ire, quam Caeſari; ne, dum* &c.

3. RECEPIT] Petav. Scalig. Leidenſes, Voſſ. Lovan. *Recipere.* Quod reſtitui. Crebro hunc infinitivum & praeſertim in Bell. Africo adhibet Hirtius, nec obſtat: quod ſequatur *abduxit.* Sic enim ſupra hoc ipſo c. *P. Sitius & Rex Bocchus ſuas copias admovere, Cirtamque pugnando capiunt.* Atque ita frequenter Sall. Adi Cortium ad Cat. c. 21. *Increpat omnis bonos; ſuorum unum quemque nominans laudare; admonebat alium egeſtatis.* Vide etiam Varias Lectiones infra c. 36. *legati venire, docentque.* Immo c. 71. *Condocefacere & praecipit:* ubi perperam Davis. & Clark. *praecipere.*

4. QUUM ANTEA CONSTITISSET IN STATIVIS CA-
STRIS

reliſque Caeſar commotus, [4] quum antea conſtitiſſet in ſtativis caſtris, ae-
ſtate inita, [1] cunctis copiis auxiliiſque [a] actis, bellum cum adverſariis ſuis
gerere inſtituit, litteriſque [b] celeriter in Siciliam [c] ad Allienum, [d] & Rabi-
rium Poſtumum conſcriptis, & per [e] cataſcopum miſſis, *ut ſine* [f] *mora,*
[2] *aut ulla excuſatione hiemis ventorumque,* [g] *quam celerrime exercitus*
ſibi [h] *tranſportaretur: Africam provinciam perire, funditusque everti* 4
[i] *ab ſuis inimicis: quod niſi celeriter ſociis foret ſubventum, praeter i-*
pſam Africam terram nihil, ne tectum quidem, quo ſe reciperent, ab
[m] *illorum ſcelere inſidiiſque* [3] *reliquum futurum.* Atque ipſe in tanta e- 5
rat feſtinatione & exſpectatione, ut poſtero die, quam miſiſſet litteras,
nunciumque [n] in Siciliam, claſſem exercitumque morari, diceret, [o] dies
noctes-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *coactis, accitis* & deeſt *ſuis.* b abeſt Lov. c *miſſis ad A.* & dein *mittit* Scal. L. pr. d *&* *ad R.* L. pr. bene. e *cataſcoſpum* Ciacc: *ſathaſcopum* Edd. pp. *Catoſcopum* L. pr. *Caraſcopum* Dorv. V. Ciaccon. ut & l. IV. B. G. c. 26. f *ulla m.* Edd. R. M. g Sic MSS. non *ex. ſibi q. cel. celeriter* L. pr. h *tranſp. in Africam. pr.* L. pr. *Prov.* deeſt Lov. i Ita MSS. pleriquc. non *a.* k *eorum* Dorv. Edd. R. M. l deſunt *in Sic.* L. pr. m Ita MSS. non *noctes d.*

STRIS] MSS. *Urſ.* & *Norv. conſtituiſſet in ſtativis caſtris*: editt. autem *Rom. Ven. Beroald. quum antea ſtare conſtituiſſet in ſtativis caſtris*, atque ita cum *Pet. Ciacconio* reponendum arbitror. Male autem rem geſſit vir doctiſſimus, cum ſequentia ſic emendet *& aeſtate inita —— bellum cum adverſariis ſuis gerere; tunc & litteras in Siciliam —— conſcripſit, & per cataſcopum miſit.* In his ſana eſt lectio vulgata & omnino retinenda. DAVIS. Niſi quod pro *litteriſque* legi debeat *litteris quoque.* IDEM. *Cur. ſec.* MS. Reg. & Editt. Vett. (*antea* ſtare conſtituiſſet) quod probat Daviſius. Et forte verior eſt Lectio. Quamquam utraque ſatis proba. Dein Edit. omnes (*gerere inſtituit*, litteriſque *celeriter —— miſſis —— Atque* ipſe &c.) Quae (quod mirum Editores omnes fugiiſe) ſyntaxit eſt nulla. Legendum vel, deleta particula (*que*) quomadmodum Nos edidimus; (*—— gerere inſtituit*; litteris *celeriter —— miſſis, ——. Atque ipſe &c.*) Vel, deleta altera illa (*Atque*,) ſcribendum; (*—— gerere inſtituit.* Litteriſque *celeriter —— miſſis ——*; ipſe *&c.*) CLARKE. *Conſtituiſſet* eſt etiam in Leidenſi pr. Voſſ. Scal. at *ſtare conſtituiſſet* Leid. ſec. Dorv. Ed. Mediol. & Margo Vaſcoſ. Unde Lipſius rectius ſcribendum conjecit *aeſtivare conſtituiſſet in ſt.* Verum hoc Caeſari conſtitutum fuiſſe nullus credo. Ejus ingenio non conveniebat. More ſolito *conſtitiſſet*, quod optime ſervant Petav. & Lovan. quum eſſet depravatum in *conſtituiſſet*, librarii quidam voluerunt ſenſui ſuccurrere addentes *ſtare*. Pro *in* habent Scal. & Leid. pr. *e*. At exſulat a Lovan. & Dorv. & facile carere poſſumus.

1. CUNCTIS COPIIS AUXILIISQUE ACCITIS] *Norv. auctis*, Pet. & Lov. *actis*. lege *coactis*. DAV. *Cur. ſec. Accitis* intruſum eſt a Scaligero, quem temere reliqui ſecuti ſunt. uti emendat Daviſius, *coactis*, habent Editiones veteres cunctae; nec non Leid. ſec. In Voſſ. eſt *cogitatis*. In Leid. pr. *aggregatis*. In Scal. *agitis*. Sed cum Pet. & Lovan. *Actis* dat Dorv. veriſſime, ut puto. *Actis copiis & auxiliis.* i. In iter & expeditionem commotis ex ſtativis, ſive in agmen promotis eis, quas tum habebat. Hoc ſenſu *agere copias* alibi quoque occurrit, & apud ipſum Hirtium, ut quidem habent optimae membranae. l. VIII. c. 7. *Sin majores copias ageret.* Hinc patet etiam, rectum eſſe *litteriſque.* Inſtituit bellum gerere, cunctis copiis, quas ſecum habebat, eductis, litteriſque miſſis, ut ceterae copiae tranſportarentur. Praeterea *ſuis* addidi rurſus fide MStorum & Edd. omnium ante Scal. qui etiam e ſuo forſan codice primus ejecit.

2. AUT ULLA EXC.] Petav. Lovan. Leid. pr. Voſſ. & Edd. Rom. Med. & Edd. *&*. Ven Beroaldi *ac. Atque* Leid. ſec. Dein *nulla* Leid. pr. Voſſ. Edd. Rom. Med. Ven. *ſine* Ed. Beroaldi. *Sine nulla* ſi vera eſſet lectio juvari eà poſſet MStorum & Saresber. l. II. c. 25. lectio apud Lucan. I, 642. *Nulla ſine lege.* De duplici negatione vide, quae diximus ad l. V. c. 23. Sed malim *ſine mora ac ſine ulla exc.* Conſule ad lib. III. B. G. c. I.

3. RELIQUUM FUTURUM. ATQUE IPSE IN TANTA ERAT FESTINATIONE] Mutata interpunctione voculaque deleta, Legendum *reliquum futurum; ipſe in tanta erat feſtinatione* &c. Ita dat *Lovan.* ac ita *Gryphius*, *Stephanus* & *Lugdunenſes* 1576.

reprae-

nocteſque [1] oculos mentemque ad mare diſpoſitos directoſque haberet.
6 Nec mirum: animadvertebat [a] enim villas exuri, agros vaſtari, [2] pecus diripi, [b] trucidari, oppida caſtellaque [c] dirui deſerique, principes civitatum aut interfici, aut in catenis teneri, liberos eorum obſidum nomine
7 in ſervitutem [d] abripi: [3] iis ſe in miſeriis, ſuamque fidem inplorantibus,
8 auxilio propter copiarum paucitatem [e] eſſe non poſſe. Milites [f] interim in opere exercere, [g] caſtra munire, turres, caſtella facere, moleſque jacere in mare non intermittere.

1 XXVII. Scipio interim [h] elephantos hoc modo [4] condocefacere inſtituit. II inſtruxit acies; unam funditorum contra elephantos, quae quaſi adverſariorum locum obtineret, & contra eorum frontem adverſam [5] lapillos

VARIAE LECTIONES.

a deeſt Lov. b vulgo *trucidarique*, & *principeſque*. c *dirimi* V. d *obripi* Pet. V. e *ſeſe* Lov. Dorv. *ſe eſſe* V. L. ſec. f *eum* Pet. g *atque caſtra m.* MSS. 6. & Edd. pp. *turreſque &c.* Edd. pp. & *caſt.* L. ſec. h Ita MSS. & Edd. Vett. plerique, non *elephantes*.

repraeſentarunt. Quin & *Cl. Clarkius* ita legi poſſe vidit, licet aliam ſit ipſe ſecutus rationem. DAVIS. *Cur. ſec.* Non opus eſſe deleri *atque*, patet ex ſupra dictis: licet & careat ea voce Dorvillii Cod. cum Ed. Vaſcoſ. & Gryph. poſt. ac Stradae. Reliqui Codices optimi quique ſervant.

1. OCULOS MENTEMQUE] MS. Reg. *mentem oculoſque*. CLARK. Ita etiam Voſſ. *mentem atque oculos* Edd. Rom. Ven. Mediol. Male. Eſt Syllepſis. Vide ad l. II. B. G. c. 7. *Vicis aedificiiſque, quos adire poterant.* Et Cel. Burm. ad Ovid. Met. IV, 177. & Sueton. Jul. c. 75. Ceterum *depoſitos* exaratur in Cujac. Petav. Scalig. & Lovan. nec non Marg. Ed. Gryph. Quod verbum non tantum *menti* convenit: nam notiſſimum illud Ciceronis in Philipp. dictum. *Ut in gremio minarum mentum mentemque deponeres.* Sed & *oculis*. Hor. l. I. O. 36, 17. *Omnes in Damalim putris deponent oculos.* *Animum vultumque componere* Plin. l. VII. Ep. I.

2. PECUS DIRIPI TRUCIDARIQUE] Placet, quod in MS. *Norv.* legere eſt, *pecus diripi*, homines *trucidari.* Poſtea ſane vulgaris ſortis homines non memoravit, ſed principes tantum, eorumque liberos. DAVIS. *Pecus diripi trucidarique*,) Daviſius, ex MS. Elienſi, reponendum exiſtimat; (*pecus diripi*, homines *trucidari.*) Nam infra, non vulgum, ſed principes tantum eorumque liberos memorari. Ingenioſe quidem: Faventque nonnihil MSS. Reg. & Voſſii; qui pro, *trucidarique*, habent plane, *trucidari.* Veruntamen Gloſſematis ſuſpicetur quis lectionem illam Elienſem; quia Victoris non erat vulgum, ſed principes ſolummodo, interficere. Quanquam utrumque interdum crudeliter factum: Ut utravis lectio ferri queat. CLARK. *Trucidari* ſine *que* legas etiam in Leidenſibus, & Dorv. & Edd. aliquot. Immo Petav. quoque exhibet *homines trucidari.* Verum arbitror omnino, eſſe Gloſſatoris, Scipio *trucidabat pecus*, ne uſui Caeſaris eſſe poſſet, ut bene obſervat doctiſſ. Waſſe ad Salluſt. p. 207. *Neu capti potius ſicuti pecora, trucidemini.* Cellarii Ed. & Index ridicule *trucidari oppida.* Delevi tamen τὸ *que*: ut & ſtatim *principes* reſcripſi cum Edd. Vaſc. & Stephani & MSS. plurimis pro *principeſque*.

3. IIS SE IN MISERIIS SUAMQUE FIDEM IMPLORANTIBUS,] Codices nonnulli, (*iis ſe* miſeris *ſuamque &c.*) Quae lectio nihilo inferior vulgata. CLARK. *In miſeriis* recepit Scaliger ex Urſ. Cod. quo cum faciunt Cujac. Petav. Scal. Voſſ. & Leidenſes. *In miſeros* & *implorantes* Lov. ac Dorv. *Miſeris* tantum Edd. Vett.

4. CONDOCEFACERE. MSS. plurimi *conducere.* In quibus legendum *condocere.* CLARK. *Conducere* habent meorum tres recentiores & Edd. Rom. Ven. ac Med. *Condocere* Lov. Adi quae dixi ad c. 19. *equoque uti frenato condocuerat.*

5. LAPILLOS MINUTOS MITTERET] Diminutionem addere diminuto amat noſter. Sic hujuſce libri cap. LIV. Parvulam *modo* cauſſulam *nactus Caeſar.* Et cap. LXIII. *Primum ipſe* navigiolum parvum (vel *parvulum*, ut eſt in aliis libris) *conſcendit.* Sic & optimi auctores, contra quam ſenſit *Laur. Valla* Eleg. l. I. c. V. *Caeſar* l. III. B. C. c. CIV. Naviculam parvulam *conſcendit cum paucis ſuis. Lucretius* l. VI. p. 750.

——*Cum plena anima veſicula parva.*

Cicero Tuſc. Quaeſt. l. III. c. I. Parvulos *nobis dedit* igniculos. *Apulejus* Met. l. IV. p. 96. *Nec juxta quidquam, quam* parva caſula *cannulis temere contecta.*

los minutos mitteret: deinde in [a] ordinem elephantos conſtituit: poſt il- 2
los autem ſuam aciem inſtruxit; ut, quum [b] ab adverſariis lapides mitti
coepiſſent, & elephanti perterriti ſe ad ſuos [c] convertiſſent, rurſus a ſua a-
cie, lapidibus miſſis, eos converterent [d] adverſus hoſtem; quod aegre tar-
deque fiebat: [1] rudes enim elephanti, multorum annorum doctrina, uſu- 3
que vetuſto vix edocti, tamen communi [e] periculo in aciem [f] producuntur.

XXVIII. Dum haec ad Ruſpinam ab utriſque ducibus adminiſtrantur, 1
C. [g] Virgilius, [h] Praetorius, qui [2] Thapſi oppido maritimo praeerat, quum
[i] animadvertiſſet, naves ſingulas cum exercitu Caeſaris, incertas locorum
atque caſtrorum ſuorum, vagari; occaſionem nactus, [k] navem, quam ibi
[l] habuit actuariam, [3] militibus complet & ſagittariis; [m] & eidem ſcaphas
de navibus adjungit; ac ſingulas naves Caeſarianas conſectari coepit. Et, 2
[4] quum plures adortus, pulſus fugatuſque inde diſceſſiſſet, nec tamen [n] de-
ſiſteret periclitari, forte incidit [o] in navem, in qua erant [5] duo [p] Titii Hi-
ſpani adoleſcentes, tribuni legionis v, quorum patrem Caeſar in ſenatum
legerat, & cum his [q] T. Salienus, centurio legionis ejuſdem, [6] qui M.
Meſ-

VARIAE LECTIONES.

a *Ordine eleph. inſtituit* L. pr. Lov. Dorv. b deeſt praepoſ. in Lov. Voſſ. c *recepiſſent* L. pr. d Sic MSS. plerique & Edd. Vaſc. Steph. non *adverſum.* e *proelio* L. pr. f *educ.* Dorv. g *Vergil.* MSS. & Edd. qdd. h Ita Cuj. Pet. Leid. pr. V. Urſ. Edd. R. M. V. Scalig. & ſeqq. alii male *Petronius* & vulgo *Thapſo.* i *animadverteret* L. pr. Sc. k *navim* Edd. Vett. l *habet* Dorv. m vulgo deeſt *&.* n *deſiſtere* Dorv. o abeſt Lov. p vulgo *Titi* & infra *Titus.* q Abeſt *T.* a V. Confer c. 54. *Sallienus* Pet. Sc. at V. Manut.

contecta. Et l. VI. pag. 116. *Tunc* formicula *illa* parvula *atque ruricola.* Ac iterum l. IX. p. 201. *Cum quodam paupere*, modicae caſulae *domino*, *vetus familiaritas.* Vide & *Sanctium* Min. l. I. c. X. DAVIS.

1. RUDES ENIM ELEPHANTI] Sic recte MS. *Norv.* At editt. *Rom. Ven. Beroald.* & omnes ad *Scaligerum* uſque perperam repraeſentarunt *audere enim elephanti*, ex qua lectione nullus exſurgit ſenſus. IDEM. Rudes *enim* —— *uſuque vetuſto vix edocti, tamen &c.*) Ita Scaliger & Recentiores. Quomodo & in MS. Elienſi repperit Daviſius. Codices autem plerique & Editt. Vett. (Audere *enim* —— *uſuque vetuſto; vix edocti tamen &c.*) Vel, *Audere enim* —— *uſuque vetuſto vix edocti; tamen &c.*) Sed longe praeſtat Scaligerana lectio. CLARK. *Rudes* confirmatur MSS. Cuj. Pet. Scalig. Leid. pr. & accedunt Lov. ac Dorvill. *audes.* Senſus Hirtii videtur eſſe hos elephantos *rudes* fuiſſe, & nuper captos; adeoque bene exercendos; cum etiam illi, qui doctrina multorum annorum ſunt edocti, tamen producantur in aciem ancipiti periculo: ut videatur deeſſe *quum* vel ſimile quid. Florus l. IV. c. 2. §. 67. *ſtrages a Juba coepit. Ejus elephanti bellorum rudes & nuper a ſilva* &c.

2. THAPSO] Optimi codices Pet. Scal. Leid. pr. Voſſ. *Thapſi.* Bene & Hirtii Stilo. Sic *oppidum Uzitae*, *oppidum Tiſdrae.* Vide Davis. ad c. 36, 87. *oppidum Paradae.* c. 91. *oppidum Zamae.* & confer ad l. III. B. G. c. 9.

3. COMPLET MILITIBUS ET SAGITTARIIS; EIDEM SCAPHAS DE NAVIBUS ADJUNGIT] Lege *militibus complet & ſagittariis & eidem ſcaphas.* &c. Sic certe dant *Petav. Norv. Lovan.* & *Urſ.* DAVIS. *Cur. ſec. Et* addunt MSS. mei omnes, quare inſerui. *eiſdem* dant Scalig. & Leid. pr.

4. QUUM PLURES ADORTUS, PULSUS FUGATUSQUE INDE DISCESSIT] *Pet. Lov.* & *Norv.* habent, *cum plures adortus* eſſet, *pulſus.* Legendum *quum plures adortus* eſſet & *pulſus fugatuſque inde diſceſſiſſet.* DAVIS. *Cur. ſec. Eſſet* poſt *adortus* exſtat in MSS. omnibus, & Edd. primis. Cod. Scal. *diſceſſit, ſed nec tamen.* Leid. pr. *diſceſſit. Sed cum nec ſic tamen.* Quare cum eo Codice lego *Et quum pl. ad. eſſet, pulſ. fug. inde diſceſſit, ſed quum nec* (vel *ne*) *ſic tamen deſ. periclitari.* Elegans eſt uſus vocum *ſic tamen*, uti *ſic quoque.* Adi Cel. Burm. ad Ovid. Epiſt. XX; 219.

Sic tamen & quaerat.

5. DUO TITI HISPANI] Lege *Titii*, prout exhibent *Petav.* & *Norv.* Ac paulo poſt eorundem fide *major Titius:* hoc enim *praenomen* eſt, illud *nomen*, ut res poſtulat. DAVIS. *Cur. ſec. Titii*
&

[a] Meſſallam legatum [b] obſederat Meſſanae, & ſeditioſiſſima oratione [c] a-
pud eum eſt uſus: [1] idemque [d] pecuniam, & ornamenta triumphi Caeſaris
3 retinenda & cuſtodienda [e] curaverat: & ob has cauſſas timebat ſibi. Hic
propter conſcientiam peccatorum ſuorum perſuaſit adoleſcentibus, ne re-
pugnarent, ſeſeque Virgilio transderent. Itaque deducti a Virgilio ad Sci-
4 pionem, cuſtodibus [f] transditi, & poſt diem III [g] ſunt interfecti. Qui
quum ducerentur ad [h] necem, petiſſe dicitur major Titius a centurionibus,
uti ſe priorem, quam fratrem, interficerent: idque ab eis facile inpetraſſe,
atque ita eſſe interfectos.

1 XXIX. Turmae interim equitum, [2] quae pro vallo in ſtationibus eſſe
ſolebant, ab utriſque ducibus, quotidie [i] minutis proeliis [3] inter ſe depu-
2 gnare non [k] intermittunt: nonnumquam etiam Germani, Gallique [l] La-
3 bieniani cum Caeſaris equitibus, fide data, inter ſe conloquebantur. La-
bienus interim cum parte equitatus Leptim oppidum, cui praeerat [4] Saſer-
na cum cohortibus III, obpugnare, ac [m] vi inrumpere conabatur: quod
[n] ab defenſoribus propter egregiam munitionem oppidi, & tormentorum
mul-

VARIAE LECTIONES.

a *Meſſalem* Sc. L. pr. b *obſiderat* L. ſec. V. c *ap. e.* deſunt Lov. d vulgo additur *&*. e *curarat* L.pr. V. Lov. f *ſunt tr.* L. pr. g deeſt L. pr. Lov. h *mortem* Pet. i Sic MSS. o. *mutuis* Edd. ante Urſ. praeter Beroald. V. c. 51. & Manut. vulgo etiam *pugnare.* k *intermitterent* L. pr. l *Labienani* MSS. plerique. m deeſt Pet. male. n *a* MSS. & Edd. qdd.

& *Titius* eſſe reſcribendum, jam margini quoque notaverat Lipſius. Idque ſecutus ſum.

6. QUI M. MESSALAM LEGATUM OBSEDERAT MESSANAE ET SEDITIOSISSIMA ORATIONE APUD EUM EST USUS, IDEMQUE ET PECUNIAM ET ORNAMENTA —— CUSTODIENDA CURAVERAT] Haec parum commode dicuntur. MSSti *Cujac. Petav.* & *Norv.* habent *apud eum uſus*; ac eorum poſtremus, & Lovan. *idemque pecuniam.* Reſcribo *qui M. Meſſalam legatum obſederat Meſſanae, ſeditioſiſſima oratione apud eum uſus*; itemque *pecuniam* &c. DAVIS. *Cur. ſec. Eſt* non comparet quoque in Leid. pr. nec Voſſ. quare recte puto, etiam *&* a Daviſio deletum eſſe poſt *Meſſanae.* Poſt *idemque* τὸ *&* delevi, jubentibus MSS. omnibus, quos ego inſpexi: nec enim opus eſt *idemque* mutare in *itemque.* In Edd. Elz. inveni *ideoque &*.

1. IDEMQUE ET PECUNIAM] MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii (*idemque pecuniam*) Nec quidem quidquam habet Emphaſis iſtud, *&*. CLARK.

2. QUAE PRO VALLO IN STATIONIBUS ESSE SOLEBANT, AB UTRISQUE DUCIBUS QUOTIDIE] Mutata diſtinctione, reſcribendum videtur *quae pro vallo in ſtationibus eſſe ſolebant ab utriſque ducibus, quotidie* &c. Niſi hanc interpunctionem recipiamus, σύνταξιν quidem commodam non video. DAVIS. Fallitur Daviſius. Nam in vulgata interpunctione & ſyntaxis & ſenſus eſt commodior [*quae pro vallo in ſtationibus eſſe ſolebant, ab utriſque ducibus* (ſubintell. *e caſtris emiſſae*) *quotidie — inter ſe pugnare.*] Vel, *ab utriſque ducibus* intelligi poteſt (ex utroque exercitu) ex *partibus utriuſque ducis.* CLARK. Ego *ab utriſque ducibus* inter duo commata poſui; perinde enim eſt, cui ſententiae jungas. Notat enim *a parte utrorumque ducum.* Adi omnino notata ad l. VI. c. 82. *Quae a Vercingetorige ad eruptionem praeparaverant:* & ad l. I. B. Civ. c. 1. *Litterae a Caeſare.*

3. INTER SE PUGNARE NON INTERM.] MSS. Scalig. Voſſ. Leidenſes, Lovan. Dorvill. *depugnare.* Recte. Non enim ſemper notat *ad finem uſque pugnare*, (de quo vide Celeb. Burm. ad Phaedr. Fab. 83.) Sed ſimpliciter pro *decertare, manus conſerere* adhibetur. Supra c. 7. *Non ut in campo cominus depugnent.* Caeſar B. Gall. l. VII. c. 28. *Ut ſi qua ex parte obviam contra veniretur, acie inſtructa depugnarent.* Infra c. 45. *Amplius XVI annis depugnavi.* Nepos Them. c. 4. *Ut in gratiis ad depugnandum omnes cogerentur.*

4. SASERNA CUM COHORTIBUS III.] Quia Hirtius c. IX. dixit, Saſernam Lepti praeſidio relictum eſſe cum cohortibus *VI*, putat Rhellicanus poſt *Saſerna*, diſtinctionem eſſe ponendam, & *cohortes has III* intelligendas eſſe de Labieni copiis: ſed male. nam praeterquam quod tum ſcribendum fuiſſet *& cum*, ut obſervat Glandorpius.
ſoli

multitudinem, facile & ſine periculo defendebatur. [a] Quod ubi ſaepius e- 4
jus equitatus facere non intermittebat; & quum forte ante [b] portam tur-
ma denſa [c] adſtitiſſet, ſcorpione adcuratius miſſo, atque eorum decurione
[d] percuſſo, [1] & ad Decumanam defixo, reliqui perterriti, fuga ſe in caſtra
recipiunt: quo facto poſtea ſunt deterriti oppidum tentare.

XXX. Scipio interim [e] fere quotidie [2] non longe [f] a ſuis caſtris paſſibus 1
[g] ccc inſtruere aciem, ac majore parte diei conſumta, rurſus [h] ſe in caſtra
recipere. Quod quum ſaepius fieret, neque ex Caeſaris caſtris quiſquam 2
prodiret, neque propius [i] ejus copias accederet; deſpecta patientia Cae-
ſaris, [3] exercituſque ejus, univerſis copiis productis, [k] elephantiſque tur-
ritis xxx ante aciem inſtructis, quam [l] latiſſime potuit porrecta equitum
peditumque multitudine, uno [m] tempore progreſſus, haud ita longe a
Caeſaris caſtris conſtitit in campo.

XXXI. Quibus rebus cognitis, Caeſar jubet milites, qui extra [n] muni- 1

VARIAE LECTIONES.

a *Quos* Lov. dein vulgo contra MSS. & Edd. alias *ejus f. eq. ſaep. ejus* abeſt a Dorv. *facile* L. ſec. *ſta-re* Lov. Dorv. b *portum* L. ſec. Edd. quaed. c *obſtitiſſet* L. pr. non male. d *perculſo* MSS. 3. e Exſulat L. pr. f *ab* Edd. qdd. recentes. g *CCCC* L. ſec. h deeſt L. pr. *recepit* L. ſec. i *ej. cop.* deſunt Pet. k *elephantibuſque* Dorv. l *miviſſime* Lov. m *temporis* Lov. n *munitionem minutatim modeſte* Lov. Dorv. L. ſec. ex inferioribus.

ſoli hic aderant equites. *Cohortes III* potuerunt interim a Caeſare alio abductae eſſe, ut quidam non male haec conciliant; vel poteſt error eſſe in numero hic vel illic. Certe hic Lov. Dorv. & Leid. ſec. habent *IIII.*

1. ET *** AD DECUMANAM DEFIXO] Ita *Scaliger* edidit, aliquid, ut opinor, deeſſe exiſtimans. In Codicibus tamen MSS. & antiquitus impreſſis nullum eſt lacunae indicium, adeo ut locum corruptum potius arbitrarer. MS. *Norv.* & *ab Decuma*; in duobus autem MSS. *Ciaccon.*, tribus Gallicanis ac editt. *Rom. Ven. Ber.* eſt & *ad terram defixo*, quae ſane commoda eſt lectio, &, ut mihi videtur, recipienda. DAVIS. *Ad terram* etiam exſtat in Leid. ſec. Dorv. Ed. Med. Vaſc. Marg. Idque recepit Clarkius. At mihi omnino Gloſſam ſeu interpretationem ſapit.. Rhellicanus exponit *ad decumanam* i. e, ſcutum ſuum ampliſſimum. Quia *Albeſia ſcuta* auctore Feſto *Decumana* adpellantur, quia ſunt ampliſſima. At tum ſaltem *Decumonum* fuiſſet ſcribendum. Sed quid eſt *Defigi ad ſcutum*? Petav. Cod. habet *a Decumana.* Lovan. *ad Decumam.* Leid. pr. Voſſ. *de Decuma.* Scalig. *a decima.* Vide num legi debeat & *ab equo humi* vel *humum defixo.* ſcriptum fuerat *ab eco umum* vel *umi.* *Humum* videtur etiam placuiſſe Lipſio: nam ea vox margini ipſius libri radlita eſt.

2. NON LONGE AB SUIS CASTRIS PASSIBUS CCC.] Mirum, Editorum neminem advertiſſe, ne Latine quidem hoc dictum. Equidem nullus dubito, quin ex Librariorum imperitia fluxerit illud (*non*;) omninoque legendum, (— *quotidie longe ab ſuis caſtris paſſibus CCC* &c.) Quae eſt locutio Caeſari atque Hirtio valde familiaris. Vide ſupra ad l. v. B. G. c. 47. & infra ad c. 80. ubi ſimilem errarunt Librarii errorem. CLARK. Lege *non* longius *ab ſuis caſtris paſſibus* ccc. Sic l. I. B. G. c. 22. *Ipſe ab hoſtium caſtris* non longius *mille & quingentis paſſibus abeſſet.*. *Hirtius* l. VIII. c. XX. *Quae* non longius *ab ea caede abeſſe plus minus decem millibus paſſuum dicebantur.* Et cap. XXXV. NON LONGIUS *ab oppido decem millibus paſſuum.* Idem mendum repetitur infra c. LXXX. DAVIS. *Cur. ſec.* Forſan *paſſibus CCC*, explicatio eſt clarior verborum *non longe.*

3. EXERCITUSQUE EJUS, UNIVERSIS COPIIS PRODUCTIS] MS. *Norv. exercituſque ejus Juba, univerſis copiis productis:* Editt. vero *Rom. Ven. Beroald. exercituſque ejus, Juba univerſis copiis productis*; ſic & optimus *Urſini* MS. mendoſe quidem; Juba enim ſe in regnum ſuum receperat, nec iterum ad Scipionem erat reverſus. Vide c. XXV. Mendum ex Gloſſemate eſt natum; infrunitus enim homo *Jubae* nomen, margini adſcripſerat, ut explicaret, de cujus exercitu loqueretur *Hirtius*; Librarii dein, haud minus imperiti, verbum illud in orationis contextum receperunt. DAVIS. *Juba* addunt Leidenſes, Cujac. Scalig. Lovan. Dorv. & Ed. Mediol. Sed *Jubae*

tiones proceſſerant, quique pabulandi, [a] aut lignandi, aut etiam muniendi gratia [1] vallem [b] petierant, quique ad eam rem opus erant, omnes intra munitiones minutatim modeſteque ſine tumultu [c] aut terrore ſe recipere, atque in opere conſiſtere: equitibus autem, qui in ſtatione fuerant, praecipit, ut uſque eo locum obtinerent, in quo paullo ante conſtitiſſent, donec ab hoſte miſſum telum ad ſe perveniret: quod ſi propius accederetur,
2 quam honeſtiſſime ſe intra munitiones reciperent. Alii quoque [d] equitatui edicit, uti [2] ſuo quiſque loco paratus armatuſque praeſto eſſet. [3] At haec non ipſe per ſe [e] coram, quum [4] de vallo [f] proſpecularetur, ſed [5] mirabili peri-

VARIAE LECTIONES.

a *Lignandique* Lov. Dorv. L. ſec. b vulgo *vallum p. quaeque ad eandem r.* c *e t.V.ac timore* Dorv. d *equitatu* Dorv. *dicit* L. ſec. Mox *quiſque ſuo* vulgo. e deeſt L. ſec. f vulgo *perſpec.*

Petav. Forſan excidit haec vox, & dein malo loco eſt poſita; legendumque, *Elephantiſque Jubae t.* c. enim 25. *Juba auxilia ſua ab Scipione abduxit, elephantiſque XXX relictis.* Verſus hic a verbo *accederet* uſque ad *copiis* deeſt in Voſſiano.

1. VALLUM PETIERANT,] MSS. Reg. Elienſ. & Urſini, (vallem *petierant.*) Si conjecturis indulgendum, reſcriberem equidem, (*vallum* EXIERANT.) Exibant enim, *pabulandi, lignandi, aut etiam* muniendi *gratia.* Quippe & Extra *vallum, ſtili caeci —— aditum adverſariis probibebant*, mox §. 5. Et *valli ipſius* pars etiam *Externa*, erat *firmanda.* De Latinitate; ſic alibi locutus eſt Caeſar. (*Munitiones noſtras egreſſi,*) l. III. c. 52. B. Civ. CLARK. Codices fere *vallem petierant*, quod mihi non placet. *Lovan.* dat, *quique ad ejus rei opus erant.* Lego *quaeque ad* eas res *opus erant:* nam milites non muniendi ſolum, ſed etiam pabulandi lignandique gratia, extra munitiones proceſſerant. DAVIS. *Cur. ſec.* Quid quaeſo eſt: *Pabulandi gratia vallum petere?* Abſurda haec videntur, niſi defendat quis eo, quod saepius ſoleant ſcriptores ultimis effatis verbum proprium addere, ſubpreſſo alio, quod prioribus magis conveniat. Adi notata ad ipſius Hirtii l. VIII. B. G. c. 5. At certe ita hic locus foret explicandus, ſi MSS. haberent *Vallum.* Verum ad unum omnes & Edd. Rom. Med. Venet. dant *vallem*: i. e. in vallem deſcenderant. Quod recepi. Sic B. Hiſp. c. 25. *tumulum petiſſent. Campus* enim inter utraque caſtra erat medius. Ut verum tamen fatear *vallem petere* non multum hic loci adridet; & non diſplicet conjectura Clarkii *vallum exierant. Exire* enim cum quarto caſu optimi quique jungere ſolent. *Exire valles, fores* &c. Ovidio. Adi Cel. Heinſ. & Burm. ad l. II. Metam. vſ. 517. ac Salmaſium ad Solinum locis multis. Deinceps vero pro *quaeque* exhibui *quique* auctoritate MSS. omnium & Edd. primarum, *milites*, qui exierant pabulandi, lignandique gratia, *quique* ad ea opus erant, ſcil. lixae, calones, *omnes* revocat. Praeterea *ad eam rem* ſcripſi e Petav. Scalig. Leid. pr. Voſſ. & Edd. Rom. Mediol. Ven. *ad ea* eſt in Leid. ſec. *ad ejus rei opus* praeter Lovanienſem, etiam Dorv. pro *eas res* forſan, ut conjecit Daviſius, vel *ejus m.* ſeu *ejusmodi res. In opere conſiſtere* eſt permanere, operando pergere. vide ad l. v. B. G. c. 36. *atque in eo conſtitit* vel *conſiſtit.*

2. SUO QUISQUE LOCO] Sic MS. Reg. paullo elegantiori verborum ordine. Al. *Quiſque ſuo loco.* CLARKE. *Suo quiſque loco* etiam MSS. mei & Edd. Vaſc. Gryph. poſt. Stephan. & Stradae. Rectius. Vide doctos viros ad Liv. l. III. c. 22. *ſuae cuique parti.*

3. AT HAEC] MSS. Voſſii melius *ac haec* &c. CLARK. Non perſuadet vir doctus. Reliqui MSS. & Editi rectius *at.* niſi quod in Edd. Vaſc. Gryph. Steph. Stradae *ad haec.*

4. DE VALLO PERSPECULARETUR] Scribe *proſpecularetur*, uti jubent *Petav. Norv.* & *Buſlid.* DAVIS. *Cur. ſec.* Sueton. Caeſ. c. 58. *Perſpeculatus locorum ſitus.* Nihilominus *proſpecularetur* edidi, confirmante id inſuper Voſſiano, Leid. primo, Scaligerano & Editionibus primis, Vaſc. Steph. Gryph. poſt. & Stradae. i. e. *proſpectaret.*

5. MIRABILI PERITUS SCIENTIA BELLANDI] Hac conſtructione offenſus *Joan. Glandorpius* reſcribit *mirabili* praeditus *ſcientia bellandi: Juſt.* autem *Lipſius* Elect. l. II. c. XXII. *mirabili* penitus *ſcientia bellandi.* Falſus eſt uterque, cum ſana ſit lectio vulgata, ut exemplis bene multis oſtendimus ad l. III. B. C. c. XCIII. DAVIS. Glandorpius & Lipſius vocem (*peritus*) ejiciunt. Imperite admodum: Ut erudite oſtendit Daviſius. Quodque hic reponit, *penitus*; ille, *praeditus*: utrumque multo minus eſt elegans. CLARK. Dele *cum ſana ſit* ad finem notae; pro quibus verbis repone: Iis quae notavit *J. Fr. Gronovius* ad *Agellii* IV, 8. haec addas licet. *Vitruvius* l. I.

peritus ſcientia bellandi, in praetorio ſedens, per ſpeculatores, & nuncios imperabat, quae fieri volebat: animadvertebat enim, quamquam ma- 3
gnis [a] eſſent copiis adverſarii freti, tamen ſaepe a ſe fugatis, pulſis, [b] perterritiſque & conceſſam vitam, & [1] ignota peccata. Quibus rebus num- 4
quam tanta ſubpeteret ex [c] ipſorum inertia conſcientiaque animi victoriae fiducia, ut caſtra ſua adoriri auderent. Praeterea ipſius nomen auctoritaſ- 5
que magna ex parte eorum exercitus minuebat audaciam: [d] tum egregiae munitiones caſtrorum, [e] & valli foſſarumque altitudo, [f] & extra vallum [2] ſtili caeci, mirabilem in modum conſiti, [g] vel ſine defenſoribus aditum adverſariis prohibebant: ſcorpionum, [h] catapultarum, ceterorumque te- 6
lorum, quae ad defendendum ſolent parari, magnam copiam habebat. [i] Atque haec propter exercitus ſui [3] praeſentis paucitatem & tirocinium praeparaverat; non hoſtium vi [k] & metu commotus, [4] patientem ſe timidumque hoſtium opinioni praebebat: neque idcirco copias, quamquam 7
erant paucae, tironumque, non [l] educebat in aciem, [m] quod victoriae ſuorum diffideret: ſed referre arbitrabatur, cujuſmodi victoria eſſet [n] futura: turpe enim ſibi exiſtimabat, [5] tot rebus geſtis, tantiſque exercitibus 8
de-

VARIAE LECTIONES.

a *Erant* Ed. R. V. M. V. ad praef. lib. VIII. b *territiſque* Edd. R. M. V. c *eorum* Edd. R. M. V. d *cum* Edd. R. M. V. *tamen* L. pr. *tam* L. ſec. e *atque* MSS. 3. deeſt τὸ & in Lov. bene. f abeſt Dorv. a m. pr. g *quae* Lov. Dorv. *ut* Edd. R. M. V. Flor. *probiberent* eaedem. h *& catap.* L. ſec. Edd. R. M. V. i *at boc* V. k *& m.* exſulant a L. pr. l *deduc.* L. pr. *duo* L. ſec. Edd. R. M. V. m *quia v. ſuae* Lov. Dorv. *confid.* V. n. *ventura* Lov.

c. 1. *Architectus, qui pluribus* artibus *debet eſſe* peritus. *Arnobius* l. II. p. 53. *Non quo illos negemus omni* genere *ſtudiorum & diſciplinarum* peritos. *Valerius Maximus* I, 1. *Ne Deae vetuſtis* ritibus perita *deeſſet antiſtes*; quem locum temere ſollicitant *Colerus*, *Rupertus* & alii. Sic Tertullianum *omni genere litterarum peritum* dixit *Lactantius* Div. Inſt. v, 1. DAVIS. *Cur. ſec.* Rectius ſocer meus in Valerii loco abſolute ſumit *perita antiſtes deeſſet ritibus*, probante etiam Cel. Burmanno ad Phaedri F. 23. *peritis inritos tendit dolos.* Adde Luc. l. VII, 203.

Si cuncta perito
Augure mens hominum coeli nova ſigna notaſſet.

Senec. de vita Beata c. 1. *Non ſine perito aliquo.* Adi etiam lib. 1. B. Civ. c. 85. *homines inperitos* &c. Cum ſexto caſu tamen aliquando jungi, nequaquam nego. Vide etiam Cl. Burm. ad Suet. Claud. c. 42.

1. IGNOTA PECCATA] Condonata. Sic apud *Terentium* Adelph. Act. III. Sc. IV, 28. Ignotum *eſt*, *tacitum eſt*, *creditum eſt*. Errat igitur Clar. *Dodwellus* qui Diff. de Jul. Celſo §. 8. hanc φράσιν parum latinam arbitratur. DAVIS. *Cur. ſec.*

2. STILI CAECI] Pali ſunt praeacuti, herbis, frondibus aut terra contecti, ne ab iis caverent hoſtes: *caecum* enim non ſolum pro oculis capto, ſed etiam pro *latente* ſeu non viſo uſurpatur. Vide *Nonium Marcellum* p. 475. editt. Plant. & *Juſt. Lipſium* Poliorc. l. II. Dial. II. pag. 519. DAVIS.

3. PRAESENTIS PAUCITATEM] Delenda eſt vox *praeſentis*, quam neſcit veterrimus *Lovan.* DAVIS. *Cur. ſec.* Non tanta eſt auctoritas Cod. Lovanienſis, ut refragantibus ceteris MSS. delere debeamus vocem *praeſentis*, quae ſuam hic habet ſignificationem & venerem.

4. PATIENTEM SE TIMIDUMQUE] Ita ex conjectura Ciacconii edidit Scaliger & Recentiores: cum in MSS. omnibus ſit & Edd. prioribus *ſapientem*. *Patientiam* ita dixit ſupra c. 30. & infra cap. 36. aliiſque in locis. Quare facile hanc lectionem fero. In Lov. deeſt *ſe*. Fuitne *ſapientem timidum ſe h. o.?* *ſapientem* etiam Celſus legit, qui habet *fingebat ſeſe pavidum praeterea & pavore ſapientiam amplecti*, *quaſi ſuis viribus diffidentem*.

5. TOT REBUS GESTIS, TANTISQUE EXERCITIBUS DEVICTIS, TOT TAM CLARIS VICTORIIS PARTIS] *Lovan.* omiſſa copula dat *tantis exercitibus*: *Norv.* autem *tot* tamque *claris*. Igitur ob orationis concinnitatem legas oportet, *tot rebus geſtis*.

devictis, tot tam claris victoriis partis, ab reliquis copiis adverſariorum
9 ſuorum, ex fuga conlectis, ſe cruentam adeptum exiſtimari victoriam. [a] Ita-
que conſtituerat gloriam exſultationemque eorum pati, donec ſibi vetera-
narum legionum pars aliqua in ſecundo commeatu occurriſſet.
1 XXXII. Scipio interim paulliſper, ut [b] ante dixi, in eo loco commora-
tus, ut quaſi deſpexiſſe Caeſarem videretur, paullatim reducit ſuas copias
in caſtra, &, [c] concione advocata, [1] de terrore ſuo, deſperationeque ex-
ercitus Caeſaris verba facit; & [d] cohortatus ſuos, victoriam propriam ſe
2 eis brevi daturum pollicetur. Caeſar jubet [e] milites rurſus ad opus redire,
[f] &, per cauſſam munitionum, tirones in labore defatigare non intermit-
3 tit. Interim [2] Numidae [g] Gaetuli diffugere quotidie ex caſtris Scipionis,
& partim in regnum ſe conferre, partim, quod ipſi, majoreſque eorum
beneficio C. Marii [h] uſi fuiſſent, [3] Caeſaremque ejus adfinem eſſe audie-
4 bant, in ejus caſtra perfugere catervatim non [i] intermittunt. Quorum ex
numero [4] electis hominibus, [k] inluſtrioribus Gaetulis, & litteris ad ſuos
ci-

VARIAE LECTIONES.

a *Ita* Edd. R. M. V. b *antea* MSS. 4. c *convocatione* Lov. d *cohortans* L. pr. e *militem* Edd. R. M. V. non male. f *ut* &c. *intermittat* L. ſec. *cauſſas* Lov. g vulgo *Getulique*. h deeſt Lov. i *intermittebant* L. ſec. Edd. R. M. V. k vulgo *illuſtriores Getulos litt.*

ſtis, tantis exercitibus devictis, tot tamque claris victoriis partis. DAVIS. *Cur. ſec.* Accedo Daviſii conjecturae: ſed MSS. mei nihil variant, niſi quod *partis* deſit Leid. primo, & in Voſſ. ſit *paratis*, ſolemni confuſione. *que* etiam non omittit Lovan. Sed Lipſius eſſe delendum cenſebat.

1. DE TERRORE SUO] De terrore, quem ipſe Caeſarianis incuſſerat. Sic infra cap. XLVIII. *A terrore Caeſaris liberaretur.* Et apud *Salluſtium* Fragm. p. 394. *Id bellum excitabat metus Pompeji*, pro eo quod eſt, metus, quem incuſſerat Pompejus. Vide etiam *Joan. Pricaeum* ad *Apuleji* Metam. l. II. p. 76. DAVIS. Adde quos laudat Cel. Burm. ad Phaedr. F. 8. l. II. *venatorum fugerent necem.*

2. NUMIDAE GETULIQUE DIFFUGERE] *Petav. Lovan.* & *Norv.* habent *interim Numidae Getuli diffugere.* ſed erant a Getulis Numidae diverſi. *Saluſtius* Jugurth. cap. XIX. *Caetera loca uſque ad Mauritaniam Numidae tenent —— ſuper Numidiam Getulos accepimus agitare.* Vide ſis & *Melam* I, 4. Lego *interim Getuli diffugere* deleta voce *Numidae*, quae videtur a Librariis addita: nam nulla fit in ſequentibus perfugarum Numidarum mentio, Getuloſque ſolos in hac hiſtoria memorat *Julius Celſus* p. 220. DAVIS. *Cur. ſec.* Copula etiam non comparet in MSS. Scal. Leid. pr. Voſſ. nec Dorv. Unde non inepte conjecit Daviſius *Numidae* e Gloſſa eſſe additum, quia ſic jungit auctor c. 61. Immo c. 35. *Gaetulos* ſe a Numidis equitibus impeditos fuiſſe, ajunt, quo minus ad Caeſarem confugerent. Aliquo modo explicari poſſet *Numidae Gaetuli* (ſic enim malo ſcribere cum auctoribus Graecis aliiſque; quamvis inſcriptiones varient) quod Gaetuli pertinuerint ad *Numidas* interiores; immo, ut Numidae, vaga multiplexque gens fuerit. Conſule Voſſ. ad Melam l I. cap. 4. unde paſſim *Numidis* ſolent jungi.

3. CAESAREMQUE EJUS AFFINEM ESSE AUDIEBANT] De hac re ſic *Jul. Celſus* p. 220. edit. Lond. *Getuli —— in caſtra Caeſaris perveniunt, eo maxime praetextu, quod & ipſi & parentes eorum Marii beneficiis obſtricti eſſent, cujus affinem Caeſarem opinarentur.* ID —— TAM PROCUL VERO ABERAT, *ut cum Caeſar nobiliſſimus Romanorum eſſet, Marius ruſticanae, & ne Romanae quidem fuiſſet originis.* At toto coelo errat bonus iſte vir; Marius enim Juliam, Caeſaris amitam, uxorem duxerat. *Plutarchus* in Mario p. 408. ὥστε καὶ γάμον γῆμαι λαμπρὸν οἰκίας ἐπιφανοῦς τῆς Καισάρων, Ἰουλίαν, ἧς ἦν ἀδελφιδοῦς Καῖσαρ. Ac in Caeſare p. 707. Αἰτία δὲ Καίσαρι τῆς πρὸς Σύλλαν ἀπεχθείας, ἡ πρὸς Μάριον οἰκειότης ἦν. Ἰουλίᾳ γὰρ, πατρὸς ἀδελφῇ Καίσαρος, ὁ πρεσβύτερος συνῴκει Μάριος, ἐξ ἧς ἐγεγόνει Μάριος ὁ νεώτερος. Vide & p. 709. DAVIS.

4. ELECTOS HOMINES,] Sic MS. Reg. & Edit. Rom. Elegantius, ut videtur, quam quod Scaliger & Recentiores ediderunt; (*electis hominibus.*) pro *c. cohortatus*, quamquam non mala haec

cives datis, cohortatus, [a] uti, manu facta, ſe ſuoſque defenderent, [b] & ne ſuis inimicis adverſariiſque dicto audientes eſſent, mittit.

XXXIII. Dum haec ad Ruſpinam fiunt, legati ex [1] Achilla, civitate li- 1
bera, [2] etiam undique ad Caeſarem veniunt; [3] ſeque paratos, quaecumque
imperaſſet, & libenti animo facturos pollicentur: tantum orare & pete- 2
re ab eo, ut [c] ſibi praeſidium daret, quo tutius id, & ſine periculo facere
poſſent: ſe & frumentum, & quaecumque res [d] eis ſubpeteret, communis
ſalutis gratia ſubminiſtraturos. Quibus rebus facile a Caeſare inpetratis, 3
[a] prae-

VARIAE LECTIONES.

a Sic L. pr. V. non *ut*. b deeſt MSS. 4. c *ſi* Sc. Lov. d *ei* Lov. Dorv. L. ſec. Ceterum hic nos deſtituit Codex Lovan.

haec Lectio; tamen melius hoc in loco convenire videtur, *cohortatum*. Sed Codices deſidero. CLARK. ELECTIS HOMINIBUS, *illuſtriores Getulos*] *Buſlid. Reg.* & editio Romana dant *electos homines, illuſtriores Getulos*, quod elegantius putavit Cl. *Clarkius*; quapropter eam recepit lectionem. Sed a parvi pretii Codicibus vir ille doctus in errorem eſt inductus. Nam *Pet.* & *Norv.* repraeſentant *electis hominibus illuſtrioribus Getulis* & *litteris ad ſuos cives datis*. Accedit fere *Lov.* qui dat *collectis hominibus illuſtrioribus Getulis & litteris ad* aſſuetos *cives datis*. Reſcripſerim, *quorum ex numero electis* omnibus illuſtrioribus Getulis, & *litteris ad ſuos cives datis, cohortatus* &c. Locutio plane ſimilis eſt infra cap. 36. DAVIS. *Cur. ſec. Electos homines* etiam Leid. ſec. & Edd. Med. Ven. Vaſcoſ. Gryph. poſt. Steph. & aliae. Sed bene hic Daviſius docet legendum eſſe *electis hominibus illuſtrioribus Getulis & litteris* &c. Sic enim diſerte exhibent etiam Leid. pr. Voſſ. & Dorvill. niſi quod *collectis* ille habeat quoque. *Getulos* vero, non *Getulis* eſt in MSS. praeter Petav. in quo bene *Getulis*. In Lov. *ad Getulos & litteris adſuetos c.* corrupte. Leid. ſec. *illuſtres Getulos* &c. *cohortatuſque*. Saepiſſime jam monui Ablativum iſtum abſolutum, ſubintellecto caſu verbi, a Caeſare & Hirtio adhiberi; & inprimis cum participio *cohortatus*. Adi ad l. VII. c. 4. *convocatis clientibus facile incendit*. Supra c. 18. *cohortibus circumitis cohortatus*: uti ex MSS. legenduin conjeci.

1. ACILLA] Leid. prim. & Voſſ. hic & infra *Achilla*, ut & MSS. Ciacconii. Quod repoſui, niſi verius ſit, ut puto, *Acholla*. Sic certe Graecis Straboni, Ptolemaeo, Stephano Byz. & aliis audit: atque ita Ciacconius & Berkelius legi voluerunt. Apud Livium quoque l. XXXIII. c. 48. edidit Gronovius *inter Achollam & Thapſum*. *Achollae* mentio, ſi quidem ſana eſt lectio, fit quoque in Mela lib. I. c. 7. Vide tamen Harduin. ad Plin. lib. V. c. 4. ubi *Acolitanum oppidum* dicitur, & *Aquillitanos* e vet. Inſcr. adducit.

2. ETIAM UNDIQUE] *Phil. Rubenius* Elect. l. II. c. IV. pro hiſce vocibus reponit *& immuni*, quae quidem audax, nec tamen neceſſaria eſt conjectura. MS. *Norv. & undique*: Codex *Urſ. & jam undique*, hoc eſt, omni parte. Optime, ut videtur. *Virgilius* Aen. II, 64.

Undique viſendi ſtudio Trojana juventus
Circumfuſa ruit. ——

Vide & Aen. VIII, 7. DAVIS. Pro nota iſta hanc repone: *Ex Acilla civitate libera, etiam undique ad Caeſarem veniunt*) *Urſini* Codex *& jam undique*: quod rectum videretur, ſi modo legati ad Caeſarem *ex omni parte* mitterentur. Cum vero haec ad ſolos Acillanos pertineant, omnino repoſuerim *ex Acilla civitate libera* & immuni (vel *libera immunique*) *ad Caeſarem veniunt*, quemadmodum conjecit *Phil. Rubenius* Elect. II, 4. Sic, quod obſervavit Vir ille doctus, Leptin *liberam civitatem & immunem* vocat noſter ſupra c. VII. *Cicero* in Verrem l. II. c. 68. *Quid? qui agros* immunes liberoſque *arant cur oderunt?* Pariter *immunes civitates ac liberas* dixit idem l. III. c. 6. IDEM. *Cur. ſec. Civ. veniunt libere etiam undique ad Caeſ.* MSS. Voſſ. Leid. ſecund. & Edd. Rom. Med. Ven. Nullus dubito, quin ſcripſerit Hirtius *civitate libera etiam, immunique*. *Etiam* ſcilicet non minus ac *Leptis*, *Ruſpina* &c. Plinius lib. V. c. 4. *Hic oppida libera Leptis, Adrumetum, Ruſpina, Thapſus* & mox. *Oppida libera* XXX, *ex quibus dicenda intus Acolitanum* &c.

3. SEQUE PARATOS QUAECUNQUE IMPERASSET, ET LIBENTI ANIMO FACTUROS POLLICENTUR] Haec male ſe habent; quod tamen ab interpretibus haud eſt animadverſum. Lege *ſeque parato*; *quaecunque imperaſſet, & libenti animo facturos pollicentur*. *Hirtius* B. G. VIII, 42. *Omnia* paratiſſimo *ſuſtinebant* animo. *Saluſtius* Catil. c. LXI. *Forti atque* parato animo *ſitis*. Vide ſis etiam *Ciceronem* pro Sextio c. XVI. & *Caeſarem* B. G. II, 21. DAVIS. *Cur. ſec.* Perperam MSS. omnes tamen *para-*

[a] praeſidioque dato, C. Meſſium, aedilitia functum poteſtate, Achillam
jubet proficiſci. Quibus rebus cognitis, Conſidius [b] Longus, qui Adrumeti
cum II legionibus & equitibus DCC praeerat, celeriter, [c] ibi parte praeſidii
4 relicta, cum IIX cohortibus ad [1] Achillam ire contendit. Meſſius, [d] cele-
rius itinere confecto, prior Achillam cum cohortibus pervenit. Conſidius
[e] interim, quum ad urbem cum copiis acceſſiſſet, & animadvertiſſet, prae-
ſidium Caeſaris ibi eſſe, non [f] auſus [2] periculum ſuorum facere, nulla re
5 geſta [g] pro multitudine hominum, rurſus Adrumetum [h] ſe recipit: deinde
paucis poſt diebus, equeſtribus copiis [i] ab Labieno adductis, [3] rurſus [k] A-
chillitanos, caſtris poſitis, obſidere coepit.

1 XXXIV. Per id tempus C. Salluſtius Criſpus, quem paucis ante diebus
2 miſſum [l] a Caeſare cum claſſe demonſtravimus, [m] Cercinam pervenit. Cu-
jus adventu [4] C. Decimius, quaeſtorius, qui ibi cum grandi familiae ſuae
praeſidio praeerat commeatui, parvulum navigium nactus conſcendit, [n] ac
3 ſe fugae commendat. Salluſtius interim praetor a [5] Cercinatibus receptus,
magno numero frumenti invento, naves onerarias, quarum ibi ſatis ma-
4 gna copia fuit, complet, atque in caſtra ad Caeſarem mittit. Allienus in-
terim

VARIAE LECTIONES.

a *Que* abeſt Dorv. b *Longinus* L. ſec. Edd. R. M, V. c deeſt L. pr. Mox vulgo *ad* exſulat. d *celeriter* Leidd. e abeſt Dorv. f vulgo *A. periculo ſuo rem f.* g *prae* Edd. R. M. V. h *ſe Adr.* MSS. & Edd. qdd. *ſe* abeſt L. pr. *recepit* MSS. 3. i ita MSS. meliores & Edd. pp. non *a.* k vulgo *Acillanos.* l deſunt Dorv. m Sic Cap. 8. non *Cercinnam.* V. *Pintian.* ad Mel. II, 7, 59. *Cerninam* Sc. Leidd. *Cereninam* Edd. pp. *Cernam* Dorv. n deſunt haec L. pr. *fuga* Dorv.

paratos ſervant. *Animo parati* recte dicerentur; ſed tum aliter haec verba ordinari debuiſſe videntur. Vide ad B. Alex. c. 45.

1. ACILLAM] Scal. & Dorv. *ad Acillam*, Leid. pr. & Voſſ. *ad Achillam.* Bene; uti idcirco repoſui. Quod ſexcenties in his commentariis occurrit. Vide ad l. I. B. G. 6. *ad Genevam pervenit.*

2. PERICULO SUO REM FACERE] Urſini Codex, ipſo probante, *periculo ſuorum rem f.* At MSS. Leid. pr. Scalig. Dorv. *periculum ſuorum facere.* Veriſſime. Non auſus experiri, quid ſui valerent, & an ſatis fidi ſibi eſſent, vel Caeſarianis ſuperiores, eoſque oppido dejicere poſſent. *Facere periculum* optimo cuivis in uſu eſſe, notiſſimum eſt. Ipſe Hirt. l. VIII. c. 34. *Qui fortunae illius periculum fecerat*; & infra c. 79. *legionumque periculum facerent.* Lipſius orae codicis ſui adleverat *periculi ſui rem f.*

3. RURSUS ACILLANOS] Ita primum comparet in Edd. Scaligeri, forſan typothetarum errore. Sequentes tamen Editores fideliter ſecuti ſunt: cum MSS. omnes & Edd. priores dant *Acillitanos* vel *Achillitanos*, ut cum Leid. pr. repoſui. Plinio enim *Acolitanum oppidum*; & *Aquillitani* apud Gruterum. Porro deſinit hic etiam vetuſta manus Codicis Voſſiani. Cetera tam recenti manu adtexta erant, ut ejus rationem haberi, operae pretium non duxerim.

4. C. DECIMIUS QUAESTORIUS] MS. Reg. & Voſſii & Edit. Rom. *Quaeſtorius vir.* CLARK. Etiam in Leid. ſec. forſan quoque aliis adeſt *Vir*, ut & Edd. omnibus ante Urſinum, qui e ſuo Codice *Vir* docuit delendum. ſic ſupra *C. Virgilius Praetorius.* Paullo poſt & c. 85. *Tullius Rufus Quaeſtorius.* Male igitur Cellarius rurſus addidit *Vir.* Ceterum *Decumius Quaeſtor* eſt in Leid. pr. In nonnullis *decimus.* In Edd. Vaſcoſ. Aldi, Gryph. Steph. Plant. & aliis *Decius.* Sed etiam Pet. *Decimius.* Quae gens nota eſt; unde *Decimius Saxa.* Paullo poſt in Leid. pr. non male ſcribi videtur *cum grandi familia praeſidio praeerat*: ut *praeſidio* ſit dativus. Nil muta tamen in voce *familiae. Cum praeſidio praeeſſe* & ſimilia non raro Hirtius uſurpat. Adi ad l. VIII. c. 2. *Ipſe cum equitatus praeſidio.*

5. CERCINNATIBUS] *Cercinatibus* Leidenſ. ſec. Dorv. & Edd. Rom. Mediol. *Cereninatibus* Ed. Ven. At Scalig. & Leid. pr. *Ceronitanis.* Petav. *Cercinnitanis.* Quam veram eſſe puto lectionem a *Cercinna* ſive *Cercina* minor inſula dicta eſt *Cercinitis* apud Plinium, Strabonem, & alios. Sic & ſupra ab *Achilla*, *Achillitani*; ab *Ilica Ilicitani.*

I. LE-

terim proconſul [1] e Lilybaeo in naves onerarias inponit legiones XIII, &
XIV, [a] & equites Gallos DCCC; funditorum ſagittariorumque mile, ac ſecun-
dum commeatum in Africam mittit ad Caeſarem: quae naves, ventum ſe-
cundum nactae, IV die in portum ad Ruſpinam, ubi Caeſar caſtra habue-
rat, incolumes pervenerunt. Ita Caeſar duplici laetitia ac voluptate uno 5
tempore auctus, [2] frumento auxiliiſque; tandem, ſuis exhilaratis, [b] an-
nonaque levata, ſollicitudinem deponit; legiones, equiteſque ex navibus
[c] egreſſos jubet ex languore nauſeaque reficere; dimiſſos in caſtella, mu-
nitioneſque diſponit.

XXXV. Quibus rebus Scipio, [3] quique cum eo [d] erant comites, mira- 1
ri, & requirere: [e] C. Caeſarem, qui ultro conſueſſet bellum inferre, ac
laceſſere proelio, ſubito commutatum [f] non ſine magno conſilio ſuſpica-
bantur. [g] Itaque ex ejus patientia in magnum timorem conjecti, ex Gae- 2
tulis duos, quos arbitrabantur ſuis rebus amiciſſimos, magnis praemiis
pollicitationibuſque propoſitis, [h] pro perfugis, ſpeculandi gratia, in Cae-
ſaris caſtra mittunt: qui [i] ſimul ad eum ſunt deducti, petierunt, ut ſibi 3
lice-

VARIAE LECTIONES.

a Abeſt & a L. pr. b vulgo *annonaeque l. ſollicitudine.* c *egreſſis* Sc. *egreſſus* Edd. qdd. d vulgo *eſſent.* e V. ad l. I. B. Civ. c. I. f *illud non* L. ſec. Edd. R. M. V. g *ita* eaedem. h *ſpecie fugae* L. pr. i *ſimulatque* Edd. Vaſc. Gr. poſt. Steph. Str. male.

1. E LILYBAEO] Non agnoſcit praepoſitionem Leid. primus. Vide ad lib. VII. c. 32. *Avarico commoratus.*

2. FRUMENTO AUXILIISQUE, TANDEM SUIS EXHILARATIS, ANNONAEQUE LEVATA SOLLICITUDINE, DEPONIT LEGIONES; EQUITESQUE EX NAVIBUS &c.] Editt. *Rom. Ven. Ber.* exhibent *frumento auxiliiſque tandem ſuis exhilaratis* animo atque *levata ſollicitudine:* MS. *Urſ. frumento auxiliiſque tandem ſuis hilaratus, annonaeque levata ſollicitudine:* At in Cod. *Norvic.* legitur *frumento auxiliiſque tandem ſuis hilaratus, annonaeque levatae ſollicitudinem deponit: legiones equiteſque ex navibus* &c. Unde minima mutatione, eaque, ut videtur, ad ſenſum neceſſaria, reſcribo *frumento auxiliiſque, tandem ſuis hilaratis*, vel *exhilaratis, annonaque levata, ſollicitudinem deponit: legiones equiteſque ex navibus* &c. DAVIS. *Suis exhilaratis*, annonaque *levata*, ſollicitudinem *deponit; legiones equiteſque &c.*) Ita ex MS. Elienſi, unica ſolum mutata literula, (ſcriptum enim fuerat *annonaeque*,) optime reſtituit Daviſius. Scaliger & Recentiores ediderant; (*ſuis exhilaratis*, annonaeque *levata* ſollicitudine, *deponit legiones; equiteſque &c.*, In aliis MSS. & Editt. Vett. fuerat (*ſuis exhilaratis* animo atque *levata* ſollicitudine, *legiones deponit; equiteſque* &c. CLARKE. Ex Urſini Codice ſuam lectionem effinxit Scaliger. *Exhilaratus* etiam Leid. ſec. *hilaratus* Dorv. Sed *hilaratis* Scalig. & Leid. pr. Quod tam rectum eſt, quam *exhilaratis*. Dein pro *annonaeque* in Leid. ſec. eſt *animo atque*; in Dorv. tantum *animo*, in Leid. pr. *animum*. In Scalig. *ami. eumque*. In Cujaciano *animorumque*. In Petav. vero *annonaeque*. Unde patet optime Daviſium correxiſſe, *annonaque levata, ſollicitudinem dep.* Quid enim, quaeſo, eſt *deponere legiones*? At *deponere ſollicitudinem, curam*, tritum & obvium ubivis. *Levare annonam* optima eſt locutio. Livius lib. IV. cap. 12. *Annonae levatae gloriam tulit.* Ibid. *quam annonam levaret*, nec non cap. 13. ac lib. XXVI. c. 40. *Urbis Romae atque Italiae annonam levaret.*

3. QUIQUE CUM EO ESSENT COMITES, MIRARI ET REQUIRERE] Vulgatam ſane lectionem, quam exhibet MS. *Norv.* non prorſus reſpuo. Teſtor tamen editt. *Rom. Ven. Beroald.* repraeſentare & *qui cum eo eſſent*, commirari & *requirere*, quo fere modo ex vet. Codd. reſcribendum cenſuit *Phil. Rubenius* Elect. l. I. c. X. DAVIS. *Comites mirari.* Sic Scaliger & Recentiores. Editt. Vett. (quique cum *eo eſſent commirari* &c. Quae lectio nihilo videtur inferior. CLARK. Errat Clarkius. Poſt Beroaldum omnes ediderunt, ut Scaliger & ceteri habent. Sed Ed. Rom. Med. Ven. & MS. Dorvill. *& qui cum eo erant commirari. Erant* eſt quoque in Leid. pr. Quod ideo reſtitui. Pro *comites* in Leid. ſec. legas *omnes*. *Commirari* prae-

4 liceret ſine periculo [a] verba proloqui. Poteſtate facta, *Saepenumero*, inquiunt, *Imperator, complures Gaetuli, qui ſumus clientes C. Marii, & propemodum omnes cives Romani, qui ſunt in legione* [b] IV, & VI, *ad te voluimus, in* [c] *tuaque praeſidia confugere; ſed cuſtodiis equitum Numida-*
5 *rum,* [d] *quo id ſine periculo minus faceremus, inpediebamur. Nunc data facultate, pro ſpeculatoribus miſſi* [e] *ab Scipione, ad te cupidiſſime venimus, ut perſpiceremus,* [f] *num quae foſſae, aut inſidiae elephantis ante caſtra portaſque valli factae eſſent; ſimulque conſilia veſtra contra eaſdem beſtias,* [g] *comparationemque pugnae cognoſceremus, atque* [h] *ei renun-*
6 *ciaremus.* Qui conlaudati a Caeſare, ſtipendioque donati, ad reliquos perfugas deducuntur, [1] quorum orationem celeriter veritas comprobavit: namque poſtero die ex legionibus iis, quas Getuli [i] nominaverunt, milites legionarii complures [k] ab Scipione in caſtra Caeſaris [l] perfugerunt.

1 XXXVI. Dum haec ad Ruſpinam geruntur, M. Cato, qui Uticae praeerat, dilectus quotidie libertinorum, Afrorum, ſervorum denique, & [m] cujuſquemodi generis hominum, qui modo per aetatem arma ferre [n] poterant, habere, atque [2] ſub manum Scipionis, in caſtra ſubmittere, non
2 intermittit. Legati interim [3] ex oppido [o] Tiſdrae, [4] in quo tritici [5] modiûm

VARIAE LECTIONES.

a *Vera* Edd. eaedem. *verba ſine per.* Pet. L. pr. b *III* L. pr. *IV & VII* L. ſec. c *que* abeſt L. pr. non male. d *quod* L. pr. e Ita L. pr. f Abeſt L. ſec. Edd. R. M. V. g *praepar.* Dorv. h *eis* L. ſec. Dorv. Edd. R. M. *bis* L. pr. i *nominarunt* Leidd. Dorv. *nominaverant* Edd. qdd. k ita L. pr. Dorv. l *profug.* L. pr. Dorv. Edd. R. M. V. ſed V. ad l. v. 45. m *cujuſcumque* L. ſec. ſed V. ad c. 19. n *poſſent* L. pr. Reg. bene. *bab. atque* deſunt Dorv. *atque* exſulat a L. ſec. o vulgo *Tiſdro.*

ſero cum Rubenio; quia hoc Comicum magis: quod ſcribendi genus perquam ſaepe ſectatur Hirtius. Sic mox *verba proloqui*: ut apud Terent. And. I, 5. 21. *ullum me verbum potuiſſe proloqui.* Vide & Phorm. V, 6, 21. Infra c. 57. *Scipio quique cum eo erant.*

1. QUORUM ORATIONEM CELERITER VERITAS COMPROBAVIT] Mira ſane loquendi ratio, ſi modo ſic ſcripſit *Hirtius.* Sed eum reliquiſſe puto, *quorum orationem* EXITUS *celeriter comprobavit.* Eam certe vocem in hac hiſtoria adhibet *Celſus* p. 221. DAVIS. *Cur. ſec.* Non video, cur magis mira ſit haec locutio *veritas comprobavit orationem* i. e. oratio vera fuit, quam lib. V. de Bell. Gallico c. 58. *Comprobat hominis conſilium fortuna* i. conſilium ejus felix fuit, & ſucceſſum habuit.

2. SUB MANUM SCIPIONIS IN C. SUBM.] In Leid. pr. *ſummam manum.* At Leid. ſec. & Edd. primae *ſub manu.* Quod perinde eſſe videtur, dum modo intelligas pro *ſimulac eos habebat, identidem eum ſubmiſiſſe* in caſtra Scipionis ſive *Scipioni*: quod praefero cum Edd. Vaſc. Stephan. Gryph. poſt. & aliis. De locutione *ſub manu* vel *manum* adi Cel. Burm. ad Sueton. Aug. c. 49. *Quo celerius ac ſub manum adnunciari poſſet.*

3. EX OPPIDO TISDRO] In omnibus eſt *ex oppido Tiſdrae*, ac ita legendum cenſeo. Sic noſter infra c. LVIII. *Oppidum Uzitae. Virgilius* Aen. III, 283. *Buthroti urbem.* & *Sulpicius Severus* Hiſt. Sacr. l. I. c. XLIII, 4. *Sareptae oppidum* dixerunt. DAVIS. Al. *Tiſdro* vel potius *Tiſdra.* CLARK. Licet enim hoc oppidum *Tyſdrum* vocet *Capitolinus* in Maximinis c. XIV. & in *Gordianis* c. 7, 8. Noſter tamen id *Tiſdram* nominat. Vide c. 67, 68. DAVIS. *Cur. ſec.* *Thiſdre* vel *Thiſdore* habent etiam mei omnes & Edd. pp. Gryph. Vaſc. Steph. aliaeque pro *Tiſdrae*; ut etiam c. 93. ſupra c. 28. *Thapſi oppidum.* ubi vide. Adde Cell. ad c. 58.

4. IN QUO TRITICI MODIUM MILLIA CCC COMPORTATA FUERANT] Hoc eſt; *in quo* repoſita erant —— quae *comportata fuerant.* Vide quae ſupra de hujuſmodi conſtructione ad lib. IV. c. 12. Male enim Goduinus & Cellarius legunt *in* quod &c. CLARK. *Petav. Norv.* & tres MSSti *Goduino* memorati dant *in quod.* Sic paulo poſt, *In* quod *Juba* —— *frumentum* —— *comportaverat.* Licet igitur ferri queat recepta lectio, ſi cunctis ab exemplaribus firmaretur; nullo tamen modo contra meliorum fidem videtur defen-

diûm milia ccc [a] comportata fuerant a negotiatoribus Italicis aratoribuſque, ad Caeſarem [b] venere; quantaque copia frumenti apud ſe ſit, docent; ſimulque orant, ut ſibi praeſidium mittat; quo facilius & frumentum, & [1] copiae ſuae conſerventur. Quibus Caeſar in praeſentia gratias 3
agit, praeſidiumque brevi tempore [2] ſe miſſurum dixit; [c] cohortatuſque ad ſuos cives jubet proficiſci. P. Sitius interim cum copiis Numidiae fines in- 4
greſſus, [3] caſtellum [d], [4] in monte loco munito locatum, [5] in quod Juba [e] belli gerendi gratia & frumentum, & res ceteras, quae ad bellum uſui ſolent eſſe, comportaverat, [6] vi expugnando, eſt potitus.

VARIAE LECTIONES. XXXVII.

a *Comportati* L. pr. a m. ſec. *fuerunt* L. ſec. b *venire* Pet. non male. Vide ad c. 25. Paullo ante *It oratores ad C.* L. ſec. Edd. R. M. c *cohortatoſque* Dorv. *cives* abeſt a L. pr. d *caſtello in montis l. m. locato* vulgo. e *belligerandi* L. pr. ut alibi pro *b. gerundi.* V. ad l. VIII. in f.

fendenda. DAVIS. *Cur. ſec. In quo* hic MSS. mei & Edd. omnes, at ſtatim *in quod.*

5. MODIUM MILIA] MSS. & Editt. Vett. (*modia millia CCC.*) Quod Latinum non eſt. *Millia* enim non poteſt eſſe adjectivum. Niſi forte ſubintelligatur *ad* (vix) *modia* ad *millia CCC.* Quomodo nonnumquam loqui videntur boni auctores. CLARKE. *Modia*, quod eſt in Leid. ſec. Dorv. immo & Petav., niſi fallunt excerpta, & Edd. omnibus ante Scalig., proſcripſit etiam Glandorpius, ut & Cellarius, non quod *modia* in neutro Latine non dicatur, ſed quod *modia millia* jungi non poſſint. At fallitur vir doctus. Vel enim eſt appoſitio, vel ſubintelligitur *ad.* l. II. B. Civ. c. 18. *tritici modios CXII milia pollicetur*, ut eſt in MSS. omnibus. Plura vide ad l. III, 4. *Sagittarios III milia, equites VII milia. Modiûm* hic tamen nolui rurſus inmutare, quia ſic inveni in Scalig. & Leidenſi primo. *Mille* Edd. Steph. & Gryph. poſt.

1. COPIAE SUAE CONSERVENTUR] Commeatus, cibaria. *Caeſar* l. IV. B. G. c. IV. *Reliquam partem hiemis ſe eorum* copiis *aluerunt. Vellejus Paterculus* l. II. c. CXI. *Inopſque* copiarum *& intra ſe furens, viribus hoſtis elangueſceret.* Vide & *Juſtinum* l. XXXVIII. c. X, 8. DAVIS. Vide plura ad l. I. B. Gall. c. 31.

2. SE MISSURUM DIXIT] Lege *dicit;* nam verbum praeſentis temporis & antecedit & ſequitur. DAVIS. *Cur. ſec.* At contra in Leid. prim. eſt *egit. Dicit* jam exſtat in Edd. Elzevirii. Saepiſſime monui tempora haec paſſim varie jungi.

3. CASTELLO IN MONTIS LOCO MUNITO LOCATO —— EST POTITUS] Editt. Vett. *caſtello in montes loco* &c. MS. autem *Norv. caſtellum in montes loco munito locatum* —— *potitus eſt*, unde proculdubio reſcribendum *caſtellum in montis loco munito locatum* —— *potitus eſt*: non raro enim apud optimos auctores quartus caſus huic verbo adjungitur, & falſus eſt *Servius*, qui ad *Virgilii* Aen. III, 278. negavit nos accuſativo caſu hic uti poſſe. *Lucretius* lib. III. pag. 406. edit. Wechel.

Sceptra potitus, *eadem aliis ſopitu' quiete.*

Terentius Adelph. V. Sc. IV, 17. *Ille alter ſine labore* patria potitur commoda. Ubi *Donatus*, *accuſativo*, inquit, *caſu extulit, quod nos ablativo dicimus* —— *Accius in Clytemnaeſtra*, Feras potiuntur plagas. *Corn. Nepos* Eumen. c. III. *Semper habiti ſunt fortiſſimi, qui* ſummam *imperii* potirentur. *Juſtinus* l. IX. c. VII, 12. *Spectaculoque pendentis*, ultionem potita *eſt.* Vide & l. XXXVII. cap. I, 4. DAVIS. Vulgata tamen lectio, quod moveatur nihil eſt. CLARK. At duriſſime hic tot ablativi junguntur, quare omnino reſcripſi *caſtellum locatum*, quae lectio confirmatur ab integerrimis Codicibus Petaviano & Leid. primo. Sic c. 68. *Oppidum potitur* MSS. meliores. Plaut. Amphitr. I, I, 32. *domum potiri.* Et ſaepiſſime. Adi, quae congeſſit A. V. Staveren ad Nepot. Eum. c. 3. §. 4. & Davis. infra ad c. 87. *Caſtra potitus eſt.* B. Hiſp. c. 13.

4. IN MONTE LOCO MUNITO] Sic reſtitui ex MS. Regio. MSS. alii & Edd. Vett. habent corrupte (*in* montes *loco munito.*) Unde Scaliger & Recentiores in montis *loco munito.* Sed elegantior eſt lectio ea, quam ex MS. Regio repoſui. CLARK. *Montis* jam ediderunt Aldus, Vaſcoſ. Gryph. Steph. & exſtat in Leid. pr. Scalig. ſed *montes* etiam Petav. Dorvill. & Leid. ſec. cum Edd. primis. Quare etiam praetuli *monte.*

5. IN QUOD JUBA] MS. Reg. *In* quo *Juba comportaverat.* Quae verior eſt lectio. Sic enim ſupra. *In* quo *comportata fuerant.* Vide quae ad iſtum locum & ſuperius ad l. IV. c. 12. annotavi. CLARKE.

6. VI EXPUGNANDO] Ciaccon. emendat *vi & pugnando* e Plauti Mil. Glor. & ita ille alibi. pu-

1 XXXVII. Caeſar, poſtquam legionibus veteranis II, equitatu levique
armatura copias ſuas ex ſecundo commeatu auxerat, naves VI onerarias
ſtatim jubet Lilybaeum ad reliquum exercitum tranſportandum proficiſci:
ipſe VI Kal. Febr. circiter vigilia prima imperat, ſpeculatores adparitoreſ-
2 que omnes ut ſibi praeſto eſſent. Itaque, omnibus inſciis, neque ſuſpican-
tibus, vigilia tertia jubet omnes legiones [a] ex caſtris educi, atque ſe con-
ſequi ad oppidum Ruſpinam verſus, in quo ipſe praeſidium habuit, & quod
3 primum ad amicitiam ejus acceſſit: inde parvulam [b] proclivitatem digreſ-
ſus, ſiniſtra parte campi, [1] propter mare legiones [c] ducit. Hic campus mi-
rabili planitie patet milia paſſuum [d] XV: quem jugum [2] ingens a mari or-
4 tum, neque ita [e] praealtum, velut theatri efficit ſpeciem. In hoc jugo col-
les ſunt excelſi pauci; in quibus ſingulae turres ſpeculaeque ſingulae [f] per-
veteres erant conlocatae: [g] quarum apud ultimam praeſidium & ſtatio
fuit Scipionis.

1 XXXVIII. [h] Poſtquam Caeſar ad jugum, de quo docui, adſcendit; [3] at-
que in unumquemque collem [i] turres caſtellaque facere coepit; atque [k] ea
mi-

VARIAE LECTIONES.

a *Extra caſtra* Pet. L. ſec. Ed. Ber. *a c.* Dorv. Edd. R. M. V. *ſeſe* L. pr. b *decl.* L. ſec. Edd. Vaſc. Steph. aliaeque. c *educit* L. ſec. Edd. ante Urſ. d *XII* Scal. L. pr. *quod* Dorv. L. ſec. e *praelatum* Edd. R. M. V. f *praev.* Dorv. Edd. R. M. V. g *quas ap. ultimum* Dorv. *apud quos ultimum* L. ſec. Reg. Edd. R. M. Ber. ſed V. Cap. ſeq. *quare* L. pr. h *poſt* L. pr. Sc. Dorv. i *turrem* Pet. L. pr. k *ea* Sc. L. pr. *eas* Dorv. *efficit* vulgo. *&* dein exſulat a L. pr. Sc.

pugnando capere frequens eſt. Adi Cort. ad Sall. B. Cat. 7 & ſupra c. 25. ſed *vi oppugnando cepi Vatinius* apud Cic. V. Ep. 10. *Vi inrumpere* c. 29. ſupra. Paſſim Liv. & alii, *vi capere, obpugnare* l. I, 17. Immo l. IV, 57. *Caſtellum vi expugnatum.*

1. PROPTER MARE LEGIONES DUCIT] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* exhibent *prope mare legiones educit:* ſed eſt gloſſema, nam *propter mare* idem valet ac *prope mare. Virgilius* Eclog. VIII, 87.

Propter aquae rivum viridi procumbit in ulva.

Et Georg. III, 13.

—— *Templum de marmore ponam*
Propter aquam.

Juſtinus l. XII. c. IX, 9. *Trunco ſe, qui* propter murum *ſtabat, applicuit.* Vide & *Donatum* ad *Terentii* Adelph. Act. IV. Sc. II, 37. & Nonium Marcellum p. 396. DAVIS. *Prope* etiam legas in MS. Dorvill. & Ed. Med. perperam. Adi ad l. I. B. G. c. 22. *propter hoſtium caſtra.* & paſſim Apulejus. ſed ſaepe apud illum quoque abiit in *prope.*

2. INGENS] In longitudinem CLARK.

3. ATQUE IN UNUMQUEMQUE COLLEM] Prima vox hoc in loco non eſt particula copulans, ſed idem ſonat ac *ſtatim. Plautus* Bacchid. Act. II. Sc. III, 45. *Dum circumſpecto, atque ego lembum conſpicor. Nonius Marcellus* p. 554. Atque *particula* —— *ſignificat etiam* celeriter & ſtatim, *ut Virgilius Georg.* I, 203.

—— *Si brachia forte remiſit,*
Atque *illum in praeceps prono rapit alveus amni.*

Haec ille mutuo ſumſit ex *A. Gellii* Noct. Attic. l. X. c. XXIX. DAVIS. *Poſtquam* —— *adſcendit;* atque *in unumquemque collem turres* —— *facere coepit; &c.*) Adnotat Daviſius, vocem (*atque*) hoc in loco non eſſe particulam copulantem, ſed idem ſonare ac (*ſtatim;*) antique videlicet, ac more quodam Poëtico. Sed perperam admodum hoc finxit in Auctore tam perſpicuo, quam eſt Hirtius. Cum enim ea vox in MS. Voſſii deſit; facile fieri potuit, ut Librariorum incuria huc ex linea ſequente irrepſerit; atque adeo, illa deleta, legi debeat, (*Poſtquam* —— *adſcendit; in unumquemque collem turres* —— *facere coepit; &c.*) Multo hoc melius, quam quod conjecit Goduinus; nempe interſtinguendum iſto modo: (*Poſtquam ad jugum* —— *adſcendit, atque in unumquemque collem; turres* —— *facere coepit; &c.*) Multoque utrumvis melius, quam quod commentus eſt Daviſius. Verum, ut quod res eſt dicam, nulla omnino hic opus eſt medela. Nam & vox illa (*atque*) ſatis eſt ſana, & uſitato etiam ſignificatu ſuo particula eſt copulans, ſententiamque (ne interpunctione quidem mutata) perſpicuam efficit. Etenim, (quod viros hoſce doctos fugerat,) periodi ἀπόδοσις non hoc in loco inchoatur; ſed, συνεχεῖ continuata uſque ad vo-
cem

minus ſemihora [1] effecit; & poſtquam non ita longe ab ultimo colle, tur- 2
rique fuit, quae proxima fuit caſtris adverſariorum, in qua docui eſſe prae-
ſidium, ſtationemque Numidarum; [a] paullisper commoratus, [b] perſpecta-
que natura loci, equitatu in ſtatione diſpoſito, legionibus opus adtribuit;
brachiumque medio jugo ab eo loco, ad quem pervenerat, uſque ad eum, 3
unde egreſſus erat, [c] jubet dirigi ac muniri. Quod poſtquam Scipio La- 4
bienuſque [d] animadverterunt, equitatu omni ex caſtris educto, acieque
equeſtri inſtructa, a ſuis munitionibus circiter [e] paſſus mile progrediuntur,
[2] pedeſtremque copiam in ſecunda acie minus [f] paſſus CD a caſtris ſuis
conſtituunt.

XXXIX. Caeſar in opere milites adhortari, neque adverſariorum co- 1
piis moveri. [g] Quum jam non amplius [h] paſſuum MD inter hoſtium aciem,
ſuaſque munitiones eſſe animadvertiſſet; intellexiſſetque ad [i] inpediendos
milites ſuos, & ab opere depellendos, [k] hoſtem propius accedere; [l] neceſ-
ſeque haberet legiones a munitionibus deducere; [3] imperat turmae Hiſpa-
norum, [m] ad proximum collem propere [4] adcurrerent, praeſidiumque inde
de-

VARIAE LECTIONES.

a *Caeſar* MSS. o. praeter Petav. & Edd. pp. item Vaſc. Gryph. Steph. e Gloſſa. b *que* abeſt Scal. c deeſt Pet. d *animadverterant* Pet. L. pr. e *paſſibus* L. ſec. f *paſſibus* L. ſec. ſed V. c. 41. l. IV. 37. VIII, 10. *a c. ſ.* deſunt L. pr. g Sic L. pr. non *jam q.* h *paſſibus* Vaſc. Gr. poſt. Steph. Str. V. B. Alex. c. 69. *M* L. ſec. Dorv. Edd. R. M. V. Al. *CC* vel *D.* Vaſc. margo. i *inpediendum* Dorv. k *hoſtes* L. ſec. Edd. R. V. M. l *& nec.* Dorv. *que* deeſt L. pr. m vulgo *ut ad.*

cem (*Numidarum*,) incipit ἀπόδοσις demum a vocibus (*Paulliſper commoratus.*) Hoc modo. (*Poſtquam Caeſar ad jugum* —— *adſcendit; atque* (poſtquam) —— *turres caſtellaque facere coepit*; (poſtquam) *ea* —— *effecit*; (ſic enim ex omnibus MSS. legendum; non, *efficit*;) *& poſtquam* —— *ſtationemque Numidarum*: (tum) *paulliſper commoratus &c.*) Nihil evidentius. CLARKE. Dele notam 3. repone vero: Atque *in unumquemque collem*) Prima vox idem nonnunquam ſonat ac *ſtatim*, ut obſervarunt *Agellius* x, 29. & *Nonius* in *atque*. Vide ſis & *J. Fr. Gronovium* ad *Livii* XXVI, 39. Ea tamen voce deleta malim, *Poſtquam Caeſar ad jugum, de quo docui, adſcendit, in unumquemque collem* &c. Ac ita diſerte repraeſentant MS. *Voſſianus*, editique *Florent. Gryph.* & *Lugdun.* 1576. DAVIS. *Cur. ſec.* *Atque* abeſt ab Edd. Vaſcoſ. Steph. Gryph. poſt. & Stradae. Sed recte docet Clarkius, adeſſe debere, uti eam vocem agnoſcunt quoque MSS. omnes, nec non *effecit* cum Edd. nominatis ceteriſque vetuſtis; niſi quod Leid. ſec. Dorv. & Edd. Rom. Mediol. ac Ven. habeant *fecit*. *Atque* aliter etiam ſumi pro *ſtatim* docet quoque Cerda in Virgilii loco; Vide etiam quos laudat Cel. Burm. ad Phaedr. F. 16. *Rapere atque abire*. Glandorpius quoque pro *ſtatim* capiebat hic loci, vel deletum volebat.

1. EFFECIT;] Ita conſentientibus MSS. omnibus & Editt. vett. reſtitui. Editores nuperi repoſuerant, *efficit*; quia Syntaxin totius periodi non intelligerent ſcilicet. CLARK.

2. PEDESTREMQUE COPIAM] Pedeſtres copias. Sic *Virgilius* Aen. 11, 564.

Reſpicio, &, quae ſit me circum copia, *luſtro.* Ubi *Servius*, *notandum*, inquit, *de exercitu numero eum dixiſſe ſingulari, cum* copias *de exercitu numero plurali dicamus. Silius Italicus* lib. XI, 267.

—— *Nunc deinde pedeſtris*
Copia *quanta viri.*

Vide etiam notat. ad l. I. B. C. c. XLV. Editio *Beroald. equeſtremque copiam* hic perperam repraeſentat. DAVIS. Vide ad lib. I. B. Gall. c. 48. *Quos ex omni copia delegerant.*

3. IMPERAT TURMAE HISP. UT &c.] Optime a Codd. Scalig. & Leid. pr. exſulat conjunctio *ut*. quare eam delevi. Vide notas ad l. IV. cap. 16. & ſaepiſſime. Minus bene autem in Dorvill. codice exſtat, *ut turma Hiſp. occurreret.* & cetera in ſingulari numero.

4. ADCURRERENT] Leidenſes & Dorvill. cum Edd. Rom. Mediol. ac Ven. *occurrerent*. Bene i. *in tempore adeſſent*. Sic c. 49. *proximi collis occupandi conſilium ceperat, & quo propiore loco fuerat, eo celerius occurrerat.* Et ita ſaepe alibi. Conſule Cel. Burm. ad Vellej. l. II, 61. *Cum Anto-*

 nius

3 deturbarent, locumque caperent; eodemque jubet levis armaturae paucos
conſequi ſubſidio: qui miſſi celeriter, Numidas adorti [a] partim vivos capiunt, nonnullos equites fugientes convulneraverunt, [b] locoque ſunt po-
4 titi. Poſtquam id Labienus animadvertit, quo celerius iis auxilium ferret,
ex acie inſtructa equitatus ſui prope totum dextrum cornu [c] avertit, atque
5 ſuis fugientibus ſubpetias ire contendit. Quod ubi Caeſar conſpexit, Labienum [1] ab ſuis copiis longius [d] jam abſceſſiſſe; equitatus ſui alam ſiniſtram ad intercludendos hoſtes inmiſit.

1 XL. Erat [e] in eo campo, ubi ea res [f] gerebatur, villa permagna, IV
turribus exſtructa, quae Labieni proſpectum inpediebat, ne poſſet [g] ani-
2 mum advertere, ab equitatu Caeſaris ſe intercludi. Itaque non prius vidit
turmas Julianas, quam ſuos caedi a tergo [h] ſenſit: ex qua re ſubito in terrorem converſo equitatu Numidarum, recta in caſtra fugere contendit.
3 Galli Germanique, qui reſtiterant, ex ſuperiore loco & poſt tergum cir-
4 cumventi, fortiterque [i] reſiſtentes, conciduntur univerſi. Quod ubi legiones Scipionis, quae pro caſtris erant inſtructae, animum adverterunt; metu [k] ac terrore obcaecatae, omnibus portis in ſua caſtra fugere coepe-
5 runt. [2] Poſtea Scipione [l] ejuſque copiis campo collibuſque exturbatis, atque in caſtra compulſis, quum receptui Caeſar cani juſſiſſet, equitatumque omnem intra ſuas munitiones recepiſſet, campo purgato, animadvertit mirifica corpora Gallorum Germanorumque, qui partim [m] ejus auctoritatem erant ex Gallia ſecuti, partim [n] pretio pollicitationibuſque adducti ad eum ſe contulerant; nonnulli, qui ex Curionis proelio capti con-
6 ſervatique parem gratiam [3] in fide partienda praeſtare [o] voluerant. Horum corpora mirifica ſpecie amplitudineque, caeſa toto campo, ac proſtrata [p] diverſe jacebant.

1 XLI. His rebus geſtis, poſtero die Caeſar ex omnibus praeſidiis cohor-

tes

VARIAE LECTIONES.

a *Partem* Ed. Gryph. b *locumque* Sc. a m. pr. V. c. 36. c *advertit* L. pr. V. c. 23. d vulgo abeſt *jam*. e *uno* L. ſec. f *ageb.* L. pr. V. ad l. III. B. G. c. 28. g *Sic* L. pr. & ſtatim, non *animadv.* V. ad l. I. c. 24. B. G. h *ſentit* MSS. 4. i *reſtantes* Sc. L. pr. non male. k *atque* L. ſec. l *ſuiſque* L. ſec. *inc.* Dorv. Edd. R. M. V. *que* abeſt Dorv. m *Labieni* Scil. quod reponit Gland. n deeſt Pet. o *noluerant* L. pr. *voluerunt* Ed. Elz. p *diverſa* L. ſec. deeſt Dorv. Edd. R. M. V. male.

nius occurriſſet exercitui, & ad Phaedri l. II. Epilog. Hinc *ſuppetias occurrere* c. 66. ubi vide Davis. B. Hiſp. c. 37. *Claſſe occurrit* i. e. in tempore adeſt. Adde Cort. ad Plin. lib. VI. Ep. 34. in f. Ita *obponere* ſaepe pro *adponere*, ut infra c. 59. & aliquoties idem vir, uti & Heinſ. ad Ovidium de eo compoſito egerunt.

1. AB SUIS COPIIS LONGIUS ABSCESSISSE] MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *ab ſuis copiis longius* jam *abſceſſiſſe*, unde fugitiva vocula *Hirtio* reſtituenda. DAVIS. Mei omnes quoque, & Clarkii cum Edd. ante Scalig. addunt *jam*, quare rurſus inſerui.

2. POSTEA] Scalig. Leid. pr. ſec. Dorv. & Edd. Rom. Mediol. & Ven. *poſtquam*. Lege *poſt quae*, ut margini adlevit Lipſius.

3. IN FIDE PARTIENDA] Super hoc loco rogavit Cel. Gronovius Heinſium per epiſtolam Tom. 3. p. 379. quid differret Torrentianus codex, quoniam Lipſius quid adſcripſerat, quod adſequi non poſſet. Gudius videtur e Lipſiana manu effeciſſe *fidei commiſſae portentum*. Torrentianum Codicem hic deficere jam multo ante monui. Fidem partiebantur, quia ante Curioni, adeoque partibus Caeſaris, nunc Scipioni, adeoque Pompejanis ſeſe addixerant.

1. De-

tes [1] eduxit [a], atque omnes ſuas copias in campo [b] inſtruxit: Scipio, ſuis
male acceptis, occiſis [c] convulneratiſque, intra ſuas continere ſe munitio-
nes coepit. Caeſar, [d] inſtructa acie, ſecundum infimas jugi radices pro- 2
pius munitiones leniter acceſſit. Jamque minus mile [e] paſſuum ab oppido
Uzita, quod Scipio tenebat, aberant legiones Julianae; quum Scipio ve-
ritus, ne oppidum amitteret, unde [f] aquari, reliquiſque rebus ſublevari
ejus exercitus [g] conſuerat, eductis omnibus copiis, quadruplici acie in-
ſtructa, ex inſtituto ſuo, prima equeſtri turmatim [h] directa, elephantiſque
turritis [i] interpoſitis armatiſque, ſubpetias ire contendit. [2] Quod ubi Caeſar 3
animadvertit, arbitratus Scipionem, ad dimicandum paratum ad ſe [2] certo
animo venire; [4] in eo loco, quo paullo ante commemoravi, ante oppidum
con-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *deducit*. b *exſtruxit* Dorv. c Sic MSS. Urſ. Pet. Sc. Leidd. Dorv. Ed. Ber. ut c. 5, 7, 39. 52. & paſſim. vulgo *vulner.* d *inſtructam aciem* L. pr. Dorv. e *paſſibus* L. ſec. f *adaquari* L. ſec. Dorv. Edd. R. M. V. ad lib. VIII, 42. g Ita MSS. o. & Edd. pp. non *conſueverat*. h *derecta* L. pr. i *inpoſitis* L. pr.

1. DEDUCIT] MS. Elienſ. *educit*. MSS. Reg. & Voſſii *eduxit*. Edit. Rom. *deduxit*. Quarum duarum poſteriorum lectionum alteram recipiendam exiſtimo; propter ſequentem *inſtruxit*. CLARKE. Legendum *cohortes eduxit*, ut jubent *Petav.* aliique nonnulli MSSti. DAVIS. *Cur. ſec. eduxit* etiam MS. Urſin. Scalig. & Edd. Vaſc. Steph. Gryph. Marg. *deduxit* Leid. pr. Dorv. & Edd. Med. Ven. ſed praeſtat hic *eduxit*. *Deducere* aliud quid notat. Vide ad l. II. B. G. c. 33. & *eo deducere* infra c. 56. ſed rurſus c. 58. *Copias de caſtris omnibus deducunt*, in MSS. melioribus *educunt*. c. 61. tamen *legiones in campum deducere*.

2. QUOD UBI CAESAR ANIMADVERTIT; ARBITRATUS —— VENIRE: IN EO LOCO —— CONSTITIT;] Mire hic dormitarunt Editores, qui non animadverterunt aut mendum aliquod ſubeſſe, aut nimiam ſaltem & vix ferendam ambiguitatem; cum illud (*conſtitit*, & quae ſequuntur,) ex Syntaxi videatur referri ad *Caeſarem*; ſenſu autem poſtulante, neceſſario ſit de *Scipione* intelligendum. MS. Elienſis, pro (*arbitratus*,) habet (*arbitrabatur*.) Unde ex conjectura reſcribi poterit, (*Quod ubi Caeſar animadvertit*, arbitrabatur *Scipionem* —— *venire*; At ille *in eo loco* —— *conſtitit*. Vel forte aliquid ante voces iſtas (*in eo loco*) deeſt. Vel, utcunque ſit; ſive deſit aliquid, ſive non; manifeſto de *Scipione*, non de *Caeſare* dictum, intelligendum eſt illud, *in eo loco* —— *conſtitit*; *&c.*) CLARKE. *Quod ubi Caeſar animadvertit*, arbitratus *Scipionem ad dimicandum paratum ad ſe certo animo venire*, in *eo loco, quo paulo ante commemoravi, ante oppidum conſiſtit*) MS. *Norv.* exhibet, *arbitrabatur Scipionem ad dimicandum paratum ad ſe certo animo venire*, quod *in eo loco conſtitit*. Quaſi Scipio ad dimicandum *progrederetur*, quod ante oppidum *ſtaret*! Revera tamen ultimae ſententiae pars ad Scipionem ſpectat, ut recte vidit *Clarkius*. Quapropter doctiſſimus ille vir legit, *Quod ubi Caeſar animadvertit*, arbitrabatur *Scipionem ad dimicandum paratum ad ſe certo animo venire*; at ille *in eo loco* &c. Eodem ſenſu, ſed MSStis propius accedens lego, *Quod ubi Caeſar animadvertit, arbitratus* EST, vel, ut *Norv.* habet, *arbitrabatur, Scipionem ad dimicandum* parato *ad ſe & certo animo venire*; QUI TAMEN *eo loco*. Qui compendiariam norunt ſcribendi rationem, qua uſi ſunt Librarii, facile cernunt *quod in eo loco* pro *qui tamen eo loco* irrepere potuiſſe. DAVIS. *Cur. ſec.* Forſan ſimpliciter ſcribendum *Is eo loco*; certe illa de Scipione ſine dubio capienda ſunt.

3. CERTO ANIMO] In Scalig. & Leid. pr. exaratur *certum*. Quaſi fuerit *certum animi*. Sed nulla mutatione opus eſt *paratus animo certo*; dicitur qui firmiter quid propoſuerit, ſeque ad id paraverit. *Paratus animo* ita ſaepius. V. ad Bell. Alex. c. 45. & *certo animo*; ut apud Ovid. Ep. XVIII. Her. 38.

Quid mecum certa proelia mente geris.

4. IN EO LOCO, QUO PAULLO ANTE COMMEMORAVI] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *in eo loco, quem paullo ante commemoravi*, quae lectio eſt a Sciolis, *Hirtii* manum temere mutantibus; more enim Graeco hic locutus eſt noſter ac infra c. LXIX. Sic & interdum praeſtantes linguae Latinae auctores. *Terentius* Heaut. Act. I. Sc. I, 35. Men. *Scire hoc vis*? Chr. *hac cauſſa equidem*, qua *dixi tibi*. *Vitruvius* Archit. l. II. c. I.
Spa-

conſtitit, ſuamque aciem mediam eo oppido texit. Dextrum ſiniſtrumque [a] cornu, ubi elephanti erant, [1] in [b] conſpectu patenti adverſariorum conſtituit.

1 XLII. Quum jam prope Solis occaſum Caeſar exſpectaviſſet, neque ex
eo loco, quo conſtiterat, Scipionem progredi propius [c] ſe animadvertiſ-
ſet, locoque magis ſe defendere, ſi res coëgiſſet, quam in campo comminus
conſiſtere audere; non eſt viſa ratio propius accedendi eo die ad oppidum;
2 quoniam ibi praeſidium grande Numidarum eſſe cognoverat, [2] hoſteſque
3 mediam aciem ſuam oppido texiſſe; ſibique difficile [d] factu eſſe intelle-
xit, ſimul & oppidum uno tempore obpugnare, & in acie in cornu dex-
tro, ac ſiniſtro, ex iniquiore loco, pugnare, praeſertim quum milites a
4 mane diei jejuni ſub armis ſtetiſſent defatigati. Itaque, reductis [e] ſuis co-
piis in caſtra, poſtero die propius eorum aciem [f] inſtituit exporrigere mu-
nitiones.

1 XLIII. Interim Conſidius, qui [3] Achillam [g] IIX cohortibus ſtipendiariis Numidis Gaetuliſque obſidebat, [4] ubi C. Meſſius cohortibus praeerat, diu

VARIAE LECTIONES.

a *Cornum* Scal. b *conſpectum* Dorv. c deeſt L. pr. *cum advert.* L. ſec. *advert.* Dorv. forſ. rurſus *animum adv.* d *factum* Sc. L. pr. V. ad l. IV. B. G. 30. e L. pr. inter verſus. f *inſtitit* Pet. g vulgo & *cohortes ſtipendiarias.*

Spatio inter eas relicto, quanto *arborum longitudines patiuntur. Lactantius* de mort. Perſec. c. XLV, 7. *Collectis ex proximo*, quantis *potuit*, *militibus.* Adde quae notavimus l. III. de B. Civ. c. LXIX. DAVIS. Quo *paullo ante commemoravi.*) Codices nonnulli, (quem *paullo ante* &c.) Sed elegantior eſt vulgata Lectio. Cujus Syntaxeos ratio ea eſt, ut vel dicatur, *eo loco conſtitit*, quo in loco eum copias ſuas eduxiſſe *paullo ante commemoravi*; vel *eo loco conſtitit*, de *quo paullo ante commemoravi*; [quemadmodum jam ſupra cap. 38. (*ad jugum*, de *quo docui*)]; vel denique ut ſit *Helleniſmus*, ſive Syntaxis Graecis uſitata, quo pronomen eodem caſu efferri ſolet, ac nomen antecedens: Quod tamen fieri ſolitum duntaxat in *verbis uſus frequentioris*, iiſque fere aut primae aut ſecundae perſonae; quaeque ibi loci deponentium ſeu intranſitivorum naturam habent. Vide Illuſtriſſimi, & acri judicio quicquid ubique eſt Criticorum longe exſuperantis RICHARDI BENTLEII Emendationes ad *Ciceronis* Diſputationes Tuſculanas a *Daviſio* editas, *p.*80. CLARK. Vide etiam Cellarium, & infra. Male etiam Ed. Med. & Edd. omnes ante Urſinum, *quem*, & Leid. ſec, *quod.* c. 69. *ratione quaante dixi.* Plura vide ad c. 69. *cum quibus paullo ante memoravi.*

1. IN CONSPECTU PATENTI ADVERSARIORUM CONSTITUIT] Scribe *in conſpectu adverſariorum conſtituit*, deleta voce ſupervacanea, quam neſciunt *Pet.* & *Norv.* DAVIS. *Cur. ſec.* Non agnoſcit quoque MS. Dorvillianus. Nihilominus quum alii retineant integerrimae notae libri, non auſim temere proſcribere.

2. HOSTESQUE M. AC. S. OP. TEXISSE SIBIQUE] MSS. Petav. Leid. pr. Scal. & Edd. Rom. Med. ac Ven. *texiſſent, ſibi diff.* Sed & Edd. eae addunt *hoſteſque qui.* Forſ. *hoſteſque quum &c. texiſſent, ſibi diff.* dein *in cornu dextro ac ſiniſtro* primus edidit Scaliger ex Codice Urſini, quo cum faciunt MSS. mei praeter Dorvill. qui cum ante vulgatis habet *in cornu dextrum ac ſiniſtrum*, Leid. ſec. & *in cornu.* Sed rectius Edd. Rom. Mediol. ac Venet. *In acie cornu dextro ac ſin.* & *ex iniq.* *Et* pro *ex* etiam MS. Urſin. *In* ante *acie*, delebat Lipſius. Sed *in acie vincere*, *in acie dimicare* frequens eſt in his commentariis. Adi ad l. VII. c. 29. *Neque in acie viciſſe Romanos:* ut e MSS. reſtitui.

3. ACILLAM, ET IIX COHORTES STIPENDIARIAS NUMIDIS GETULISQUE OBSIDEBAT] Ex MSStis *Petav.* & *Norv.* reponendum, *qui Acillam* VIII cohortibus ſtipendiariis *Numidis Getuliſque obſidebat*: tot enim cohortibus Acillanos obſidebat Conſidius, ut patet ex c. 33. DAVIS. *Cur. ſec.* Accedunt Codices Scalig. & Leid. pr. in quibus eſt & *IX.* ut pateat, & factum ex parte numeralium notarum.

4. UBI C. MESSIUS COHORTIBUS PRAEERAT] In editt. *Rom. Ven. Beroald.* corrupte legitur *ubi C. Meſſius*, *qui cohortibus praeerat*, quaſi rem ex parte

diu multumque expertus, magniſque operibus ſaepe admotis, [a] & iis ab
oppidanis incenſis, quum [b] proficeret nihil, ſubito nuncio de equeſtri
proelio [c] adlato commotus, frumento, cujus in caſtris copiam habuerat,
incenſo; vino, oleo, ceteriſque rebus, quae ad victum parari ſolent, con-
reptis, Achillam, quam obſidebat, deſeruit; atque, itinere per regnum
Jubae facto, copias cum Scipione partitus, [1] Adrumetum ſe recepit.

XLIV. Interea ex ſecundo commeatu, quem [d] a Sicilia miſerat Allie- 1
nus, navis una, [2] in qua fuerat Q. [e] Cominius, & L. [f] Ticida eques Roma-
nus, [3] ab reſidua claſſe quum [g] erraviſſet, delataque eſſet vento ad [h] Tha-
pſon, a Virgilio ſcaphis naviculiſque actuariis excepta eſt, & [i] ad Scipio-
nem deducta. Item altera [4] navis [k] trieris ex eadem claſſe errabunda, ac 2
tempeſtate ad Aegimurum delata, a claſſe Vari & M. Octavii eſt capta; in
qua milites veterani cum uno centurione, & nonnulli tirones fuerunt:
quos Varus, adſervatos ſine contumelia, [l] deducendos curavit ad Scipio-
nem. Qui, poſtquam ad eum pervenerunt, & ante ſuggeſtum [m] ejus con- 3
ſtiterunt, *Non veſtra*, inquit, *ſponte vos*, [n] *certo ſcio*, *ſed illius ſcele-
rati veſtri imperatoris inpulſu & imperio coactos, cives & optimum
quemque nefarie conſectari: quos quoniam fortuna in noſtram detulit* 4
po-

VARIAE LECTIONES.

a deeſt copula L. ſec. Dorv. b *proficeretur* Scal. V. ad l. IV. c. 19. c *illi* L. ſec. d *ad Siciliam* L. pr. e *Commius* L. pr. Edd. Ald. Man. Plant. & infra perperam. f *Titida* Dorv. Edd. R. M. V. *Ticide* L. pr. g *erraſſet* L. pr. *erraviſſent* Sc. h ita Sc. Leidd. Dorv. non *Thapſum*. licet ita quoque c. 46, 53. i *ad Sc.* deſunt Sc. L. pr. *adducta* Sc. Pet. *abducta* L. pr. V. ad l. II. B. Civ. 52. k vulgo *triremis*. l *deducendoſque* L. pr. m deeſt Sc. L. pr. n *certe* L. ſec. Edd. R. M. V. *certo* ſine *ſcio*.

parte Caeſaris non geſſerat Meſſius. MS. *Norv.* locum ſic exhibet *ubi C. Meſſius* parte Caeſaris *cohortibus praeerat* praeſidio miſſis; quod ſane additamentum ex ora exemplaris in textum videtur irrepſiſſe: nam Gloſſema eſſe pro certo habeo. DAVIS. MS. Reg. & Editt. Vett. (*ubi C. Meſſius*, qui *cohortibus praeerat*.) Quod cum ſententiam turbet prorſus, nec tamen forte illud (*qui*) plane ex nihilo eſſe videatur; conjecerim equidem legendum, (*ubi C. Meſſius* cum *cohortibus praeerat*. Quanquam venuſtior eſt Lectio vulgata. CLARK. *Qui* etiam addunt Leidenſes, Cujac. Scalig. Dorvill. & Edd. primae. *ubi* deeſt Leidenſ. ſec. ut forſan fuerit *C. Meſſius ubi coh.* niſi ſub *qui* lateat cohortium numerus. Sed etiam Petav. habet *C. M. parte Caeſaris coh. praeerat praeſidio miſſis*, non admodum inepte: nam C. Meſſius ſubito Achillam miſſus erat cum cohortibus a Caeſare, ut Conſidium occuparet, quod etiam peregit, & prius Conſidio Achillam pervenit. Confer c. 33.

1. ADRUMETUM SE RECEPIT] Sic repoſui ex MSto *Norv.* ac editt. *Beroald. Steph.* cum in vulgg. legatur *Adrumetum ſe recipit.* DAVIS. Ita reſtituit Daviſius ex MS. Elienſi (quo cum faciunt MSS. Reg. & Voſſii) & Editt. Vett. poſtulante etiam Temporum ratione. Vulgg. *recipit.* CLARK. *Recepit* etiam MSS. mei omnes; item Edd. Vaſc. Gryph. & aliae: ſed perinde eſſe, ſaepiſſime oſtendi. At in his MSS. ſunt ſequendi.

2. IN QUA FUERAT Q. COMINIUS] In MSto *Norvic.* & editis pleriſque male exhibetur *Q. Comius.* Contrario vitio apud *Frontinum* Strateg. l. II. c. XIII. eſt *Comminius Atrebas, cum victus a D. Julio ex Gallia in Britanniam fugeret*, quum omni procul dubio ſit ſcribendum *Comius Atrebas*, quod a *Stewechio* & *Scriverio* non animadverſum miror. Ejus ſaepe meminit *Caeſar.* Vide l. IV. B. G. c. XXVII. & l. VII. c. LXXVI. DAVIS. V. etiam Urſin.

3. AB RESIDUA CLASSE] Lege *reliqua* cum *Pet.* & *Norv.* DAVIS. *Cur. ſec.*

4. NAVIS TRIREMIS.] Vetuſtiſſimi Codices Petav. Cujac. Scal. Leid. pr. Urſin. & Ed. Scal. *trieris.* De cujus lectionis veritate non dubitare quis poteſt. Navium nomina Graece efferre ſolet Hirtius, ut *Dicrotos*, *Cataſcopus*, *penteris.* Vide ad B. Alex. c. 47. & infra c. 63. & Nep. Alcib. c. 4. ut quidem Giphanio praeeunte repoſuerunt Viri docti: quamvis ibi plerique MSS. *triremem* re-

poteſtatem, ſi, id quod facere debetis, [1] *Rempublicam cum optimo quoque* [a] *defendetis, certum eſt vobis vitam & pecuniam donare: quapropter, quid ſentiatis,* [b] *proloquimini.*

1 XLV. Hac habita oratione, Scipio, quum [c] exiſtimaſſet pro ſuo beneficio ſine dubio ab iis gratias [d] ſibi actum iri, poteſtatem iis dicendi fecit.
2 Ex eis Centurio legionis XIV, *Pro tuo*, inquit, *ſummo beneficio, Scipio, tibi gratias ago, (non enim imperatorem te adpello) quod mihi vitam incolumitatemque, belli jure capto, polliceris: &* [e] *forſan iſto uterer benefi-*
3 *cio, ſi non ei ſummum ſcelus adjungeretur.* [f] *Egone contra Caeſarem, Imperatorem meum, apud quem ordinem duxi, ejuſque exercitum, pro cujus dignitate victoriaque* [2] *amplius* XXXVI *annis depugnavi,* [g] *adverſus armatuſque conſiſtam? Neque* [h] *ego iſtud facturus ſum, & te magnopere, ut de negotio deſiſtas,* [i] *adhortor: contra cujus enim copias contendas, ſi*
4 *minus antea expertus es, licet* [k] *nunc cognoſcas. Elige ex tuis cohortem unam, quam putas eſſe* [l] *firmiſſimam, & conſtitue contra me: ego autem ex meis commilitonibus, quos nunc in tua tenes poteſtate, non amplius* X *ſumam. Tunc ex virtute noſtra intelleges, quid ex tuis copiis ſperare debeas.*

1 XLVI. Poſtquam haec centurio [m] praeſenti animo adverſus opinionem ejus eſt locutus; ira [n] percitus Scipio, atque animi dolore incenſus adnuit centurionibus, quid fieri [o] vellet: atque ante pedes centurionem [p] interfi-
2 cit, reliquoſque veteranos a tironibus jubet ſecerni. [q] *Abducite*, inquit, *iſtos nefario ſcelere contaminatos, & caede civium* [r] *ſaginatos.* Sic extra val-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *defenditis.* b *proloquamini* Dorv. Edd. R. M. V. c *eſtim.* L. ſec. Dorv. d *ſubacturis* Sc. *ſubacturos* L. pr. e *forſitan* Leidd. *iſto* deeſt Dorv. f *Ergone* L. pr. g *adverſum armatum* L. pr. *armatos* Sc. h deeſt L. ſec. *iſtus* Dorv. *id* Edd. R. M. V. i *adhortator* Dorv. k *ſc.* L. pr. l *fortiſſ.* L. pr. male. m *praeſtanti* MSS. 2. Edd. R. M. V. n *perculſus* L. ſec. Dorv. Edd. R. M. V. Ber. e Gloſſa. o *velit* L. pr. p deeſt Edd. R. M. V. *interfecit* L. pr. Dorv. q Edd. Dav. & aliae *add.* perperam. r *ſignatos* L. ſec.

retineant, & ita in reliquis locis apud Nepotem. Nec ſecus occurrit in Inſcriptionibus. Conſule Fabrett. ad Columm. Traj. p. 113.

1. REMP. CUM OPTIMO QUOQUE DEFENDITIS] Ex re ipſa legendum *defendetis*, ut etiam Codex *Urſini* repraeſentabat. DAVIS. *Cur. ſec. Defendetis* etiam exhibent Scalig. & Leid. pr. ut debent.

2. AMPLIUS XXXVI ANNIS] Reponit *Joan. Glandorpius, amplius* XVI *annis*, quia ex praetura Caeſaris ad hoc uſque tempus XVI tantum annorum fluxerat ſpatium. Et hujus quidem conjecturam ex MSto *Victorino* firmat *Joan. Goduinus.* Vulgatam tamen lectionem tuetur *Jul. Celſus*, qui p. 222. edit. Londin. ſic ait *Quomodo —— contra illum exercitum, pro cujus victoria & gloria annos* XXXVI *& eo amplius decertavi, arma portarem*; adeo ut annorum numerus non ad ipſum Caeſarem, ſed ad veteranum ejus exercitum videatur referendus. MS. autem *Norv.* habet *amplius* XXXVI *annos*, & ſic reſcribendum. *Caeſar* l. II. B. G. c. XVI. *Inveniebat ex captivis, Sabin flumen ab caſtris ſuis non* amplius millia *paſſuum* X *abeſſe.* Noſter hujuſce libri cap. I. *Quum non* amplius legionem *tironum haberet* unam. Et ita ſane alibi paſſim. DAVIS. Dele *adeo ut annorum —— reſcribendum* & deletorum loco repone: At hoc nihil aliud monſtrat, quam mendi vetuſtatem; nam vera prorſus eſt *Glandorpii* conjectura, quam repraeſentat etiam Codex Regius. Cum vero *Norv.* habeat *amplius* XXXVI *annos*; lege *amplius* XVI *annos.* IDEM. *Cur. ſec.* Etiam Vaſc. Margo *XVI.* Lipſius adſcribit *credo XXVI.* Placet mihi quoque *XVI.* Ceterum *annos* ex E-

Lienſis

vallum deducti ſunt, & [1] cruciabiliter interfecti. Tirones autem jubet in- 3
ter legiones [a] diſpertiri, & Cominium cum Ticida in conſpectum ſuum
prohibet adduci. Qua ex re Caeſar commotus, eos, quos in ſtationibus 4
cum longis navibus apud Thapſum cuſtodiae cauſſa [2] in ſalo eſſe juſſerat,
ut ſuis onerariis longiſque navibus praeſidio eſſent; ob [b] negligentiam i-
gnominiae cauſſa dimittendos ab exercitu, graviſſimumque in eos edictum
proponendum curavit.

XLVII. Per id tempus fere Caeſaris [c] exercitui res accidit incredibilis 1
[d] auditu: namque, [3] Virgiliarum ſigno confecto, circiter vigilia ſecunda
noctis, nimbus cum [e] ſaxea grandine ſubito eſt exortus ingens. Ad hoc 2
autem incommodum acceſſerat, quod Caeſar non, more ſuperiorum im-
peratorum, in hibernis exercitum continebat, ſed [4] in tertio quartoque
die

VARIAE LECTIONES.

a *Diſpart.* Edd. R. M. V. b *negligentiae ignomihiaeque cauſam* L. pr. c *exercitu* Sc. d *aditu namque V.* L. pr. e Sic Urſ. Pet. Cuj. L. pr. Sc. Gryph. M. al. *ſaxorum* & Edd. ante Scal.

lienſi Codice recepit Clarkius, nimis temere. Utrumque enim paſſim in his commentariis occurrit. Mei *annis* retinent. Adi ad lib. IV. B. G. c. 37. *Amplius horis quatuor. Anno* eſt in MS. Urſini. *anū* Scalig.

1. CRUCIABILITER INTERFECTI] Cl. *Dodwellus* Diſſ. de Julio Celſo §. 8. hanc locutionem numerat inter eas, quas *nemo peritus harum rerum cenſor ad Caeſaris vel* Hirtii *aetatem retulerit.* Quid igitur fiet *Plauto*, qui Pſeud. Act. IV. Sc. I. 40. ait: *Niſi effecero*, cruciabiliter *carnifex me accipito.* Ipſam Phraſin adhibet *Amm. Marcellinus* & *Auſonius*, ſcriptores quidem Caeſare recentiores, at interpolatore, quem ſomniat, *Julio Celſo*, Conſtantinopolitano vetuſtiores. Illum vide XXVI, 6. XXX, 5. hunc in Periocha Odyſſ. XXII. DAVIS. *Cur. ſec.*

2. IN SALO ESSE JUSSERAT] Ex hac locutione, quam noſter repetit etiam c. 62, 63. hunc *ſcriptorem Africanum, hiſque temporibus juniorem* fuiſſe colligit Doctiſſimus *Dodwellus. Africanus* igitur, *hiſque temporibus junior* fuit *Cornel. Nepot.* cujus haec ſunt in Themiſtocle c. VIII. *diem noctemque procul ab inſula* in ſalo *navem tenuit in ancboris.* Similiter *navium in ſalo ſtantium* meminit Plinius H. N. l. IX. §. 76. Iſque, licet his temporibus paullo Junior ſcriptor fuit non Africanus, ſed Italus. DAVIS. *Cur. ſec.* Bene *in ſalo* e ſuo Codice reſtituit Urſinus, cui accedunt Cuj. Pet. Scal. & Leid. pr. Ab aliis, uti & Edd. prioribus voces *in ſalo* exſulant. Auct. B. Hiſp. c. 40. *naves, quae in ſalo fuerunt.*

3. VIRGILIARUM SIGNO CONFECTO, CIRCITER VIGILIA SECUNDA NOCTIS, &c.] Codices nonnulli, *Vigiliarum*; Quod ſtrenue propugnat Goduinus: Sed perperam admodum. Mirum autem, etiam Viros doctiores hic haeſitare. Nam & Cellarius: Virgiliarum *occaſum*, inquit, *qualem? Videntur enim haec menſe Februario accidiſſe, quo Pleiadum nec coſmicus, nec acronychus, neque heliacus occaſus datur.* Oblitus erat nimirum Vir doctiſſimus verborum ſequentium; *circiter vigilia ſecunda noctis.* Etenim menſe *Februario*, quum Sol in Signo *Piſcium* verſatur; *Plejades*, quae ſunt in ſigno *Tauri*, non poſſunt non occidere circiter *vigilia ſecunda noctis.* Caeterum ſi haec verba, (*Virgiliarum ſigno confecto*,) omnino de *Anni* tempeſtate ſunt intelligenda; tum, cum Cellario, dicendum eſt accidiſſe haec ineunte *Martio*, quod tempus propius abeſt ab heliaco *Pleiadum* occaſu; ideoque ſubjeciſſe Hirtium, (*Per id tempus* Fere *&c.*) CLARK. Cave locum cum *Goduino* tentes. Haeſit viris eo doctoribus aqua, quod haec ad anni Juliani normam computarint; cum *pro vero hujus anni Kalendario primus Februarii dies in Novembris Julium diem undecimum conveniebat, quo Pleiadum confectionem refert Plinius.* Verba fere ſunt Cl. *Dodwelli* diſſ. de Julio Celſo §. VIII. De hac vero re nuper accuratiſſime ſcripſit Vir doctiſſimus *Car. Aſhtonus* Bibl. Litter. Num. VIII. Artic. 3. DAVIS. *Cur. ſec. Vigiliarum* etiam recentiſſimi Dorv. & Leidenſ. ſec. quod ineptiſſime defendit Goduinus, & ſatis refellitur adjunctis *circiter vig. ſec. Confecta* pro *finita.* ita l. VI. B. G. VI, 3. *confecta hieme.* lib. VII, 3. *confecta vigilia prima.* Infra *confecto die* c. 83. & paſſim.

4. IN TERTIO QUARTOQUE DIE PROCEDENDO] *Pet. Ciacconius* legendum conjecit *tertio aut quarto quoque die procedendo*; ſed nimia eſt haec mutatio: lubens tamen reponerem *in tertio quartove die procedendo*, quemadmodum legitur in editt. *Rom. Ven.*

 Be-

die procedendo, propiuſque hoſtem accedendo, caſtra [a] communiebat;
3 opereque faciendo, milites ſe circumſpiciendi non habebant facultatem.
Praeterea [b] ita ex Sicilia exercitum [c] tranſportaverat, ut praeter ipſum mi-
litem & arma, [d] neque vas, neque mancipium, neque ullam rem, quae
4 [e] uſu militi eſſe conſuevit, in naves inponi pateretur: [1] in Africam autem
[2] non modo [f] ſibi quidquam non acquiſierant, aut paraverant; ſed etiam
5 propter annonae caritatem, ante [g] parata conſumſerant, Quibus rebus ad-
tenuati, oppido [h] perquam pauci ſub pellibus acquieſcebant: reliqui ex
veſtimentis tentoriolis factis, atque [4] arundinibus ſcopiſque contextis,
[1] per-

VARIAE LECTIONES.

a *Communibat* L. pr. Dorv. ἀρχαικῶς. b deeſt L. pr. non male. V. ad l. III. B. G. c. 4. c *tranſportabat* Urſ. L. pr. Dorv. d *nec v. nec.* L. pr. Dorv. e *uſui* Leidd. Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. ſed V. ad l. I. B. G. 16. f abeſt L. pr. g *parta* Reg. El. Scal. & Edd. Vett. pleraeque praeter primas. h *quam* L. pr. *ſub* deeſt Edd. R. M. V.

Beroald. DAVIS. Cum Edd. Vett. facit MS. Regius *in tertio* quartove *die.* Forte *in tertio quartove quoque die.* CLARKE. *Quartove* etiam Ed. Mediol.

1. IN AFRICAM AUTEM NON MODO SIBI QUIDQUAM] MS. *Norv. in Africa*, ac ita ſane ex Cod. *Thuanaeo* reſcripſit *Joan. Goduinus*; emendatione tamen nihil eſt opus, nam conſtat hanc praepoſitionem, etiam cum *quietem* notet, *accuſativo* junctam reperiri. *Curtius* l. III. c., 10. *Quippe Darium quinto die* in Ciliciam *fore nunciabatur.* Sic *Caeſar* lib. I. de B. Civ. c. XXV. *in poteſtatem habere* dixit. Vide *G. J. Voſſium* de Conſtruct. c. LXV. DAVIS. *Africa.* Ita recte edidit Goduinus ex MS. Thuani. Quo cum conſentiunt MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii, ſententiaque ipſa poſtulat. Opponitur enim praecedenti, *ex Sicilia* &c. Ut mirum ſit Scaligerum & Recentiores edidiſſe, (*in* Africam;) Multoque adhuc magis mirum, Daviſium corruptam iſtam Lectionem propugnare. Quod enim ait conſtare hanc praepoſitionem, etiam cum *quietem* notet, *Accuſativo* junctam reperiri; in eo Grammaticis credens, valde fallitur. Etenim quae afferunt Grammatici iſtiuſmodi conſtructionis ex bonis Auctoribus exempla, ea loca omnia minus recte ſunt ab iis intellecta. Quod refert Curtius, *Darium quinto die* in Ciliciam *fore*; non utique *quies* eſt, ſed *motus*: Oſtendit enim eum non *in Cilicia* eſſe, ſed quinto demum die *eo perventurum.* Quod dixit Caeſar, *in poteſtatem habere*; in eo ſubintelligitur, *redactum*, vel *traditum*, vel *ſuſceptum*, *&c.* Et ſimiliter in caeteris. De contraria conſtructione, ubi eadem praepoſitio, cum *ablativo*, *motum* ſignificare dicitur; vide ſupra ad *l.* IV. c. 12. CLARKE. Dele notam meam, pro qua reſcribe. MSSti *Thuan. Norvic.* aliique nonnulli dant *in Africa*; & recte quidem, prout videre *Goduinus* & *Clarkius.* Curtius tamen l. III. c. V, 10. *Quippe Darium quinta die* in Ciliciam *fore nuntiabatur.* Ibi vero legas oportet *in Cilicia*, idque praeſtantiſſimorum Codicum fide. DAVIS. *Cur. ſec.* Nollem Daviſium mutaſſe ſententiam. *In* notat *intra* in talibus. Vide quae congeſſi ad Frontin. 1, 3, 5. *In Hiſpaniam victus exercitus*, & ſupra ad l. V, 24. Et ſane *in Africam* hic ſervant Petav. Scal. Leidenſes, Dorvill. & Edd. antiquiſſimaecum Aldo, Gryphio, Plant. aliiſque. Ab vetuſtiſſimis MSS. haec dependent. Nam ex uno alteroque Codice ego nequaquam inculcarem.

2. NON MODO SIBI NON &c.] Ultimum *non* haud comparet in Leidenſibus MSS. At ſequitur *ſed etiam.* Adeoque *non* debet ſecundo loco adeſſe, ut docuit Cel. Periz. contra Sanctium, Muret. alioſque ad Sanct. Min. IV, 7. §. 5. Eadem variatio c. 87. Alia ratio eſt ſi ſequatur *ſed ne.* De qua vide ad l. II. B. G. c. 17.

3. ARUNDINIBUS SCOPISQUE CONTEXTIS] Nullae conjecturae Salmaſio ſatisfecerunt. Vir itaque ſummus ad Spartiani Hadrianum c. X. p. 88. legit *atque arundinum topiis contextis.* vel *atque arundine topiis contextis.* Ad me quod attinet, haec *Lipſianis* non praetulerim. DAVIS. *Cur. ſec. Scopiſque.* Haec emendatio Scaligero ejuſque Codici (nam ita in excerptis MS. ejus exſtat) debetur: cum vulgo antea legeretur *arundinibus coriiſque contectis* vel *contectis*: ſine dubio male, cum *pelles* non haberent, quare Lipſius Dial. V. de Mil. Rom. c. V. legebat *ſtoreiſque.* vel quia in Ed. primis ſcribitur *arundinum copiis*, etiam conjiciebat non invenuſte *copulis.* Habent autem Edd. Rom. Mediol. Ven. & cum iis Dorvill. *arundinum copiis tectis contextis.* Unde Salmaſius malebat *arundinum topiis.* Verum *arundinibus* retinent MSS. reliqui omnes. Nec voci *topiorum*, quae in elegantiore hortorum cultu uſum habent, ullus

hic

[1] permanebant. Itaque, ſubito [a] imbre grandineque conſecuta [2] gravati 6
pondere, tenebris, aquaque omnes ſubruti disjectique, nocte intempeſta, ignibus exſtinctis, rebuſque, ad victum pertinentibus, omnibus conruptis, per caſtra paſſim vagabantur, ſcutiſque capita contegebant. Eadem nocte [b] v legionis [3] pilorum cacumina ſua ſponte arſerunt.

XLVIII. Rex interim Juba de equeſtri proelio Scipionis certior factus, 1
[c] evocatuſque ab eodem litteris, praefecto [d] Sabura cum parte exercitus [e] contra Sitium relicto, [4] ut [f] ſecum ipſe aliquid auctoritatis adderet exercitui Scipionis, ac terrorem Caeſaris, cum III legionibus, equitibuſque

VARIAE LECTIONES.

a *Nimbo* L. ſec. Edd. qdd. b *II* L. pr. ſollemni confuſione. c *evocatoque* Edd. R. M. V. d *Saburra* Pet. *Saburre* Leidd. Dorv. *Saburrae* Edd. R. M. V. V. ad l. II. B. Civ. c. 38. e *Sitio* L. ſec. Dorv. ſed V. c. 25. f vulgo *quum ipſe al. a. baberet, exercitus Sc. a terrore C. liberaretur.*

hic locus eſſe poteſt. *Copiis* etiam eſt in Leid. pr. pro *Scopis*. *coriis* Leid. ſec. In voce *contextis* conſentiunt, ut debent, MSS. omnes cum Edd. Baſ. Vaſcoſ. Steph. & aliis. Male Urſin., contra ſuum codicem, tamen *contecti* malebat. Vide ad l. II. B. G. 17. *Rubis ſentibuſque intertextis*, ut legendum puto.

1. PERMANEBANT] MSS. nonnulli *protegebantur*. CLARK. Id ego in meorum nullo inveni, ſed tantum in Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. Steph. & Stradae. *permanebant* eſt *pernoctabant*. Conſule Cel. J. F. Gron. ad Senec. de Benef. c. 16. Heinſ. ad Ovid. Art. II, 237. ac Comm. ad Ter. Eun. 2, 1, 10. & alibi.

2. GRAVATI PONDERE —— OMNES SUBRUTI DISJECTIQUE] Codices nonnulli *Gravata* ſcil. *tentoriola*, *pondere* &c. *omnia ſubruta disjectaque*. Quae ſi vera Lectio ſit, tum deerit aliquid, quo referatur id, quod ſequitur *per caſtra paſſim vagabantur*: CLARK. In neutro habent haec Urſini & Scalig. Codices. Et certe illa magis ad *tentoria*, quam milites reſpicere videntur. *Gravata* etiam eſt in Leid. Sec. qui & *tenebrarum* habet, nec non *aqua omn*. In Scalig. *aquamque*. Pro *omnes* eſt in Scalig. Leid. pr. & Dorvill. *vel*. in quorum ultimo item *ſubruta disjectaque*. Ciacconius legit *Iiſque ſ. i. g. c. gravatis pondere*, *ventis*, *aq. omnibus ſubrutis dejectiſque*: Sed ſine ulla neceſſitate, nimis recedit a ſcriptis Codicibus, & perperam omnino *disject*. in *dej*. mutat. Vide num verior videatur haec lectio: *Itaque* &c. *Gravatis pondere tentoriis*, *aquarumque vi* (MSS. enim *aquamque vel*) *ſubrutis disjectiſque*, *omnes*. Vide Luc. lib. IV. vſ. 88. Succurrunt & aliae conjecturae; ſed haec maxime placet.. Dein elegantius, ut opinor, exaratur in Scalig. & Leid. primo *rebus*, *quae ad victum pertinent*, *omnibus conv*.

3. PILORUM CACUMINA SUA SPONTE ARSERUNT] Hoc non raro accidit. *Livius* l. XXII. c. L. *Prodigia ex pluribus ſimul locis nunciata: in Sicilia militibus ſpicula —— arſiſſe. Plinius* Hiſt. Nat. l. II. c. XXXVII. *Vidi nocturnis militum vigiliis, inhaerere pilis pro vallo fulgorem.* Haec & hujuſmodi alia miraculorum loco credule poſuit antiquitas Phyſices imperita; nihil enim aliud ſunt, quam exhalationes ſulſureae calore aëris accenſae, variaque figura, pro flantibus ventis aut materiae copia, praeditae. Vide *Joan. Clerici* Phyſ. l. III. c. IV. §. 7. ſeqq. DAVIS. Vide ad Obſeq. cap. 107. *In Circo inter pila.* ubi Lipſius conjicit *in Circejis per p.*

4. UT QUUM —— LIBERARETUR] Locus in MSS. valde corruptus. Editt. Vett. habent *Ut ſecum* &c. *Quae ſententia eſt nulla. Scaliger* edidit, *ut* ſi quum &c. Quod itidem intelligi nequit. Goduinus & Cellarius melius; *ut* ſic quum &c. Daviſius aliique *ut* quum &c. CLARKE. In Edd. Elzev. nonnullis eſt *Ut ſic quum*. Primo MSS. omnes & Edd. Vett. ad Scalig. uſque *ut ſecum ipſe*. niſi quod *ipſe* deſit Petaviano, dein *ac terrore C.* eſt in Petav. Dorvill. & Leid. ſec. *Ad terrorem C.* Leid. pr. nam *liberaretur* a Beroaldo ad ſenſum ſupplendum, invitis MSS. omnibus & Edd. prioribus, eſt additum. Latinus Latinius expungebat *exercitus Scipionis a terrore C.* Sed niſi omnia me fallunt, e MSS. & Edd. Vett. omnino reſtituendus eſt locus hoc modo *Ut ſecum ipſe aliquid auctoritatis adderet exercitui* (ſive *exercitu*) *Scipionis*, *ac terrorem Caeſaris* Scil. *exercitui*. vel *ad terrorem Caeſaris*. Hoc patet e ſeqq. ubi dicit, *animum quidem additum* Scipioni, ſed Caeſaris exercitum contra, ac exſpectaverat Juba, omnem *terrorem* depoſuiſſe, ita ut Juba praeſens *auctoritatem*, quam abſens habuerat, amiſerit. Confidenter itaque hanc, ſi non veram, verae tamen proximam, emendationem textui inſerui, & aliorum interpolationes, MStis invitis, intruſas exſulare juſſi.

que frenatis DCCC, Numidis ſine frenis, [1] peditibuſque [a] levis armaturae
grandi numero, [b] elephantiſque xxx, egreſſus [c] e regno ad Scipionem eſt
2 profectus. Poſtquam ad eum pervenit, caſtris [d] regiis ſeorſum poſitis, cum
[e] eis copiis, quas commemoravi, haud ita longe [f] ab Scipione conſedit:
3 (Erat in [2] caſtris Caeſaris [g] ſuperiori tempore magnus terror, &, exſpe-
ctatione copiarum regiarum, exercitus ejus [3] magis ſuſpenſiore animo an-
4 te adventum Jubae commovebatur: poſtquam vero caſtra caſtris contulit,
deſpectis ejus copiis, omnem [h] terrorem deponit. Ita, quam antea abſens
5 habuerat auctoritatem, eam omnem praeſens dimiſerat) [4] quo facto [i] cui-

VARIAE LECTIONES. vis

a *ejus* vulgo. b *elephantis* ſine *que* Leidd. Dorv. c *ex* L. ſec. d *regis* Leidd. e *ejus* L. pr. f *a* L. ſec. Edd. qdd. g *ſuperiore* Leidd. Dorv. h *timorem* L. pr. Pet. Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. i vulgo deeſt *cuivis* & *intellectu*.

Verum auctoris ſenſum vidit, non pervidit tamen Lipſius, qui legebat *ut ſecum al. auct. adferret exercitus Scipioni ad terrorem Caeſaris.* Poſſet & legi *ut ſecum aliquid auct. adderet exercitus* (ſcilicet *ſuus*) *Scipioni ad terrorem Caeſaris.*

1. PEDITIBUSQUE EJUS ARMATURAE] Hanc ſane lectionem exhibent omnes editi; quod tamen non obſtat, quo minus ex MSto *Norvic.* omnino reſcripſerim *peditibuſque* levis *armaturae.* DAVIS. *Levis* ita optime Daviſius reſtituit ex MS. Elienſi. Al. omnes ejus *armaturae.* Sed & infra de Scipionis exercitu c. 50. *levique armatura.* CLARKE. Sequor viros doctos in τῷ *levis* auctoritate Petaviani Codicis permotus. Nam & ille *levis* exhibet. *Pedites levis armaturae* dicit; quia & equites *ſine frenis levis* armaturae erant. Confer Lipſ. l. III. de Mil. c. 8. Vide etiam c. 14. *pedites Numidae levis armaturae.* Unde forſan recte in Edd. Vett. & MSS. Cujac. ac Leid. ſec. legitur *Numidarum, equitumque levis armaturae.* Vulgo *Numidarum equitum, leviſque ar.* hinc *armaturas leves* dicit c. 59. Vide etiam c. 69. *Numidae leviſque armaturae.*

2. CASTRIS CAESARIS] MS. Dorv. Edd. Rom. Ven. Mediol. Vaſc. & Gryphii Margo *C. Scipionis*; contra mentem auctoris. Forſan utrumque e marginali gloſſa natum fuerit; ut conjeciſſe etiam video Lipſium.

3. MAGIS SUSPENSIORE ANIMO] Nonnulli MSSti cum editt. *Rom. Ven. Beroald.* exhibent *magis ſuſpenſione animi*; unus autem e MSStis Regiis & *Norvic.* omiſſa prima voce, legunt *ſuſpenſiore animo.* Perperam; ſaepe enim particulae comparationis nominibus comparativis adduntur. Noſter hujuſce libri c. LIV. Magis *in ſeditione* &c. *quam pudoris modeſtiaeque fueritis* ſtudioſiores. *Clemens* Rom. Epiſt. ad Corinth. §. XLVIII. Τοσῦτον μᾶλλον ταπεινοφρονεῖν ὀφείλει, ὅσῳ δοκεῖ ΜΑ͂ΛΛΟΝ ΜΕΙ͂ΖΩΝ εἶναι. *Porphyrius* de Abſtin. l. I. §. XLV. Ἡ ἀποχὴ μᾶλλον οἰκειοτέρα. Vide & *G. J. Voſſium* de Conſtruct. c. XVI. DAVIS. *Magis* ſuſpenſiore animo *ante adventum Jubae commovebatur:*) Codices nonnulli, (*magis* ſuſpenſione animi *&c.*) Sed erudite tuetur Daviſius lectionem vulgatam; oſtenditque bonos Auctores nominibus comparativis particulas comparationis nonnunquam inſuper addere. Quanquam & iſto modo expediri poteſt hic locus: *Magis commovebatur ante adventum Jubae, animo ſuſpenſiore.* CLARK. Loco notae meae hanc pone: *Et* exſpectatione *copiarum regiarum* exercitus *ejus* magis ſuſpenſiore animo *ante adventum Jubae* commovebatur) *Petav. Urſin. Norvic.* aliique codices optimi dant *& exſpectatio capiarum regiarum exercitus ejus ſuſpenſiore animo* &c. nonnulli vero repraeſentant *ſuſpenſione animi.* Legendum videtur & exſpectatio *copiarum regiarum* in exercitu *ejus* ſuſpenſionem animi *ante adventum Jubae* commovebat. Certe recepta lectio non fuit ab *Hirtii* manu, niſi ſi duriſſime ſcripſerit. DAVIS. *Cur. ſec. Exſpectatio* etiam eſt in Cujac. ac Leid. primo. *ex exſpectatione* Scalig. Alterutrum ſi recipias, legendum erit *exercituſque.* Sed non opus eſt. Male enim Daviſius in ſecundis curis locum hunc alio modo refingere conatur. Sed nec bene *magis* (quae vox ſolummodo deeſt in Petav.) cum *ſuſpenſiore animo* junxit; licet ſciam non raro ita eam abundare. Vide Melam. l. III, 10. Tac. de Mor. Germ. c. 6. & quos laudat Cel. Burm. ad Vellej. II, 129. Barth. Adv. l. XXXI. c. 15. Rectius hic Clarkius jungit *magis commovebatur* ante adventum, ſcilicet quam poſt eum, ut elliptice locutus etiam Hirtius B. Alex. c. 74. *quas conſuetudine magis pervulgata credebat inſtrui Caeſar:* ubi itidem Daviſius perperam malebat *ſatis.* Eſt quidem *ſuſpenſione animi* in 2. Gallicanis, Leid. ſec. Dorv. & Edd. Scaligerana prioribus. *magna* etiam Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. ex interpolatio-

ſin.

vis facile fuit intellectum, Scipioni additum animum fiduciamque, regis 6
adventu: nam poſtero die univerſas ſuas regisque copias cum elephantis LX [a] productas in aciem, quam ſpecioſiſſime potuit, inſtruxit; ac paullo longius progreſſus [b] ab ſuis munitionibus, haud ita diu commoratus ſe [c] recepit in caſtra.

XLIX. Caeſar, poſtquam animadvertit, Scipioni auxilia fere, quae 1
exſpectaſſet, omnia conveniſſe, neque moram pugnandi ullam fore, per jugum ſummum cum copiis progredi coepit, & brachia protinus [d] ducere, & caſtella munire, propiusque Scipionem [1] capiendo loca excelſa occupare [e] contendit. Adverſarii magnitudine copiarum confiſi proximum 2
collem occupaverunt, atque [f] ita longius [2] ſibi progrediendi eripuerunt facultatem. Ejuſdem collis [3] occupandi gratia Labienus conſilium cepe- 3
rat; &, quo propiore loco fuerat, eo celerius occurrerat.

L. Erat convallis ſatis magna latitudine, altitudine praerupta, crebris 1
lo-

VARIAE LECTIONES.

a Male Edd. qdd. Recc. & Dav. *perd.* b Sic L. pr. c *recipit* MSS. 2. Edd. qdd. d *deducere* L. ſec. Dorv. Edd. R. M. V. e *coepit* L. pr. f deeſt Dorv. Edd. R. M. V.

ne. nam *ſuſpenſiore animo* dant Urſin. Cuj. Scalig. Leid. pr. Petav.

4. QUO FACTO FACILE FUIT INTELLECTU] MS. *Norvic.* & edit. *Beroald.* addita voculæ, repraeſentant *quo facto* cuivis *facile* &c. Eoque alludunt editt. *Rom. Ven.* nam in iis Librarii vitio legitur, *Quo facto* cujus *facile fuit intellectu.* Cauſam ſane non video, cur ea vox rejici debeat. DAVIS. *Facile fuit intellectu*,) Daviſius, ex MS. Elienſi & Edit. Beroaldi, reponit; (cuivis *facile fuit intellectu.*) Reperitur & in MS. Regio eadem vox. CLARK. *Cui* Leid. ſec. inſerit; *cujus* Leid. pr. cum Med. ſed *cuivis* optime addunt Cuj. Petav. Dorv. & Ed. Gryphii: quare deſiderare amplius paſſus non ſum. Dein *illatum* eſt in Dorv. & Leid. ſec. & Edd. ante Beroald. at *intellectum* exſtat in Cujac. Petav. Scal. Leid. pr. item Edd. Vaſc. Steph. Gryph. poſt. Stradae & aliis. Quod non mutari debuit. Facile deprehenſum eſt, adventu regis Scipioni additum eſſe animum. Et, ni fallor, ita alibi occurrit in his commentariis. Nec enim capere, credo, quis velit, pro intellectu, ut *optimum factum* &c. De quo vide ad l. IV. B. G. c. 30.

1. CAPIENDO LOCA EXCELSA OCCUPARE CONTENDIT] Sic etiam MSSti. Locus tamen mihi videtur depravatus. Lego *propiusque Scipionem* gradiendo *loca excelſa occupare contendit.* DAVIS. *Cur. ſec.* Forte delendum *capiendo.*

2. SIBI PROGREDIENDI ERIPUERUNT FACULTATEM] Ait *Joan. Glandorpius* legendum haud dubie *Caeſari* vel *illi:* ſed neſcius erat bonus ille vir *pronomen reciprocum* pro *demonſtrativo* poni poſſe. Carmen de Phoenice *Lactantio* adſcriptum vs. 60.

Ad ſe *reddiderint tempora longa gravem.*

Dictys Cretenſis l. III. c. II. *Suggerente* ſibi *Polyxena apparatum ſacri ejus.* Vide etiam quae notavimus ad l. VIII. B. G. c. L. DAVIS. *Sibi progrediendi eripuerunt facultatem.*) Glandorpius, pro *ſibi*, haud dubie reponendum exiſtimat, *Caeſari*, vel *illi:* Sed nihil opus. Goduinus & Fr. Sanctius, promiſcue ajunt uſurpari *ſibi* & *illi*, modo ambiguitas vitetur: Quod, adeo univerſe dictum, eſt falſiſſimum. Daviſius ridet Glandorpium, quod neſcius eſſet bonus ille vir, *pronomen reciprocum* pro *demonſtrativo* poni poſſe: Sed & ipſe fallitur. Non enim unquam poni poteſt *vocabulum aliud* pro *alio*, quae quidem revera diverſo ſint ſignificatu (quippe neque ratio tunc eſſet futura ulla neque norma loquendi) ſed *uno eodemque* in loco fieri nonnumquam poteſt ut vocum *duarum* utraque ex aequo uſurpari queat *Diverſo reſpectu.* Sic, quod de Caeſare hic dici potuiſſet *ei* reſpectu propioris Antecedentis *adverſarii erupe-runt*, idem aeque proprie & Latine dicitur *ſibi* reſpectu remotioris *Caeſar occupare contendit.* Sed hac de re vide quae fuſius ſupra ad l. VIII. c. 50. & ad l. I. B. G. c. 20. CLARKE.

3. OCCUPANDI GRATIA] Collem *proximum Caeſari* jam ante occupaverat; nunc *eundem collem* occupare contendit, quem Caeſar (lin.,) occupare itidem contendebat. Quaeri autem poteſt, an non omiſſa voce *gratia*, quam Librarii facile inferre potuerint, ſcribi debeat *Ejuſdem collis occupandi, Labienus conſilium ceperat.* CLARK.

1. QUAE

locis, ſpeluncae in modum ſubrutis: [1] quae erant tranſgredienda Caeſari ante, quam ad eum collem, quem capere volebat, perveniretur: ultraque eam convallem olivetum [a] vetus, crebris arboribus condenſum. Hic quum
2 Labienus [b] animadvertiſſet, Caeſarem, ſi vellet eum locum occupare, [c] prius [d] neceſſe eſſe convallem olivetumque [e] tranſgredi, eorum locorum pe-
3 ritus in inſidiis cum parte equitatus, levique armatura conſedit: [2] & praeterea poſt montem colleſque, equites in occulto conlocaverat; ut quum ipſe ex inproviſo legionarios adortus eſſet, ex colle ſe equitatus oſtenderet, [f] & re duplici perturbatus Caeſar, ejuſque exercitus, neque retro [g] regrediundi, neque ultra procedendi [h] oblata facultate, circumventus
4 [i] concideretur. Caeſar, equitatu ante praemiſſo, inſcius inſidiarum quum ad

VARIAE LECTIONES.

a deeſt Edd. R. M. V. b *animadverteret* L. ſec. c *primo prius* L. ſec. d *oportere* L. ſec. Edd. Vaſc. Gr. poſt Steph. *eſſe* MSS. plerique & Edd. ante Scal. carent. Is addidit e Ciacc. conjectura, & conſentit L. pr. *habere* ſupplet Glandorp. e *progredi* Dorv. f *ut* MSS. & Edd. Vett. plerique. F. *ac* vel & *ut*. g *gredeundi* L. pr. *regrediendi* L. ſec. Edd. qdd. h *ablata* L. ſec. Edd. nonnullae male. i *circumcid.* L. ſec.

1. QUAE ERANT TRANSGREDIENDA] Sic in MSto Regio legit *Joan. Goduinus*, ac ita ob σύνταξιν reponendum cenſui. In vulgg. erat *tranſgrediendae*. Editt. *Rom. Ven. Beroald.* ex Gloſſemate repraeſentant *tranſeunda: Steph.* autem *quae erat tranſeunda*, ut hae voces ad *convallem* referantur. DAVIS. *Loca* ſcilicet, Speluncae in modum ſubruta. Scaliger (errore fortaſſe typographico,) (*quae erant* tranſgrediendae:) Quem fideliter ſecuti ſunt recentiores, licet ſoloeciſmus ſit manifeſtus. MS. Voſſii & Edit. Stephani; *quae* (ſcil. *convallis*) *erat tranſeunda*. Quae Lectio non mala. CLARK. *Tranſeunda* Leid. ſec. Dorv. Victor. & Edd. omnes ante Urſin. qui *tranſgredienda* e ſuo protulit, quocum faciunt Scalig. Petav. Leid. pr. *erat* jam dedit Vaſcoſ. & alii. ſtatim *convallem tranſgredi.* atque ita in B. Alex. c. 76. Alibi *tranſcendere vallem.* Vide ad l. 1. B. Civ. c. 68. Forſan *tranſgrediunda* ſcripſit Hirtius. Ceterum *tranſgrediendae* Leid. pr.

2. ET PRAETEREA POST MONTEM COLLESQUE EQUITES IN OCCULTO COLLOCAVERAT] Hunc locum multo auctiorem exhibent MSti *Urſin.* & *Norvic.* in iis enim legitur *Et praeterea poſt montem colleſque* ſubito ſe Caeſari oſtenderat, & *equites in occulto collocaverat.* Editt. vero *Rom. Ven. Beroald. Ut praeterea poſt montem collemque ſubito ſe Caeſari oſtenderet, equites in occulto collocaverat:* unde legendum arbitror *ut praeterea poſt montem colleſque ſubito ſe Caeſari oſtenderent, equites* &c. vel *& praeterea poſt montem colleſque, qui ſubito ſe Caeſari oſtenderent, equites*&c. Ni vel hoc vel illo modo legatur, conjicere nequeo, unde factum, ut in tot Codd. haec verba irrepſerint. DAVIS. In alia (credo) opinione fuiſſet Vir doctiſſimus, ſi ad verba proxime ſequentia animum attendiſſet. Nam ex ejus emendatione, hoc modo ſcribetur tota periodus: (Et *praeterea poſt montem colleſque*, QUI ſubito ſe Caeſari oſtenderent, (vel, UT *praeterea poſt montem colleſque* ſubito ſe Caeſari oſtenderent,) *equites in occulto collocaverat; ut, quum ipſe ex improviſo legionarios adortus eſſet, ex colle* ſe equitatus oſtenderet: *Et* &c.) Vides (ut opinor) quam importuna ταυτολογία illud (*ſubito ſe Caeſari oſtenderent equites*) & (*ſe equitatus oſtenderet*,) bis in eadem ſententia ponatur. Vides etiam (ni fallor) unde factum, ut in tot Codices haec verba (*ſubito ſe Caeſari oſtenderent*) irrepſerint. Nimirum ad ea verba, (*ex colle ſe equitatus oſtenderet*,) ſcripſerat aliquis in Margine, explicandi gratia, (ſubito *ſe* Caeſari *oſtenderet*;) Deinde hanc explicationem, poſt vocem ſimilem (*colleſque*,) una ante linea, alieno in loco inſeruit Librarius aliquis imperitus. Atque hinc factum, ut in omnibus MSS. in priore iſto loco σολοίκως poſitum ſit (*oſtenderet*,) non (*oſtenderent.*) Nihil hac tota re manifeſtius. Quare omnino retinenda vulgata Lectio: niſi forte, unico addito vocabulo, ſcribendum ſit (— *ex colle ſe equitatus SUBITO oſtenderet.*) CLARKE. Dele notam meam. DAVIS. *Cur. ſec.* Cum Edd. Rom. Mediol. & aliis conſentit Dorvill. *collemque* etiam Edd. Vaſc. Steph. & aliae. Cum Urſ. & Norvic. facit Petav. *& p. p. m. c. Caeſari ſubito ſe oſtenderet, eq.* Leidenſes: ſed bene etiam Gudio videntur haec verba e Gloſſa nata. Poſſet tamen infra legi *ex colle ſe equitatus Caeſari ſubito oſtenderet.* idque vero arbitror eſſe proximum.

1. AB-

ad eum locum veniſſet, [1] abuſi, ſive obliti praeceptorum Labieni, [a] ſive
veriti, ne in foſſa ab equitibus obprimerentur, rari, ac ſinguli de rupe pro-
dire, & [b] ſumma petere collis: quos Caeſaris equites conſecuti partim in- 5
terfecerunt, partim [c] vivorum ſunt potiti: deinde protinus collem petere 6
[d] contenderunt, atque eum, decuſſo Labieni praeſidio, celeriter [e] occu-
paverunt. Labienus cum parte [f] equitum vix fuga ſibi peperit ſalutem.

LI. Hac re per equites geſta, Caeſar legionibus opera diſtribuit, atque 1
in eo colle, quo erat potitus, caſtra munivit. Deinde ab ſuis maximis ca- 2
ſtris per medium campum, e regione oppidi [g] Uzitae, quod inter ſua ca-
ſtra, [2] & Scipionis, in [h] planitie poſitum erat, tenebaturque a Scipione,
[3] duo brachia inſtituit duci, & ita erigere, ut ad angulum dextrum, ſini-
ſtrumque ejus oppidi convenirent. [4] Id hac ratione opus [5] inſtruebat, ut, 3
quum propius [i] oppidum copias admoviſſet, obpugnareque coepiſſet, te-
cta latera ſuis munitionibus haberet, ne ab equitatus multitudine circum-
ventus ab obpugnatione deterreretur; praeterea, quo facilius conloquia 4
fieri poſſent, & ſi qui perfugere vellent, id quod antea ſaepe [k] acciderat
magno cum eorum periculo, tum facile & ſine periculo fieret: voluit [l] et-
iam experiri, quum propius hoſtem acceſſiſſet, haberetne in animo dimi-
care.

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt Dorv. b* *ſummam* Dorv. c Sic MSS. & c.61. *vivis* L.ſec. & Edd. ante Urſ. male. d *contendunt* L. ſec. *eumque* Pet. e *occuparunt* L. ſec. f *equitatus* L. pr. g *Uzutae* Pet. *Uxattae* Dorv. h vulgo *planitia*. i *hoſtium* L. pr. k Sic MSS. Reg. L. ſec. & Ciacc. vulgo *accidebat*. l *autem* L.pr.

1. ABUSI SIVE OBLITI PRAECEPTORUM LABIENI, SIVE VERITI]. In mendo cubat vox prima. Lege *iſti*, vel *hoſtes*, *ſive obliti* &c. DAVIS. *Cur. ſec.* Vocem *abuſi* ut ſupervacaneam delebat Glandorpius. Mihi quoque ſuſpecta eſt de mendo. *Labienani* reponendum arbitratur Goduinus.

2. ET SCIPIONIS IN PLANITIA POSITUM ERAT] Duabus voculis omiſſis, in editt. *Rom. Ven. Beroald.* perperam legitur *quod inter ſua caſtra & planitiem poſitum erat*: MS. etiam *Norvic.* habet *in planitiem*; in caeteris receptam lectionem tuetur, quae ſana eſt & ſincera. DAVIS. *Et planitiem* etiam Ed. Mediol. *in planitiem* Petav. & Dorvill. de locutione *ponere in locum* diximus ad l. VIII. B. G. c. 26. Sed reliqui *in planitie*: quod reſcripſi. *planitia* a Scaligero primum repoſitum eſt; quod & ſupra factum in locis nonnullis ex uno alteroque Codice. Hic vero nemo monuit in ullo *a* reperiri. Vide ad l. I. B. Civ. c. 43.

3. DUO BRACHIA INSTITUIT DUCI, ET ITA ERIGERE] *Lipſius* reponendum conjecit *ita dirigere*; quod lubens accipio legoque, *duo brachia inſtituit* ducere, *& ita* dirigere. DAVIS. *Cur. ſec.* Perperam Daviſius *duci* mutare conatur in *ducere*. Saepiſſime occurrit illa conjugationum variatio: ut pluribus docui ad l. I. B. Civ. cap. 32. *Omnia permiſceri mallent, quam imperium dimittere*; & alibi. Rectius Lipſius *dirigere* conjecit; quod reciperem, ſi MSS. addicerent. Forſan invertendus eſt ordo *duo brachia inſtituit erigere, & ita duci*. *Erigi* dicuntur omnia, quae aliqua fiunt altitudine.

4. ID HAC R. O. INSTRUEBAT] Ita Rhell. Gland. Ciacconius & vulgo legunt; cum inveniretur in Aldinis, Gryphianis & aliis *is hac r.* In Leid. ſec. Dorv. & Edd. Rom. Med. Ven. Beroaldi, Vaſc. Steph. aliis, *hoc hac r. opus*. At MS. Urſ. *ii*, quo facit Scal. e quo ſic notavit D.Voſſius *I. i.* In Leid. pr. ſcribitur *In* hac ratione. Quaſi per pleonaſmum praepoſitionis *in* haec Hirtius extuliſſet: quomodo ſaepiſſime in MSS. hanc praepoſitionem addi aliquoties monui. Vide nunc modo ad l. I. B. Civ. c. 22. Verum *in* & *ii* ſunt potius reliquiae verborum, quae exciderunt; nam in Petaviano codice diſerte habetur *ut ad ang. d. ſin. ej. op. conveniret latus unum. Hac r.* Quod admittendum videtur. Dein quod *inſtituebat* emendat Ciacconius, id citra neceſſitatem, & contra Hirtii elegantiam fit. Adi omnino ad B. Gall. l. VIII. c. 41. *vineas agere & aggeres inſtruere coepit.*

5. INSTRUEBAT] Emendat Ciacconius *inſtituebat.* Quomodo & alibi loquitur Caeſar atque Hirtius. CLARK.

6. ACIE.] Sic e MS. ſuo reſcribi voluit Urſinus;

5 care. Accedebat etiam ad reliquas cauſſas, quod is locus depreſſus erat, puteique ibi [a] complures fieri poterant: [b] aquatione enim longa & angu-
6 ſta [c] utebantur. Dum haec opera, quae [d] ante dixi, fiebant [e] a legionibus, interim pars [6] acie ante opus inſtructa ſub hoſte ſtabat. Equites barbari leviſque armaturae, proeliis minutis comminus dimicabant.

1 LII. Caeſar ab eo opere quum jam ſub [f] veſperum copiae in caſtra reduceret; magno [g] incurſu, cum omni equitatu levique armatura, Juba,
2 Scipio, Labienus, [1] in legionarios inpetum fecerunt. Equites Caeſariani [h] vi univerſae ſubitaeque hoſtium multitudinis pulſi parumper [i] ceſſerunt.
3 Quae res [2] aliter adverſariis [k] cecidit: namque Caeſar, ex medio itinere copiis reductis, equitibus ſuis auxilium [l] tulit: equites autem, adventu legionum animo addito, converſis equis in Numidas, cupide inſequentes diſperſoſque inpetum fecerunt, atque eos convulneratos uſque in caſtra regia repulerunt, multoſque ex iis [m] interfecerunt: quod ni in noctem
4 proelium eſſet conjectum, pulviſque vento [n] flatus omnium [3] proſpectu obfeciſſet, [4] Juba cum Labieno capti in poteſtatem Caeſaris veniſſent; equitatuſque cum levi armatura funditus ad [o] internecionem deletus eſſet.

In-

VARIAE LECTIONES.

a Sic Pet. L. pr. Dorv. *nonnulli ſ. complures* Urſ. & Leid. ſec. vulgo *nonnulli.* b *locis enim aq. anguſtis* L. ſec. Dorv. c Sic MSS. o. non *utebatur.* d deeſt L. pr. e *e leg.* L. ſec. *legione* Pet. f *veſperem* Ed. Man. g *conc.* Pet. male. V. ad l. VIII. c. 18. h *ex vi* L. ſec. Dorv. & Edd. ante Urſ. unde Lipſ. *ea vi.* i *acceſſerunt* Pet. L. pr. k *cedit* Dorv. l *detulit* Sc. L. pr. m *occiderunt* Ed. Flor. n Sic MSS. *ſublatus* Lipſ. & Gr. o *internit.* L. pr. Dorv. ut paſſim. *interrupt.* L. ſec.

ſinus; quod etiam ſecuti ſunt poſteriores; & profecto conſentiunt MSS. Scalig. Leidenſes, & Dorvill. unde patet recte me e MSS. vetuſtiſſimus reſcripſiſſe l. II. B. G. c. 23. *In ſiniſtra parte acie:* ubi vide. dein *ſub hoſtes ſtabat* Leid. pr. & Scalig. Male S. ſeq. vocabuli primo etiam adhaeſit. Conſule notata ad l. I. B. G. c. 21. *Sub monte conſediſſe.*

1. In legionarios impetum fecerunt] Non in legionarios, ſed in equites impetum fecerunt, ut ex ſequentibus fit manifeſtum; unde *Jul. Celſus* p. 223. edit. Londin. *Juba & Scipio ſimul & Labienus ſumma vi* equitatum *ejus invaderent;* unde reſcribendum *in equites* vel *equitatum.* Mendum ex compendiaria ſcriptura ortum videtur, cum enim primo ſcriberetur *in eq.* oſcitans Librarius in *leg.* facile mutavit, unde nata lectio recepta. DAVIS. *In equites* in textum audacter recepit Clarkius. Tantum mihi ſumere ego non ſuſtineo, nam aliud quid latere poteſt, ut *Julianos.* Sic c. 40. & alibi.

2. Aliter adversariis cecidit] *Joan. Glandorpius* hiulcam orationem cenſuit, quapropter ſupplevit *aliter* atque exiſtimarunt *adverſariis cecidit; Joan.* vero *Goduinus*, ut vara vibiam ſequitur, *aliter* quam putabant *adverſariis cecidit.* Sed nihil deeſt; prima vox id denotat, quod infeliciter & contra ſententiam accidit: obſervat enim *Euſtathius* τὰ μὴ κατὰ γνώμην ἢ δ᾽ εὐχὴν συμβάντα, ἌΛΛΩΣ ἀποβεβηκέναι. Quin & *alter pro non bono ponitur, ut in auguriis* altera *cum appellatur* avis, *quae utique proſpera non eſt*, quae *Feſti* ſunt verba. DAVIS. Virg. l. II. Aen. 428. *Dis aliter viſum.* Juſtin. l. II. c. 13. *Si aliter eventus ferat.*

3. Prospectu obfecisset] Sic primus reſcripſit Scaliger, cum antea legeretur *proſpectibus offec*, quod Goduino placet, & reſtat quoque in Dorvill. & Gallic. De antiquo Dativo in *u*, Caeſari praeſertim proprio, vide Cellarium & me ad l. I. B. G. c. 16. Sed *proſpectui* hic Petav. *proſpectum* Scalig. *proſpectum abſtuliſſet* Reg. Gallic. cum antiqua Ed. *proſpectum offendiſſet* Reg. Gall. & Vict. ac Leid. ſec. Active. V. Cellar. ad c. 61. *proſpectum inpedire* habemus ſupra c. 40. & l. II. B. G. c. 22. Sed ſingularis & elegans eſt lectio Leid. primi *proſpectum infeciſſet*, obfuſis ſcilicet tenebris. Claudian. I. in Rufin. 130. de Megaera Hinc dea *proſiluit, Phoebique egreſſa ſerenos Infecit radios.*

4. Juba cum Labieno capti] Syllepſis eſt. Sic apud *Apulejum* Florid. III. *Muſa cum Minerva —— judices aſtitere. Dictys* Cretenſis l. II. c.

VI.

Interim incredibiliter ex legionibus IV & VI Scipionis milites diffugere,
partim in caſtra Caeſaris, partim in [a] quas quiſque poterat regiones perve-
nire: itemque equites [1] Curioniani, diffiſi [b] Scipioni ejuſque copiis, com- 6
plures ſe eodem conferebant.

LIII. Dum haec [c] circum Uzitam ab utriſque ducibus [d] adminiſtrantur, 1
legiones duae, [e] IX & X, ex Sicilia navibus onerariis profectae, quum jam
non longe a portu Ruſpinae abeſſent, conſpicatae naves Caeſarianas,
quae in ſtatione apud Thapſum ſtabant, veriti, ne in adverſariorum, [f] ut
inſidiandi gratia ibi commorantium, claſſem inciderent, inprudentes ve-
la in altum dederunt; ac diu multumque jactati, tandem multis poſt die-
bus ſiti inopiaque confecti ad Caeſarem [g] perveniunt.

LIV. Quibus legionibus expoſitis, [h] memor in Italia priſtinae licentiae 1
militaris ac rapinarum certorum hominum, parvulam modo [i] cauſſulam
nactus [k] Caeſar, quod C. Avienus Tribunus militum X legionis navem com-
meatu, [l] familia ſua, atque jumentis occupaviſſet, neque militem unum
[m] ab Sicilia ſuſtuliſſet; poſtero die de ſuggeſtu, convocatis omnium legio- 2
num tribunis, centurionibuſque: *Maxime vellem*, inquit, *homines ſuae
petulantiae, nimiaeque libertatis, aliquando finem feciſſent, meaeque
lenitatis, modeſtiae, patientiaeque rationem habuiſſent: ſed quoniam* [n] *i-* 3
pſi ſibi neque modum neque terminum conſtituunt, [2] *quo ceteri diſſimiliter
ſe gerant; egomet* [o] *ipſe documentum more militari conſtituam.* [p] *C. Avie-* 4
*ne, quod in Italia milites populi Romani contra rempublicam inſtigaſti;
rapinaſque per* [q] *municipia feciſti*, [r] *quodque mihi reique publicae inu-
tilis fuiſti; & pro militibus tuam familiam jumentaque in naves impoſui-
ſti; tuaque opera* [s] *militibus tempore neceſſario reſpublica* [t] *caret: ob eas
res,*

VARIAE LECTIONES.

a *Quam regionem* Dorv. & Edd. ante Urſ. & dein vulgo *Curiani.* b *Scipionis* L. pr. c *ad* L. pr. *Uzutam* Pet. *Utzittam* Dorv. & ſic illi infra. d *adminiſtrabantur* Dorv. e *X & XI* L.pr. *conſpicati* L. pr. Dorv. a m.ſec. ut ſtatim *veriti.* V. ad l. III. B. G. c. 9. f deeſt *ut* Edd.R.M.V. g Sic Pet. Leidd. bene. V. ad l. I. c. 46. & paſſim. h *auditur moeror* Pet. *audit Caeſar eſſe moerorem* Scal. i *cauſam* Pet. *caſulam* Sc. L. ſec. Ed. Gryph. V. ad c. 27. k *quod Caeſar Av.* MSS. plerique inepte. *C.* abeſt Dorv. l *familiaque* MSS. 2. Edd. pp. m *a S.* L. ſec. Edd. qdd. n *Ii* Urſ. *uſi* Sc. L. pr. o deeſt L. pr. p *quapropter* addunt L. ſec. Dorv. & Edd. pp. item Vaſc. Gr. poſt. Steph. Str. *C. Caeſar A.* Dorv. *Caeſar* L. ſec. q *mancipia* Leidd. r *quod m.* L. pr. s *militibuſque* MSS. 2. Edd. pp. aliaeque, minus bene. t *careret* Pet.

VI. *Ex conſilii ſententia Achilles cum Ajace ad Telephum perveniunt.* Et c. XX. *Ulyſſes cum Diomede profecti ad Priamum.* Sic & paſſim idem ſcriptor, ut & interdum praeſtantiſſimus quiſque. Vide *Fr. Sanctium* Min. l. IV. c. X. & *Jac. Perizonii* addit. p. 823. (717.) DAVIS. Apul. l. III. Met. p. 60. *Vector meus cum aſino capita conferunt.* male Ed. Scriverii & *aſinus.* Adde Cel. Burmann. ad Ovid. Met. I, 319. ubi *Deucalion cum conjuge numina montis adorant.*

1. CURIONIAM] Ita recte reſtituit Lipſius (l. II. Elect. c. 22.) quem ſecutus eſt Cellarius. Intelliguntur enim milites, qui cum *Curione* fuerant. Al. *Curiani.* CLARK. V. c. 40.

2. QUO CETERI DISSIMILITER SE GERANT] Vocem penultimam in bonae fidei libris deſiderari teſtatur, & abeſſe poſſe monſtrat *J. Fr. Gronovius* Obſerv. l. IV. c. XIV. p. 227. DAVIS. At in *Buſlid.* quidem non comparet. Cum tamen eam repraeſentent *Petav. Norvic.* aliique MSSti, nec aliter loqui ſoleat *Hirtius*, omnino retinendam puto. DAVIS. *Cur. ſec.* Mei quoque *ſe* retinent.

res, ignominiae cauſſa, ab exercitu meo te removeo: hodieque [a] *ex Africa*
5 *abeſſe,* &, [1] *quantum poteſt, proficiſci jubeo. Itemque te, A. Fontei,*
quod tribunus militum ſeditioſus, maluſque civis fuiſti, ab exercitu di-
mitto. [b] *T. Saliene, M. Tiro, C.* [c] *Cluſinas, quum ordines* [2] *in meo exer-*
citu beneficio, non virtute [d] *conſecuti ita vos geſſeritis, ut neque bello*
fortes, neque pace boni aut utiles fueritis, & *magis* [3] *in ſeditione* [e] *con-*
citandiſque militibus adverſus veſtrum imperatorem, quam pudoris, mo-
deſtiaeque fueritis ſtudioſiores; indignos vos eſſe arbitror, qui [f] *in meo*
exercitu ordines ducatis; miſſoſque facio, & *, quantum poteſt, abeſſe ex*
6 *Africa jubeo.* Itaque [g] transdidit eos centurionibus; & [4] ſingulis non am-
plius [h] ſingulos additos ſervos, [5] in navi inponendos ſeparatim curavit.
1 LV. Gaetuli interim perfugae, quos cum litteris mandatiſque a Caeſa-
re miſſos ſupra docuimus, ad ſuos cives perveniunt: quorum auctoritate
facile adducti, Caeſariſque nomine perſuaſi, a rege Juba deſciſcunt, ce-
leriterque cuncti arma capiunt; contraque regem facere non dubitant.

Qui-

VARIAE LECTIONES.

a *Te ex A.* L. pr. *ex Afr. te* L. ſec. b Sic MSS. optimi cum Aldo Manut. Scal. &c. V. c. 25. *T. Alliene* L. ſec. Dorv. Edd. Vett. pleraeque. *Tuſci Saliene, T. Alliene* Edd. R. M. V. c *Cluſiane* L. ſec. Dorv. Edd. Vett. ante Scalig. d *ſitis conſ.* MSS. 4. *Itaque* L. ſec. e *concitandi milites* vulgo. f abeſt Pet. g *tradit* L. pr. Pet. h *ſingulis additis ſervis* vulgo.

V. etiam Gronov. ad Liv. l. XXXIX. c. 54. *Neque illos recte geſſiſſe.* Ex ejuſdem Gronovii ſententia legi deinceps poſſet *milites contra Remp. populi Ri.* Vide ibid. in Obſ. & Viros doctos ad Vellej. l. II. c. 16. ſed ut *magiſtratus populi Romani, ſenatores populi Romani, Sacerdotes pop. Ri.* ita etiam dicuntur *milites populi Romani.* Adi omnino Heinſ. & Burm. ad Vellej. l. II. c. 69. V. etiam c. 97. & ad l. I. B. G. c. 3. *a ſenatu populi Ri.*

1. QUANTUM POTEST] Mox rurſus & *quantum poteſt.* Sed hic *potes* & infra *poteſtis* habent MSS. Dorvillii & Edd. omnes ante Urſinum, qui *poteſt* e ſuo Codice reponi voluit, quodque Scaliger & ſeqq. ſecuti ſunt. *Potes* primo loco etiam Petav. & Leid. ſec. at idem cum Cujac. dein *poteſt.* Scalig. *pro eo* & mox *peto*, ut utroque loco habet Leid. primus. Non dubium mihi eſt, quin utrobique legi debeat *quantum pote*; veteri formula, apud Comicos frequenti. Vide G. J. Voſſ. de Anal. l. II. c. 21. & me in Obſerv. Crit. ad Apul. l. VIII. Metam. p. 164. *Accubueram quam pote tutus.* Dein MSS. Scal. & Leid. pr. *itemque te, A Fontei,* &c. *te* ab *exercitu dimitto*, eleganti & efficaci repetitione, quae eſt notiſſima.

2. IN MEO EXERCITU, BENEFICIO NON VIRTUTE] Forte, tranſpoſitis vocibus legi poſſet *in exercitu, meo beneficio, non virtute* (veſtra) Sed & proba eſt vulgata lectio. CLARKE.

3. IN SEDITIONE CONCITANDI MILITES] Codices plurimi *concitandiſque militibus.* CLARKE. Lego *in ſeditionem.* DAVIS. *Cur. ſec.* Vulgata lectio eſt partim e conjectura Ciacconii, quam Scaliger primus admiſit, partim ipſius Scaligeri. Antea edebatur *in ſeditione concitandiſque militibus adverſariorum noſtrorum Imperatoris.* Et ſane *concitandiſque militibus* retinent MSS. mei omnes: quod nequaquam mutare debuerat Scaliger. Rectius Ciacconius *adverſus veſtrum Imp.* emendavit, quod firmatur a Dorvill. *veſtrorum* Scalig. Cod. Forſan *adverſ. veſtr. Imp.* e Gloſſa inrepſerunt.

4. SINGULIS NON A. SINGULIS ADDITIS SERVIS] Codices nonnulli *Et* ſingulos, *non amplius* &c. Quod perinde eſt. CLARK. Ex *Petav.* & *Norvic.* legendum & *ſingulis non amplius ſingulos ſervos additos.* Vide nos ad c. 45. DAVIS. *Cur. ſec. ſingulos additos ſervos* exhibent quoque Scalig. & Leidenſes, ac 2. Gallicani cum Urſin. quare id repoſui. *Singulos, non.* Edd. primae: quaſi ſinguli eſſent inpoſiti in ſingulis navibus. ita ut 5. navibus fuerint remiſſi, quomodo etiam Celſus ſumſit, *qui eos non niſi cum ſingulis ſervis ſeparatim in navibus aſportandos inponerent. Servos* eſt in Ed. Elzev. quod non capio. Non male Cod. Dorvill. cum tribus Gallicanis, Edd. Aldi, Vaſcoſ. Gryph. Manut. Steph. & aliis & *ad ſingulos n. amp. ſingulis additis ſervis.* Sed optimorum Codicum lectio ſequenda. Si enim ſervos additos ſingulis inpoſuit, etiam ipſos ſimul, quibus additi erant, inpoſuit.

5. IN

Quibus rebus cognitis, Juba [a] diſtentus triplici bello, [b] neceſſitateque co- 2
actus, de ſuis copiis, quas contra Caeſarem adduxerat, VI cohortes in fi-
nes regni ſui mittit, quae eſſent praeſidio contra Gaetulos.

LVI. Caeſar brachiis perfectis, [1] promotiſque [c] uſque eo, quo telum ex 1
oppido adjici non poſſet, caſtra munit: baliſtis ſcorpionibuſque crebris 2
ante frontem caſtrorum, [d] contraque oppidum conlocatis, defenſores mu-
ri [e] deterrere non intermittit: [f] eoque V legiones ex ſuperioribus caſtris
[g] deducit. Qua facultate oblata, inluſtriores [2] notiſſimique, conſpectum 3
amicorum propinquorumque efflagitabant, atque inter ſe conloquebantur.
Quae res quid utilitatis haberet, Caeſarem non [h] fallebat: namque Gae- 4
tuli ex equitatu regio nobiliores, equitumque praefecti, quorum patres
cum Mario ante [i] meruerant, ejuſque beneficio agris finibuſque donati,
poſt Sullae victoriam ſub Hiempſalis regis erant [3] poteſtate dati, occaſio-
ne capta, [k] nocte jam luminibus accenſis, cum equis calonibuſque ſuis
cir-

VARIAE LECTIONES.

a *diſtrictus* L. ſec. b Sic MSS. Urſ. Sc. Leidd. Dorv. Edd. R. M. V. Vaſc. Steph. Gr. poſt. vulgo deeſt *que.* c *perm.* L. pr. vulgo *eo uſque, ut.* d *contra op.* L. pr. *collocans* Dorv. e *terrere* Dorv. f *eoſque* L. pr. *eaſque* Dorv. Edd. R. M. V. g *educ.* L. pr. *adduc.* L. ſec. Dorv. *qui* L. pr. h *latebat* L. pr. ſed V. Brant. ad c. 3. i *manſerant* Edd. R. M. V. k Vide ad c. 89.

5. IN NAVI INPONENDOS] Ita exhibent vel *nave* MSS. mei cuncti cum Edd. primis aliiſque veteribus. Et ſane *inponere in loco* dixiſſe veteres aliqua exempla docent. Adi Celeb. Viros Dukerum & Drakenb. ad Liv. l. I. c. 18, 8. Nepos in Cim. c. 4. *ut numquam in eis cuſtodem inpoſuerit.* Sic enim MSS. Nihilominus *inponere in navem* multo frequentius dicitur, quam *in nave:* ſi modo ulla alia exempla ꝟ *in nave* dari poſſint. Boſius ad Nep. V. Dionis c. 4. *in naves inpoſuit* monet in nonnullis eſſe *in navi.* Sed corruptum hoc ex Accuſ. *navis.* Confer notata ad l. III. B. Civ. 14. *legionibus in naves inpoſitis.* Praecedit hic *in naves inpoſuiſti.* Dubito ergo, an non & hic *in navim* ſcribi debeat, ut certe jam ediderunt Vaſcoſ. Gryph. poſt. Stephanus & Strada.

1. PROMOTISQUE EO USQUE, UT TELUM] MS. *Norvic. promotiſque uſque eo, quod telum*, unde reſcripſerim *promotiſque eo uſque quo telum*, quemadmodum exhibent editt. *Steph.* & *Vaſcoſ.* DAVIS. Reponendum exiſtimat Daviſius, (quo *telum &c.*) Atque ita quidem ſcriptum eſt in MSS. Reg. & Voſſii. Sed hoc perinde eſt. Illud autem ait Hirtius; *ut* (vel *quo*) *telum* tantum non *ex oppido adjici poſſet.* CLARK. *Uſque eo* habent plerique libri, quare reſtitui. Sic B. Hiſp. c. 15, 24, 34. *uſque eo, ut &c.* Cic. pro Arch. c. 9. Veget. l. I. c. 20. *Uſque eo, ut ſagittarii:* ubi etiam in MSS. plurimis, ſed recentioribus *uſque adeo.* Cort. ad Sall. B. Cat. 49. *uſque eo, ut* &c. *ut* deeſt L. pr. *Quod* etiam Petav. *quo* Scal. Leid. ſec. & Dorv. quod idcirco reſcripſi. Dein *abici* vel *abjici* eſt in MSS. omnibus & Edd. primis, item Beroaldi aliiſque. idque probare videtur Brantius. Sed quî Caeſar potuit prohibere, ne hoſtes ex oppido telum jacerent? hoc enim notat *abjicere.* Vide ad l. III. B. Gal. 56. *telis ex vallo abjectis.* Cl. Burm. ad Sueton. Ner. c. 34. Dicit ergo Hirtius brachia illa eo uſque ad oppidum promota eſſe, ut tamen extra ictum teli eſſent, & telum eo uſque *adjici* non poſſet. Non plane capit etiam Clarkius, & ſine exemplo *non* pro *tantum non.* *Adjicere telum* eſt ita jacere, ut feriat ſcopum. Adi ad lib. IV. B. G. 23. *Uti ex locis ſuperioribus in litus telum adjici poſſet.*

2. NOTISSIMIQUE] Forte *nobiliſſimique.* Sic enim jam infra *Nobiliores* &c. Sed & vulgata lectio non mala. CLARK.

3. SUB POTESTATE DATI, OCCASIONE CAPTA] Scio, haec defendi poſſe pro *ſub poteſtatem*, vel *ablativum* poni, quia jam erant *redacti.* Vereor, tamen ne non profectum ſit ab ipſo Hirtio; non quod negem locutionem *dare alicui ſub poteſtatem;* ſic enim *dare in ſervitutem alicui*, & ſimilia ſaepe occurrunt: ſed quod MSS. vocem *dati* ſatis damnant. Certe in meis omnibus & Edd. primis ſcribitur *dati poteſtate.* Pro *capta* in Leid. pr. & Ed. Flor. eſt *accepta:* at Petav. & Edd. Rom. Ven. ac Med. *data.* Unde ſuſpicor olim fuiſſe *ſub Hiempſ. r. e. poteſtate, data occaſione* i. e. oblata.

4. PROXIME UZITAE] MSS. Reg. & Elienſ. (*proxime* locum *Uzitae.*) Ut forte legi poſſit,

 proxi-

circiter mile perfugiunt in Caeſaris caſtra, quae erant in campo [*] proxime Uzitae locata.

1 LVII. [a] Quod poſtquam Scipio, [b] quique cum eo erant, cognoverunt,
quum commoti ex tali incommodo eſſent, fere per id tempus M. Aqui-
2 nium cum C. Saſerna conloquentem viderunt. Scipio mittit ad Aquinium,
[c] nihil adtinere eum cum adverſariis conloqui. [1] Quum nihilo minus ejus
ſermonem nuncius ad ſe referret, [d] *ſed reſtare*, *ut reliqua*, *quae vellet*,
perageret; viator praeterea ab Juba ad eum eſt miſſus, qui diceret, au-
3 diente Saſerna, *Vetat te rex conloqui.* Quo nuncio perterritus diſceſſit;
&

VARIAE LECTIONES.

a *Quos* Sc. b *&* *qui* Dorv. Edd. R. M. V. c Sic MSS. non *nil. pertinere* ſine *eum* L. pr. d vulgo *diceretque* vel *reſtaretque* & *poſtea.*

(*proxime* opidum *Uzitae.*) CLARK. *Petav.* & *Norvic.* dant *proxime* locum *Uzitae.* Cum *Lipſio* ſcripſerim *Proxime Uzitam.* DAVIS. *Cur. ſec. Locum* addunt MSS. Urſ. & mei omnes; ſub quo Accuſativum alium latere mihi non dubium eſt; ſed quem non facile dixerim; licet multi eſſingi poſſent. In planitie erat ſitum Uzitae oppidum. *Proxime Rhenum* l. 1. B. G. 54. ubi vide.

1. QUUM NIHILO MINUS EJUS SERMONEM NUNCIUS AD SE REFERRET, RESTARETQUE, UT RELIQUA] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* repraeſentant *cum autem nihilominus ejus ſermonem nuncius ad ſe referret diceretque ut reliqua:* MS. *Norvic. quum nihilominus ejus ſermonem nuncius ad ſe referret, ſed reſtare ut reliqua.* Ex quo codice mihi reſcribendum videtur *quum nihilominus ejus ſermonem nuncius ad Scipionem referret, ſe reſtare, ut reliqua* &c. Mendum in *Hirtio* procreavit compendiaria ſcriptura, nam in Cod. ſcriptum putarim *ad* SC *referret*, quod imperitus Librarius in SE facile mutavit, cum Scipionis nomen eſſet exarandum. Haec ſane conjectura *Ciacconianae* eſt praeferenda, qui, multis vocibus omiſſis, reponit *quum nihilominus ipſe reſtaret, ut reliqua.* Hallucinatus etiam eſt *Joan. Glandorpius*, qui emendat *cum ejus ſermonem nuncius ad* Saſernam *referret*, quaſi Aquinius & Saſerna per internuncios fuerant collocuti. DAVIS. *Nuncius ad* ſe *referret*;) ſcil. *ad Scipionem.* Daviſius conjicit ſcriptum fuiſſe initio, *ad Sc.* (nempe, *ad Scipionem*;) mutatumque id Librariorum incuria in, *ad Se.* Sed iſta conjectura nihil opus eſt. Nam illud, *ſe*, poteſt tam Latine cum Antecedente remotiori (*Scipio*,) quam cum propiori (*nuncius*) reciprocari. (Vide quae ſupra annotavimus ad c. 49. ad l. 8. c. 50. & ad lib. 1. B. G. c. 20. Quamobrem & male emendat Goduinus, (*ad* Eum *&c.*) Fruſtraque Rhellicanus negat putare ſe Hirtium tam ineruditum & male Grammaticum fuiſſe, ut reciprocum pronomen (*ſe*) ad *Scipionem* retulerit. Lepiduſque plane eſt idem Vir doctiſſimus, cum voces iſtas (*nuncius ad* ſe *referret*,) interpretatur (*nuncius in ſe reciperet, ſiquid inde incommodi accipiendum foret*;) Ridicule prorſus. Nec multo melius Cellarius; qui interpretatur, (*Scipionis mandatum nuncius* Aquinio *adferret.*) Dein *Reſtaretque ut* ediderunt Scaliger & Recentiores. Et eſt (ut in loco dubio) lectio maxime commoda. MSS. plerique habent *diceretque ut &c.* Corrupte. Goduinus & Daviſius ex aliis Codicibus emendant *ſe reſtare*, *ut.* Quod ferri poteſt. Quamquam vulgatae lectioni non videtur praeferendum. CLARK. *Quum autem nib. &c.* eſt quoque in MSS. Reg. Leid. ſec. & Edd. Mediol. Pro *ad ſe* Leid. ſec. & Dorvill. *ad eum. Ad illum* Edd. Vaſc. Steph. &c. quae omittunt *nihilominus. Diceretque* eſt in vulgatis omnibus ante Scalig. & Leid. ſec. *ſe reſtare dixit* habet Dorvill. *ſed reſtare* Scalig. Leid. pr. Cujac. Petav. & Urſin. Veriſſime. quod miror non cepiſſe interpretes. Sunt ipſa verba Aquinii, unde apud Celſum *reſpondit: Et ſtabo inquit adhuc, donec expleam, quod incepi. Reſtare* notat, *permanere, in eodem conſiſtere loco.* Ut notiſſimum eſt. Dixit itaque Aquinius *ſed reſtabo* &c. quaſi vellet dicere: *Mandet quid velit Scipio. Non curo, ſed perſiſtam & manebo hic, ut reliqua peragam in colloquio.* Vide Viros doctos ad Liv. IV, 58. Si quis tamen e Dorvill. velit *ſe* vel *ſed ſe* per me licet. Clariſſime autem liquet e Cod. Dorvill. & Celſo, *diceretque* natum eſſe ex adjecta gloſſa *dixit*, quae ſaepiſſime cum alibi tum in his commentariis in textum inrepſit. Adi ad l. 1. B. G. c. 17. Inſuper pro *quae vellet* Leid. ſec. habet *quae ipſe v.* Edd. Vaſc. Gryph. poſt. Steph. & aliae *quae v. ipſe p.* Sed Cujac. Scalig. Petav. Leid. pr. *quae ſi vellet.* Forſan *quae ſibi vellet.* Dein loco *& poſtea* ſcripſi *praeterea* fide MSS. eorumdem, uti & Gallicorum, Dorv. Leid. ſec. & Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. Steph. & Stradae.

2. USU VENISSE HOC CIVI ROM. MIROR] Ultimam

& dicto audiens fuit [a] regi. [2] Uſu veniſſe hoc [b] civi Romano, [c] & ei, qui 1
a populo Romano honores accepiſſet, incolumi patria, fortuniſque omni-
bus, Jubae barbaro potius obedientem fuiſſe, quam aut Scipionis obtem-
peraſſe nuncio, aut, [1] caeſis ejuſdem partis civibus, incolumem reverti
malle! Atque etiam [d] ſuperbius Jubae factum, non in M. Aquinium, homi- 4
nem novum, [2] parvumque Senatorem, ſed in Scipionem, hominem illa
familia, dignitate, [e] honoribus praeſtantem: [f] nam quum Scipio ſagulo 5
purpureo [g] ante regis adventum uti ſolitus eſſet, dicitur Juba cum eo egiſ-
ſe, non oportere illum eodem [h] uti veſtitu, atque [i] ipſe uteretur. Itaque
[3] factum eſt, ut Scipio ad album ſeſe veſtitum transferret, & Jubae homi- 6
ni ſuperbiſſimo inertiſſimoque obtemperaret.

LVIII. Poſtero die univerſas [k] omnium copias de caſtris omnibus [l] e- 1
ducunt; & [4] ſupercilium quoddam excelſum nacti non longe a Caeſaris
caſtris aciem conſtituunt, atque ibi conſiſtunt. Caeſar item producit co- 2
pias, celeriterque iis inſtructis, ante ſuas munitiones, quae erant in cam-
po, [m] conſtitit; ſine dubio exiſtimans, ultro adverſarios, quum tam ma-
gnis copiis auxiliiſque regis eſſent [n] praediti, promptiuſque proſiluiſſent,
ante [o] ſe concurſuros, propiuſque [p] ſe acceſſuros. [q] Equo circumvectus, le- 3
gio-

VARIAE LECTIONES.

a *Regis* L. ſec. male. b *cui* L. ſec. c vulgo additur *miror*. d *& ſup.* Pet. *ſuperius* L. pr. e a Pet. L. pr. Dorv. abeſt *que* bene. V. ad lib. IV, 15. f *namque* MSS. 3. g *ad ante* Reg. h deeſt MSS. 3. i *etiam ipſe* L. pr. k *hominum* Edd. R. M. V. l Sic MSS. o. praeter Dorv. & Edd. Vaſc. Gryph. Steph. non *deduc.* V. ad c. 41. m *conſtituit* MSS. 3. & Edd. qdd. male. n *pretio* Sc. L. pr. o deeſt Edd. Vaſc. Gr. poſt. Steph. *eum curſ. ſecum concurſ.* Sc. Petav. p deeſt L. pr. q *& eq.* L. ſec. Edd. R. M. V.

nam vocem neſciunt *Cujac.* & *Petav.* Eam igitur dele, poſita ad periodi finem admirationis nota. Vide *Graevium* ad *Juſtini* II, 14. & *Ambroſium* de Virgin. II, 5. DAVIS. *Cur. ſec.* Egregii etiam Codices Scalig. & Leid. primus non agnoſcunt verbum *Miror*. Eleganter profecto. Frequenter enim ita Infinitivus adhibetur abſolutus in Admiratione apud Comicos optimoſque quoſvis ſcriptores: ut docuerunt Gronovius, Graevius, Dukerus aliique. Monendum id quoque habui ad Lucan. l. v, 695.

Mundi jam ſumma tenentem
Permiſiſſe mari.

1. CAESIS —— CIVIBUS] Hoc eſt; tum cum concives ejus adeo frequentes occiderentur. CLARKE. Vulgatam lectionem ſolus ſervat e meis Leid. primus. *Caeſaris* eſt in Petav. Leid. ſec. Dorvill. & Edd. primis, quin etiam Cujac. & Scalig. habent *Caeſaris* reſectis ceteris *ejuſdem p. civibus incol. rev. malle.* pro quo *velle* eſt a manu prima in Dorvill. Celſus etiam tantum habet *Jubae regi barbaro potius quam Imperatori exercitus pop. Romani paruiſſe.* Certe illa *caeſis ejuſdem partis civibus* in mendo cubare mihi videntur.

2. PARVUMQUE SENATOREM] Senatorem non valde nobilem *parvum* dictum fuiſſe non memini; ut videtur, nec immerito hanc locutionem carpit *Dodwellus* Diſſ. de *Jul. Celſo* §. 8. Sed quod hic ſcriptori, nos Librariis imputamus; nam legendum puto *hominem novum* pedariumque *Senatorem.* Pedarii ſenatores ſunt ii, qui nondum majoribus honoribus functi fuerant. Vide ſis *Agellium* III, 18. DAVIS. *Cur. ſec.*

3. FACTUM EST.] MSS. Reg. & Voſſii & Editt. Vett. (*factum eſt illico.* &c.) CLARKE. *Eſt* non comparet in Leid. pr. *eſſe* Edd. Vaſc. Gryph. poſt. Steph. *illico* etiam Leid. ſec. Edd. Mediol. Ven. & quas modo nominavi. Scribo *Itaque factum illico*, ut Scipio ad album ſeſe &c. pro quo Edd. primae & Beroaldi inepte *alium* repraeſentant.

4. SUPERCILIUM QUODDAM EXCELSUM NACTI NON LONGE A CAESARIS CASTRIS] Supercilium locum eminentiorem, ſeu ſummitatem denotat. Sic apud *Virgilium* Georg. l. I, 108.

Ecce ſupercilio *clivoſi tramitis undam*
Elicit.

Ubi *Servius*, *altitudine*, inquit, *ſummitate terrarum.*

gioneſque cohortatus, ſigno dato, acceſſum hoſtium [a] aucupabatur: ipſe
enim a ſuis munitionibus longius, non ſine ratione, [b] non procedebat;
quod in oppido [c] Uzitae, quod Scipio tenebat, hoſtium erant cohortes ar-
4 matae. Eidem autem oppido ad dextrum latus ejus [d] cornu erat obpoſitum:
verebaturque, ne, ſi praetergreſſus eſſet, ex oppido eruptione facta, [e] ab
5 latere eum [f] adorti conciderent. Praeterea haec quoque [g] eum cauſſa tar-
davit, quod erat locus quidam perinpeditus ante aciem Scipionis, [1] quem
ſuis inpedimento ad ultro occurrendum fore exiſtimabat.
1 LIX. Non arbitror [h] eſſe praetermittendum, [2] quemadmodum exerci-
tus utriuſque [i] fuerint in aciem inſtructi. Scipio hoc modo aciem direxit.
2 Conlocabat in fronte ſuas & Jubae legiones; poſtea autem Numidas in
ſubſidiaria [k] acie ita extenuatos, & in longitudinem directos, ut procul
[3] ſimplex eſſe acies [l] media ab legionariis militibus videretur; in corni-
3 bus autem duplex eſſe [m] exiſtimabatur. Elephantos [n] dextro, ſiniſtroque
cornu conlocaverat, aequalibus inter [o] eos intervallis interjectis: poſt au-
tem [p] elephantos, armaturas leves, Numidaſque [q] ſubſtituerat auxiliares.
4 Equitatum frenatum univerſum in ſuo dextro cornu diſpoſuerat; ſiniſtrum
[r] enim cornu oppido Uzita claudebatur, neque erat ſpatium equitatus
5 explicandi: [s] praeterea Numidas, leviſque armaturae infinitam multitudi-
nem ad dextram partem ſuae aciei [4] obpoſuerat, fere interjecto non mi-
nus M paſſuum ſpatio, & ad collis radices magis adpulerat, longiuſque [t] ab
ad-

Variae Lectiones.

a *Aucupatur* L. pr. b deeſt MSS. pleriſque & Edd. pp. Ab Edd. nonnullis prius *non* abeſt. c Sic MSS. o. ſed Edd. ante Scal. *Uzita*. V. Cell. & ſupra c. 36. d *eorum* Sc. *appoſit.* L. pr. & *verebatur, ne* Sc. L. pr. Dorv. e *a* MSS. & Edd. qdd. f *adortu* L. pr. g abeſt L. pr. h deeſt L. ſec. *praetereundum* L. pr. V. ad lib. VI, 34. i vulgo *fuerunt*. k *parte* L. pr. l deeſt L. pr. Edd. pp. Ber. Gryph. Man. *ab* eſt ex Scal. vulgo *a*. m *aeſtim.* L. ſec. n *in d. medioque c.* L. pr. o *ſe* L. ſec. *injectis* L. pr. p *elephantes* L. pr. q *aux. ſubſtituere* L. pr. Dorv. *aux. ſubſt.* Sc. L. ſec. *auxiliarios* L. ſec. Edd. pp. Vaſc. Ber. Steph. Gr. poſt. &c. r *autem* L. pr. s vulgo *propt.* t deeſt L. ſec. V. ad l. III. B. Civ. 25.

rum. Hoc cum fugeret eos, qui curarunt editt. *Rom. Med. Ven. Beroald.* hic locus in iis Codd. ſic legitur *ſuper alium quendam excelſum natura locum non longe a Caeſaris caſtris*, corruptaque haec lectio *Joan. Rhellicanum* fefellit. DAVIS.

1. Quem suis impedimento] Sic editt. *Rom. Ven. Beroald.* at in MSto *Norvic.* legitur *quem ſuis ipſe adjumento*: ſed multum praeſtat lectio recepta, ut ipſa res oſtendit: nam neceſſe eſt, ut locus impeditus concurſum impediat. DAVIS.

2. Quemadmodum fuerint] Ita reſtitui ex MSS. duobus. Nec ſatis mirari queo editorum omnium dormitationem, qui ediderunt (*quemadmodum* fuerunt) Quod hoc ſignificatu nequaquam Latinum eſt. CLARK. Legendum *fuerint*, quod, ut obſervavit Clarkius, exigit Latini ſermonis ratio. Quin & Gryphius & Lugdunenſes 1576. ita ediderunt. DAVIS. *Cur. ſec. Fuerunt* defendi poſſet ex notatis ad l. II. B. Civ. c. 31. §. II. Verum tamen MSS. quoque hic ſequor. nam *fuerint* exſtat in Leidenſibus, Scalig. Dorvill. & Edd. Vaſcoſ. Steph. Gryph. poſteriore, non prima, item Stradae.

3. Simplex esse acies media a legionariis militibus videretur] Suſpecta videtur illud *a*. Quid ſi legatur *ex*? Sed Codices deſidero. CLARKE. Voces *a legionariis militibus* importunas arbitror, nec ab *Hirtio* ſcriptas: non enim agitur, ex quibus militibus conſtare cenſeretur acies media, ſed qualis appareret, ſimplexne an duplex. DAVIS. *Cur. ſec.*

4. Obposuerat] MS. Reg. *poſuerat.* Quod eodem redit. Ante *praeterea* MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii pro *propterea*. Edit. Rom. *poſtea*. CLARK. Lipſius margini adlevit *appoſuerat*. Fruſtra. Idem enim notat. Vide ſupra ad c. 39. *Praeterea* vero edidi, auctoritate MStorum omnium & Edd. Vaſcoſ. Steph. Gryph. poſt. &c. *poſtea* etiam Mediol.

adverſariorum ſuiſque copiis [a] promoverat: [b] id hoc conſilio, ut, quum 6
acies duae inter ſe [c] concucurriſſent initio certaminis, paullo longius ejus
equitatus [d] circumvectus ex inproviſo clauderet multitudine ſua exercitum
Caeſaris, atque [e] perturbatum jaculis configeret. Haec fuit ratio Scipionis
[f] eo die proeliandi.

LX. Caeſaris autem acies hoc modo fuit [g] conlocata; ut [h] ab ſiniſtro e- 1
jus cornu [1] ordiar, & ad dextrum perveniam. Habuit in ſiniſtro cornu le- 2
gionem IX, [i] VIII: in dextro cornu XXX, [k] XXIIX: XIII, XIV, [l] XXIX, XXVI,
in media acie: [2] ipſum autem dextrum cornu, ſecundam aciem fere, in
earum legionum parte cohortium conlocaverat. Praeterea ex tironum le-
gionibus [m] paucas adjecerat. [n] Tertiam autem aciem in ſiniſtrum ſuum cor- 3
nu contulerat, & uſque [3] ad aciei ſuae mediam legionem [o] porrexerat, &
ita

VARIAE LECTIONES.

a *Promovebat* MSS. plerique & Edd. Vett. b *in quod* Sc. *id quidem* L. pr. c *concurr.* MSS. plerique & Edd. ante Scal. d *circumventus* Edd. R. M. V. e *conturb.* L. ſec. f *Sic* MSS. o. & Edd. Vett. qdd. non *ea.* poſſet videri Gloſſa eſſe marginalis *Haec fuit* &c. g *collata* Sc. L. pr. h *a* MSS. & Edd. qdd. i vulgo *VII.* k vulgo *XXIX.* l vulgo *XXIIX.* m *paucos* Leidd. n *autem ad tert.* L. pr. *aciem* deeſt Ed. Ven. o *collocaverat & ita ordinaverat.* L. pr.

diol. & Ven.

1. ORDIAR. &c.] Valde hic turbant MSS. & Edd. Leidenſis primus exhibet, *ordinare perveniam. Habuit legionem IX, VIII in ſiniſtro cornu, XX, XXXVIII* &c. Omiſſis intermediis de *dextro cornu.* Leid. ſec. Dorvill. Edd. Rom. Mediol. Ven. *Ordinaret ad dextrum legionem IX & VIII, in ſiniſtro cornu XXX, XXVIII* &c. Rhellicanus legit *Ordiar & ad d. perv. Habuit legionem IX, VII in ſiniſtro cornu, Trigeſimam Vigeſimam nonam &c.* Quidquid ſit pro *VII*, dant *VIII* ſeu octavam etiam Scalig. Petavian. & Edd. Florent. Vaſcoſ. Steph. Gryph. poſt. & aliae, ut & ſtatim *XXX, XXVIII: XIII, XIV, XXIX* etiam Petav. Scalig. Leidenſes. & alii. In media acie pro *XXIIX* trigeſimam tertiam exhibent Edd. primae Flor. Vaſc. Steph. &c. pro *VII* ergo reſcripſi *VIII* & pro *XXIX* in dextro cornu *XXIIX.* at in media acie *XXIX.*

2. IPSUM AUTEM DEXTRUM CORNU, SECUNDAM ACIEM FERE &c.] Locus ab interpretibus vexatus. MS. *Norvic.* habet *ipſum autem dextrum cornu, ſecundàm* autem *aciem fere:* Editt. *Rom. Ven. ſecunda acie fere. Joan. Glandorpio* legendum videtur *ipſum autem dextrum cornu & ſecundam aciem fere in earum legionum & cohortium parte collocaverat.* Aliam noſtri ſanandi viam inſtitit *Fulv. Urſinus*, cui placet *circa ipſum autem dextrum cornu.* At, niſi fallor, nec his nec aliis emendationibus caret *Hirtius*: integram enim arbitror vulgatam lectionem, & *ipſum dextrum cornu* idem valet, ac ad ipſum dextrum cornu quod attinet. Vide quae notavimus ad l. 1. de Bell. Gall. c. XXXIX. DAVIS. Urſinus, ex conjectura, legit; (Circa *ipſum autem &c.*) Atque ita plane ſcriptum eſt in MS. Regio. Sed nihil opus. Subintelligi enim poteſt, *circa*, *ad*, vel *quoad:* Aut per *Appoſitionem* conjungi poſſunt, *dextrum cornu*, &, *ſecundam aciem.* Editt. Vett. habent, (*Ipſum autem dextrum cornu*, ſecunda acie, *&c.*) in MS. Elienſi eſt, (—— *ſecundam* autem *aciem &c.*) Tumque aliquid deerit, hoc modo: (*Ipſum autem dextrum cornu ****; Secundam* autem *aciem &c.*) Judicet Lector eruditus. CLARKE. *Ipſum dextrum cornu, ſecundam aciem* per adpoſitionem capit etiam *Rhellican.* In Leid. primo haec ita concipiuntur *Fere ante ipſum d. cornu ſecundum autem aciem fere earum l. partem coh. ordinaverat. Sec. autem aciem* etiam in Scalig. In Dorvill. *circa ipſum autem d. c. ſecundum aciem. Circa* addit quoque Leid. ſec. *Secunda acie fere* Ed. Med. Me hiſce non expedio, & locum emendandum ſagacioribus relinquo. Proximum vero videtur e MS. Leid. pr. *Fere ante ipſum* vel *ipſum ante d. cornu ſecundam aciem e VETERANARUM legionum parte coh.* vel *ſecunda acie Vet. leg. partem coh. coll.* iiſque adjecerat paucas cohortes ex legionibus *TIRONUM.* Ceterum *legionibus* deeſt MSS. meis omnibus. Quae vox facile ſubintelligi poteſt. Sic c. 75. *a ſuis caſtris, milia paſſuum V, a Scipionis.* atque ita c. 76.

3. AD ACIEI SUAE MEDIAM LEGIONEM] Neque hoc capio. Vide num *regionem* e Leid. ſec. placere poſſit. Vel lege cum Lipſio *mediae legiones.*

4. SINISTRUM &c.] Haec uſque ad *ſuum d. latus* deſunt in Edd. Rom. Ven. ac Mediol. *Suum*

 ab-

4 ita conlocaverat, uti [4] ſiniſtrum ſuum cornu triplex eſſet. Id eo conſilio
fecerat, [1] quod ſuum dextrum latus munitionibus [a] adjuvabatur: ſiniſtrum
autem, [b] equitatus hoſtium multitudini uti reſiſtere poſſet, laborabat; eo-
demque ſuum [c] omnem equitatum contulerat: &, quod ei parum confide-
5 bat, [d] praeſidio his equitibus legionem v praemiſerat; levemque armatu-
ram inter equites interpoſuerat. [e] Sagittarios varie paſſimque, [2] locis cer-
tis, [f] maximeque in cornibus conlocaverat.
1 LXI. Sic [g] utrorumque exercitus inſtructi non plus paſſuum ccc interje-
cto ſpatio, quod [3] forſitan ante id tempus acciderat numquam, quin dimi-
2 caretur, a mane, uſque ad horam x diei, perſtiterunt. Jamque Caeſar
4 dum exercitum [h] reducere intra munitiones ſuas coepiſſet; ſubito uni-
ver-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *adjuvabat*. b vulgo *ut e. b. m. res.* c deeſt Pet. vulgo *cont. eq.* contra MSS. d abeſt Dorv. e *ſag. paſſim lociſque c.* L. pr. f *que* abeſt Dorv. *maxime coll.* modo L. pr. g *utroque* L. pr. ſtatim *forte* vulgo. h *recludere* Edd. R. M. V. *recond.* Lipſ. *ſuas* abeſt L. pr.

abeſt a Leid. pr. *ſiniſtri ſui.* Pet. An *ſiniſtri ſui cornus*? ut ſubintelligatur *acies*, Apud Lucanum ita *Cornus tibi cura ſiniſtri* l. VII. ubi vide. *eſſet* non agnoſcunt Leid. ſec. nec Dorvill.

1. QUOD DEXTRUM SUUM LATUS MUNITIONIBUS ADJUVABAT] Ex MSto *Norvic.* omnino reſcribendum *munitionibus adjuvabatur*. *Fulv:* autem *Urſinus* ex ſuo Codice reſcribit *uti dextrum ſuum latus munitionibus adjuvaretur.* DAVIS. Primo, pro eo quod edidit Scaliger, (*adjuvabat*;) recte reponit Daviſius, ex MS. Ellenſi, (*adjuvabatur.*) Deinde obſervandum, in MSS. Reg. Voſſii & Urſini, omiſſa voce (*laborabat*) ſcriptum eſſe; (*Id eo conſilio fecerat*, ut *ſuum dextrum latus munitionibus* adjuvaretur, *ſiniſtrum autem ut equitatus hoſtium multitudini reſiſtere* poſſet: Eodemque *&c.*) Quid ſi, collatis utriſque Lectionibus, hoc demum modo legamus? [*Id eo conſilio fecerat*, (quod *ſuum dextrum latus munitionibus adjuvabatur*,) ut *ſiniſtrum equitatûs hoſtium multitudini reſiſtere* poſſet: Eodemque *&c.*] CLARKE. Cum MSS. Reg. Voſſ. & Urſ. conſentiunt Edd. primae, Vaſcoſ. Gryph. poſt. Steph. & Stradae, uti & MS. Dorvill. niſi quod ſecundo loco non habeant *ut*. Clarkianae autem emendationi ſuffragantur Brutus & Edd. Beroaldi, Aldi, Gryph., Manutii, niſi quod pro *ut ſiniſtrum* dent *ſiniſtrum autem*. Variant mei codices: *Ut* pro *quod* legitur in cunctis. pro *adjuvabat* Scalig. *adjuvaret.* Leid. ſec. & Dorv. cum Urſ. Cellario probante *adjuvaretur*. Leid. pr. cum Pet. *adjuvabatur*. quare id reſtitui ſenſu poſtulante. Paullo poſt *ut* deeſt in omnibus, ſed poſt *multitudini* extat *uti* in Leidenſibus, Petav. & margine Gryphii, omnino bene. *Laborabat* etiam agnoſcunt Petav. & Leid. ſec. cum eodem margine. *laborat* Scalig. & Leid. pr. Ni fallor, ſanum jam locum feci ſcribendo. *Id e. c. f., quod ſ. d. l. m. adjuvabatur: ſin. a. eq. b. mul. uti reſ. poſſet, laborabat.* Verum notandum inſuper in Petav. Scalig. & Leidenſibus exarari *reſiſti:* quod ſi admittas, *ſiniſtrum*, in accuſativo capiendum erit pro *ad* vel *quod ad ſiniſtrum*.

2. LOCIS CERTIS] MS. *Norvic. locis ceteris*, perperam ſane: ea tamen varietas fuit notanda, ut memores ſint Critici, has voces crebro inter ſe confundi. Sic ſupra c. LIV. ubi in editt. *memor* —— *rapinarum* certorum *hominum*, in MSto *Norvic.* eſt *ceterorum*. Vice verſa, apud *Chalcidium* p. 5. edit. *Meurſianae* legitur *a* certa *functione operis ceſſantibus*, cum reponi debeat *a cetera functione*, ut oſtendit *Plato*, qui Tom. III. p. 18. edit. *Steph.* τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων ἄγοντας σχολὼ dixit. DAVIS.

3. FORTE] Non damnarem hanc vocem, ſi in MStis fide dignis reperirietur. at in nullo meorum occurrit. Leid. enim ſec. & Dorvill. *Forſan acciderit.* Petav. Scalig. & Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. cum Stephano, *forſitan.* Bene. nec tum diſplicet *acciderit.* Solent enim *forſan* & *forſitan* adſciſcere ſubjunctivum. Adi Cel. Burm. ad Petron. c. 130. *Forſitan animus anteceſſerit corporis moram.* & ſaepiſſime ad Ovidium. In Leid. primo legitur *forſitan id tempus.* Quaſi fuerit olim *forſit ante idt.* De qua voce adi Broukh. ad Propert. II, 7, 33. Ceterum *die* pro *diei* rurſus legitur in Cod. Scaligeri. Adi ad l. II. B. C. c. 23.

4. DUM COEPISSET.] Hoc loco Ciacconius defendit alterum c. 88. *Qui dum anima nondum exſpirata concidiſſet:* ubi in nonnullis eſt *quum*. Sed male. *Dum* cum tempus notat, quo quid accidit, Indicativum habet. At ſaepe corruptum eſſe in auctoribus vidimus ad Frontin. l. I, 5, 7. Ad-
de

verſus equitatus [a] ulterior Numidarum Gaetulorumque ſine frenis ad dex-
tram partem ſe movere, propiuſque Caeſaris [b] caſtra, quae erant in colle,
ſe conferre coepit: [c] frenatus autem Labieni eques in loco permanere, le- 3
gioneſque [d] diſtinere; quum ſubito pars equitatus Caeſaris cum levi arma-
tura contra Gaetulos injuſſu ac temere longius progreſſi, paludemque
tranſgreſſi multitudinem hoſtium [e] pauci ſuſtinere non potuerunt: levique 4
[f] armatura deſerti, ac pulſi, convulneratique, uno equite amiſſo, [g] mul-
tis equis ſauciis, levis armaturae [h] XXVII occiſis, ad ſuos refugerunt. Quo 5
ſecundo equeſtri proelio facto, Scipio laetus in caſtra nocte copias reduxit.
[1] Quod proprium [i] gaudium bellantibus fortuna tribuere non decrevit; 6
namque poſtero die Caeſar [2] cum parte equitatus ſui Leptim, frumenti gra-
tia, miſit. In itinere praedatores equites Numidas Gaetuloſque ex inpro-
viſo adorti circiter centum partim occiderunt, partim vivorum potiti ſunt.
Caeſar interim quotidie legiones in campum deducere, atque opus face- 7
re; vallumque & foſſam per medium campum [k] ducere, adverſariorum-
que

VARIAE LECTIONES.

a *Inter.* vel *ſiniſterior* Lipſ. b *caſtris* L. ſec. c *frenati equites* L. ſec. & Edd. ante Urſ. male. V. ad l. I. B. G. c. 52. d *deſtituere* L. pr. e Sic MSS. non *ſuſt. p* f *armaturae* L. ſec. Male. V. ad C. ult. B. Alex. g *multiſque* MS. Urſ. *leviſque* Dorv. h Sic MSS. o. non *XXVI.* i *cladium* L. pr. *claud.* Sc. Cuj. k *deducere* L. pr.

de Arntzen. ad Aurel. Vict. de Vir Illuſtr. c. 8. §. 4. Cl. Duk. ad Flor. III, II, 7. Drakenb. ad Livii l. I. c. 40. §. 7. hinc emendat e MS. Ultraj. Val. Max. l. III, 3. §. 2. *Qui dum legationis officio fungitur.* Sic etiam MSS. Harl. & Leid. non *fungeretur.* Quare apud. Hirtium quoque *quum* malo. Plura vide ad c. 88.

1. QUOD PROPRIUM] Primam voculam, utpote delendam, uncinis cinxit *Joſ. Scaliger*; ſed non opus eſt, ut viro ſummo aures praebeamus, ea enim particula vim adverſativam interdum obtinet, ut obſervavit *Ald. Manutius* ad l. II. B. C. c. XVI. *Proprium* autem *gaudium* eſt perpetuum, ſive diuturnum. *Nonius Marcellus* p. 390. *Proprium diuturnum* —— *Proprium ſignificat rurſum perpetuum.* Noſter hujuſce libri cap. XXXII. *Victoriam* propriam *ſe eis brevi daturum pollicetur.* *Corn. Nepos* Thraſyb. c. IV. *Parva munera, diutina; locupletia, non* propria *eſſe conſueverunt.* Vide & *Servium* ad *Virgilii* Aen. III, 85. & Aen. VI, 871. DAVIS. Quod *proprium gaudium bellantibus fortuna tribuere non decrevit:*) Scaliger vocem (*Quod*) delendam exiſtimat. Perperam admodum. Perit enim, ſine ea, ſententiae venuſtas omnis atque connexio. Daviſius retinendam voluit; quod ea particula vim *adverſativam* interdum obtineat. Sed & ipſe fallitur: Ac nodum profecto in ſcirpo quaeſiverunt Viri doctiſſimi. Eſt enim hoc in loco plane nomen *Relativum.* (Quod *gaudium* (nempe proelii equeſtris ſecundi,) *fortuna* tamen *proprium* (hoc eſt, *perpetuum*;) *tribuere non decrevit.*)

2. CUM PARTE EQUITATUS] Syntaxis poſtulat, ut legamus *cum partem equitatus*, quemadmodum exhibet MS. Regius, teſtante *Joan. Goduino.* Mutata igitur diſtinctione, reſcribendum *quum partem equitatus ſui* —— *miſit, in itinere,* &c. DAVIS. *Caeſar*, cum parte *equitatus ſui*, —— miſit: In *itinere &c.*) Daviſius, ex conjectura, Syntaxi poſtulante, reponit; (*Caeſar* quum partem *equitatus ſui* —— miſit; in *itinere* &c.) Quae quidem optima eſt conjectura; Et firmatur, atque etiam emendatur eo, quod in MS. Voſſii ſcriptum repperi; (*Caeſar* quum partem *equitatus ſui* —— MISISSET; in *itinere &c.*) Interim tamen defendi quodam modo poſſe videtur lectionis vulgatae Syntaxis; (*Caeſar*, cum parte *equitatus ſui*, —— miſit (ſubintell. *milites.*) In *itinere &c.*) CLARKE. Pro nota mea pone: *Cum* parte *equitatus ſui Leptim*, frumenti gratia, miſit. *In itinere* &c.) *Frumenti gratia* non agnoſcitur a *Petav. Cujac.* & *Norvic. Voſſ.* autem & *Gryph.* exhibent *partim* —— *miſiſſet.* Lege igitur *cum partem equitatus ſui Leptim miſiſſet*; *in itinere* &c. DAVIS. *Cur. ſec. Partem* habent Leid. ſec. & Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. Steph. & aliae. Pro *frumenti gratia* dat Dorv. *frumentandi* & Leid. ſec. *cauſſa.* A reliquis abſunt etiam & a Leid. pr. etiam Verbum *miſit.* *Cum parte miſit* mihi ſincera videntur. Forſan *frumentarios* vel *frumentatores quum miſit, in itinere* &c. *praedat. qui equites* eſt in Petavian.

8 que excurſionibus [1] iter obſicere non intermittit. Scipio [a] item munitiones
contra facere, [b] &, ne jugo a Caeſare excluderetur, [c] adproperare. Ita [d] du-
ces utrique & in operibus occupati erant, & nihilo minus equeſtribus proe-
liis inter ſe quotidie dimicabant.

1 LXII. Interim Varus [e] claſſem, quam antea Uticae [f] hiemis gratia ſub-
duxerat, cognito legionis VII & [g] IIX ex Sicilia adventu, celeriter dedu-
cit; [2] illamque [h] Gaetulis remigibus epibatiſque complet; inſidiandique
2 gratia [i] ab Utica progreſſus, Adrumetum cum [k] LV navibus pervenit. Cujus
[l] adventus inſcius Caeſar L Ciſpium cum claſſe XXVII navium [3] ad [m] Thap-
ſum verſus in ſtationem, praeſidii gratia [n] commeatus ſui, mittit: itemque
[o] Q. Aquilam cum XIII navibus longis Adrumetum eadem [p] de cauſſa prae-
3 mittit. Ciſpius, quo erat miſſus, celeriter pervenit. [q] Aquila tempeſtate ja-
ctatus promontorium ſuperare non potuit, atque angulum quemdam tu-
tum a tempeſtate nactus [4] cum claſſe ſe longius a proſpectu removit. Reli-
qua

Variae Lectiones.

a *Interim* Dorv. *contra* deeſt L. pr. b Sic MSS. optimi & Edd. pp. vel *jugo ne.* vulgo ante Urſin. erat *& in jugo ne a C.* Dorv. *in jugo a C.* L. pr. *ne a jugo a C.* c *adparare* L. pr. d *ut d. &c. eſſent* Dorv. L. ſec. *eſſent* a m pr. Scal. e deeſt L. pr. f *biemandi* Edd. R. M. V. g *IX* L. pr. h vulgo *ibique.* i deſunt *ab Ut.* vulgo. k *LX* Dorv. l *adventu* L. pr. de *Ciſpio* V. Gland. & Manut. m *Tharſum* L. pr. n *commeatuſque* L. ſec. Edd. R. M. V. *C. ſummittit* Urſ. o *Quintium* MSS. Urſ. Pet. L. pr. p deeſt L. pr. q *at A.* L. ſec. Reg. Elienſ.

1. Iter officere,] Rhellicanus emendat, (interim *officere.*) Sed nihil opus. CLARK. Iter *officere non intermittit*) Archaiſmos in nitido ſcriptore non admiſerim. Igitur vel *iter* deleo, quod neſcit editio *Gryphiana*; vel lego *adverſariorumque excurſionibus* ita *officere non intermittit*; ductis nempe per campum vallo foſſaque. DAV. *Cur. ſec.* *Iter* abeſt a Vaſcoſ. & Steph. ac Stradae Edd. *proſpectui officere* dixit etiam ſupra c. 52. ubi in aliis *proſpectum* tamen, & vide. Nihilominus dele *iter* vel *ita* lege. *efficere* eſt in Leid. ſec. ac Beroald. & aliis Editis. *iter* nullum hic locum habet.

2. Ibique Getulis remigibus epibatisque complet, insidiandique gratia procressus] MS. *Norv. illamque* &c. *complet, inſidiandique gratia* ab Utica *progreſſus*; quae quidem lectio cum *Hirtii* ſimplicitate melius videtur convenire. Eam ſane animo proniore recipio, quod editt. *Rom. Ven. Beroald.* duas illas voces exhibeant, quas ex MSto *Norvic.* adſerui. DAVIS. MSS. Elienſ. & Voſſii, & Editt. Vett. (ab Utica *progreſſus.*) Quod probat Daviſius, ut Hirtii σαφηνείᾳ & ſimplicitati congruens. CLARK. *Illamque* ut & *ab Utica* confirmatur a Codice Pet. quare ita repoſui. Immo *ab Utica* agnoſcunt etiam Leid. ſec. Dorv. & Edd. Vaſcoſ. Gryphii, Steph. aliaeque.

3. Ad Thapsum versus] Haec lectio eſt a MSto *Norv.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* cum in vulgg. omiſſa praepoſitione, ſcribatur *Thapſum verſus.* DAVIS. Ad *Thapſum verſus*) Ita recte reſtituit Cellarius, & Daviſius, ex MS. Elienſ. & Editt. Vett. Conſentiunt MSS. Reg. & Voſſii. Vulgg. omittunt, *ad.* CLARK. Videtur typographico errore excidiſſe *ad* e Scal. Ed. nam MSS. omnes & Edd. priores praepoſitionem eam agnoſcunt. Atque ita ſaepe Caeſar & Hirtius cum aliis. Vide Cellarium ad c. 23. & ſupra ad l. VI. c. 32.

4. Cum classe se longius a prospectu removit: reliqua classis in salo ad Leptim] De hoc loco ſic ſcribit *Ph. Rubenius* Elect. l. II. c. IV. Prior narratio expungitur damnaturque a ſequenti. Si Aquila cum claſſe angulum nactus eſt, quomodo adjicit *reliqua claſſis in ſalo ad Leptim?* Sed auctor culpa vacat, & editio priſca veriſſime ſcribit & ordinat: *Aquila tempeſtate jactatus, cum claſſe propius promontorium ſuperare non potuit: atque angulum quemdam tutum a tempeſtate nactus, ſe longius a proſpectu removit.* Cur haec mutata? nam Aquila ſolus angulum illum cum navi ſua cepit; reliqua claſſis ad Leptim appulit. Hactenus vir eruditus, cujus fidem aliquatenus firmant editt. *Rom. Ven. Beroald.* in iis enim legitur: *Aquila tempeſtate jactatus, cum claſſe propius promontorium ſuperare non potuit; atque angulum quendam tutum a tempeſtate nactus,*
cum

qua claſſis in ſalo ad Leptim, egreſſis remigibus, [a] paſſimque in litore va- 4
gantibus, [b] partim [1] in oppido victus ſui mercandi gratia progreſſis, va-
cua a defenſoribus ſtabat. Quibus rebus, Varus, [2] ex [c] perfuga cognitis, 5
[d] occaſionem nactus, vigilia ſecunda Adrumeto [3] ex [e] cothone egreſſus,
[4] cum primo mane Leptim [5] univerſa claſſe vectus, naves onerarias, quae
longius a portu in ſalo ſtabant, incendit, & penteres duas, [f] vacuas ab
defenſoribus, nullo repugnante, cepit.

LXIII. Caeſar interim celeriter per nuncios in caſtris, quum opera [g] cir- 1
cumiret, certior factus, quae aberant a portu [h] milia paſſuum VI, [i] equo
admiſſo, omiſſis omnibus rebus, celeriter pervenit Leptim: [6] ibique [k] hor 2
tatus,

VARIAE LECTIONES.

a *Et p.* Dorv. *que* deeſt L. ſec. b *parumque* Pet. c vulgo *perfugis.* d *occaſione vig.* L. pr. e *contione* L. pr. *coitione* Dorv. L. ſec. ſed V. Cap. ſeq. ſtatim vulgo deeſt *cum.* f *quae longius erant* addunt Dorv. Edd. R. M. V. *ab* e L. pr. pr. vulgo *a.* g Sic Pet. Sc. L. pr. & Edd. qdd. non *circuiret.* h *mile paſſus* L. pr. i *conſcendit eq.* Dorv. L. pr. *equoque* Dorv. k vulgo *moratus.*

cum claſſe *ſe longius a proſpectu removit.* DAVIS. Aut voces iſtae *cum claſſe* intelligendae ſunt *cum parte claſſis* ſcilicet *cum navibus aliquot:* Aut recipienda erit Rubenii lectio, cui favent Editi aliquot veteres: ut tranſpoſitis nimirum vocibus iſtis *cum claſſe* hoc modo ſcribatur tota periodus. *Aquila t. jactatus* cum claſſe *promontorium* (al. *propius promontorium*) *ſuperare non potuit. Atque ang. q. tut. a temp. nactus ſe* (id eſt, navem ſuam) *longius a pr. removit. Reliqua claſſis* &c. CLARK. Cum primis editis conſentit de more Med. Illa verba *cum claſſe* omnino tranſponenda duco. Favet Leid. pr. qui *ſe* non habet.

1. IN OPPIDO PROGRESSIS] In OPPIDO *progredi* & vagari, paullo amplius eſt, quam *oppidum adire* vel *in* OPPIDUM *progredi.* Quemadmodum quod dixit Poëta, (*Pilam projecit in* herba,) amplius eſt quam ſi dixiſſet, (*Pilam projecit in* herbam) Vide ſupra ad l. IV. c. 12. Quamobrem minus recte faciunt, qui emendant; (*in oppidum.* CLARK. *In* oppido *victus ſui mercandi gratia progreſſis*) *Gryphius* edidit *in oppidum.* Lege *in* oppidum *victus* SIBI *mercandi gratia progreſſis.* DAVIS. *Cur. ſec.* At jungi poſſent *in oppido victus mercandi.* Verum *oppidom* eſt in MSS. Leidenſibus & Edd. Vaſcoſ. Steph Gryph. poſt. & facile *oppido* ex *oppidum* antiqua pronunciatione naſci potuit. Ceterum videri poſſet hic primo loco ſcribendum eſſe *partimque.* Sed ſolet in diviſionibus Hirtius ſemel eam voculam omittere. Adi ad B. Alex. c. 29.

2. EX PERFUGIS] Rectius MSS. Urſin. Petav. Cuj. & Leid. pr. dant *perfuga.* Caeſariani milites non tot numero ſolebant perfugere. Saltem id diſſimulant Caeſar & Hirtius. Reſcripſi idcirco *perfuga.* praeterea Leid. primus exhibet *a perfuga.* Vide ad lib. VII. B. G. c. 83. *Ab his cognoſcunt.*

3. EX COTHONE EGRESSUS] Ex portu arte facto; nam *Cothona ſunt portus in mari, non naturales, ſed arte & manu facti. Eſt autem & maſculini & neutri generis: nam &* cothon hujus cothonis *facit, &* cothonum hujus cothoni. Verba ſunt *Servii* ad Aen. I, 431. DAVIS. & CELLAR.

4. PRIMO MANE] Ne dubita de veritate lectionis, quam ſervarunt Pet. Leid. pr. & Dorvill. *cum primo mane.* Quae praepoſitio dein adhaeſit ſeqq. *cum univerſa cl.* ut eſt in MSS. nonnullis & Edd. Rom. Mediol. & Ven. etiam non male, ut patet ex dictis ad l. I. B. Civ. cap. 31. At *cum primo mane* eleganter. Sic Plaut. & Terent. *cum primo lucu.* Vide Comm. ad Adelph. V, 3, 35. & infra ad c. 95. *cum prima luce.* de quo vide Clar. Burmann. ad Ovid. Am. III, 14, 7. Caeſar & noſter ſupra *cum nuncio exire.* Plura invenire potes apud Cort. ad Salluſt. Jug. c. 68. *cum occaſu ſolis educit;* & in Lexicis. Mox *penteremes* vel *pentiremes*, non *penteres*, eſt in Urſin. Petav. Scalig. Leidenſibus & Dorvill. ac cunctis Editt. ante Scal. Vide tamen, quae diximus ad c. 47.

5. UNIVERSA CLASSE] Codices nonnulli cum *univerſa claſſe.* CLARK.

6. IBIQUE MORATUS, OMNES UT SE NAVES CONSEQUERENTUR, PRIMUM IPSE NAVIGIOLUM PARVUM CONSCENDIT] *Fulv. Urſini* Codex *ibique moratur; omnes ut ſe naves conſequerentur, poſtea ipſe* &c. Sic & MSS. duo *Thuanaei*, quam lectionem probat *Joan. Godwinus.* MS. autem *Norvic. ibique hortatur* &c. *poſt eo tempore parvulum navigiolum conſcendit*, ut legendum crediderim *ibique hortatur, omnes ut ſe naves conſequerentur; poſtea ipſe parvulum navigiolum conſcendit.* Editt. tamen

tatus, omnes ut ſe naves conſequerentur, primum ipſe navigiolum [a] parvu-
lum conſcendit: in curſu Aquilam multitudine navigiorum perterritum,
3 [b] atque trepidantem nactus, hoſtium [c] claſſem ſequi coepit. Interim Varus
celeritate Caeſaris audaciaque [d] motus, cum univerſa claſſe, converſis na-
4 vibus, Adrumetum verſus fugere [1] contendit: quem Caeſar in [e] milibus
paſſuum IV conſecutus, recuperata quinqueremi cum omnibus ſuis epiba-
tis, atque etiam hoſtium cuſtodibus CXXX in ea nave captis, [2] triremem
hoſtium proximam, quae in [f] repugnando erat commorata, onuſtam re-
5 migum epibatarumque [g] cepit: reliquae naves hoſtium promontorium ſu-
6 perarunt, atque Adrumetum in cothonem ſe univerſae contulerunt. Cae-
ſar eodem vento promontorium ſuperare non potuit, atque in ſalo in an-
choris [3] ea nocte commoratus, prima luce Adrumetum accedit; ibique na-
vibus onerariis, quae erant extra cothonem, incenſis, omnibuſque reli-
quis [h] aliis aut ſubductis, aut in cothonem compulſis, paulliſper commo-
ratus, ſi forte vellent claſſe dimicare, rurſus ſe recepit in caſtra.

1 LXIV. In ea nave captus eſt P. [i] Veſtrius eques Romanus, & P. Liga-
rius Afranianus; quem Caeſar in Hiſpania [4] cum reliquis dimiſerat, & poſt-
ea ſe ad Pompejum contulerat; inde ex proelio [k] effugerat, in Africam-
2 que ad Varum venerat; quem ob [l] perjurium perfidiamque Caeſar juſſit
necari: P. [m] Veſtrio autem, quod ejus frater Romae pecuniam imperatam
numeraverat, & quod ipſe [n] ſuam cauſſam Caeſari probaverat, [5] ſe a Naſi-
dii

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *parvum*, & mox *navium* Leidd. b *ac* L. pr. c *multitudinem claſſe* L. pr. d *commotus* Urſ. Sc. L. pr. Aic. bene. e *milia* Dorv. f *repudiando* Dorv. g *exc.* L. ſec. h *ab his* L. pr. i *Viſtrius & P. Ligerius Afranius* L. pr. male. *Ligurius* etiam Sc. & *Afranius* Edd. pp. perperam. k *ſe in Africam ad* L. pr. *transfug. in Afric. ad* L. ſec. *que* deeſt etiam Edd. R. M. V. l *perjurii perfidiam* Leidd. Dorv. Edd. pp. Vaſc. Gr. poſt. Steph. ſed ita c. 65. *jugum & collem*; ac ſaepiſſime. m *Viſtrium* L. pr. *Veſtrium* Dorv. n deeſt L. ſec. Edd. R. M. V. & *Caeſaris* MSS. Urſ. cum Edd. eiſdem. abeſt a Pet. & deeſt vulgo *a*.

men *Rom. Ven. Beroald.* vulgatam lectionem retinent, quae nihil habet abſoni. DAVIS. Ego proprius paulo a vulgata lectione ſcripſerim equidem: *Ibique HORTATUS —— conſequerentur*; primus (*vel* primum) ipſe &c. CLARKE. *Moratur* Leid. ſec. & Dorv. *hortabatur omnes, ut ſe naves omnes* Leid. pr. Sed *hortatur* Cujac. Petav. & Scal. Unde ſine haeſitatione recepi *hortatus*. Celeritati Caeſaris non convenit mora. Scriptum fuerat de more *ortatus*: inde Librarii nonnulli fecere *moratus*. Ex eodem fonte manavit iſtud *poſtea*, quod etiam obſidet Scalig. & Leid. pr. Codd. Dein *parvulum* exhibent Leidenſes utrique, Scalig. Dorv. & alii. Bene. Hoc enim Hirtio eſt proprium. Adi ad lib. VIII. c. 13. *ſecundis parvulis rebus*, & Davis. ad cap. 27. hujus libri.

1. CONTENDIT] Codices nonnulli *coepit*. Quod idem fere. CLARK. Mei omnes rectius *contendit*.

2. TRIREMEM] Leid. pr. *turrem*. Forſan *trierem*. Ut ſuper *penteris* & c. 44. *navis trieris*: ubi plura. *Cuſtodibus* autem delebat Lipſius.

3. EA NOCTE] Leid. pr. *eadem die*. Petav. *eadem nocte*. Opinor fuiſſe *ea de nocte*. l. II. B. G. c. VII. *Eo de media nocte Caeſar.* &c. Vide Malaſp. & Graev. ad Cicer. Ep. Att. VIII, 6. *Epiſtola quam de nocte daturus eram.* & Burm. ad Sueton. Aug. c. 97. *de nocte evectus eſt.*

4. CUM RELIQUIS DIMISERAT, ET POSTEA] Lege, poſtulante ſenſu, *cum reliquis dimiſerat.* Hic *poſtea*. DAVIS. *Cur. ſec.* Fruſtra. *Qui* ſubauditur. Vide cum alibi, tum ad Lucan. l. VI, 728. ut & ſupra ad l. IV. B. G. c. 3. *Ubii quorum civitas & ampla, & paullo, quam ſunt ejusdem generis* &c. Pro *& qui paullo*.

5. SE NASIDII CLASSE CAPTUM] *Pet.* & *Norv.* male dant *ſed eum Naſidii claſſe captum*; nec melior eſt *Gryphiana* lectio, *ſe in Naſidii claſſe captum*. Nam Naſidius erat Pompejanus. Vide l.
II.

dii claſſe captum, quum ad necem duceretur, beneficio Vari eſſe ſervatum, poſtea facultatem ſibi nullam datam tranſeundi, [a] ignovit.

LXV. Eſt in Africa conſuetudo incolarum, ut [b] in agris, & in omni- 1
bus fere villis ſub terra ſpecus, condendi frumenti gratia, [c] clam habeant,
atque id propter bella maxime, hoſtiumque ſubitum adventum praeparent.
Qua de re Caeſar certior per indicem factus, tertia vigilia legiones II cum 2
equitatu mittit [d] ab caſtris ſuis milia paſſuum X; atque inde magno nume-
ro frumenti onuſtos [1] recipit in caſtra. Quibus rebus cognitis, Labienus 3
progreſſus a ſuis caſtris milia paſſuum VII, per jugum & collem, per quem
Caeſar pridie iter fecerat, ibi caſtra duarum legionum facit; [2] atque [e] ipſe
quotidie exiſtimans, Caeſarem [f] eadem ſaepe frumentandi gratia commeaturum, cum magno equitatu levique armatura inſidiaturus locis idoneis
[3] conſedit.

LXVI. Caeſar interim de inſidiis Labieni ex perfugis certior factus, 1
paucos dies ibi commoratus, dum [g] hoſtes quotidiano inſtituto, ſaepe idem faciendo in negligentiam adducerentur, ſubito mane imperat, porta [h] Decumana legiones ſe IIX veteranas cum parte equitatus ſequi: atque,
equitibus praemiſſis, neque opinantes inſidiatores ſubito in convallibus la- 2
tentes levi armatura concidit circiter D; reliquos in fugam turpiſſimam conjecit. Interim Labienus cum univerſo equitatu fugientibus ſuis [4] ſubpetias 3
oc-

VARIAE LECTIONES.

a *Ignoravit* L. pr. b deeſt Dorv. & abeſt Edd. R. M. V. Dorv. *agr. omn. f. illis* Ed. Ven. ſecundo loco *in* exſulat ab Edd. quibuſdam male. c deeſt L. pr. d Sic L. pr. e vulgo *ibi ipſe*. f *eodem* Edd. R. M. V. g *hoſtis adduceretur* L. pr. h *Decim.* L. pr.

II. B. G. c. 3. ſeqq. Scribendum vero *ſe a Naſidii claſſe captum*, prout recte *Cujac.* & *Urſin.* DAVIS. *Cur. ſec.* Edd. Vaſcoſ. Stephan. & aliae *ſe in Naſ.* perperam omnino ut notavit Daviſius. Si enim in claſſe Naſidii fuiſſet, Vari non potuit beneficio ſervari; illi enim erant Pompejani. Vide lib. II. B. Civ. Leid. ſec. *ſe a ipſius cl.* Leid. pr. *ſe a navium cl.* Bene Cuj. & Urſin. *ſe a Naſidii cl.* unde Edd. Rom. Med. Ven. *ſed Naſ.* Recepi itaque *ſe a N. cl.* Alioquin *a* poſſet abeſſe. V. c. 61. §. 4. *captus* eſt in Leid. ſec. *captum* abeſta Dorv.

1. RECIPIT IN CASTRA] Sic ex MSto *Norvic.* repoſui: in aliis erat *recepit in caſtra*, quae lectio minus convenit cum verbis praeſentis temporis, quibuſcum conjungitur. DAVIS. Recepit *in caſtra.*) Daviſius, ex MS. Elienſi, (cui ſuffragatur MS. Voſſii,) emendat; *recipit.* Quod & Temporum ratio videtur poſtulare. Veruntamen in hujuſmodi conſtructione, ubi tanquam praeſens narratur res praeterita, perinde eſt. CLARK. Monitum hoc ſaepiſſime. Mei hic etiam *recipit.*

2. ATQUE IPSE QUOTIDIE, —— LOCIS IDONEIS CONSEDIT.] Sic MSS. Reg. & Elienſ. & Edit. Rom. Editi Recentiores, (*atque* ibi *ipſe* &c.) Perperam admodum & abſurde. Non enim *ibi* ipſe conſedit; ſed, caſtris duarum legionum *ibi* factis, *ipſe* quotidie certo intervallo in *locis idoneis* inſidiaturus conſedit. Quod mirum Editores omnes fugiſſe, praeter unum Joan. Goduinum, alias minus ſcientem. CLARKE. Secunda vox ſententiam turbat, ea igitur deleta, lege *atque ipſe quotidie*, prout *Beroaldus* edidit; ac ita dant *Petav. Buſlid.* & *Norvic.* Sic etiam *Goduinus* & *Clarkius* ex ſuis Codd. voluere. DAVIS. *Cur. ſec.* Delevi τὸ *ibi*, conſenſu etiam Leidenſium, Scal. Dorv. & Edd. Ven. ac Mediol.

3. CONSEDIT] Scalig. & Leid. pr. *conſidit.* ut ſcilicet reſpondeat τῷ *facit.* Sed verior lectio videtur *conſidit.* De quo verbo adi ad l. VIII. c. 32.

4. SUPPETIAS OCCURRIT] Sic loquitur infra c. LXVIII. Haec tamen φράσις *Dodwello* tam diſplicet, ut eam non ab *Hirtio*, ſed a *Celſo* interpolatore fuiſſe cenſuerit. Vide Diſſ. de *Julio Celſo* §. 8. Sed ſe nimis moroſum cenſorem praeſtitit vir eximius; nam cum *ſuppetias occurrere* ſit idem, quod *ſuppetias* in tempore *venire*; non eſt
cur

occurrit. Cujus vim [a] multitudinis quum equites pauci Caeſariani [b] jam ſuſ-
tinere non poſſent, Caeſar inſtructas legiones hoſtium copiis oſtendit.
4 Quo facto perterrito Labieno, [c] ac retardato, ſuos equites recepit incolu-
mes. Poſtero die Juba Numidas eos, qui, loco amiſſo, fuga ſe receperant
in caſtra, in cruce omnes ſubfixit.
1 LXVII. Caeſar interim, [1] quoniam frumenti inopia premebatur, co-
pias omnes in caſtra [d] conducit; atque praeſidio [e] Lepti, Ruſpinae, Achil-
lae relicto, [f] Ciſpio, Aquilaeque claſſe tranſdita, ut alter Adrumetum,
alter [g] Thapſum mari obſiderent, ipſe caſtris incenſis, IV noctis vigilia,
acie inſtructa, inpedimentis in ſiniſtra parte conlocatis, ex eo loco profi-
ciſcitur, & pervenit ad oppidum [h] Agar, quod a Gaetulis ſaepe antea ob-
2 pugnatum, ſummaque vi per ipſos oppidanos erat defenſum. Ibi in [i] cam-
po caſtris unis poſitis, ipſe frumentatum circum villas cum parte [k] exerci-
tus profectus, magno [l] invento hordei, olei, vini, fici numero, [2] pauco
3 tritici, atque recreato exercitu, [m] redit in caſtra. Scipio interim, cogni-
to Caeſaris diſceſſu, cum univerſis copiis per jugum Caeſarem [n] ſubſequi
coepit; atque ab ejus caſtris milia paſſuum [o] VI longe, trinis caſtris [p] diſ-
partitis copiis, conſedit.
1 LXVIII. Oppidum erat [q] Zeta, quod aberat ab Scipione milia paſſuum
x, ad ejus regionem & partem caſtrorum conlocatum, a Caeſare autem
[r] diverſum ac remotum, quod erat ab eo [s] longe milia paſſuum XIIX. Huc
2 Scipio legiones II, frumentandi gratia, miſit. Quod poſtquam Caeſar ex
[t] perfuga cognovit, [3] caſtris ex campo in collem, ac tutiora loca conlo-
catis, atque ibi praeſidio relicto, ipſe IV vigilia egreſſus, praeter hoſtium
3 caſtra proficiſcitur cum copiis, & [v] oppidum potitur. Legiones Scipionis
comperit longius in agris frumentari: &, quum eo contendere conare-
tur, animadvertit copias hoſtium iis legionibus occurrere ſubpetias; quae
res

VARIAE LECTIONES.

a *Multitudinemque* L. ſec. Edd. R. M. V. b deeſt L. pr. Dorv. c *atque* L. pr. dein *eos* deeſt L. ſec. d *concludit* L. ſec. Dorv. Edd. R. M. V. male. e *Leptim* L. pr. *Leptae* vel *Lepte* Dorv. Edd. R. M. V. f *Ciſpo*, *Criſpo* MSS. & Edd. qdd. ſed V. c. 62. g *Tharſum* L. pr. *obſideret* L. ſec. & 2 Gallic. probante Goduino. ſed V. ad l. VII, 39. h *Agger* Pet. Leidd. Dorv. & c. 76, 79. i *caſtro* L. pr. k *equitatus* Edd. R. M. V. l *jumentorum* Dorv. *atque* deeſt Dorv. m Edd. qdd. *rediit*. n *ſequi* L. pr. o V. Gland. p *diſpert*. Leidd. q *Zetta* al. *Zumi* L. pr. *ab* idem pro *a*. r *diviſum* L. pr. s deeſt L. pr. *XIV* idem. *XIX* Sc. *miſerat* pro *miſit* Reg. Voſſ. t *perfugis* L. ſec. Dorv. Edd. ante Urſ. & Scal. v vulgo *oppido*.

cur noſtrum malae Latinitatis incuſemus. Adi *J. Fr. Gronovium* ad *Senecam* Controv. XI. p. 186. DAVIS. *Cur. ſec.* Vide etiam ſupra ad c. 39. c. 5. *ſuppetias venire*. c. 25. *ſuppetias proficiſci*. c. 39. *ſubpetias ire*. c. 75. *ſubpetias mittere*.

1. QUONIAM FRUMENTI INOPIA] MS. *Norvic.* *qui frumenti inopia premebatur*, & ea ſane lectio aeque placet ac vulgata. DAVIS.

2. PAUCO TRITICI] Meliore jure Cl. Dodwellus hoc verbum reprehendere poſſet, quam reliqua: Exemplum enim neſcio apud Aurei aevi ſcriptores, ubi *paucus* in ſingulari occurrat. Sed & Hirtium ita ſcripſiſſe non credo. *parum* eſt in Dorv. Immo in optimo Leid. pr. reſtat bene *parvo*. Pro *recreato* Aicardus reſcribere tentavit *recurato*, me non adſentiente.

3. CASTRIS EX CAMPO IN COLLEM AC TUTIORA LOCA COLLOCATIS] Cum *Lipſio* reſcripſerim *collatis*; quod ut opinor, linguae Latinae ratio poſtulat. DAVIS. *Cur. ſec.* Recte *collatis* Lipſius. Ita in B. Alex. cap. 6. *Caſtra caſtris collata*, in MSS. eſt perperam *collocata*. Dein repoſui *oppi-*
dum

res ejus inpetum retardavit. [a] Itaque, capto C. [1] Mutio [b] Regino, equite 4
Romano, Scipionis familiariſſimo, qui ei oppido praeerat, & P. Atrio, e-
quite Romano de conventu Uticenſi, & camelis XXII regis adductis, prae-
ſidio ibi cum Oppio legato relicto, ipſe ſe recipere coepit [c] ad caſtra.

LXIX. Quum jam non longe a caſtris Scipionis abeſſet, quae [d] eum 1
neceſſe erat praetergredi; Labienus Afraniuſque cum omni equitatu levi-
que armatura ex inſidiis [2] adorti, agmini ejus extremo ſe obferunt, atque
ex collibus [e] primis [3] exſiſtunt. Quod poſtquam Caeſar animadvertit, equi- 2
tibus ſuis hoſtium vi obpoſitis, ſarcinas [f] legionarios in acervum jubet com-
portare, atque celeriter ſigna hoſtibus inferre. Quod poſtquam coeptum 3
eſt fieri; primo inpetu [g] legionum equitatus & levis armatura hoſtium nul-
lo negotio loco pulſa, & [h] dejecta eſt de colle. Quum jam Caeſar exiſtimaſ- 4
ſet, hoſtes pulſos deterritoſque finem laceſſendi facturos, & iter [i] coeptum
pergere coepiſſet; iterum celeriter ex proximis collibus erumpunt, atque
eadem ratione, [k] qua ante dixi, in Caeſaris legionarios inpetum faciunt
[4] Numidae, leviſque armaturae, mirabili velocitate [l] praediti, qui inter
equites pugnabant, & una [m] pariterque cum equitibus [n] accurrere & refu-
gere conſueverant. Quum hoc ſaepius facerent, & [5] Julianos proficiſcen- 5
tes

VARIAE LECTIONES.

a *Ipſe* L. pr. b al. *Rhegino*, *Rhegyno*. c *in c.* L. pr. d *tunc* L. pr. *tum* L. ſec. e *primi* L. ſec. f *legionarias in ac. j. comportari atque ſigna.* L. pr. g Dorv. L. ſec. Edd. ante Urſ. *legionis*. h *dilecta* L. ſec. *defecta* Dorv. i *inc.* L. ſec. Pet. k *quam* L. pr. ſed V. ad c. 41. l *prompti* Dorv. Edd. R. M. V. m *que* deeſt Leidd. n *occurrere atque r. conſuerunt* L. ſec.

dum potitur pro *oppido* fide MSS. Scal. Leid. pr. Vide ſupra ad c. 36. *Caſtellum eſt potitus.*

1. MUTIO] Sic primus, quod ſciam, Scaliger inprimi curavit pro *Biotio*. Qua auctoritate neſcio. In Petav. eſt *Biocio*. In Scal. *Mocio* ſuprascripto *u*: ut credam, eum ſecutum eſſe ſuum codicem. In Leid. pr. *Mincio*. *Minnius* vel *Ninnius* vel *Minutius Reginus* occurrit apud Cic. l. x. ad Att. Ep. 17. ubi V. Corrad. *Biotio* habent cum Edd. prioribus Leid. ſec. & Dorvill.. De *Ninniis* vide J. F. Gronov. Obſ. l. IV. c. 4.

2. ADORTI] Legas velim *oborti*. Non enim Caeſaris copias *invaſerant*, quod *adoriendi* eſt poteſtas. DAVIS. *Cur. ſec.* Contrarium patet e ſequentibus, nec obſtat quod caſus deſit. Sic enim etiam c. 95.

3. EXSISTUNT] Codices nonnulli *exeunt*. Sed proba eſt vulgata lectio. ſic enim ſupra cap. 7. *Et ſubito exſiliunt.* Sed Codices plerique habent *exſiſtunt*. CLARKE. Ibi vide multa exempla & hic Glandorp.

4. NUMIDAE, LEVISQUE ARMATURAE] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* perperam, omiſſa particula, repraeſentant *Numidae levis armaturae*. MS. *Norv.* exhibet *Numidae leviſque armatura*, ac ita reponendum, niſi forte, pro vetere ſcribendi ratione, *levis* nominativi pluralis cenſeatur. DAVIS. *Leviſque* armatura.) Sic MSS. Reg. & Elienſ. Similiter ſupra, §. 1. (*equitatu levique* armatura;) Et §. 3. (*equitatus & levis* armatura.) Al. (*leviſque* armaturae.) Quae ſi Lectio recipiatur, tum ſubintelligendum erit (*milites*.) Quod multo potius eſt, quam ut, cum Daviſio, (*armaturae*) in plurali numero accipiamus, & (*levis*) antique ſcriptum pro (*leves*.) CLARK. Bene Daviſius in ſecundis curis deleri juſſit illa *niſi forte &c.* *Leves armaturas* in plurali alibi quoque dixit. *Numidae levis armaturae* etiam Dorv. & Ed. Mediol. *Armatura* etiam edidit Stephanus. Sed excidiſſe potuit hic vox *pedites*. Neque *Numidae levis armaturae* adeo ineptum eſt. Vide cap. 14. *Pedites Numidae levis armaturae cum equitibus procurrunt.* Sed plura vide c. 48. *Numidis ſine frenis, peditibuſque levis armaturae.*

5. JULIANOS PROFICISCENTES INSEQUERENTUR, ET REFUGERENT INSTANTES, PROPIUS NON ACCEDERENT] Editt. *Rom. Venet. Beroald.* exhibent *Julianos proficiſcentes inſequerentur & refugerent: ſtantes propius non accederent*; ſic & MS. *Norv.* niſi quod in eo omittatur particula copulans,

tes inſequerentur, [a] & refugerent, ſtantes propius non accederent, & ſingulari genere pugnae uterentur; eoſque jaculis convulnerare ſatis eſſe [b] exiſtimarent; Caeſar intellexit, nihil aliud [c] eos conari, niſi ut ſe cogerent caſtra [d] in eo loco ponere, ubi omnino aquae nihil eſſet; ut exercitus ejus jejunus, qui a quarta vigilia uſque ad horam x [e] diei nihil guſtaſſet, ac jumenta ſiti perirent.

1 LXX. Quum jam ad Solis occaſum eſſet, & non totos c paſſus [1] in horam IV eſſet progreſſus, equitatu ſuo, propter equorum interitum, extre-
2 mo agmine remoto, legiones invicem ad extremum agmen evocabat. Ita
vim hoſtium, placide leniterque procedens, per [f] legionarium militem
commodius ſuſtinebat. Interim [g] equitum Numidarum copiae dextra ſini-
ſtraque per colles [h] praecurrere, coronaeque in modum cingere multitu-
3 dine ſua Caeſaris copias, pars agmen extremum [i] inſequi: Caeſaris [k] au-
tem non amplius tres aut quatuor milites veterani, [l] ſi ſe convertiſſent,
& pila viribus contorta in Numidas [m] infeſtos conjeciſſent, amplius [n] duûm
milium [o] numero ad unum terga vertebant; ac rurſus ad aciem paſſim, con-
verſis equis, ſe conligebant, atque [2] in ſpatio conſequebantur, & jacula
4 in legionarios conjiciebant. Ita Caeſar, modo procedendo, modo reſi-
ſtendo, tardius itinere confecto, noctis hora prima omnes ſuos ad unum
5 [3] in caſtris [p] incolumes, ſauciis x factis, reduxit. Labienus, circiter ccc amiſ-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo & *refugerent inſtantes.* b *crederent* Dorv. Edd. ante Urſ. c Sic Pet. Leidd. Urſ. non *illos.* d deeſt Leidd. Sc. bene. e *die* Edd. quaedd. V. ad l. 11. B. G. 23. *guſtaſſent* L. pr. f *legionarios milites* L. ſec. perperam. g *equitatum* L. ſec. *equitatuum* Dorv. ut alibi. h Sic MSS. praeter Dorv. in quo & Edd. R. M. V. *currere.* Edd. pleraeque ante Scal. *percurr. coronamque* Sc. L. pr. i *ſequi* Dorv. Edd. R. M. V. *Caeſariani* Edd. R. M. k *interim* Dorv. L. ſec. l *tum* L. pr. *cum* Ciacc. L. ſec. Edd. R. M. V. m *infectos* L. pr. *infertos* L. ſec. *confertos* Ciacc. Edd. R. M. V. *congeſſiſſent* Edd. R. M. V. n Sic Pet. Sc. L. pr. Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. al. *duorum* vel *II.* o deeſt Dorv. L. ſec. Edd. Ald. Man. Plant. male. V. ad l. 1. B. G. 49. p deeſt Edd. R. M. V.

unde mutata diſtinctione legendum crediderim *Julianos proficiſcentes inſequerentur & refugerent ſtantes, propius non accederent*; nam c. LXX. teſtatur noſter, ſi tres aut quatuor veterani *ſe convertiſſent*, multos Numidas terga vertiſſe. DAVIS. MSS. & Editt. Vett. *ſtantes.* Quae & ipſa ferri poſſit lectio. CLARK. *Et* abeſt a Petav. & Leid. prim. *Stantes* exhibent Petav. Leidenſes, Dorv. & Edd. omnes ante Scaligerum, qui *inſtantes* è ſuo codice repoſuit. Forſan *& refugerent* ejicienda ſunt, legendumque *Julianos* proficiſcentes *inſequerentur*; Stantes *propius non accederent.* Certum eſt opponi ab Hirtio *proficiſcentes* & *ſtantes.* Quare licet *& refugerent* retineamus, quo magis inclino, *ſtantes* eſt ſcribendum. Inſequebantur & refugiebant Julianos, cum erant in itinere: Cum ſtabant, eos propius non accedebant.

1. HORIS IV] Sic MSS. Reg. & Voſſii. MS. Elienſ. & Edit. Rom. *In horis IV.* Scaliger & Recentiores *in horam quartam.* *Extremo agmine* eſt pro *ab* extr. agmine. CLARK. *In horis* habent Leid. ſec. & Dorvill. & Edd. pleraeque ante Scalig. Sed *horis* jam ediderunt Vaſc. Steph. Gryph. poſt. & eſt in MSto Urſin. Verum *in horam* dant Leid. pr. & Scalig. An numerus quinarius deleri debet? Certe Ciacconius ait alios libros non habere *V*, ut fuerit *in horam I*, ſive unam: nam vel ſic perparvum eſt ſpatium, quo progreſſus fuiſſet per totam horam. Paullo poſt malim, ſi per MStos liceret *revocabat.*

2. IN SPATIO] Hinc adparet probam eſſe lectionem in Virgil. & Silio, *Addunt in ſpatio:* ubi Vir doctus Miſc. Obſ. Vol. V. T. 3. p. 16. e Vett. Edd. malebat *in ſpatia.*

3. IN CASTRIS INCOLUMES —— REDUXIT] Non neceſſe eſt, ut cum *Pet. Ciacconio* legamus *in caſtra*, nam haec praepoſitio, etiam cum motum

amiſſis, multis vulneratis, [a] ac defeſſis inſtando omnibus, ad ſuos ſe recepit. Scipio interim legiones productas cum [b] elephantis, quos ante caſtra in acie, terroris gratia, in conſpectu Caeſaris conlocaverat, reducit in 6
caſtra.

LXXI. Caeſar contra ejuſmodi [c] hoſtium genera copias ſuas, non ut 1
Imperator exercitum veteranum, victoremque maximis rebus geſtis, ſed ut laniſta tirones gladiatores, [d] condocefacere: quo pede ſe reciperent ab 2
hoſte, & quemadmodum obverſi adverſariis, & in quantulo ſpatio reſiſterent, modo procurrerent, modo recederent; comminarenturque inpetum, ac prope [e] quo loco, [1] & quemadmodum tela mitterent, praecipit: mirifi- 3
ce [f] enim hoſtium levis armatura anxium exercitum noſtrum atque ſollicitum habebat: quia & equites deterrebat proelium inire, propter equorum interitum; quod eos [2] jaculis interficiebant, & legionarium militem de- 4
fatigabant propter velocitatem; gravis enim [g] armaturae miles, ſimul atque [3] ab his inſectatus conſtiterat, in eoſque inpetum fecerat, illi veloci curſu facile periculum vitabant.

LXXII. Quibus ex rebus Caeſar vehementer commovebatur: [4] quia, 1
quodcumque proelium quoties erat commiſſum, equitatu ſuo, ſine [h] legionario

VARIAE LECTIONES.

a C L. pr. b *elephantibus* Dorv. Edd. R. M. V. c deeſt Scal. d *condocefaceret quod ad pedes* L. pr. *gladiatoreſque* Edd. R. M. V. *condocet facere* Eaedem & L. ſec. *condocet* Dorv. ſed V. ad c. 19. *quot pedes* Pet. dein *adverſarios* L. pr. Dorv. e *e quo* Edd. R. M. V. f *autem* Edd. R. M. V. g *armatura* L. pr. h *legionarios milites* L. pr.

tum denotet, ablativo jungitur, ut inter alios oſtendit *G. J. Voſſius* de Conſtruct. c. LXV. DAVIS. Vide quae ſupra ad lib. IV. B. G. cap. 12. CLARK. Lego *in caſtra*. Sic edidit Gryphius: & ſic perpetuo loquitur noſter. Vide c. 73. 76. DAVIS. *Cur. ſec. Caſtra* quoque edidere Vaſc. & Stephan. Et ita etiam mallem. Sed obſtant MSS. Adde notata ad l. II. B. G. 17. *In caſtra veniſſet*, & alibi.

1. ET QUEMADMODUM TELA MITTERENT, PRAECIPIT] Editt. *Rom. Ven. praecepit*, in MS. autem *Norv.* eſt *praeciperent*, unde procul dubio legendum *praecipere*: ſupra enim dixit *ut laniſta tirones gladiatores* condocefaceret, cum quo hic locus componi non poteſt, niſi ſubjiciatur modus infinitivus. DAVIS. *Praecipere.*) Editi habent; *praecipit*, vel *praecepit*. MS. Elienſis, *praeciperent*. Unde Daviſius ex conjectura optime reſtituit, *praecipere*: poſtulante & ipſa Modorum ratione, propter praecedentem *condocefacere*. Atque in MS. Regio plane ſcriptum eſt, *praecipere*. CLARK. Errant Viri docti, licet & *praeciperet* ſit in Petav. & Leid. pr. Sed hoc natum e praecedentibus inperfectis. *Condocefacere* & *praecipit* jungit; ut cap. 25. *Recipere* & *abduxit*. ubi vide plura.

2. JACULIS INTERFICIEBAT ET L. M. DEFATIGABAT] *Sic Scaliger repoſuit ex MSS. Urſini* & ſuo, quibus dubito an accedat Petav. Verum Leidenſes & Dorvill. cum Edd. Vetuſtis cunctis dant pluralem numerum. Et recte. Mutatus ille eſt a librariis neſcientibus crebro in Collectivis, licet praecedat ſingularis, ſequi pluralem. Adi omnino ad l. VI. c. 11. *Quiſque non patitur, neque aliter ſi faciant.* &c. Vide & Varias lectiones c. 72. §. 4.

3. AB HIS INSECTATUS] Hoc participium, quod vulgo *deponens* cenſetur, hic loci *paſſive* accipitur, quin & aliis id genus multis idem contigit, quemadmodum oſtendit *G. J. Voſſius* de Anal. l. III. c. VI. Hinc factum, ut hujuſce verbi *activam* terminationem adhibuerit *Plautus* Captiv. Act. III. Sc. IV, 61. DAVIS.

4. QUIA, QUODCUMQUE PROELIUM QUOTIES ERAT COMMISSUM, EQUITATU SUO —— HOSTIUM EQUITATUI NULLO MODO PAR ESSE POTERAT] Prima vox abeſt a *Petav.* & *Norvic.* Reponendum ſuſpicor, *quod* nempe, *proelium quoties erat commiſſum*, equitatus ſuus —— *hoſtium equitatui* —— *nullo modo par eſſe poterat.* DAVIS. *Cur. ſec.* Cum ſenſus in vulgatis ſatis conſtet, conjecturis incertiorem reddere veram lectionem no-

nario milite, hoſtium [a] equitatui, levique armaturae eorum nullo modo
2 par eſſe poterat. Sollicitabatur [1] autem his rebus, quod nondum hoſtium
legiones cognoverat, & quonam modo ſuſtinere [b] ſe poſſet ab eorum e-
quitatu, levique armatura, quae [c] erat mirifica, ſi legiones quoque acceſ-
3 ſiſſent. Accedebat [d] etiam haec cauſſa, quod elephantorum magnitudo,
multitudoque, [e] militum animos detinebat in terrore; [2] cui uni rei tamen
4 invenerat remedium: namque elephantos [3] ex Italia tranſportari juſſerat,
quo & miles noſter [f] ſpeciemque & virtutem beſtiae cognoſceret, & cui
parti corporis ejus telum [g] facile [4] adigi poſſet; [h] ornatuſque ac loricatus
[i] quum eſſet elephantus, quae pars ejus corporis nuda ſine [k] tegmine re-
5 linqueretur, ut eo tela [l] conjicerentur: praeterea, ut jumenta beſtiarum o-
dorem, [m] ſtridorem, ſpeciem, [5] conſuetudine captarum non reformida-
rent. [6] Quibus ex rebus largiter erat conſecutus: nam & milites beſtias
ma-

VARIAE LECTIONES.

a *Equitatu* L. pr. V. ad lib. 1, 16. b *ſe* abeſt Dorv. Edd. R. M. V. *poſſent* L. pr. c *erant* Dorv. d *autem &*. L. pr. *eo etiam* L. ſec. Edd. Vaſc. Gr. poſt. Steph. bene. e *an. mil.* L. pr. f *ſpeciem* Edd. qdd. g *f. adjici* vulgo. h *oneratuſque* L. pr. Sc. Cuj. Pet. Dorv. Edd. pp. Vaſc. Steph. aliaeque. ſed V. ad B. Al. c. 50. i Hoc ordine Cuj. Pet. L. pr. in iiſdem & L. ſec. ut c. 84. *elephans*. Dorv. *elephas*. k *tegumine* Sc. l *conjicerent* Dorv. Edd. R. M. V. nec male. m *ſtridoremque* L. pr. *& ſp.* L. ſec. Edd. qdd.

nolui: ſed *quia* etiam abeſt a Scalig. Immo a Leid. pr. deſunt. *Vehem. comm. quia quodcumq.* in quo itidem pro *proelium*, *bellum* editur. Forſan modo fuerat initio *commovebatur* (*commotus* Dorv. Edd. Rom. Med. Ven.) *quod*, *proelium quoties* vel *quotieſcumque er. com.*

1. AUTEM] Legendum credo. *item.* DAVIS. *Cur. ſec.*

2. CUI UNI REI] Lege *cui rei tamen* &c. deleta voce *uni*, quam praetermittunt *Petav.* & *Norv.* DAVIS. *Cur. ſec.* Nequaquam *uni* ejiciendum, quod ſuam hic habet emphaſin, & aliquoties ita loquitur Caeſar etiam.

3. EX ITALIA TRANSPORTARI] Ita edidit *Joſ. Scaliger*, & ſic emendarunt *Petr. Ciacconius* & *Juſt. Lipſius* Elect. l. II. c. XXII. cum in libris MSS. & antiquitus excuſis legatur *in Italiam tranſportari*, quam lectionem tueri fruſtra aggreſſus eſt *Joan Goduinus*, nam Caeſarem ϛτιπώτας τε ΕΚ ΤΗΣ ΙΤΑΛΙΑΣ κ ΕΛΕΦΑΝΤΑΣ μεταπέμψαντα teſtatur *Dion* l. XLIII. p. 215. Vitioſa tamen illa lectione deceptus videtur *Jul. Celſus*: Hic enim p. 225. ed. Lond. ſic loquitur: *Huic parti remedium adhibuerat adducendo elephantes in caſtra, & aliquos* in Italiam *mittendo* &c. DAVIS. Adde Cellarium. *In Italiam* etiam habent mei omnes. dein *quos & miles noſſet* Petav. Dorv. & Edd. Rom. Med. Ven. In Leid. ſec. *quos & m. noſceret*: At Leid. pr. *quod & m. noſſet.* Crediderunt forte librarii *noſter* ab Hirtio non potuiſſe dici, quia is huic bello non adfuit. Sed *noſter* ſignificat *militem Romanum*, oppoſitum *Numidis*, ut ſaepius ſupra & paullo ante *exercitum noſtrum.* Aliter conjicere poſſes *cognoſceret* inrepſiſſe. Sed non puto.

4. ADIGI] Sic MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii. Vulgg. *adjici*. CLARKE. Conſtanter MSS. mei & Edd. omnes ante Scaligerum *adigi*. Quod mutari non debuit. Conſule notas ad l. IV. B. G. 23. *telum adjici poſſet*; & alibi.

5. CONSUETUDINE CAPTARUM NON REFORMIDARENT] Reponit *Pet. Ciacconius conſuetudine earum*, vel *conſuetudine captae earum non reformidarent*; & ſane a poſteriori conjectura non abhorrerem, niſi MS. *Norvic.* lectionem exhiberet, quae ſententiae ad amuſſim quadrat; in illo enim eſt *conſuetudine* capta *non reformidarent*, ac ita reſcribendum. DAVIS. *Capta.* Ita optime reſtituit Daviſius, ex MS. Elienſi. Alii perperam, *conſuetudine* captarum.) Unde Ciacconius, ex conjectura *conſuetudine capta earum.* Sed praeſtat Lectio Elienſis. CLARK. *Capta* videtur quidem vera eſſe lectio. Dubito tamen an non aliud quid lateat, nam Petav. habet *captum*, & Leid. pr. *reformidare. Conſuetudine* ſimpliciter poſſet dici pro *per conſuetudinem*, *e conſuetudine.* Vide l. VIII, 17. *Qua conſuetudine.* Ciacconii conjectura *earum* non multum recedit a *captum.* Praeterea *capta* ſi ſumas in ablativo, durius videtur dictum *capere conſuetudinem*: nec tamen *capi conſuetudine*, ut apud Sueton. Caeſ. c. 23. hic videtur locum habere poſſe.

6. QUIBUS EX REBUS LARGITER ERAT CONSECUTUS].

manibus [a] pertractabant, earumque tarditatem cognoſcebant: equiteſque in eos [1] pila praepilata conjiciebant; atque [2] in conſuetudinem equos patientia beſtiarum adduxerat.

LXXIII. Ob has cauſſas, quas ſupra [b] commemoravi, ſollicitabatur Cae- 1
ſar, tardiorque & conſideratior erat factus, [c] & ex priſtina bellandi con-
ſuetudine celeritateque exceſſerat: [d] nec mirum; copias enim habebat in 2
Gallia bellare conſuetas locis campeſtribus, [e] & contra Gallos, homines
apertos [f] minimeque inſidioſos; qui per virtutem, non per dolum, dimi-
care [g] conſuerunt: tum autem erat ei laborandum, ut conſuefaceret mili- 3
tes hoſtium dolos, inſidias, [h] artificia cognoſcere, & quid ſequi, [i] quid vi-
tare conveniret. Itaque, quo haec celerius conciperent, dabat operam, 4
ut legiones non [k] in uno loco contineret, ſed per cauſſam frumentandi,
huc [l] atque illuc [m] raptaret: ideo quod hoſtium copias [n] ab ſe, ſuoque ve-
ſtigio non diſceſſuras exiſtimabat. Atque poſt diem III, [3] productas accu- 5
ratius ſuas copias ſicut inſtruxerat, [4] propter hoſtium caſtra praetergreſſus, ae-

VARIAE LECTIONES.

a *Contract.* L. pr. b *memoravi* L. ſec. c deeſt L. ſec. Dorv. d *neque* L. pr. e *atque* L. ſec. Dorv. Edd. pp. f *minime* Dorv. Edd. pp. g Sic MSS. 5. Edd. pp. V. ad l. I. B. G. 43. vulgo *conſueverunt.* h *artificiaque* L. ſec. Edd. qdd. male. *cognoſcerent*, q. Leidd. Dorv. & abeſt Pet. Edd. R. M. V. i *quidve* L. ſec. k deeſt Praep. in L. ſec. Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. l Abeſt a Dorv. Edd. R. M. V. nec male. m *laxare* Pet. *rapſare* L. pr. Scal. *Ideoque* L. ſec. n *a* L. ſec. Edd. qdd.

CUTUS] Primas tres voculas contra fidem Codicum delendas cenſuit *Joſ. Scaliger*, qua emendatione recepta, aliter diſtinguenda eſt oratio, quam in ſua editione fecit vir maximus. *Pet. Ciacconio* placet *quas res largiter erat conſecutus*; ſed haec nimia eſt mutatio. Vide, an felicius conjecerim *quibus* haec *rebus* &c. ne ſcilicet equi virive beſtias timerent. DAVIS. Cellarius addit *quibus ex rebus*, quod optaverat, *largiter* &c. Sed omnino proba eſt & elegantior vulgata lectio. CLARK. *Ex* abeſt Leid. pr.

1. PILA PRAEPILATA] *Joan. Glandorpius* aliique, cenſuerunt *pila praepilata* hic eſſe tela ferreis cuſpidibus inſtructa; ſed *Juſt. Lipſio* adſentiendum, qui Poliorc. lib. IV. Dial. IV. notavit *pila praepilata* ſine ferro eſſe, nec aliud quam pilae inſtar, obtuſo acumine, rotunda. Certe, quod non obſervavit vir doctiſſimus, elephanti, cum vulnerantur, non ita lenes ſe praeſtare ſunt ſoliti, ut eorum *patientia equos in conſuetudinem adduceret*. Vide *Florum* l. I. c. XVIII, 12. & hujuſce libri c. LXXXIV. DAVIS.

2. IN CONSUETUDINEM EQUOS PATIENTIA BESTIARUM ADDUXERAT] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* (nec non Leid. ſec. Dorv. Edd. Mediol. Vaſcoſ. Steph. aliaeque) exhibent *in conſuetudinem equos ipſarum beſtiarum adduxerant*, quam quidem lectionem a Criticis vulgatae ſenſum non capientibus profectam arbitror. *Pet. Ciacconius* reponit *conſuetudine equos patientia beſtiarum adduxerat* vel *equos conſuetudine in patientiam* &c. *Juſt. Lipſius* Pol. l. IV. Dial. IV. legit *in conſuetudinem equos patientiae beſtiarum adduxerant.* Mihi quidem ſana videtur lectio recepta, dummodo vox *patientia* nominandi caſu poſita intelligatur. DAVIS. Intelligit Daviſius *lenitatem Elephantum & tarditatem*, cum pila praepilata in eos conjicerentur. Verum exiſtimo potius *Equorum* intelligi *patientiam* Elephantum; hoc eſt, qua *Equi* patiebantur *Elephantos*. Equos patientia ſua beſtiarum, in conſuetudinem adduxerat: *Vel*, patientia adduxerat equos, in conſuetudinem beſtiarum (patiendarum.) Lipſius reponit, (*in conſuetudinem equos* patientiae *beſtiarum*; adduxerant.) Vel, (quoniam in plurimis MSS. eſt, (—— ipſarum *beſtiarum adduxerant*;) legi fortaſſe poterit; (—— patiendarum *beſtiarum adduxerant.*) Sed praeſtare videtur vulgata Lectio. CLARK.

3. PRODUCTAS ACCURATIUS SUAS COPIAS SICUT INSTRUXERAT;] Quamvis ferri queat haec Lectio; tamen uſitatior foret locutio, [productis *accuratius* ſuis copiis *ſic*, *ut* (vel *ſicut*) *inſtruxerat*; &c.] Sed ſine Codicibus nihil movendum. CLARK.

4. PROPTER HOSTIUM CASTRA PRAETERGRESSUS] Cur prima vox in editt. *Rom. Ven. Beroald.* non compareat, in cauſa fuit editorum inſcitia, qui praepoſitionis illius ſignificatum non intelligebant.

aequo loco invitat ad dimicandum. Poſtquam [a] abhorrere eos videt, reducit ſub veſperum legiones in caſtra.

1 LXXIV. Legati interim ex oppido [b] Vacca, quod finitimum fuit [1] Ze-
2 tae, cujus Caeſarem potitum eſſe demonſtravimus, veniunt. Petunt [c] & obſecrant, *ut ſibi praeſidium mittat: ſe res complures, quae utiles bello ſint, adminiſtraturos.* Per [d] idem tempus, [2] Deorum voluntate ſtudioque erga Caeſarem, [e] transfuga [3] ſuos cives facit certiores: *Jubam regem celeriter cum copiis ſuis, antequam Caeſaris praeſidium eo perveniret, ad oppidum [f] adcucurriſſe, atque, [g] adveniente multitudine circumdata,*
[4] *eo potitum*; [h] *omnibuſque ejus oppidi incolis ad unum interfectis, dediſſe oppidum diripiendum delendumque militibus.*

1 LXXV. Caeſar interim, luſtrato exercitu a. d. XII Kal. Apr. poſtero die productis univerſis copiis, [5] progreſſus [i] a ſuis caſtris milia paſſuum v,

VARIAE LECTIONES.

a Sic Pet. L. pr. non *eos abb.* b *Vaca* Cuj. *Vaga* Sc. L. pr. c Abeſt *&* a Pet. L. pr. Dorv. L. ſec. *obſecrantque, ſibi.* d vulgo *id.* e *transfugas* Leidd. f *decurr.* L. pr. *accurriſſe* L. ſec. & Edd. qdd. *cucurriſſe* Dorv. Edd. pp. g *advenientem* Scal. Pet. Edd. Vaſc. Gryph. Steph. nec male. h *omnibus* Edd. Recent. i *ab* Dorv.

bant. *Propter hoſtium caſtra* idem valet ac *prope hoſtium caſtra.* Sic *Plautus* Amphit. Act. IV. Sc. 1, 8. *Quem* propter *corpus ſuum ſtupri compleverit.* Et Curcul. Act. IV. Sc. 1, 15. *In medio* propter *Canalem.* Adi etiam quae notavimus ad hujuſce libri c. XXXVII. DAVIS. *Propter* abeſt etiam a Cod. Dorvilliano & Ed. Mediol. *Praeter h. c. praetergr.* exhibuit Stephanus. Sed adi etiam ad l. I. B. G. c. 23. *prope hoſtium caſtra viſae ſunt.* Ceterum pro *atque* legebat Ciacconius *Itaque.*

1. ZETAE] Ita vel *Zettae* habent quoque Edd. Rom. Med. Ven. & H. Stephani. Male Editores plerique ante Scalig. dederant *Uzitae.* Sed vide c. 68. *Uzitae* non potitus eſt. Bene *Zettae* ergo jam emendarant Gland. & Ciaccon. quoque. *Zellae* Buſlid. *Zejae* Leid. pr. Petav. Cuj. & ad oram *credo Zutae.*

2. DEORUM VOLUNTATE STUDIOQUE ERGA CAESAREM] Sic repoſui ex MS. *Norv.* & ed. *Steph.* eandemque lectionem in ſuo Codice inventam probavit *Fulv. Urſinus*; & jure quidem merito, quippe quae cum auctoris ſententia pulchre conveniat, nam Dii immortales, inquit ille Bell. Alex. c. LXXV. *quum omnibus caſibus belli interſunt, tum praecipue eis, quibus nihil ratione potuit adminiſtrari.* In vulgg. erat *de eorum voluntate ſtudioque erga Caeſarem*, unde factum, ut verba illa pro Gloſſemate habuerit *Juſt. Lipſius* Elect. l. II. c. XXII. DAVIS. Deorum *voluntate*) Ita edidit Daviſius ex MSS. Elienſi & Urſini, & Edit. Stephani. Quibuſcum faciunt MS. Voſſii, & Goduini Codices tres. Vulgg. (de eorum *voluntate:*) Qui ſenſus eſt nullus. CLARK. *Deorum* jam exhibuerunt Vaſcoſ. & Gryph. poſt. cum Strada, & confirmatur a Scal. ac Leid. pr. *Idem* quoque pro *id* MSS. Urſin. & uterque Leid.

3. SUOS CIVES.] Rhellicanus interpretatur; *Vaccenſes*, qui apud *Jubam* militabant: Inepte admodum. Cellarius; legatos *Vaccenſes*, qui cum *Caeſare* erant: Recte. CLARK.

4. EO POTITUM; OMNIBUSQUE &c.] Nonnulli *omnibus.* Quod idem eſt. (*Eo potitum* omnibus *dediſſe oppidum diripiendum.*) Vel, [*Eo potitum* (eſſe;) omnibuſque *dediſſe oppidum diripiendum.* CLARK. *Omnibuſque* reſtitui, quod eſt in MSS. omnibus & Edd. vetuſtis, etiam Scalig. Cellar. & aliis.

5. PROGRESSUS A SUIS CASTRIS] Hanc lectionem MS. *Norvic.* & edit. *Robert. Stephani* A. D. 1544. debemus. In aliis tam priſcis, quam nuperis excuſis legebatur *proceſſus a caſtris*, quae nova eſt locutio & Latinis auribus inaudita. DAVIS. *Progreſſus.* Ita edidit Daviſius ex MS. Elienſi & Edit. Stephani. Cum his conſentiunt MS. Voſſii & unus Goduini: MS. Reg. habet *proceſſit.* In aliis omnibus eſt *proceſſus.* Quae locutio valde eſt inuſitata. Quamvis enim Cellarius participium iſtud apud *Scribonium Largum Comp.* c. reppererit, at haud tamen hoc ſignificatu. CLARK. *Proceſſus* eſt in MSS. meis omnibus: quare forſan *proceſſu* ſubſtantive legi debet, quae vox alibi quoque de itinere militari occurrit. V. l. II. B. G. c. XI. *Progreſſus* autem edidere etiam Vaſc. Gryph. & ita Edd. qdd. Cic. pro Leg.

Man.

a [a] Scipionis circiter duûm milium [b] interjecto ſpatio, in acie conſtitit.
Poſtquam ſatis diuque adverſarios [c] a ſe ad dimicandum invitatos [1] ſuper- 2
ſedere pugnae animadvertit, reducit copias. [d] Poſtero die caſtra movet, 3
atque [2] iter ad oppidum [e] Sarſuram, ubi [3] Scipio Numidarum habuerat
praeſidium, frumentumque comportaverat, ire contendit. Quod ubi La- 4
bienus animadvertit, cum equitatu levique armatura agmen ejus extre-
mum [f] carpere coepit: atque ita lixarum mercatorumque, qui [g] ploſtris
merces portabant, interceptis ſarcinis, addito animo, propius audaciuſ-
que accedit ad legiones, quod exiſtimabat milites ſub onere ac [4] ſub ſar-
cinis defatigatos pugnare non poſſe. Quae res Caeſarem non [5] fefellerat: 5
namque expeditos ex ſingulis legionibus [h] tricenos milites eſſe juſſerat; i-
taque eos in equitatum Labieni inmiſſos turmis ſuorum ſubpetias mittit. 6
Tum Labienus, converſis equis, ſignorum conſpectu perterritus, turpiſ-
ſime contendit fugere; multis ejus occiſis, compluribus vulneratis. Mili- 7
tes legionarii ad ſua ſe recipiunt ſigna, atque [i] iter inceptum ire coepe-
runt: Labienus per jugum ſummum collis dextrorſus procul [6] ſubſequi [k] non
deſiſtit.

VARIAE LECTIONES. LXXVI.

a *Scipione* Edd. ante Urſ. pleraeque contra MSS. o. & Edd. Vaſc. Steph. &c. V. c. 60. b *circumjecto* Sc. L. pr. c deſunt L. pr. *ad ſe* L. ſec. pro *ab ſe*. d *poſteroque* Urſ. *poſteraque* L. pr. *movit* L. ſec. Dorv. e *Saſurram* L. ſec. Dorv. f *capere* L. pr. prave. g *plauſtris* L. ſec. Dorv. Edd. ante Scal. ſed *ploſtris* MSS. meliores etiam c. 21. h *trecentos* Edd. qdd. i *interceptum iter coep.* L. pr. & in Marg. *agere*. *Coepere* L. ſec. Dorv. k vulgo *milites ſ. deſtitit* Pet. L. ſec. Dorv. Edd. R. M. V.

Man. c. 9. poſt & Stradae. *Procedere* & *progredi* in his commentariis paſſim confunduntur. Vide raeter alia ad l. v. c. 47. *Profectus* in uno Gall.

1. SUPERSEDERE PUGNAE] Repone *ſuperſedere pugna*, quemadmodum flagitat Latinitas. *Cicero* de invent. L. I. c. 20. *Non minus rerum non neceſſariarum quam verborum* multitudine ſuperſedendum *eſt*. Et c. 21. *Quod cum acciderit, omnino* narratione ſuperſedendum *eſt*. Ita perpetuo loquitur. Vide ſis & ſcriptorem ad Herennium l. II. c. 19. DAVIS. *Cur. ſec.*

2. ITER &C. IRE CONTENDIT] Leidenſes & Dorv. non agnoſcunt vocem *iter*. Cave tamen, iis auſcultes. Noſter enim c. 6. jam ſcripſit *iter conſtitutum ire contendit*. Statim *iter inceptum ire coeperunt*. Adde N. Heinſ. ad Ovid. Ep. VII, 40. Quomodo ſaepe *ire viam* & ſimilia.

3. SCIPIO NUMIDARUM HABUERAT PRAESIDIUM] MS. *Norv.* repraeſentat *Scipio Numidarum habebat praeſidium*, quae ſane lectio non paullo eſt melior, cum enim Caeſar ad oppidum Sarſuram venit, ibi praeſidium Scipionis repertum interfecit. Vide c. LXXVI. DAVIS. *Habebat*. Ita ex MSS. Reg. & Elienſi reſtituendum videtur. Editi (habuerat *praeſidium*.) Quod (ex ſequente, ut opinor, *comportaverat*) a Librariis eſt repoſitum. Non enim id ait Hirtius *habuiſſe* utique praeſidium in Sarſura Scipionem, ſed *jam tum habere*, idque a Caeſare nec opinans oppreſſum & interfectum: Ut recte annotavit Daviſius. Non tamen diſſimulandum, etiam illud *habuerat* retineri poſſe; ſi ita accipiatur, ut ſignificet *collocaverat*. Quomodo infra videtur accipi c. 89. prope initium. CLARK. Cap. ſeq. *fuerat cum praeſidio* pro *erat:* ut & c. 88. *Qui tum ei pro quaeſtore fuerat*. c. 89. *Qui ibi tum fuerant*. Sic & B. Hiſp. c. 13. in fine. & c. 14. *quo loco equites ſtationem habuerant*, pro *habebant*.

4. SUB SARCINIS DEFATIGATOS] Leid. prim. & Dorv. *ſarcinis defatigatos*. Quod non malum videtur. Sed propria in his quaſi formula eſt *ſub ſarcinis*. Adi ad l. III. B. G. 24. *ſub ſarcinis inferiores animo adoriri*. De repetitione praepoſitionis ſaepius egimus. Vide eodem libro c. 1.

5. FEFELLERAT] Codices nonnulli (Edd. Vaſc. Step. Gryph. poſt Str. *fefellit*. Sed longe praeſtat vulgata lectio. Illud enim, *quae res Caeſarem non fefellerat*, tale eſt, quale ſi dixiſſet, *Cui rei Caeſar ante viderat*, vel *quae res Caeſarem non fugerat*. CLARK.

6. MILITES SUBSEQUI NON DESISTIT] MS. *Norv.* editt. *Rom. Venet. Beroald.* exhibent *ſubſequi non de-*

1 LXXVI. Poſtquam Caeſar ad oppidum Sarſuram venit; inſpectanti-
bus adverſariis, interfecto praeſidio Scipionis, quum ſuis auxilium ferre
non auderent, fortiter [a] repugnante P. Cornelio, [b] evocato Scipionis,
qui ibi praeerat, atque [c] a multitudine circumvento interfectoque, oppido
2 potitur; atque ibi frumento exercitui dato, poſtero die ad oppidum [d] Tiſ-
dram pervenit, in quo Conſidius per id tempus fuerat cum grandi prae-
3 ſidio, cohorteque ſua gladiatorum. Caeſar, oppidi natura perſpecta, [1] at-
que inopia ab [e] obpugnatione ejus deterritus, protinus profectus circiter
milia paſſuum IV [2] ad aquam facit caſtra, atque inde IV [f] die egreſſus, re-
dit rurſus ad ea caſtra, quae ad [g] Agar habuerat. Idem facit Scipio, at-
que in antiqua caſtra copias reducit.

1 LXXVII. Thabenenſes interim, qui ſub ditione & poteſtate Jubae eſſe
conſueſſent, in extrema ejus regni regione maritima [h] locati, interfecto
regio praeſidio, legatos ad Caeſarem mittunt; [3] rem a ſe geſtam docent:
petunt [i] orantque, ut ſuis [k] fortunis [4] populus Romanus, quod bene me-
2 riti eſſent, auxilium ferret. Caeſar, eorum conſilio probato, [5] Marcium [l]
Criſ-

VARIAE LECTIONES.

a *Pugn.* L.pr. b Ita MSS. non *Scip. evoc.* Edd. Cell. & Vett. ante Urſ. inepte *Scipione.* c deeſt L. ſec. d Sic vel *Thiſdram* (V. c. 36.) MSS. o. praeter L. ſec. *Thebannam. Thebennam* Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. Str. & deinceps *Thebennenſes.* e *impugn.* L. pr. f *die* abeſt L. pr. *die quarta* Sc. *quarta vigilia* Ciacc. L. ſec. Dorv. Edd. R. M. V. quod rectius videtur. g *Aggar* MSS. h *collocati* Leidd. i *& orant* Dorv. k *fortuniis* L. pr. vulgo *praeſto* vel *de populo Rom. quod* abeſt L. pr. Sc. l vulgo *M.*

deſtitit, omiſſa prima voce, quae nullo ſententiae detrimento abeſſe poteſt. DAVIS. Equidem cum Daviſio vocem iſtam abeſſe debere exiſtimo. Ut deeſt quidem in MS. Reg. Elienſ. & Voſſ. & Editionibus quibusdam Veteribus. CLARKE. Abeſt etiam a Pet. Scal. Leidenſibus, Dorvill. Item Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. Steph. & aliis. Quare delevi.

1. ATQUE INOPIA AB OPPUGNATIONE EJUS DETERRITUS] *Juſt. Lipſius* Elect. l. II. c. XXII. reſcribit *aquae inopia*; ſed ſi, ut videtur, *Hirtius* rerum oppido expugnando neceſſariarum inopiam intelligat, haud opus eſt, ut ejus conjecturam recipiamus. DAVIS. Atque *inopia*) Ferri poteſt haec Lectio; ut ſit (annotante Daviſio) inopia rerum ad oppugnationem neceſſariarum. Pulchra tamen eſt Lipſii emendatio, qui legit, (*AQUAE inopia*;) propter id quod ſequitur, (*protinus profectus* ——, *ad* aquam *facit caſtra.*) CLARK.

2. AD AQUAM FACIT CASTRA] Sic edidimus ex fide MS. *Norvic.* & editt. *Steph.* Vulgg. perperam *fecit caſtra.* DAVIS. Facit *caſtra*;) Ita recte reſtituit Daviſius ex MS. Elienſi & Edit. Stephani, poſtulante Temporum ratione. Suffragantur MSS. Reg. & Voſſii. Al. (*caſtra* fecit.) CLARK. Mei omnes etiam *facit*, & Edd. Vaſc. Gryph. poſt. ac Stradae.

3. REM A SEGESTAM DOCENT] Haec conjectura *Juſt. Lipſii* Elect. l. II. c. XXII. quem in ſua edit. ſecutus eſt *Joſ. Scaliger.* Omnes Codd. *rem male geſtam* exhibent. Inepte prorſus; cum pro *Caeſaris* & *Hirtii* ſententia optime ſe geſſerint Thabenenſes. DAVIS. *Rem* a ſe *geſtam*) Ita pulcherrime reſtituit Lipſius ex conjectura. Quem ſecuti ſunt Recentiores. Firmant MSS. Reg. & Voſſii. Alii omnes, (*rem* male *geſtam*:) Litera ſ nimirum contracta in *l*, & *m* ex praecedenti voce aſſuta. CLARK. *A ſe* jam ediderunt Vaſc. Gryph. poſt. Stephanus & Strad. Mei Codd. retinent *male.*

4. DE POPULO RO. QUOD BENE MERITI ESSENT, AUXILIUM FERRET] Sic edidit R. Stephanus & deinceps Scaliger ex MS. Urſini, ceterique. Vulgo erat *praeſto quod bene m. &c.* At notat Urſinus in optimo Codice eſſe pro *praeſto P. R.* Et certe etiam Petav. Scalig. Leidenſes, Dorv. habent *pop. Rom.* cum Edd. Vaſc. Gryph. poſt. Stradae. Bene omnino. *Petivit, ut populus Romanus opem ferret, quod bene meriti* de eo *erant.* Vide c. 91, 92.

5. M. CRISPUM] Ciacconius ait quoſdam legere *M. Criſpium.* Ipſe ex Dione retinet vulgatum & Ciceronem Phil. II. emendare conatur, ubi *Q. Marcio Criſpo procos. L. Statio Murio proc.* ſed & hic *Martium* habent Dorvill. Leid. ſec. & Ed. poſt. Gryphii. Immo *Marcium* exhibent

jam

Criſpum Tribunum cum cohorte, & ſagittariis, tormentiſque [a] complu- 3
ribus praeſidio [b] Thabenam mittit. Eodem tempore ex legionibus omni-
bus milites, qui aut morbo inpediti, aut, [1] commeatu dato, cum ſignis
non potuerant ante tranſire [c] in Africam, ad milia IV, equites CD, fundi-
tores ſagittariique [d] mile uno commeatu Caeſari occurrerunt. Itaque [e] cum 4
his copiis, & omnibus legionibus eductis, ſicut erat inſtructus, [f] IIX mi-
libus paſſuum [g] ab ſuis caſtris, [h] ab Scipionis vero IV milibus [i] paſſuum lon-
ge conſtitit in campo.

LXXVIII. Erat oppidum infra caſtra Scipionis nomine Tegea, ubi 1
praeſidium [k] equeſtre [2] circiter CD numero habere conſuerat. Eo equitatu 2
dextra [l] ſiniſtraque directo ab oppidi lateribus, ipſe, [3] legionibus ex ca-
ſtris eductis, atque in jugo inferiore inſtructis, non longius fere M paſſus
ab ſuis munitionibus progreſſus, in acie conſtitit. Poſtquam diutius in u- 3
no loco Scipio commorabatur; & tempus [m] diei in otio conſumebatur;
[n] Caeſar equitum turmas ſuorum jubet in hoſtium equitatum, qui ad oppi-
dum in ſtatione [o] erat, facere inpreſſionem; levemque armaturam, ſagit-
tarios funditoreſque eodem ſubmittit. Quod ubi coeptum eſt fieri; & e- 4
quis concitatis Juliani inpetum feciſſent; [p] Pacidius ſuos equites exporri-
gere coepit in longitudinem, [4] ut haberent facultatem turmas Julianas

VARIAE LECTIONES. cir-

a *Quam pl.* Edd. R. M. V. b *Theb.* L. ſec. c deeſt Praepoſ. in L. pr. d *qui* L. pr. CCC MS. El. CC Reg. L. ſec. Dorv. Edd. R. M. V. e Sic MSS. o. & Edd. Vett. non *tum.* f *XX* Urſ. g Sic Sc. L. pr. Dorv. h *a* L. ſec. Dorv. Edd. qdd. i deeſt Edd. Recentioribus nonnullis. bene: ut alibi V. c. 79. Pro *IV m.* Cuj. Pet. ∞ ∞ *mill.* Scal. $\overline{CCCC}$ *m.* L. pr. *cō.* k *equeſtrium* L. ſec. dein vulgo deeſt *numero*, & *conſueverat* editur. l *que* abeſt L. pr. *oppido* Sc. L. pr. m deeſt Pet. ſed V. ad lib. VII, 16. n Abeſt L. pr. o *erant* L. pr. p *Placidius* Edd. R. M. V. dein vulgo *circumfundere.*

jam Vaſc. Stephanus & Strada. ut ad marginem Codicis ſui ſcribendum voluit Voſſius, ejuſque frater Gerardus jam correxit ex optimo Codice ad Vell. l. II. C. 69. *Acceptis à Statio Murco & Criſpo Marcio legionibus.* Adde Gland. in Onom. *Ciſpium* conjecit Manutius. Pro *coborte* in Leid. ſec. Ciacc. & Dorv. eſt *cobortibus.* Immo in Leid. primo *cobortibus tribus.* Quod praeferendum videtur.

1. COMMEATU DATO] Hoc eſt quibus venia fuerat data, ut a ſignis ſuis aliquandiu abeſſent. CLARK.

2. CIRCITER CD HABERE CONSUEVERAT] MS. *Norv.* omiſſis notis numeralibus, exhibet *circiter niio babere conſueverat*, unde legendum arbitror *circiter* CD *numero* &c. Sic infra hoc ipſo capite: *Vim boſtium ad* IV *millia* numero *ſuſtinere non poterant.* Ac l. II. de B. Gall. c. IV. *Oppida babere* numero XII. Ita & alibi paſſim. DAVIS. Recte; Sic enim alibi loqui ſolet auctor noſter. Suffragatur & MS. Regius. CLARKE. *Numero* diſerte habent Petav. Dorv. ac Leid. pr. *numerum.* Sed pro *CD* Cujac. Scal. Petav. Leid. pr. dant MM i. e. *duo milia.* At Dorv. Codicis librarius inde finxit *mille militum numero.* De *numero* conſule nos ad l. I. c. 59. B. Gall. *Circiter bominum numero XVI milia.* Reſcripſi itidem *conſuerat* fide MStorum tantum non omnium, ut ſupra ſaepiſſime.

3. LEGIONIBUS EDUCTIS ATQUE INSTRUCTIS —— IN ACIE CONSTITIT.] In Petav. ſcribitur *educens & inſtruens*; quaſi fuerit olim *legiones.* Et certe in Scal. Leid. pr. & Dorv. eſt *legiones eductas atque inſtructas.* Quod & praeferendum videtur; ſi *conſtituit* ſcribas pro *conſtitit.*

4. UT HABERENT FACULTATEM TURMAS JULIANAS CIRCUMFUNDERE] Hoc tanquam male Latinum & in interpolatoris officina natum cenſoria virgula notat Cl. *Dodwellus* Diſſ. de Julio Celſo §. 8. Sed infinitivi Gerundiorum loca paſſim obtinent. *Cicero* pro Quintio c. XVI. *Ut boc tibi eſſet apud tales viros confitendum —— eadem te bora conſilium cepiſſe, bominis propinqui fortunas evertere. Caeſar* l. VII. B. G. c. 26. *Conſilium ce-*

5 circumfundi, & nihilo minus fortiſſime acerrimeque pugnare. Quod ubi
Caeſar animadvertit, ccc, quos ex legionibus habere expeditos [a] conſue-
verat, ex proxima legione, [1] quae ei proelio in acie conſtiterat, jubet e-
6 quitatui ſuccurrere. Labienus interim ſuis equitibus auxilia equeſtria [b] ſub-
mittere, ſauciiſque ac defatigatis integros, [c] recentioribuſque viribus equi-
7 tes ſubminiſtrare. Poſtquam equites Juliani CD vim hoſtium ad IV milia nu-
mero ſuſtinere non [d] poterant, & a levi armatura Numidarum vulneraban-
tur, [2] minutatimque cedebant; Caeſar alteram alam [e] mittit, qui ſatagen-
8 tibus celeriter occurrerent. Quo facto [f] ſui ſublati, univerſi, in hoſtes in-
preſſione facta, in fugam adverſarios dederunt, multis occiſis, compluri-
bus vulneratis: inſecuti per III milia paſſuum, uſque [g] in colles hoſtibus
9 adactis, ſe ad ſuos recipiunt. Caeſar in horam X commoratus, ſicut erat
10 inſtructus, ſe ad ſua caſtra recepit, omnibus incolumibus: in quo proelio
Pacidius graviter pilo per caſſidem caput ictus, compluresque duces, ac
[h] fortiſſimus quiſque interfecti, vulneratique ſunt.

1 LXXIX. Poſtquam nulla conditione cogere adverſarios [i] poterat, ut in
aequum locum deſcenderent, legionumque periculum facerent; neque i-
pſe propius hoſtem caſtra ponere propter aquae penuriam ſe poſſe [3] anim-
ad-

VARIAE LECTIONES.

a *Conſuerat* Leidd. b *mittere* MSS. 2. Edd. pp. c *recentibuſque* L. ſec. d *potuerant* L. pr. a m. pr. e *inmittit* L. pr. bene. V. ad l. v, 15. f *ſ. ſub.* deſunt L. pr. g *ad* L. pr. Pet. *collem* Leidd. h *fortiſſimi quique* L. pr. Dorv. Edd. R. M. V. i *potuit* L. pr. dein vulgo *animadverteret*.

perunt ex oppido profugere. Et c. 71. *Conſilium capit omnem a ſe equitatum noctu* dimittere. Vide noſtras ad utrumque locum notas, quae plus exemplorum ſuppeditabunt. DAVIS. *Cur. ſec.* Urſinus e libro Latini Latinii videtur praeferre *circumfundendi* & *pugnarent*. Minus bene. *facultatem circumfundere* ſuo & aliorum more Hirtius pro *circumfundendi* uſurpat, ut indicatis locis patet clariſſime. At aliud quid latet. Non enim *circumfundendi*, ſed *circumfundi* habent MSS. Scalig. Leidenſes, Dorv. ac ſex Codd. Gall. & Edd. Rom. Med. Venet. Recte. Non enim modo, ii qui circumcinguntur, dicuntur *circumfundi*, ſed & illi, qui circumcingunt. Eadem ratione, qua verbum *circumdare* duplici ſenſu adhibetur. Caeſ. VI, 34. *Circumfuſa multitudine.* Front. III, 17. 4. *Exterior ipſe circumfuſus corona.* Lucan. l. IV, 471. *inter tot milia captae Circumfuſa rati.* L. V, 680. *Circumfuſa duci turba.* Ipſe Hirtius l. VIII, 29. *Cedentibus circumfuſis:* unde & hic videretur legi debere *turmis Julianis:* Et profecto ſic reſtat in Dorv. & Edd. primis. Sed Accuſativus elegantior videtur. Adi ad l. III. B. Civ. c. 61. *quos ſua praeſidia circumduxit.* Atque ita eſt in Cod. Voſſiano pro *juveni* apud Ovid. l. IV. Metam. 360.

Et nunc hac juvenem, nunc circumfunditur illa.

Sed l. XIV. Metam. 515. *colloque parentis*
Circumfuſa ſui

1. QUAE EI PROELIO] Editi aliquot veteres *praeſidio.* CLARK. Edd. Rom. Ven. & Med. cum MSS. Dorvill. & Ciacconii *praeſidio.* Idem Dorv. codex dat *ex prima leg.* Pro *ei* in Leid. pr. habetur *ex.* Vide, an *ei proxima in acie conſt.* non jungenda ſint. Vulgatis menda ſine dubio adhaeret, licet etiam aliquo modo explicari poſſint.

2. MINUTATIMQUE CEDEBANT.] Senſim, paullatim. Sic ſupra c. XXXI. *Intra munitiones* minutatim *modeſteque ſine tumultu aut terrore ſe recipere.* Hic tamen vocis uſus in cauſa fuit, cur *non optimum Latinitatis auctorem* noſtrum vocarit *J. M. Brutus.* Perperam ſane. *Varro* R. R. lib. I. c. XX. *Tum ita ſubigendum, ut* minutatim *aſſuefaciant.* Et l. II. c. VII. *Quotidie adjiciendo* minutatim. Vide & *Senecam* in Conſol. ad Helv. cap. VIII. In editt. *Rom. Venet. Beroald.* legitur *minutatimque caedebantur*, *Joan. Rhellicano* fruſtra applaudente. DAVIS. Vide ad c. 31. Glandorpium. *caedebantur* etiam Leid. ſec. Reg. Dorv. & Edd. Mediol. Sed & Cod. Scalig. *minuatim caedebantur.*

3. ANIMADVERTERET;] Ita Editi omnes. Sed minus Latine. Non enim conjunctum hoc cum praecedentibus *facerent* & *deſcenderent*, (id quod

Li-

advertebat, adverſarios [1] non eorum virtute confidere, ſed aquarum [2] inopia fretos, deſpicere ſe [a] intellexit: pridie Non. Apr. tertia vigilia egreſ- 2
ſus, ab [b] Agar [3] XVI milia nocte progreſſus, ad Thapſum, ubi Virgilius
cum grandi praeſidio praeerat, caſtra ponit, oppidumque eo die [c] circummunire coepit, locaque idonea obportunaque complura praeſidiis [d] occupare; [e] hoſtes ne intrare [f] ad ſe, ac loca interiora capere poſſent. Scipio 3
interim, cognitis Caeſaris conſiliis, ad neceſſitatem adductus dimicandi, ne per ſummum dedecus fidiſſimos ſuis rebus [g] Thapſitanos, & [4] Virgilium amitteret; confeſtim Caeſarem per ſuperiora loca conſecutus, milia paſſuum IIX [h] a Thapſo binis caſtris contendit.

LXXX. Erat ſtagnum ſalinarum, inter quod, & mare, anguſtiae quae- 1
dam non amplius mile & quingentos paſſus intererant; quas Scipio intrare, & [i] Thapſitanis auxilium ferre conabatur: quod futurum Caeſarem
non fefellerat: namque pridie in eo loco caſtello munito, ibique [5] trino 2
praeſidio relicto, ipſe cum reliquis copiis [k] lunatis caſtris Thapſum operibus circummunivit. Scipio interim excluſus ab incepto itinere, [l] ſupra 3
ſtagnum [6] poſtero die & nocte [m] confecto, coelo [n] albente, [7] non longe

VARIAE LECTIONES. a

a *Intellexerit* L. ſec. b *Aggar* MSS. ut ſupra. ſtatim *m. paſſuum* vulgo. c *communire* L. ſec. Dorv. d *occupat* L. ſec. e Sic MSS. non *ne hoſt.* f *aut l.* L. ſec. g *Thapſianos* L. ſec. Dorv. Edd. R.M.V. h *ab* L. pr. i *Thapſianis* Dorv. Edd. R.M.V. k V. ad Luc. l. III, 533. l *ſuper* L. pr. m *confecta* vulgo. n Sic MSS. Urſ. Cuj. Pet. L. pr. Scal. Alii & Edd. ante Urſ. *albeſcente.* V. c. XI.

Librarios fefellit;) ſed cum antecedente, *poterat.* Quamobrem, ex MS. Elienſi, lege omnino, *ANIMADVERTEBAT.* [*Poſtquam* —— *poterat*; —— *neque* —— animadvertebat; *adverſarios* (autem) *intellexit* (tum) pridie &c.] CLARK. Latinitas poſtulat, ut cum Cl. *Clarkio* reponas *animadvertebat.* Ac ita ſane dant *Petav.* & *Norv.* DAVIS. *Cur. ſec. Poterat* & *animadverteret*, defendi poſſent per ea, quae de variorum modorum conjunctione ſaepius notavi. Vide praeter alia ad lib. V. B. G. c. I. Verum ut haec temere non ſunt mutanda, ita etiam contra MSS. vetuſtiſſimos, non retinenda, aut inculcanda arbitror. Quare cum Clarkio *animadvertebat* reſcripſi fide Petaviani & Elienſis Codd. quibus accedit Leidenſis primus.

1. NON EORUM VIRTUTE CONFIDERE] Quemadmodum pronomen reciprocum pro demonſtrativo ſubinde ponitur, ut oſtendit *Joan. Vorſtius* de Latin. falſo ſuſpect. c. V. ita, vice verſa, ἀποδεικτικὸν in reciproci locum hic ſuccedit. Sic & apud *Hyginum* Fab. LXXX. *Tunc deprecatus Pollux, ut liceret* EI *munus ſuum cum fratre communicare.* Plura congeſſit *G. J. Voſſius* de Conſt. c. LVI. DAVIS. Quoniam illud (*ſe*) ad Caeſarem refertur, ideo de adverſariis dixit Hirtius non (ſua *virtute*) reſpectu nimirum propioris antecedentis (*adverſarios*;) ſed, eorum *virtute* reſpectu remotioris *Caeſar.* Vide quae ſupra ad l. VIII. c. 51. annotavimus. Niſi forte pro *eorum* legendum ſit IPSORUM. CLARK. *Virtute eorum* MSS. plerique.

2. INOPIA] Codices nonnulli (in quibus 4. Gallicani, Leid. ſec. Dorv.) copia *fretos.* Sed vera eſt vulgata Lectio. Eo *freti* erant adverſarii, quod Caeſareani *inopia* aquae laborabant. CLARK.

3. XVI MILIA PASSUUM] Bene Petav. & Leid. pr. non agnoſcunt ultimam vocem aliquoties a librariis inculcatam. Adi notas ad l. I. B. Gall. c. 15.

4. VERGILIUM AMITTERET] Sic legitur in editt. *Rom. Ven. Beroald.* &, ut opinor, rectius, quam in MS. *Norv. Virgilium deſereret.* DAVIS. MSS. nonnulli, *deſereret.* Quod eſt interpretamentum. CLARKE. MSS. mei & Edd. omnes conſtanter *amitteret.*

5. TRINO PRAESIDIO] In Leid. ſec. & Dorv. atque Edd. Vaſcoſ. Steph. Gryph. poſt. Stradae eſt *Magno.* Sed in Scal. *III* at in Leid. pr. *cohortibus tribus.* Quaſi fuerit *cohortium III praeſidio*, niſi idem ſignificet *trinum praeſidium.* De quo dubito; & tacent interpretes.

6. POSTERO DIE ET NOCTE CONFECTA] Petavianus, Scaligeranus, Leidenſis primus *confecto.*

a caſtris praeſidioque, quod ſupra [a] commemoravimus, [b] MC paſſibus, ad
4 mare verſus [c] conſedit, & caſtra munire coepit. Quod poſtquam Caeſari
nunciatum eſt, [1] milite ab opere deducto, caſtris [2] praeſidio Aſprenate
proconſule cum legionibus II relicto, ipſe cum expedita copia in eum lo-
5 cum citatim contendit; claſſiſque parte ad Thapſum relicta, reliquas naves
6 jubet poſt hoſtium tergum quam maxime ad litus adpelli, ſignumque ſuum
obſervare; quo ſigno dato, ſubito clamore facto, ex inproviſo hoſtibus
[d] averſis incuterent terrorem; ut perturbati, ac perterriti reſpicere poſt
[e] terga cogerentur.
1 LXXXI. Quo poſtquam Caeſar pervenit, & [f] animadvertit [3] aciem pro
vallo Scipionis, elephantoſque dextro ſiniſtroque cornu conlocatos, &
[g] nihilo minus partem militum caſtra non ignaviter munire; ipſe acie [h] tri-
plici conlocata, legione x ſecundaque dextro cornu; IIX & IX ſiniſtro,
obpoſitis v [i] legionibus in quarta acie, [k] ante ipſa cornua quinis cohorti-
bus contra beſtias conlocatis, ſagittariis, funditoribus in utriſque corni-
bus diſpoſitis, levique armatura inter equites interjecta, ipſe pedibus cir-

VARIAE LECTIONES. cum

a *Commemoravi* L. pr. b *MVC* L. ſec. *paſſus* Dorv. Edd. R. M. V. c *contendit* Edd. R. M. V. d *adverſis* MSS. 4. e *tergum* L. pr. f *advertit* L. ſec. g *nihil m.* L. pr. h *tripliciter* L. ſec. Dorv. Edd. R. M. V. i *legiones* Pet. L. pr. k *ad* Pet. L. Dorv. Edd. R. M. V. *a quinis* L. pr.

Bene per Syllepſin, ut cap. 26. *oculos mentemque diſpoſitos.* plura vide ad l. II. B. Gall. c. 7. *vicis aedificiiſque, quos adire.*

7. NON LONGE A CASTRIS —— MD PASSIBUS.] Mirum Editores omnes fugiſſe, ne Latine quidem hoc dictum. Nec quidem ullus dubito, quin iſtud (*NON*) ex Librariorum imperitia fluxerit. Qua proinde vocula deleta, legendum (*longe a caſtris* —— *MD paſſibus.*) Quae locutio Caeſari & Hirtio valde familiaris. Vide quae ſupra annotavimus ad l. v. c. 47. & ad c. 30. ubi ſimilis occurrit Librariorum error. CLARK. Lege *non* longius *a caſtris praeſidioque* —— MC *paſſibus.* Vide ſupra ad c. XXX. DAVIS. *Cur. ſec.*

1. MILITE AB OPERE DEDUCTO] Haec lectio eſt a MS. *Norvic.* & editt. *Beroald.* eandemque ex Codd. Gallic. aſſeruit *Joan. Goduinus.* Vulgg. *milites ab opere deductos*, quo modo ſi legas, non conſtat σύνταξις. DAVIS. Quibus conſentit MS. Regius. Vulgg. *milites deductos.* Quae ſententia nulla eſt. CLARK. Adde iis Codd. Petavianum & Leid. ſecundum.

2. PRAESIDIO ASPRENATE PROCONSULE.] Nomen *proconſulis* ſuſpectum eſt Ciacconio, eique favet Leid. pr. in quo non conſpicitur *praeſidio*; unde aliquis credere poſſet *proconſule* natum ex *praeſidio* eſſe. Sed fruſtra. *Proconſule* dicitur, qui *proconſulari imperio* praeeſt, licet modo ſit *propraetor.* Hinc rurſus c. 87. *Rebilo proconſule cum III legionibus ad Thapſum relicto.* c. 39. *A Caninio proconſule, qui eum obſidebat, fide accepta.* Plura vide ad l. I. B. Civ. c. 12. Cic. pro L. Man. c. 21. Et ita ſaepe *propraetore* de quaeſtore, vel eo, qui nullum geſſit Magiſtratum, ut legendum diximus l. I. B. Civ. c. 30.

3. ACIEM PRO VALLO SCIPIONIS, ELEPHANTOSQUE DEXTRO SINISTROQUE CORNU COLLOCATOS] Nonnihil hic turbant MSti & antiquitus excuſi. In nonnullis eſt *aciem pro vallo Scipionis*, *caſtris elephantiſque* —— *collocatis*, unde reponit *Joan. Glandorpius*, *aciem pro vallo Scipionis* inſtructam, *elephantis dextro ſiniſtroque cornu collocatis.* MS. *Norv.* exhibet *pro vallo Scipionis*, *contra elephantos* —— *collocatos*; ſic & editt. *Rom. Ven. Beroald.* niſi quod illae *collocatum.* Sed his omnibus multum praeſtat recepta lectio. DAVIS. MSS. nonnulli *aciem* —— contra *elephantos.* Alii *aciem caſtris elephantiſque.* Corrupte omnes. Aut retinenda vulgata Lectio, aut forte legendum *aciem* —— INSTRUCTAM, *Elephantoſque* &c. Quod partim vidit Glandorpius. CLARK. Lectio vulgaris recepta primum a Scaligero eſt e Cod. Urſini, cum in Vaſcoſ. Gryph. Stephan. Plan. Edd. eſſet *caſtris elephantiſque collocatis.* Primarum Edd. ut & Mediol. lectionem probat Rhellicanus, & eſt quoque in Dorv. ac Leid. ſec. Sed & Cujac. Petav. Scalig. habent *contra elephantoſque conlocatos*; niſi quod in Cujac. ſit *elephantoque.* Leid.
pr.

cum milites concurſans, virtuteſque veteranorum, proeliaque ſuperiora
commemorans, blandeque adpellans, animos eorum [a] excitabat. Tiro- 2
nes autem, qui numquam in acie dimicaſſent, hortabatur, *ut veterano-*
rum virtutem aemularentur, eorumque famam, nomen, locumque, [b] *vi-*
ctoria parta, cuperent poſſidere.

LXXXII. Itaque [c] in circumeundo exercitum, animadvertit hoſtes [d] cir- 1
ca vallum trepidare, atque ultro citroque pavidos concurſare, & modo
ſe [e] intra portas recipere; modo inconſtanter inmoderateque prodire.
[f] Quum idem a pluribus animadverti coeptum eſſet; ſubito legati evoca- 2
tique obſecrare Caeſarem, *ne dubitaret ſignum dare: victoriam ſibi pro-*
priam a Diis inmortalibus portendi. [g] Dubitante Caeſare, atque eorum 3
ſtudio cupiditatique reſiſtente, [h] ſibique, [1] eruptione pugnari, non placere
[i] clamitante, & etiam atque etiam aciem [k] ſuſtentante, ſubito dextro cor-
nu, injuſſu Caeſaris, [l] tubicen, a militibus coactus, canere coepit. Quo 4
facto ab univerſis cohortibus ſigna in hoſtem coepere inferri, quum cen-
turiones pectore adverſo reſiſterent, vique continerent milites, ne injuſſu
imperatoris concurrerent, [m] nec quidquam proficerent.

LXXXIII. Quod poſtquam Caeſar intellexit, incitatis militum animis 1
reſiſti nullo modo poſſe, ſigno *Felicitatis* dato, equo admiſſo, in hoſtem
contra [n] principes ire contendit. A dextro interim cornu funditores ſagit- 2
tariique [o] concita tela in elephantos [p] frequentes injiciunt. Quo facto be-
ſtiae [2] ſtridore fundarum lapidumque deterritae ſeſe convertere, & ſuos
poſt ſe frequentes ſtipatoſque proterere, & in portas [q] valli ſemifactas [r] rue- 3
re contendunt. Item Mauri equites, qui in [3] eodem [s] cornu cum elephan- 4
tis erant, praeſidio deſerti [t] principes fugiunt. Ita celeriter beſtiis [v] cir-

VARIAE LECTIONES. cumitis,

a *Concit.* Edd. R. M. V. b *victoriam partam* Pet. L. ſec. Dorv. c abeſt Dorv. Edd. R. M. V. *exercitu* Pet. d *contra* Leid. e *inter* Edd. R. M. V. f Sic Pet. L. pr. vulgo *Quumque.* g *dubitanti Caeſari* L. pr. h *ſibi* L. pr. i *clamitat* L. pr. & deeſt Pet. k *ſuſtentantem* L. pr. l *tubicina* MS. Urſ. *tubicin* L. pr. *militibus coactis* ſine *a* L. ſec. Dorv. m *nequidquam proficerent* L. ſec. Dorv. n *principem* L. ſec. o *concitata* L. ſec. p *frequenter* Leidd. Sc. q *ſemivalli f.* Dorv. *p. ſemi fractas* L. ſec. r *ire* L. pr. s *idem* Leidd. t *principeſque* L. ſec. Dorv. Edd. R. M. V. v Sic Pet. Scal. Edd. Vaſc. Steph. non *circuitis.*

pr. dat non male *animadvertit aciem pro vallo Scipionis, elephantis dextro ſ. c. collocatis.* Ut legebat Glandorpius, niſi quod *inſtructam* fecerit ex *contra*, quae vox in Leid. prim. eſt inter verſus tantum. Eligat lector, quod velit. Forſan *contra* excidit e ſequentibus *caſtra contra ſe non ignaviter m.* nam ibi Scalig. Cod. habet *contra* pro *caſtra.* Immo Leid. ſec. & Dorvill. *contra ſe gnaviter m.*

1. ERUPTIONE PUGNARI] Immo vero *inruptione.* Jam enim copias e caſtris Caeſar eduxerat. Vidit hoc ante me Ill. Schelius Comm. in Hygin. p. 41. de frequenti harum vocum confuſione adi ad l. VII. B. G. c. 69.

2. STRIDORE FUNDARUM LAPIDUMQUE]. Leid. ſec. *funditorum ſaxorum:* Dorv. & Edd. Rom. Ven. ac Mediol. *fund. ſaxorum plumbique.* In Petav. non adeſt *que.* Num ſcripſit Hirtius *ſtr. fundarum lapidum, plumbique?* Id eſt, *ſtridore* per lapides & glandes plumbeos e fundis jactos. Nam funda *glandes plumbeas* emiſſos fuiſſe, res eſt notiſſima.

3. EODEM CORNU CUM ELEPHANTIS] Dorvill. & Edd. Rom. Mediol. Venet. non habent *cum.* Ut *elephantis* ſit Dativus, frequentiſſima locutione Juſtin. III, 4. *In eumdem ipſis morem.* Heinſ. ad Ovid. Am. I, 4. *epulas nobis aditurus eaſdem.* Sed nil contra antiquos Codices movendum te-

 mere

cumitis, legiones vallo hoſtium ſunt potitae: & paucis, acriter repugnan-
tibus, [a] interfectis, reliqui concitati in caſtra, unde pridie erant [b] egreſſi,
confugiunt.
1 LXXXIV. Non videtur eſſe [c] praetermittendum de virtute militis ve-
terani v legionis: nam quum [d] in ſiniſtro cornu [e] elephantus, vulnere ictus
& dolore concitatus, in lixam inermem inpetum feciſſet, eumque ſub [f] pe-
de ſubditum, [g] deinde genu innixus pondere ſuo, [1] proboſcide erecta vi-
brantique, ſtridore maximo premeret atque enecaret; miles [h] hic non po-
tuit pati, quin ſe [2] armatum beſtiae obferret: quem poſtquam elephantus
ad ſe telo infeſto venire animadvertit, relicto cadavere militem proboſ-
3 cide circumdat, atque in ſublime extollit [i] armatum. Qui in ejuſmodi pe-
riculo [k] quum conſtanter agendum ſibi videret, gladio proboſcidem, quo
erat [l] circumdatus, caedere, quantum viribus poterat, non deſtitit: quo
dolore adductus elephantus, milite abjecto, maximo cum ſtridore curſu-
que converſus ad reliquas beſtias ſe recepit.
1 LXXXV. Interim Thapſo qui erant praeſidio, [m] ex oppido eruptionem
porta maritima faciunt; [n] &, ſive ut ſuis [o] ſubſidio occurrerent; ſive ut,
oppido deſerto, fuga [3] ſalutem ſibi pararent, egrediuntur, atque ita per
mare [4] umbilici fine ingreſſi, terram petebant: [5] qui a ſervitiis pueriſque,
2 qui in caſtris erant, lapidibus piliſque prohibiti terram adtingere, rurſus
3 ſe in oppidum [p] receperunt. Interim Scipionis copiis proſtratis, paſſimque
toto

VARIAE LECTIONES.

a *Interfectiſque* Pet. Dorv. Leidd. b *progreſſi* L.pr. c *praetereundum* L.pr. d deeſt Pet. e *elephans* hic & infra MS. Urſ. Pet. Sc. Leidd. ut c. 72. *elephas* Dorv. Edd. R. M. V. f *pedem* L. pr. g deeſt Reg. V. L. ſec. Dorv. *inniſus* L. ſec. h *hoc* Edd. R. M. V. i *armatus* L. ſec. Dorv. *quin ej.* Dorv. k deeſt Leidd. l *accinctus* L. ſec. m deſunt L. ſec. n abeſt L. pr. o *ſuccurrerent* L.pr. *ſubſ. ſucc.* Dorv. ſed V. ad l. III. B. G. c. 4. p *recipiunt* L. pr.

mere videtur. *cum elephantis* eſt *quo cornu & elephanti erant.* Adi praeter alios Periz. ad Sanct. Min. p. 683. l. IV. c. 6. Socerum ad Val. Max. lib. IV, v, 3. *Eamdem cum illo poenam ſubiturum.* Edd. Vaſc. Gryph. poſt. & Stephanus itidem non habent *cum*, ſed diſtinguunt *elephantis erant praeſidio*, *deſerti.*

1. PROBOSCIDE ERECTA VIBRANTIQUE] MS. *Norv.* habet *promuſcide erecta vibratimque*; ſic & poſtea, ubi manus elephanti in vulgg. vocatur *proboſcis*, is Codex *promuſcidem* conſtanter repraeſentat. Ita etiam apud *Plinium* Hiſt. Nat. l. VIII. c. VII. nonnulli libri *proboſcidem* exhibent; dum in aliis manu exaratis Codd. *promuſcis* legatur. DAVIS. *Promuſcide* conſtanter habet Petav. *promoſcide* Leid. ſec. & Dorv. ac ſupraſc. in Scal. Adi notas ad Flor. l. I. c. 18, 9.

2. ARMATUM] Codices nonnulli *armatus*. Quod idem eſt. CLARK. *Armatus* etiam Leidenſes & Dorvill.

3. SALUTEM SIBI PARARENT] Scalig. *parent.* Sed Leid. pr. & Ed. Rom. *parerent.* Quod ab Hirtii manu profectum puto. l. III. B. C. c. 69. *Reliqui per horum corpora ſalutem ſibi atque exitum pariebant.* Ipſe Hirtius hoc libro c. 50. *Vix fuga ſibi peperit ſalutem.*

4. UMBILICI FINE] Id eſt, *umbilico tenus.* Quomodo ſcribendum voluit Faërnus. Sed ſine cauſa. Nam & Salluſtius eodem ſignificatu dixit; *inguinum fine.* Ut notarunt Ciacconius & Cellarius. CLARK. Conſule notata ad l. VII. c. 47. *Pectoris fine prominentes.*

5. QUI A SERVITIIS PUERISQUE] Sic reſtitui ex MS. *Norv.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* cum in nuperius impreſſis ex Gloſſemate legatur *qui a ſervis pueriſque.* Noſter hujuſce libri c. LXXXVIII. *Hortatur, ut ſervitia manumitterent. Salluſtius* B. Cat. c. XXIV. *Credebat poſſe* ſervitia *urbana ſollicitare. Florus* l. III. c. XXI, II. Servitia (*pro nefas!*) *& ergaſtula armantur.* Vide & *Livium* l. I. cap. XL. DAVIS. *Servitiis* etiam MSS. mei cum Ed. Med. praeter Dorvill. & Leid. ſec. Millies

ſer-

toto campo fugientibus, confeſtim Caeſaris legiones conſequi, ſpatium-
que [a] ſe non dare conligendi: qui poſtquam ad ea caſtra, quae [b] petebant,
perfugerunt, ut refectis caſtris rurſus [c] ſeſe defenderent; [d] ducem aliquem
requirunt, quem reſpicerent, [e] cujus auctoritate imperioque rem gererent:
qui poſtquam [f] animadverterunt, neminem ibi eſſe praeſidio, protinus, ar- 4
mis abjectis, in regia caſtra fugere [g] contendunt. Quo poſtquam [h] pervene- 5
runt, [1] ea quoque ab Julianis teneri vident. Deſperata ſalute, in quodam
colle conſiſtunt; atque [2] armis demiſſis ſalutationem more militari faciunt.
Quibus [i] miſeris ea res parvo praeſidio fuit: namque milites veterani, ira & 6
dolore incenſi, non modo, ut parcerent hoſti, [k] non poterant adduci; ſed
etiam ex ſuo exercitu inluſtres urbanos, quos [l] auctores adpellabant, com-
plures aut [m] vulnerarunt, aut interfecerunt: in quo numero fuit Tullius 7
Rufus, Quaeſtorius: qui pilo transjectus [n] conſulto a milite, interiit. [o] Item
Pompejus Rufus, brachium gladio [p] percuſſus, niſi celeriter ad Caeſarem
[q] adcucurriſſet, interfectus eſſet. Quo facto complures equites Romani ſe- 8
natoreſque perterriti ex proelio ſe receperunt; ne [r] a militibus, qui ex tanta
victoria [3] licentiam ſibi adſumſiſſent inmoderate peccandi, [s] inpunitatis 9
propter maximas res geſtas ſpe, [t] ipſi quoque interficerentur. Itaque [v] ii
omnes Scipionis milites, quum fidem Caeſaris inplorarent, inſpectante ipſo
Caeſare, & a militibus deprecante, eis uti parcerent, ad unum ſunt inter-
fecti.

VARIAE LECTIONES. LXXXVI.

a Abeſt Edd. R. M. V. b *patebant* L. pr. c *ſe* L. pr. Dorv. d *ducemque al. requirerent* Pet. L. pr. bene. ſi ſtatim *qui* deleas. *requiſiverunt* L. ſec. deeſt Dorv. ſpatio intermiſſo. e *cuique* L. ſec. *cujuſque* Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. f Sic MSS. o. & Edd. caedem non *advert.* g *contenderunt* L. pr. h *perveniunt* L. ſec. vulgo *eaque.* i *miſeriis* Pet. L. ſec. k deeſt Dorv. Edd. R. M. V. ſed V. ad c. 47. l *fautores* Lipſ. l. II. El. 22. ex B. Hiſp. c. 20. *actores* L. ſec. Dorv. Edd. R.M.V. *urbanos* L. pr. *adpellant* L. pr. m *vulneraverunt* MSS. 3. n *conſulte m.* Dorv. deſunt *conſ. a m.* in L. ſec. o *interim* L. pr. p *perculſus* L. ſec. Dorv. q *adcurriſſet* MSS. & Edd. Vett. plerique. r deeſt *a* L. pr. Dorv. Edd. R. M. V. s vulgo *inpunitate p. m. r. g. ipſi.* t *inpune* addit Dorv. *inpune* L. ſec. v deeſt L. pr. Dorv. Edd. pp. Vaſc. Steph. aliiſque. ſed V. l. VII, 28.

ſervitia occurrunt pro *ſervis.* Vide Cl. Drak. ad Liv. III, 15. *ſervitiis jugum demeret.* Sic ſupra legendum vidimus *ſervitia aggerem agerent, juſſit;* & mox c. 88.

1. EAQUE AB JULIANIS TENERI VIDENT, DESPERATA] In MS. *Norv.* & antiquitus excuſis eſt *ea quoque ab Julianis teneri vident: Deſperata* &c. Quae quidem lectio, ut interpunctio, ob Codicum conſenſum eſt recipienda. DAVIS. *Ea quoque.* In MSS. Reg. & Voſſii eſt (*eaque* ipſi *ab Julianis teneri*, viderent.) Corrupte quidem. Inde tamen legendum exiſtimo, (*eaque* IPSA *ab Julianis teneri* viderunt; *deſperata ſalute* &c. CLARK. *Ipſi* addunt etiam cum Edd. Vaſc. Steph. Gryph. poſt. Dorv. & Leidenſ. ſec., at *ea quoque* recte praebent Leid. pr. Petav. Scalig. Dorvill. Edd. primae, Beroald. Manut. Gryph. & Plant.. Unde legi poſſet *ea quoque ipſa.* Sed nec vulgata proſcribenda eſſet lectio, ſi Codicibus inniteretur idoneis; quia mutatione temporis *perfugerunt* & *vident* nihil eſſe crebrius, ſaepiſſime jam vidimus.

2. ARMIS DEMISSIS] *Joan. Goduinus* teſtatur MSS. Gallic. habere *armis dimiſſis*, quod & in Cod. *Norv.* ac priſcis editt. reperitur. Sed vulgatam ſcripturam tuetur *Jul. Celſus*, qui p. 228. miſeros hoſce *ſalutationem militarem armorum motu* feciſſe notat. DAVIS. Perperam *dimiſſis* etiam Scal. Leid. ſec. Dorv. & Edd. pleraeque veteres, ſollemni confuſione. Egregius eſt in hanc rem Lucani locus l. IV, 173.

tantum nutu, motoque ſalutant
Enſe ſuos. Statius l. XII. Theb. 401.
Enſe ſalutatam & nutantis vertice coni.

Adde Iſidor. Orig. l. I. c. 25.

3. LICENTIAM SIBI ASSUMPSISSENT IMMODERA-

RA-

1 LXXXVI. Caeſar trinis caſtris potitus, occiſiſque hoſtium [a] x milibus,
[b] fugatiſque compluribus, ſe recepit, L militibus amiſſis, paucis ſauciis, in
2 caſtra: [c] ac ſtatim ex itinere ante oppidum Thapſum conſtitit, [1] elephan-
toſque LXIV ornatos armatoſque cum turribus ornamentiſque capit, captos
ante oppidum inſtructos conſtituit: id hoc conſilio, ſi poſſet [d] Virgilius,
quique cum eo obſidebantur, rei male geſtae [e] ſuorum indicio a pertina-
3 cia deduci. Deinde [f] ipſe Virgilium adpellavit, [g] invitavitque ad deditio-
nem, [h] ſuamque lenitatem & clementiam commemoravit: quem poſtquam
4 animadvertit reſponſum ſibi non dare, ab oppido [2] receſſit. Poſtero die,
divina re facta, concione advocata, in conſpectu oppidanorum milites
conlaudat; totumque exercitum [i] veteranum donavit; [k] praemia fortiſſi-
mo cuique, ac bene [l] merenti pro [m] ſuggeſtu tribuit: ac ſtatim inde digreſſus,
5 [3] Rebilo Proconſule cum III ad Thapſum [n] legionibus, & Cn. Domitio
[o] cum II Tiſdrae, ubi Conſidius praeerat, ad obſidendum relictis, M.
Meſ-

VARIAE LECTIONES.

a *L* Plutarch. b *fatigatiſque* Edd. R. M. V. *quampl.* Dorv. c deeſt Edd. R. M. V. *eſtatim* L. pr. d *& Virg.* Edd. qdd. e *ſuorumque* Dorv. Edd. R. M. V. *ac pert.* L. ſec. Dorv. f *ipſum* L. pr. Edd. R. M. V. g *incit.* L. pr. h *ſuam l.* L. pr. i Sic MSS. optimi. *veteranorum* Edd. qdd. Vett. & Dorv. male. k *praemiis* Dorv. Edd. R. M. V. *praemiis ac f.* Edd. qdd. *praemiaque* L. ſec. bene, ut voluit Urſ. cujus Cod. *praemia ac f.* L. pr. l *meritis* L. ſec. m *ſuo geſtu* L. ſec. Dorv. Edd. R. M. V. inepte non minus, ac vulgo *C. Rebello.* n *cobortibus* L. pr. Edd. R. M. V. o *cum II* deeſt Dorv.

RATE PECCANDI, IMPUNITATE PROPTER MAXIMAS RES GESTAS] Locus eſt corruptus, quem *Joan. Glandorpius* ita ſupplet *licentiam ſibi aſſumpſiſſent immoderate peccandi, & ſpem impunitatis* &c. *Joan.* vero *Goduinus* Codd. Gallic. ſecutus, reponit *immoderatae peccandi impunitatis*, ex qua emendatione qui ſenſum commodum exſculpſerit, nae is mihi quidem magnus erit Apollo. Editt. *Steph.* & *Lauſannenſis* A. D. 1575. repraeſentant *immoderate peccandi impunitatis*, unde, vocula ſuppleta, ſcribendum *immoderate peccandi*, *impunitatis ſpe propter maximas res geſtas*, quemadmodum MS. *Norv.* diſertim exhibet. DAVIS. MSS. Reg. & Voſſii & Goduini, *impunitatis.* Quod corruptum videri poſſit ex eo, quod exhibet MS. Elienſis, *impunitatis ſpe.* Quomodo legendum exiſtimat Daviſius. Probe quidem. Nec tamen non ferri poſſit etiam vulgata Lectio; (*licentiam* —— *peccandi*, *impunitate.*) Quod eſt, *cum impunitate.* CLARK. Cum in MSS. omnibus & Edd. Vaſc. Strad. Gryph. poſt. ſit *inpunitatis* & pro *ipſi* in Petav. Leid. pr. ac Rom. Mediol. & Ven. Edd. ſit *ab ipſis*, non dubito, quin legi debeat *inpunitatis pr. m. r. g. ſpe*, *ipſi*: Immo *inpunitatis ſpe* habet quoque Petav. Sed mallem poſt *geſtas* vocem eam ponere: cum *ſ* per praec. vocem *geſtas* abſorptum eſſet ex *pe ipſi* alii fecerunt *ab ipſis*, alii *inpunitatis* corruperunt in *inpunitate.*

1. ELEPHANTOSQUE LXIV —— CAPIT, CAPTOS ANTE OPPIDUM, INSTRUCTOS CONSTITUIT:] Cum Caeſar (ut mihi quidem videtur) elephantos iſtos non *jam caperet*, ſed *ante* in proelio *captos*, in itinere *jam* ante oppidum *inſtructos conſtitueret*: crediderim equidem omiſſa voce (*capit.*) legendum, (*elephantoſque LXIV* —— *captos*, *ante oppidum inſtructos conſtituit.*) Quanquam fieri etiam poteſt, ut eos *jam in itinere* poſt proelium *ceperit.* Quare ſine codicibus nihil muto. CLARK. *Capit* expungebat etiam Glandorpius, & dein *Idque* malebat. Hoc ultimum minime admittas. c. 59. *Id hoc conſilio.*

2. RECESSIT] MSS. Reg. & Elienſis, & Edit. Rom. *diſceſſit.* Quod forte melius. Caeſar enim non *regrediens*, ſed *progrediens* urbem reliquit obſeſſam. CLARK. Accedunt Leidenſes & Dorv. cum Edd. Med. Ven. in *diſceſſit.* Quod omnino praeferendum.

3. C. REBELLO.] Edd. pleraeque Vett. *T. Rebullo* vel *Rebillo*, unde *T. Rebilum* recenſet Pighius hoc anno, at Edd. Aldi., Manut. *C. Rebilo.* Quod verius puto. Legatus *C. Caninius Rebilus* erat in Gallia. Vide Comm. B. Gall. & ad l. VII. c. 83. *Titum* vero habent quoque Leid. ſec. & Dorvill. in quibus *Rebilio* vel *Trebilo.* At Petav. Urſin. Scalig. & Leid. pr. habent modo *Rebilo*, quod ſecutus ſum. Nam vulgatum *Rebello* & Celſi *Reblium* ineptiſſimum eſt, licet & in Plant. ac Scal. Edd. compareat. *Proconſule* quomodo

Meſſalla [1] Uticam ante praemiſſo cum equitatu, ipſe eodem iter facere contendit.

LXXXVII. Equites interim Scipionis, qui ex proelio fugerant, quum 1
Uticam verſus iter facerent, perveniunt [2] ad oppidum [a] Paradae. Ubi,
quum ab incolis non reciperentur, ideo quod fama de victoria Caeſaris
[b] praecucurriſſet; vi oppido potiti, in medio foro lignis coacervatis, o-
mnibuſque rebus eorum congeſtis, ignem ſubjiciunt, atque ejus oppidi
incolas [c] cujuſque generis, aetatiſque, vivos, conſtrictoſque in flammam
conjiciunt, atque ita acerbiſſimo adficiunt ſupplicio: deinde protinus Uti-
cam perveniunt. Superiore tempore M. Cato, [3] quod Uticenſibus propter 2
beneficium [d] legis Juliae parum in ſuis partibus praeſidii eſſe exiſtimaverat,
plebem inermem oppido ejecerat, & [4] ante portam [e] Bellicam caſtris, [f] foſ-
ſaque, parvula dumtaxat, munierat, ibique cuſtodiis circumdatis, habi-
tare coëgerat; ſenatum autem oppidi cuſtodia tenebat. Eorum caſtra [g] ii 3
equites adorti expugnare coeperunt, ideo quod eos partibus Caeſaris fa-
viſſe ſciebant, *ut, eis interfectis*, [h] eorum pernicie dolorem ſuum ulciſce-
rentur. *Uticenſes*, animo addito ex Caeſaris victoria, lapidibus [i] fuſtibuſ- 4
que equites repulerunt. Itaque, [k] poſteaquam [5] caſtra non [l] potuerant po-
tiri,

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *Paradam*. b *praecurriſſet*, *procurriſſet* MSS. & Edd. qdd. c *cujuſcumque* L. ſec. Edd. R. M. V. *aut aetatis* Edd. R. M. V. d V. Rhell. *Julianae* L. ſec. *parum* abeſt Dorv. e *Belli cauſſa* inepte Edd. qdd. V. l. II. B. Civ. c. 25. f *foſſisque* Sc. L. pr. g *L* MSS. & Edd. Vett. plerique male. h *ex eor.* L. ſec. Dorv. Edd. R. M. V. i *& fuſt. e. rep. Ita* Edd. R. M. V. k Sic Pet. Leidd. Dorv. non *poſtquam*. l *potuerunt* L. ſec. Dorv. Edd. R. M. V.

modo ſit accipiendum, vide ad c. 80.

1. UTICAM ANTE PRAEMISSO, CUM EQUITATU] Vitioſa eſt interpunctio, quam tamen omnes editt. praeter *Beroaldinam* retinent, ex qua reſcribo *Uticam ante praemiſſo cum equitatu*, *ipſe* &c. Hanc conjecturam firmat *Jul. Celſus*, qui p. 229. ſic ait. *M. Meſſallam cum equitatu Uticam praemittit: ipſe cum exercitu ſubſequitur.* DAVIS.

2. AD OPPIDUM PARADAM] Ex MS, *Norv.* & edit. *Rom.* legendum *ad oppidum Paradae*. Sic c. XCI. *In oppido Zamae lignis congeſtis*; ita enim ex iiſdem Codd. reſcribendum, non *Zama*, quod in aliis exhibetur. Eam locutionem probam eſſe Librarii non rati, perperam mutarunt. Vide not. ad hujuſce libri c. XXXVI. Hoc autem oppidum *Strabo* Geogr. l. XVII. p. 831. Φαρὰν vocavit, *Jul. Celſus* p. 230. *Pardam*; lege *Paradam*. DAVIS. Recte ſuffragatur MS. Regius. Al. *oppidum Paradam*. Quod paullo minus elegans. CLARK. *Paradae* MSS. mei conſtanter, & Ed. Mediol. Quare id reſtitui. Adi etiam ad c. 26. *Thapſi oppidum*.

3. QUOD UTICENSIBUS, —— PARUM IN SUIS PARTIBUS PRAESIDII &c.] Faërnus, tranſpoſita vocula *in*, reponit; (*quod* IN *Uticenſibus* —— *parum ſuis partibus praeſidii &c.*) Atque ita quidem omnino reponendum exiſtimo. Non enim id exiſtimabat Cato, *partes ſuas Uticenſibus*, ſed *Uticenſes ſuis partibus*, parum eſſe utiles. Sic enim infra, (*quod eos partibus Caeſaris faviſſe &c.*) CLARK. Nec ſecus margini adſcripſit Lipſius. Mordicus vulgatam licet malam lectionem retinent MSS.

4. ANTE PORTAM BELLICAM CASTRIS FOSSAQUE.] Ex MSto Cuj. legerim *ante portam Bellicam foſſa parvula duntaxat munierat*, omiſſis voculis ſupervacaneis. DAVIS. *Cur. ſec.* Verum mox hunc locum, ubi plebs incluſa erat, *caſtra* rurſus vocat.

5. CASTRA NON POTUERANT POTIRI] In MS. *Norv.* & aliis nonnullis eſt *caſtris*; editt. autem *Rom. Venet. Beroald.* habent *caſtra non potuerant capere*; ſed omnis haec varietas ex eo eſt orta, quod Librarii & editores nonnulli huic verbo accuſativum caſum adjungi poſſe neſcierunt. Scriptor de B. Hiſp. c. XIII. *Oppidum potiri poſſe ſe ſperarent*, ubi ob eandem cauſam nonnulli Codd. exhibent *oppido potiri*. *Cicero* Tuſc. Quaeſt. l. I. c. XXXVII. *Gentem aliquam urbem noſtram potituram.* Vide etiam quae notavimus ad hujuſce libri

tiri, Uticam ſe in oppidum conjecerunt: atque ibi multos Uticenſes inter-
5 fecerunt; domoſque eorum expugnaverunt ac diripuerunt. Quibus quum Cato perſuadere nulla ratione [a] quiret, ut ſecum oppidum defenderent, & caede [b] rapiniſque deſiſterent, &, quid ſibi vellent, ſciret, ſedandae eorum inportunitatis gratia, [c] ſingulis [1] HS C diviſit. Idem Sulla Fauſtus fecit, ac de ſua pecunia largitus eſt: unaque cum iis ab Utica proficiſcitur, [2] atque in regnum ire contendit.

1 LXXXVIII. Complures interim ex fuga Uticam [d] perveniunt: quos omnes Cato convocatos una cum CCC, qui pecuniam Scipioni ad bellum faciendum contulerant, [e] hortatur, ut ſervitia [f] manumitterent, oppidum-
2 que defenderent. Quorum quum partem adſentire, partim animum mentemque perterritam, atque [3] in [g] fugam deſtinatam habere intellexiſſet, amplius de ea re agere deſtitit, [h] naveſque iis adtribuit, ut, in quas [i] quiſ-
3 que partes vellet, proficiſceretur. Ipſe omnibus rebus diligentiſſime conſtitutis, liberis ſuis L. Caeſari, qui tum [k] ei proquaeſtore fuerat, commendatis, & ſine ſuſpicione, vultu atque ſermone, quo ſuperiore tempore uſus
4 fuerat, quum dormitum iſſet, ferrum intro clam in cubiculum [l] tulit, at-
que

VARIAE LECTIONES.

a *Poſſet* Leidd. b *rapinaque* L. ſec. c *ſingulos* L. ſec. d *proven.* L. ſec. e Sic MSS. & Edd. Vett. *hortatus* Leidd. *cohortatur* Edd. nuperae qdd. f *manumittant* L. ſec. g vulgo *fuga*. h *navemque* Pet. L. pr. i *cumque vellent proficiſcerentur* L. ſec. Dorv. Edd. R. M. V. k *ibi* L. ſec. Edd. qdd. l *intulit* L. pr. bene.

bri c. XXXVI. & G. *J. Voſſium* de Conſtr. c. XXII. DAVIS. *Caſtris* habent etiam 3 Goduini MSS. Petav. Leid. ſec. & Edd. Vaſcoſ. Gryph. Steph. aliaeque, *caſtra capere* unus Goduin., Dorvill. & Edd. primae. Sed optime *caſtra potiri* ſervant Scalig. Cujac. Leid. pr. Vide plura ad cit. c. 36. c. 89. *Id adveniens potitur.*

1. HS C] In MSS. & Edd. Vett. non comparet nota *HS*. At Petav. Cod. habet *c. ſeſtertia* i. e. 2500. coronatos, & ſi totidem Sulla dederit, nimium erit. V. Gron. de pec. Vet. p. 159. Quare *ſeſtertios* i. e. XXV. denarios, & totidem Sullae malim ſcribere. Non enim equites Romani, ſed Gaetuli vel Numidae aliive barbari fuiſſe videntur. De dono in milites ſingulos, ſeſtertiorum C, vide etiam ad B. Alex. c. 48. Glandorpius hic numos ſeu denarios centenos intelligit.

2. ATQUE IN REGNUM IRE CONTENDIT] Editt. *Florent.* A. D. 1508. a *Ph. Beroaldo* curata, probante *Joan. Rbellicano*, repraeſentat *atque in regnum Jubae tendit:* ſed haec pura puta eſt editoris ψευδοδιόρθωτης, qui neſcius erat *regnum* pro regno Jubae κατ᾽ ἐξοχὴν hic poni. Sic infra cap. XCII. *Ipſe* (Caeſar) *poſtero die Utica egreſſus ire contendit* in regnum. Et c. XCIII. *Conſidius* —— in regnum *fugere contendit.* In editt. *Rom.* & *Ven.* hae ſequenteſque ſex voces Librariorum aut editorum incuria omittuntur. DAVIS. *Jubae* etiam MS. Urſin. pro *ire*. *Jubae ire intendit* Leid. pr. *Intendit* defendi poſſet ex iis, quae dixi ad l. III. B. G. c. 26. Sed *ire contendit* saepiſſime adhibet Hirtius. Cave etiam, ne legas *Juba*: nam, ut patet ex c. 91. ille non adfuit.

3. IN FUGA DESTINATAM] MS. *Norv.* cum editis *Rom. Ven. Ber.* *in fugam deſtinatam*; hac autem lectione nihil eſt opus, cum iſta praepoſitio, motum denotans, caſum ablativum aliquando poſt ſe recipiat. Noſter cum alibi hoc in libro, tum c. LXX. *In* caſtris —— *incolumes reduxit.* *Cyprianus* de Idol. Van. c. IV, 4. *Inrepentes etiam* in corporibus *occulte mentem terrent.* Vide & not. ad l. VIII. B. G. c. VIII. DAVIS. *In* fuga *deſtinatam*) Merito eos reprehendit Daviſius, qui ſcribunt, (*in* fugam *deſtinatam.*) Sed & ipſe in hujus locutionis ratione explicanda, errat. Non enim haec praepoſitio, quum motum proprie denotat, cum ablativo conjungitur; (vide quae ſupra annotata ſunt ad l. IV. c. 12.) ſed, (*in fuga deſtinatam,*) eſt, (*in fuga* cogitanda *deſtinatam.* CLARK. Notam ſic emendo: *In* fuga *deſtinatam*) Lege *mentemque perterritam, atque in* fugam *deſtinatam*, prout exhibent *Norv. Buſlid.* & veteres. Ita *noctem proximam* editt. *deſtinaſſe in*
fu-

que ita ſe tranſjecit: qui [1] dum [a] anima nondum exſpirata concidiſſet, [b] &
inpetu facto in cubiculum ex ſuſpicione, medicus familiareſque [2] contine-
re atque vulnus obligare [c] coepiſſent, ipſe ſuis manibus vulnus crudeliſſi-
me [d] divellit, atque animo praeſenti ſe interemit. Quem Uticenſes quam- 5
quam oderant partium gratia, tamen, propter ejus ſingularem integrita-
tem, & quod diſſimillimus reliquorum ducum fuerat, quodque Uticam mi-
rificis operibus munierat, turreſque auxerat, ſepultura adficiunt. Quo in- 6
terfecto, L. Caeſar, [3] ut aliquid ſibi ex ea re auxilii pararet, convocato po-
pulo, concione habita, [e] cohortatur omnes, ut portae aperirentur: ſe [4] in
Caeſaris clementia magnam ſpem habere. Itaque, portis patefactis, [f] Uti- 7
ca egreſſus, Caeſari Imperatori obviam proficiſcitur. Meſſalla, ut erat im-
peratum, Uticam pervenit, omnibuſque portis cuſtodias ponit.

LXXXIX. Caeſar interim [g] a Thapſo progreſſus, [h] Uſcetam pervenit, 1
ubi Scipio magnum frumenti numerum, armorum, telorum, ceterarum-
que rerum cum parvo praeſidio [5] habuerat. [i] Id adveniens potitur, deinde
Adrumetum pervenit. Quo quum ſine mora introiſſet, armis, frumento, 2
pecuniaque conſiderata, [6] Q. Ligario, C. Conſidio filio, qui tum ibi [k] fue-
rant,

VARIAE LECTIONES.

a *Animam exſpiratam* Dorv. b *&* deeſt MSS. pleriſque & Edd. Vett. *inpetuque* L. ſec. Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. Str. c *coeperunt* Dorv. d *devellit* Pet. L. ſec. Dorv. e *cohortatus* L. pr. f *Uticae* Dorv. *Uticae patefactis, Utica egr.* Edd. R. M. V. g Leidd. *ab Th.* h Sic vel *Uzetam, Uſſetam, Uſetam* MSS. & Edd. Vett. quoque, niſi quod Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. *Uzitam.* i *hoc* Dorv. Edd. pp. Vaſc. Steph. &c. *bis* L. ſec. Reg. ſed V. c. 87. k vulgo *fuerat.*

fugam dixit *Amm. Marcellinus* XXIX, 6. DAVIS. *Cur. ſec. In fugam* legas quoque in Leidenſibus, Scal. Dorvill. & Edd. primis, item Vaſc. Stephani & aliis, pro *fugae*: ut aliter loqui amant. Recte priorem ſententiam mutavit Daviſius.

1. DUM CONCIDISSET] Rectius nonnulli *quum*; licet hoc Ciacconius defendat e c. 61. ubi vide notata. Male itaque Daviſius in B. Hiſp. c. 1. *Dum Caeſar in Italia detinetur*, reponere tentat *detineretur*; nec defendat ſe c. 13. *Dum oppidum potiri poſſe ſe ſperarent*: nam ibi meliores libri *ſperant* vel *ſperabant*, vel c. 16. *ut, dum noſtri in praeda detinentur, illi ad praeſidia ſe reciperent.* aut c. 23. *dum noſtri in opere diſtenti eſſent.* Nam illis locis notare poteſt *quamdiu.* ut apud Ovid. ex P. l. III. El. II, 3.

Dum tibi, quae vidi, referam. licet & ibi in MS. repererim *refero.* ut & *detinentur* c. 16. in MSS. atque ita variant Codices paſſim.

2. CONTINERE ATQUE VULNUS OBLIGARE COEPISSENT] *Norv.* habet *cum tenere.* Lege *eum tenere atque vulnus obligare coepiſſent*, ut diſerte *Petav.* DAVIS. *Cur. ſec.* Cum Daviſio malim quoque *eum tenere*: licet *continere* & *obligare vulnus* jungi poſſint, ut ſignificet, *vulnus inbibere, comprimere.*

3. UT ALIQUID SIBI EX EA RE AUXILII PARARET] Sic e veteri Urſini Codice reſcribi curavit Scaliger, & ita fere Leid. ſec. qui habet *auxilium.* Cum vulgo legeretur *ut aliquod ſibi ex ea re auxilium pararet.* At Dorvill. Edd. Rom. Med. Ven. *ut aliquid ſibi* (*ſibi haec* Dorv.) *ea res auxiliaretur.* Scalig. & Leid. pr. ſine τοῦ *ut*, dant *aliquid ſibi ex ea auxiliaretur.* Optime Petav. *L. Caeſar aliquid ſibi ex ea re auxilii ratus*: Quod reponendum omnino arbitror.

4. IN CAESARIS CLEMENTIA] Leidenſes, Pet. Scal. Dorv. *in C. Caeſaris.* Ad differentiam ipſius *L. Caeſaris*, qui loquebatur. Alibi quoque, ſed rariſſime, in his commentariis praefigitur *Caeſari* ſuum praenomen. Adi omnino ad l. 1. B. Civ. c. 1.

5. HABUERAT] Aut legendum, *habebat*: aut illud, *habuerat*, ita accipiendum, ut ſignificet, *collocaverat.* Vide ſupra ad c. 76. §. 3. CLARK.

6. Q. LIGARIO, C. CONSIDIO FILIO, QUI TUM IBI FUERAT] In aliis *Q. Ligario, C. Conſidii filio, qui tum* &c. ſed ex MS. *Norv.* reponendum *Q. Ligario, C. Conſidio filio, qui tum ibi fuerant,* Caeſar enim utriſque Adrumeti tum agentibus vitam conceſſit. DAVIS. C. Conſidio *filio*, fuerant,) Ita ex MS. Elienſi recte reponit Daviſius:

3 rant, vitam conceſſit. Deinde eodem [a] die Adrumeto egreſſus, [b] Livineio
Regulo ibi cum legione relicto, Uticam ire contendit: cui in itinere fit
obvius L. Caeſar, [1] & [c] ſubito ſe ad genua projecit: vitamque ſibi, neque [d]
4 amplius quidquam, deprecatur. Cui Caeſar facile, & [2] pro ſua natura &
[e] pro inſtituto conceſſit: item Caecinae, [f] C. Atcio, [g] P. Atrio, [h] L. Cel-
lae patri & filio, M. [i] Eppio, M. [k] Aquinio, Catonis filio, [l] Damaſippi-
que liberis ex ſua conſuetudine, tribuit; [3] circiterque (noctem) luminibus
accenſis Uticam pervenit, atque extra oppidum ea nocte manſit.
1 XC. Poſtero die mane in [m] oppidum introiit; concioneque advocata,
Uticenſes incolas [n] cohortatus, gratias pro eorum [o] erga ſe ſtudio agit;
2 [4] cives autem Romanos [p] negotiatores, & eos, qui inter CCC pecunias con-
tulerant Varo & Scipioni, multis verbis accuſatos, & de eorum ſceleribus
3 [q] longiore habita oratione, ad extremum, ut ſine metu prodirent, edicit;
ſe eis dumtaxat vitam conceſſurum, bona quidem eorum ſe venditurum,
[5] *ita tamen,* [r] *qui eorum bona ſua redemiſſet, ſe bonorum venditionem in-*
ductu-

VARIAE LECTIONES.

a deeſt L. pr. b Sic MS. Urſ. Pet. Scal. L. pr. vulgo ante Urſ. erat *Lunejo*. *Humello* Leid. ſec. Dorv. c Sic MSS. & Edd. Vaſc. Steph. non *ſubitoque*. d Ita MSS. & Edd. pp. non *nec*, *neque aliud amplius* Dorv. e deeſt vulgo. f Ita Ciaccon. MSS. & Edd. Vett. *Cetejo*. Gland. *C. Etejo*. g *Petrejo*, *Patricio*. *P. Atio. patr.* MSS. recentes & Edd. nonnulli. h vulgo *& L. C.* i V. Urſ. & ita L. pr. Dorv. *Apio*, *Epio*, *Oppio* al. k *Aquino* Pet. Sc. Leidd. l *Damaſippoque* Edd. R. M. V. m *eodem* Dorv. *in* vulgo deeſt. Mox *que* ibidem deeſt, n *cobortatur* L. pr. o Sic MSS. non *ſt. erga ſe. egit* Leidd. p deeſt L. pr. q Ita MSS. non *longieri*. r vulgo *ut qui* & *poſſent*.

Firmat MS. Regius. Editi habent; *fuerat*. Quod ex iis Codicibus irrepſit, in quibus ſcriptum erat; (*C.* Conſidii *filio*, *&c.*) CLARK. Male *Q. Ligario*, *C. Conſidii filio* de uno homine, intelligunt vulgo, unde Manutius pro *filio*, *Legato* repoſui, & Glandorp. cum Ed. Gryph. & Plant. *Ligurio* exhibuerunt. Rectius Vaſcoſ. Steph. & Gryph. poſt. *& C. Conſidii filio*. Verum *Conſidio* exhibent etiam Pet. Urſ. Scal. & Leid. pr. Immo & *fuerant* ſervavit idem Leidenſis.

1. SUBITOQUE SE AD GENUA PROJECIT] In MS. *Norv.* pro vetere ſcribendi ratione legitur *proicit*; reſcribe *projicit*, ob verba *praeſentis temporis*, quibuſcum ea vox connectitur. DAVIS. De more Daviſium hic ſequitur Clarkius. At mei omnes praeteritum *projecit* ſervant.

2. PRO SUA NATURA] Sic MSS. Reg. & Voſſii. Elegantius, ut mihi quidem videtur. Editi *& pro ſua*. CLARK. *Et* abeſt ſolum e recentiſſimo Leidenſ. ſec. & Edd. Vaſc. Steph. Gryph. poſt. Male. contra vero Leid. pr. *&* pro *ſ. natura*, *&* pro *inſtituto*. Optime repetita praepoſitione; de qua ſaepius egimus. Rectius *&* deleviſſet ante *L. Cellae* (ſive *Ocellae*, ut Aldus Manutius emendat) auctoribus MSS. omnibus, & Edd. primis, ac pleriſque Vett. ſuadente ipſo contextu.

3. CIRCITERQUE NOCTEM LUMINIBUS ACCENSIS UTICAM PERVENIT] *Noctem* recte praetermittunt *Cujac. Petav. Buſlid.* & *Norv. Circiter luminibus accenſis* eſt ἀμφὶ τὴν λυχναψίαν vel λυχνοκαΐαν. DAVIS. *Cur. ſec. Circumque* eſt in Cujac. *Noctem* etiam non agnoſcunt Leid. pr. nec Edd. Rom. Ven. Med. Optime. Nota eſt locutio *prima face*. Apulej. l. II. Metam. p. 27. Ed. Pric. *Prima face cubiculum tuum adero*. Gell. l. XVIII. c. I. *Cum jam prima fax noctis*. Immo Cenſorin. de die Natali c. 24. *Poſt id ſequitur tempus, quod dicimus*, luminibus accenſis, *antiqui* prima face, *dicebant*. Vide ibi Lindenbrog. Contra *extremae*, *ſerae lucernae* Martiali & Propertio l. III. c. I. ubi vide Interpretes. Supra tamen c. 56. dixit *Nocte jam luminibus accenſis*: niſi & illic malles τὸ *nocte* delere. pro eo *ad lumina dixit* Sueton. in Calig. c. 15. & alii. Adde Gruteri Suſpic. p. 158. Uncis itaque incluſi vocem *noctem*. Paullo poſt vero *in oppidum introiit* reſcripſi fide integerrimorum Codicum Petav. & Leid. pr. uti & Aicardi MS. pro Caeſaris & Hirtii Stylo. vulgo praepoſitio aberat.

4. CIVES R. UT PRODIRENT, EDICIT] Notanda Conſtructio. ſic ſupra c. 20. *Sagittaſque uti fierent curare*. Sic apud Terentium, *Illum ut vivat, optant*.

5. ITA

ductuꝛum, *& pecuniam multae nomine relaturum, ut incolumitatem re-*
tinere poſſet. Quibus metu exſanguibus, [a] de vitaque ex ſuo [b] promerito 4
deſperantibus, ſubito [c] oblata ſalute, libentes [d] cupidique conditionem ac-
ceperunt: petieruntque a Caeſare, ut univerſis ccc uno nomine pecuniam
imperaret. Itaque [1] bis millies ſeſtertio his impoſito, ut per triennium ſex 5
penſionibus populo Romano ſolverent, nullo eorum recuſante, ac, [2] ſe
[e] eodem die demum natos praedicantes, laeti gratias agunt Caeſari,

XCI. Rex interim Juba, ut ex proelio fugerat, una cum Petrejo inter- 1
diu [f] in villis latitando, tandem, nocturnis itineribus confectis, in re-
gnum pervenit; [g] atque ad oppidum [3] Zamam, ubi ipſe domicilium, con- 2
juges, [h] liberoſque habebat, quo ex cuncto regno omnem pecuniam, ca-
riſſimaſque res comportaverat, quodque [i] inito bello operibus maximis
munierat, accedit. [4] Quem oppidani, antea rumore exoptato de Caeſaris 3
vi-

VARIAE LECTIONES.

a *Deque vita* L. ſec. Dorv. *de v. quoque* L. pr. b *merito* MSS. plerique & Edd. pp. Vaſc. Steph. Gr. poſt. Str. c *oblatam ſalutem* L. pr. d *cupideque* MSS. 3. e *eo* Edd. qdd. f deeſt Edd. R. M. V. g deeſt L. pr. Dorv. Edd. R. M. V. in quibus *ad oppidumque. Zama* Dorv. h *liberos* Dorv. i *in* L.pr.

5. ITA TAMEN, UT, QUI EORUM BONA SUA REDEMISSET, SE BONORUM VENDITIONEM INDUCTURUM, ET PECUNIAM MULCTAE NOMINE RELATURUM, UT INCOLUMITATEM RETINERE POSSENT.] Ita edidit Scaliger & Recentiorum plerique. Duriſſimum tamen, ut iſtam priorem (*ut*) ſequatur Modus infinitivus. Quare, omiſſa iſta vocula, (quam, poſt voces, *ita tamen*, in pleriſque Codicibus ingeſſiſſe videtur Librariorum imperitia;) lege, ex MS. Elienſi & Editione Romana, [*ita tamen*, *qui eorum bona ſua* (in MS. Elienſ. & Edit. Romana eſt, *IPSA bona ſua*; ut forte legi debeat, *IPSE bona ſua*) *redemiſſet*, *ſe bonorum venditionem inducturum* (vel *indicturum*, ut habent Codices plerique,) *& pecuniam mulctae nomine relaturum*, *ut incolumitatem retinere poſſent*,] (vel potius *poſſet*, ut exhibent MSS. Reg. & Elienſis.) CLARK. Hoc in loco turbantur ſenſus & Latinitas. *Ut* abeſt a *Norv.* & *Rom.* Quin & plurimi libri dant *indicturum.* Ab Hirtii mente credo non aberrabit, qui ſic reſinxerit, *Iis tamen*, *qui bona ſua redemiſſent*, *ſe bonorum venditionem* non *indicturum.* An autem ipſiſſima ſcriptoris verba ſim adſecutus neſcio. DAVIS. *Cur. ſec.* Delevi *ut*, auctoribus MSS. Petav. Scalig. Leid. pr. Dorv. & Edd. Rom. Ven. Mediol. Pro *ipſa*, quod etiam dant Urſin. Pet. Leid. pr. Dorv. & Edd. Med. Ven. poſſes vel *ipſe* vel *ſibi* legere. *Inducturum* habent optimi libri, ut Petav. Scal. Leidenſ. pr. nam alii cum Edd. pp. *indicturum*: male; Dicit Hirtius ſe inhibiturum, ſive aboliturum venditionem bonorum *ejus*, (Sic enim paſſim cum apud alios, tum in his Commentariis pronomen demonſtrativum ſubintelligitur) qui eorum ſibi bona ſua redemiſſet. De verbo *inducere* adi Ciaccon. & Gronov. de Pec. Vet. p. 13. Unde patet nil praeterea eſſe mutandum, niſi quod pro *poſſent* ſcribendum ſit *poſſet* cum Petav. Leidenſibus & Dorvill.

1. BIS MILLIES HS IIS IMPOSITO] Primam voculam omittunt cum alii Codd. tum editt. *Rom. Ven.* unde *J. F. Gronovius* de Pec. vet. l. II. c. III. legit *millies* HS *bis* (vel *bis*) *impoſito*, *quod per triennium*, &c. DAVIS. *Millies* MSS. Cujac. Petav. Scal. & alii. In Dorv. Leid. ſec. & Edd. pp. *mille ſeſtertiis impoſitis.* Alii *bis mille ſeſtertium.* Recte jam Glandorpius, Aldus & alii *bis millies*; licet non bene *ſeſtertium* retineant. Vide Gron. d. l. Verior tamen & moderatior ſumma videtur, ſi deleamus τὸ *bis.* Quod ex meis non agnoſcunt Scal. Leid. pr. Dorv. & Edd. primae.

2. SE EODEM DIE DEMUM NATOS] Hanc locutionem cum non intelligeret *Jul. Celſus*, ineptum inde ſenſum confecit, quem videre eſt p. 233. Sed memor eſſe debuit bonus iſte vir, *natales* a veteribus dictos omnes illos dies, qui inſignem aliquam laetitiam aut vitae mutationem attulerunt. Hinc *Cicero* reditum ſuum, in oratione eam ob cauſam habita, *natalem* vocat, & ad Attic. l. VI. παλιγγενεσίαν. *Spartianus* in vit. Hadriani: *natalem adoptionis celebrari juſſit*, ad quem locum videndus *Iſ. Caſaubonus.* Sed & *natalem* pro die, quo imperium iniit Maxentius, abſolute poſuit auctor Paneg. VIII. c. XVI, 2. DAVIS. Adde Brant.

3. ZAMAM] Codices nonnulli *Zamae.* Quomodo & alibi loquitur Hirtius. CLARK.

4. QUEM OPPIDANI, ANTEA RUMORE ——

AU-

victoria audito, ob has cauſſas oppido prohibuerunt, quod, bello contra
populum Romanum ſuſcepto, [1] in oppido Zamae lignis [a] congeſtis, maxi-
mam in medio foro pyram conſtruxerat; ut, ſi forte bello foret ſuperatus,
omnibus rebus [b] eo coacervatis, [c] dehinc civibus cunctis interfectis, eo-
demque projectis, igne [d] ſubjecto, tum demum [e] ſe ipſe inſuper interfice-
ret, atque una cum liberis, conjugibus, [f] civibus, [2] cunctaque gaza regia
4 cremaretur. Poſtquam Juba ante portas diu, multumque primo minis pro
imperio egiſſet cum Zamenſibus; deinde quum [g] ſe parum proficere intel-
lexiſſet, precibus [h] quoque oraſſet, uti ſe ad ſuos Deos [i] penates admit-
terent; ubi eos [k] in ſententia perſtare animadvertit, nec minis, nec pre-
cibus ſuis moveri, quo magis ſe reciperent: tertio petit ab eis, ut ſibi con-
5 juges liberoſque redderent, ut ſecum eos [l] abſportaret. Poſtquam ſibi ni-
hil omnino oppidanos [m] reſponſi reddere animadvertit, nulla re ab iis in-
petrata, ab Zama diſcedit, atque ad villam ſuam cum [n] M. Petrejo paucif-
ſque equitibus [o] ſe confert.
1 XCII. Zamenſes interim legatos de iis rebus ad Caeſarem Uticam mit-
tunt, petuntque ab eo, *uti ante, quam rex manum conligeret, ſeſeque
obpugnaret, ſibi auxilium mitteret: ſe tamen paratos eſſe,* [3] *ſibi quoad
2 vita ſubpeteret, oppidum, ſeque ei* [p] *reſervare.* Legatos conlaudatos Cae-
ſar domum jubet antecedere, ac ſuum adventum [q] praenunciare. Ipſe po-
ſtero

VARIAE LECTIONES.

a *Conjectis* L. pr. b deeſt Edd. R. M. V. c *dein* Pet. L. pr. bene. *deinde* L. ſec. Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. Str. d *ſubito* L. ſec. e *ipſe inſuper interiret* Edd. R. M. V. *deſuper* L. ſec. Dorv. f *civibuſque* Edd. R. M. V. g deeſt L. pr. h abeſt Pet. L. pr. Dorv. *quo* L. ſec. i *penateſque* L. ſec. Dorv. k *in ſua s.* Edd. R. M. V. *perſiſtere* L. pr. l *tranſport.* L. ſec. m *reſponſum* Pet. L. pr. n deeſt L. pr. o Exſulat Pet. *iter confecit* L. pr. p *ſervare* Dorv. q *pron.* Leidd. Edd. R. M. V. Vide Sciopp. ſuſp. Lect. IV, 14.

AUDITO, —— PROHIBUERURT,] Ita ex MSS. Reg. & Voſſii reſtitui. Editi omnes; (*Quem antea oppidani, rumore —— audito, ——* [1] *prohibuerunt.*) Perperam admodum, & magno cum ſententiae detrimento. CLARKE. Optimo verborum ordine *Gryphius* & *Lugdunenſes* 1576. exhibent, *Quem oppidani, antea rumore exoptato* &c. eumque in MSS. *Reg.* & *Voſſ.* repertum Cl. *Clarkius* merito probavit. DAVIS. *Cur. ſec.* Eum ordinem jam videre licet in Edd. Vaſc. & Stephani.

1. IN OPPIDO ZAMAE] Sic reſcripſi ex MS. *Norv.* & editt. *Rom.* A. D. 1472. In vulgg. erat *in oppido Zama*, quae magis eſt proletaria loquendi ratio. Vide not. ad hujuſce libri c. XXXVI. DAVIS. *Oppido* Zamae) Sic reſcribit Daviſius ex MS. Elienſi & Edit. Romana. Suffragatur MS. Regius. Al. (*oppido* Zama.) CLARK. *Zamae* quoque Petav. Leidd. Dorvill. & Ed. Mediol.

2. CUNCTAQUE GAZA REGIA] *Gaza* vox eſt Perſarum, quae pecuniam & omne quod poſſidemus, denotat. *Servius* ad *Virgilii* Aen. I, 123. *Gaza Perſicus ſermo eſt, & ſignificat divitias.* Ac ad Aen. II, 763. *Gaza cenſus Perſarum lingua, & eſt numeri ſingularis tantum:* qua in re fallitur vir eruditiſſimus; nam *Lucretius* lib. II. p. 155. edit. Wechel. ſic ait:

Qua propter quoniam nil noſtro in corpore gazae
Proficiunt. ——

Et *Horatius* l. I. Od. XXIX.

Icci, beatis nunc Arabum invides
Gazis. ——

Ex hac voce Gaza, urbs Palaeſtinae nomen ſumſit, ſi fides *Pomp. Melae* l. I. c. XI. DAVIS. Memoria feſellit magnum Voſſium quoque, negantem aurei aevi ſcriptoribus *gazas* plurali numero in uſu fuiſſe lib. I. de Anal. c. 40. Quare ad eum refellendum jam adduxerunt viri docti Horat. Ode 16. l. II. *Non gazae ſubmovent tumultus mentis.*

3. SIBI QUOAD VITA SUPPETERET, OPPIDUM

SE-

ſtero die [a] Utica egreſſus cum equitatu [b] in regnum ire contendit. Interim 3
in itinere ex [c] regiis copiis duces complures ad Caeſarem veniunt, orant-
que, ut ſibi ignoſcat, quibus ſubplicibus venia data, Zamam perveniunt.
Rumore interim perlato de ejus lenitate clementiaque, propemodum o- 4
mnes regni equites Zamam perveniunt ad Caeſarem; ab eoque ſunt metu
periculoque liberati.

XCIII. Dum haec utrobique [d] geruntur, Conſidius, qui Tiſdrae cum 1
[e] familia ſua, gladiatoria manu, Gaetuliſque praeerat, cognita caede ſuo-
rum, Domitiique & legionum adventu perterritus, deſperata ſalute, op-
pidum deſerit, ſeque clam cum paucis barbaris [f] pecunia [g] onuſtus ſubdu-
cit, atque in regnum fugere contendit; quem Gaetuli ſui comites [h] in iti- 2
nere, praedae cupidi, concidunt; ſeque in quaſcumque [i] potuere partes
conferunt. C. interim Virgilius, poſtquam terra marique clauſus ſe nihil 3
proficere intellexit, [1] ſuoſque aut interfectos, aut fugatos, M. Catonem
Uticae ſibi [k] ipſum [2] manus intuliſſe, regem vagum, [l] ab ſuiſque deſertum,
ab omnibus adſpernari, [m] Saburam, ejuſque copias ab Sitio eſſe deletas;
Uticae Caeſarem ſine mora receptum; de tanto exercitu reliquias eſſe [n] nul-
las, [3] quae ſibi, ſuiſque liberis prodeſſent; a Caninio proconſule, qui [o] eum
obſidebat, fide accepta, ſeque & ſua omnia, & oppidum proconſuli tranſdit.

XCIV. Rex interim [4] Juba ab omnibus civitatibus excluſus, deſperata 1
ſa-

VARIAE LECTIONES.

a *Uticam* L. pr. V. ad lib. I. B. G. c. 44. b Sic MSS. non *ire in r.* c *regis* Pet. d *fiunt* L. ſec. e *familiari* Dorv. f *pecuniae* Ed. Elz. g *onuſtis ſubduxit* L. ſec. h deeſt L. pr. i *potuerunt* L. pr. Mox vulgo deeſt *aut* poſt *ſuoſque*. k Ita Urſ. e Codice ſuo, cum Scal. Reliqui MSS. & Edd. priores *ipſi* ſed V. c. 91. & ad l. II. B. G. 25. l vulgo *a ſuis*. m *Saburram* MSS. ut ſupra & c. 95. n deeſt Scal. vulgo *qui*. o *tum* Edd. R. M. V. *excepta* Pet. L. ſec. Scal. Dorv. non male.

SEQUE EI RESERVARE.] Ita interpungendum Senſus manifeſto poſtulat. Editi, (*ſibi quoad vita ſuppeteret, oppidum &c.*) Quae interpunctio ſententiam perturbat penitus. CLARK.

1. SUOSQUE INTERFECTOS AUT FUGATOS] In Edd. Rom. Mediol. & Ven. ſolummodo eſt *ſuos autem interfectos*, omiſſis ceteris. Bene Dorvill. *ſuoſque aut interf. aut fugatos*, quod reponere non dubitavi. c. 85. *Reliquos aut interfecit, aut recepit.* & millies.

2. MANUS INTULISSE] Ex MS. *Urſin.* legendum crediderim *Uticae ſibi ipſum manus attuliſſe*, qui cum paullo rarior loquendi modus, Librarii, ut fit, in notiorem formulam mutarunt. Scriptor B. Hiſp. c. XLII. *Populi R. magiſtratibus ſacroſanctis manus —— attuliſtis. Corn. Nepos* Timol. c. 1, 4. *Ipſe non modo manus non attulit.* Cicero Offic. lib. I. c. VII. *Is quaſi manus afferre videtur ſocio.* Sic etiam locutus eſt *Seneca* de Brev. vitae c. VI. DAVIS. *Attuliſſe*) ſic MS. Urſini, quod probat Daviſius. Al. *Manus* vel *manum intuliſſe*. CLARK. *Manum intuliſſe* Leid. pr. Sed *attuliſſe* Petaviani quoque. Seneca de Ben. l. v. c. 15. *Ipſi patriae manus afferre* & ſaepius; atque ita paſſim *vim adferre*. Adi Cel. Heinſ. & Burmann. ad Ovid. Epiſt. XVII. Her. 21. Dein *ab ſuiſque* reſtitui e Pet. & Dorv. *a ſuiſque* Leidenſes, Urſin. & Edd. primae habent. Vulgo *a ſuis*.

3. QUI SIBI SUISQUE LIBERIS PRODESSENT] Sic Recentiores Edd. habent, pro *quae*, quod eſt in MSS. & Edd. prioribus, ut & Jungerm. Cellar. Quare id reddidi, licet ſciam *qui* defendi poſſe per Syntheſin. In Pet. Cod. ſcribitur *quae ſ. ſ. l. tutandis pr.* In Dorvill. & Edd. primis *quae ſibi prod. ſuiſque lib.*. *Prodeſſent* in Scal. non comparet. Egregie ſinceram Hirtii manum videtur ſervaſſe Leid. primus. *nullas; Ipſe ſibi ſuiſque liberis a Caninio &c. fide accepta.* Celſus *ſibi ſuiſque liberis conſulens cum Caninio vitam pepigit.*

4. JUBA] Deeſt in MSS. Reg. & Elienſi. Et deeſſe poteſt. CLARK. Abeſt quoque a Leidenſibus & Dorv. Sed & c. 91. *Rex interim Juba.*

5. QUUM JAM CONATUS ESSET] Haſce voces delendas cenſuit *Joſ. Scaliger*; temere nimis,
cum-

ſalute, [5] quum jam [a] coenatus eſſet cum Petrejo, ut [b] per virtutem interfecti eſſe viderentur, [c] ferro inter ſe depugnant: atque [1] firmior [d] inbecilliorem, Juba Petrejum facile ferro conſumſit: [e] deinde ipſe ſibi quum conaretur gladio transjicere pectus, [f] nec poſſet, precibus a ſervo ſuo [2] inpetravit, ut ſe interficeret; idque obtinuit.

1 XCV. P. [g] Sitius interim, pulſo exercitu Saburae, praefecti Jubae, ipſoque interfecto, quum iter cum paucis per Mauritaniam [h] ad Caeſarem faceret, forte incidit in Fauſtum Afraniumque, qui eam manum habebant, qua Uticam diripuerant, [3] iterque in Hiſpaniam [i] intendebant, & erant
2 numero circiter [k] M D. Itaque celeriter nocturno tempore inſidiis diſpoſitis, [4] eos prima luce adortus, praeter paucos equites, qui [l] ex primo agmine fugerant, reliquos aut [m] interficit, aut in deditionem [n] accipit; Afranium & Fauſtum vivos capit cum [o] conjuge & liberis. Paucis poſt diebus, diſ-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *conatus.* b *cum virtute* Pet. Sc. L. pr. ſed V. ad lib. II. B. Civ. 30. c deeſt L. ſec. d *infirmiorem imbeccilioremque* Edd. R. M. V. e *dein cum* L. pr. f *neque* L. ſec. g *Sit. inter. p.* L. pr. alii *Sit. interim*, ut cum Vaſc. Steph. &c. dedi pro *interim Sit.* Edd. R. M. V. *int. Sictius item interp.* Abeſt *interim* a Pet. Sc. h deſunt Dorv. i vulgo *tendebant.* k *CCVIII* Edd. R. M. V. *D.* abeſt Sc. L. pr. l *in* L. ſec. m *interfecit* MSS. 3. n *accepit* MSS. 2. o *conjugibus ac* L. ſec. Dorv. Edd. R. M. V.

cum eas retineant MSS. ulcus tamen eſt in verbis, cui ſanando operam navarunt plurimi. *M. A. Muretus* ad *Senecae* de Prov. c. II. legit *quum omnia conatus eſſet*; *Joan. Glandorpius*, quique eum non nominatum paſſim exſcripſit, *Joan. Goduinus* reponunt *quum jam convivatus eſſet*, & haec ſane conjectura firmari poteſt ex *Flori* l. IV. c. 11, 69. qui teſtatur, Jubam & Petreium paullo ante pugnam magnifice epulatos eſſe. Illam tamen emendationem repudio, quia nimium abit a lectionis receptae veſtigiis, & unice amplector *Ph. Rubenii* hariolationem; is enim l. I. Elect. c. X. minima mutatione reſcribit *quum jam coenatus eſſet.* Certe, cum *L. Ampelius* l. Memor. c. XXXVIII. aiat, *Jubam* poſt magnificam coenam *interficiendum ſe dediſſe*, proculdubio veram lectionem reſtituit vir eruditus, a quo tamen miror locum hunc *Ampelii* fuiſſe praeteritum. DAVIS. Mureti conjecturam probat Barthius Adverſ. l. XVI, 5. ubi docet, Jubae delicato regi potius convenire, ut non poſſet ſe ipſe interficere, quam Petrejo, quem *inbecilliorem* ob acceptum vulnus & grandiorem aetatem vocat. *Convivatus* adriſit etiam Cellario; ſed veriſſima videtur, quam ideo cum Clarkio in textum recepi, correctio *coenatus*, quam etiam margini ſui codicis olim adlevit Gruterus. Quod participium Plautus, Horatius, Apulejus & Cicero ipſe ita exhibuerunt. Vide etiam Graev. ad Cicer. l. II. ad Att. 17.

1. FIRMIOR IMBECILLIOREM, JUBA PETREIUM FACILE FERRO CONSUMPSIT] *Ph. Rubenius* Elect. lib. I. c. X. reponit *Jubam Petreius*; Epitome enim *Liviana* lib. CXIV. & *Florus* l. IV. c. 11, 69. tradunt Petreium Jubae, dein ſibi manus intuliſſe. Sed de horum morte tanta eſt ſcriptorum diſcrepantia, ut in *Hirtio* nihil auſim mutare. *Seneca* de Provid. c. II. *Jam Petreius & Juba concurrerunt, jacentque alter alterius manu caeſi.* Et ab hujus quidem partibus ſtant *Appianus* lib. II. B. C. p. 490. ac *Dion* l. XLIII. p. 117. At *Sextus Rufus* Breviar. c. IV. ſic loquitur: *Mauros Juba rex tenebat, qui in cauſſa belli civilis ab Julio Caeſare victus, mortem ſibi propria manu conſcivit.* Accedit, quod omnes tam MSS. quam editi vulgatam lectionem tueantur, quam etiam in ſuo Codice invenit *Jul. Celſus*, quem vide p. 236. DAVIS. Sic & *Gargonius* apud *Senecam* patrem ſuaſor. VIII. p. 58. *Juba*, inquit, *& Petreius mutuis vulneribus concurrerunt, & mortes foeneraverunt.* IDEM. *Cur. ſec.*

2. IMPETRAVIT] Glandorpius ait rectius fore, ſi legamus *flagitavit* vel *contendit*; quia ſequitur *idque obtinuit.* Cur non potius *petivit?* niſi malis verba *idque obtinuit*, ut ſupervacua, deleri.

3. ITERQUE IN HISPANIAM TENDEBANT] Abſunt haec a Leidenſi primo. In reliquis Pet. Scalig. Leid. ſec. Dorv. Edd. primis. Vaſc. Steph. Gryph. poſt. ac Stradae *intend.* Quod cur mutarint alii, cauſſam non video. Livius l. XXI. cap. 29. *Utrum coeptum in Italiam intenderet iter.* atque ita ille ſaepius. Vide Drakenb. ad Sil. III, 466. & Cort. ad Sall. B. Jug. c. 107. *Intendere fugam* apud Lucanum & Curtium.

4. Eos

diſſenſione in exercitu orta, Fauſtus & Afranius interficiuntur. Pompejae
cum Fauſti liberis Caeſar incolumitatem, ſuaque omnia conceſſit. 1
XCVI. Scipio interim cum Damaſippo, & Torquato, & Plaetorio [1] Ru-
ſtiano navibus longis diu multumque jactati, quum Hiſpaniam peterent, 2
[a] ad Hipponem regium [b] deferuntur, ubi claſſis P. Sitii [c] per id tempus
erat: a qua pauciora ab amplioribus circumventa navigia deprimuntur;
[2] ibique Scipio [3] cum iis, quos paullo ante nominavi, interiit.
XCVII. Caeſar interim, Zamae auctione regia facta, boniſque eorum 1
venditis, qui cives Romani contra populum Romanum arma tulerant,
[d] praemiiſque Zamenſibus, qui de rege excludendo conſilium ceperant,
[e] tributis, vectigalibuſque regiis [4] abrogatis, ex regnoque provincia facta,
atque ibi [f] Criſpo Salluſtio Proconſule cum imperio relicto, ipſe [g] Zama
egreſſus Uticam ſe recepit. Ibi bonis venditis eorum, [5] qui ſub Juba Petre- 2
joque [h] ordines duxerant, item [i] Thapſitanis [6] HS [k] viceſies, conventui co-
rum

VARIAE LECTIONES.

a *Ab Hippone* Scal. Pet. *ad Ippone* L. pr. b *perf.* Pet. c *ad* Pet. L. ſec. deeſt L. pr. Dorv. V. ad l. VI, 36. d *praemiis* Z. L. pr. e *tributiſque* L. pr. f deeſt L. pr. Edd. R. M. V. Q. Pet. g *Zamae* L. pr. h *ordinem* Pet. i *Thapſianis* Dorv. Leid. ſec. Edd. R. M. V. k vulgo *XX millia*, & P. ſeq. & *Adrumetanis XXX* & *L millia*.

4. EOS PRIMA LUCE ADORTUS] Abeſt *eos* a Dorvill. & Leid. pr. habet *cum pr. luce.* Forſan recte. Adi ad c. 62. *Cum prima mane. Adorti* ſic ſine caſu etiam c. 69. *Ex inſidiis adorti agmini ſeſe obferunt.*

1. RUSTIANO] Si ſcriptus liber adjuvaret, mallet Urſinus *Ceſtiano*, quod & a Cl. Perizonio ſui libri margini adſcriptum. Paſſim enim *Plaetorius Ceſtianus* in nummis, ſed is in partibus Caeſaris fuit. Vide B. Alex. c. 34. Quare rectius addit *Ruſtianus* videri dictum, quod fuerit aliquis *Ruſtius* a gente *Plaetoria* adoptatus. Conſule Urſinum in Familiis in *Plaet.* Male Glandorpio in Onom. dicitur *Ruſticanus*, & *Ruſticianus* in Dorv., ac *Ruſcianus* in Pet.

2. IBIQUE SCIPIO CUM IIS, QUOS PAULLO ANTE NOMINAVI, INTERIIT] Scipio, *aſſecutus eum, hoſtibus gladium per viſcera exegit*, ut teſtatur *Florus* l. IV. c. II, 68. Vide & *Appianum* l. II. B. C. p. 491. & *Dionem* l. XLIII. p. 217. DAVIS.

3. CUM IIS, QUOS P. A. NOMINAVI, INTERIIT.] In Petav. & Dorvill. non comparet τὸ *iis.* Eleganter Graeco more, & ni fallor, vere Leidenſ. primus *cum quibus paullo ante nominavi.* Vide Davis ad B. C. 69. Afric. c. 41. *In eo loco quo paullo ante memoravi.* Adde l. III. B. C. c. 15. *Cum eſſent in quibus demonſtravi anguſtiis.* & J. Periz. ad Sanct. Min. l. II. c. 9. §. 2. ac Cl. Burm. ad Sueton. Calig. c. 43.

4. ABROGATIS] Non damno hanc lectionem, ſi quidem MStorum auctoritate nititur, nam Scalig. Leid. ſec. Dorvill. cum Edd. primis Vaſcoſ. Gryph. Stephani, aliiſque habent *irrogatis.* Petav. & Cujac. *togatis*, niſi excerpta fallunt: at Leidenſ. primus *erogatis* i. e. inpenſis in illos ad praemia, ſeu *donatis*, ut varia pro lectione eſt in Cujac. Ut *erogarit* vectigalia regia Zamenſibus, qui &c. Paullo poſt in Edd. primis ſcribitur *Salluſtio populi Ri. proconſule*: non male, ſi MSS. addicerent. Vide omnino Heinſium & Burmann. ad Vellej. l. II. c. 79. & ſupra ad c. 54. *milites popul. Romani*

5. QUI —— ORDINES DUXERANT; ITEM THAPSITANIS &c.] Vox, *item*, abeſt in MSS. Reg. & Voſſii, & Edit. Romana; Et recte quidem abeſt. Niſi forte deſit aliquid: ut, (*qui —— ordines duxerant*, Uticenſibus mulctam imponit: *Item Thapſitanis &c.*) Aut aliquid ſimile. Eoque magis, quod in MS. Elienſi ſcriptum ſit, (*Itemque Thapſitanis &c.*) CLARK. *Petav.* & *Norv.* dant *itemque*; qua de cauſa *Clarkius* aliquid excidiſſe ſuſpicatur. Sed verius eſt, ut deleatur *item*; quo vocabulo MSStos *Reg.* & *Voſſ.* ac editionem *Romanam* carere vir ille doctus obſervavit. Abeſt etiam a *Beroald. Gryph.* & *Lugd.* 1576. Poſſis etiam legere *tum Thapſitanis* &c. DAVIS. *Cur. ſec.* Abeſt quoque *item* a Leid. ſec. Dorvill. & Edd. Mediol. Venet. Vaſcoſ. Steph. Sed *itemque* Leid. pr. Unde putem cum Clarkio quid excidiſſe.

6. HS XX MILIA &c.] In nullo MSto nec Edd.

 pri-

rum HS triceſies, [1] Adrumetinis HS triceſies, conventui eorum HS quinquagies, multae nomine, [a] inponit. Civitates, bonaque eorum ab omni inju-
3 ria rapiniſque defendit. Leptitanos, quorum ſuperioribus annis [b] bona Juba diripuerat, & [2] ad ſenatum queſti per legatos, atque [3] arbitris a ſenatu datis, ſua receperant, tricies centenis milibus [c] pondo olei in annos ſingulos multat, [d] ideo quod initio, per diſſenſionem [e] principum, ſocietatem cum Juba inierant, eumque armis, [f] militibus, pecunia juverant.
4 Tiſdritanos, propter humilitatem civitatis, certo numero frumenti multat.
1 XCVIII. His rebus geſtis, Idibus Jun. Uticae claſſem conſcendit, [g] & poſt diem III [4] Carales [h] in Sardiniam pervenit. [i] Ibi Sulcitanos, quod Naſidium ejuſque claſſem receperant, copiiſque juverant, HS [k] centies multat; & pro [l] decumis octavas pendere jubet: bonaque paucorum vendit;
2 & ante diem III Kal. Quinct. naves conſcendit; & a [m] Caralibus ſecundum terram [n] provectus, [o] duodetriceſimo die, [p] eo quod tempeſtatibus in [q] portubus cohibebatur, ad urbem Romam [r] venit.

VARIAE LECTIONES.

a *Impoſuit* L.ſec. b Sic MSS. non *J. b.* c Sic Ciacc. MSS. & Edd. ante Scal. *ponderis* vel *ponderibus* V. Gron. P. V. c. 7. *oleum* L. pr. d *Id; quod* L. pr. ut ſubintelligas *facit*. V. ad B. Al. c. 58. e *principium* L. ſec. f *militaribus* L. ſec. Dorv. Edd. R. M. V. *& pec.* Edd. eaedem. *pecuniaque* Dorv. g *ac* L. pr. h *Caralis* Sc. Edd. R. M. V. *Calarim* L. ſec. Dorv. i *ubi Surcit.* Dorv. *Succit.* L. ſec. *Suchit.* Edd. qdd. k vulgo *C millibus.* l *decimis* MSS. m *Calaribus* Dorv. L. ſec. n vulgo *profectus.* o Sic MSS. Urſ. L. pr. &c. p *de eo* L. pr. *ideo* MSS. 2. Edd. R. M. V. q *portibus* L. pr. Dorv. V. ad l. III. B. G. c. 8. r *pervenit* L. ſec.

primis nuſquam hic compareret *millia:* nec poteſt e Latini ſermonis ratione. Quare cum Glandorpio ubique ſcripſi *viceſies*, *triceſies bis & quinquagies* & c. ſeq. *centies* pro *c millibus.* Conſule omnino ſummum Gronov. de Pec. Vet. c. III. lib. II.

1. ADRUMETANIS] Petav. *Adrumetenis.* Leid. pr. *Adrumetinis.* Rectiſſime. Sic enim hoc gentile terminatur a Latinis: ut ex ſcriptoribus non ſolum, ſed & inſcriptionibus patet. Vide Berkel. ad Steph. Byzant. V. Ἀδρύμης & ſupra ad c. 3.

2. AD SENATUM QUESTI PER LEGATOS, ATQUE ARBITRIS A SENATU DATIS, SUA RECEPERANT] *Petav. Norv.* & *Gryph.* dant *queſti per legatos atque arbitros a ſenatu datos.* Legendum vero *ad ſenatum queſti per legatos, arbitris a ſenatu datis, ſua receperant.* Vocula, quam delemus, ſenſum turbat, nullique eſt uſui. DAVIS. *Cur. ſec.*

3. ARBITRIS A SENATU DATIS] Sic recentiores habent Codices; nam praeter Pet. & Elienſ. etiam Scalig. Leid. pr. & Edd. Vaſcoſ. Stephan. Gryph. poſt. Str. dant *arbitros a ſen. datos.* Quare rectum eſſe puto, quod ſervavit Cujacianus. *Arbitrio a* (*ab* Dorv.) *ſen. dato.* Confer quae notavi ad l. III. B. Civ. c. 20. *Solutionibus; quae per arbitrium fierent.* Sic non opus erit, ut cum Daviſio deleas *atque.* Ceterum pro *& queſti* non legendum cum Aicardo & *qui queſti*, vel eruditiſſimo Poeta Huidecopero *ſed queſti.* Subintelligitur *qui.* Adi omnino notata ad l. IV. B. G. c. 3. & h. libro c. 64.

4. CARALES IN SARDINIAM PERVENIT] MS. *Norv. a Caralis in Sardiniam*, unde reponendum *ad Carales*, vel, pro vetere ſcribendi more, *ad Caralis.* Carales urbs eſt Sardiniae primaria, quam urbem urbium vocat *Florus* l. II. cap. VI. DAVIS. *A Caralis* etiam Petav. corrupte pro *ad.* Contra *a Caralibus* ſtatim. Supra de hac praepoſitionis additione aliquoties egimus. Porro auctoribus Petav. Scalig. Leid. pr. praeferrem *IV. Kal. Quinct.* licet Celſus etiam *III* ſcribat, recentiores ſequens Codices. Reſtitui interim *provectus* fide MSS. omnium & Edd. praeter Amſt. Dav. Lugd. & Clark. Vide ad l. V. c. 8.


HIS PANIÆ Veteris Des.
Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
CANTABRICUS OCEANUS
GALLICUS SINUS
Septentrionalis
Frons Hiſpaniæ
GALLIÆ CONFINIA
Pyrenæi Montes
GALLICUS SINUS MINOR
BALEARICUM MARE
BALEARIDES INSULÆ duæ quæ MAIOR et MINOR
Colubraria
SUCRONENSIS SINUS
Ebuſus Ins.
PYTHISÆ INSULÆ
Ophiuſa inſula
ILLICITANUS SINUS
VIRGITANUS SINUS
MARE
MEDITERRANEUM ET
INTERNUM
OCEANUS
ATLANTICUS
Occidentalis
HISP. TARRACONENSIS
Vaſcones
Cerretani
Vettones
LUSITANIA
HISP. ET CITERIOR
Oretani
BAETICA
GADITANUM MARE
IBERICUM MARE
Fretum Herculeum Gaditanum
Mauri populi
HISPANIA TRANSFRETANA Sive TINGITANA Quæ et MAURITANIA
AFRICÆ PARS
Maſſilia
Narbona
Calpe quæ et Heraclea
Cumei
Camptus

INCERTI AUCTORIS
DE
BELLO HISPANIENSI
Liber Unus.
ARGUMENTUM.

I. *Belli Hiſpanici initia.* II. *Caeſar ad Cordubam oppugnandum contendit*; III. *Interim Uliae a Pompejo obſeſſae auxilia inmittit*; IV. *Cordubam oppugnando, Pompejum Uliae obſidionem dimittere cogit.* V. *Pompejo Cordubam ſuppetias eunte, Caeſar Ateguam oppugnat, ſequiturque eum Pompejus.* VII. *Sua uterque caſtra munit, in locis montuoſis & ad oppugnandum difficillimis.* IX. *Pompejus, caſtellum quoddam Caeſaris adortus, repellitur.* X. *Caeſar Ateguam oppugnare pergit.* XI. *Oppidani erumpentes, repelluntur.* XIII. *Conflictationes exercituum Caeſaris & Pompeji.* XIV. *Proelii equeſtris ratio.* XV. *Oppidanorum crudelitas.* XVI. *Oppidani iterum erumpentes, repelluntur.* XVII. *Tib. Tullius cum Caeſare de deditione agit.* XVIII. *Oppidi oppugnatio continuata.* XIX. *Oppidum Caeſari deditur.* XX. *Pompejus ad Ucubim verſus, caſtra movet.* XXII. *Burſavolenſium geſta.* XXIII. *Caeſaris & Pompeji caſtra caſtris conferuntur prope Ucubim*; *& parva aliqua ibi fiunt proelia.* XXV. *Turpionis & Nigri μονομαχία.* XXVI. *Multi ab hoſtibus ad Caeſarem tranſeunt. Pompeji litterae interceptae.* XXVII. *Caſtra utrinque in campo Mundenſi conſtituuntur*; XXVIII. *Proelium ibi maximum committitur.* XXXI. *In quo, Pompeji copiae ingenti cum clade penitus ſunt fuſae.* XXXII. *Caeſar fugatos in oppido Munda obſidet*; XXXIII. *Cordubamque oppugnat & occupat*; XXXV. *Item Hiſpali potitur, expelliturque, eamque denuo occupat. Mundenſes, deditione ficta, caedem parantes, conciduntur.* XXXVII. *Carteja Caeſari deditur; Pompejus inde profugit.* XXXIX. *Pompejus interficitur.* XL. *Caeſaris naves incenduntur.* XLI. *Caeſareani Mundam occupant: Urſaonem oppugnant.* XLII. *Caeſaris concio habita Hiſpali.*

1. A Hirtii Pansae] Nullus fere liber plures ab aevi dentibus cicatrices accepit; eae tamen aequiore animo ſunt ferendae, quod hic ſcriptor a ſuperiorum commentariorum elegantia multum recedat; ut enim in iis ſummus elucent ſermonis nitor & neſcio quae συνθέσεως concinnitas: ita in hoc opuſculo non ſolum crebra ſunt ἀναυταπόδοτα ac ἀσύντακτα, ſed & totum orationis filum hominem oſtendit ſcribendi prorſus imperitum; unde factum, ut hunc libellum non *Hirtio*, ſed *Balbo* aut *Oppio* poſt alios adſcripſerit *G. J. Voſſius* de Hiſt. Lat. c. XIII. Nonnulli vero cenſuerunt fieri non potuiſſe, ut homo Romanus tam male ſcriberet, quapropter Afri

1 I. [1] PHarnace ſuperato, Africa recepta; [2] qui ex iis proeliis cum ado-
leſcente Cn. Pompejo profugiſſent, quum & ulterioris Hiſpaniae
potitus eſſet, dum Caeſar muneribus dandis [3] in Italia detinetur; quo fa-
cilius praeſidia [a] contra [4] compararet Pompejus, in fidem uniuſcujuſque
2 civitatis confugere coepit. [b] Ita partim precibus, partim vi, [c] bene magna
3 comparata manu, [5] provinciam [d] vaſtare. Quibus in rebus nonnullae civi-
tates ſua ſponte auxilia mittebant: item nonnullae portas [6] contra clu-
4 debant; ex quibus ſi qua oppida vi ceperat, quum [e] aliquis ex ea civitate
optime [7] de Cn. Pompejo meritus civis eſſet, propter pecuniae magnitudi-
nem [8] aliqua ei inferebatur cauſſa, ut, eo de medio ſublato, ex ejus pecu-
nia

VARIAE LECTIONES.

a deeſt Edd. R. M. V. *pararet* L. pr. Dorv. nec male. b *Itaque* L. ſec. Edd. Vaſc. Steph. Gr. &c. c *pene* L. ſec. Dorv. V. Brant. ad c. IV. & 12. d vulgo *V. coepit*, & omittitur mox *contra*. e *alias* Pet.

vel Syri militis eſſe foetum arbitratur *Joan. Goduinus*. Immerito quidem: nam licet horrida & incondita ſit dictio, adeo tamen pura eſt ac a barbarie aliena, ut hoc ſcripto nihil Latinius concipi poſſe pronunciarit, judex ſane idoneus, *Joſ. Scaliger* Proleg. in *Manilium* p. 3. DAVIS. Si hic Liber (quod tamen vix crediderim) ſit *A. Hirtii*; quae eſt horrida ejus & inculta, licet Latina quidem, dictio; conjecerim equidem, breve id ſolummodo & extemporale eſſe commentariolum; hiſtoriae fortaſſe poſtea conſcribendae, materiam futuram. CLARKE. INCERTI AUCTORIS) *Balbi* fuiſſe *Ephemeridem*, cujus meminit Sidonius l. IX. Epiſt. XIV. putat Cellarius. Oppio etiam Volaterranus tribuit. Adſcripſit orae libri ſui Cujacius, *Liber corruptiſſimus, & ut videtur, ex Graeca lingua tranſlatus. Non eſt Hirtii. Militari & horrido ſtylo* ſcriptum ait Lipſ. l. II. Elect. c. 22. adſentientibus dein jure omnibus viris doctis: Quare ego, (qui omnino ſtatuo, *Ephemeridem* B. Hiſpanienſis eſſe, ab Romano homine, qui his expeditionibus interfuit, conſcriptam temere, non vero juſtum *commentarium*) *Hirtii* nomen delevi, &, quod vides, ſubpoſui. E MSS. tamen nonnihil emendatiorem exhibui. Nam vulgo circumſerri corruptiſſime, e ſeqq. patebit.

1. PHARNACE SUPERATO] Haec eſt ἀνακεφαλαίωσις bellorum, quae poſt Alexandrinum geſſit Caeſar, ut fruſtra ſint *Joan. Glandorpius* & *Joan. Goduinus*, qui reponunt *Scipione ſuperato*; falluntur etiam interpretes, qui hunc libellum ἀκέφαλον cenſent. DAVIS. Videtur tamen ad connexionem aptius *Scipione ſuperato*, quod reliquit Leid. pr. ut conjecit Glandorpius.

2. QUI —— PROFUGISSENT; —— CONFUGERE COEPIT.] Hoc eſt, (cum iis, *qui &c.*) Cujuſmodi locutionibus, non quidem plane non Latinis, ſed horridis admodum & hiulcis, plenus eſt hic Liber. CLARK. Melius eſſe ait Gruterus, quod invenit in Petaviano. *Cum multi ex.* Vide Glandorp.

3. IN ITALIA DETINETUR] In *Gryph.* & *Lugdun.* 1576. eſt *diſtineretur*. Lege *detineretur*. DAVIS. *Cur. ſec. Diſtineretur* eſt in Vaſc. & Steph. Edd. *detineretur* in MSS. Leidd. ſed male. *Dum* hoc ſenſu indicativum habet, quod non advertiſſe Daviſius videtur. Adi ad c. 61. B. Afric.

4. COMPARARET POMPEJUS,] Goduinus legit, [*compararet: (ſcil.* Caeſar.) *Pompejus, &c.*] Syntaxi plane nulla. CLARK.

5. PROVINCIAM VASTARE COEPIT] Delevi verbum *coepit*, quod ſtatim praeceſſit, fide MSS. Cujac. Petav. & Leid. pr. Hanc autem conſtructionem eſſe Latinam, quis tiro neſcit? Adi ad l. VII. c. 81.

6. CONTRA] Vocem iſtam, a Scaligero & Recentioribus omiſſam, ex MSS. Reg. & Elienſi & Edit. Romana reſtitui. CLARKE. Accedunt MSS. Scal. Leid. pr. Urſini, Ciacc. & Ed. Med. Ven. Habent quoque Vaſcoſ. Steph. Gryph. poſterior, ſed ſuperius *contra* illi editores ejecerunt, nec male meo judicio. *Clūdebant* edidit Scaliger primus e MS. Urſini, & ſuo. Quomodo nonnulli viri docti ſcribi volunt ubique, pro *claudo*. ut notum eſt.

7. DE CN. POMPEJO] Ni fallor legi debet *De C. Caeſare.*

8. ALIQUA EI INFEREBATUR CAUSSA] Alicujus criminis inſimulabatur. Sic *inferre crimina* dixit ſcriptor ad Herennium l. IV. p. 36. ed. *Lambin.* ac *inferre controverſiam Cicero* de Invent. l. II. p. 72. Vide & interpretes ad *Phaedri* lib. I. Fab. 1, 4. DAVIS. V. ad l. I. B. Ɛ. c. 39. *Alia cauſſa inlata.*

9. PAUCIS COMMODIS HOSTE HORTATO] Ob hanc locutionem noſtro βαρβαρολογισμόν impingit *Joan. Rhellicanus*, & de vitio tam certus eſt *Joan. Brantius*, ut affirmet ne *Priſcianum* quidem hanc
men-

nia latronum largitio fieret. [9] Ita paucis commodis hoſte hortato, [1] majo- 5
res augebantur copiae: [2] ob hoc crebris nunciis in Italiam miſſis, civitates
contrariae Pompejo auxilia ſibi depoſtulabant.

II. C. Caeſar dictator III, [3] deſignatus IV, [4] multis itineribus ante con- 1
fectis, quum celeri feſtinatione ad bellum conficiendum [5] in [a] Hiſpaniam
veniſſet, [b] legati Cordubenſes, [c] qui a Cn. Pompejo [d] diſceſſerant, Caeſa-
ri obviam [e] veniunt: a quibus nunciabatur, *nocturno tempore oppidum* 2
[6] *Cordubam capi poſſe, quod nec opinantibus adverſariis ejus* [7] *provinciae
potitus eſſet*, [8] *ſimulque* [f] *captos tabellarios, qui a Cn. Pompejo diſpoſiti*
omni-

VARIAE LECTIONES.

a *Hiſpania* L. ſec. Dorv. b *legatique* Pet. Sc. L. pr. c *& qui* Dorv. d *diſceſſiſſent* Pet. Sc. L. pr. e *veniſſent, nunciaverunt* Pet. *veniſſent a q.* &c. Cuj. Scal. L. pr. *venerunt* L. ſec. f vulgo *quod tabellarii a Cn.* &c.

mendam poſſe defendere. Bona verba, quaeſo. *Apulejus* Metam. lib. IX. p. 203. *Canes tranſeuntium viatorum paſſim morſibus alumnatos laxari, atque in eorum exitium* inhortatos, *immitti praecipit.* Paſſivam etiam, non minus quam activam, ſignificationem huic verbo competere teſtatur *A. Gellius* N. A. lib. XV. cap. XIII. Vide & *Ger. Joan. Voſſium* de Anal. l. III. cap. VI. DAVIS. Ut *hortatus* paſſive ſumi poſſit, videtur tamen corruptus eſſe locus. Nam *pacis commodo* eſt in Pet. Cod. *commoda* Scal. & *pacis commoda.* Leid. pr. Unde quid extricari debeat, vide Lector.

1. MAJORES AUGEBANTUR COPIAE] *Joan. Glandorpius* reponit *magis agebantur copiae*, vel *majores reddebantur*; ſed certiſſime legendum *majores* cogebantur *copiae*, quae phraſis eſt Latiniſſima; niſi forſan, quod ſuſpicor, ἰδιωτικῶς ſit hujuſce ſcriptoris Pleonaſmus. DAVIS. Certe ſimiliter occurrit in nono Canone Theodori. *Tractatum eſt*, inquit, *ut* PLURES *epiſcopi, creſcente numero fidelium* AUGERENTUR. Exſtat apud *Bedam* Hiſt. Eccleſ. l. IV. c. 5. DAVIS *Cur. ſec.*

2. OB HOC] Sic reſcripſi e Cod. Petav. quod valet *propterea. Hoc* Cujac. Scal. Leid. pr. Dorvill. & Edd. Rom. Mediol. Ven. Vulgo *ideoque.* Vide ad Frontin. 1, 6, 2. & l. III, 9, 3. *Ob hoc in fugam dilapſi*; Ubi vulgo etiam *hoc:* quod & ipſum ſic ſatis defendi poſſet.

3. DESIGNATUS DICTATOR IV] Edd. primae, item Plantinus, Scaliger, & ſeqq. omiſerunt ſecundo loco *dictator*, quam vocem tamen MSS. & Edd. ceterae retinent. Niſi quod Petav. habeat ſimpliciter *C. Caeſar dictator IV.* Videtur legendum *dictator III*, *deſignatus Conſul ſive Coſ. IV.* Sic enim Hiſtorici, faſti, & nummi. Conſule Pighium ad A. DCCVIII. & Nummos. Forſan fuit *Coſ. Caeſar deſignatus IV, dictator III.* Nam & hic auctor non ſolet praefigere *C.* Vide ad l. I. B. Civ. c. I.

4. MULTIS ITINERIBUS ANTE CONFECTIS] Quo haec pertineant, non capio. MSS. Leid. pr. Scalig. *Multis iter ante diebus confectis.* Dorvill. Leid. ſec. *Multis item ante diebus conjectis.* Conjicio legendum *multis in urbe ante rebus confectis*, vel *iter ante* pro *ante iter.*

5. IN HISPANIAM VENISSET] Sic repoſui ex MS. *Norvic.* & edit. *Steph.* In aliis *in Hiſpaniam conveniſſet*, quod non niſi de duobus pluribuſve dicitur. DAVIS. Suffragantur MSS. Reg. & Voſſii. Alii *conveniſſet.* Quod ut de uno dicatur inuſitatum. Tamen ſimilis fere locutio Act. I, 4. Συναλιζόμενος — αὐλοῖς. CLARK. *Veniſſet* etiam Petav. & Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. Str. Sed aliud quid latet. nam Scalig. & Leid. prim. cum tribus Gall. dant *cum veniſſet*, & pro *quum celeri* habent *cum ceteris.* Petav. *celeriter.* Forte *cum celeri feſtinatione belli* (nam *ad* deeſt Scal. Leid. pr. Dorv.) *conficiendi in Hiſp. quum veniſſet. Cum feſtinatione*; uti apud ipſum Hirtium, *ſumma cum celeritate ad exercitum reducit* l. VIII. c. 52. ubi vide. Sed hac merae ſunt conjecturae. *Conveniſſet* tamen certum mihi eſt, natum eſſe e τῶ *quum veniſſet.*

6. CORDUBAM] Sic MS. Reg. Al. *Cordubae.* CLARK. V. ad c. 28. B. Afric. *Thapſi oppidum*, & alibi. Mei omnes *Cordubam* retinent.

7. PROVINCIA POTITUS] Reſcripſi fide Petav. Thuan. Scalig. Leidenſium, Dorvill. cum Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. Steph. & Stradae *provinciae*; notiſſima conſtructione. l. I. B. G. c. 3. *Galliae potiri.*

8. SIMULQUE QUOD TABELLARII A CN. POMPEJO DISPOSITI] Locus eſt mutilus. Ex MS. *Norvic.* omnino legendum *ſimulque tabellarii* capti eſſent, *qui a Cn. Pompejo diſpoſiti omnibus locis erant, ut certiorem* &c. nam mira ſane fuit ratio, cur Corduba capi poſſet, quod tabellarii eſſent diſpoſiti, qui de Caeſaris adventu Pompejum fa-

omnibus locis eſſent, [a] *quo certiorem Cn. Pompejum de Caeſaris adventu*
3 *facerent*. Multa praeterea veriſimilia proponebant. Quibus rebus addu-
ctus, [b] quos legatos ante exercitui praefecerat, Q. Pedium, & Q. Fabium
[c] Maximum, de ſuo adventu [d] facit certiores, [1] ut, quem ſibi equitatum
4 ex provincia feciſſent, praeſidio mitterent: ad quos celerius, quam ipſi
opinati ſunt, adpropinquavit, [2] neque [e], ut ipſe voluit, equitatum ſibi
praeſidio habuit.

1 III. Erat [3] idem temporis Sextus [f] Pompejus frater, qui cum praeſidio
Cordubam tenebat, quod ejus provinciae caput eſſe exiſtimabatur: ipſe au-
tem Cn. Pompejus adoleſcens Uliam oppidum obpugnabat, & fere jam a-
2 liquot menſibus ibi [g] detinebatur. Quo ex oppido, cognito Caeſaris ad-
ventu, legati, [4] clam praeſidia Cn. Pompeji, Caeſarem quum adiſſent, pe-
3 tere coeperunt, [h] uti ſibi primo quoque tempore ſubſidium mitteret. Cae-
ſar [i] eam civitatem omni tempore optime de populo Romano [k] meritam
eſſe

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *qui*. b *Legatos qui a. c. praefuerant* Edd. R. M. V. c deeſt Edd. R. M. V. d abeſt L. pr. e vulgo *atque*. f *Pompejo* Dorv. g *diſtineb*. Edd. qdd. male. h Ita Pet. L. pr. non *ut*. i *cum e. c.* Scal. *cum ea civitas* Pet. k *merita eſſet* Pet. *ſciens* abeſt Scal. Pet. L. pr. *ſciebat* Edd. Ald. Gryph. dein vulgo *XI* ſine *celeriter*.

cerent certiorem, cum hoc non adjumento, ſed certiſſimo fuerit impedimento. DAVIS. *Tabellarii* capti eſſent, qui *a Cn. Pompejo &c.*) Emendatione auro contra non chara, locum hunc reſtituit Daviſius ex MS. Clienſi. Alii enim omnes, omiſſis tribus iſtis vocabulis, ſententiam exhibent contrariam plane, atque erat mens Auctoris. Similis narratio infra, c. 12. (*capti tabellarii, qui* &c.) CLARK. Ad apicem cum Norvicenſi convenit Petavianus. Bene ad ſenſum, ſed ni omnia me fallunt interpolate. *Tabellarii qui* Scalig. Dorvill. Sed *tabellariis qui* Leid. pr. & Edd. Rom. Med. ac Ven. Dein pro *qui cert.* in Scal. eſt *quod:* Unde facio *ſimulque captos tabellarios, qui* &c. *quo* id eſt, ut *certiorem Cn. Pomp.* Hoc nempe nunciabant, captos ſimul eſſe tabellarios; niſi potius ſimpliciter legendum ſit *ſimulque tabellariis* ſcil. *nec opinantibus, qui &c.*

1. UT, QUEM SIBI EQUITATUM EX PROVINCIA FECISSENT, PRAESIDIO MITTERENT] *Pet.* & *Norvic.* exhibent, *ut ſibi cum equitatu, qui ex provincia fuiſſet, praeſidio eſſent.* Ac ita lego. DAVIS. *Cur. ſec.* Vulgatum confirmat Dorv. quod non temere muto. Scalig. MS. *utque ſibi equitatum qui ex pr. fuiſſet, pr. eſſet.* Leid. pr. *utque ſibi equitatum, qui ex provincia praeſidio eſſet.* Leid. ſec. *utque ſ. equitatus, qui ex pr. fuiſſet, pr. eſſet.* Edd. Rom. Ven. & Med. *utque ſibi equitatus, qui ex pr. eſſet pr. miſerunt.* Omnino acquieſcendum vulgato, quod elegantius eſt. Niſi malis mecum *utque ſibi equit., quem ex pr. fec. praeſ. mitterent.*

2. ATQUE UT IPSE VOLUIT] Ex Codd. *Ciacc.* & *Norv.* ac editt. *Rom. Venet. Beroald.* reſcribendum puto *neque ut ipſe voluit*; quia celerius ad legatos, quam ipſi opinati ſunt, appropinquavit Imperator. DAVIS. Et hic eidem equidem viro doctiſſimo aſſentior, qui ex Codd. Ciacconii & Elienſi, & Editt. Vet. reſcribit NEQUE *ut ipſe voluit equitatum* &c. Id enim ait auctor, Caeſarem celeritate praevertiſſe legatos ſuos, *quo minus* equitatum ſibi, ut juſſerat, praeſidio mitterent. CLARKE. *Neque* reſcripſi adſentientibus Pet. Scal. Dorv. Leid. ſec. & Ed. Med.

3. IDEM TEMPORIS] Rara apud alios locutio: quae tamen conſervatur a MSS. Cujac. & Leid. primo ac Dorvill. cum Edd. primis. Mox §. 4. *Incidit idem temporis.* at ibi Edd. Vaſc. Steph. & aliae *Id t.* ut eſt §. 7. ſed vide ad c. 12. *Idem temporis.* Scalig. habet *id tempus.* Petav. *eodem tempore*; & Leid. ſec. cum IV. Codd. Gallic. & Edd. Vaſcoſ. Aldi, Gryphii, Steph. *per id tempus.* B. Afric. c. 96. *Ubi claſſis P. Sitii per id tempus erat:* ubi meliores carent *per.* quae & alibi confundi monuimus. Ceterum Glandorp. & Ciaccon. legunt *per idem tempus Sex. Pomp. frater* (*adoleſcens* Ciaccon.) *cum praeſidio C. t.* &c. Mallem *Erat idem temporis, S. Pomp. fr. quo* Sc. tempore. &c. Iidem cum Cellario & aliis, recte quidem *Uliam* legunt. Vide ad c. 61. B. Africi. MSS. tamen mordicus *Ullam* habent.

4. CLAM PRAESIDIA] MS. *Norvic. clam praeſidio*; editt. *Rom. Ven. Beroald. clam praeter praeſidia*;

eſſe ſciens, [1] celeriter VI cohortes ſecunda vigilia jubet proficiſci, parique 4
equites numero; quibus praefecit [2] hominem ejus provinciae notum, &
non parum ſcientem, [3] L. [a] Junium Paciecum: qui quum ad Cn. [b] Pom-
peji praeſidia veniſſet; incidit idem temporis, ut tempeſtate adverſa, vehe-
mentique vento [c] adflictaretur: [4] Quem vis tempeſtatis ita obſcurabat, ut
vix proximum agnoſcere poſſet. [d] Cujus incommodum ſummam utilitatem 5
ipſis

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *Julium.* b deeſt L. pr. c *aſſlictarentur* Edd. R. M. V. vulgo *quâ vi obſcurabatur* & *cognoſcere.* d *quod* Ciacc.

dia; ſed hae varietates ex eo ſunt ortae, quod Librarii & editores vulgatam lectionem ſe non recte habuiſſe perperam cenſuerunt. *Plautus* Prol. Amph. vſ. 107. *Is amare occoepit Alcumenam* clam virum. Idem Menaech. Act. I. Sc. II, 43. Clam uxorem *ubi ſepulcrum habeamus* &c. Ac iterum Mil. Glor. Act. I. Sc. I, 34. *Clam matrem ſuam.* *Terentius* Hec. Act. III. Sc. III, 36. *Clam partus eveniat patrem atque adeo omnes.* Sic etiam locutus eſt *Valerius Maximus* l. VII. c. III, 7. DAVIS. *Clam praeſidio* etiam Petav. & Edd. Aldi, Gryphii. *Clam praeter praeſidia* Cujac. Leid. ſec. Dorvill. Urſin. ac 3 Gall. & Edd. reliquae ad Scalig. uſque; qui bene *clam praeſidia* cum optimo MS. Urſin., ſuo & Leid. pr. reſtituit. Auctor Decl. in Salluſt. c. 5. *facinora clam vos eſſent.* Vide etiam c. 16. *Clam noſtros* & c. 35. *Clam praeſidia.*

1. XI COHORTES] Hunc numerum vitio operarum in Plantin. Edit. irrepſiſſe arbitror. Nam MSS. & Edd. priores *VI coh.* niſi quod Vaſcoſ. in margine ponat *ſedecim*, quod & Ciaccon. in ſuo Cod. eſſe teſtatur. Sed inſuper praemittunt vocem *celeriter* Petav. Cujac. Scalig. Leid. pr. Dorvill. Edd. Rom. Ven. Med. Vaſc. Gryph. poſt. & Steph. Vere ſine dubio. Porro non male Ciacconius legit vel *DC pedites*, vel quod malim *parique turmas equitum numero.* Maxime tamen inclino, ut putem hunc auctorem elliptice eſſe locutum, & breviter, *pari numero*, tot ſcilicet, quot pedites erant in cohortibus *illis*. Pet. autem Scal. & Leid. pr. dant *pari equit. numero* ſine *que*.

2. HOMINEM EJUS PROVINCIAE NOTUM] Gnarum ſeu peritum. *Plautus* Pſeudol. Act. IV. Sc. II, 39. *Novi*, notis *praedicas*, id eſt, ſcientibus. *Nonius Marcellus* p. 153. ed. Plantin. *Ignotae*, *id eſt*, *inſciae*. *Naevius Lycurgo*: Ignotae iteris ſumus, tute ſcis. *Dictys* Cretenſis l. VI. c. VII. Notuſque *adeo ejus domus*, ubi etiam prima vox active ponitur, ut ineptiat *Joan. Goduinus*, qui noſtrum barbariſmi inſimulat. DAVIS. Plura exempla vide apud Manut. & J. F. Gronov. ad Cicer. Ep. V, 12. Fam. *Ignotis nota faciebat.* & Viros doctos ad Phaedr. F. XI. *Ignotos fallit*, *notis eſt deriſui.*

3. L. JULIUM PACIECUM] Et hoc credo operarum culpae adtribuendum, qui in Ed. Scalig. expreſſerunt *Julium* pro *Junium*, ut eſt in MSS. & Editis prioribus: nec male ſuſpicatur Manutius, *Q. Junium*, Hiſpanum hominem, de quo l. V. B. G. c. 27. eſt mentio, ejuſdem familiae fuiſſe. Praenomen hic non agnoſcit Petav. habetque cum Edd. primis *Paciequum.* Leid. ſec. *Pacietum*, ut eſt vulgo apud Cicer. ad Att. XII, 11. Sed *Paciaecum* per Diphthongum edidit Graevius l. VI. ad Fam. Ep. 18. & ita ubique ſcribi amat Manutius, ut & Pighius apud Valer. Max. l. V, 4. §. 3. Ex. 3. ubi eadem in MSS. confuſio.

4. QUA VI TEMPESTATIS ITA OBSCURABATUR, UT VIX PROXIMUM COGNOSCERE POSSET] *Petav. Cujac.* & *Norvic.* dant *quem vis tempeſtatis ita obſcurabat. Buſlid.* autem, *ut vix proximum* quiſquam *cognoſcere poſſet.* Reſcribendum cenſeo, *Aërem vis tempeſtatis ita obſcurabat*, *ut vix proximum* quiſquam *cognoſcere* (vel, ſi mavis, ex *Petav.* & *Cujac.* legas *agnoſcere*) *poſſet.* DAVIS. *Cur. ſec.* Excudi curavi, quod praebent etiam Scalig. Leid. pr. Dorvill. *Quem vis t. ita obſcurabat*, *ut vix pr. agnoſcere poſſet.* Ingenioſe autem *aërem* conjecit Daviſius. In Leid. ſec. eſt *Aditusque vis.* Ciaccon. ait in ſua etiam addi *aditus. qua vis* Dorv. Opinor legendum *adſlictaretur aditus*, *quem vis temp. ita obſcurabat* &c. ut *aditus* ſit ipſa adeundi actio, vel locus, quo adibant. Favet huic conjecturae, quod mox pro *ad eum locum ven.* in MSS. Leidd. Petav. Cuj. Scalig. & Edd. Vaſc. Gryph. Steph. tantum ſit *ad eum ven.* unde male Ald. Manut. & ſeqq. ſimpliciter *locum* ediderunt: *ad eum locum* enim habent ceteri MSS. & Edd. primae. In Edd. Rom. Ven. ac Mediol. *adeoque vis t. obſcurabat*, *ut vix pr. quiſquam ag. poſſet.* deleto *ita*; Interpolate. Rectius pro *poſſet.* in Dorv. eſt *poſſis*, pro quo lego *poſſes*. Ita millies in auctoribus *ut diceres*, *ut putares*, *ut neſcires* occurrit. *Cognoſcere* autem mutavi in *agnoſcere* prae MSS. auctoritate; licet ſciam ſaepe alterum pro altero uſurpari; quod & monendum fuit ſupra.

5. BINOS EQUITES INCEDERE] Non refertur ad numerum eorum, qui mittebantur, cui enim
uſui

6 ipſis praebebat. Ita quum ad [a] eum locum venerunt, jubet [5] binos equites
7 incedere, & recta per [b] adverſariorum praeſidia ad oppidum [c] contende-
re: [1] mediiſque [d] eorum praeſidiis quum quaereretur, *qui eſſent*; unus ex
noſtris [e] reſpondit, [2] *ut* [f] *ſileat verbum facere: nam id temporis* [g] *conari*
ad murum accedere, ut oppidum [h] *capiant*; & partim tempeſtate inpediti
vigiles non poterant diligentiam praeſtare, partim [i] illo reſponſo deter-
8 rebantur. Quum ad portam adpropinquaſſent, ſigno dato, ab oppidanis
ſunt [3] recepti; & pedites, equiteſque clamore facto, diſpoſitis ibi partim,
qui remanſere, eruptionem in adverſariorum caſtra fecerunt. [4] Sic illud
quum inſcientibus accidiſſet, exiſtimabat magna pars hominum, qui in
iis caſtris fuiſſent, ſe prope captos eſſe.

VARIAE LECTIONES. IV.

a vulgo deeſt *eum*. b *hoſtium* Pet. c *contendunt* L. pr. Dorv. *contenderunt* Sc. d vulgo *ex*. e *reſponderet* Edd. R. M. V. f *ſileant* Dorv. g *conati* L. ſec. Edd. R. M. V. *cenati* Dorv. h *caperent* Edd. R. M. V. i *illum reſponſum* L. pr.

uſui duo equites poſſent inſervire? aut quomodo praetexi poterat *eos conari ad murum accedere, ut oppidum caperent?* Denotat ſolummodo, duos equites in ſingulis lineis ſeu ordinibus inceſſiſſe. DAVIS. *Conſcendere* eſt in Petav. Leid. pr. Dorv. & Edd. Rom. Ven. ac Med. Ill. Heinſius margini adſcripſit *Jubet binos equum conſcendere.* Ut ſcilicet quiſque eques acceperit ad ſe peditem. Pari enim numero equites pediteſque erant miſſi. Vide & c. IV. Daviſii expoſitionem unice probat Clarkius.

1. MEDIISQUE EX PRAESIDIIS.] *Que* non eſt in Leid. pr. Pro *ex* habent *eorum* ſc. adverſariorum, Cujac. Petav. Scalig. Leid. pr. Dorvill. & Editt. Rom. Ven. ac Mediol. *Quaereretur qui* deſunt in Cujac. Petav. Scal. & Leid. pr. Nihilominus neceſſario adeſſe videntur.

2. UT SILEAT VERBUM FACERE] Hic eſt auctoris idiotiſmus, quem cum non caperent Librarii, in MS. *Norv.* legitur *ut ſibi liceat verbum facere*, quo fere modo locutus eſt *Hirtius* Bell. Afric. c. XXXV. Sed ſenſus hic adverſatur. DAVIS. Cum *Norvic.* facit *Petav.* Ad eorum Codicum fidem parva mutatione legi poſſit NE *ſibi* LIBEAT *verbum facere.* Sed, ut dixi, forſan a ſcriptoris manu venit recepta lectio. IDEM. *Cur. ſec.*

3. RECEPTI; ET PEDITES EQUITESQUE —— ERUPTIONEM &c.] Locus maxime depravatus. MS. *Norv. recepti: & qui ibi remanſerunt, clamore facto, eruptionem* &c. MS. Reg. quem ſequitur *Joan Goduinus*, exhibet *recepti pedites. Equites clamore facto diſpoſiti partim ibi remanſerunt, & eruptionem* &c. Editt. *Rom. Venet. Beroald. recepti pedites equiteſque nocte: ſed diſpoſitis partibus oppidani & pedites & equites clamore facto eruptionem* &c. Sic & fere vetus Codex *F. Urſini.* Proxime ad editt. vett. commodo ſenſu legi poſſit *recepti pedites equiteſque nocte: & diſpoſitis partibus* &c. Sed in re tam dubia nihil ῥητῶς poteſt affirmari. DAVIS. Cum Edd. Vett. conſentiunt etiam Leid. ſec. Reg. Clarkii & Ed. Med. Brevius multo antiquiores legunt Codices. Leid. prim. *Et pedites equiteſque clamore facto diſpoſiti partim ibi remanſerunt equites clamore facto erupt.* Cujac. *Et pedites equites clamore facto qui erupt.* Scalig. *Et pedites equites clamore facto diſpoſitis ibi partim remanſere, erupt.* Petav. tantum *& qui ibi remanſerunt equites, clamore facto er.* Dorvill. *Pedites equites clamore facto diſpoſiti partim ibi remanſerunt & erupt.* Senſus auctoris eſſe videtur: Oppidanos, poſtquam recepti eſſent illi pedites equiteſque, partim ex urbe eruptionem feciſſe, partim equites, qui ibi remanſerant, ab altera parte, ut ita includerent obſeſſores. Forſan leg. *Recepti ſunt equites pediteſque. Sed oppidani diſpoſiti partibus* ſive *in partes, & qui ibi remanſerunt, equites, clamore facto, eruptionem.* Num fuit quoque *Oppidani partim, partim qui* &c? Vel eodem ſenſu, ſemel tantum poſita voce *partim*; de quo vide ad B. Alex. c. 29.

4. SIC ILLUD QUUM INS. ACCIDISSET, EXISTIMABAT M. PARS] Leid. ſec. & Dorv. *ſic illud factum.* Buſlid. *ſic illa furia.* Cuj. Petav. Leid. pr. *ſic illo facto.* Scalig. *ſic in illo facto.* Dein *accidiſſe exiſtimant prope m.* Leid. ſec. Dorv. *exiſtimabant prope. Prope* ibi addit quoque Scal. Mox *ſe prope c. eſſe exiſtimarent* Leid. pr. *ſe prope captam eſſe exiſtimavit* Petav. Lego *ſic, ut* (vel *ſicuti* ex c. IV.) *illo facto, quum inſc. acc., m. pars h. q. in ill. c. f. ſe prope captos eſſe exiſtimarent. Pars* cum plurali jungitur: ut ſolet ſaepiſſime. Vide ad l. II. B. G. c. 23.

1. IN

IV. Hoc miſſo ad Uliam praeſidio, Caeſar, ut Pompejum ab [a] ea ob- 1
pugnatione deduceret, ad Cordubam contendit: [b] ex quo itinere lorica- 2
tos viros fortes cum equitatu [c] ante praemiſit; qui ſimul [1] in conſpectum
oppidi [d] ſe dederunt, [2] in equis recipiuntur. Hoc [e] a Cordubenſibus nequa- 3
quam poterat [f] animum adverti. Adpropinquantibus, ex oppido [g] bene
magna [3] multitudo ad equitatum concidendum quum [h] exiſſent; loricati,
ut ſupra ſcripſimus, ex equis deſcenderunt, & magnum proelium fece-
runt, ſic [i] uti ex infinita hominum multitudine pauci in oppidum ſe reci-
perent. Hoc timore adductus Sextus Pompejus litteras fratri miſit, ut ce- 4
leriter ſibi ſubſidio veniret, ne prius Caeſar Cordubam caperet, quam ip-
ſe illo veniſſet. [k] Ita Cn. Pompejus, Ulia prope capta, litteris fratris [l] ex- 5
citus, cum copiis ad Cordubam iter facere coepit.

V. Caeſar, quum ad flumen Baetim veniſſet, neque propter [m] altitudi- 1
nem fluminis tranſire poſſet, lapidibus corbes plenos [n] demiſit: ita, inſu-
per ponte facto, copias ad caſtra tripartito tranſduxit. [4] Tenebant adver- 2
ſus

VARIAE LECTIONES.

a *Illa* Edd. R. M. V. deeſt Dorv. b *exque* L. pr. Pet. Edd. ante Plant. c deeſt Edd. Amſt. Dav. Lugd. male. d *ſederunt* L. ſec. Dorv. Abeſt L. pr. e deeſt L. ſec. f Sic L. pr. V. ad l. 1. B. G. 24. g *pene* Dorv. V. ad c. 1. h vulgo *exiſſet*. i Ita Pet. L. pr. non *ut*. k *itaque* L. ſec. Dorv. Edd. Vaſc. Steph. & aliae. *itaque facit ut* L. pr. Sc. *Pompejus* abeſt Dorv. bene. l *exercitus* Dorv. m *altitudinis fl. ire* L. pr. *ire* etiam Dorv. n MSS. & Edd. pleraeque male *dim.*

1. IN CONSPECTU] Sic MS. Reg. Vide ſupra ad l. IV. c. 12. Al. IN CONSPECTUM. CLARKE. At mei omnes *conſpectum*.

2. IN EQUIS RECIPIUNTUR &c.] Peſſime hic impegerunt Annotatores. *Nuſquam hoc ſuperius ſcriptum refertur* inquit Ciacconius. *Locus dubie ſanus*, inquit Cellarius. Goduinus emendat; *EX equis recipiuntur.* —— *loricati*, *&c.*) Quem, tanquam approbans, citat & Daviſius. Perperam omnes. Nam & vera eſt vulgata lectio, & Senſus ſatis manifeſtus. *Loricatos viros fortes*, inquit Auctor, *cum equitatu praemiſit: Qui* (loricati pedites) *ſimul in conſpectu oppidi ſe dederunt*, *in equis* (poſt equites) *recipiuntur. Hoc*, (ſcilicet quemadmodum pedites loricatos, in equis ſuis poſt ſe reciperent equites, (*a Cordubenſibus*) in oppido) *nequaquam poterat animadverti. Appropinquantibus*, *ex oppido bene magna multitudo ad equitatum concidendum* (exiſtimantes ſibi cum equitibus ſolis rem futuram) *quum exiſſent: loricati* (pedites,) *ut ſupra ſcripſimus*, (hoc eſt, quos ſupra diximus *in equites receptos*; vel ſimpliciter, quos ſupra memoravimus,) *ex equis deſcenderunt*, *&c.* Fefellit Interpretes, quod voces iſtae, (*ut ſupra ſcripſimus*,) non referantur ad (*ex equis deſcenderunt*,) ſed ſimpliciter ad (*loricati.*) Vide errorem non abſimilem ſupra ad l. III. B. C. c. 39. Notanda & locutio ſimilis fere, infra cap. 8. (*Inter Ateguam & Ucubim, quae oppida ſupra* ſunt ſcripta. DAVIS. In *equis recipiuntur*) *Petav. Cujac. Buſlid. Norv.* aliique Codices *cum equis recipiuntur*. Lege *tum equis recipiuntur*. DAVIS. *Cur. ſec.* *Cum* etiam Leid. pr. & Edd. Rom. Venet. Med. Cod. Urſ. *cum equis non rec.* Leidenſ. ſec. Dorvill. ſine *equis* dant *non recip.* Malim ſimpliciter legere *equis recip.*. Illae reliquae particulae *cum*, *non*, *in* natae videntur; quod Librarii non intelligebant locum, bene a Clarkio expoſitum.

3. MULTITUDO AD EQUITATUM CONCIDENDUM QUUM EXISSET] Ex *Petav.* legas oportet *exiſſent*. Vide nos ad l. III. B. C. c. 5. DAVIS. *Cur. ſec.* Adde Leidenſes & Dorv. cum Edd. Rom. & Mediol. quod ideo repoſui. Adi notas ad lib. III. B. G. c. 17. *Multitudo latronum* &c. *convenerant*.

4. TENEBANT ADVERSUS OPPIDUM E REGIONE PONTIS TRABES, UT SUPRA SCRIPSIMUS, BIPARTITO] Nihil ſupra de trabibus dixit noſter, ideoque locus vel mutilus eſt, vel corruptus. Forte *tendebant*, ut habet ed. *Steph. adverſus oppidum e regione pontis*, tranſiſſe *ut ſupra ſcripſimus*, *tripertito:* ſic enim Cod. *Thuan.* ultimam vocem exhibet. Haec ſane verba a MSS. *Reg.* & *Norv.* prorſus exſulant, ac delenda cenſet *Joan. Goduinus.* Sed hanc conjecturam evertit id quod ſequitur: *Pompejus ex adverſo pari ratione caſtra ponit*, unde patet de modo, quo caſtra erant poſita, hic loci actum fuiſſe; ac proinde noſtrae emendationi non infirmum ſubeſt adminiculum. DAVIS.

Tene-

3 ſus oppidum e regione pontis trabes, ut ſupra ſcripſimus, bipartito. Huc quum Pompejus cum ſuis copiis veniſſet, ex adverſo pari ratione caſtra ponit. Caeſar, ut eum ab oppido commeatuque excluderet, brachium
4 ad pontem ducere coepit. [1] Pari idem conditione Pompejus. Hic inter duces duos fit contentio, [a] uter prius [2] pontem occuparet: ex qua contentione quotidiana minuta proelia fiebant, ut [3] modo hi, modo illi ſuperio-
5 res diſcederent. Quae res quum ad majorem contentionem veniſſet, ab utriſque [4] comminus pugna [b] inita; dum cupidius locum ſtudent tenere, propter pontem [5] coanguſtabantur; & fluminis [c] ripas adpropinquantes
6 coanguſtati praecipitabantur. [d] Hic alteri alteris non ſolum [e] mortem morti exaggerabant, ſed tumulos tumulis exaequabant. Ita diebus compluribus

VARIAE LECTIONES.

a *Quis* Edd. R. M. V. V. ad l. v, 44. b vulgo *iniqua.* c *ripis* vulgo. d *Sic alter alterius* MS. Urſ. *alteri alterius* Dorv. L. ſec. *alterus* L. pr. ſed *alternis* Pet. & Scal. bene. e *mortibus mortes* Edd. R. M. V. non male.

Tenebant —— trabes, ut ſupra ſcripſimus, bipartito.) Locus vel mutilus, vel corruptus. Daviſius, ex Edit. Stephani, pro *Tenebant*, legit *Tendebant*, (id eſt, Tentoria figebant:) & pro, (Trabes, *ut ſupra ſcripſimus*,) conjicit, (tranſiſſe, *ut ſupra ſcripſimus*;) & ex Codice uno Goduini, pro *bipartito*, reponit *tripartito*: Quod cum praecedentibus melius congruit. Siquis conjecturae locus, in re tam obſcura; equidem pro, *trabes*, lubentius reponerem (quod paullo minus durum videtur, quam emendatio illa Daviſiana;) *caſtra*. Ut adeo legatur; (*Tenebant* —— caſtra, *ut ſupra ſcripſimus, tripartito.*) Nam de *Caſtris* hic agi, liquet ex ſtatim ſequentibus; (*Pompejus —— ex adverſo pari ratione* caſtra *ponit*:) Quod & notavit Daviſius. Et voces iſtas, (*ut ſupra ſcripſimus*,) etiam ad id, quod *proxime* praeceſſit, referre, huic Auctori non inuſitatum. Vide paullo ſuperius, §. 3. CLARKE. TENDEBANT Gland. Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. & Stradae. Sed *tenebat* recte Leid. pr. nam e ſeqq. patet, de Caeſare ſermonem eſſe, atque adeo etiam *tripartito* ſecundo loco videatur reponendum. *Adverſum* eſt in Leidd. Dorv. & Edd. primis. Tota haec periodus abeſt quoque a Petav. Scabra haec verba eſſe monet quoque Graevius ad Cicer. III. Catil. c. 2.

1. PARI IDEM CONDITIONE POMPEJUS.] Urſinus omnino legendum exiſtimat, (*Pari* item *conditione Pompejus.*) Sed perperam. Nam, ut Caeſar *brachium ad pontem ducere coepit*; *pari IDEM conditione Pompejum* facere conatum, vult Auctor. CLARK. V. de hac ellipſi ad B. Alex. c. 58. In Leid. pr. eſt *dein.* At Dorv. & Edd. Rom. Ven. & Med. *Pari denique cond. Pompejus idem* (*id* Dorv.) *facit. Inter. Hic* abeſt quoque a Leidenſi ſec.

2. PONTEM] Non illum, ut opinor, quem fecerat Caeſar ad exercitum ſuum tranſducendum; ſed pontem alium oppido propinquiorem. Quanquam nihil hic dilucide narratur. CLARK.

3. MODO HI, MODO ILLI] Urſin. Petav. Scalig. Leidenſes, Dorvill. & Edd. Rom. Mediol. Ven. *Modo hi, nonnunquam illi.* Quod ferendum videtur in hoc auctore, nec a librariis profectum eſſe. Immo ſic fere Val. Max. l. VII, 4, 5. *Modo hos* (Harl. MS. *hos modo*) *obſidebat montes, paullo poſt ad illos* &c.

4. COMINUS PUGNA INIQUA] Critici variis modis hunc locum tentarunt. *Joan. Glandorpius* legit *commiſſa pugna iniqua*: *Pet. Ciacconius* reponit *cominus pugna inita*: ſed certiſſimam emendandi rationem docuit MS. *Norv.* qui habet *cominus pugna fiebat, in qua dum* &c. Optime. DAVIS. Glandorpius emendat, (commiſſa *pugna iniqua: Dum &c.*) Ciacconius reponit, (*cominus pugna* inita: *Dum &c.*) Atque ita quidem in MS. Voſſii ſcriptum repperi. Daviſius, ex MS. Elienſi, (*cominus pugna* fiebat; in *qua dum &c.*) CLARK. *Fiebat iniqua* etiam Petav. Sed placet mihi omnino *inita*: quod jam exhibuere Vaſcoſ. Gryph. poſt. Steph. & Str. V. ad l. VIII, 1.

5. COANGUSTABANTUR &c.] Petav. & Scalig. *coagulabant fluminis ripae, ac propinquantes.* Leid. prim. *coagulabant fluminis ripas appropinq.* Leid. ſec. *coanguſtabant, fluminis ripas approp.* Dorvill. *coanguſtabantur fluminis ripas & prop.* Librarii non videntur concoquere potuiſſe *adpropinquare* cum Accuſativo conſtrui. Sed vide ad l. IV. B. G. 10. *Oceanum adpropinquant. Propter* eſt hic etiam loco *prope*. V. ad l. I. B. G. c. 22. *Coagulari* forſan & nove dixerit ille, ut alia multa, ſic ſtatim *excubitu.*

bus cupiebat Caeſar, ſi qua conditione poſſet, adverſarios in aequum
locum deducere, & primo quoque tempore [1] de bello decernere.
VI. [2] Id [a] quum animadverteret, adverſarios minime velle; [3] quos ideo 1
a via retraxerat, [b] ut in aequum deduceret; copiis [c] flumen tranſductis,
noctu jubet ignes fieri magnos. [d] Ita, [4] firmiſſimum ejus praeſidium, [e] Ate- 2
guam proficiſcitur. Id quum Pompejus ex perfugis [f] reſciſſet, [5] ea die per
viarum anguſtias carra complura, [6] multoſque laniſtas retraxit, & ad Cor-
dubam ſe recepit. Caeſar [g] munitionibus Ateguam obpugnare, & brachia 3
circumducere coepit: [h] cujus rei Pompeio [i] quum nuncius eſſet [k] adlatus,
eo die proficiſcitur. Cujus [l] in adventum, praeſidii cauſſa Caeſar [m] complu- 4
ra caſtella occupavit, [7] partim ubi [n] equitatus, partim ubi [8] pedeſtris copia
in ſtatione, [o] & in excubitu caſtris praeſidio eſſe poſſent. [p] Hic in adven- 5
tu [q] Pompeji incidit, ut matutino tempore nebula eſſet craſſiſſima: [r] ita-

VARIAE LECTIONES.

que

a vulgo deeſt *id. animadvertiſſet* Edd. R. M. V. b deeſt L. pr. Dorv. c *flumine* MSS. 5. d *itaque* L. pr. e *Adteg.* MSS. 2. f *praeſc.* L. ſec. g *munitiones antiquas* Dorv. Edd. R. M. V. *m. antequam obpugnaret b.* Pet. Leidd. h *cui de* Pet. L. ſec. Dorv. Edd. pp. *cum de* L. pr. i deeſt L. pr. k *adductus* L. ſec. l *adventu.* L. pr. *in adventu* Dorv. m *cum pl. c. occupaſſet* Pet. Sc. L. pr. Dorv. Edd. R. M. V. n vulgo *ſuo equitatu p. ut p.* o deeſt *&* Dorv. Edd. pp. *ſtationes exc.* L. pr. p *hoc* Edd. R. M. V. q *Caeſaris in c. Pompejo* L. ſec. Dorv. Edd. R. M. V. r *ita illa* Pet. L. pr. Dorv. *in* deeſt L. ſec.

1. DE BELLO DECERNERE] Vocem antepenultimam neſcit *Norv.* Lege *primo quoque tempore bellum decernere*, quod valet finire, ſtatuere quae pars vicerit. De loquendi modo vide *J. Fr. Gronovium* ad *Livii* VII, 9. DAVIS. *Cur. ſec.* *De* abeſt quoque a Scaligerano, ac deleri volebat Ciacconius. Sed *bello decernere* eſt proeliari, bellare: *de bello decernere* eſt juſta pugna definire, uter in ſumma belli ſuperior futurus ſit. Quare nil muto.

2. QUUM ANIMADVERTERET ADVERSARIOS MINIME VELLE] Praemiſſa vocula lege, ID *cum animadverteret* &c. Hoc certe pronomen agnoſcunt *Petav. Norv. Reg. Beroald. Gryph.* & *Lugd.* 1576. DAVIS. *Cur. ſec.* Addidi *id*, MSS. auctoritate. A Daviſio nominatis accedunt Urſin. Leidenſes, Scalig. Dorv. Edd. Rom. Med. Vaſc. Steph. & aliae.

3. QUOS IDEO A VIA] Pulcherrima videtur Ciacconii emendatio; qui legit, (*ab Ulia.*) Quanquam nihil hic certum. CLARK. Non ſolum *ab Ulia* cum Ciacconio legendum puto, ſed & pro *ideo*, *Cordubam.* Nam *ideo* exſulat a Petav. & *quos quoniam* exſtat in Scal. Leid. pr. ac Dorvilliano.

4. FIRMISSIMUM &c.] Id eſt, ut ego quidem exiſtimo, Caeſar *Ateguam*, quod erat firmiſſimum *Pompeji* praeſidium, proficiſcitur. CLARK. De hac obſidione adi Frontin. l. III. c. 14. quem bene hic laudat Glandorpius, aliqua deeſſe ſuſpicans.

5. EA DIE PER VIARUM ANGUSTIAS] Editt. *Rom. Ven.* corrupte repraeſentant, *ea die nactus facultatem & anguſtias*; male etiam *Beroald. ea die nactus facultatem per viarum anguſtias.* MS. *Norvic.* exhibet *per viarum difficultatem & anguſtias*, quae ſana ac ſincera eſt lectio. DAVIS. Ut Ed. Rom. ita etiam Mediol. habet. Codd. Scal. & Leid. pr. *qua die facultatem & ang.* Clarkius Norvic. Codicis lectionem recepit.

6. MULTASQUE BALISTAS] Sic primus quod ſciam edidit Scaliger, cum in MSS. & Edd. prioribus ſit *multoſque laniſtas*, vel *multos laniſtas*, quomodo dant Petav. Scalig. & Leid. pr. Non male a Lipſio margini adſcriptum opinor *multoſque lixas*; qui bene cum carris ſive *inpedimentis* conveniunt: unde ſaepe in re militari tam hodierna quam antiqua junguntur.

7. PARTIM SUO EQUITATU, PARTIM UT PEDESTRIS COPIA] MS. Voſſii habet, [*partim UBI* (Edit. Rom. corrupte, *ſub*) *equitatus*, *partim UBI pedeſtris &c.*] Quae Lectio non mala. CLARK. Veriſſima eſt lectio *ubi equitatus*, *p. ubi &c.* quam agnoſcunt etiam Ciaccon. Pet. Scalig. Leid. pr. & Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. Stephan. & aliae. Leid. ſec. *ſub equitatu*, *p. ibi &c.* at Dorv. *ſub equitatu*, *partim ubi ped.* Ut utroque loco conjecit Ciacconius fruſtra. *Sub eq.* etiam eſt in Edd. pleriſque ante Scaligeranam.

8. PEDESTRIS COPIA —— POSSENT] Sic recte MS. *Norv.* Vide not. ad l. I. B. C. c. XLV. & l. II. c. VI. In editt. *pedeſtres copiae.* DAVIS. *Pedeſtris copia*) Ita reſtituit Daviſius ex MS. Elienſi.

que in illa obſcuratione cum aliquot cohortibus, [a] & equitum turmis [1] circumcludunt Caeſaris equites, & concidunt, ſic, ut vix in ea caede pauci effugerent.

1 VII. Inſequenti nocte [b] caſtra ſua incendit Pompejus, & trans flumen [c] Salſum per convalles caſtra inter duo oppida Ateguam & Ucubim in monte conſtituit. Caeſar in munitionibus, ceteriſque, quae ad oppidum
2 [d] obpugnandum opus fuerunt, [2] aggerem, vineaſque agere inſtituit. Haec loca ſunt [e] montuoſa, & natura edita ad rem militarem, quae [f] planitie dividuntur, Salſo flumine; [g] proxime tamen Ateguam, [h] ut ad flumen ſint
3 circiter paſſuum duo milia. Ex ea regione oppidi in montibus caſtra habuit poſita Pompejus in conſpectu utrorumque oppidorum, neque ſuis auſus
4 eſt ſubſidio venire. Aquilas [i] & ſigna habuit [k] XIII legionum: [l] ſed, ex quibus aliquid firmamenti [m] ſe exiſtimabat habere, duae fuerunt vernaculae, quae a Trebonio transfugerant; [n] una facta ex [o] coloniis, quae fuerunt
5 in his regionibus; quarta fuit [p] Afraniana ex Africa, quam ſecum adduxerat; reliquae [3] ex fugitivis auxiliares conſiſtebant: nam [q] de levi armatura, & equitatu, longe & virtute & numero noſtri erant ſuperiores.

1 VIII. Accedebat [r] huc, ut longius bellum duceret Pompejus; quod loca ſunt edita, & ad caſtrorum munitiones non parum idonea: nam fere to-

VARIAE LECTIONES.

a *Equitumque* L. ſec. Dorv. Edd. R. M. V. b deſunt *c. ſ.* in L. pr. c *Falſum* Edd. qdd. male. d deeſt Leidd. Pet. Dorv. e *montoſa* Edd. R. M. V. f *planitia* Edd. Scal. & ſeqq. pleraeque. V. ad l. I. B. Civ. 42. g *proxima* Dorv. *proximo* Reg. L. ſec. h *ut flumen ſit* Pet. L. pr. ſec. Dorv. Edd. pp: *ut id fl. ſit* L. ſec. in m. *paſſus* Dorv. Edd. R. M. V. i Sic MSS. non *hab. & ſigna.* k *poſita XIII l.* L. ſec. Edd. Vaſc. Gr. poſt. Steph. Str. *legionis* L. ſec. Dorv. l deeſt Dorv. Edd. R. M. V. m abeſt L. pr. n Sic MSS. & Edd. pp. non *& una. f. erat* L. ſec. Dorv. Edd. pp. o *colonis qui* Dorv. Edd. qdd. p *Afrania* L. pr. Dorv. q *& l.* Edd. Vett. aliquot male. r *hoc* Pet.

ſi. Cui ſuffragatur MS. Regius. Atque ita alibi loquuntur Caeſar atque Hirtius. Al. *pedeſtres copiae.* CLARK. Adde Pet. & Leid. pr.

1. CIRCUMCLUDUNT CAESARIS EQUITES, ET CONCIDUNT,] Utrum Caeſareani Pompejanos, an Pompejani Caeſareanos conciderent, ambiguum in hac locutione. Prius tamen verius videtur propter id, quod mox ſequitur (*equitatu longe & virtute & numero noſtri erant ſuperiores.*) CLARKE. Pro *cum aliquot* Goduinus legit *eum al.*

2. AGGEREM VINEASQUE AGERE INSTITUIT] Vineae quidem *agi* paſſim dicuntur, *agger* non item; ſed *jaci*, *ſtrui*, *duci*: In *Norv.* eſt, *Caeſar munitionibus — aggerem vineaſque agere inſtituit.* Forſan reponendum, *Caeſar munitionibus ceteriſque, quae ad oppidum oppugnandum opus fuerunt, aggerem vineaſque* ADDERE *inſtituit.* DAVIS. *Cur. ſec.* Fallitur vir doctus; nihil enim mutandum eſt. Nam licet jam jungerentur voces *aggerem agere*, vel ſic tamen recte ſe haberet lectio vulgata: cum ſoleant duo ſubſtantiva, licet connecti non poſſe viderentur, ſaepe adhaerere uni verbo. Id quod aliquoties jam monuimus: & ipſe Daviſius alibi notavit. Vide ad l. VIII. c. 5. Verum non opus eſt, eo recurrere. *Aggerem agere*, pro ceſpites ad aggerem faciendum comportare, habuimus B. Alex. c. 73 Sed & *agere aggerem* pro ducere, extendere non minus dici poteſt, quam *agere limites.* Quod Tacitus, Frontinus & alii uſurparunt. Vide ad Front. l. I. c. 3. §. 10. Aut *agere cuniculos*, de quo adi Scheff. ad Phaedr. F. 76. Non multum diſſimile *eſt agere radices* de arbore apud Ovidium & alios ſaepiſſime. Immo *agere turres* pro exſtruere videtur ſumere noſter c. 48.

3. EX FUGITIVIS AUXILIARES CONSISTEBANT] Ut barbaram hanc locutionem proſcribit Dodwellus. Quare Cl. Daviſius legit *In fugitivis.* Poſſes & delere praepoſitionem. Adi ad l. VI. cap. 22. *Pars victus in lacte, caſeo, carne conſiſtit.* Alioquin *conſtare ex illis* ſolet dici, cum quo verbo ſae-

totius ulterioris Hiſpaniae regio [1] propter terrae ſecunditatem, inopem
difficilemque habet obpugnationem, & non minus copioſam aquationem.
Hic [a] etiam propter barbarorum crebras excurſiones omnia loca, quae ſunt 2
ab oppidis remota, [b] turribus, & munitionibus retinentur, [2] &, [c] ſicut in
Africa, rudere, non tegulis, teguntur: ſimulque in his habent ſpeculas, 3
&, propter altitudinem, longe lateque [d] proſpiciunt. Item oppidorum 4
magna pars ejus provinciae [e] montibus fere munita, & natura excellenti-
bus locis eſt conſtituta, ut ſimul aditus adſcenſuſque habeat difficiles. Ita 5
ab [f] obpugnationibus natura loci [g] diſtinentur, ut civitates Hiſpaniae non
facile [3] ab hoſte [h] capiantur. [4] Id quod in hoc contigit bello: nam [i] ubi inter 6
Ateguam, & Ucubim, quae oppida ſupra ſunt ſcripta, Pompejus [k] habuit
caſtra conſtituta, in conſpectu duorum oppidorum, [l] ab ſuis caſtris circiter
milia paſſuum IV grumus eſt excellens natura, qui adpellatur Caſtra Po-
ſtumiana: ibi praeſidii cauſſa caſtellum Caeſar habuit conſtitutum.

IX. [m] Pompejus, [5] qui eodem jugo [n] tegebatur loci natura; &, [o] quod 1
remotum erat a caſtris Caeſaris, animadvertebat [p] loci difficultatem, &,
[q] quod flumine Salſo intercludebatur, non eſſe [r] commiſſurum Caeſarem,
ut in tanta loci difficultate [6] ad ſubſidium ſubmittendum ſe mitteret. Iſta 2
fre-

VARIAE LECTIONES.

a *Autem* L. pr. b vulgo *turribuſque.* c vulgo deeſt *&.* d *reſpic.* L. pr. e *in m.* L. pr. f *op-pugnantibus* Edd. pp. g *deſtin.* Leidd. *detin.* Dorv. *diſt. civ. Hiſp. ut* Gland. *& c. &c. capiuntur.* Dorv. h vulgo *hoſtibus.* i *cum* Leidd. Dorv. k *tunc h.* L. ſec. Edd. Vaſc. Gr. poſt. Steph. Str. *ut h.* Pet. l *a* MSS. 2. m *quod p.* Sc. L. pr. Edd. R. M. V. *& P.* L. ſec. *quod P. quod eod.* Pet. Urſ. n *tenebatur* Edd. pp. aliaeque. o deeſt Leidd. Sc. Pet. *remotus* Leid. ſec. Hic deficit rurſus Dorvill. uſque ad c. 15. p *ob loci d.* Gland. q *quia* Pet. L. ſec. r *permiſſ.* Edd. R. M. V. Ald. Gryph. Man. Plant. s *ita* Pet. L. pr. Edd. R. M. V.

ſaepe *conſiſtere* confunditur.

1. PROPTER TERRAE FECUNDITATEM, INOPEM DIFFICILEMQUE HABET OPPUGNATIONEM, ET NON MINUS COPIOSAM AQUATIONEM] *Buſlid.* habet *infecunditatem.* Recte. Nec minus recte *Lipſius* reponit, *non* nimis *copioſam aquationem.* Legas igitur velim, *propter terrae* inſecunditatem, *inopem difficilemque habet oppugnationem, & non* minus *copioſam aquationem.* Vide *Strabonem* l. III. p. 200. DAV. *Cur. ſec.* Non e codice Buſlidiano hoc videtur hauſiſſe Lipſius; ſed ejus eſſe conjectura: nam haec in excerptis, quae a Ciar. Fabricio habuit Davis. & a me viſa ſunt, ſaepe ita dubie ſcribuntur, ut neſcias, quid ſit ſtatuendum: Immo de toto illo Buſlidiano Codice aqua mihi haeret, & puto non illum indigitari a Lipſio; ſed Ed. Romanam Principem. Nam eaedem ſunt ſemper lectiones. Neque hic aliquid mutandum eſt. *Fecunditas terrae* faciebat, ut egerent materia ad aggeres ſtruendas, quia non ſilveſtris erat regio, ſed glebofa, & frumento ſerendo, ceteriſque frugibus apta. Si tamen ita haec capi poſſunt. Nam parum me hinc expedire, fateor.

2. SICUT IN AFRICA, RUDERE] Legendum ex editt. *Rom. Ven. Beroald. Et ſicut in Africa rudere* &c. Adi l. de B. Alex. c. 1. DAVIS. Recte monet Daviſ. ſcribendum *& ſicut in A.* uti eſt etiam in Med. Ed. Verum pro *turribuſque* inſuper legendum modo *turribus*: uti habent MSS. omnes & Editt. ante Scaliger.

3. AB HOSTIBUS] Reſcripſi, quod invenitur in Pet. Leid. pr. & Dorv. *ab hoſte.* Quod paullo elegantius eſt.

4. QUOD IN HOC CONTIGIT BELLO] MS. *Norv. idque in hoc contigit bello:* ſed legendum cum editt. *Rom. Ber. id quod in hoc contigit bello;* ſic enim loqui amat noſter. Vide quae notavimus ad l. III. B. C. c. XLIV. DAVIS. *Id quod* diſerte exſtat in Pet. Leid. pr. Dorv. & Edd. Mediol. Quare cum Clarkio id repoſui. Plura vide loco laudato.

5. QUI EODEM &c.] Codices nonnulli *quod.* pro *remotum* al. *remotus.* CLARK.

6. AD SUBSIDIUM SUBMITTENDUM SE MITTERET] Sic quidem edit. *Ber.* ac ita etiamnum loquuntur Galli. *Rom.* & *Venet.* exhibent *ad ſubſidium* com-
mit-

fretus opinione, tertia vigilia profectus caſtellum obpugnare [1] coepit, ut
3 laborantibus ſuccurreret. Noſtri, quum adpropinquaſſent, clamore repen-
tino, telorumque multitudine jactus facere coeperunt, uti magnam par-
4 tem hominum vulneribus adficerent. Quo [a] peracto, quum ex caſtello re-
pugnare coepiſſent, [b] & majoribus caſtris [c] Caeſari nuncius eſſet adlatus,
5 cum III legionibus eſt profectus: & quum ad eos adpropinquaſſet, fuga
perterriti multi ſunt interfecti, complures capti; [2] in quibus duo *. Multi
praeterea armis exuti fugerunt; quorum ſcuta ſunt relata LXXX.
1 X. Inſequenti luce [3] Arguetius ex Italia cum equitatu venit: is ſigna
Saguntinorum retulit V, quae ab oppidanis cepit. [4] Suo loco praeteritus
eſt,

VARIAE LECTIONES.

a *Pacto* MSS. 3. *caſtellis* Pet. b *majoribuſque* MSS. 3. c *Caeſaris legionibus e. ablatus* L. ſec.

mittendum *ſe mitteret.* In MS. *Norv.* legitur *ad ſubſidium veniret*, quae ſane phraſis eſt magis uſitata: hoc tamen non impedit, quo minus hic ab emendatore profectam arbitrer. DAVIS. Dele *hoc tamen* —— *arbitrer*, & adde: quumque *Petav.* etiam ſic repraeſentet, auctoris forte manum dant ii Codices. IDEM *Cur. ſec.* Scaliger ſecutus eſt Urſini Codicem. In Leidenſibus & aliis, atque Edd. Mediol. Ven. Vaſcoſ. Gryphii, Stephani, Manutii & pluribus eſt *ſubſid. committ.* Non male Gland. *ad ſubſidium ſubmitt. ſe committeret. Mittere ſe* eſſet dictum ut c. 4. *ad oppidum ſe dederunt.* Ita ſaepe *ferre ſe.* Immo *reportare ſe* infra c. 40. Aliud quid tamen latere puto.

1. COEPIT, UT LABORANTIBUS SUCCURRERET] Manifeſto abſurda eſt haec lectio, nec enim Pompejus laborantibus Caeſarianis ſuccurrendum putavit. Omnino, mutata diſtinctione, reſcribendum *oppugnare coepit. Ut laborantibus ſuccurrerent, noſtri quum appropinquaſſent* &c. quemadmodum ante me conjecit *Joan. Glandorpius.* Ineptit *Joan. Goduinus*, cui poſt ultimam vocem *Caeſar* videtur intelligendus. DAVIS. Locus hic mire torſit Interpretes. Manifeſto abſurda lectio, inquit Daviſius; ut *Pompejus* caſtellum *Caeſaris* oppugnaret, quo laborantibus *Caeſareanis* ſuccurreret. Goduinus hoc modo accipit: *Caſtellum oppugnare coepit* Pompejus, *ut laborantibus ſuccurreret* Caeſar: Inepte prorſus. Glandorpius igitur & Daviſius, mutata diſtinctione, emendant; (*caſtellum oppugnare coepit. Ut laborantibus* ſuccurrerent, *noſtri quum appropinquaſſent &c.*) Atque illud forte ſibi voluit Goduinus, licet diſtinctionem mutare omiſerit. Verum neque illa emendatio ſtare poterit. Nam illud, (*noſtri quum appropinquaſſent*,) non poteſt intelligi de Caeſareanis ad ſuccurrendum venientibus, quia *poſtea* narrat auctor nuncium Caeſari de caſtello oppugnato *primum* eſſe allatum, eumque *tum demum* cum legionibus ad ſuccurrendum appropinquaſſe. Quamobrem, re tota penſitata, lectionem vulgatam veram eſſe exiſtimo, atque hoc modo intelligendam. *Caſtellum* (Caeſaris) *oppugnare coepit* Pompejus, *ut laborantibus* (Ateguanis ſuis a Caeſare obſeſſis) *ſuccurreret. Noſtri* (in caſtello,) *quum appropinquaſſent* (Pompejani,) —— *telorum jactus* (eminus) *facere coeperunt;* —— *Quo peracto, quum ex caſtello* (cominus) *repugnare coepiſſent, & majoribus caſtris Caeſari nuncius eſſet allatus; cum III legionibus eſt profectus, &c.* CLARK.

2. IN QUIBUS] Edit. *Beroald.* duabus vocibus additis, repraeſentat *in quibus duo millia*; at, praeterquam quod alii omnes Codd. adverſantur, major eſt numerus quam ut huc conveniat: proinde cum MS. *Norv.* priorem etiam verborum bigam delendam arbitror, quippe quae omnino vacent. DAVIS. *In quibus* deſunt quoque Petaviano: quas voces ex Norv. Cod. audacter e textu ejecit Clarkius: at vero, *in quibus duo* —— *m.* legitur in Leid. pr. nec non in Scalig. quomodo exprimi curavi, aſteriſco addito *capti, in quibus duo * Multi.* Excidiſſe videtur vox, qua deſignabatur, quales hi duo fuerint, ut *tribuni* vel *centuriones*, ſimileſve.

3. ARGUETIUS] Glandorp. in Onom. nominat *Arguentium.* Adſcripſit vir doctus margini *A. Vettius* vel *Varguntejus.*

4. SUO LOCO PRAETERITUS EST,] Mira & inſolens locutio; in qua ſubintelligi videtur, *locus*, aut aliquid ſimile: Id quod alius dixiſſet, (*ſuo loco* praeteritum *eſt.*) Niſi illud (*praeteritus*) ad *Arguetium* referatur; Quod eſt mire obſcurum. Codices nonnulli, [*Suo loco* (vel *quo loco*) perterritus *eſt;*] ſcilicet *Arguetius.* Sed & id valde obſcurum. CLARK. In Norv. Ber. & Gryph. legitur *perterritus.* Sed *praeteritum* reſcribas oportet. DAVIS. *Cur. ſec. Praeteritus* primus ex Urſini Codice edidit Scaliger, quo facit Leid. pr. *praeterritus.* Ceteri cum prioribus Edd. *perterritus.*

Prae-

eſt, quod equites ex Italia cum Aſprenate ad Caeſarem veniſſent. Ea no- 2
cte Pompejus caſtra [a] ſua incendit, & ad Cordubam [b] verſus iter facere 3
coepit. Rex nomine [c] Indo, qui cum equitatu ſuas copias adduxerat, dum 4
cupidius agmen adverſariorum inſequitur, a vernaculis legionariis exce-
ptus eſt, & interfectus.

XI. Poſtero die equites noſtri longius ad Cordubam verſus [1] proſecuti [d] 1
ſunt eos, qui commeatus ad caſtra Pompeji ex oppido portabant: ex iis
capti L cum jumentis ad noſtra adducti ſunt caſtra. [e] Eodem die Q. Mar- 2
cius, tribunus militum qui [f] fuiſſet Pompeji, ad nos transfugit: [g] & noctis
tertia vigilia [2] in oppido acerrime [h] pugnatum eſt; ignemque multum mi-
ſerunt; [3] ſic ut [i] omne genus, quibus ignis per jactus ſolitus eſt mitti, [k] ex-
erceretur. Hoc praeterito tempore, C. Fundanius eques Romanus ex ca- 3
ſtris adverſariorum ad nos [l] transfugit.

XII. Poſtero die ex legione vernacula milites ſunt capti ab equitibus no- 1
ſtris [m] duo, qui dixerunt ſe ſervos eſſe; quum venirent, cogniti ſunt a mi- 2
litibus, qui antea [4] cum Fabio & Pedio fuerant, & a Trebonio transfuge-
rant. Eis ad ignoſcendum nulla eſt data facultas, & a militibus noſtris in-
terfecti ſunt. [5] Idem temporis capti tabellarii, qui a Corduba ad Pompejum 3
miſſi

VARIAE LECTIONES.

a deeſt vulgo. b abeſt L. ſec. c *Vido* L. pr. *Nido* Pet. d vulgo *perſec.* e *Eo die* Pet. *eaque d.* L. ſec. *M. Marc.* L. ſec. f *fuit* L. ſec. Edd. R. M. V. g *& n.* deſunt L. ſec. h *depugn.* Edd. R. M. V. i *& omne* vulgo. k deeſt vulgo. l *confugit* L. pr. m *tres* L. ſec. Celſ. etiam *duo.*

Praeteritum aliquem ſenſum habet: ſed videntur hic multa deeſſe. *Quo loco* Goduinus ex 2 Thuan. Codd. legit, uti & e conjectura *ex Italica.* Paullo poſt addidit *ſua* auctoribus MSS. omnibus & Edd. primis.

1. PERSECUTI] Sic recentiores Edd. Amſtelaedamenſis; Davis. Lugd. & Clarkii exhibent. Sed MSS. cuncti & Edd. Vett. item Scal. Jungerm. Cellarii &c. dant *proſecuti.* Quare id reddidi. Vide omnino ad l. v. c. 9. *Sed eos fugientes longius proſequi vetuit.* Sic & ſtatim cap. 14. *Dum longius proſequitur*, & ibid. *longius, noſtris cedentibus, proſequi.*

2. IN OPPIDO] Ab *Ateguanis* ſe fortiter defendentibus. CLARK. Ita bene etiam Cellar. *Ex op.* adſcripſit vir doctus.

3. SIC UT ET OMNE GENUS, QUIBUS IGNIS JACTUS SOLITUS EST MITTI] Addita vocula, ex MS. *Norv.* reſcribendum *ſolitus eſt mitti, exerceretur*, alioquin hiulca eſt oratio. De inſtrumentis, quibus ignis jaci ſolitus eſt, adiri poteri *Juſt. Lipſius* Poliorc. l. v. Dial. 1 r, & v. DAVIS. Scaliger & Recentiorum plerique; ſic ut *& omne genus.* Quae cum hiulca videretur oratio, Daviſius (addita ex MS. Elienſi voce *exerceretur.*) reponit, ſic, ut *& omne genus, quibus —— ſolitus eſt mitti*, exerceretur. Quae lectio proba eſt & bona. Sed & ſine iſta voce (ſi ex Editt. Rom. & Cellarii ſcribamus *ſicut*) integra erit oratio, ſicut *& omne genus, quibus ſolitus eſt mitti.* CLARK. Optime *exerceretur* addidit Daviſius ex MS. Elienſi; nam cum eo facit Petavianus: ſed tum delere debuerat *&*, quam particulam non agnoſcunt Petav. aut Leidenſes. Ceterum in Edd. primis ac Beroaldi legitur *omne earum rerum genus*; & in Scalig. ac Leid. pr. abeſt *quibus.* Librarii ſcilicet non potuerunt concoquere illam ſyntheſin *genus quibus:* ſed adi ad l. 11. B. G. c. XI. & ſaepius.

4. CUM FABIO] Sic Glandorp. Manut. Plantin. Scalig. & deinceps reliqui ediderunt. At Veteres Edd. item Gryph. & Steph. *Babilio* habent. *Badio* Leid. pr. *Babio* Urſin. & Petav. *Bobilio* Leid. ſec. Quod verum nomen ſit, neſcio. Nam & *Babilii*, *Babili*, *Balbilii*, & ſimilia nomina occurrunt. Dein legit Glandorpius *ut qui a Treb. aufugiſſent. ad Trebonium* MS. Reg. & Leid. ſec. male; nec melius *cum Trebonio transfug.* Leid. pr. Caeſareanarum partium fuit Trebonius. ejuſque in Gallia legatus. *A* non adeſt in Petav. Forte *& cum Trebonio, ac transfugerant.*

5. EODEM TEMPORE CAPTI TABELLARII] MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* exhibent *idem temporis*, quod a nuperis mutari non debuit. No-

ſter

miſſi erant, perperamque ad caſtra noſtra pervenerant, praeciſis manibus
4 miſſi ſunt facti. Pari conſuetudine, vigilia ſecunda, ex oppido ignem mul-
tum, telorumque multitudinem jactando, bene magnum tempus conſum-
5 ſerunt, complureſque vulneribus adfecerunt. Praeterito noctis tempore,
eruptionem [a] in legionem ſextam fecerunt, quum in opere noſtri diſten-
ti eſſent, acriterque pugnare coeperunt: quorum vis repreſſa a [b] noſtris,
6 etſi oppidani ſuperiore loco defendebantur. [1] Ii [c] quum eruptionem face-
re coepiſſent, [2] tamen virtute [d] militum noſtrorum, * qui etſi inferiore lo-
co premebantur, tamen repulſi adverſarii bene multis vulneribus adfecti
in oppidum ſe contulerunt.
1 XIII. Poſtero die Pompejus ex caſtris ſuis [3] brachium coepit ad flumen
Salſum [e] ducere: & quum noſtri equites pauci in ſtatione fuiſſent a plu-
2 ribus reperti, de ſtatione ſunt [f] dejecti, & occiſi tres. Eo die A. Valgius,
ſenatoris filius, cujus [g] frater in caſtris Pompeji fuiſſet, omnibus ſuis rebus
relictis, equum conſcendit, & fugit. Speculator de legione ſecunda Pom-
pejana

VARIAE LECTIONES.

a *Ad l.* Pet. Leidd. b *n. militibus* L. ſec. c vulgo *L.* d abeſt L. pr. e vulgo *facere.* f *projecti* Edd. R. M. V. g *pater* Lipſ.

ſter ſupra c. III. *Erat* idem temporis *Sext. Pompejus frater.* Ac iterum: *Incidit* idem temporis. Nec aliter c. XX. *Idemque temporis centuriones loricati:* ita enim ex MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* repoſui, cum in vulgg. *eodemque tempore* legeretur. Vide & c. XIII. DAVIS. Cum Clarkio reſcripſi *idem temporis;* nam ita quoque exhibent Petav. Leid. pr. & Scalig. cum Ed. Mediol. Vide ad Cap. 3. ſtatim *Idemque temporis glans. miſſa.* & c. 20. *Idemque temporis;* ut eſt in MSS. omnibus.

1. L. QUUM &c.] Legendum ex MS. *Norvic.* *ii quum* &c. nam facilis eſt in his rebus confuſio. Sic Bell. Afric. c. LXXXVII. ubi in vulgg. eſt *eorum caſtra* ii equites *adorti*; MS. *Norvic.* & vett. editi repraeſentant L *equites.* DAVIS. Optime ſane emendavit Daviſius *II* pro *L.* quod ſane ineptiſſimum erat. In meis tamen nulla eſt varietas. Nihilominus cum Clarkio *Ii* repoſui.

2. TAMEN VIRTUTE MILITUM NOSTRORUM, ETSI INFERIORE LOCO PREMEBANTUR, TAMEN REPULSI ADVERSARII] MSS. & editi omnes *tamen virtute militum noſtrorum*, qui *etſi* &c. ſed pronomen induximus, quippe quod manifeſto abundet, & ea certe minor eſt mutatio, quam *Scaligerana*, pro qua, tribus vocibus deletis, legendum eſſet *tamen virtute militum noſtrorum, etſi inferiore loco premebantur, repulſi, bene multis* &c. Illud *tamen*, quod locum poſteriorem obtinet, ſignificat *tandem*, qua de re diximus ad l. VIII. B. G. c. XIX. DAVIS. In omnibus MSS. & Editis legitur, qui *etſi* &c. Sed voculam iſtam *qui* & poſteriorem illam *tamen*, & vocem *adverſarii* delendas exiſtimat Scaliger. Daviſius mutationem iſtam nimiam arbitratus, omiſſa ſola iſta vocula *qui*, ceteras retinet, ſicut & nos edidimus. In eo tamen hic uti & alibi errat vir Doctiſſimus; quod poſteriorem illam *tamen* pro *tandem* exiſtimet eſſe uſurpatam. Eſt enim revera aliud nihil niſi repetitio, optimis auctoribus uſitato prioris illius *tamen*, poſt voces illas (*etſi* —— *premebantur*) parentheſi incluſis. Verum tamen, ut quod res eſt, dicam, cum & vocula illa *qui* in codicibus omnibus reperiatur, non poſſum non ſuſpicari, deeſſe forte aliquid, atque ita potius ſcribendum, *tamen virtute militum noſtrorum* **** (forte *rejiciebantur*, aut aliquid ſimile) QUI *etſi* —— *premebantur, tamen repulſi adverſarii* &c. Judicet Lector eruditus. CLARK. Dele *illud* tamen & ſequentia; & adde, Verum tamen legas oportet *tandem repulſi.* DAVIS. *Cur. ſec.* Clarkio adſentior putanti aliquod verbum ante τὸ *qui*, quod in MSS. meis quoque eſt, excidiſſe. *Tamen* ſecundo loco deeſt Leid. pr. *Repulſis adverſariis* ſine ſenſu dant Leid. ſec. Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. Steph. & Stradae.

3. BRACHIUM COEPIT AD FLUMEN SALSUM FACERE] MS. *Norvic.* pro voce ultima repraeſentat *ducere*, ac ita loqui amat noſter. Sic ſupra c. V. *Brachium ad pontem ducere coepit.* Infra c. XXIII. *Brachium ad flumen Salſum ducere coepit;* nec aliter paſſim ſcriptores optimi. DAVIS. *Facere* abeſt a Leidenſibus. Sed optime etiam Petav. *ducere.* quod repoſui. Adi ad Frontin. lib. 1, 5, 1.

Val-

pejana captus a militibus, & interfectus eſt: [a] idemque temporis glans 3
miſſa eſt, [b] inſcripta; *quo die ad oppidum capiendum accederent*, [c] *ſeſe ſcutum eſſe* [d] *poſiturum.* Qua ſpe nonnulli, [1] dum ſine periculo murum 5
adſcendere, & oppidum potiri poſſe ſe [e] ſperant, poſtero die ad murum opus facere coeperunt, & bene magna prioris muri [f] pars dejecta eſt*. Quo facto ab oppidanis, ac ſi ſuarum partium eſſent, [2] conſervati, miſſos [g] facere loricatos, [h] quique praeſidii cauſſa praepoſiti oppido a Pompejo eſſent, orabant. Quibus reſpondit Caeſar, *ſe conditiones dare, non accipere*, [i] *conſueviſſe.* [3] Qui quum [4] in oppidum [k] revertiſſent, relato re- 6
ſponſo, clamore ſublato, omni genere telorum emiſſo, pugnare pro muro toto coeperunt: propter quod fere magna pars hominum, qui in ca- 7
ſtris noſtris [l] eſſent, non dubitarunt, quin [m] eruptionem eo die eſſent facturi. Ita, corona circumdata, pugnatum eſt aliquamdiu vehementiſ- 8
ſime, ſimulque baliſta miſſa a noſtris turrem dejecit: qua adverſariorum, qui in ea turre [n] fuerant, v dejecti ſunt, & puer, qui baliſtam ſolitus [o] erat obſervare.

XIV. [5] Eo praeterito tempore, Pompejus trans flumen Salſum caſtel- 1
lum conſtituit: neque a noſtris prohibitus, [6] falſaque illa opinione gloriatus

VARIAE LECTIONES.

a Sic Pet. L. pr. Scal. vulgo *idem t. per idem t.* Edd. pp. *per idem tempus* L. ſec. Vaſc. Gryph. Steph. aliaeque. V. Cap. praec. de *glande miſſa* adi Brant. b deeſt L. ſec. c *ſe* MSS. 2. d *poſituros* Lipſ. e vulgo *ſperarent.* f *parte dejecta quo.* L. pr. Scal. Pet. in quo *Eo.* deſunt quaedam. g *fecerunt* L. ſec. *fecere* Edd. ante Ciacc. & Scal. praeter Vaſc. Steph. poſt. Str. h *qui pr.* Pet. L. pr. i *conſueſſe* L. ſec. Edd. qdd. k vulgo *reverſi eſſent.* l *erant* Edd. pp. ſed V. Cell. ad c. XI. §. 2. *dubitaverunt.* L. ſec. m *irrupt.* Edd. pp. Ald. Gryph. n *fuerunt* Edd. pp. o *eſt* L. pr.

Vallum in modum cavae Lunae duxit; & ad l. III, 17, 5. *bracchiis ab latere ductis.* B. Afric. c. 51. *duo brachia inſtituit duci*, & ſaepiſſime.

1. DUM —— OPPIDUM POTIRI POSSE SE SPERARENT] Auctor B. Africani cum aliis ſaepe ita loquitur. Adi ad c. 36. *Caſtellum* &c. *eſt potitus.* Hic tamen MSS. Urſin. Petav. Scalig. Leidenſes & Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. Steph. &c. habent *oppido.* Eadem eſt confuſio infra c. 16. §. 4. Praeterea pro *ſperarent* exhibui, ut exigit Latini ſermonis uſus, *ſperant*, atque ita eſt in MSS. Leidenſibus, Ciacconii & aliis. In Petav. eſt *ſperabant.* Vide ad B. Hiſp. c. 1. *Dum Caeſar in Italia detinetur*, & quo ibi lectorem mitto. cap. 14. *Dum longius proſequitur* & millies.

2. CONSERVATI —— ORABANT] Capti (ut videtur) nonnulli & ab oppidanis conſervati, Caeſarem invicem pro Pompejanis miſericordiam orabant. CLARK.

3. QUI] Petav. Leid. ſec. Edd. Vaſc. Gryph. poſt. Steph. Str. *illi.* Leid. prim. *ibi.* Lege *Ii.*

4. IN OPPIDUM REVERTISSENT.] Ita ex MS. Regio reſtitui. Eſtque elegantius; quam quod habent Editi, *reverſi eſſent.* Hujus enim verbi forma paſſiva in temporibus imperfectis frequentius utuntur optimi Auctores, (*revertitur*, *revertebatur*, *reverteretur*;) forma autem activa frequentius in perfectis, (*reverti*, *reverterim*, *revertiſſem*, *revertero.*) Sed & aliud hic notandum eſt. Nam in MS. Elienſi ſcriptum eſt, (*quum* oppido *revertiſſent.*) Quam ut veram demum eſſe lectionem exiſtimemus, facit ſimilis locutio infra c. 16. (*oppido repreſſerunt*;) quod alius dixiſſet, (*in oppidum.*) CLARK. *Revertiſſent* cum Clarkio reſtitui fide Codd. Petav. & Leidenſium, ut & c. 18. *In oppidum* ſervant mei. Vide tamen ad l. VIII, 12. *elicerent inſidiis*, & infra c. 24. *dejecti planitiae.* c. 38. *jugo dejicere.*

5. EO PRAETERITO TEMPORE] In Petav. Scalig. Leid. pr. exaratur *ejus praeteriti temporis.* Fors *ejus puncto temporis.* V. Brant. ad B. Civ. l. II, 14, 25. B. Afric. c. 15. Liv. l. III, 27.

6. FALSAQUE ILLA OPINIONE] Ex MS. *Norv.* reponendum *falſa illa opinione*, nam delenda eſt particula copulans, quippe quae ſenſum turbat. DAVIS. Sed perinde eſt. Nam pro eo, quomodo diſtinguas; aeque erit, ſive ſcribas, (*caſtellum conſtituit: Neque a noſtris prohibitus*, falſa *illa opinio-*

2 tus eſt, quod prope in noſtris partibus locum tenuiſſet. Item [a] inſequenti
die eadem conſuetudine dum longius proſequitur, quo loco equites no-
ſtri [b] ſtationem habuerant, aliquot turmae cum levi armatura, [c] inpetu
facto, loco ſunt dejectae, & propter paucitatem noſtrorum equitum, [1] ſi-
3 mul cum levi armatura inter turmas adverſariorum protritae. Hoc in con-
ſpectu utrorumque caſtrorum gerebatur: & majore Pompejani exſultabant
4 [d] gloria, longius [e] quod, noſtris cedentibus, proſequi [f] coepiſſent. Qui
quum [2] aliquo loco a noſtris recepti eſſent, ut conſueſſent, ex ſimili vir-
tute clamore facto, [g] averſati ſunt proelium facere.

1 XV. Fere apud exercitus haec eſt equeſtris proelii conſuetudo; quum
eques ad dimicandum, dimiſſo equo, cum pedite [h] congreditur, nequa-
2 quam par habetur. Id quod in hoc accidit [i] certamine. Quum pedites,
[k] ex levi armatura lecti ad pugnam, equitibus noſtris nec opinantibus
[3] veniſſent; [l] idque in proelio animadverſum eſſet; [4] complures [m] ex equis
3 deſcenderunt. [n] Ita exiguo tempore eques pedeſtre, pedes equeſtre proe-
lium facere coepit, uſque eo, ut caedem proxime a vallo [o] fecerint; in quo
4 proelio adverſariorum ceciderunt CXXIII. compluresque armis exuti, mul-
ti vulneribus adfecti in caſtra [5] ſunt redacti: noſtri ceciderunt III. ſaucii
5 XII pedites, [p] equites V. Ejus diei [q] inſequenti tempore, [r] priſtina conſue-
6 tudine pro muro [s] pugnari coeptum eſt. Quum bene magnam multitudi-
nem

VARIAE LECTIONES.

a *ſeq.* L. pr. b *inſt.* L. pr. c deſunt Edd. R. M. V. dein vulgo *ſimulque.* d *letitia* L. pr. e *que* Pet. L. pr. f *coeperunt* L. pr. *coeperant* Pet. g Edd. pp. Gryph. aliaeque *adverſati* male. h vulgo *progred.* i *proelio* Leidd. k deeſt Leidd. Edd. R. M. V. l *id quod cum in pr.* Edd. R. M. V. m vulgo *equites.* n *itaque* L. pr. o *facerent* Dorv. p Sic L. pr. Dorv. vulgo *& eq.* q *ſeq.* L. ſec. Dorv. Edd. pp. r *pro priſt.* L. pr. s *proeliari* Dorv. Edd. R. M. V.

pinione gloriatus eſt:) Sive, (*caſtellum conſtituit, neque a noſtris probibitus;* Falſaque *illa opinione gloriatus eſt, &c.*) CLARK. *que* tamen abeſt quoque a Petav. *illa* exſulat a Leid. pr.

1. SIMULQUE LEVI ARMATURA] Joanni Glandorpio legendum videtur *ſimulque levis armaturae.* Edd. Rom. Ven. Beroald. exhibent *ſimulque cum levi armatura.* Rectius MSS. Norvic. *ſimul cum levi armatura.* ac ita reſcribendum. DAVIS. *ſimul cum.* Ita recte reſtituit Daviſius ex MS. Elienſi. Quomodo & in MS. Voſſii ſcriptum eſt. Al. *ſimulque levi* vel *ſimulque cum levi* &c. Quod ſententiam turbat. CLARK. *Cum* addunt quoque Leidenſes, & Ed. Mediol. Sed Elienſi & Voſſ. Codd. accedunt Petav. & Scalig. una cum Edd. Vaſc. Gryph. poſt. Steph. & Stradae, quare ita edidi. Quamvis & *levis* poſſit legi vel *ſimul levi armatura.* nam *ſimul* ita ſolet cum Ablativo conſtrui. Vide praeter alios Cel. Burmann. ad Val. Flacc. IV, 88. & Drak. ad Liv. l. I, 31. *ſimul patria.* Ceterum in Leid. pr. eſt *dejecti*, ac *proterriti* pro *protriti*, ut habet Ed. Ven. Quod facile defendi poſſet ex iis, quae congeſſi ad l. III. B. G. c. 9.

2. ALIQUO LOCO] *Aequo loco* malim cum Lipſio. Cap. ſeq. *congreditur* exhibui, fide Codd. Petav. Leidenſium, Ciacconii, loco *progreditur.* Pro *recepti* conjicit Glandorpius legendum eſſe *excepti.*

3. VENISSENT] Glandorpius addi vult *auxilio.* Rectius Voſſius conjecit *ſubveniſſent.* Sed *venire alicui* pro *advenire* tam in bonam quam malam partem adhibetur. Adi notata ad l. VIII. cap. 12. Cort. ad Salluſt. B. Jug. c. 4. *Commodum Reip. venturum.*

4. COMPLURES EQUITES] MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii & Edd. Vett. *ex equis.* Quod idem eſt. CLARK. *Ex equis* etiam Ciaccon. Pet. Leidenſes, Scalig. & Edd. primae. Quod cur mutaverint, neſcio. Retinuere tamen Vaſc. Gryph. poſt. Steph. & alii.

5. SUNT REDACTI] Rectius forſan Leid. pr. habet *reducti.* niſi placeat magis Heinſiana conjectura *rejecti.* Verum *redacti* hoc ſenſu noſter quo-

nem [a] telorum, ignemque [1] noſtris defendentibus injeciſſent, nefandum
crudeliſſimumque facinus ſunt adgreſſi, in conſpectuque noſtro [b] hoſpi-
tes, qui in oppido erant, jugulare, & de muro praecipites mittere coe-
perunt, [c] ſicuti apud barbaros: quod poſt hominum memoriam numquam
eſt factum.

XVI. Hujus diei extremo tempore [3] a Pompejanis clam [ad] noſtros 1
tabellarius eſt miſſus, ut ea nocte turres aggeremque incenderent, & III
vigilia eruptionem facerent. Ita igne telorumque multitudine jacta, quum 2
bene magnam partem muri conſumſiſſent, portam, quae e regione & in
conſpectu Pompeji caſtrorum [d] fuerat, aperuerunt, copiaeque totae eru-
ptionem fecerunt, ſecumque extulerunt [4] calcatas ad foſſas complendas,
& harpagones ad caſas, quae [5] ſtramentitiae ab noſtris hibernorum cauſſa
aedificatae erant, diruendas, & incendendas; praeterea argentum, [e] & 3
veſtimenta, ut, dum noſtri in praeda [f] detinerentur, illi, caede facta, ad
praeſidia Pompeji ſe reciperent: nam, quod [6] exiſtimabat, eos poſſe [g] co-
natum efficere, nocte tota ultra ibat flumen Salſum in acie. Quod factum 4
[h] licet nec opinantibus noſtris eſſet geſtum; tamen virtute freti, repulſos,
multiſque vulneribus adfectos oppido repreſſerunt, praedaque [i] & armis
eorum ſunt potiti, vivoſque aliquos ceperunt, qui poſtero [k] die ſunt in-
terfecti. Eodemque tempore transfuga nunciavit ex oppido, [l] Junium, 5
qui

VARIAE LECTIONES.

a deeſt L. pr. b abeſt L. pr. c Ita MSS. non *ſicut.* d *erat* L. pr. e deeſt Pet. L. pr. Dorv. f Pet. & Dorv. *detinentur.* V. ad B. Afr. c. 88. *diſtiner.* Edd. qdd. g *conatu* Sc. Dorv. *conatu* Pet. non male. h *&* Sc. Leidd. *etſi* Pet. i *armiſque* Pet. Dorv. L. ſec. *praedam armaque* L. pr. V. ad c. 1. §. 4. k Sic cum Edd. nonnullis MSS. non *ſ. int. d.* l *vinium* L. ſec.

quoque c. 34. *eruptionem fecerunt; at, bene multis interfectis, in oppidum ſunt redacti.*

1. NOSTRIS DEFENDENTIBUS] Defendentibus ſe ſcutis ſuis vel ſub muſculo &c. CLARK.

2. HOSPITES JUGULARE] Pompejani milites nimirum, jugulabant oppidanos, qui eos hoſpitio exceperant: ut patet ex infra dictis c. 16. *Jugulatione oppidanorum.* c. 18. in f. & c. 22. *Quum viderent hoſpites jugulari.* CLARK.

3. A POMPEJANIS CLAM NOSTROS TABELLARIUS EST MISSUS,] Mire hic caecutierunt Editores omnes; qui exhibent, (*a Pompejanis clam AD noſtros tabellarius eſt miſſus*:) Senſu plane nullo. Cum e contrario mens Auctoris manifeſta ſit, *a Pompejanis* (Pompeji exercitu extra oppidum) *clam noſtros* (vel *clam noſtris*) *tabellarium* in oppidum *miſſum.* Quare vox illa *ad*, utcumque libris reclamantibus, neceſſario rejicienda eſt. Niſi forte (quandoquidem in uno libro repperi; *ad clam noſtros*) legendum ſit *ad* OPPIDANOS, *clam noſtris* &c. CLARKE. Cum Cl. *Clarkio* legendum *clam noſtros*, deleta voce, quam reſpuit mens auctoris. Illius conſtructionis exempla dedimus ad hujuſce libri c. 8. DAVIS. *Cur. ſec.* Uncis incluſi ſuſpectam vocem.

4. CALCATAS AD FOSSAS COMPLENDAS] MS. *Thuan.* & edit. *Rom. culcatas*: MS. *Norvic. cultatas*, unde forſan legi poſſit *culcitas*, cujus diminutivum *culcitula*, licet in aliis ſit *culticula.* notante *Feſto*, *fuſticulus quidam ligneus in ſacris dicebatur.* Ad oram nonnullorum Codicum legitur *crates*, quae vox, hujus explicandae gratia, margini eſt adſcripta. DAVIS. *Cultatas* eſt etiam in MSS. Leid. pr. Thuan. & Scalig. Quare *culcitas* non diſplicet.

5. STRAMENTITIAE AEDIFICATAE] Hoc repertum in Urſini Codice exhibuit primus Scaliger. Recte. Confirmant enim Petav. Leid. ſec. Voſſ. & Dorv. Eſtque hoc Adjectivum apud Petron. c. 63. & in Gloſſis. In Scalig. eſt *ſtramine.* Sed Leid. pr. ſervat ante vulgatum *ſtramentis.* quod etiam defendi poteſt ex l. VIII. c. 5. *tecta, quae ſtramentis erant inaedificata.*

6. EXISTIMABAT] Pompejus. Rhellicanus ad tabellarium refert. Inepte. De locutione *Oppido repreſſerunt* vide ſupra ad c. 13. §. 6. CLARKE.

 1. Ju-

qui in cuniculo ſuiſſet, [1] jugulatione oppidanorum facta, clamaſſe, *faci-*
6 *nus ſe nefandum, & ſcelus feciſſe: nam eos nihil meruiſſe, quare tali poe-*
na adficerentur, qui eos ad aras & focos ſuos recepiſſent, eoſque hoſpi-
tium ſcelere contaminaſſe: multa praeterea dixiſſe: qua oratione [a] deter-
ritos amplius jugulationem non feciſſe.

1 XVII. Ita poſtero die Tullius legatus cum [2] Catone Luſitano venit,
& apud Caeſarem verba fecit: *Utinam quidem Dii inmortales feciſſent,*
ut tuus potius miles, quam Cn. Pompeji, factus eſſem, & hanc virtutis
2 *conſtantiam in tua victoria, non in illius calamitate praeſtarem:* [3] *cujus*
funeſtae laudes [b] *quippe ad hanc fortunam reciderunt, ut* [c] *cives Roma-*
ni, [d] *indigentes praeſidii,* [e] *& propter patriae luctuoſam perniciem de-*
damur hoſtium numero: qui neque in illius [f] *proſpera acie primam fortu-*
3 *nam, neque in adverſa ſecundam obtinuimus victoriam: qui legionum tot*
inpetus [g] *ſuſtentantes, nocturnis diurniſque operibus gladiorum ictus,*
4 *telorumque miſſus exſpectantes, victi, & deſerti a Pompejo, tua virtu-*
te ſuperati, ſalutem a tua clementia depoſcimus; [h] *petimuſque, ut, qua-*
lem te [i] *gentibus praeſtitiſti, ſimilem in civium deditione* [k] *praeſtes.* [4] *Et*
qualem, ait, *gentibus me praeſtiti, ſimilem in civium deditione praeſtabo.*
XVIII.

VARIAE LECTIONES.

a *Deterritum* Pet. *deterritus* Leidd. b *quoniam* Ed. Ven. c *concives* Reg. *c.* X L. ſec. d *indignantes* L. ſec. e delet τὸ & Gland. f deeſt L. ſec. Dorv. Edd. R. M. V. g *ſuſtentaſſent* L. ſec. Dorv. h *que* abeſt L. pr. i *aliis* g. Edd. Vaſc. Gr. poſt. Steph. Str. k *praeſtari* L. pr.

1. JUGULATIONE OPPIDANORUM FACTA] Hanc locutionem plus vice ſimplici adhibuit noſter, eam tamen *Joan. Brantius* barbariſmi inſimulat. Sed perperam; eodem enim modo *occiſionem facere* dixerunt ſcriptor ad Herennium *l.* IV. pag. 38. A. & *Cicero* de Invent. l. II. p. 66. ed. Lambin. DAVIS.

2. CATONE] *C. Antonio* ex Cap. ſeq. emendadavit Glandorpius, cum tamen in omnibus MSS. ſit *Catone.* Alterum etiam recepit jam Clarkius. Sed & *Catone* habet Celſus, & ex Cap. ſeq. non patet clare, *Antonium* hic innui. Vide ibi notas.

3. CUJUS FUNESTAE LAUDES —— EXSPECTANTES] Haec Librariorum vitio videntur corrupta, aut mutila, ut ſine meliorum Codd. ope ſanari non poſſint. Ejuſmodi tamen libros ſperare non licet, cum hicce locus *Julii Celſi* tempore aeque fuerit vitiatus. Vide vit. Caeſ. p. 241. DAVIS. Hoc eſt *quippe cujus funeſtae laudes &c.* Quam verborum tranſpoſitionem quoniam non animadverterat Daviſius, locum hunc mutilum exiſtimavit. CLARK. At MSS. Urſin. & mei omnes habent cum Edd. primis *quoniam* ſeu *qm.* Et pro *dedamur* ſtatim Leidenſes, Scalig. Dorvill. & Edd. pp. *dedimur.* Pro eo male Glandorpius vult ſcribi *habeamur in h. numero.* Adi tu notas ad l. VI. c. 6. *hoſtium ſe habiturum numero.*

4. ET QUALEM, AIT, GENTIBUS, ME PRAESTITI, SIMILEM IN CIVIUM DEDITIONE PRAESTABO] Hoc reſponſum, quod a vulgg. aberat, ex MS. *Thuan.* addidi. MS. *Norvic.* locum ſic exhibet: *ut clementiam, quam victis gentibus praebuiſti, calamitoſis civibus tuis non deneges.* Cui Caeſar, *ſe non acerbiorem in cives fugatis;* non male, ſi pro voce ultima *futurum* reponamus. DAVIS. Idemque reſponſum in MS. Regio repperi. Caeterum in MS. Elienſi totus hic locus ita exhibetur, (quod & idem notavit Daviſius;) [*Ut clementiam, quam victis* (MS. Voſſii, *aliis*) *gentibus praebuiſti, calamitoſis civibus tuis non deneges. Cui Caeſar;* " *ſe non acerbiorem in cives* (MS. *fuga-* „ *tis*; ſed emendat Daviſius) *futurum.* ") CLARKE. Totus autem locus ex *Petaviano* MSto, ſic eſt conſtituendus, *Oramuſque, ut clementiam, quam victis gentibus praebuiſti, calamitoſis civibus tuis non deneges.* Cui Caeſar, *ſe non acerbiorem in cives futurum, quam in hoſtes venia donatos fuerit,* reſpondit: *Remiſſis itaque legatis* &c. DAVIS. *Cur. ſec.* Reſponſum Caeſaris abeſt a MSS. meis quoque, & cetera habent, ut legitur in vulgatis. Cum Petav. & aliis facit Celſus ſcribens. *finis autem fuit, ſe a Pompejo deſertos, victos a Caeſare, ſeque & oppidum dedere atque orare, ut cle-*

XVIII. [a] Remiſſis legatis, [1] quum ad portam veniſſet Tib. Tullius, [b] & 1
quum eum introeuntem C. Antonius inſecutus non eſſet, [2] revertit [c] ad
portam, & hominem adprehendit. Quod Tiberius quum fieri animad- 2
vertit, [3] ſimul [d] pugionem eduxit, & manum ejus incidit. [4] Ita refugerunt
ad Caeſarem. [e] Eodemque tempore ſignifer de legione prima transfugit; 3
& [5] nunciavit, quo die equeſtre proelium factum eſſet, [6] ſuo ſigno periſſe
homines xxxv. neque licere [f] caſtris Cn. Pompeji [g] nunciari, neque dici
periſſe quemquam. [h] Servus, cujus dominus in Caeſaris caſtris [i] fuiſſet, 4
[k] uxoremque & filium in [l] oppido reliquerat, [m] dominum jugulavit, &
ita

VARIAE LECTIONES.

a *Rem. itaque l.* Pet. b vulgo abeſt *&* c vulgo *reverſus eſt.* d vulgo *ſimulque p. eduxiſſet.* e *Eodem* L. pr. f *in c.* Edd. pp. Vaſc. Gr. poſt. Steph. Str. cum Gland. g *nunciare n. dicere* L. pr. h *ſervos* L. pr. Dorv. i *fugiſſet* Edd. qdd. male. k *que* abeſt MSS. 4. *filios* Sc. L. pr. l *oppidum* L. pr m *domicilium* L. pr. infra c. 20. in MSS. *dominam.*

clementiam quam victis gentibus praebuiſſet, ſuis civibus non negaret. Additque Celſus *Multa praeter haec locutus eſt, quae ſcriptorum vitio confuſa vix intelligi poſſunt* &c.

1. QUUM AD PORTAM —— APPREHENDIT] In MS. *Norvic.* legitur *quum ad portam veniſſent Ti. Tullius, quum introeuntem C. Antonium ſecutus non eſſet, revertit ad portam.* Optime, ſi interpungas *quum ad portam veniſſent, Ti. Tullius quum introeuntem* &c. nam ex ſeqq. liquet Ti. Tullium ab Antonio apprehenſum fuiſſe. DAVIS. *Veniſſent*;) Sic MS. Elienſ. Al. *veniſſet.* Dein *Tib. Tullius quum introeuntem C. Antonium inſecutus non eſſet, revertit ad portam & hominem apprehendit. Quod Tiberius quum fieri animadvertit, &c.* ex MS. Elienſi reſtituendum optime vidit Daviſius. Id enim velle videtur Auctor; quum *Tib. Tullius* introeuntem *C. Antonium* inſecutus non eſſet, revertiſſe *Antonium* ad portam & *Tib. Tullium* apprehendiſſe: Quod *Tiberius* quum fieri animadvertit, &c. Vulgg. habent, [*Tib. Tullius, quum eum introeuntem C. Antonius inſecutus non eſſet,* (MS. Reg. *inſecutus eſſet*) *reverſus eſt ad portam, & hominem apprehendit: Quod Tiberius quum fieri animadvertit, &c.*] Verum iſta Lectio ferri non poteſt; quia iſto modo dicitur Tib. Tullius revertiſſe ad portam, & C. Antonium apprehendiſſe: Id quod non convenit cum ſequentibus verbis, (*Quod* Tiberius *quum fieri animadvertit, &c.*) CLARK. Cum Elienſi facit Petav. *veniſſent* eſt etiam in Leid. ſec. & Dorv. Dein *& quum int.* Leid. pr. *& eum* Edd. Vaſc. Gryph. poſt. Steph. Str. *& quum eum* Leid. ſec. bene. *Eum* abeſt a Dorv. quoque. Nihil in ceteris muto. Nam & vox *Tiberius* potuit inrepſiſſe pro *Antonio.* Poteſt pro *&* etiam legi *is.*

2. REVERTIT] Sic MSS. Reg. Elienſ. & Voſſii. Vulgg. *reverſus eſt.* Minus eleganter. Vide quae ſupra ad c. 13. CLARK. Adde Pet. Scal. Leid. pr. & Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. Steph. & alias. Gland. conjicit: *Quidam reverſus ad p. hominem* &c.

3. SIMULQUE PUGIONEM EDUXISSET] Repone ſtatim ex MS. *Norvic. ſinu pugionem eduxit, & manum ejus incidit.* DAVIS. Sinu *pugionem* eduxit, & *manum &c.*) Ita ex MS. Elienſi recte reſtituit Daviſius. MS. Voſſii exhibet, (ſimul *pugionem* eduxit, & *manum* &c.) Scaliger aliique; (ſimulque *pugionem* eduxiſſet, *manum &c.*) CLARKE. *Sinu* dat etiam Petav. Codex. Ut apud Apulej. l. 11. in fine *Gladium ſinu liberatum adripio.* Sed ceteri *ſimul* retinent, quod non damno; niſi quod in Leid. pr. ſit *ſemel.* Cetera conſtitui, ut Daviſius & Clarkius voluerunt, auctoribus MSS. & Edd. primis. In Vaſc. Gryph. poſt. Steph. & Stradae eſt *ſimul & p. eduxit, & m. Simulque eduxiſſet* jam Aldus, Gryph. Manut. aliique ante Scaligerum exhibent.

4. REFUGERUNT AD CAESAREM] Videtur legendum, *refugit*, vel *refugere*; ſcilicet Tiber. Tullius. Niſi poſt iſtam conflictationem uterque (& Tib. Tullius & C. Antonius) ad Caeſarem deinceps refugerunt. Aut forte alius quiſpiam, Tib. Tullium comitabatur; ut *Cato Luſitanus*, qui ſupra, c. 17. in MSS. Codicibus, pro *C. Antonio Luſitano*, legitur. Obſcure enim admodum haec narrata ſunt omnia. CLARK. V. God.

5. NUNCIAVIT] Petav. Leid. pr. *non timuit.* Leid. ſec. Dorv. Edd. primae *innotuit.* An *& eo innotuit*?

6. SUO SIGNO] Unicuique manipulo ſuum erat ſignum. *Varro* L. L. l. IV. *Manipulus; minima exercitus manus* (erant in ſingulis legionibus manipuli XXX. Vide *A. Gellium* N. A. l. XVI. c. IV.) *quae unum ſequitur ſignum.* Quidam tamen ſingulis centuriis ſingula dant ſigna. Adi *Juſt.* Lip-

ita clam a Caeſaris praeſidiis [1] in Pompeji caſtra [2] diſceſſit, & indicium
glande ſcriptum miſit, per quod certior fieret Caeſar, quae in oppido ad
5 defendendum compararentur. Ita, litteris acceptis, quum in [a] oppidum
[3] revertiſſent, qui mittere glandem [4] inſcriptam ſolebant, inſequenti tem-
pore duo Luſitani fratres transfugae nunciarunt, [5] quam Pompejus con-
cionem habuiſſet: *quoniam oppido ſubſidio non poſſet venire, noctu ex
adverſariorum conſpectu ſe deducerent ad mare verſum:* unum reſpondiſ-
ſe, *ut* [6] *potius ad dimicandum deſcenderent, quam ſignum fugae oſtende-*
6 *rent*; [b] eum, qui ita locutus eſſet, jugulatum. Eodem tempore tabellarii
ejus deprehenſi, qui ad oppidum veniebant, quorum litteras Caeſar oppi-
danis [7] objecit, &, qui vitam ſibi [c] peteret, juſſit turrem ligneam oppida-
7 norum incendere: id ſi feciſſet, ei ſe promiſit omnia conceſſurum: quod
8 difficile erat factu, ut eam turrem ſine periculo quis incenderet. [8] Ita ** fa-
cturus

VARIAE LECTIONES.

a *Oppido* Dorv. vulgo *reverſi eſſent.* & *ſcriptam.* b vulgo *tum.* c *peterent* & *feciſſent eis pr.* L. pr.

Lipſii Mil. Rom. l. II. Dial. VIII. DAVIS.

1. IN POMPEJI CASTRA] MS. Reg. (*In Pompeji* caſtris.) Vide ſupra ad l. IV. c. 12. CLARK.

2. DISCESSIT, ET INDICIUM GLANDE SCRIPTUM MISIT, PER QUOD CERTIOR FIERET CAESAR, QUAE IN OPPIDO AD DEFENDENDUM COMPARARENTUR.] Liquet ſervum iſtum non hoc ideo feciſſe, quod Caeſaris partibus ſecreto faveret. Infra enim mox a Caeſare in oppido captus, & vivus combuſtus narratur; c. 20. Aut igitur hoc, de glande inſcripta miſſa *per oſtentationem* factum intelligendum eſt, quod fortius eſſet oppidum, quam ut id ſervus iſte expugnari a Caeſare poſſe exiſtimaret: Aut pro, *Caeſar*, ſcribendus eſt, *Pompejus*; ut intelligatur ſervus iſte, poſtquam in Pompeji partes diſceſſerat, ſe in oppidum contuliſſe, & inde indicium glande ſcriptum in caſtra Pompeji miſiſſe, quo certior fieret Pompejus, quae in oppido ad defendendum compararentur: Aut denique, quod potius arbitror, forte deeſt hic aliquid; Et ſcribendum, [*in Pompeji caſtra diſceſſit; &* *** (non ſervus iſte qui in Pompeji caſtra diſceſſerat, ſed alius aliquis ex oppido) *indicium glande ſcriptum miſit, per quod certior fieret Caeſar; quae in oppido ad defendendum compararentur.*] Firmat hanc ultimam conjecturam id, quod ſequitur; (*Ita, litteris acceptis, quum in oppidum revertiſſent*, qui *mittere glandem inſcriptam* ſolebant, *&c.*) Quicquid eſt, totum hunc locum intactum praetermiſerunt Editores. CLARK. Vocem *Caeſar* ſimpliciter delebat Lipſius.

3. REVERTISSENT] Sic MSS. Reg. & Elienſis; Niſi quod poſterior habeat (*revertiſſet.*) Vulgg. *reverſi eſſent.* Vide quae ſupra ad c. 13. CLARK. *Revertiſſet* etiam Pet. & Leid. ſec. Sed *revertiſſent* Scal. & Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. &c.

4. INSCRIPTAM] Sic MSS. Reg. & Elienſis. Al. *ſcriptam.* CLARK. Adde Petav. Leid. pr. & Dorv. ut c. 13. Vide tamen ad Veget. l. 1, 8.

5. QUAM POMPEJUS CONCIONEM HABUISSET;] MSS. Reg. & Elienſis, (*Pompejum concionem habuiſſe.*) Quod idem eſt. CLARK. Item Petav. & Leid. pr. Qui tamen habet *nunciaruntque. Pompejum* etiam Leid. ſec.

6. POTIUS —— JUGULATUM] MS. *Norv.* exhibet *potius ad dimicandum* deſcenderet, *quam ſignum fugae* oſtenderet; eum, *qui ita locutus eſſet, jugulatum.* Ad vocem ultimam quod attinet, melius, ut opinor & rectius. DAVIS. Sic & Petav. Quare *eum*, accedentibus inſuper MSS. Urſin. Leid. pr. Dorvill. Scalig. & Edd. Rom. Med. Ven. reſtituo: Neque aliter Celſus.

7. OBJECIT] Malim, quod inveni in Petav. & Leid. pr. *abjecit.* & vide, quae ſcripſi ad l. v. cap. 48. *Ut tragulam intra munitiones abjiciat.* & Cl. Burm. ad Suet. Ner. c. 34. & in Add. *abjecto clam pugione:* ubi eadem varietas.

8. ITA ** FACTURUS DE LIGNO,] Locus mutilus. Deeſſe videtur, *ignem.* MSS. plurimi habent corrupte, (*Ita fune crure de ligno.*) Unde ex conjectura reponit Goduinus, (*Ita fune crure deligato,*) he ſcilicet in oppidum interea transfugeret: Sed ea conjectura non multum probabilis. CLARKE. Duo *Thuanei*, *Petav.* & *Norvic.* dant, *ita fune crure de ligno.* Unde *Goduinus* legit, *ita fune crure deligato.* Quod nulla veriſimilitudinis nota tingitur. Legas velim, *ita facturus, turri ligneae cum propius acceſſiſſet.* DAVIS. *Cur. ſec.* D. Voſſius adſcripſit olim margini *Ita face turrim de ligno* &c. Certe verius aliorum conjecturis. Lipſius τὸ *de ligno* expungebat. In MS.
Urſ.

ſturus de ligno quum propius acceſſiſſet, ab oppidanis eſt occiſus. Eadem nocte transfuga nunciavit, Pompejum, & Labienum, de jugulatione oppidanorum indignatos eſſe.

XIX. Vigilia ſecunda propter multitudinem telorum turris lignea, quae 1
noſtra fuiſſet, ab imo vitium fecit, uſque ad tabulatum ſecundum & ter-
tium. Eodem tempore pro muro [a] pugnatum acerrime, [b] & turrim noſtram, 2
ut ſuperiorem, incenderunt: idcirco quod ventum [c] oppidani ſecundum
habuerunt. [d] Inſequenti luce materfamilias de muro ſe [e] dejecit, & ad nos 3
[f] tranſiliit, dixitque, [1] ſe cum familia conſtitutum habuiſſe, ut una transfuge-
rent ad Caeſarem; illam obpreſſam & jugulatam. Hoc [g] praeterea tempore 4
tabellae de muro ſunt [h] dejectae, in quibus ſcriptum eſt inventum: [2] L.
[i] *Minatius Caeſari: Si mihi vitam* [3] *tribues, quoniam ab Cn. Pompejo ſum*
deſertus, qualem me illi praeſtiti, tali virtute & conſtantia [4] *futurum me* 5
in te praeſtabo. Eodem tempore [k] oppidanorum legati, qui antea exierant,
Caeſarem adierunt, ſi ſibi vitam concederet, ſeſe inſequenti [l] die oppidum 6
eſſe dedituros. Quibus reſpondit, *ſe Caeſarem eſſe, fidemque* [5] *praeſtaturum.*
Ita ante diem XI Kalend. Martii oppido potitus, Imperator eſt adpellatus.

XX. [m] Quod Pompejus ex perfugis quum, deditionem oppidi factam 1
eſſe, ſciſſet, caſtra movit Ucubim verſus: [6] & circum ea loca caſtella diſ-

po-

VARIAE LECTIONES.

a *Pugnaverunt* Dorv. Edd. pp. *pugnarunt* Leidd. b deeſt L. pr. in quo *incenderent.* c *ſec. ad hos* Edd. R. V. M. *opp. ſec. ad hoc* L. ſec. Dorv. d *ſequenti* Urſ. *die* Pet. e *projecit* L. ſec. non male. *&* abeſt a L. pr. f *tranſilit* L. pr. g *propterea* L. ſec. h *projectae* L. ſec. Celſ. i vulgo *Minutius.* & *tribuis*, & *fut. me in te eſſe. ab* e L. pr. eſt. k *oppidani* L. pr. Pet. l *luce* L. pr. Dorv. Edd. R. M. V. bene, ut ſupra h. Cap. & c. 10. dein *praeſtiturum* vulgo. m vulgo *&* *P.* & dein *ſed circ.*

Urſ. Petav. Leid. pr. Scalig. etiam *Ita fune crure deligno.* At Leid. ſec. & Dorvill. Ita *facturus crure de ligno.* Vide num fuerit *face ſulphurea turrim de ligno cum propius acceſſiſſet*: Vel *Ita turrim* (vel *turri*) *faci fune ſulfureo deligato, quum*: aut *face ſulfurea turri deligata. Phalarica*, erat telum ardens, *ſulfure ſtuppa & pice involuta.* Talem videtur intelligere auctor, unde *facis*, *funis*, & *turris ligneae* hic poteſt mentionem feciſſe. Adi Lipſ. de Poliorc. D. v. L. v.

1. SE CUM FAMILIA] Ita haec refert *Jul. Celſus* vit. Caeſ. pag. 241. *Matrona e muro deſiliens dixit ſe cum* ancilla *ſua ſtatuiſſe transfugere*; legit igitur in noſtro *ſe cum famula* &c. licet enim *familia* de pluribus ſervis dicatur, unicus eo nomine non deſignatur. Vide Tit. de verb. ſignif. §. XL. DAVIS. Si unus tamen totam *familiam* efficiat, ita dici poſſe, patet e Phaedro l. III, 9. *Solus cum eſſet familia*; ubi adi viros doctos. Nihilominus ita ſimpliciter *familiam* dici de uno Servo, ſervave non puto. Verum & potuit mulier illa plures habuiſſe; licet Celſus in ſuo codice invenerit *famula.* Mei nihil mutant. quod ſi ſieret, ego quoque *famulam* praeferrem.

2. L. MINUTIUS.] *Mutius* eſt in Celſo, Leid. ſec. Dorvill. ſed MSS. Urſ. Petav. habent *Munatius* & Leid. pr. *Minatius.* Bene, ut docent Ciaccon. & pluribus Cel. Perizon. Epiſt. T. IV. p. 788. a Cl. Burmanno editarum.

3. TRIBUIS] Lege *tribues*; prout in *Petav.* & *Norvic.* recte ſcribitur. DAVIS. *Cur. ſec. Tribues* etiam Scalig. *tribueres* Leid. pr.

4. FUTURUM ME IN TE ESSE] Glandorpius delet *futurum eſſe.* Ciaccon. mavult *conſt. me tibi etiam pr.* Delevi ego τὸ *eſſe* fide MSS. Leid. pr. & Celſi; ubi legitur *talem virtute ac conſtantia facturum* (pro *futurum*) *me in te praeſtabo.*

5. PRAESTITURUM] Sic quidem Leidenſes, Amſtel. & Davis. ediderunt; & eſt in Cod. Petav. at Leid. pr. *praebiturum.* In MSS. & Edd. reliquis *praeſtaturum.* Quod revocavi. Cicero l. I. Fam. VIII, 8. *Quod ii praeſtaturi videntur.* Val. Max. v, 6, 8. *Seque praeſtaturos*, ut edidit ſocer, quem vide, alioſque.

6. SED CIRCUM EA LOCA] Diſcretiva conjunctio huc non convenit. Scribe ex MS. *Norvic.* *& circum ea loca*, quod etiam *Joan. Glandorpio* ex conjectura placuit. DAVIS. *Et* ita optime iterum

poſuit, & munitionibus ſe continere coepit. Caeſar movit, & propius
2 caſtra caſtris contulit. Eodem tempore mane loricatus unus ex legione
vernacula ad nos transfugit, & [a] nunciavit, Pompejum oppidanos Ucu-
benſes convocaſſe, eiſque [b] ita imperaviſſe, ut, diligentia [c] adhibita, per-
quirerent, qui eſſent ſuarum partium, itemque adverſariorum victoriae
3 fautores. [1] Hoc praeterito tempore, in oppido, quod fuit captum, ſervus
eſt [d] prehenſus in cuniculo, quem ſupra demonſtravimus, [e] dominum ju-
4 gulaſſe: is vivus eſt combuſtus. [f] Idemque temporis centuriones loricati
IIX ad Caeſarem [g] transfugerunt ex legione vernacula, & equites noſtri
cum adverſariorum equitibus congreſſi ſunt, & ſaucii aliquot occiderunt
5 [h] ex levi armatura. Ea nocte ſpeculatores prehenſi ſervi III, & unus ex
legione vernacula. Servi ſunt [2] in crucem ſublati, [3] militi [i] cervices abſciſae.
1 XXI. Poſtero die equites cum levi armatura ex adverſariorum caſtris
2 ad nos transfugerunt. [k] Et eo tempore circiter [l] XI equites ad aquatores
noſtros [m] excucurrerunt; nonnullos interfecerunt, item alios vivos [n] ab-
3 duxerunt. [o] Ex equitibus capti ſunt equites IIX. Inſequenti die Pompejus
ſecuri percuſſit homines LXXIV, qui dicebantur eſſe fautores Caeſaris vi-
ctoriae. Reliquos [4] in oppidum juſſit deduci, ex quibus effugerunt CXX, &
ad Caeſarem venerunt.

VARIAE LECTIONES. XXII.

a *Nunciat* L. pr. b Sic MSS. o. & Edd. pp. Vaſc. Steph. aliaeque. vulgo abeſt *ita*. c *addita* L. pr. d *prenſus* Pet. L. pr. ut ſtatim *prenſi* iidem. *depreb.* L. ſec. Ciacc. Edd. qdd. e *dominam* Leidd. Pet. f *Eod. tempore* Edd. qdd. ſed V. ad c. 3, 12. g *transfugerant de l.* L. pr. h deeſt Leidd. i vulgo *militibus c. abſciſſae.* k deeſt L. pr. Dorv. bene. Manut. *ex eo t.* l *XII* Dorv. m *excurr.* MSS. plerique & Edd. Vett. n *add.* MSS. plurimi male. o *de* Dorv. *e quibus* L. pr.

terum Daviſius. Forte, transpoſita vocula ſcriptum fuerat (ſed *Pompejus* —— & *circum* &c. CLARK. Pro *&* *Pompejus* in Petav. Scalig. Leid. pr. & Dorv. legas *quod.* unde quis ſuſpicetur, illa *deditionem oppidi factam eſſe* e Gloſſa irrepſiſſe: ſed vel ſic ea ſtare poſſunt. Saepe *quod* ita quaſi abundare vidimus ad l. III. B. Civ. c. 17. Frigide hic vulgo nova periodus incipit per *&*. Rectius tum fuiſſet *at.* quod vidit etiam Clarkius: Dein pro *ſed* habet quoque *&* optimus ille Leid. pr. ut cum viris doctis reſcripſi.

1. HOC PRAETERITO TEMPORE] Non neceſſe eſt, ut cum *Joan. Glandorpio*, cumque ſecuto *Joan. Goduino* reponamus *hoc praeterea tempore*; nam (praeterquam quod phraſis altera noſtro eſt uſitatiſſima. Vide ſupra capp. XI, & XIV.) redit auctor ad id quod accidit, oppido in deditionem recepto. DAVIS.

2. IN CRUCEM] MS. Reg. (*in cruce*) quae forte verior lectio. Vide ſupra ad l. IV. c. 12. CLARKE. *Cruce* etiam, ut ſolent recentiores, Leid. ſec. & Dorvill.

3. MILITIBUS CERVICES ABSCISSAE] At unus tantum captus eſt miles. Reponendum igitur ex editt. *Rom. Ven. Beroald. militi cervices abſciſſae*, more antiquo, quo *cervices* pluraliter tantum efferebant. *Quintilianus* Inſtit. Orat. l. VIII. c. III. p. 392. ed. Oxon. *Cervicem videtur Hortenſius primus dixiſſe, nam vett. pluraliter appellabant.* In eandem ſententiam dixit *Varro* L. L. l. VII. p. 87. & l. IX. p. 142. Sic etiam loquuntur boni auctores. Scriptor ad Herennium l. III. c. XV. *Si erit in demonſtratione ſermo, paululum corpus a cervicibus demittemus.* Vide & *Terentium* Heaut. Act. II. Sc. II, 131. DAVIS. *Militi* ita pulcherrime reſtituit Daviſius ex Editt. Vett. Firmant MSS. Reg. & Voſſii. Scaliger & Recentiores peſſime *militibus cervices abſciſſae.* Nam *Unus* tantum fuit. CLARK. *Cervices* uni tribuit paſſim Valer. Max. Vide Indic. & l. VII, 8, 5. Adi etiam Drak. ad Liv. IV, 12. *Militi* ergo revocavi e MSS. Leid. ſec. Dorv. & aliis: atque ita & Cellarius edidit. Primus Urſinus e ſuo Cod. *militibus* legendum eſſe credidit: dein *abſciſae* etiam Leid. pr. ut debet. Vide ſi vis Doct. Arentz. ad Aur. Vict. Epit. c. 23. *abſciſa* Dorv.

4. IN OPPIDUM] Petav. Leid. pr. & Edd. Rom. Mediol. Ven. *verſum oppidum.* quod notandum

pro

XXII. Hoc [a] praeterito tempore, qui in oppido [b] Ategua [1] Burſavolen- 1
ſes capti ſunt, legati [c] profecti ſunt cum noſtris, uti rem geſtam Burſavo-
lenſibus referrent, quid ſperarent de Cn. Pompejo, quum viderent hoſpi-
tes jugulari: praeterea multa ſcelera ab iis fieri, qui praeſidii cauſſa ab his
[d] reciperentur. Qui quum [2] ad oppidum veniſſent, noſtri, qui fuiſſent e- 2
quites Romani & ſenatores, non ſunt auſi introire in oppidum, [e] prae-
terquam qui ejus civitatis fuiſſent. [f] Quorum reſponſis ultro citroque [g] ac- 3
ceptis, & redditis, quum ad noſtros ſe reciperent, qui extra oppidum fu-
iſſent, illi [h] de praeſidio inſecuti, ex averſione legatos jugularunt. Duo
reliqui, [i] qui ex eis fugerunt, [k] Caeſari rem geſtam detulerunt, [3] & ſpecu-
latores ad oppidum Ateguam miſerunt. Qui quum certum comperiſſent, 4
[4] legatorum reſponſa ita eſſe geſta, quemadmodum illi retuliſſent, ab op-
pidanis concurſu facto, eum, qui legatos jugulaſſet, lapidare, & [l] ei ma-
nus intentare coeperunt; illius opera ſe [5] periſſe. [m] Ita vix periculo libera- 5
tus

VARIAE LECTIONES.

a deeſt L. pr. b *Articula* MSS. & Edd. pp. c *proſecuti* L. pr. d *recipi* L. ſec. Dorv. e *prae-terquos* Dorv. f deſunt haec uſque ad *illi* in L. pr. g *recept.* L. ſec. h abeſt *de* a MSS. qui cum Edd. pp. male dant *adverſione.* Goduin. *animadverſione. a tergo* voluit ſignificare auctor. i deeſt *qui* in MSS. k *& Caeſ.* L. ſec. Dorv. l *ejus ſe m.* L. ſec. m *ille* Gland.

pro *in oppidum verſus*, vel *verſum.* Celſus *intra oppidum incluſit. Ucubim* intelligit.

1. BURSAVOLENSES] Recte emendare videtur Ciacconius, *Urſaonenſes.* Quia infra dicitur oppidum *Urſao*, & *Urſaonenſium* civitas cap. 26. CLARK. *Urſonenſes* placuit etiam Glandorpio: quia Plinio l. III. c. I. *Urſo* dicitur. *Urgao* in Tarrocenſi eſt urbs Plinio ibid. & in Inſcript. *Urgavonenſes.* Vide ad c. 28. Hic ſane Pet. Leid. prim. dant *Burſavonenſes* & *Burſavonenſibus.* In Dorv. eſt *Burſavonientes* & *Burſavonientibus.*

2. AD OPPIDUM] *Burſavolam* ſive *Urſaonem.* Rhellicanus ex praecedentibus & conſequentibus, *Ateguam* intelligi colligit. Ineptiſſime prorſus. Ut mirum ſit, etiam Cellarium de re manifeſtiſſima dubitaſſe. Venerunt enim *Ategua*; *Burſavolam* ſive *Urſaonem* proficiſcebantur. CLARK. Nihil ego definio. *Quum* abeſt a MSS. meis cunctis. Sed rectius abeſſet *qui.* Pro *fuiſſent* non bene Glandorpius conjicit *erant.* Aliter enim ſolet ineptulus hic auctor.

3. ET SPECULATORES —— MISERUNT] Glandorpius reponit (Urſaonenſes vero, *ſpeculatores miſerunt*) Sed nihil opus, ſubintelligi enim poteſt, ut in hoc Auctore, iſte Nominativus, ex praecedentibus colligendus. CLARK. Haec & ſequentia vix intelligi poſſunt, adeo confuſa & & intricata ſive auctoris vitio ſive librariorum circumferuntur.

4. LEGATORUM RESPONSA ITA ESSE GESTA] *Joan. Glandorpio* legendum videtur *juxta legatorum reſponſa omnia ita eſſe geſta*; *Joſ.* autem *Scaliger*, cumque ſecutus *Joan. Goduinus* duas primas voces ex interpretatione natas arbitrantur. Potius ſcribendum exiſtimarim *legatorum reſponſo*, quae minima eſt mutatio, ex ea tamen ſenſus commodus exſurgit. DAVIS. Locutio admodum inuſitata; nec tamen, ut opinor, mutanda. Scaliger delet *legatorum reſponſa.* Sed deerit iſto modo, quod cohaereat cum voce *geſta.* Glandorpius emendat [juxta *legatorum reſponſa*, omnia *ita eſſe geſta.* Quae eſt mens quidem ipſa auctoris, ſed παραφραστικῶς Daviſius ſcribendum exiſtimat, *legatorum* reſponſo *&c.* Sed aberrat & a Latinitate & a mente auctoris: Non enim id dicitur (*ſpeculatores comperiſſe, legatorum* reſponſo, *ita eſſe geſta, quemadmodum illi retuliſſent.* (Quod neque Latinum eſt, neque mens auctoris.) Sed (*ſpeculatores comperiſſe, quae legati reſponderant, ea ita eſſe geſta, quemadmodum illi retuliſſent.*] Quamobrem vulgatam lectionem retinendam exiſtimo. CLARKE. Dele ab *ex legatorum reſponſo* (nam ſic edi debuit) ad finem notae; & illorum loco haec repone: *Qui cum* verum *comperiſſent legatorum* reſponſum, & ea *eſſe geſta, quemadmodum illi retuliſſent.* Clar. quidem *Clarkius* vulgatam lectionem tuetur, quae mihi parum videtur Latina. Sit autem Latina, mera tamen eſt ταυτολογία. DAVIS. *Cur. ſec.*

5. PERISSE] Deeſſe *Vociferantes* ait Glandorp. vel ſimile participium; Facile tamen τὸ *dicentes* hic ſubintelligi poteſt. V. ad l. I. B. Civ. c. 69.

tus [a] petiit ab oppidanis, ut [1] ei liceret legatum ad Caeſarem proficiſci:
6 illi ſe ſatisfacturum. Poteſtate data, quum [b] inde eſſet profectus, praeſidio
comparato, quum bene magnam manum feciſſet, [c] & nocturno tempore
per fallaciam [2] in oppidum eſſet receptus, jugulationem magnam facit:
[d] principibuſque, qui ſibi contrarii fuiſſent, interfectis, [3] oppidum in ſuam
7 poteſtatem recipit. Hoc praeterito tempore, ſervi transfugae nunciaverunt,
[4] oppidanorum bona vendere, [e] nec cui extra vallum licere exire,
nisi

VARIAE LECTIONES.

a *Petivit* Dorv. b *de* L. ſec. Dorv. c deeſt L. pr. d exſulat vulgo *que*. e *ne c. liceret* vulgo.

1. EI LICERET LEGATUM] Nobiliſſimus Heinſius rurſus margini adſcripſit *legato*, inter alia loca, alibi jam adducta, addens Flor. III, 12, 6. & Catull. ad Licinium. *Ut convenerat eſſe delicatis* e Vet. Cod. pro *delicatos*. Contra *ei* exſulat a Leid. pr. Adi ad l. III. B. Civ. c. I. *ei Conſulem fieri liceret*. Statim *nec cui licere &c. niſi diſcinctum*. ubi Heinſ. cum Davis. & Glandorpio rurſus *diſtincto*.

2. IN OPPIDUM] MS. Reg. *in oppido*. Vide ſupra ad l. IV. c. 12. CLARK.

3. OPPIDUM IN SUAM POTESTATEM RECIPIT] Sic reſtitui ex MS. *Norv.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* nam in vulgg. *recepit*. Scio equidem in verbis eadem *tempora* non ſemper eſſe conjuncta. *Virgilius* Aen. II, 12.

Quamquam animus meminiſſe horret, *luctuque*
refugit.

Ad quem locum *Servius* ita notat: *Propter metrum, pro praeſenti praeteritum poſuit. Silius* Italicus l. VI, 265.

—— Torſi *telum, atque ingentia velox*
In memet ſaevi ſerpentis proelia verto;

ubi tempora, κακοφωνίας vitandae cauſa, mutavit. Quoniam igitur id perraro factum, & praecipue quidem a Poëtis, nos veteribus Codd. nixi, χρόνων diſcrepantiam hic & alibi ſuſtulimus. DAVIS. FACIT —— RECIPIT] Ita edidit Daviſius, ut conſtaret Temporum ratio: Atque ita quidem habet MS. Voſſii & Editt. aliquot Vett. Vulgg. *facit, recepit*. In MS. Elienſi contra eſt *fecit, recipit*. In MS Regio *fecit* —— *recepit*.] Quae poſtrema aeque proba eſt, ac illa Daviſiana Lectio. Nam in hujuſmodi narrationibus, ubi res praeteritae tanquam praeſentes exhibentur; aeque fere eſt, ſive praeſenti Tempore utaris, ſive praeterito. Judicio tamen hic opus eſt. Quod enim ex Virgilio citat Vir doctiſſimus,

Quanquam animus meminiſſe horret, *luctuque*
refugit;

hujus loci non eſt, ſed aliam prorſus habet explicandi rationem. Neque enim *Latine* ibi dicere potuiſſet Virgilius, *refugiebat*, ſi id paſſum fuiſſet metrum; Neque (quod voluit *Servius*,) propter metrum pro praeſenti praeteritum poſuit; Neque non cognata revera tempora conjunxit. Nam in iſtiuſmodi constructione, *Tempus praeteritum*, quod vocatur, tam eſt *Praeſens Tempus* rei *perfectae*; quam quod *Praeſens* ſimpliciter vocatur, *praeſens* eſt *Tempus* rei *imperfectae*. Exempli gratia: (*Caenavi*, vel *caenatus ſum*) tam eſt *praeſens Tempus*, cum quis *caenatus* loquatur; quam, (*Caeno*,) *praeſens* eſt *Tempus* ei qui loquatur *inter caenandum*. Neque minus nunc *praeſenti Tempore* utitur, qui ait, (*Gallia* diviſa eſt *in tres partes*;) quam *Tempore praeſenti* uſus eſſet is, qui tunc temporis ſcribens, cum divideretur Gallia, dixiſſet; (*Gallia* dividitur *in tres partes*.) Quod quoniam non animadverterunt Grammatici, in miras nonnunquam tenebras inciderunt. CLARK. Parum adtendiſſe ad ſubtilem hanc differentiam credo auctores, & pro lubitu haec variaſſe; cum millies Hiſtorici & Poëtae praeteritam rem in tempore praeſenti deſcribant. *Recepit* hic primus edidit Scaliger, atque ita Leid. ſec. & Dorv. Adi ad l. I. 46. B. Gall. *loquendi finem facit, ſeque ad ſuos recepit*. *fecit* & *recepit* dant Leid. pr. Ceterum omnes MSS. quos inſpexi habent bene *Principibuſque*.

4. OPPIDANORUM BONA VENDERE, NE CUI &c.] MS. *Norvic.* exhibet *oppidanorum bona vendi, ne cui* &c. Legendum puto *oppidanorum bona vendi, nec cui extra vallum licere exire, niſi diſcincto*, ſeu laxis veſtibus, quod ut parum virile, ita inter poenas militares numeratum. Vide *Juſt. Lipſium* Mil. Rom. l. V. Dial. XVIII. pag. 389. DAVIS. *Oppidanorum bona* vendi; nec *cui* —— licere *&c.*) Ita optime exhibet Daviſius. Nam & in MS. Elienſi ſcriptum eſt, *vendi*. Alii ediderant, (*oppidanorum bona* vendere, ne *cui* —— liceret *&c.*] Quae minus apte cohaerent. Veruntamen, quoniam illud, *vendere*, in plerisque Codicibus reperitur; retinere fortaſſe poterit, etiam una cum poſteriori emendatione (*nec* —— *licere*:) Ut adeo legatur, [—— *Oppidanorum bona vendere* (Eum nimirum qui oppidum in ſuam poteſtatem receperat;) *nec cui* —— *licere &c.*] CLARK.

niſi [a] diſcinctum: [1] idcircoque, ex quo die oppidum Ategua eſſet captum, 8
metu conterritos complures [b] profugere in [2] Bacturiam, neque ſibi ullam
ſpem victoriae propoſitam habere; [3] & ſi qui ex noſtris transfugerit, in
levem armaturam conjici, eumque non amplius [c] XVI accipere.

XXIII. Inſequenti tempore Caeſar caſtris caſtra contulit, & brachium 1
ad flumen Salſum ducere coepit. Hic dum in opere noſtri diſtenti eſſent,
complures ex ſuperiore loco adverſariorum [d] decucurrerunt: [4] nec deti- 2
nentibus * noſtris, multis telis injectis, complures vulneribus adfecere.
[5] Hic tamen, ut ait Ennius, *noſtri ceſſere parumper*. Itaque, praeter con- 3
ſuetudinem, quum [e] a noſtris animadverſum eſſet, cedere, centuriones ex
legione V flumen [f] transgreſſi duo reſtituerunt aciem; acriterque eximia 4
virtute plures quum agerent, ex ſuperiore loco multitudine telorum al-
ter eorum concidit. [6] Ita, quum is compar proelium facere coepiſſet, [g] & 5
quum undique ſe circumveniri [7] animum advertiſſet, [h] parumper ingreſſus
pe-

VARIAE LECTIONES.

a *Diſcinctus* L. ſec. & vulgo *iccirco quod.* b *conf.* Pet. *fugere* L. ſec. *in* abeſt Dorv. *Bethuriam* vulgo & *ut ſi quis.* c Vide Glandorp. *XVII* Sc. L. pr. ſec. Dorv. d *decurrerunt* MSS. 2. & Edd. Vett. ante Scal. e *noſtros* Gland. & Lipſ. Male *cedere cent.* jungunt Edd. qdd. f *tranſgredi* Edd. Ven. Aldi, Gryph. Man. & Plant. g MSS. carent τῷ &. h Abeſt L. pr. Dorv. *regreſſus* Lipſ.

CLARK. *Vendi* legitur etiam in Reg. Gall. Petav. Leid. ſec. & Dorvill. Quod idcirco facile admitti poteſt; niſi quis malit cum Lipſio *venire*, hoc eſt *vendi*. Egregie autem Daviſius emendavit *nec licere*; quod & Lipſius ſive *non licere* adſcripſerat margini, & confirmatur a Dorvill. Cod. in quo clare *licere*.

1. ICCIRCO QUOD] Ultima vox prorſus eſt otioſa, quare vel delenda ex fide editionum *Rom. Ven. Beroald.* vel potius legendum *idcircoque*, ut habet ed. *Rob. Stephani* A. D. 1544. DAVIS. Iccircoque —— *conterritos complures profugere*) Ita iterum optime Daviſius, ex Editione Stephani. Quomodo & in Voſſii MS. ſcriptum repperi. Scaliger aliique oſcitanter; (Iccirco quod —— *conterritos complures profugere &c.*) Quod Latinitas nulla eſt, nulla ſententia. CLARKE. *Quod* abeſt etiam a Leid. ſec. Dorv. & Edd. Mediol. Ven. Sed praetuli *idcircoque* cum aliis: ut olim jam edidere Vaſcoſ. Gryph. poſt. Steph. & plures. Iſtud *quod* non a Scaligero, ſed jam ab Aldo, Baſil. Venet. Gryph. Manutio & pluribus inſertum eſt.

2. BETHURIAM] Perperam ita edunt vulgo. MSS. *Beturiam*. Unde recte Vaſc. Steph. Gryph. poſt. Cellar. & alii *Baeturiam*, ut apud Plin. l. III. c. 1. Straboni Βαιτουρία l. III. p. 142. quod & Glandorpius monuit.

3. UT —— CONJICI] Vix hoc Latine dicitur, niſi mutila ſit ſententia. Reſtitue, quod in Voſſii MS. repperi, (*ET* —— *conjici.*) Quomodo & Glandorpius reponendum conjecerat. CLARK. Ut *ſi quis ex noſtris transfugerit* &c.) Lege *at ſi qui ex noſtris transfugerunt, in levem armaturam conjici; eosque non amplius* XVI. *accipere.* Sic diſerte *Petav.* & *Norvic.* niſi quod in prima vocula nihil mutent. DAVIS. *Cur. ſec.* Lipſius adſcripſit *aut.* Sed *&* edidere jam Vaſc. Steph. Gryph. poſt. ac Strada. An fuit *ut &*? Dein MSS. omnes & Edd. qdd. *ſi qui.* quorum plerique habent *transfugerunt* vel *transfugerint* & pro *eumque* eaedem Edd. *eosque.* Sed *eumque* retinent Scalig. Leidenſes, & Dorv. Quod mutarunt librarii, non memores, *ſi qui* dici pro *ſi quis.* Adi ad l. 1. B. Gall. c. 48.

4. DETINENTIBUS] MS. Voſſii habet, *deſinentibus*. Quod & ex conjectura repoſuit Glandorpius. CLARKE. *Deſinentibus* ediderunt Vaſcoſ. Gryph. poſt. Steph. & alii. Pro *noſtris* vero in Petav. Scalig. Leid. pr. eſt *noſtros*.

5. HIC TAMEN, UT AIT ENNIUS, NOSTRI] Ennius citatur quoque c. 31. Hic vero MSS. mire turbant. In Cujac. *Hic dum ut ad Ennius noſtri.* Petav. ſimpliciter *Hic noſtri.* Leid. ſec. & Dorvill. *Hic dum ut hactenus noſtros* (Dorvill. *noſtris*) Leid. pr. *Hic dum ut ait Ennius, noſtri.* Quare pro *tamen* videtur legendum eſſe *tum*; ut conjecit Glandorpius.

6. ITA CUM IS COMPAR.] Glandorp. legit *Alter cum bis compar.* Favent Leidenſes & Dorvill. in quibus eſt *eis.* Lipſius *unus.* Forte *quum unus eis compar.*

 7. A-

6 pedem obſendit. Hujus concidentis [1] viri caſu paſſim audito, quum com-
plures adverſariorum concurſum facerent, equites noſtri tranſgreſſi [a] in-
7 teriore loco adverſarios ad vallum agere coeperunt. Ita, [b] dum cupidius
intra praeſidia [c] illorum ſtudent caedem facere, [2] a turmis, & levi arma-
tura ſunt intercluſi: quorum niſi ſumma virtus [d] fuiſſet, vivi capti [e] eſſent;
nam [f] & munitione praeſidii ita coanguſtabantur, [3] ut [g] eques ſpatio in-
8 tercluſo vix ſe defendere poſſet. Ex [h] his, utroque genere pugnae, com-
plures ſunt vulneribus adfecti, in [i] quîs etiam Clodius [4] Aquitius: inter
[k] quos ita comminus eſt pugnatum, ut ex noſtris, praeter II centuriones,
ſit nemo deſideratus, [l] gloria ſe efferentes.
1 XXIV. Poſtero die [m] ab Soricaria [5] utrorumque convenere copiae. No-
2 ſtri brachia ducere coeperunt. Pompejus quum animadverteret, caſtello
ſe excludi [n] Aſpavia, quod [o] eſt ab Ucubi milia paſſuum v, haec res neceſ-
3 ſario [6] devocabat, ut ad dimicandum [p] deſcenderet: neque tamen aequo
loco ſui poteſtatem faciebat, ſed ex grumo excelſum tumulum [q] capiebat,
4 uſque eo, ut neceſſario cogeretur iniquum locum ſubire. Quo [r] de facto,
quum utrorumque copiae tumulum excellentem [s] petiſſent, prohibiti a
noſtris ſunt, [7] dejectique [t] planitie: [v] quae res ſecundum noſtris efficiebat
proe-

VARIAE LECTIONES.

a *Ex int.* L. ſec. Dorv. Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. Str. *interiori* Pet. L. pr. *inferiore* Heinſ. *ulteriore* Lipſ. b *cum* L. ſec. c *eorum* Pet. Edd. R. M. V. d *eſſet* Dorv. e *fuiſſent* L. ſec. Dorv. Edd. pp. f deeſt L. pr. g vulgo *equites poſſent.* h Sic Scal. & ſeqq. e MS. Urſ. Reliqui cum Edd. Vett. carent τῷ *his.* i *quibus* L. ſec. Dorv. k *utroſque* Gland. l Haec jungit ſequentibus Urſinus. m *ad Soricariam* Gland. *ad Soritiam* e c. 27. Ciaccon. dein vulgo *utraeque.* n *Aſpania* L. pr. Dorv. o vulgo *ab U. m. p. v. diſtat.* & *vocabat.* p *deſcenderent* L. pr. q *rapiebat* L. ſec. r Sic Pet. Sc. L. pr. vulgo abeſt *de.* s *cepiſſent* L. ſec. t *que* abeſt a Pet. L. pr. Sc. v *quod ſ.* L. pr.

7. Animum advertisset] Ita MS. *Norv.* In vulgatis erat *animadvertiſſet.* DAVIS. Sic etiam Pet. & Leid. pr. Vide ad l. I. B. G. c. 24.

1. Viri casu passim audito.] Corruptiſſime Pet. Leid. pr. Scal. *temporis aquari fortis* (*fortes* Pet.) *inſignia.* In iis tamen latere videtur verior lectio; quam eruant, quibus plus otii eſt.

2. Et turmis] Legendum *a turmis* conſentientibus Codicibus. CLARK. *A* repoſui e MSS. omnibus & Edd. Vett. etiam Scalig. aliiſque. Nil eſt *&* niſi typothetarum error.

3. Ut equites spatio intercluso vix se defendere possent] Legendum ex MS. *Norv.* & editt. *Venet. Beroald. ut eques ſpatio intercluſo vix ſe defendere poſſet*, quod elegantius eſt, quam fert Librariorum captus. DAVIS. Accedunt Petav. Leid. pr. Dorvill. & Edd. Rom. Mediol. ac recepit Clarkius. Recte. Vide ad l. I. c. 53. *poſſet* etiam Leid. ſec. qui habet itidem *coanguſtabatur:* Immo Dorvill. *munitio coanguſtabatur.* Sed, ut puto, perperam.

4. Aquitius] MSS. & Edd. Vett. *Arquitius:* niſi quod Scal. & Leid. ſec. *Arquitinus.* Ed. Elzev. *Aquirius.* Glandorp. *Equitius.* Manut. ex Inſcriptionibus *Avitus.* Sed ex illis etiam *Aquitius* & ſimilia probari poſſunt.

5. Utraeque conv. copiae] Petav. Leid. pr. Dorvill. & Edd. principes habent *utrorumque.* ſine dubio vere, ut ſtatim §. 4. *Utrorumque copiae.* & c. 29. Adi ad l. I. B. G. c. 52. *Utraeque perierunt.* Nec male itidem per Infinitivum Leid. pr. dat *convenire.* Praeterea *quod eſt ab Ucubi*, deleto verbo *diſtat*, reſcripſi auctoribus MSS. meis omnibus & Edd. iiſdem primis.

6. Vocabat.] Petav. Leidenſes, Dorvill. & Edd. antiquiſſimae exhibent *devocabat.* Veriſſime. Proprium hoc eſt verbum in rebus dubiis & periculoſis. Conſule Cel. Burmannum, ad Phaedr. F. 20.

Sed ad perniciem quoque mortales devocat.

ac Davis. ad l. VI. B. G. c. 8. *Exercitus fortunas in dubium non devocaturum.* Vidit id quoque acutiſſimus Heinſ. ad Ovid. Metam. v, 102. ubi conſule Comment. Pro *haec* rectius videtur legi *huc* in Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. Steph. Stradae aliiſque.

7. De-

proelium. [a] Undique [b] autem [1] cedentibus adverſariis, noſtri magna in cae- 5
de verſabantur: quibus mons, non virtus, ſaluti fuit: [c] quo ſubſidio tunc,
niſi adveſperaſſet, a paucioribus noſtris [d] omnique auxilio privati eſſent: 6
nam ceciderunt ex levi armatura CCCXXIV: ex legionariis CXXXIIX: [2] prae-
terquam quorum arma & ſpolia ſunt adlata. Ita [e] pridie II centurionum
[f] interitio hac adverſariorum poena eſt litata.

XXV. Inſequenti die, pari conſuetudine quum ad eumdem locum ejus 1
praeſidium veniſſet, priſtino illo ſuo utebantur inſtituto: nam [g] praeter
equites nullo loco aequo ſe committere audebant. Quum noſtri in opere 2
eſſent, equitum copiae concurſus facere coeperunt; ſimulque vociferanti-
bus legionariis, quum locum efflagitarent, [h] ut conſueti inſequi exiſtima-
re [i] poſſent, ſe paratiſſimos eſſe ad dimicandum, noſtri ex humili convalle
bene longe ſunt egreſſi, & planitie [3] iniquiore loco conſtiterunt. Illi [k] ta- 3
men procul dubio ad congrediendum in aequum locum non ſunt auſi de-
ſcendere, [l] praeter unum Antiſtium Turpionem, qui fidens viribus, ex

VARIAE LECTIONES.

a *Et u.* Dorv. b deeſt MSS.o. & Edd. pp. c Sic MSS. plerique & Edd. Scal. ac ſeqq. *Qui ſubito* Edd. Vett. cum MSS. Reg. Voſſ. *Tunc* abeſt quoque a MSS. Ciacc. & meis bene. d Sic Pet. vulgo *omni aux.* delet Ciacc. e *pridem* Leidd. *pridiana* Gland. & Goduin. e MS. f Sic Urſ. Cuj. Pet. Sc. L. pr. Alii cum Edd. quibuſdam *internicio* vel *internecio.* g *propter* Sc. h *ex c. inſequenti* L. ſec. *ex conſuetudine inſequenti* Dorv. i *poſſe par.* Pet. Dorv. *poſſe ſperatiſſimos ad d.* L. pr. *parat ſe* L. ſec. Edd. qdd. k *tum* L. pr. l *unus*Antiſtius Turpio fid.* Edd. R. M. V. *Ambivium* Manut.

7. DEJECTIQUE PLANITIE] *Joan. Glandorpius*, & *Joan. Goduinus* reponunt *dejectique in planitiem*; ſed ſcribendum *dejectique planitiae*, quod idem eſt ac *in planitiem*: *Virgilius* Aen. v, 451.

It clamor coelo ——

Noſter hujuſce libri c. XVI. *Multiſque vulneribus affectos* oppido *repreſſerunt.* Sic & c. XIII. ex MS. *Norvic.* legerim *quum* oppido *revertiſſent*, ubi in vulgg. *quum in oppidum reverſi eſſent*; nam paullo infrequentiores loquendi formulas ſemper mutarunt Librarii. DAVIS. Ceteris longe praeſtat Daviſiana lectio, utpote a Codicibus parum diſcedens. CLARK.

1. CEDENTIBUS ADVERSARIIS NOSTRI M. IN CAEDE VERSABANTUR. QUIBUS] Glandorp. & Goduin. pro *quibus* legunt *hoſtibus*. In MS. Reg. eſt *cedentes adverſarii.* In meis vero cunctis codicibus & Ciaccon. legitur *non parum magna.* i. e. *bene magna*, ut aliter ſolet hic auctor loqui. *Verſari in caede* enim tam paſſive, quam active ſumi poſſet. Immo & ablativus ille ad verbum *verſabantur* poſſet referri, ut Ablativus ponatur pro nominativo, ſeu cum cederent adverſarii. V. ad B. Afric. c. 10. Putem tamen hic potius ſcribendum *noſtri non parum.*

2. PRAETERQUAM QUORUM &c.] In MSS. Dorvill. & Leid. ſec. exaratur *praeter quorum.* Vide ad l. 1. B. G. c. 5. *Praeter quod ſecum portaturi erant.* Cl. Graev. ad Cic. pro L. Man. c. 23. & Drakenb. ad Liv. l. v. c. 52. §. 13.

3. IN AEQUO LOCO] Ita ex MSS. Reg. & Voſſii reſtitui. Editi; *iniquiore loco.* Quod minus videtur hic convenire. Quod mox ſequitur, (*iniquum in locum*, cap. 30.) alia res eſt: Ibi enim planities *extrema* dicitur, ſcilicet, proxime loca ſuperiora. CLARK. *Et planitia* iniquiore *loco conſtiterunt*) *Gryphius* exhibet, & in *planitie* in *aequo loco conſtiterunt.* Sic etiam nonnulli Codices; & ad ſenſum quidem non male. Ex aliorum tamen librorum ductu malim, & in *planitie* in *aequiore loco conſtiterunt.* Nam copiae Caeſaris *ex humili convalle*, qui locus eſt iniquiſſimus, egreſſae ſunt. DAVIS. *Cur. ſec. In planitie in aequo loco* habent Vaſcoſ. Steph. Gryph. poſt. & aliae. *In aequo loco* etiam Aldus, Gryph. Manut. Plantin. ſed *planitie iniquiore* MSS. Urſ. & in Leid. pr. Scalig. Edd. Rom. Ven. ac Mediol. *planitie* vel *in planitie iniquiori.* Petav. vero *Iniquo. In aequo* Leid. ſec. & Dorv. Malim omnino cum Daviſio *In aequiore loco.* Nam *planitie* reſtitui e MSS. cunctis & Edd. Vett. etiam Scaligeri: adi ad l. 1. B. G. c. 42.

4. COGITARE COEPIT] MS. *Norvic. agitare coepit*, quae rarior eſt locutio, ac proinde recipienda. *Curtius* l. VI. c. IV, 9. Agitaſſe *Darium*, *cuſtodiam corporis ſui, contra jus faſque, peregrino*

adverſariis ſibi parem [a] eſſe neminem, [+] agitare coepit: [1] Hic, ut fertur A-
4 chillis Memnoniſque congreſſus, Q. Pompejus Niger, eques Romanus I-
5 talicenſis, ex acie noſtra [b] ad congrediendum progreſſus eſt. Quoniam [c] ferocitas Antiſtii omnium mentes converterat ab opere ad ſpectandum,
6 acies ſunt diſpoſitae: nam inter bellatores [d] principes dubia erat poſita victoria, ut prope videretur finem bellandi [e] duorum dirimere pugna. Ita avidi cupidique ſuarum [2] quiſque partium, * expertorum virorum fauto-
7 rumque voluntas habebatur. Quorum virtute alacri quum ad dimicandum in planitiem ſe contuliſſent, ſcutorumque laudis inſignis praefulgens opus caelatum, quorum * pugna eſſet prope profecto diremta, niſipter pro equitum * conceſſum, ut ſupra demonſtravimus, levis armatura praeſidii
8 cauſſa non longe ab opere caſtrorum conſtitiſſet. Ut noſtros equites in receptu, dum ad caſtra redeunt, adverſarii cupidius ſunt inſecuti, univerſi, clamore facto, inpetum dederunt. Ita metu perterriti, quum in fuga eſſent, multis amiſſis, in caſtra [f] ſe recipiunt.

1 XXVI. Caeſar, ob virtutem, turmae Caſſianae donavit milia XIII,
2 & praefecto torques aureos [g] V, & levi armaturae milia [h] X. Hoc die A. Bae-

VARIAE LECTIONES.

a deeſt L. pr. Mox vulgo *cogitare*. b deſunt L. pr. c *autem* addit Gland. d *principeſque* L. ſec. Dorv. Edd. R. M. V. Vaſc. Steph. Gryph. poſt. &c. e *horum* L. ſec. Edd. R. M. V. *pugnam* L. ſec. f *receperunt* L. ſec. Dorv. Ciacc. g Sic MSS. o. & Edd. pp. non *II &* abeſt elegantius a L. pr. h *XCI* Pet. L. pr. Sc. CC Edd. R. M. V. *XV* L. ſec. Dorv.

militi tradere. Plinius Pan. c. IV. *Saepe ego mecum, P. C. tacitus* agitavi. Vide & *Livium* l. XXI. c. XXVI. DAVIS. *Agitare* confirmatur a Petav. Scal. & Leid. pr. quare repoſui. Eadem varietas in Apulejo lib. I. Met. p. 8. *ſi qui aliud agitarit.* Dein Glandorpius legit *Hic ut fertur, de A. M. congreſſu.* Placet magis Daviſii reſtitutio, cui accedit Pet. in *contra quem.* MS. Reg. *Hic fertur.* Voſſ. & Edd. Vaſc. Gryph. poſt. Steph. &c. *congreſſus fuit.* Locum diſtinctione mutata clariorem reddidi.

1. HIC, UT FERTUR, ACHILLIS MEMNONISQUE CONGRESSUS. Q. POMPEJUS NIGER &c.] MS. *Norvic.* exhibet *hic, ut fertur, Achillis Memnoniſque congreſſus. Contra quem Pompejus Niger* &c. unde, ut ſenſus eliciatur, tranſpoſitis ſententiis, legendum *agitare coepit; contra quem Pompejus Niger: —— ad congrediendum progreſſus. Hic, ut fertur, Achillis Memnoniſque congreſſus;* quo proverbio pugnam inter fortiſſimos inſtitutam denotari exiſtimo, Memnon enim, licet tandem ab Achille trucidatus, maximarum virium ſummique animi fuiſſe perhibetur a *Quinto Smyrnaeo*, qui hoc proelium fuſe & eleganter deſcribit l. II. Iliad. vſ. 395. ſeqq. DAVIS. Sed, ut in hoc inculto Auctore, ferri poterit etiam vulgatus verborum ordo. CLARK.

2. QUISQUE PARTIUM, * EXPERTORUM VIRORUM —— NISI PROPTER EQUITUM * CONCESSUM] Haec omnia adeo ſunt corrupta & mutila, ut *daemonium* ſit, non homo, qui ex iis ſenſum aliquem poſſit extundere. Quod ſolum poſſum; variantes lectiones exhibebo. MS. *Norvic. Quiſque ex partium virorum, fatuorumque voluntate habebantur. Quorum virtute alacri quum ad dimicandum in planitiem ſe contuliſſent, ſcutorum laudis inſignia praefulgens opus coelatum, quorum pugna eſſet profecto directa, niſi propter equitum conſenſum:* nihilo quidem ſanius, quam vulgg. a quibus editt. *Rom. Ven. Beroald:* non abeunt. DAVIS. (** *expertorum* —— *conſtitiſſet.*) Manca adeo haec & corrupta omnia, ut medicinae ſpes nulla ſit. Obſervandum tamen, pro (*voluntas habebatur*,) in MS. Elienſi legi (*voluntate habebantur*;) pro (*coelatum*,) in MS. Regio ſcriptum eſſe (*opponerent*,) & in MS. Voſſii (*caelatum opponerent*;) pro (*conceſſum*;) in MS. Elienſi & Voſſii (*conſenſum*;) & pro (*levis armatura* —— *conſtitiſſet*,) in MS. Reg. & Voſſii (*levem armaturam* —— *conſtituiſſent*:) ſiquis ex his quicquam elicere poſſit. CLARKE. Pro *quiſque* in Petav. & Leid. pr. *ex.* Deeſt in Urſ. ac Dorv. *expertorum.* *Virorum factorum* Leid. pr. *fautorumque voluntate* Pet. Dein *inſignia* Pet. Leid. pr. Scalig. Dorv. Poſt *cael.* addunt *opponerent* MS. Ciacc. Leid. ſec. Dorv. & Edd.

Baebius, & C. Flavius, & A. Trebellius, equites Romani [a] Aſtenſes,
[1] argento [b] prope tecti equites ad Caeſarem [c] transfugerunt: qui nunciarunt, equites Romanos conjuraſſe omnes, qui in caſtris Pompeji eſſent, 3
ut tranſitionem facerent: ſervi indicio omnes in cuſtodiam eſſe conjectos,
e quibus, occaſione [d] capta, ſe transfugiſſe. Item hoc die litterae ſunt 4
[e] deprehenſae, quas mittebat Urſaonem Cn. Pompejus: [2] *S. V. G. E. V.* 5
Etſi, prout noſtra felicitas, ex ſententia [f] adverſarios adhuc [g] propulſos habemus; [h] tamen, ſi aequo loco ſui poteſtatem facerent, celerius, quam
[i] *veſtra [3] opinio fert, bellum confeciſſem. Sed [4] exercitum [k] tironem non* 6
audent in campum deducere, noſtriſque adhuc freti praeſidiis bellum ducunt; nam ſingulas civitates circumſederunt: [l] inde ſibi commeatus capiunt. Quare & civitates noſtrarum partium conſervabo, & bellum pri- 7
mo quoque tempore conficiam. Cohortes [5] in animo habeo ad vos mittere. Profecto noſtro commeatu privati, neceſſario ad dimicandum deſcendent.

VARIAE LECTIONES. XXVII.

a V. Rhellic. & c. 36. *Haſtenſes* male MSS. & Edd. qdd. b deeſt Dorv. c *refug.* L. pr. d *facta* Pet. e *deprenſae quibus mittebatur Saſonem* L. pr. *Saonem* L. ſec. Dorv. & Edd. ante Scal. *Urſonem* Gland. V. ad c. 22. & Cellar. f deeſt L. pr. g *propulſo* Sc. ſine *habemus*, bene. quod verbum abeſt etiam a L. pr. Petav. h *qui* Pet. L. pr. i *noſtra* Sc. Edd. R. M. V. vulgo *eſt*. k *tironum* vulgo & *circumſident*. l *unde* L. pr.

Edd. Vaſc. Gryph. poſt. Steph. &c. pro *quorum* in Dorv. *eorum*, & in Ed. Rom. *quocum*. Tum *direpta* Leid. pr. *directa* etiam Petav. Mox *levi arm.* Edd. Rom. Ven. & Med. ſed *levem armaturam* dant praeter Petav. MSS. mei omnes; & Ciacc. & Edd. Vaſc. Gryph. poſt. Steph. ac Stradae, in quibus & *conſtituiſſent*, uti & in Leid. ſec. ac Dorvill. ſed *conſtituiſſet* ſine *ut* eſt in Petav. *conſtituit* Leid. pr. Scalig. Qui cum Petav. habent *caſtra*, loco *caſtrorum*. Omnes etiam MSS. pro *noſtros* dant *noſtri*. *Dum* abeſt a Leid. ſec. & Dorv. & *dederant* in Petav. Leidd. Dorv. Non me expedio: nec magis Glandorpius & Ciaccon. quos adi, ſi lubet.

1. ARGENTO PROPE TECTI EQUITES] *Joan. Glandorpius* reponit *argento prope tectis equis*; ſed ex MS. *Norvic.* legendum *argento prope tecti equos*, qui notiſſimus eſt Helleniſmus. Non interim ſum neſcius, *equites* pro *equis* poni poſſe. Vide quae notavit vir clariſſimus *Janus Broukhuſius* ad *Propertii* l. IV. Eleg. III, 38. Id tamen hic loci duriſſimum videtur: eandem enim vocem diverſo ſenſu paullo ante adhibuit noſter. DAVIS. Veriorem exiſtimo lectionem eam, quam in MS. Voſſii repperi *equites argento prope tecti*; *ad Caeſarem* &c. CLARK. Expreſſit tamen Clarkius Elienſis Cod. lectionem *tecti equos*. Mei *equites* retinent: at Voſſianam lectionem jam expreſſerunt Vaſcos. Gryph. poſt. & Steph. cum Strada. Non diſplicet tamen *equos*. *Equites Romani Aſtenſes* dicuntur, ut ſupra *eques Romanus Italicenſis*.

2. S. V. G. E. V.] Hae litterae denotant, *ſi valetis, gaudeo, ego valeo.* Sic *Dolabella* in Epiſt. ad *Ciceronem* Fam. l. IX. Ep. IX. S. V. G. V. ut fruſtra ſint *Barn. Briſſonius* Form. l. VIII. & *Pet. Ciacconius*, qui reponunt S. V. B. E. E. V. licet ea quidem uſitatior formula. Vide & *Juſt. Lipſium* Inſt. Epiſt. c. III. DAVIS.

3. OPINIO FERT.] Ita legendum videtur ex MS. Elienſi & Edit. Rom. qui habent *opinio fere eſt*. Scaliger & Recentiores *opinio eſt*. CLARK. Veriſſime ita emendavit Clarkius: quod & egi, eo nondum viſo ad Front. l. II. in Praef. *ut mea fert opinio*. *fere* addit etiam Pet. & Edd. Med. Ven. *ferre* Leid. pr. ſed *fert* diſerte Cod. Urſin. ſimilia vide ad l. VIII, 36. *fert conſuetudo.*

4. EXERCITUM TIRONUM] Non dubitare quis poteſt de veritate ſcripturae codicum Leid. pr. & Scalig. *tironem*, qui confert cum hoc loco Front. I, 3. §. 1. *Veteranum exercitum haberet, ſed hoſtium tironem eſſe ſciret.* Vide & infra c. 28. *Partem exercitus tironem.* Mox *circumſederunt* edidi, auctoribus MSS. omnibus & Edd. principibus.

5. IN ANIMO HABEO] Ex Cod. *Ciaccon.* & edit. *Steph.* praepoſitionem reſtitui, quam omittunt vulgg. DAVIS. Cum his faciunt MSS. *Reg.* & *Voſſ.* ac editiones *Gryph.* & *Lugdun.* 1576. Adeo ut, quamvis alter loquendi modus non ſit incommodus, quemadmodum docet *J. Fr. Gro-*

no-

1 XXVII. Inſequenti tempore quum noſtri [a] temere in opere diſtenti eſ-
2 ſent, equites in oliveto, dum lignantur, interfecti ſunt [b] aliquot. Servi transſugerunt, [c] quin unciaverunt, a. d. III [1] Nonarum Martii [d] proelium ad [2] Soriciam quod factum eſt, ex eo tempore [e] metum eſſe magnum, &
3 Attium Varum circum caſtella praeeſſe. Eo die Pompejus caſtra movit,
4 & [3] contra Hiſpalim in oliveto [4] conſtitit. Caeſar priuſquam [f] eodem eſt profectus, luna [5] hora circiter VI viſa eſt. Ita caſtris motis Ucubim, [g] Pompejus praeſidium quod reliquit, [6] juſſit [h] incenderent, & deuſto oppido in
5 caſtra majora ſe reciperent. Inſequenti tempore [7] Ventiſponte oppidum quum obpugnare coepiſſet, deditione facta, iter fecit in Carrucam; [8] contraque [i] Pompejum caſtra poſuit. Pompejus oppidum, quod contra ſua prae-

VARIAE LECTIONES.

a deeſt Pet. L. pr. *in op. tem.* Dorv. *in op.* abſunt L. ſec. b *aliqui* L. pr. *aliquot ſervi* Edd. qdd. jungunt. c *&* Dorv. *ſ. qui transf.*, *nunt.* Gland. d *proelio, ad* vulgo. e *metus eſt magnus, & Attius.* (per *c.* etiam Edd. aliquot male) *Varus circum* (*circa* L. ſec.) *c. praeerat* Dorv. f *eo* L. pr. *eſt* exſulat Dorv. g Sic MSS. o. non *praeſ.*, *q. P.* Gland. *praeſidio.* h vulgo *ut inc.* i vulgo *contra P.*

novius ad *Livii* XLIV, 25. ad illum tamen, quem recepi, ducat optimorum librorum fides. IDEM. *Cur. ſec.* Adde Leid. ſec. & Edd. Vaſcoſ. ac Steph. & Clarkii. Nihilominus male; & praeferenda eſt antiquiorum Codicum ſcriptura. Adi Cortium ad Salluſt. B. Jugurt. c. XI. *Ea animo habere.*

1. —— NONARUM MARTII, PROELIO, AD SORICIAM QUOD FACTUM EST, EX EO TEMPORE &c.] Quamvis ferri poſſit haec Lectio, tamen, cum in MSS. Reg. & Voſſii ſcriptum ſit, *Nonas Martias*; & in pleriſque Codicibus, (*pro proelio*, *proelium*: conjecerim equidem potius legendum, (—— Nonas Martias, proelium *ad Soriciam quod factum eſt, ex eo tempore &c.*) CLARK. *Nonas Martias* Edd. aliquot. Sed, ut plerique cum Edd. primis ediderunt, exhibent mei, vel *Non. Martii.* Dein *proelium affore ad Sor.* dant omnes Edd. ante Scal. qui e MS. Urſini in quo deerat *affore*, *proelio* reſcripſit. Sed omnes etiam mei *proelium*; quod repoſui. *Affore* pro *ad Soriciam* eſt in Leid. ſec. & Dorvill. unde patet, id ex illis verbis natum eſſe. Nam *affore* abeſt a MSS. reliquis. *Proelio multos aufugiſſe ad Sor.* legit Glandorpius. *Quo* eſt in Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. Steph. & Stradae.

2. SORICIAM] Forte, *Soricariam*: Ut ſupra, c. 124. CLARKE. Per *c* ſcripſi e Petav. *Suricam* Leid. prim. *Siricam* Scalig. Nullus dubito cum viris doctis, quin *Soricaria* & *Soricia* idem ſit locus. Sed quid praeferendum ſit, neſcio.

3. CONTRA HISPALIM] In vulgg. *circa Hiſpalim*; ſed lectionem a me receptam exhibent MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* quam etiam *Gerardus* G. J. F. *Voſſius* ad *Velleji Paterculi* lib. II. c. LXXVI. ex Cod. *Petav.* recipiendam cenſuit. *Contra Hiſpalim* idem notat ac *e regione Hiſpalis. Caeſar* l. I. B. C. c. LVI. *Hae ad inſulam, quae eſt* contra Maſſiliam, *ſtationes obtinebant.* Ac l. III. B. C. c. XXIII. *Inſulamque; quae* contra *Brundiſinum portum eſt, occupavit.* Sic & inter alios, *Virgilius* Aen. I, 17. DAVIS. Ita etiam Scal. Leid. pr. Ed. Med. Adi ad l. VIII. c. 41. *Contra montem.*

4. CONSTITIT] Non hoc damno: ſed optimi Codices Urſini, Petav. & Leid. pr. *conſtituit.* Vide ad lib. VIII. c. 46. *Hiberna conſtituit.* Quare cum Urſino praefero: ſequitur enim in fine rurſus *caſtra contra Pompejum conſtituit.* & c. 28. ac ſaepiſſime. Adde Vegetium l. I. c. 4.

5. HORA] Scilicet *diei.* Inmerito id ſuſpectum eſt Glandorpio. J. Obſequens c. 103. *Luna interdiu adparuit.*

6. JUSSIT UT INCENDERENT.] Leid. ſec. & Dorvill. *Juſſit incendi.* Sed ſequitur *deciperent.* Cui ſuccurrere tentat etiam Dorvill. librarius pro *&* dans *ut.* Optime Pet. Cod. delet *ut.* Conſule omnino notas ad B. Alex. c. 73. *Aggerem ſervitia agerent juſſit.*

7. VENTISPONTE] *Ventiponte* Leid. pr. Dorvill. Edd. pp. *Ventiponti* Scalig. *Ponti* Petav. mox praepoſitio deeſt Leid. ſec. Dorv. Et *Conrucum* habent Edd. pp. *Carruncam* Leid. ſec. *Caurafiam* ex Plin. l. III. Gland. reponit. Rectius *Carulam* cenſet Cl. Weſſeling. ad Anton. Itin. p. 410. ubi junguntur *Hiſpali Baſilippo* (hic *Ventiſponte*) & *Carula.*

8. CONTRAQUE POMPEJUM] Sic repoſui ex MSS. Reg. & Voſſii. Editi (contra *Pompejum.*) Quod erat hiulcum. CLARK. Accedunt Dorv. & Leid. ſec. cum Edd. Vaſc. Gryph. poſt. Steph. &

praeſidia portas clauſiſſet, incendit: mileſque, qui fratrem ſuum in [a] ca- 6
ſtris jugulaſſet, [b] interceptus eſt a noſtris, & [c] fuſti percuſſus. Hinc iti-
nere facto, in campum Mundenſem quum eſſet ventum, caſtra contra
Pompejum conſtituit.

XXVIII. [d] Sequenti die quum iter facere Caeſar cum copiis vellet, re- 1
nunciatum eſt [e] ab ſpeculatoribus, Pompejum de III vigilia in acie [f] ſtetiſ-
ſe. Hoc nuncio adlato, vexillum propoſuit. Idcirco enim copias eduxerat, 2
[1] quod Verſaonenſium civitati fuiſſent fautores: antea litteras miſerat,
[g] *Caeſarem nolle in convallem deſcendere, quod majorem partem* [2] *exer-
citus tironem haberet.* Hae litterae vehementer confirmabant [h] mentes 3
oppidanorum. Ita hac opinione fretus [3] totum ſe facere poſſe exiſtimabat:
etenim & natura loci [i] defendebatur, & ipſius oppidi munitione, ubi ca- 4
ſtra [k] habuit conſtituta; namque, ut [l] ſuperius demonſtravimus, loca ex-
cellentia [4] tumulis contineri; interim nulla planitia dividit. XXIX.

VARIAE LECTIONES.

a *Caſtra* Dorv. *jugulaverat* Idem & L. ſec. cum 3 Gall. b *interemptus* L. pr. Sc. c Sic MSS. Pet. Sc. L. pr. *fuſtibus* L. ſec. Dorv. *fuſte* Edd. Vett. Adi ad Front. IV, 1, 34. *perculſ.* L. ſec. Dorv. d *ſequentique* Pet. e *a* MSS. & Edd. qdd. f *conſtit.* L. pr. g *ad* C. L. ſec. Dorv. dein vulgo *exercitum.* h *mentem* L. ſec. *animos* Dorv. i *defendebantur* L. pr. Pet. k deeſt L. pr. l *ſuperioribus* Sc. *ſupra* L. ſec.

& aliis. Edd. primae *contra Pompejus.* Aldi, Gryph. & multae *Pompeji.*

1. QUOD VERSAONENSIUM CIVITATI FUISSENT FAUTORES] Legendum credo: *Quod Verſaonenſium civitati ut ſibi eſſent fautores.* Educebat enim copias extra vallum, ut confirmaret, quod litteris ſcripſerat, per Caeſarem ſtare, quo minus averteretur. Hanc enim ſi teneret opinionem, ſperabat opidanos ſibi fauturos. *Ciaccon. Joan. Glandorpius* reponit *quod Urſaonenſium civitati, qui erant fautores*, &c. *Joſ.* autem *Scaliger* & *Joan. Goduinus* vocem ultimam cum penultima e margine in textum irrepſiſſe contendunt. Editt. *Rom. Ven. Beroald.* exhibent *quod Verſaonenſium civitati fuiſſent fautores. Fauſto antea litteras* &c. Eandem lectionem in ſuo Cod. invenit *Jul. Celſus*, qui p. 242. ait, *Pompejus* Fauſto *ſcripſerat, qui, quantum intelligi datur, intra oppidum erat, Caeſarem* &c. Nec ſane cauſa eſt, cur ea vox rejicula habeatur. DAVIS. *Urſaonenſium* etiam legit Rodericus Carus (l. III. Ant. c. 53.) *Qui erant fautores.* Ita emendavit Glandorpius. MSS. Voſſii cum Edd. Vett. *civ. fuiſſent fautores.* Quae verior ſit lectio, non ſatis conſtat. CLARK. De *Urſaone* vide etiam cap. 41. *Fauſto* addunt etiam Med. Vaſcoſ. Gryph. poſt. Steph. & aliae. Temere Glandorpii conjecturam in textum recepit Clarkius. Nam *fuiſſent fautores* retinent MSS. cuncti. Puto ſcribendum: *Quod, qui Urſaon. civ. praefuiſſet, Fauſto antea l. m.* Quid enim illi *fautores* hic faciant non video. Sexcenties, ut ita dicam, hic auctor *fuiſſet* pro *eſſet* vel *erat* adhibet: Quod & alibi monitum.

2. EXERCITUM TIRONEM.] Sic Scaliger & Recentiores. MSS. & Editt. Vett. (*majorem partem* exercitus tironum.) Siquid mutandum, exiſtimarim equidem legendum, (*majorem partem* exercitum tironum *&c.*) Quod enim repoſuerunt nuperi, *tironem;* minus placet. CLARK. Cum Edd. Vett. conſentiunt MSS. Leid. ſec. Dorvill. & forſan Petav. Sed optime Leid. pr. & Scalig. *m. partem exercitus tironem.* Ut ſupra c. 25. *exercitus tiro*, ſic hic *pars exercitus tiro* eleganter dicitur. Vide loco cit. Ni MSS. cederem, Scaligeri lectionem unice veram putarem.

3. TOTUM SE FACERE] Id eſt *facere, quae vellet.* quae locutio apud Ulpianum occurrit; & de ea agit Cl. Duk. de Latin. Juriſc. p. 353. Hinc talis homo vulgo dicitur *fac totum;* & apud optimos quoſque *Omnia eſſe.* Conſule celeberrimos viros Heinſ. & Burm. ad Petron. c. 37. *Trimalchionis tapanta eſt.* At tamen MSS. Scal. & Leid. pr. exarant *totos facere:* Immo Petavianus habet *totos facere poſſe ſuos.* An vere, an ex interpolatione non facile dixerim. Sed prius credere malo.

4. TUMULIS CONTINERI; INTERIM NULLA PLANITIA DIVIDIT. SED RAT. NULLA PLACUIT TACERI ID, QUOD EO &c.] Mire hic turbant MSS. & Ed., quibus me non expedio. Ed. Romana tu-

1 XXIX. Sed ratione nulla placuit taceri id, quod eo incidit tempore:
Planities [a] inter utraque caſtra intercedebat, [b] circiter milia paſſuum v, ut
auxilia Pompeji duabus defenderentur rebus, [1] oppidi excelſi, & loci na-
2 tura. Hinc dirigens proxima planities aequabatur: cujus decurſum ante-
cedebat rivus, qui ad eorum acceſſum ſummam efficiebat loci iniquitatem;
3 nam paluſtri & voraginoſo ſolo [2] currens [c] erat [3] ad dextrum. Et Caeſar,
quum aciem directam vidiſſet, non habuit dubium, quin media planitie
4 in aequum ad dimicandum adverſarii procederent. [d] Hoc erat in omnium
conſpectu. [e] Huc accedebat, ut locus [f] illa planitie [g] equitatum ornaret,
& diei, ſoliſque [h] ſerenitas: ut mirificum [i] & optandum tempus prope
ab Diis inmortalibus [k] illud tributum eſſet ad proelium committendum.
5 Noſtri laetari, nonnulli etiam timere, quod in eum locum res fortunaeque
omnium [l] deducerentur, ut, quidquid poſt horam [4] caſus tribuiſſet, in du-
6 bio poneretur. Itaque noſtri ad dimicandum procedunt: id quod adver-
ſarios exiſtimabamus eſſe facturos; qui tamen a munitione [m] oppidi mile
paſſibus longius non audebant procedere, in quo ſibi prope murum [5] ad-
7 verſarii [n] proeliandum conſtituebant. Itaque noſtri procedunt. Interdum
aequitas loci adverſarios efflagitabat, ut tali conditione contenderent ad vi-

VARIAE LECTIONES.

a *Autem* Dorv. *utrorumque* L. pr. V. c. 24. b deeſt L. pr. c vulgo *currebat ad dextram partem*. d *haec erant* L. ſec. Dorv. e *hoc* L. pr. *accid.* Pet. f *ea* Edd. qdd. g *equitatem* L. pr. h *ſerenitatem* Pet. L. pr. Edd. R. M. V. i *ut* L. pr. Dorv. k *ad iſtud tr. e. pr.* L. ſec. Dorv. l *duc.* L. ſec. Dorv. m *oppido* Scal. *Mile paſſ.* deſunt Sc. L. pr. Pet. n vulgo deeſt.

mulis continet. Interim nulla planitie dividitur: Sed &c. Edd. Med. Ven. *tumulis contineri inter vallum provinciam dividit. Sed* &c. Atque ita Edd. cunctae ante Scal. niſi quod Vaſc. Steph. Gryph. poſt. dent *tumulus continet*, & pleraeque habeant *tacere*. At vero MSS. longe minus praebent. Urſin. Cod. *tumulus continet: interim nulla planicia dividit: quod eo incid.* &c. ceteris rejectis. Petav. Scalig. Leid. pr. *tumulis contineri: interim nulla* (Scalig. *nullam*, Leid. pr. *in illa*) *planicie dividit* (Petav. *dividi*) *id quod* &c. Dorvill. *tumulus continet: interim nulla planitie dividitur quod eo inc.* &c. At contra Leid. ſec. *tumulis continet. Sed ratione nulla placuit tacere id quod.* Videant Docti, quae inde verior lectio ſit excudenda. Glandorp. legit *tumulis continentur*. Suſpecta omnino ſunt verba *interim nulla planitia dividit.* Subdit enim *planities* &c.

1. Oppidi excelsi et loci natura.] Conjecerim equidem legendum, (oppido excelſo & *loci natura.*) Sed ſine Codicibus nihil muto. CLARK.

2. Currebat ad dextram partem] Reponendum crediderim ex MS. *Norv. currens erat*, qui Helleniſmus eſt, optimis ſcriptoribus non ignotus. *Cicero* in Orat. p. 204. ed. Lambin. Eſt e*nim, ut ſcis, quaſi in extrema pagina Phaedri bis verbis* loquens *Socrates*. *Vitruvius* Archit. l. 11. c. 1. *Phryges vero, qui campeſtribus locis* ſunt habitantes. Adi & *Iſ. Caſaubonum* ad *Capitolini* Anton. Philoſ. c. xx. DAVIS. *Currens erat.* Optime, quomodo & in MS. Regio ſcriptum repperi. CLARKE. Mei etiam MSS. omnes *currens erat ad dextrum:* quod idcirco reſtitui: In Petav. tamen & Leid. pr. eſt *erant.* in Dorvill. & Ciacc. *erant autem*. Vide ad Miſcell. Obſer. Vol. 11. p. 305. *Conſiderans ſum.* Ceterum pro *partem* &c. MSS. omnes mei habent *id quod*, & in Ciaccon. MS. *Idque:* forſan recte.

3. Ad dextram partem] Pro his vocibus Cod. *Ciaccon.* repraeſentat *ad extremum*; MS. autem *Norvic. ad dextrum*, cujus Gloſſema eſt vulgata lectio. DAVIS.

4. Casus tribuisset] Sic edidit primus Scaliger, cum antea excuſum eſſet *caſtris fieret:* quomodo habent etiam Leid. ſec. & Dorv. In Urſin. Cod. *Cras fieret.* In Petav. *Cras tribuiſſet:* In Leid. pr. *curas tribuiſſet.* At in Scalig. Cod. *cauſas tribuiſſet* ſupraſcr. *caſus.*

5. Adversarii constituebant] MS. *Norvic.* vocem interponit, qua in textum recepta, integer eſt ſenſus. Ex eo igitur lege *adverſarii proelian-*

victoriam: neque tamen illi a ſua conſuetudine [1] decedebant, ut [a] aut ab 8
excelſo loco, aut [b] ab oppido, diſcederent. Noſtri pede preſſo propius
rivum quum [c] adpropinquaſſent, adverſarii [d] patrocinari loco iniquo non
[e] deſinunt.

XXX. Erat acies XIII aquilis conſtituta, quae lateribus [f] equitatu te- 1
gebatur, cum levi armatura milibus VI. Praeterea auxiliares accedebant
[2] prope [g] alterum tantum. Noſtra [3] praeſidia LXXX cohortibus, & IIX mi-
libus equitum. Ita, quum in extrema planitie iniquum [h] in locum noſtri 2
adpropinquaſſent, paratus hoſtis erat ſuperior, ut [4] tranſeundi ſuperius
iter vehementer eſſet periculoſum. Quod quum a Caeſare eſſet animad- 3
verſum, ne quid temere [5] culpa ſua [i] ſecus admitteretur, eum locumde-
finire coepit. Quod quum hominum auribus eſſet [k] objectum, moleſte & 4
acerbe accipiebant, [l] ſe inpediri, quo minus proelium conficere poſſent.
Haec mora adverſarios alacriores efficiebat, [6] Caeſaris copias timore in-
pediri ad committendum proelium. Ita ſe efferentes iniquo loco ſui pote- 5
ſtatem [m] faciebant, [7] ut magno tamen periculo acceſſus eorum haberetur.

Hic

VARIAE LECTIONES.

a abeſt Dorv. b Exſulat a Leidd. c *acceſſiſſent* L. pr. d *a patrocinali* Dorv. *patrocinati* L. ſec. e Sic Pet. Sc. L. pr. & Edd. Vaſc. Gr. poſt. Steph. Scal. &c. *defecerunt* L. ſec. Edd. Aldi, Gryph. & aliae. *diſceſſerant* Dorv. *deſerunt* Edd. pp. *deſuerunt* Lipſ. f *equitatus tegebat* L. pr. *equitum* Dorv. g *ad alt.* L. pr. *totidem* L. ſec. D. Edd. pp. h deeſt L. pr. V. ad l. IV. B. G. c. 13. i vulgo *ſequius*. *diffinire* MSS. 2. Mox *omnium* legit Gland. k *abj.* L. pr. l abeſt L. pr. m *effic.* Leidd. D.

liandum conſtituebant. DAVIS. Recepi *proeliandum*, ſuffragante Petaviano, qui tamen cum Leid. pr. habet *adverſariis*.

1. DECEDEBANT] Sic legendum, non *diſcedebant*, quod in editt. DAVIS. *Decedebant:* Sic ex conjectura repoſuit Daviſius. Atque ita in MS. Regio ſcriptum reperi. Editi *diſcedebant*; Quod eſt valde κακόφωνον (*diſcedebant ut* —— *diſcederent.*) CLARK. Mei omnes *diſcedebant* retinent.

2. PROPE ALTERUM TANTUM] Ita ut auxiliares reliquarum copiarum numerum tantum non adaequarent. *Livius* l. I. c. XXXVI. *Alterum tantum adjecit. Minucius Felix* Octav. p. 37. *Mox alterum tantum admonitus adjunxit.* Vide & *Corn. Nepotem* Eumen. c. VIII, 5. DAVIS. Ad Livii locum adi J. F. Gronov. & Drakenb.

3. PRAESIDIA LXXX COHORTIBUS, ET VIII MILLIBUS EQUITUM] Scilicet *conſtituta*. Ut ſupra, (*Erat acies XIII aquilis* conſtituta.) Quamobrem minus recte Codices nonnulli; (*praeſidia LXXX* cohortes *&* *VIII* millia *equitum.*) CLARK. *Cohortes* eſt in Leid. ſec. & Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. & Steph. Rectius *&* abjiciunt Pet. Leidd. Dorv. qui etiam cum Scal. & Leid. ſec. habent *IX. m. eq.*

4. UT TRANSEUNDI SUPERIUS ITER] *Norv.* habet *tranſire*, quod melius videtur. DAVIS. *Cur. ſec.* Reſcribendum omnino videtur *tranſire* cum Petav. vel *tranſeundum* cum Leid. pr. ac MSS. 2. Thuaneis.

5. CULPA SUA SEQUIUS] Ita edidit Scaliger. Olim expreſſerant *ſecus*. Quod inducere maluit Urſinus. Abeſt ſane a Leid. ſec. & Dorvill. ac Petav. qui non agnoſcit etiam *culpa ſua*. Deeſt *ſua* in Scal. & Leid. pr. qui dant etiam *ſecus*.

6. CAESARIS COPIAS TIMORE IMPEDIRI AD COMMITTENDUM PRAELIUM] In *Norvic.* eſt *Caeſarem timore impediri*. Si cum terſo ſcriptore res eſſet, omnino ſcriberem, *Caeſarem* RATOS *timore impediri a committendo proelio*. Sed tam horridus & incultus eſt hic auctor, ut an aliquid tentandum ſit dubitem. DAVIS. *Cur. ſec. Copias* abeſt a Dorvill.

7. UT MAGNO TAMEN PERICULO] Adverſativam particulam huc non convenire advertit *Joan. Glandorpius*, qui reponendum duxit *ut magno in periculo*. MS. autem *Norvic.* exhibet *ut magno cum periculo*, quae lectio ſana eſt & ſincera. DAVIS. Cum *periculo*) Ita repoſuit Daviſius ex MS. Elienſi. Sed & ferri poſſet vulgata Lectio, (*magno* tamen *periculo.*) Loco nimirum iniquo ſui poteſtatem faciebant, ut quamvis acceſſus ad eos haberi quidem poſſet, at magno *tamen* id

eum

6 Hic Decumani ſuum locum, cornu dextrum, tenebant, ſiniſtrum III
& v legio, itemque [a] cetera auxilia, & equitatus. Proelium clamore facto
committitur.
1 XXXI. Hic etſi virtute noſtri antecedebant, adverſarii [b] ſe e loco ſu-
periore [1] defendebant acerrime, & vehemens fiebat ab utriſque clamor,
[2] telorumque miſſu concurſus, ſic, ut prope [c] noſtri diffiderent victoriae:
2 congreſſus enim & clamor, quibus [d] rebus maxime [e] hoſtis conterretur, in
3 conlatu pari [f] erant conditione. [g] Itaque ex utroque genere pugnae, quum
parem virtutem ad bellandum contuliſſent, pilorum [h] miſſu fixa cumula-
4 tur, & concidit adverſariorum multitudo. Dextrum [i] demonſtravimus
Decumanos cornu tenuiſſe, qui etſi erant pauci, tamen, propter virtutem,
magno adverſarios timore eorum opera [k] adficiebant, [3] quod a ſuo loco
hoſtes vehementer premere coeperunt, ut ad ſubſidium, [4] ne ab latere
noſtri [l] occuparent, legio adverſariorum transduci coepta ſit ad dextrum.
5 Quae ſimul eſt mota, equitatus Caeſaris ſiniſtrum cornu premere coepit.
[5] At ii eximia virtute proelium facere incipiunt, ut [m] locus in acie ad ſub-
6 ſidium [n] veniundi non daretur. [o] Ita, quum clamori eſſet intermixtus ge-
mitus, [6] gladiorumque crepitus auribus oblatus, inperitorum mentes ti-

VARIAE LECTIONES.

a *& cet. a. equit.* MSS. b vulgo *loco ſ. defendebantur.* c Abeſt a L. pr. *differrent* Leidd. D. in quo *victoriam.* d deeſt Dorv. e Sic MSS. & Edd. pp. non *hoſtes conterrentur.* f *erat* L. pr. Pet. g *ita* Leidd. Edd. R. M. *pugnae* abeſt a Pet. L. pr. Edd. pp. *pugnantium* Gland. h *miſſus* MSS. 4. *fixorum* L. ſec. Dorv. i *ut d.* L. pr. Pet. k *eff.* L. pr. l vulgo *occuparentur.* m *locum* Pet. Sc. *aciem* L. pr. Pet. n Sic Sc. L. pr. non *veniendi.* V. ad l. III. B. G. 6. o *in coelum clamor interm. & gem.* L. ſec. Dorv. *clamor* Pet. L. pr.

cum periculo. CLARK. Sic etiam bene exponit Rhellicanus.

1. DEFENDEBANTUR] MSS. Reg. & Voſſii, & Edit. Rom. *defendebant.* MS. Elienſ. *ſe defendebant.* Utrumque rectius quam vulgata. CLARKE. *Gryphius* & *Lugdunenſes* ediderunt *defendebant.* Omnino reponendum, *Adverſarii SE e loco ſuperiore* defendebant *acerrime*; prout diſerte repraeſentant *Pet.* & *Norv.* DAV. *Cur. ſec. Defendebant* eſt etiam in meis omnibus & Edd. Med. Ven. Vaſc. ac Steph. aliiſque.

2. TELORUMQUE MISSU CONCURSUS] Sic recte exhibent MS. *Norv.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* cum in vulgg. *telorumque miſſus* perperam legeretur. DAV. *Miſſu* recte; quomodo & in MS. Voſſii ſcriptum repperi. Vulgatum *miſſus* nihili eſt. CLARK. *Miſſu* etiam mei cuncti & Edd. Med. Ven. Vaſcoſ. Gryph. poſt. Steph. atque ita jam Urſinus emendavit. Mox *pilorum miſſu:* & ita *telorum miſſus* ſupra c. 17.

3. QUOD A SUO LOCO] Nonnulli *quod ſuo loco.* Tumque ſignificabit *ſua in parte.* CLARKE. *A* abeſt ab Edd. Aldi, Gryph. Manut. Plant. Scalig. & Cell. Sed cuncti manu exarati libri *a* retinent eodem tantum non ſenſu.

4. NE AB LATERE NOSTRI OCCUPARENTUR] Senſus poſtulat, ut ſcribamus *occuparent*, quemadmodum eſt in MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Venet.* Eadem lectio e II. MSS. *Thuan.* hauſta, *Joan. Goduino* placuit. DAVIS. *Occuparent.* Sic Goduinus ex 2. MSS., re quoque ipſa clamante; & Daviſius ex MS. Elienſ. & Editt. Vett. Scaliger & Recentiores, *occuparentur*: Quod ſententiam turbat penitus. CLARK. A Beroaldo uſque *occuparentur* legitur, non male, ſi *noſtris* ſcribas. Sed *occuparent* etiam eſt in Petav. Scalig. Leid. ſec. ac Med. Edit. & praetulit quoque Cellar. Mox *a dextro* mallet Gland. minus bene.

5. AT II —— FACERE INCIPIUNT] Pet. Scal. Leid. pr. Edd. Rom. Med. *Ita uti —— facere poſſent.* Unde ſuſpicor *incipiunt* & *poſſent* eſſe a Gloſſa. V. ad lib. VII, 81. Gland. legit *atque ita —— f. incipiunt.*

6. GLADIORUMQUE CREPITUS] Ut paſſim, ita hic quoque *ſtrepitus* exaratur in Leid. primo: Adi quae copioſe de his olim diſſerui ad J. Obſeq. de Prodig. c. 104. *Ancilia cum crepitu ſua ſponte mota.* Apud Salluſt. quoque in Jug. c. 60.

Cla-

[1] timore praepediebat. [2] Hic, ut ait Ennius, *pes pede premitur*, *armis* 7
teruntur arma; adverſarioſque vehementiſſime pugnantes noſtri agere coeperunt, quibus oppidum fuit ſubſidio. Ita ipſis [3] Liberalibus [a] fuſi fu- 8
gatique non ſuperfuiſſent, niſi in eum locum confugiſſent, [b] ex quo erant egreſſi. In quo proelio ceciderunt milia hominum circiter xxx, [c] & ſi quid 9
amplius: praeterea Labienus, [d] Attius Varus, quibus occiſis utriſque funus eſt factum: [e] itemque equites Romani partim ex urbe, partim ex provincia ad milia III. Noſtri deſiderati ad hominum M, partim [f] peditum, par- 10
tim equitum, ſaucii [g] ad D. Adverſariorum aquilae ſunt ablatae XIII, & ſigna, & faſces. [4] Praeterea duces belli XVII capti ſunt. Hos habuit res exitus.

XXXII. Ex fuga hac quum oppidum Mundam ſibi conſtituiſſent prae- 1
ſidium, [h] noſtri cogebantur neceſſario eos circumvallare. [5] Ex [i] hoſtium 2
ar-

VARIAE LECTIONES.

a *Fuſis fugatiſque* L. ſec. D. b *de* L. pr. c deſunt L. ſec. d *& A.* L. ſec. D. e *item* L. pr. f *equitum peditumque* L. ſec. D. g deſunt Leidd. h *noſtrique* L. pr. Pet. i *& collectis h.* Gland.

Clamor permixtus gemitu &c. *Item ſtrepitus armorum ad coelum ferri* defendit ex iis, quae ibi notavi, Cl. Cortius. Verum cum in Salluſtio non poteſt ſignificare coecum quoddam murmur, & illic quoque praefero *crepitum:* ut ubique voluit etiam ſcribi ſummus Burmannus ad Ovid. Met. lib. XV, 784. Contra ubi Cicero ſcribit *crepitum plagarum* Or. V. in Verr. c. 62. malui olim *ſtrepitum.* Sic apud Curt. l. IV. c. 15. in f. *ſtrepitus habenarum.* at nunc nihil etiam illic muto. Prudent. Hymno I. περὶ στεφανῶν, 56. *Verberum poſt vim crepantum.* Ceterum cum pro *clamori* hic in MSS. quatuor (Vide Varias Lect.) reperiatur *clamor*, poſſet videri locus expreſſus eſſe e Saluſtio, & *gemitu* eſſe reſcribendum quoque.

1. TIMORE] Lege *timor praepediebat*, ac ita dant a *Gryphio* & *Lugdunenſibus* editi libri. DAV. *Cur. ſec. Timor* etiam Vaſc. & Steph. cum Strada. Exſulat haec vox ab Edd. Rom. Med. Ven. Placet mihi quoque *timor.* Adi Ill. Heinſium ad Ovid. Ep. XIV. 18. *Praepedit orſa tremor.* ut *incitat tubae cantus.* de qua locutione adi Pric. & Brant. ad Apuleji l. VIII. p. 466, 731.

2. HIC, UT AIT ENNIUS, PES PEDE PREMITUR, ARMIS TERUNTUR ARMA] *Ennianum* mihi locum conſultus oſtendit vir interioribus litteris eruditiſſimus *And. Schottus*, quem honoris cauſſa nomino, ex *Homerico* converſum eſſe Iliad. ν.

Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ.

Quomodo & *A. Furius* apud *Macrobium* lib. VI. Satur. c. III. ex eodem *Homero:*

Preſſatur pede pes, mucro mucrone, viro vir,

Maro quoque X. Aen. vſ. 360.

—— *Haeret pede pes, denſuſque viro vir.*

Sed neutrum *Homero* hic parem eſſe Critici judicarunt, auctore eodem *Macrobio* l. V. c. XIII. *Brant.* Imitatur & *Silius* Italicus lib. IV, 354. & IX, 322. Metri autem gratia *Paulus Merula* fragm. *Ennii* p. 40. reſcribit

—— *Pes premitur pede, & arma teruntur Armis.* ——

Sed ſexcentis exemplis demonſtrare poſſum, ſolutae orationis ſcriptores, cum Poetas laudent, metri eſſe negligentiores, adeo ut, an manu critica ſit opus, neſciam. DAVIS.

3. LIBERALIBUS] *Liberalia*, dies Libero patri ſacer. Rhellicanus hic ineptiſſime: *Liberalibus*, inquit, *hoc eſt*, *iis qui liberaliter*, *ingenue*, *ac fortiter pugnantes occubuerant.* CLARK. Vide & Ciacc. Gland. & Manut.

4. PRAETEREA &c.] Turbant hic rurſus MSS. In Petav. & Leid. pr. & 2 Gallicanis tantum legitur *praeterea* (hac etiam voce caret Leid.) *quos* (Leid. *hos*) *habuit ex f. hac qui opp.* Leid. ſec. in quo *qui cum opp.* & Dorv. non agnoſcunt *hos habuit res exitus.* Et facile e Gloſſa in textum irrepere potuerunt. Similem Gloſſam notavi ſupra. Certe *duces belli XVII* iſti omnino ſuſpecti ſunt.

5. EX HOSTIUM ARMIS —— CIRCUMPLEXI] Haec ῥῆσις tam corrupta eſt & mutila, ut auctoris verba conjiciendo aſſequi non ſit meum. Ex iis tantum colligitur *e congeſtis cadaveribus aggerem effectum eſſe, quae pilis jaculiſque confixa inter ſe tenebantur*, quae verba ſunt *Flori* l. IV. c. II, 85. Vide & *Valerium Maximum* l. VII. c. VI, 5. ac *Julium Celſum* p. 244. ſeq. DAVIS. Haec adeo mutila ſunt, ut ſine melioribus Codicibus reſtitui omnino non poſſint. CLARK.

armis, pro ceſpite cadavera conlocabantur, [a] ſcuta & pila pro vallo, [*] in-
ſuper [1] occiſi, & gladii, & mucrones, & capita hominum ordinata, ad
oppidum converſa univerſa hoſtium timorem, virtutiſque inſignia [*] pro-
poſita viderent, & vallo circumcluderentur adverſarii [*] ita Galli tragulis
jaculiſque oppidum ex hoſtium cadaveribus [b] ſunt circumplexi, obpugna-
3 re coeperunt. Ex hoc proelio [c] Valerius adoleſcens, Cordubam cum pau-
cis equitibus [2] fugit; Sexto Pompejo, qui Cordubae fuiſſet, rem geſtam
4 refert. Cognito hoc negotio, [3] quos equites, quod pecuniae ſecum ha-
buit, eis diſtribuit, & oppidanis dixit, ſe de pace ad Caeſarem proficiſ-
5 ci, & ſecunda vigilia ab oppido diſceſſit. Cn. Pompejus [d] autem cum e-
quitibus paucis, nonnulliſque peditibus ad navale praeſidium parte alte-
ra Cartejam contendit, quod oppidum abeſt a Corduba milia paſſuum
6 CLXX. Quo quum ad octavum miliarium [e] veniſſet, P. [f] Calvitius, qui ca-
ſtris [4] antea Pompeji praepoſitus eſſet, ejus verbis nuncium mittit, [g] *quum
minus belle haberet*, [5] *ut mitterent lecticam, qua in oppidum deferri*
7 [h] *poſſit*. Litteris miſſis, Pompejus Cartejam defertur. Qui illarum partium
fau-

VARIAE LECTIONES.

a *Scuti* L. pr. *ſcutum* Edd. R. M. V. b deeſt in Petav. Edd. Vaſc. Gr. poſt. Steph. Str. *complexi* Pet. L. ſec. D. & Edd. pleraeque ante Urſ. *& obp.* Dorv. c *Falerius* MSS. *Phal.* Edd. pp. Mox vulgo *fugiens.* d deeſt MSS. & Edd. ppp. Dein *cum p. nonnullis equit, ad n.* L. pr. e *perv.* L. pr. f *Caucilius* L. pr. Sc. Pet. g *eum munus belli habere* L. ſec. D. *eum habere* L. pr. bene. h Sic MSS. & Edd. pp. non *poſſet.*

1. OCCISI ET GLADII ET MUCRONES &c.] Gland. legit *occiſis & g. & m. infixi, & c. omnium ordinatim ad op. c. ut un. t. h. augerent, cum virt. &c. Occiſis* certe eſt in Edd. Rom. Ven. ac Mediol. *ut muc.* in iiſdem. In Petav. *ut mucro.* At Leid. pr. legit *in gladio, ut in veru.* Unde conjicio ſcribendum *abſciſa in gladio* (vel *in gladii mucrone*) *ut in veru, c. hominum* (*hoſtium* Dorv.) *ordin.* Lucan. l. VIII, 680.

Pharioque veruto
Subfixum caput eſt.

Pro *univerſa* idem *univerſas.* Edd. Vaſc. Gryph. poſt. Steph. Strad. *ad op. hoſt. conv. univ. ut timorem* &c.

2. FUGIENS, SEX: &c.] MSS. Reg. & Elienſ. fugit: *Sext. &c.* Quod idem eſt. CLARK. *Fugit* reſcripſi fide Petav. Leidenſium & Dorv.

3. QUOS EQUITES, QUOD PECUNIAE SECUM HABUIT, EIS DISTRIBUIT] Haec barbara prorſus & incondita eſt conſtructio. Editt. *Rom. Venet. Beroald.* repraeſentant, *quos equites* ſecum habuit, *quod pecuniae ſecum habuit, eis diſtribuit,* ac ita etiam teſtante *Joan. Goduino*, MSS. II *Thuanaei*; nec ſane illa lectio in ſcriptore tam horrido prorſus eſt aſpernanda. MS. *Norv.* exhibet *quos equites ſecum habuit, his quod ſecum pecuniae, eis diſtribuit*, unde minima mutatione reſcribendum putem *quos equites ſecum habuit is; quod ſecum pecuniae, eis diſtribuit*, qui rotundior, niſi me fallit animus, & auctore Romano dignior eſt loquendi modus. DAVIS. Sed & haec durior locutio. Atque MS. quidem iſtum, minus accurate tranſcripſit Vir doctiſſimus. Sic enim Ego in iſto Codice ſcriptum repperi; (quam demum & veram eſſe Lectionem exiſtimo;) (*quos equites ſecum habuit*, HIS, *quod habuit ſecum pecuniae, diſtribuit.*) CLARK. Cum Elienſi de more conſentit Petavianus: cum Ed. Rom. facit Mediolanenſis. In Leid. pr. *Quos eq. ſecum, quod.* bene, ſi modo *his* ponas ante *quod pec.* nam *habuit* ſatis ſubintelligitur.

4. ANTEA POMPEJI] Nonnulli, *ante a Pompejo.* Quod idem eſt. CLARKE. *Ante a P.* eſt in MS. Urſini. *Pompeji antea* Leid. pr.

5. UT MITTERENT LECTICAM] Sic repoſui ex MS. *Norv.* eandemque lectionem in Cod. *Thuan.* reperit *Joan. Goduinus.* In vulgg. *ut* mitteret *lecticam*; male: non enim ſingulari cuipiam homini, ſed ipſis Carteienſibus hunc nuncium miſit Cn. Pompejus. DAVIS. *Mitterent* & in MS. Regio ſcriptum repperi. Scaliger & plerique, *mitteret.* Qui Senſus eſt nullus. CLARKE. *Mitterent* quoque Leid. pr. & Petav. *mittat* Leid. ſec. & Dorv.

I. E-

fautores [1] eſſent, [a] conveniunt in domum, [b] quo erat delatus; (qui arbitrati ſunt clanculum veniſſe) ut ab eo, [2] quae [c] vellet, de bello requirerent. Quum frequentia conveniſſet, de lectica Pompejus eorum in fidem confugit.

XXXIII. Caeſar, ex proelio [3] Munda [d] munitione circumdata, Cordu- 1
bam venit: qui ex caede eo [e] refugerant, pontem [f] occupaverunt. Quum 2
eo [g] eſſet ventum, conviciari coeperunt, *nos ex proelio paucos ſupereſſe:*
[h] *quo confugeremus?* Ita pugnare coeperunt de ponte. Caeſar flumen trans- 3
jecit, & caſtra poſuit. [i] Scapula, totius ſeditionis familiae & libertinorum
[k] caput, ex proelio Cordubam quum veniſſet, [l] familiam & libertos con- 4
vocavit, pyram ſibi [m] exſtruxit, coenam adferri [n] quam [4] opimam imperavit, item optimis [5] inſternendum veſtimentis: pecuniam & argentum in praeſentia [o] familiae donavit. Ipſe de tempore [p] coenavit; [6] reſinam & 5
nardum idemtidem ſibi [q] infundit. Ita noviſſimo tempore [r] ſervum juſſit,

VARIAE LECTIONES.

a *Convenerunt* L. ſec. b *in quam* L. pr. *qua* L. ſec. D. c vulgo *vellent.* d vulgo deeſt *Munda.* *circumdatam* Dorv. *circumdatum* L. ſec. e *refugerunt* Pet. f *occuparunt* L. pr. D. g *circumventi eſſent* L. pr. *conventum eſſ.* L. ſec. *circumventum eſ.* Pet. D. *convitiare* Dorv. Leidd. h *quos* L. pr. *fuger.* MSS. o. i V. Gland. qui addit *ſed. auctor.* k *apud* L. pr. D. l *familias* L. ſec. *liberos* L. pr. *Libertinos* Pet. m *inſtruxit* Ed. Elz. n deeſt L. ſec. D. male. V. ad l. VIII, II. ſtatim *inſternendam* vulgo. o *quod erat* addit Gland. p abeſt Pet. Sc. *coenare* Edd. R. M. V. q *infudit* L. pr. Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. r *ſervo j. & liberto* Dorv.

1. ERANT,] Sic MS. Reg. Al. *eſſent.* Atque utroque quidem modo loqui ſolet hic Auctor. CLARK. Male ita Clarkius, licet & Dorvill. & Leid. ſec. ac 3 Gallic. etiam dent *erant.* Sequor potius vetuſtiores libros. Subjunctivum enim multo magis amat hic auctor; ut c. 37. &c. Statim pro *clanculum* Lipſius margini adlevit *Calvitium.*

2. QUAE VELLET,] Ita ex MS. Reg. reſtitui, clamante & ipſa re. Editi omnes, (*quae* vellent.) Longe minus venuſte; & Senſu minus commodo. CLARK. Accedit Leid. ſec. *qui v.* Leid. pr.

3. MUNDA] Deeſt hoc nomen in Codicibus MS. & Editis. Sed ad Senſum neceſſarium eſt; Et forte, ob initii ſimilitudinem, in vocem ſequentem (*munitione*) abſorptum fuit. CLARKE. Obſecutus ſum viris doctis Rhellicano, Glandorpio, Ciacconio & Clarkio *Mundam* deeſſe cenſentibus, eamque vocem ſenſui neceſſariam addidi.

4. OPIMAM] MSS. plerique; *optimam.* CLARK. Etiam Leidenſes, Pet. & Dorv. & Edd. aliquot male, at ſollemni errore. Ineptit Goduinus, qui *optimam* praefert ex 3 Gallicanis. Paſſim *dapes opimae* &c. occurrunt.

5. INSTERNENDAM] Huic voci ſpatium in MS. *Norvic.* vacuum relinquitur: editt. autem *Rom. Venet. Beroald.* exhibent *inſternendum,* quod melius, ut opinor, & rectius. DAVIS. In MSS. Reg. & Voſſii loco ejus ſcriptum eſt *ſuperadditis.* CLARK. In Edd. vulgo ante Scal. exhibetur *ſuperadditis.* Sed *inſternit* eſt in Ciacc. MS. *Inſternitur* dant Dorvill. & Leid. ſec. at *inſternendam* Petav. cum Cod. Urſini. Sed *inſternendum* bene Leid. pr. Scalig. & Edd. Med. Ven. Nec opus ut cum Ill. Heinſio ſuppleas, *item lectum opt. inſternendum v.* Sic enim & Apul. l. 11. p. 30. Ed. Pric. *puero extra limen diſtratum erat.* ὑπέςρωτο Luciano.

6. RESINAM ET NARDUM] Codices alii, *Vinum & nardum.* Alii, *vinum, reſinam & nardum.* CLARKE. *Vinum & nardum* e 3 Goduini, qui probat, Codicibus recepit Cellarius; atque ita Edd. ante Urſinum. Niſi quod Beroaldus *Vinum & reſinam & n.* exhibeat. *Vinum* habent etiam Leid. ſec. & Dorv. ſine dubio e Gloſſa. Nam *reſinam* MSS. Urſ. & Latinius cum Petav. & Var. Lect. Cuj. ſervarunt; niſi & hoc videatur e Gloſſa: nam in Scalig. & Leid. pr. eſt *ſitam* vel *ſicam.* Unde lego *ſtactam,* vel *ſtactam reſinam* i. e. Stillaticiam, adjective vel potius *ſtactam, reſinam.* ut ςακτὴ intelligatur *myrrhae.* Utraque facit ad ebrietatem. Vide omnino Comm. ad Lucret. l. II, 846. *ſtactaeque liquorem,* & Salmaſ. Plin. Exerc. p. 367.

7. SE JUGULARE] MSS. Reg. & Voſſii *citer*

&

ſe

& libertum, qui fuiſſet [a] ejus concubinus, alterum [7] ſe jugulare, alterum
pyram incendere.

1 XXXIV. Oppidani autem, [b] ſimul Caeſar caſtra contra [c] oppidum po-
ſuit, diſcordare coeperunt uſque eo, ut clamor in caſtra noſtra [1] perve-
2 niret [d] fere, inter Caeſarianos, & [e] inter Pompejanos. [f] Erant hic legio-
nes, [2] quae ex perfugis conſcriptae, partim oppidanorum ſervi, qui e-
rant a Sexto Pompejo manumiſſi, [g] tunc in Caeſaris adventum deſcende-
3 re coeperunt. Legio XIII oppidum defendere coepit: [h] nam quum [i] jam
4 repugnarent, turres ex parte, & murum occuparunt. Denuo legatos ad
Caeſarem mittunt, ut ſibi legiones ſubſidio [k] intromitteret. Hoc quum a-
nimadverterent [l] homines fugitivi, oppidum incendere coeperunt: qui
ſuperati [m] a noſtris, ſunt interfecti hominum milia XXII, praeterquam ex-
5 tra murum qui perierunt. Ita Caeſar oppido [n] potitus. Dum hic [3] detine-
tur, ex proelio quos circummunitos ſuperius demonſtravimus, eruptio-
nem fecerunt; &, bene [o] multis interfectis, in oppidum ſunt [p] redacti.

1 XXXV. Caeſar Hiſpalim quum contendiſſet, legati [q] deprecatum ve-
nerunt. Ita [r] quum oppidum ſeſe [4] tueri dixiſſet, Caninium legatum cum
2 praeſidio intromittit: Ipſe caſtra ad oppidum ponit. [5] Erat bene magnum
in-

VARIAE LECTIONES.

a deeſt L. pr. b *ſimul ac* L. ſec. D. male. c *id op.* L. ſec. Edd. qdd. d *quae f.* L. ſec. Edd. R. M. V. Vaſc. Steph. & aliae. e deeſt Pet. Urſ. Edd. qdd. f *erat* L. ſec. g *qui* L. pr. D. Edd. pp. *adventu* Dorv. h *q. non* Dorv. i *exp.* L. ſec. *repugnaretur eis ex p.* L. pr. k *mitteret* L. pr. l abeſt Dorv. *nomine* Pet. L. pr. m *a n. ſ. & int.* L. ſec. Dorv. Edd. qdd. n *potitur* L. pr. bene. dein *diſt.* Edd. Vaſc. Gr. poſt. Steph. & aliae male. V. ad l. III. B. C. c. 18. *ex* abeſt L. pr. o *multi interfecti* L. ſec. D. Edd. R. M. V. p V. ad c. 15. q *deprecati* Dorv. r *tum* Pet.

ſe &c. CLARKE. Adde Leid. ſec. Ciaccon. & Edd. Vaſc. Gryph. poſt. Steph. & Stradae.

1. PERVENIRET FERE, INTER &c.] Ita interſtinguendum. Vulgg. *perveniret, fere inter &c*) Senſu minus commodo. CLARK.

2. QUAE EX PROFUGIS CONSCRIPTAE] Lege *conſcriptae fuerant*; quam vocem addendam docet MSti *Norv.* auctoritas. DAVIS. *Cur. ſec.*

3. DETINETUR; EX PROELIO QUOS &c.] Ita hic quoque omnino diſtinguendum. Scaliger aliique ediderant. *Dum hic detinetur ex proelio, quos &c.* Quod ſententiam turbat penitus. Quos poſt proelium in *Munda* circummunitos &c. Supra c. 33. *Ex proelio* Munda *munitione circumdata.* CLARK.

4. TUERI] Hoc eſt *ſeſe* tuiturum dixiſſet. Vide ſupra ad l. VII. c. 36. CLARK. Adi & ad l. II. B. G. c. 32. *facere dixerunt.* Verum optimi codices aliud quid hic exhibent. Nam Pet. ſimpliciter dat *ad oppidum tuendum Can.* Leid. prim. Scalig. Editt. Rom. Med. Ven. *ad oppidum ſeſe tuendum Can.* Glandorpius notat in quibuſdam Codd. reperiri *ad oppidum ſeſe tuendum ire dixiſſet.* Recte.

5. ERAT BENE MAGNUM —— HIC CLAM PRAESIDIA IN LUSITANIAM PROFICISCITUR] Locum hunc tentarunt varii, ſanavit nemo. *Joan. Glandorpius* legit *Erat intus bene magnum praeſidium Pompejanorum admiſſum, quod Caeſaris praeſidium receptum indignabatur; clam ergo quendam Philonem, illum qui Pompejanarum partium foret defenſor acerrimus, emiſit* &c. *Pet. Ciacconius* reponit *erat bene magna manus intra Pompejanarum partium, quae praeſidium* &c. MS. *Norvic.* exhibet *erat bene magna multitudo intra Pompejanarum partium, quae praeſidium receptum indignaretur. Clam quod Philone illo qui Pompejanarum partium fuiſſet defenſor acerrimus. Hic clam praeſidio Luſitaniam proficiſcitur;* ex quo Codice haec ῥῆσις ſic legenda & interpungenda: *Erat bene magna multitudo intra Pompejanarum partium, quae praeſidium receptum indignaretur; clam quod Philon ille, qui Pompejanarum partium fuiſſet defenſor acerrimus, (is tota Luſitania notiſſimus erat) hic clam praeſidio Luſitaniam proficiſcitur.* Mendum procreavit ejuſdem ſenſus poſt Parentheſin repetitio, qua de re diximus ad lib. III. B. G. c. XX. DAVIS. *Erat bene* magna *intra Pompejanarum partium* multitu-

intra [a] Pompejanarum partium praeſidium, quod Caeſaris praeſidium re-
ceptum indignaretur, [1] clam quemdam Philonem, illum, qui Pompeja-
narum partium fuiſſet defenſor acerrimus (is tota Luſitania notiſſimus e- 3
rat.) Hic clam [2] praeſidia [3] Luſitaniam [b] proficiſcitur, & Caecilium Ni-
grum [c] nomine Barbarum ad [d] Lenium convenit; qui bene magnam ma-
num Luſitanorum [e] haberet. [4] Rurſus in Hiſpalim oppidum denuo noctu 4
per murum recipitur: praeſidium [f] vigileſque jugulant, portas praeclu-
dunt, de integro pugnare coeperunt.

XXXVI. Dum haec geruntur, legati Cartejenſes [g] renunciarunt, [5] quod 1
Pompejum in [h] poteſtatem haberent; quod ante Caeſari portas praeclu-
ſiſſent, illo beneficio ſuum maleficium exiſtimabant ſe lucrifacere. Luſita-
ni [6] Hiſpali pugnare [i] nullo tempore deſiſtebant. Quod Caeſar quum 2
ani-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *Pompejanas partes* & *indignabatur*. b vulgo *in L.* c *hominem* Gland. Man. *barbaro* L. pr. D. d *Lennium* MSS. & Edd. pp. e *habebat* Dorv. f *que* abeſt L. pr. Pet. D. *jugularunt* Edd. Dav. aliaeque recentiores, male. g *renunciaverunt* MSS. & Edd. qdd. h *poteſtate* Edd. qdd. contra MSS. V. ad l. 1. B. C. c. 25. i *illo* L. ſec. vulgo *Hiſpalim opp.*

titudo, quae *&c.*) Sic MS. Elienſ. MS. Voſſii & Editt. Vett.: [*Erat bene* magnum *intra* (MS. *intus*) *Pompejanarum partium* praeſidium, quod *&c.*] Quae lectio eodem redit. Scaliger & Recentiores ediderant. (*Erat. bene magnum intra* Pompejanas partes *praeſidium quod* &c.) Minus recte. CLARK. Cum Norvicenſi conſentit rurſus Petavianus. At Leid. pr. & Ciaccon. habet *Erat b. magnum intra R. partiumque praeſidium receptum indignaretur. Quod Caeſaris praeſidium* deſunt quoque Leidenſi ſec. & Dorvill. qui dat *receptumque. Indignaretur* etiam Leid. pr. & Edd. primae, qui *Pompejanarum partium* cum Vaſcoſ. Steph. & aliis bene exhibent. *intus* etiam Edd. multae. Placet magis Ciacconii emendatio *magna manus*.

1. CLAM QUOD PHILO quidam, *ille qui — hic clam praeſidio* &c.] Ita fere reſtituit Daviſius, niſi quod is vocem *Quidam* omiſerat, quam vocem ex MS. Voſſii, (ubi corrupte ſcriptum repperi *Philo quidem*) repoſui. Scaliger & Recentiores ediderant, (*clam Philonem quendam, illum qui &c.*) Quae eſt ſententia ſuſpenſa & imperfecta. Emendari autem poteſt, ſcribendo; [*Quod* (praeſidium,) vel *Quae* (multitudo) *clam* emiſit *Philonem quendam, illum* &c.] Vel, ex Edit. Romana, (quae habet corrupte, *clam erga*;) legendo, [*Clam ergo* (emiſit, *vel* emiſerunt,) *Philonem quendam, illum &c.*] Sed praeſtat prior Lectio, utpote a MSS. optimorum veſtigiis propior. CLARKE. *Clam quemdam Philonem illum* ex Urſini Codice repoſuit Scaliger. Suffragaturque ejus codex & Leid. pr. (niſi quod is det *illuc.*) & Edd. Rom. Venet. ac Mediol. quae interponunt *erga*. *Cuidam Philoni illi* Leid. ſec. Dorvill. Edd. Ald. Gryph. Manut. &c. *quodam Philone illo* Pet. *quidem Philo ille* Edd. Vaſc. Gryph. poſt. Steph. & Stradae. Nihil muto. Receptum potuit eſſe Caeſaris praeſidium *clam Philonem*; ſicut ille rurſus *clam praeſidia* (nam ita habent MSS. Urſ. Scalig. Leid. pr. Dorvill. non *praeſidio*,) profectus eſt. Vide ad c. 3. *clam praeſidia.* De Repetitione poſt Parentheſin egimus quoque ad l. 1. B. G. c. 55.

2. PRAESIDIO] Sic MSS. & Editt. Vett. Scaliger aliique, *praeſidia.* CLARK.

3. IN LUSITANIAM PROFICISCITUR.] Delevi praepoſitionem fide MSS. Petav. Scal. Leidenſium, Dorv. item Edd. Vaſcoſ. Gryph. Stephani, aliarumque. Adi omnino notata ad lib. III. B. G. c. 7. *in Illyricum profectus eſt.*

4. REVERSUS,] Sic MSS. Reg. & Voſſii. Editi exhibent, *Rurſus.* Sed praeſtat ea, quam repoſui, lectio; & propter ſequentem, *denuo*; & quo Syntaxis minus fiat hiulca. CLARK. Accedunt Ciaccon. Leid. ſec. Dorvill. & Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. Stephani & Stradae. Omnes autem Codices carent τοῦ *in.* ſcribendum ſuſpicor *Hiſpalim in oppidum.*

5. QUOD] Unicus hic locus eſt in hiſce omnibus Libris, ubi vocabulum (*quod*) hoc ſignificatu uſurpetur. Vide ſupra ad l. 1. B. Civ. c. 26. CLARK.

6. HISPALIM OPPUGNARE] *Joan. Glandorpius* emendat *Hiſpalim propugnare*, nec ſane mala eſt conjectura; Hiſpalim enim in ſua poteſtate habuerunt Pompejani: ſed potior eſt MS. *Norvic.* auctoritas, ex quo ſcribendum *Hiſpali pugnare.* *Joan.* etiam *Goduinus* hanc lectionem in 11 Codd.

 Thu-

animadverteret, ſi oppidum capere contenderet, [a] ut homines perditi in-
cenderent, & moenia delerent, ita conſilio habito noctu, patitur, Luſita-
3 nos eruptionem facere: Id quod conſulto non exiſtimabant fieri. [1] Ita [b] e-
rumpendo naves, quae ad Baetim flumen [c] fuiſſent, incendunt. Noſtri
dum incendio [2] detinentur, illi profugiunt, & ab equitibus conciduntur.
4 Quo facto, oppido recuperato, [d] Aſtam iter facere coepit: ex qua civi-
tate legati ad deditionem venerunt, [e] Mundenſeſque, qui ex proelio in
oppidum confugerant, quum diutius [f] circumſiderentur, bene multi de-
ditionem faciunt, & quum eſſent in legionem diſtributi, conjurant inter
[g] ſe, ut noctu ſigno dato, qui in oppido fuiſſent, eruptionem facerent:
5 illi caedem in caſtris adminiſtrarent. Hac re cognita, inſequenti nocte,
vigilia tertia, [h] teſſera data, extra vallum [i] omnes ſunt [3] conciſi.
1 XXXVII. [k] Cartejenſes duces, dum Caeſar in itinere reliqua oppida ob-
pugnat, propter Pompejum diſſentire coeperunt. Pars erat, quae legatos
ad Caeſarem miſerat; [4] pars, qui Pompejanarum partium fautores eſſent.
Seditione concitata, [l] portas occupant: caedes fit magna: ſaucius Pompe-
2 pejus naves [m] xx occupat longas, & profugit. Didius, qui Gadis claſ-

ſi

VARIAE LECTIONES.

a Abeſt Pet. b vulgo *irrump.* c *fuerant* Dorv. d *Haſtam* MSS. & Edd. pp. *interim* L. pr. e *que* abeſt MSS. 2. *qui* deeſt L. pr. f *circumſed.* Pet. L. pr. D. Edd. pp. g *ſeſe* L. ſec. Edd. Vett. h *teſſara* L. pr. i *homines* Dorv. k vulgo *Mundenſes d. Caeſ.* & dein *quae propt.* l ita Gland. Vaſc. Gr. poſt. Steph. Str. Scal. &c. MSS. & Edd. reliquae *partes.* m Sic Pet. L. pr. pr. Sc. Dorv. Edd. pp. L. ſec. *XXV.* vulgo *XXX.*

Thuanaeis inventam merito probavit. DAVIS. & CLARK. *Propugnare* adſcripſit quoque Heinſius. Sed *Hiſpali pugnare* exſtat in Petav. & *Hiſpali* occurrit etiam in Leid. pr. Putem fuiſſe olim *Hiſpali in oppido pugnare.*

1. ITA IRRUMPENDO] Senſus docet legendum *ita erumpendo*, licet omnes praeter ed. *Stephan.* vulgatam lectionem retineant. DAV. & CLARK. Reſcripſi confidenter *erumpendo*, auctoritate Cod. Leid. pr. & Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. ac Stradae: de hac confuſione vide ad l. VII, 69.

2. DETINENTUR] Rectius MS. Voſſii & Edd. Vaſcoſ. Steph. Gryph. Stradae *diſtinentur.* ſive occupati erant. c. 27. *in opere diſtenti ſunt.* atque ita paſſim Cicero & alii.

3. CONCISI MUNDENSES DUCES. CAESAR &c.] Omnino, mutata diſtinctione, ex Cod. *Norvic.* reſcribendum *occiſi, Cartejenſes, dum Caeſar in itinere reliqua oppida oppugnat., propter Pompejum* &c. Pompejus enim paullo ante Cartejam erat delatus, ex qua poſt hanc ſeditionem ſaucius profugit. Emendatio eſt manifeſte vera, & extra omnem dubitationis aleam poſita. DAVIS. Pulcherrima emendatio, quam repperit Daviſius in MS. Elienſi: Alii omnes, ſenſu parum congruo exhibent [—— *omnes ſunt conciſi* (Mundenſes duces) *Caeſar in itinere reliqua oppida oppugnat.*, quae *propter Pompejum* &c.] Quamvis enim voces iſtae (*Mundenſes Duces*) non male conveniant; at ut vox (*Cartejenſes*) omittatur, id demum ferri non poteſt. Non enim *oppida* illa *reliqua*, ſed oppidum *unum* (ut ex ſequentibus manifeſtum eſt,) nimirum populos *Cartejenſes*, (quo *Pompejum* confugiſſe ſupra eſt narratum, c. 32. de *Pompejo* diſſentire coepit. CLARK. Vidit hoc jam Glandorpius, qui legebat *Mundenſium duces. Caeſar Cartejam petens.* Sed optime Petav. & Leid. pr. cum Thuan. habent *conciſi. Cartejenſes duces, dum C. in i. r. o. obp. propter* &c. Quod idcirco repoſui.

4. PARS, QUI ESSENT F.] Sic per creberrimam Syntheſin ex Glandorpii conjectura repoſuit Scaliger, cum vulgo & in Edd. primis legeretur *pars erat quae eſſent:* atque ita eſt in MSS. Leidenſibus. Edd. Aldi, Manutii & aliae *pars erat, qui.* Vaſcoſ. Steph. & plures *pars, quae.* Recte Pet. *Pars qua* &c. pro *in qua.* quo etiam facit Dorv. *pars erat, in qua p. p. erant.* Ceterum *fautores eſſent*, cum aliis edidi fide MSS. plurimorum pro *eſs. faut.*

5. DIDIUS, QUI GADIS CLASSI PRAEFUISSET; *** AD QUEM ——, COEPIT; PARTIM —— ITER

TA-

ſi [a] praefuiſſet, ad quem ſimul nuncius adlatus eſt, confeſtim ſequi coe-
pit; partim [1] peditatus, & equitatus ad perſequendum celeriter iter facie-
bant. [b] Item IV die navigatione [c] confecta [2] conſequitur eos; quod inpa- 3
rati a Carteja profecti [d] ſine aqua fuiſſent, [e] ad terram adplicant. Dum a-
quantur, Didius [f] claſſe occurrit, naves incendit, nonnullas capit.

XXXVIII. Pompejus cum paucis profugit, & locum quemdam muni- 1
tum natura occupat. Equites & cohortes, [3] quae ad perſequendum miſſae
eſſent, ſpeculatoribus ante miſſis, certiores fiunt: [g] diem & noctem iter
faciunt. Pompejus humero & ſiniſtro crure vehementer erat ſaucius. Huc 2
accedebat, ut etiam talum intorſiſſet: quae res maxime inpediebat. [4] Ita,
lectica a turre, qua eſſet adlatus, in ea ferebatur. [5] Luſitanus more milita- 3
ri, quum [h] a Caeſaris praeſidio fuiſſet conſpectus, celeriter equitatu co-
hor-

VARIAE LECTIONES.

a *Praefuerat* Dorv. dein vulgo *peditatibus & equitatibus* &c. *faciens.* b *itaque* Gland. *ipſe* Heinſ. c *confeſtim* Leidd. Sc. Edd. pp. dein vulgo *inſequuntur. Qui. qui quidem* Edd. R. M. V. *imperati* Edd. aliquot. d *ne aqua deficeret* Heinſ. e deſunt L. pr. *adplicant* abeſt Dorv. f *claſſi accurrit* L. pr. ſed V. ad B. Afr. c. 39. g *& d.* L. ſec. h Abeſt L. pr. Pet. D. Edd. pp. bene.

FACIENS.] Aut deeſt aliquid poſt *praefuiſſet*, (quod tamen non adverterunt Editores,) ne ſententia plane ſit nulla: Aut, pro *faciens*, ſcribendum ex MS. Elienſi, *faciebat* vel *faciebant*: Ut nimirum iſto modo exhibeatur tota periodus, [*Didius, qui Gadis claſſi praefuiſſet; (ad quem ſimul nuncius allatus eſt, confeſtim ſequi coepit;) partim peditatibus —— celeriter iter* faciebat.] Sed mihi potior videtur prior illa conjectura, quemadmodum & edidi. CLARK. *Didius, qui* Gadis *claſſi praefuiſſet, ad* quem *ſimul nuncius allatus eſt*) *Norv.* dat *Gadi.* Lege *Didius, qui* Gadibus *claſſi praefuiſſet, ad* eum *ſimul nuntius allatus eſt* &c. Nam *Clarkius* in eo fallitur quod aliquid excidiſſe cenſuerit. DAVIS. *Cur. ſec. Gadibus* emendarunt etiam Gland. & Heinſ. quorum hic *ad quem* delet; ille *ſimulatque* legit.

1. PEDITATIBUS ET EQUITATIBUS] MS. Reg. *peditatus & equitatus.* MS. Voſſii, *peditibus & equitibus.* MS. Elienſis *pedibus & equitatu.* Ut forte legi debeat *peditatu & equitatu.* Sed hoc parvi eſt momenti. CLARK. Petav. Leid. pr. *partim pedibus & equitatus.* Leid. ſec. Dorv. *partim pedibus partim ad equitatus.* Edd. Vaſcoſ. Gryph. poſt. Steph. Strad. *partim peditibus & partim equitibus. Celeriter* abeſt a Petav. & pro *faciens* idem cum Leid. prim. *faciebant.* Ill. Heinſius emendat *partem peditatus & equitatus &c. cel. inmittens.* Mihi non plane liquet. Veriſimillimum tamen videtur, ſi non unice verum *partim peditatus & equitatus &c. iter faciebant.* Ipſe navibus partim perſequi coepit, partim &c. Quod clariſſime patet e c. ſeq. Semel vocem *partim* ſolere omitti, & quidem frequenter ab auctore noſtro, vide ad Bell. Alex. c. 29. Confidenter itaque hoc, ut ſenſus conſtet, e MSS. in textum recepi.

2. INSEQUUNTUR] MS. *Norvic. conſequuntur*; quod melius. DAVIS. *Conſ.* melius quam quod habent vulgati *inſequuntur.* In Editt. Rom. eſt *conſequutus* eos. Ut forte, legi poſſit *conſequutus eſt.* CLARKE. *Conſequuntur* Petav. *conſequentes* Scalig. Leidenſes. *Conſequutus eos* Edd. Rom. Mediol. Ven. aliae *inſecuti.* Sed reſcripſi *conſequitur eos*; quomodo vel *inſ.* Gland. & Heinſius etiam conjecerunt. *Quod* pro *qui* dedi ex MSS. omnibus. Supplet Gland. *At Pompejani.*

3. QUAE MISSAE] MS. Reg. *Qui miſſi.* Utrumque recte. CLARK. Sic & Leid. ſec.

4. ITA LECTICA A TURRE QUA ESSET ALLATUS, IN EA FEREBARUR] Ita loquuntur Hebraei & ad eorum morem N. T. ſcriptores. *Gryphius* exhibet *ad turrem*, ſed quid verbis opus eſt? Cum *Petav.* & *Norvic.* legas velim, *ita in lectica ferebatur*, & reliqua verba pro ſpuriis ac inſiticiis habeas. DAVIS. *Cur. ſec. Ad turrem* Edd. Vaſc. Gryph. poſt. Steph. Str. *In qua erat*, Leid. ſec. *qua erat* Cod. Gall. *cum eſſet oblatus* Leid. prim. Ut videantur, omnino haec eſſe ſpuria. Gland. legit: *Ita lectica a turri, in quam erat allatus ferebatur.*

5. LUSITANUS] *Pompejus* habitu *Luſitani* militis; inquit Rhellicanus. Mihi illud potius videtur, ut *Luſitanus* poſitum ſit pro *Luſitani milites* Pompejum ſtipantes. Sic enim infra c. 40. *Luſitani, qui ex pugna ſuperfuerunt* &c. CLARK. Gland. legit *Luſ. autem m. mil. procedens.*

6. ERAT ACCESSUS LOCI DIFFICULTAS] *Joan.*

 Glan-

4 hortibuſque [a] circumcluditur. [6] Erat acceſſus loci difficultas: nam idcirco,
[b] quod propter [c] ſuos a noſtro praeſidio fuiſſet conſpectus, celeriter munitum locum natura, [d] quem ceperat ſibi Pompejus, quamvis magna [1] multitudine deducti homines ex ſuperiore loco defendere poſſent, ſubeunt:
5 In adventu noſtri depelluntur telis; quibus [e] cedentibus, cupidius inſe-
6 quebantur adverſarii, & [f] confeſtim tardabant ab acceſſu. Hoc ſaepius [g] facto, animadvertebatur, noſtro magno id fieri periculo, [2] Opere circummunire inſtituit, pari autem [h] & celeri feſtinatione [i] circummunitiones [3] in jugo dirigunt, ut aequo pede cum adverſariis congredi poſſent; a quibus [k] quum animadverſum eſſet, fuga ſibi praeſidium capiunt.
1 XXXIX. Pompejus, ut ſupra demonſtravimus, [l] ſaucius, & intorto talo, idcirco tardabatur ad fugiendum: itemque propter loci difficultatem,
2 neque equo, neque vehiculo [m] ſaluti ſuae praeſidium parare poterat. Caedes a noſtris undique [n] adminiſtrabatur, excluſa munitione, amiſſiſque auxiliis. Ad convallem [o] autem atque exeſum [4] locum, ut [p] in ſpeluncam,
3 Pompejus ſe occultare coepit, ut a noſtris non facile inveniretur, niſi capti-

VARIAE LECTIONES.

a *Circumdatur* L. ſec. b deeſt Pet. Leidd. *ut* Dorv. c *ſuum praeſidium* Pet. Dorv. *noſtro* abeſt L. ſec. d vulgo deeſt, & dein *quem vix* ac *poſſent*, *ſubeuntes*. e *cedentes* L. pr. f *vulneribus confectos* Gland. *tardabantur acc.* Dorv. g *factum* Pet. L. pr. *adverteb.* L. ſec. h *ex* L. pr. *celeritate & feſt.* Gland. i *circumventos* Dorv. k *cum id* Gland. l *ſaucio* Pet. L. pr. D. Edd. Vaſc. Gr. poſt. Steph. Str. m *ſalutis* Leidd. D. Edd. R. M. V. adi l. v. c. 48. Cic. pro L. Man. C. ult. n *adminiſtrabantur* L. pr. V. ad l. 111. B. Civ. c. 94. dein *excluſis a m.* Gland. o deeſt Pet. Leidd. D. ac delet Gland. *exeſumque* L. pr. Sc. p vulgo ſine *in*.

Glandorpius reponit *erat acceſſus loci difficilis*, & ſic diſertim exhibet MS. *Norvic.* Ac recte quidem; niſi forſan proxime ad veteres editt. legendum ſit *erat, acceſſu loci, difficultas*. DAVIS. Sed perinde eſt. CLARK.

1. MULTITUDINE *** DEDUCTI &c.] Manifeſta lacuna, quam quoniam non adverterunt Editores, ſententiam peſſime turbarunt. CLARKE. Dubito, an quidem hic ſit lacuna, licet intelligi nequeant. In Petav. eſt *at munitum*. In Leid. pr. *Ad m. l. n. quem ceperat ſ. Pomp.* Pro *quemvis* Pet. Leid. pr. Dorvill. habent *quamvis*, quae vera eſt lectio. Gland. conjicit *in quem vix* &c. *deſcendere poſſent*. In Leid. pr. Dorvill. & Edd. Rom. Ven. Mediol. *poſſunt*. Dein *ſubeunt* habent MSS. & Edd. omnes ante Scalig. Unde patet, ni fallor, clariſſime, ex Leid. pr. eſſe legendum, *Quem, munitum locum n. ceperat ſibi P. quamvis magna multitudine d. h. ex ſ. c. def. poſſent, ſubeunt. In adventu noſtri depelluntur.* Si quis vero malit ex eodem Leid. & Petav. *ad munitum ſubeunt*, legere, per me licet: Nam *ſubire locum*, *ad locum*, *in locum* aeque Latine dicuntur. Videtur tamen potius Accuſativus ille, tam procul a verbo ſuo ſine praepoſitione, corrumpendo hunc locum anſam dediſſe. In MSS. vero Pet. Leid. pr. Dorvill. eſt *nos depellunt*. An ergo *ſubeunt. In adventu nos depellunt telis*?

2. OPERE CIRCUMMUNIRE INSTITUIT] MS. *Norv. capta loca opere* &c. ac ita ſupplendum videtur. DAVIS. Quamquam *loca nondum capta* potius dici videntur circummuniri ad oppugnandum. *Inſtituit* ſcilicet *Caeſar*. CLARK. Mihi illa *capta loca*, quae etiam in Pet. adparent, e Gloſſa nata videntur. Intelligit enim *locum a Pompejo captum*.

3. IN JUGO DIRIGUNT] Leid. pr. a manu pr. *in jugo* non habet, ſed *jugum* a manu ſec. At Petav. Leid. ſec. & Dorv. non agnoſcunt *in*. Recte. *Dirigere jugo* notat, promovere in jugum verſus ſive per jugum, quo magis magiſque hoſtibus accedant; ut *compellere hibiſco* & ſimilia innumera. Quam locutionem noſter in primis adhibere amat. Vide ſupra ad c. 13. *In oppidum reverti ſſent.* ; ut & ad c. 16, 24.

4. LOCUM, UT IN SPELUNCAM] Sic MS. Regius: melius, quam quod edidit Scaliger & Recentiores *locum, ut ſpeluncam*: MSS. Elienſ. & Voſſii & Editt. Vett. exhibent *locum in ſpelunca*. CLARK. *Ut in ſpeluncam* edidi, confirmantibus eam

ptivorum indicio. [1] Ita ibi interficitur. [2] Quum Caeſar [a] Gadibus fuiſſet, Hiſpalim pridie Id. Aprilis caput adlatum, & populo datum eſt in [b] conſpectum.

XL. Interfecto Cn. Pompejo adoleſcente, Didius, quem ſupra demon- 1
ſtravimus, illa adfectus laetitia, [c] proximo ſe recepit caſtello, nonnullaſ-
que naves ad reficiendum [d] ſubduxit. Luſitani, qui ex pugna ſuperfue- 2
runt, ad [e] ſignum ſe receperunt, & bene magna manu comparata, ad Di-
dium ſe reportant. Huic etſi non aberat diligentia ad naves tuendas, ta- 3
men nonnumquam [3] ex caſtello propter eorum crebras excurſiones [f] eli-
ciebatur, & [g] ſic prope quotidianis pugnis inſidias ponunt, & tripartito
ſigna diſtribuunt. Erant parati, qui naves incenderent; incenſiſque, qui 4
ſubſidium [4] repeterent: ii ſic diſpoſiti erant, [5] ut a nullo [h] conſpecti omni-
um ad pugnam [i] contenderent. Ita, quum ex caſtello Didius ad propel- 5
lendum proceſſiſſet cum copiis, ſignum a Luſitanis [k] tollitur, naves [l] in-
cen-

VARIAE LECTIONES.

a *Gradiebatur* vulgo. b *conſpectu* L. pr. D. c *primo* Sc. *proximus* L. pr. d *ſubd. & quamvis eſſent brachium Luſ.* L. pr. e *ſigna* Heinſ. f vulgo *ejicieb.* g deeſt Sc. L. pr. D. *ſi* Pet. h vulgo *conſpectu.* i *contendunt* Sc. L. pr. k *attoll.* L. pr. l *ſuccend.* L. ſec. D.

eam lectionem MS. Latinii, Leid. ſec. & Dorv. *in ſpeluncam* Leid. pr. *ut ſpeluncam* itidem non male eſt in Cod. Scalig. *In ſpelunca* ediderunt omnes ante Scalig.

1. ITA IBI INTERFICITUR] Narrant *Florus* lib. IV. c. 11, 86. eumque ſecutus *Jul. Celſus* p. 245. Cn. Pompejum adoleſcentem apud Lauronem oppidum a *Ceſonio* fuiſſe interfectum, quem Κεσέννιον Λέντωνα vocat *Dion Caſſius* l. XLIII. p. 233. ed. Hanov. DAVIS.

2. QUUM CAESAR GRADIEBATUR HISPALIM, PRIDIE ID. APRILIS] Miror, unde factum, ut ita ediderit *Joſ. Scaliger*, cum non ſolum MSS. *Urſin.* & *Norv.* verum etiam impreſſi vett. *Rom. Ven. Beroald.* exhibeant *quum Caeſar Gadibus fuiſſet, Hiſpalim pridie Id. Aprilis*, quae vera proculdubio eſt lectio; patet enim ex c. XL. Caeſarem Gadibus tum fuiſſe. IDEM. *Gadibus eſſet.* Ita recte reſtituit Daviſius ex MSS. & Edd. Vett. quibuſcum facit MS. Regius, & liquet ex c. 40. Quare minus recte hoc in loco Scaliger aliique ediderunt *gradiebatur.* CLARKE. Non primus Scaliger, ſed Aldus, Vaſcoſ. Gryph. Stephanus, ceterique jam ediderunt *gradiebatur*: idque inveni in Leid. ſec. ac Dorvill. qui habet *ab Hiſpali*: ut etiam legit, *ac Gadibus erat* Vir Doctus. Verum ab Hiſpali caput non eſt adlatum. *Ad Hiſpalim* habet Leid. ſec. Ut ſtatim *ad Hiſpalim recurrit.* Quod jam ſaepiſſime habuimus. Reliqui mei Codices & optimi ſervant cum Edd. Med. Ven. *Gadibus fuiſſet, Hiſpalim*: quod idcirco repoſui: licet non admodum placeat. Celſus ait, *Caeſarem Hiſpali digreſſum Idibus Aprilis Gades petiiſſe. Inde rurſum Hiſpalim rediiſſe*; & caput ei allatum eſſe, Hiſpali quum eſſet, & antequam Gades iviſſet. Vide ergo, num legendum *Gadis ire ſtatuiſſet*, vel ſubintellecto verbo *ire*. *Gadis* veteri more pro *Gades*: quae anſa corruptionis fuerit.

3. EX CASTELLO EJICIEBATUR] Ineptam hanc lectionem tam diu tolerari potuiſſe miror. cum jam Glandorpius monuerit ſcribendum eſſe *eliciebatur.* quod ſequentia omnino confirmant.

4. REPETERENT] Quid ſibi velit haec vox, equidem conjicere nequeo. Scribendum exiſtimo *repellerent.* Erant parati, qui naves incenderent, quique ab incenſis ſubſidium *repellerent.* CLARKE. *Repellerent* optime etiam emendarat jam Glandorpius, quod, invitis licet libris, pene repoſuiſſem: ſed forſan pejus hic latet ulcus vel lacuna. *Qui* abeſt a Petav. & omnia haec *incenſiſque* &c. *repeterent* non comparent in Edd. Rom. Ven. Med. Poſſet & legi *rejicerent.* Utrumque vide ad B. Afric. c. 6.

5. UT A NULLO CONSPECTU OMNIUM] Sic quidem editi omnes; ſed legendum *ut a nullo conſpecti omnium*, quae minor eſt mutatio, quam *Glandorpiana*, pro qua ſcribendum eſſet, *ut a nullo conſpecti omnino.* DAVIS. *Conſpecti.* Ita optime reſtituit Daviſius. Alii omnes MSS. & Editi (*a nullo* conſpectu *omnium.*) Quae ſententia eſt nulla. MS. Regius corrupte habet, [*Ii ſic diſpoſiti* (omiſſis quinque vocibus, *erant, ut a nullo conſpecti*) *omnium &c.*] Unde in eo Codice, ex quo iſte tranſcriptus eſt, videtur ſcriptum

fu-

cenduntur; ſimulque qui [1] in caſtello ad pugnam [a] proceſſerant, eodem
ſigno fugientes latrones dum perſequuntur, a tergo inſidiae clamore ſub-
6 lato circumveniunt. Didius magna cum virtute cum [b] compluribus inter-
ficitur; [c] nonnulli ea pugna ſcaphas, quae ad litus fuerant, occupant:
7 item [d] complures nando, ad naves, quae in ſalo [e] fuerunt, ſe recipiunt.
8 [f] Anchoris ſublatis, [g] pelagus remis petere coeperunt: quae res eorum
vitae ſubſidio fuit. Luſitani praeda potiuntur. Caeſar [2] Gadibus rurſus ad
Hiſpalim recurrit.

1 XLI. Fabius Maximus, [3] quem ipſe ad Mundam praeſidium obpugnan-
dum reliquerat operibus [4] adſiduis, hoſteſque circum ſeſe interclusi, [h] inter
2 ſe decernere, facta caede bene magna, *** [i] eruptionem faciunt. [k] Noſtri
ad oppidum recuperandum occaſionem non praetermittunt, & reliquos
[l] vivos [5] capiunt, [m] XIV milia ac deinde Urſaonem proficiſcuntur: quod
oppidum magna munitione continebatur, ſic, ut ipſe locus non ſolum
opere, ſed etiam natura [n] editus, [6] ad obpugnandum hoſtem abverteret.

VARIAE LECTIONES.

a *Proceſſerunt* Ed. Gryph. b *pluribus* L. pr. c *nonnullique* L. ſec. D. *ex ea p.* Gland. *ex p.* Heinſ. bene. d *nonnulli compl.* L. pr. e *fuerant* Dorv. f *anchoriſque* L. ſec. g *pelagum* Dorv. h deeſt L. ſec. *diſc.* L. pr. i deeſt *er.* MSS. cunctis. k *Magna n. ad r. occaſione non pr. pugnare* Dorv. l *viros* L. ſec. D. Inepte. V. ad l. VII. c. 11. m deſunt vulgo. n *ad opp. aditus* Dorv. *aditus* L. pr. *ad aditus opp.* L. ſec.

[a] Huc

fuiſſe, *conſpecti*; adeoque, propter ὁμοιοτέλευτα *diſpoſiti* & *conſpecti*, voces iſtas intermedias exciđiſſe. CLARK.

1. IN CASTELLO] Scribe *ex caſtello*, ut habet MS. *Norv.* vel *e caſtello*, ut ed. *Steph.* A. D. 1544. DAVIS. E *caſtello*) Ita Daviſius ex MS. Elienſi, & Edit. Stephani. Sed & ferri poteſt quod habent Codices plerique, (in *caſtello.*) Ut adeo dicantur ii, qui *in caſtello* relicti fuerant, & ipſi deinceps poſt *Didium* proceſſiſſe ad pugnam. CLARK. *E caſtello* ediderunt quoque Vaſcoſ. Gryph. poſt. & Strada. Praepoſitionem non agnoſcit Leid. ſec. eodem ſenſu. Malim tamen cum Clarkio retinere vulgatum. Diſtinguit enim hos ab iis, qui ex caſtello jam cum Didio proceſſiſſent.

2. A GADIBUS] Sic MS. Regius. Quomodo & alibi loqui ſolent Caeſar atque Hirtius. Vide jam infra, c. 42. Alii praepoſitionem omittunt. CLARK. *A Gadibus* exhibent jam Vaſcoſ. Steph. Gryph. poſt. & Strada cum Leid. ſec. qui contra non agnoſcit *Id.* Non temere contra optimos Codices praepoſitio ubique inculcanda eſt: licet ſupra ſaepius viderimus ita locutos Veteres, & in his horum commentariorum Auctores. Vide Indicem.

3. QUEM IPSE AD MUNDAM PRAESIDIUM OPPUGNANDUM RELIQUERAT] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* omiſſa voce, exhibent *quem ipſe ad praeſidium oppugnandum reliquerat:* MS. *Norvic.* repraeſentat *quem una ad praeſidium oppugnandum reliquerat*, unde legerim *quem Mundae ad praeſidium* &c. Nam haec Mundae geſta fuiſſe ex ſeqq. liquet. DAVIS. & CLARK. *Mundam* primus intexuit Scaliger. *Ipſe* abeſt a Leid. pr. Petav. & Scal. *Mundam* contra deeſt etiam Leid. ſec. & Gall. Dorv. ſed *una ad pr.* Petav. *ad Munam* Scalig. *Ad Mundam* Leid. pr. Fors *ad Mundam ad pr.* vel *ad M. praeſ. obpugnaturum*; aut *ad Mundanum praeſ. obpugnandum.* Quod non diſplicet: nec enim adſentior Goduino & Cellario, qui Gloſſam eſſe cenſent.

4. ASSIDUIS ***; HOSTESQUE &c.] Deeſſe videtur aliquid. Quod tamen non adverterunt Editores. CLARK. Id monuit jam Glandorpius. *hoſtes* habet Dorv. ſine *que*. At Petav. Leid. pr. Scalig. *Adſid. diurniſque* (*lurniſque* Leid. & Scal.) *circum ſe interclusis.*

5. CAPIUNT;] MS. Elienſis addit, *XIV.* MSS. Reg. & Voſſii & Edit. Rom. addunt, *XIV millia.* CLARK. MSS. Pet. Scal. Leid. pr. Dorv. & Edd. Rom. Med. Ven. *XIV milia.* ſine *ac deinde.* Bene ſcilicet Leid. ſec. & Edd. Vaſc. Steph. Gryph. poſt. ac Stradae *vivos capiunt XIV milia; ac deinde.* quod idcirco reſtitui. Vide ad l. III. B. Civ. c. IV. *ſagittarios, IV Milia.* Pro *Urſaonem* vero hic & infra *Urſonem* habet Codex Dorvill. quomodo haec urbs Straboni, Plinio & Appiano vocatur.

[a] Huc accedebat, [1] ut aqua, praeterquam in ipſo oppido Munda, circumcir- 3
ca nuſquam reperiretur propius milia paſſuum I IX, quae res magno erat
adjumento oppidanis. Tum praeterea [2] accedebat, ut agger, materieſ- 4
que, unde ſolitae ſunt turres agi, propius milia paſſuum VI non reperie-
bantur. [b] Ac Pompejus, [3] ut oppidi obpugnationem tutiorem efficeret,
omnem [c] materiem circum oppidum ſuccisſam [d] intro congeſſit. Ita neceſ- 5
ſario [e] deducebantur noſtri, ut a Munda, [4] quam proxime ceperant, ma-
teriem illo deportarent.

XLII. Dum haec ad Mundam geruntur, & Urſaonem; Caeſar, quum 1
[f] a Gadibus ad Hiſpalim ſe recepiſſet, inſequenti die, concione advoca-
ta, [g] commemorat, *Initio quaeſturae ſuae eam provinciam ex omnibus* 2
pro-

VARIAE LECTIONES.

a Sic Pet. & Edd. Vaſc. Steph. Gr. poſt. *Hoc acciderat* MSS. nonnulli & Edd. aliae. *Accideret* L. pr. Sc. dein vulgo *quod a. p. i. i. o. non erat: nam c. rivus n. reperiebatur.* b *at* L. ſec. *ut* Dorv. c *materiam* L. ſec. D. d *intra* L. pr. e *diduc.* L. pr. & Edd. pp. aliaeque. *adduc.* Gland. f deeſt a L. pr. Edd. R. M. V. *ad* abeſt Pet. D. *ab Hiſpali Gadibus* L. pr. g *commemoravit* Edd. pp. deeſt L. pr. *explicuit quo pacto* Pet.

tur. Vide Caſaub. ad Strab. l. III. p. 208. *Verſaonem* Edd. pp. ſed recte infra. Adi ad c. 28.

6. AD OPPUGNANDUM HOSTEM ABVERTERET.] Emendat Goduinus, (quod & Daviſius probare videtur;) *ab oppugnando.* Sed nihil opus. Eſt enim locutio ſimilis, atque illa ſaepius a Caeſare uſurpata; (*ad inſequendum tardabat.*) CLARKE. Goduino ita paruit Cellarius, ut in textum receperit ejus conjecturam *ab obpugnando h. averteret. Abverteret* eſt Scaligeri inventum: nam MSS. cuncti & Editi priores *appeteret:* Quod non intelligo.

1. QUOD AQUA —— NON ERAT, NAM C. RIVUS NUSQUAM REPERIEBATUR.] Sic conſtanter edunt: ſed invitis codicibus. Nam Petav. & Elienſ. dant *ut aqua pr. in ipſo op. circ. nuſquam reperiretur.* deletis *non erat nam rivus.* At Leid. pr. & Scalig. *ut aquam* (*aqua* Leid. pr.) *pr. in i. op. nam C. nuſquam reperiretur. Ut aquam* eſt etiam in Dorv. ſine τοῖς *non erat. Rivus* abeſt ab Edd. Rom. Ven. & Mediol. Unde patet luce clarius reſcribendum *Ut aqua praeterquam in ipſo oppido Munda* (Hoc enim depravatum eſt in *nam*) *circum circa nuſquam reperiretur.* Quomodo exhibui.

2. ACCEDEBAT, UT —— NON REPERIEBANTUR;) Barbare hoc prorſus, & nequaquam Latine, Legendum omnino, vel (*accedebat*, quod —— *non* reperiebantur,) quomodo jam ſupra, §. 3. Vel, (*accedebat*, ut —— *non* reperirentur.) Quemadmodum ſupra, (in eodem illo loco,) quod Codices plerique exhibent, (*accedebat*, quod *aqua* —— *non* erat,) id in MS. Elienſi eſt (*accedebat*, ut *aqua* —— *non* reperiretur. CLARK. *Ut agger materieſque non reperiebantur*) Barbare ſcripſit *Hirtius*, ſi hoc modo ſcripſit. Legendum *quod agger, materieſque —— non reperiebantur*; vel *ut agger materieſque —— non* reperirentur; quemadmodum etiam Cl. *Clarkius* animadvertit. DAVIS. *Cur. ſec.* Haec rurſus prodigioſe corrupta ſunt. *Aggerem* Leid. pr. & Dorv. in quo etiam *materiemque.* pro *ſolitae* Leid. pr. *ſoluti. ſoliti* Edd. Rom. Med. loco *& agi* habent *&* Scal. & Leid. ſec. ſed vide ad c. 7. *Aggerem vineaſque agere. paſſuum* deeſt in Leid. ſec. non male. Sic enim ſaepe alibi. *Reperiebatur* exſtat in Petav. Edd. Rom. & Mediol. *reperiebant* Ed. Ven. In Cod. Dorvill. additur *habebant, non invenirent.*

3. UT OPPIDI OPPUGNATIONEM TUTIOREM EFFICERET.] Aut reponendum, *propugnationem*: Aut vulgata Lectio ita accipienda, ut dicat oppidum, *quoad oppugnationem*, vel *ab oppugnatione*, tutum effici. Quo pacto locutio ſimilis erit fere, ac illa ſupra, §. 2. (*ad oppugnandum, hoſtem averteret.*) CLARK. *Ut oppidi oppugnationem tutiorem efficeret*) Probe intelligimus Hirtium velle, ut oppidum difficilius oppugnatu redderet. Sed, an id ſonent verba, maxime dubium videtur. Itaque legerim *Ut oppidi oppugnationem intutiorem efficeret.* DAVIS. *Cur. ſec.* Latet aliud quid. nam MSS. omnes habent *ad oppidum.* Petav. *ut ad oppidum.* Forte *ut ad oppidum opp. lentiorem* vel ſimile quid; ut *diuturniorem.* Sic *tutius* & *diutius* confunduntur in MSS. Valer. Max. l. 6. c. 6. in f. ſine dubio enim ſenſus auctoris eſt Pompejum curaſſe, ut retardaret hoſtes, quominus celeriter oppido accedere propius poſſent.

4. QUAM PROXIME C.] Petav. Leid. pr. Dorv. Edd.

provinciis peculiarem ſibi [a] *conſtituiſſe, &, quae potuiſſet, eo tempore*
beneficia largitum eſſe: [b] *inſequenti praetura ampliato honore, vectiga-*
lia, quae Metellus impoſuiſſet, a Senatu [c] *petiſſe, &* [1] *eis pecuniis pro-*
vinciam liberaſſe: [2] *ſimulque, patrocinio ſuſcepto,* [3] *multis* [d] *legationi-*
bus ab ſe in Senatum inductis, ſimul [4] *publicas privataſque cauſſas, mul-*
3 *torum inimicitiis ſuſceptis, defendiſſe: ſuo item* [e] *in conſulatu abſentem,*
quae potuiſſet, commoda provinciae tribuiſſe: eorum omnium commodo-
rum eſſe & inmemores & [5] *ingratos in ſe, & in populum Romanum hoc bel-*
4 *lo, &* [f] *in praeterito tempore* [g] *cognoſſe. Vos, jure* [h] *gentium,* [6] *& civium*
Romanorum inſtitutis cognitis, more barbarorum, [7] *Populi Romani Magi-*
ſtratibus ſacroſanctis manus [8] *ſemel* [i] *& ſaepius adtuliſtis; & luce clara*
5 [k] *Caſſium in medio foro nefarie interficere voluiſtis. Vos ita pacem ſemper*
odiſtis, ut nullo tempore [9] *legiones deſitae Populi Romani in hac provin-*
cia

VARIAE LECTIONES.

a *Conſtituiſſet* Pet. L. pr. *conſt. ut eque* L. ſec. *potuerat* Dorv. b *inſequentem praeturam* Edd. R. M. V. *inſ. tempore praeturae* MS. Ciacc. *inſ. pr. petunt* Dorv. c *petiſſet* L. pr. d vulgo *legibus. ad ſen.* Dorv. e deeſt L. pr. Sc. *abſenti* Dorv. f abeſt Pet. L. ſec. Dorv. Edd. qdd. g *fas noſſe* Dorv. *cognoviſſe* L. ſec. Edd. qdd. h vulgo *gentium inquit.* i vulgo *ſaepe*, ac deeſt *&* ante *luce.* k Sic Ald. Manut. Plant. Scal. & ſeqq. *captum* MSS. & Edd. reliquae. Mox vulgo *deſint.*

Edd. Rom. Med. Ven. Beroaldi, Gryphii *quod.* Rectiſſime. Scilicet *oppidum.* Quod fruſtra addere tentabat Glandorp. Conſule Grammaticos.

1. Eis pecuniis] Leid. ſec. *ejus pecuniis provinciam ſe.* Leid. pr. *eis pecunia.* Petav. *ejus pecunia.* Dorvill. *ea pecunia ſe pr.* Addunt *ſe* etiam Vaſcoſ. Steph. Gryph. poſt. Strada. licet id neceſſarium non ſit, videtur tamen initio fuiſſe *ea ſe pecunia ſe pr. lib.*

2. Simulque patrocinio suscepto] Vir ſummus *Iſ. Caſaubonus* ad *Suetonii* Julium c. XVIII. reponit *provinciae patrocinio ſuſcepto:* ſed non opus eſt, ut eum audiamus, nam illa vox facile ſubintelligitur. DAVIS.

3. Multis legibus ab se in senatum inductis] Omnino reſcribendum *multis legationibus*, ut recte *Rhellicanus* ex editione *Beroaldina* faciendum judicavit. Ita certe dant *Petav. Buſlid.* & *Norvic.* DAVIS. *Cur. ſec.* Accedunt Leid. pr. Scalig. Edd. Rom. Mediol. Ven. Vaſc. Gryph. poſt. Steph. & Stradae; *legibus inductis*, pro quo *inductos* male voluit Ciacconius, defendit Caſaub. ad Suet.

4. Publicas privatasque caussas] Sic Aldus, Manut. Plant. Scalig. & Reliqui, non male, ediderc. MSS. tamen & ceterae Edd. dant *publicis privatiſque cauſſis.* ut ad verbum *defendiſſe* ſubintelligas *provinciam.*

5. Ingratos in se et in populum] MSS. Voſſii, (*ingratos* eos *in ſe & in populum &c.*) CLARK. *Eos* addunt quoque Leid. ſec. & Edd. Vaſc. Gryph. poſt. Steph. Stradae. *eſſe &* deſunt Pet. Scalig. & Leid. pr. ac Dorv. qui duo pro iis habent *etiam.* & abeſt ab iiſdem Edd. & Leid. ſec. Fors. *com. tamen & inm.*

6. Inquit] Verbum hoc quum non agnoſcat ullus Codex, nec Edd. principes, aut Vaſcoſ. Gryph. Steph. & aliae, exſulare juſſi.

7. Populi R. Magistratibus sacrosanctis manus] Sic emendarunt Beroaldus, Glandorpius, Urſinus, qui & conjecit *Praet. Tribuniſque ſac.* vel *Trib. pl. ſac.* In Petav. *Pop. R. magna tranſore Sanctis Romanis.* Leid. pr. & Ed. Gryph. *Pop. R. magna tranſiero ſanctis Romanis.* Leid. ſec. *P. R. magna tranſitio ſanctis Romanis.* Cujac. *P. R. magiſtratus ſacroſanctis Romanis.* Edd. Vaſc. Steph. Gryph. poſt. Str. *P. R. magiſtratui ſacroſancto manus.* Forſan *Praet. magiſtratibuſque ſacroſanctis Romanis manus* vel *P. Ri. manus.*

8. Saepe,] Codices nonnulli, *ſemel.* Quod hoc in loco perinde eſt. CLARK. *Saepe & ſaepius attuliſtis*) Omnes noſtri *ſemel & ſaepius attuliſtis*, quod probum eſt. DAVIS. *Cur. ſec.* MSS. cuncti & Edd. primae, item Vaſc. Gryph. ac Steph. & aliae *ſemel:* quare id repoſui. Apulej. l. VII. Metam. p. 34. Ed. Pric. *Verbum quidem praecedens ſemel ac ſaepius inmodice clamitavi.* Sic enim MSS. & Edd. Vett. praeter Bertin. Gland. hic legit *non ſemel ſed ſaepius.* uti apud Nepot. in Epam. c. 7. dein *adtuliſtis & l.* reſcripſi auctoribus MSS. & Edd. pleriſque. vulgo abeſt *&*. *adtuliſſetis* eſt in Petav. Scalig. a m. pr. Leid. pr. *attuliſſet bis* Dorv.

9. Legiones desint Populi Romani in hac pro-

cia haberi. Apud vos beneficia pro maleficiis, maleficia pro beneficiis
habentur. Ita neque in otio concordiam, neque in bello virtutem ullo tem-
pore retinere potuiſtis. Privatus ex fuga Cn. Pompejus adoleſcens a 6
vobis receptus, faſces imperiumque ſibi adripuit. Multis interfectis ci-
vibus, auxilia contra populum Romanum [a] *comparavit:* [b] *agros* [1] *provin-*
ciamque veſtro inpulſu [2] *depopulavit.* [3] *In* [c] *quo vos victores exiſtima-* 7
batis? An, me deleto, [4] *non animum advertebatis,* x *habere* [5] *legiones Po-*
pulum Romanum, quae non [d] *ſolum vobis obſiſtere, ſed* [e] *etiam coelum di-*
ruere poſſent? [f] *Quarum laudibus & virtute* *** [6] Deſunt reliqua.

VARIAE LECTIONES.

a *Paravit* Dorv. b vulgo *agros veſtramque pr.* c vulgo *quos.* d *modo* L. pr. *reſiſt.* L. ſec. e *&* L. pr. f *quorum* Ed. Elz.

PROVINCIA HABERI] Lege *legiones Populi Romani* deſitae *in hac provincia haberi.* Vocem *deſitae* praeſtat MS. *Petav.* Ordo verborum eſt a *Norvic.* DAVIS. *Cur. ſec.* Non dubitandum eſt de veritate lectionis *deſitae*, quam & inveni in Scaligerano. Niſi malis tamen *deſitae ſint.* Cicero in Bruto c. 32. *Orationes legi ſunt deſitae.* Glandorpius conjiciebat *deſierint*, & *habere* Manut. pro *habitare.* Paullo poſt ad vocem *tempore* deficit manus antiqua Leid. primi Cod.

1. VESTRAMQUE PROVINCIAM] Deleta voce, legendum, *agros provinciamque veſtro impulſu depopulavit*; prout exhibent MSS. *Petav.* & *Norvic.* ac editt. *Beroald. Gryph.* & *Lugdun.* 1576. DAVIS. *Cur. ſec.* Adde Leidenſes, Dorvill. Scalig. & Edd. Rom. Mediol. Ven. Vaſcoſ. Steph. aliaſque; quare *veſtram* delevi.

2. DEPOPULAVIT] Hanc ultimae vocis formam barbariſmi inſimulat *Joan. Brantius.* Immerito ſane. *Virgilius* Georg. I, 185.

—— *Populatque ingentem farris acervum.*

Et Aeneid. IV, 402.

Ac veluti ingentem formicae farris acervum
Cum populant. ——

Vide etiam Aen. XII, 263. ac *G. J. Voſſium* de Anal. l. III. c. VII. p. 36. DAVIS. *Depopulatus* Leid. ſec. & Edd. Vaſc. Gryph. poſt. Steph. Stradae male. Plura vide ad l. VII. de B. Gall. c. 77. *Depopulata Gallia.*

3. IN QUOS] Ita primus exhibuit Scalig.; cum in MSS. & Edd. prioribus ſit *In quo:* Ni fallor rectius: ſed & pro *exiſtimabatis* in Petav. Scalig. Leid. pr. ſcribitur *extabatis.* Edd. Rom. Mediol. Ven. *excitabatis.*

4. NON ANIMUM ADVERTEBATIS] Sic ex MS. *Norvic.* reſtitui, cum editi minus eleganter exhiberent *animadvertebatis.* DAVIS. Sic etiam Petav. V. ad l. I. B. G. c. 34.

5. LEGIONES] MSS. Ciacc. Reg. Voſſ. Leid. ſec. Dorv. Edd. Vaſc. Gryph. poſt. Stradae *lectas quidem legiones.*

6. DESUNT RELIQUA.] In Leid. ſec. ſcribitur *Amplius non reperitur.* In Cujac. & Petav. *Cetera deſiderantur.* Addunt Leid. pr. Edd. Rom. & Mediol. *totus in orbe terrarum mundus exultat.* Subdit poſt haec Celſus *Multa hujus hiſtoriae in loco ſcriptorum vitio confuſa praetereo ad finem properans. Hic ergo bellorum civilium in Hiſpania finis eſto.* Unde recte cenſet Heinſius, liquere, jam olim hunc librum adeo corruptum fuiſſe, ut medicina ex MS. ſperari vix debeat. Ceterum Belli Hiſpanienſis fragmentum, quod in Cujac. & Petav. Codd. exſtat, ediditque Jungermannus, cujuſque meminit Caſaub. ad Sueton. Jul. c. 56. fruſtum eſſe ſcias Julii, quiſquis ille fuerit, Celſi, ut patet ex Ed. Graevii p. 185. & ſeqq. Immo diu antequam Celſum Graevius recudi curaſſet, id jam monuit ὁ πάνυ Voſſius in Hiſt. Lat. l. I. c. 13. quare illud omiſi.

ADDENDA.

Pag. V. N. 3. MENSUM inveni quoque in MS. Vegetii l. II. c. 5.

XXII. *In Var. Lect.* Adde poſt ἐπηγάλλετο, *& conſule notas ad pag.* 703.

XXXVII. N. 4. PROELIUM COMMOVISSENT. Immo hoc ipſum adhibuit Quadrigarius, referente Gellio l. IX. N. A. c. 13. *Is maxime*, PROELIO COMMOTO, *& utriſque ſummo ſtudio pugnantibus.*

XLII. N. 4. NOCTIS VIGILIA. Sic etiam Hirt. B. Afric. c. 49. *circiter* VIGILIA *ſecunda* NOCTIS: item c. 67. Auct. B. Hiſp. c. 11. Et ſaepius Appulejus. ut lib. III. init. l. VIII. p. 163. Ed. Pric. l. XI. init. *Circa primam fere* NOCTIS VIGILIAM. Nihilominus *noctis vigilia* hic corruptum putem.

XLIII. N. 5. VIRTUTE COGNITI. Appul. l. IX. p. 283. Ed. Fl. *fidelitate praecipua* COGNITUM.

XLIV. LITTERIS GRAECIS. Conſule Comment. Summus Scalig. in Epiſt. XVI. cenſet, quoſdam edoctos eſſe litteras Graecas a Maſſilienſibus, & hanc ſummam Graece perſcripſiſſe clanculum, ne reliquis Gallis & finitimis nota eſſet.

XLVI. N. 2. AD CAESAREM. Adde, quae congeſſit Cl. Drakenb. ad Liv. l. VII. c. 7. §. 4. & brevi, ut ſperamus, omnium oculis patebunt.

XLIX. N. 3. CONFERENDUM CUM AGRO] Simili locutione Appulej. l. VII. p. 137. Ed. Pric. *Neſcio, an ulli praeſentium* COMPARANDUM; quia cunctos praeſtabat.

LIV. N. 2. MOLIMENTO.] Sic & Lambin. ad Cicer. pro L. Manil. c. 6.

LXXXVI. N. 2. IMPERIO. Id omnino praefero. l. V. c. 34. IMPERIO *ejus Gallia fertilis*: ubi eadem varietas.

XCVII. N. I. SOLLICITARE] Immo pro *laceſſere hoſtem* Ovid. V. Faſt. 40.

Et magnum bello SOLLICITARE *Jovem.*

Lucan. l. IV, 665.

SOLLICITATQUE *ferox non aequis viribus hoſtem.*

CII. N. I. PROCESSUM] Vide ad B. Afric. c. 73.

CX. N. 4. Poſt *paterer*. Adde. Sed tum pro *ac* loca lege *atque*. Vide ad l. VI. c. 38. & faepius.

CXLVIII. N. 4. Poſt *Brantius*. Et Lamb. ad Lucret. I, 407.

INSTITERUNT *veſtigia certa viai.*

de verbo *inſiſtere* adi etiam Cel. Burm. ad Sueton. Vitell. c. 2.

CLXXIV. N. 2. Ad Ellipſin *& qui*. Adde Hirt. B. Alex. c. 56. *Quibus pecunias imperaſſet, neque contuliſſent*, pro *neque qui c.*

CLXXXIX. N. I. Quae hic de *ſublicis oblique actis*, & praeſertim de *pariete* diſputavi, non admodum mihi ſatisfaciunt; ut delenda paene pronunciem. Certiora tamen proferre non habeo.

CCI. N. 2. PROXIMIS PRIMIS] An *maximis*? de quarum vocum variatione egi ad p. 167. Cl. Burm. ad Suet. Claud. c. 33. Sed magis inclino, ut unam harum vocum Gloſſam cenſeam. Sic l. VI. c. 25. MSS. *audiſſe, adiſſe*. Plura vide ad p. 196. *octingentis octoginta*. pag. 213. *transjectum, tranſmiſſum.*

CCIII. N. 4. LUNA PLENA, QUI DIES] Sic legendum omnino. Horat. l. IV. O. II, 14.

Idus tibi ſunt agendae.

Qui dies &c.

CCVI. N. 2. CURRU SE CONL.] Non reſpuo nunc *ſe & currus c.* licet non obſtet ſingularis numerus *curru*. Vide ad p. 220. lib. I. B. Civ. c. 57. *ſub oculis* DOMINI *ſuam probare operam ſtudebant.* B. Alex. c. 20. *Expeditas ad* ANCHORAM *naves*. ubi Edd. aliae *anchoras.*

CCXXXII. N. 6. PRAETENTIS. Adde Veget. l. I. c. 8. *tiro exercitio* PRAETENTANDUS.

CCXXVII. N. 5. LOCUM] Id retineo. nam ut *lucus* in *locus*, ſic contra *locus* in *lucus* aliquando abiit. Conſule Salmaſ. ad Tertull. pall. p. m. 193. Infra p. 301. *luco* jam olim bene legit Iſ. Caſaub. Praef. ad Diog. Laërt.

CCLIV. N. 4. IN ADVERSUM OS VULNERATUR.] Nil muta. Confirmatur hoc vehementer ab Ovid. l. V. Met. 384.

IN*que* COR *hamata percuſſit arundine Ditem.*

quamvis etiam locus ille ſuſpectus ſit, harum elegantiarum peritiſſimo Judici, Cel. Burmanno.

CCCXVII. N. 2. AB INJURIA PROHIBENT. Adde Cicer. pro L. Man. c. 7. *a quo periculo prohibete Remp.*

CCCXXVIII. N. 3. ADUATUCIS ADJACET] Pluribus de hoc loco diſquirentes videbis aliquando Viros egregios Duker. & Drakenb. ad

Liv.

Liv. l. VII. c. 12. *Etruriam adjacent.*

CCCXXX. N. 5. PONS INPERFECTUS] Adde l. VII, 56. *Si eſſet in* PERFICIENDIS PONTIBUS *periclitandum.*

CCCXXXV. N. 5. Poſt *Appuleji* loca adde l. VIII. p. 156. Ed. Pric. *Nec diu.* ET *eum aper furens invadit jacentem*, ut e MSS. legi debet.

CCCXXXVII. N. 5. §. 2. l. 1. *Non anima.* Adde, ut de morte apud Nepot. in Eum. c. 4.

CCCLXXII. N. 2. OBVIAM CONTRAVENIRETUR] Simile fere Ovid. Met. l. IV, 80. *Oſcula non* PERVENIENTIA CONTRA.

Ibid. N. 3. Poſt *militum.* Adde. Sic temere *omnino* & *omnium* bis contra MSS. apud Ciceronem intrudere conatur Doct. Th. Bentlej. ad l. I. de Fin. c. 12.

CCCLXXIII. N. 3. IN ACIE VICISSE] Hinc nil mutandum cenſeo apud Quinctil. Decl. XII. c. 21. IN ACIE *confligere.*

CCCXC. N. 3. PAULLO] Adde Cl. Burm. ad Ovid. ex P. III, 4, 47. *Poſt tanto.*

CCCXCIII. N. 5. QUACUM ERAT CONCIONATUS] Adde Ovid. l. VI. Met. 205.

Talibus eſt dictis gemina CUM *prole* LOCUTA.

i. e. eam precata eſt; ut Seneca Ep. X. *Sic* LOQUERE CUM DEO, *tamquam homines audiant.*

CDCCVI. N. 3. SUESSONIBUS] Vide tamen etiam ad l. VIII. c. 6.

CDXXX. N. 2. HOMINUM MILIBUS &c.] Non opus tamen eſt τοῦ *in.* Cicero pro L. Man. c. 5. *Vos, tot civium R. milibus &c. necatis, quo tandem animo eſſe debetis?*

CDXXXIX. N. 1. LABORANTIBUS SUBMITTIT] Defendit etiam Cl. Drakenb. ad Liv. l. VI. c. 6. *Populos juventutem ſubmiſiſſe.*

CDXLIX. N. 6. DISJECTISQUE] Adde Ill. N. Heinſ. ad Ovid. Met. III, 726.

Trunca ſed oſtendens DISJECTIS *corpora membris.*

CDLI. N. 4. PRAEDAE NOMINE] Exciderunt hic operarum culpa exempla l. VII. c. 89. *Exercitui capita ſingula*, PRAEDAE NOMINE, *diſtribuit.* Suet. Jul. c. 48. *Veteranis*, PRAEDAE NOMINE *XX milia numûm dedit.*

CDLVI. N. 3. Poſt *Hirt. B. Afr.* Adde c. 34. *Oppido munitiones circumdare.*

CDLXIV. N. 1. VIRIBUS INFERIORES] Geminus plane locus eſt Ovidii l. IV. Met. 652. VIRIBUS INFERIOR (*quis enim par eſſet Atlanti Viribus?*)

CDLXVIII. N. 1. Poſt *Ed. Inc.* adde. habent *ſummum jugum.*

CDLXXVI. N. 1. Muto ſententiam, & omnino Clarkianae emendationi adquieſco.

CDLXXVII. N. 4. DIFFUGERE. c. 35. *diffugiunt ad praeſidia.*

Ibid. N. 6. IN REGIONIBUS PRAEERAT] Adi & infra ad l. III. B. Civ. c. 28. *Qui Liſſi praeerat.*

CDLXXXVI. N. 2. CONSISTUNT] Ne muta. Quietam ſedem notat poſt *vaga* latrocinia. Conſule Cl. Burm. ad Ovid. Met. XI, 407. *profugum conſiſtere.*

CDXCV. N. 2. AGGERES INSTRUERE.] Adde omnino Scriver. ad Veget. l. II. c. XI. *Inſtructores.* Hirt. *B. Afric.* c. 20. *officinas ferrarias* INSTRUERE.

DXLIII. *In Var. Lect.* ARCANO] *Arcano* Ed. Elz. Male. Alii quoque *in arcano.* V. Voſſ. de Anal. l. IV. c. 19.

DLII. N. 5. QUOD COSS. ABSINT] *Quod* cum ſubjunct. hoc ſenſu adhibuit etiam Appul. l. X. p. 228. Ed. Pric. *qui puellae nunciaret*, QUOD *eam juvenis vocaret ad ſeſe.*

DLV. *In Var. Lect.* Ad vocem *Propraetore* adde. Vide ad B. Afric. c. 80.

DCI. N. 4. PROXIMO DIE.] Non adſentior Daviſio, e 2 MSS. legenti *poſtero.* Nam *proximus dies*, eſt *de naeſtvolgende dag.* Sic l. III. B. Civ. c. 10. *triduo proximo:* immo jungit, ut hic, *nocte & proximo die* Sueton. Aug. c. 94. Adde Calig. c. 25.

DCIV. N. 1. EX V LEGIONIBUS] Adi etiam ſuper hoc loco Salmaſ. de Re Milit. c. 13.

DCXVI. N. 2. DIEI CASU] l. II. B. Civ. c. 14. *proximi diei caſu.*

DCXXXIV. N. 4. DEDUCTIS IN ARCEM COHORTIBUS.] Poſt verſus quinti vocem *legionibus* adde. Sed & Lib. hujus c. 18. *praeſidiaque eo* (Sc. in urbes) DEDUCEBAT.

DCLXIII. N. 3. SEXCENARIAS] Adi Cl. Drakenb. ad Liv. l. VII. c. 7. & Vir. Doct. in Miſc. Obſerv. V. VII. ad Vegetii l. II. c. 7.

DCLXXXVI. N. 4. INTECTUS ARMIS] Sic etiam Appul. l. II. p. 33. Ed. Pric. *lecti aureis veſtibus* INTECTI. Ita enim MSS. & Edd. Vett. vulgo *intexti.* p. 39. *Juvenem linteis amiculis* INTECTUM. pro quo ſaepe apud Appulej. quoque *injectus.*

DCCII. N. 5. *Ἀναθήματα.*] Haec *ornamenta* & *monumenta* alibi vocat Auctor. V. Voſſ. ad p. 636.

Ibid. N. 4. Poſt *Voſſii notis*, Adde *pag. ſec.* & *tert.* Confer vero Daviſii notam ad Fragm. ex *Ephemer.* Ea tamen non obſtat meae ſententiae.

DCCXXVIII. 1. FRUCTUS DEFICIEBAT] Corruptum hoc eſſe divinaveram ex antiquo *fruns.* Hanc conjecturam dein confirmatam deprehendi a Magno Voſſio, de Anal. l. 1. c. 33. legenti *frus deficiebat:* cui accedo.

DCCLXX. N. 2. IN SUMMAM] Sic malo cum aliis apud Ovid. l. XIII. Met. 38. IN CAUSSAM *proſit*, *Achivi.*

DCCCLI. N. 2. FORTUITO CASU] Ita plane Appul. l. IX. in f. CASU FORTUITO *collineatis oculis.*

DCCCLIII. N. 3. CONTINERE; AQUAM JUBET COMP.] Vide omnino ad c. 25.

DCCCLVI. Col. 11. Poſt *quaerentibus jubentur* adde Appul. lib. x. p. 218. Ed. Pric. *ſeniore adorante placuit.* & *itur.* niſi malis *placuit, iretur.* Petron. c. 113. *Erubeſcente Tryphaena vultum* &c. *poſuit.* ubi vide Cl. Burm.

DCCCLVII. N. 5. VIGORE] Conſule Cl. Drakenb. ad Liv. l. VII, 4. *naturalis vigoris.*

CMIII. N. 2. PARVUM SENATOREM] Cave, cum Daviſio quid mutes. *parvus ſenator* dicitur, ut contra apud Horat. Ep. IV. *Magnus eques.*

CMXXVII. N. 4. EROGATIS. Haec ſcriptura unice vera eſt.

C. JU-

C. JULII CAESARIS FRAGMENTA.

Ex libris Epiſtolarum ad Marcum Tullium Ciceronem.

Caeſar Imp. S. D. Ciceroni Imp.

Quum Furnium noſtrum tantum vidiſſem, neque loqui, neque audire meo commodo potuiſſem; properarem, atque eſſem in itinere, praemiſſis jam legionibus; praeterire tamen non potui, quin & ſcriberem ad te, & illum mitterem, gratiaſque agerem. Etſi hoc officium & feci ſaepe, & ſaepius mihi facturus videor: ita de me mereris. Inprimis a te peto, quoniam confido me celeriter ad Urbem venturum, ut te ibi videam; ut tuo conſilio, gratia, dignitate, ope omnium rerum uti poſſim. Ad propoſitum revertar: feſtinationi meae, brevitatique litterarum ignoſces, reliqua ex Furnio cognoſces. *Ex* Ciceronis *lib.* IX. *ad Attic. Epiſt.* V.

Caeſar Imp. Ciceroni Imp. S. D.

Recte auguraris de me (bene enim tibi cognitus ſum) nihil a me abeſſe longius crudelitate: atque ego quum ex ipſa re magnam capio voluptatem, tum meum factum probari ab te, triumpho gaudio, neque illud me movet, quod ii, qui a me dimiſſi ſunt, diſceſſiſſe dicuntur, ut mihi rurſus bellum inferrent: nihil enim malo, quam & me mei ſimilem eſſe, & illos ſui. Tu velim mihi ad Urbem praeſto ſis, ut tuis conſiliis atque opibus, ut conſuevi, in omnibus rebus utar. Dolabella tuo nihil ſcito mihi eſſe jucundius: hanc adeo habebo gratiam illi: neque enim aliter facere poterit: tanta ejus humanitas, is ſenſus, ea in me eſt benivolentia. *Ex* Ciceronis *lib.* IX. *ad Attic. Epiſt.* XVI *Reperitur etiam apud* Jul. Celſum *p.* 187, 188. *edit. Lond.*

Caeſar Imp. Ciceroni Imp. S.

Etſi te nihil temere, nihil inprudenter facturum judicaram, tamen permotus hominum fama, ſcribendum ad te exiſtimavi, & pro noſtra benivolentia petendum, ne quo progredereris proclinata jam re, [1] qua integra etiam progrediendum tibi non exiſtimaſſes: namque & amicitiae graviorem injuriam feceris, & tibi minus commode conſulueris, ſi non fortunae obſecutus videbere; (omnia enim ſecundiſſima nobis, adverſiſſima illis accidiſſe videntur) nec cauſſam ſecutus (eadem enim tum fuit, quum ab eorum conſiliis abeſſe judicaſti) ſed meum aliquod factum condemnaviſſe; quo mihi gravius abs te nil accidere poteſt: quod ne facias, pro jure noſtrae amicitiae a te peto. Poſtremo, quid viro bono, & quieto, & bono civi magis convenit, quam abeſſe a civilibus controverſiis? quod nonnulli quum probarent, periculi cauſſa ſequi non potuerunt: tu, explorato & vitae meae teſtimonio, & amicitiae judicio, neque tutius, neque honeſtius reperies quidquam, quam ab omni contentione abeſſe. XV Kal. Maj ex itinere. *Ex* Ciceronis *l.* X. *ad Attic. Epiſt.* IX.

M. Orfium quem mihi commendas, vel regem Galliae faciam, vel hunc Leptae delega: ſi vis tu, ad me alium mitte, quem ornem. *Ex* Ciceronis *l.* VII. *ad Fam. Epiſt.* V. *ad Caeſ.*

1. Forte *quo*. CLARK.

Neque pro cauto ac diligente ſe caſtris continuit. *Ex* Chariſii *l.* I. *Inſt. Gramm. col.* 101. *ed. Putſ.*

Quod quaeris, quid Caeſar ad me ſcripſerit? quod ſaepe, gratiſſimum ſibi eſſe, quod quierim: oratque, in eo ut perſeverem. *Ex* Ciceronis *l.* VIII. *ad Attic. Epiſt.* XI.

Quod quidem propemodum videor ex Caeſaris litteris, ipſius voluntate facere poſſe: qui negat neque honeſtius neque tutius quidquam eſſe, quam ab omni contentione abeſſe. *Ex* Ciceronis *l.* X. *ad Attic. Epiſt.* X.

Caeſar mihi ignoſcit per litteras, quod non venerim, ſeſeque in optimam partem id accipere dicit. Facile patior quod ſcribit, ſecum Tullum & Servium queſtos eſſe, quia non idem ſibi quod mihi remiſiſſet, &c. ſed tamen exemplum miſi ad te Caeſaris litterarum. *Ex* Ciceronis *l.* X. *ad Attic. Epiſt.* III.

Seſtius apud me fuit; & Theopompus pridie: veniſſe a Caeſare narrabat litteras: hoc ſcribere, ſibi certum eſſe Romae manere; cauſſamque eam adſcribere, quae erat in Epiſtola noſtra, ne ſe abſente leges ſuae negligerentur, ſicut eſſet neglecta Sumptuaria. *Ex* Ciceronis *l.* XIII. *ad Attic. Epiſt.* VII.

Sed heus tu, celari videor a te! quomodonam, mi Frater, de noſtris verſibus Caeſar? Nam primum librum ſe legiſſe ſcripſit ad me ante: & prima, ſic, ut neget ſe ne Graeca quidem meliora legiſſe. Reliqua ad quemdam locum ῥαθυμώτερα, hoc enim utitur verbo &c. *Ex* Ciceronis *l.* II. *ad Quinctum Fratrem, Epiſt.* XV.

Quum hanc jam epiſtolam complicarem, tabellarii a vobis venerunt A. D. XI Kal. Septembr. viceſimo die. O me ſollicitum! quantum ego dolui in Caeſaris ſuaviſſimis litteris! ſed quo erant ſuaviores, eo majorem dolorem illius ille caſus adferebat. *Ex* Ciceronis *l.* III. *ad Quinctum Fratrem, Epiſt.* I.

De tribunatu quod ſcribis, ego vero nominatim petivi Curtio, & mihi ipſe Caeſar nominatim Curtio paratum eſſe reſcripſit, meamque in rogando verecundiam objurgavit. *Ex* Ciceronis *l.* III. *ad Quinctum Fratrem, Epiſt.* I.

Ex Brittannia Caeſar ad me Kal. Septembr. dedit litteras, quas ego accepi A. D. IV Kal. Octob. ſatis commodas de Britannicis rebus: quibus, ne admirer, quod a te nullas acceperim, ſcribit ſe ſine te fuiſſe, cum ad mare acceſſerit, &c. *Ex* Ciceronis *l.* III. *ad Quinctum Fratrem, Epiſt.* I.

Ex libris Epiſtolarum ad C. Oppium & Balbum Cornelium.

Caeſar Oppio & Cornelio S.

Gaudeo mehercule vos ſignificare litteris, quam valde probetis ea, quae apud Corfinium ſunt geſta. Conſilio veſtro utar libenter, & hoc libentius, quod mea ſponte facere conſtitueram, ut quam leniſſimum me praeberem, & Pompejum darem operam ut reconciliarem. Tentemus hoc modo, ſi poſſumus, omnium voluntates recuperare, & diuturna victoria uti: quoniam reliqui crudelitate odium effugere non potuerunt, neque victoriam diutius tenere praeter unum L. Sullam, quem imitaturus non ſum. Haec nova ſit ratio vincendi; ut miſericordia, & liberalitate nos muniamus. Id quemadmodum fieri poſſit, nonnulla mihi in mentem veniunt, & multa reperiri poſſunt: de his rebus, rogo vos, ut cogitationem ſuſcipiatis. Cn. Magium, Pompeji Praefectum, deprehendi: ſcilicet meo inſtituto uſus ſum, & eum ſtatim miſſum feci. Jam duo Praefecti Fabrum Pompeji in meam poteſtatem venerunt, & a me miſſi ſunt; ſi volent grati eſſe, debebunt Pompejum hortari, ut malit mihi eſſe amicus, quam iis, qui & illi, & mihi ſemper fuerunt inimiciſſimi: quorum artificiis effectum eſt, ut Reſpublica in hunc ſtatum perveniret. *Ex* Ciceronis *l.* IX. *ad Attic. Epiſt.* VIII. *Exſtat & apud Jul. Celſum de vita Caeſaris p.* 187.

Cae-

Caeſar Oppio & Cornelio S.

A. d. VII Id. Mart. Brundiſium veni: ad murum caſtra poſui. Pompejus eſt Brundiſii: miſit ad me Cn. Magium de pace: quae viſa ſunt reſpondi. Hoc vos ſtatim ſcire volui. Quum in ſpem venero, de compoſitione aliquid me conficere, ſtatim vos certiores faciam. *Ex* Ciceronis *l.* IX. *ad Attic. Epiſt.* XVI. *Habet &* Jul. Celſus *p.* 188.

De Caeſare fugerat me ad te ſcribere. Video enim quas tu litteras exſpectaris. Sed ille ſcripſit ad Balbum, faſciculum illum epiſtolarum, in quo fuerat & mea, & Balbi, totum ſibi aqua madidum redditum eſſe; ut ne illud quidem ſciat, meam fuiſſe aliquam epiſtolam: ſed ex Balbi epiſtola pauca verba intellexerat, ad quae reſcripſit his verbis: *De Cicerone video te quiddam ſcripſiſſe, quod ego non intellexi: quantum autem conjectura conſequebar, id erat hujuſmodi, ut magis optandum quam ſperandum putarem.* Itaque poſtea miſi ad Caeſarem eodem illo exemplo litteras. Jocum autem illius de ſua egeſtate ne ſis aſpernatus, &c. *Ex* Ciceronis *l.* II. *ad Quinctum Fratrem, Epiſt.* XI.

Libri ſunt epiſtolarum C. Caeſaris ad C. Oppium, & Balbum Cornelium, qui res ejus abſentis curabant. In his epiſtolis quibuſdam in locis inveniuntur litterae ſingulariae, ſine coagmentis ſyllabarum, quas tu putes poſitas incondite: nam verba ex his litteris confici nulla poſſunt. Erat autem conventum inter eos clandeſtinum, de commutando ſitu litterarum, ut in ſcripto quidem alia aliae locum, & nomen teneret; ſed in legendo locus cuique ſuus, & poteſtas reſtitueretur, &c. Eſt adeo Probi Grammatici commentarius ſatis curioſe factus, de occulta litterarum ſignificatione epiſtolarum C. Caeſaris ſcriptarum. *Ex* A. Gellii *l.* XVII. *c.* IX.

Ex libro Epiſtolarum ad Q. Pedium.

Caeſar Q. Pedio S.

Pompejus ſe oppido tenet: nos ad portas caſtra habemus: conamur opus magnum, & multorum dierum, propter altitudinem maris: ſed tamen nihil eſt, quod potius faciamus. Ab utroque portus cornu moles jacimus, ut aut illum quamprimum trajicere, quod habet Brundiſii copiarum, cogamus, aut exitu prohibeamus. *Ex* Ciceronis *l.* IX. *ad Attic. Epiſt.* XVII. *Vide &* Julium Celſum *p.* 188.

Ex libro Epiſtolarum ad Piſonem.

Locellum tibi ſignatum remiſi. *Ex* Chariſii *l.* I. *col.* 60.

Ex libro Epiſtolarum ad Antonium.

Ad me miſit Antonius exemplum Caeſaris ad ſe litterarum, in quibus erat: ſe audiſſe Catonem, & L. Metellum, in Italiam veniſſe, Romae ut eſſent palam: id ſibi non placere; ne qui motus ex eo fierent; prohiberique omnes Italia, niſi quorum ipſe cauſſam cognoviſſet: deque eo vehementius erat ſcriptum. *Ex* Ciceronis *ad Attic. l.* XI. *Epiſt.* VII.

Ex libro Epiſtolarum ad Servilium.

P. Servilius pater ex litteris quas ſibi a Caeſare miſſas eſſe dicebat, ſignificat valde te ſibi gratum feciſſe, quod de ſua voluntate erga Caeſarem humaniſſime diligentiſſimeque locutus eſſes. *Ex* Ciceronis *lib.* III. *ad Quinctum Fratrem, Epiſt.* I.

Ex Epiſtola ad Regem Dejotarum.

Non dubito, quin tuis (*Caeſarem alloquitur*) litteris, quarum exemplum legi, quas ad eum (*Dejotarum*) Tarracone huic Bleſamio dediſti, ſe magis etiam erexerit, ab omnique ſollicitudine abſtraxerit: jubes enim eum *bene ſperare & bono eſſe animo*, quod ſcio te non fruſtra ſcribere ſolere. *Apud* Ciceronem *pro Dejotaro c.* XIV.

Epi-

Epiſtola ad Amantium.

[1] C. Julius Caeſar Amantio S. D.

Veni, vidi, vici. Vale. *Ex* Ponto.

Ex incertis Epiſtolis.

Πομπήιος—ἐκέλευε τοῖς πεζοῖς μήτ᾽ ἐπεκθεῖν ἔτι, μήτ᾽ ἐκτρέχειν ἐκ τῆς φάλαγγος, μηδ᾽ ἀκοντίζειν, ἀλλ᾽ ἐν προβολῇ διαστάντας ἀμύνεσθαι διὰ χειρὸς τοῖς δόρασι τοὺς ἐπιόντας, καὶ τόδε τινὲς αὐτοῦ στρατήγημα ἐπαινοῦσιν, ὡς ἄριστον ἐν περικυκλώσει, ὁ δὲ ΚΑΙΣΑΡ ΕΝ ΤΑΙΣ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙΣ καλαμέμφεται. τάς τε γὰρ πληγὰς ὑπὸ τῆς βολῆς εὐτονωτέρας γίγνεσθαι, ἑστῶτας δ᾽ ἀποψύχεσθαί τε, καὶ τοῖς ἐπιθέουσιν [2] εὐκλήτους δι᾽ ἀτρεμίαν, οἷα σκοπούς, εἶναι. *Ex* Appiani *l.* II. *B. C. p.* 477. *ed. Steph.*

Quam (*Brittanniam*) Caeſar, ille auctor veſtri nominis, quum Romanorum primus intraſſet, alium ſe orbem terrarum ſcripſit reperiſſe, tantae magnitudinis arbitratus, ut non circumfuſa Oceano, ſed complexa ipſum Oceanum videretur. *Ex* Eumenii *Paneg.* IV. *c.* XI, 2.

De C. Julii Caeſaris Epiſtolis teſtimonia.

* Epiſtolae quoque ejus ad Senatum exſtant: quas primus videtur ad paginas & formam memorialis libelli convertiſſe: cum antea Conſules & Duces non niſi tranſverſa charta mitterent ſcriptas. Exſtant & ad Ciceronem, item ad Familiares domeſticis de rebus: in quibus ſi qua occultius perferenda erant, per notas ſcripſit, id eſt, ſic ſtructo litterarum ordine, ut nullum verbum effici poſſet. Quae ſi quis inveſtigare & perſequi vellet, quartam elementorum litteram, id eſt, D pro A, & perinde reliquas commutet. *Ex* Suetonio *in Caeſ. c.* LVI. [3]

* [4] Scribere, & legere ſimul, dictare & audire ſolitum accepimus; epiſtolas vero tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare, aut ſi nihil aliud ageret, ſeptenas. *Ex* Plinii *H. N. l.* VII. *c.* XXV.

Ἐν ἐκείνῃ δὲ τῇ στρατείᾳ προσεξήσκησεν ἱππαζόμενος τὰς ἐπιστολὰς ὑπαγορεύειν, καὶ δυσὶν ὁμοῦ γράφουσιν ἐξαρκεῖν· ὡς δὲ Ὄππιός φησι, καὶ πλείοσιν. Λέγεται δὲ καὶ τὸ διὰ γραμμάτων τοῖς φίλοις ὁμιλεῖν, Καίσαρα πρῶτον μηχανήσασθαι. *Ex* Plutarcho *in Caeſare pag.* 716. *A. ed. Francof.*

Ex Oratione in funere Juliae.

Quaeſtor Juliam amitam uxoremque Corneliam defunctas laudavit e more pro roſtris, ſed in amitae quidem laudatione, de ejus ac patris ſui utraque origine ſic refert: *Amitae meae Juliae maternum genus ab regibus ortum, paternum cum diis immortalibus conjunctum eſt: nam ob Anco Marcio ſunt Marcii Reges, quo nomine fuit mater: a Venere Julii, cujus gentis familia eſt noſtra. Eſt ergo in genere & ſanctitas regum, qui plurimum inter homines pollent; & caerimonia deorum, quorum ipſi in poteſtate ſunt reges.* *Ex* Suetonii *Caeſ. c.* VI.

Τῆς Μαρίου γυναικὸς ἀποθανούσης, ἀδελφιδοῦς ὢν αὐτῆς, ἐγκώμιόν τε λαμπρὸν ἐν ἀγορᾷ διῆλθεν, καὶ περὶ τὴν ἐκφορὰν ἐτόλμησεν εἰκόνας Μαρίου προθέσθαι. *Ex* Plutarcho *in Caeſ. p.* 709. *C.*

Ex

1. Hoc Epiſtolium in MS. *Bodleiano* repertum, inter alia perhumane mecum communicavit vir Clariſſimus *Joan. Hudſonus.* Sed, ut verum fatear, fraterculus quidam e *Plutarcho* videtur confinxiſſe: is enim in Caeſ. p. 731. ſic ſcribit: Πρός τινα τῶν φίλων ΑΜΙΝΤΙΟΝ ἔγραψεν λέξεις ΗΛΘΟΝ, ΕΙΔΟΝ, ΕΝΙΚΗΣΑ. At *Suetonius* in Jul. c. XXXVII. *Pontico*, inquit, *triumpho inter pompae fercula trium verborum praetulit titulum* VENI. VIDI. VICI. *non acta belli ſignificantem, ſed celeriter confecti notam*, quod mihi quidem vero longe ſimilius videtur. DAVIS.

2. Εὐκλήτους] Sic eſt in editt. ſed proculdubio legendum εὐβλήτους, ut ſenſus docet, quem non cepit interpres Latinus. IDEM.

3. *Harum mentio apud* Ciceronem *in lib.* XVI. *ad Fam. Epiſt.* XI. SCAL.

4. SCRIBERE ET LEGERE SIMUL, &c.] Huc reſpexit *Latinus Pacatus*, cum felicem *C. Caeſaris* memoriam celebraret Pan. XII. c. XVIII, 3. DAVIS.

Ex Oratione pro Bithynis.

C. Caeſar Pont. Max. in oratione, quam pro Bithynis dixit, hoc principio uſus eſt: Vel pro hoſpitio regis Nicomedis, vel pro horum neceſſitate, quorum res agitur, refugere hoc munus, M. [1] Vinici, non potui: nam neque hominum morte memoria deleri debet, quin a proximis retineatur; neque clientes ſine ſumma infamia deſeri poſſunt: quibus etiam a propinquis noſtris opem ferre inſtituimus. *Ex* A. Gellii *l.* V. *c.* XIII.

Quid ergo? ſyngraphae non ſunt, ſed res aliena eſt. *Ex* Julio Rufiniano *de Figuris.*

Ex Oratione pro lege Plautia.

Reperi tamen in oratione C. Caeſaris, qua Plautiam rogationem ſuaſit; *neceſſitatem* dictam pro *neceſſitudine*, id eſt, jure adfinitatis. Verba haec ſunt: *Equidem mihi videor pro noſtra neceſſitate, non labore, non opera, non induſtria defuiſſe. Ex* A. Gellii *l.* XIII. *c.* III. *&* Nonio *in voce* Neceſſitas.

Ex Oratione in Cn. Dolabellam.

Caeſar in Dolabellam Actionis [2] III. *Ibi iſti, quorum in aedibus, faniſque poſita, & honori erant, & ornatu. Ex* A. Gellii *l.* IV. *c.* XVI.

Nono decimo aetatis anno L. Craſſus C. Carbonem, uno & viceſimo Caeſar Dolabellam, altero & XX Aſinius Pollio C. Catonem, non multo aetate antecedens Calvus Vatinium, iis orationibus inſecuti ſunt, quas hodieque cum admiratione legimus. *Ex Auctore Dialogi de Oratoribus c.* XXXIV.

Compoſita ſeditione civili, Cornelium Dolabellam, conſularem & triumphalem virum, repetundarum poſtulavit, abſolutoque Rhodum ſecedere ſtatuit. *Ex* Suetonii *Caeſ. c.* V.

Divus quoque Julius, quam coeleſtis numinis, tam etiam humani ingenii perfectiſſimum columen, vim facundiae propriae expreſſit, dicendo in accuſatione Cn. Dolabellae, quem reum egit, extorqueri ſibi cauſſam optimam L. Cottae patrocinio. *Ex* Valerii Maximi *l.* VIII. *c.* IX.

C. Caeſar Cn. Dolabellam accuſavit, nec damnavit. *Ex* Pediano *in orat. pro M. Scauro.*

Significat & Caeſarem, item adoleſcentem, in Dolabella reo ex Sicilia, qui quidem damnatus eſt, quantum oportuit per Hortenſium, &c. *Ex* Pediano *in Divin.*

Ἐπανελθὼν δὲ εἰς Ῥώμην, Δολαβέλλαν ἔκρινε κακώσεως ἐπαρχίας, καὶ πολλαὶ ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος τῶν πόλεων μαρτυρίας αὐτῷ παρέσχον. Ὁ μὲν οὖν Δολαβέλλας ἀπέφυγε τὴν δίκην. *Ex* Plutarcho *in Caeſare p.*708. *E.*

Ex Oratione ad milites.

Fama hoſtilium copiarum perterritos, non negando minuendove, ſed inſuper amplificando, ementiendoque confirmabat: itaque cum exſpectatio adventus Jubae terribilis eſſet, convocatis ad concionem militibus; *Scitote*, inquit, *pauciſſimis his diebus regem adfuturum cum* X *legionibus, equitum* XXX, *levis armaturae* C *millibus, elephantis* CCC: *proinde deſinant quidam quaerere ultra, aut opinari; mihique, qui compertum habeo, credant: aut quidem vetuſtiſſima nave impoſitos quocumque vento in quaſcunque terras jubebo avehi. Ex* Suetonii *Caeſ. c.* LXVI.

Fruſtro, ait C. Caeſar apud milites de [3] incommodis eorum: *Non fruſtrabo vos milites. Ex* Diomede *l.* I. *col.* 395.

Ex

1. VINICI.] Ita Fulvius Urſinus ex libri Manuſcripti corrupta ſcriptura. SCAL.

2. III. IBI ISTI.] Alias. Actionis *illibuiſti, a. allibuiſti.* Sed emendata Stephani & Torneſii Editio *Ac. III. Ibi iſti.* IDEM.

3. INCOMMODIS] Alias *commodis.* IDEM.

Ex Oratione pro Decio Samnite.

Niſi forte quiſquam aut Caeſaris pro Decio Samnite, aut Bruti pro Dejotaro rege, ceteroſque ejuſdem lentitudinis ac teporis libros legit, &c. *Ex Auctore Dial. de Orator. c.* XXI.

Ex Oratione pro Sextilio.

Quo enim nimbo, qua procella verborum, inpium Sextilii caput obrui meretur? quod C. Caeſarem, a quo cum ſtudioſe, tum etiam feliciter graviſſimi criminis reus defenſus fuerat, &c. *Ex* Valerii Maximi *l.* III. *c.* V, 3.

Ex Oratione de conjuratis.

Catonem primum ſententiam putat de animadverſione dixiſſe, quam omnes ante dixerant praeter Caeſarem: & cum ipſius Caeſaris tam ſevera fuerit, qui tum Praetorio loco dixerit, &c. *Ex* Ciceronis *ad Attic. l.* XII. *Epiſt.* XXI.

Sed Caeſar, ubi ad eum perventum eſt, rogatus ſententiam a Conſule, hujuſcemodi verba locutus eſt: [1] *Omnes homines*, &c. *Ex* Salluſtii *Bell. Catil. c.* LI.

Ὁ δὲ Καῖσαρ ἀναστὰς, λόγον διῆλθεν πεφροντισμένον, ὡς ἀποκτεῖναι μὲν ἀκρίτους ἄνδρας ἀξιώματι καὶ γένει λαμπροὺς, οὐ δοκεῖ πάτριον οὐδὲ δίκαιον εἶναι, μὴ μετὰ τῆς ἐσχάτης ἀνάγκης. εἰ δὲ φρουροῖντο δεθέντες ἐν πόλεσι τῆς Ἰταλίας, ἃς ἂν αὐτὸς ἕληται Κικέρων, μέχρις οὗ καταπολεμηθῇ Κατιλίνας, ὕστερον ἐν εἰρήνῃ καὶ καθ' ἡσυχίαν περὶ ἑκάστου τῇ βουλῇ γνῶναι πρᾶξει. Οὕτω δὲ τῆς γνώμης φιλανθρώπου φανείσης, καὶ τοῦ λόγου δυνατῶς ἐπ' αὐτῇ ῥηθέντος, οὐ μόνον οἱ μετὰ τοῦτον ἀνιστάμενοι προσετίθεντο, πολλοὶ δὲ καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ τὰς εἰρημένας γνώμας ἀπειπάμενοι, πρὸς τὴν ἐκείνου κατέστησαν, ἕως ἐπὶ Κάτωνα τὸ πρᾶγμα καὶ Κάτουλον περιῆλθεν. *Ex* Plutarchi *Caeſ. p.* 710. *ſeq.*

Ex Oratione in : : : :

Sic fac exiſtimes: poſt has miſerias, id eſt, poſtquam armis diſceptari coeptum eſt de jure publico, nihil eſſe actum aliud cum dignitate. Nam & ipſe Caeſar accuſata acerbitate Marcelli (ſic enim adpellabat) laudataque honorificentiſſime & aequitate tua & prudentia, repente praeter ſpem dixit, *ſe Senatui roganti de Marcello, ne* [2] *hominis quidem cauſa negaturum. Ex* Ciceronis *l.* IV. *ad Fam. Epiſt.* IV.

Ex Oratione in funere Corneliae.

Quaeſtor Juliam amitam, uxoremque Corneliam, defunctas laudavit e more pro roſtris. *Ex* Suetonio *in Caeſ. c.* VI.

Τὸ μὲν οὖν ἐπὶ γυναιξὶ πρεσβυτέραις λόγους ἐπιταφίους διεξιέναι πάτριον ἦν Ῥωμαίοις· νέαις δ' οὐκ ὂν ἐν ἔθει, πρῶτος εἶπεν Καῖσαρ ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς ἀποθανούσης. *Ex* Plutarchi *Caeſ. p.* 709.

De C. Julii Caeſaris Orationibus teſtimonia.

Tum Brutus: Orationes quidem ejus mihi vehementer probantur, complures autem legi, &c. *Ex* Cicerone *in Bruto c.* LXXV.

Orationes aliquas reliquit, inter quas temere quaedam feruntur: ut *pro Q. Metelio*, quam non inmerito Auguſtus exiſtimat magis ab actuariis exceptam, male ſubſequentibus verba dicentis, quam ab ipſo editam: nam in quibuſdam exemplaribus invenio ne inſcriptam quidem *pro Metello*, ſed, *quam ſcripſit Metello*, cum ex perſona Caeſaris ſermo ſit, Metellum, ſeque adverſus communium obtrectatorum criminationes purgantis. Apud milites quoque in Hiſpania idem Auguſtus orationem eſſe vix ipſius putat: quae tamen duplex fertur, una quaſi priore habita proelio; altera poſteriore, quo Aſinius Pollio ne tempus quidem concionandi habuiſſe eum dicit, ſubita hoſtium incurſione. *Ex* Suetonio *c.* LV.

Ex

1. Omnes homines &c.] Sub *Caeſaris* nomine quaedam ex ea oratione laudat *Joan. Sariſberienſis* Polycrat. l. V. c. XII. p. 299. DAVIS.

2. Hominis.] Lege *ominis*. SCAL.

Ex libris in Catonem.

Reliquit & de Analogia duos libros, & Anticatones totidem. Suetonius *in Caeſ. c.* LVI.

Caeſar bello civili, cognita Catonis morte, (cujus virtutem dialogo illo, qui inſcribitur Cato, Cicero etiam laudavit) libros duos famoſiſſimos in vitam Catonis edidit, quos *Anticatones* inſcripſit. Vetus Scholiaſtes ad *Juvenalis* Satir. VI, 337.

Ex l. I.

Caeſar in Anticatone priore: *Uno enim excepto, quem aliuſmodi, atque omnis, natura finxit, ſuos quiſque habet charos. Priſcianus l.* VI. *col.* 694, *ac* 717. *& l.* VII. *col.* 740. *& l.* XIII. *col.* 960.

Incerta ex iiſdem.

Erunt officia antelucana, in quae incidere inpune ne Catoni quidem licuit; quem tamen C. Caeſar ita reprehendit, ut laudet: deſcribit enim eos, quibus obvius fuerit, cum caput ebrii retexiſſent, erubuiſſe: deinde adjicit; *Putares non ab illis Catonem, ſed illos a Catone deprehenſos.* Potuitne plus auctoritatis tribui Catoni, quam ſi ebrius tam venerabilis erat? Noſtrae tamen coenae ut adparatus & inpendii, ſic temporis modus conſtet. Neque enim ii ſumus, quos vituperare ne inimici quidem poſſunt, niſi ut ſimul laudent. *Ex* Plinii *l.* III. *Epiſt.* XII.

C. etiam Caeſar, gravis auctor linguae Latinae, in Anticatone: *Unius*, inquit, *arrogantiae ſuperbiaeque, dominatuque. Ex* A. Gellii *l.* IV. *c.* XVI.

De C. Julii Caeſaris in Catonem ſcriptis teſtimonia.

Qualis futura ſit Caeſaris vituperatio contra laudationem meam, perſpexi ex eo libro, quem Hirtius ad me miſit, in quo colligit vitia Catonis, ſed cum maximis laudibus meis: itaque miſi librum ad Muſcam, ut tuis librariis daret: volo enim eum divulgari. *Ex* Ciceronis *l.* XII. *ad Attic. Epiſt.* XL.

Hirtii epiſtolam ſi legeris, quae mihi quaſi προύπλασμα videtur ejus vituperationis, quam Caeſar ſcripſit de Catone. *Ex l.* XII. *ae Attic. Epiſt.* XLI.

Cum mihi Balbus nuper in Lanuvino dixiſſet, ſe & Oppium ſcripſiſſe ad Caeſarem, me legiſſe libros contra Catonem, & vehementer probaſſe. *Ex* Ciceronis *ad Attic. l.* XIII. *Epiſt.* L.

Quibus omnibus generibus uſus eſt nimis inpudenter Caeſar contra Catonem meum. *Ex* Ciceronis *Topic. c.* XXV.

M. Ciceronis libro, quo Catonem coelo aequavit, quid aliud Dictator Caeſar, quam reſcripta oratione, velut apud Judices reſpondit? *Ex* Taciti *l.* IV. *Annal. c.* XXXIV.

Hiſque uſum C. Caeſarem in vituperando Catone notaverit Cicero. *Ex* Quinctiliani *l.* III. *Inſtit. Orat. c.* VII.

Ut Catonem Tullius laudans: & duobus voluminibus Caeſar accuſans. *Ex* Martiniani Capellae *l.* V. *p.* 152.

Atque utinam ritus veteres, & publica ſaltem
His intacta malis agerentur ſacra, ſed omnes
Noverunt Mauri, atque Indi: quae pſaltria penem
Majorem, quam ſint duo Caeſaris Anticatones:
Illuc, &c. *Ex* Juvenalis *Sat* VI, 334.

Πυθόμενος δὲ ὡς ἑαυτὸν διηργάσαιτο, δῆλος μὲν ἦν δηχθεὶς, ἐφ' ᾧ δὲ, ἄδηλον· εἶπε δ' οὖν· ὦ Κάτων, φθονῶ σοι τοῦ θανάτου, καὶ γὰρ σύ μοι τῆς σωτηρίας ἐφθόνησας. Ὁ μὲν οὖν μετὰ ταῦτα γραφεὶς ὑπ' αὐτοῦ πρὸς Κάτωνα τεθνεῶτα λόγος, οὐ δοκεῖ πράως ἔχοντος, οὐδὲ εὐδιαλλάκτως σημεῖον εἶναι· πῶς γὰρ ἂν ἐφείσατο ζῶντος, εἰς ἀναίσθητον ἐγχέας ὀργὴν τοσαύτην; Paullo poſt: Τεκμαίρονται καὶ τὸν λόγον ἐκεῖνον οὐκ ἐξ ἀπεχθείας, ἀλλὰ φιλοτιμίας πολιτικῆς συντετάχθαι διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Ἔγραψε Κικέρων ἐγκώμιον Κάτωνος, ὄνομα

τῷ λόγῳ θέμενος Κάτωνα· καὶ πολλοῖς ὁ λόγος ἦν διὰ σπουδῆς, ὡς εἰκὸς, ὑπὸ τοῦ δεινοτάτου τῶν ῥητόρων εἰς τὴν καλλίστην πεποιημένος ὑπόθεσιν. Τοῦτο ἠνία Καίσαρα, κατηγορίαν αὐτοῦ νομίζοντα, τὸν τοῦ τεθνεῶτος δι' αὐτὸν ἔπαινον· ἔγραψεν οὖν πολλάς τινας κατὰ τοῦ Κάτωνος αἰτίας συναγαγών· τὸ δὲ βιβλίον Ἀντικάτων ἐπιγέγραπται, καὶ σπουδαστὰς ἔχει τῶν λόγων ἑκάτερος διὰ Καίσαρα καὶ Κάτωνα πολλούς. *Ex* Plutarcho *in Caeſ. p.*733.

Αὐτὸς δ' οὖν ὕστερον ἐν τῇ πρὸς Κικέρωνα περὶ Κάτωνος ἀντιγραφῇ, παραιτεῖται, μὴ στρατιωτικοῦ λόγον ἀνδρὸς ἀντεξετάζειν πρὸς δεινότητα ῥήτορος εὐφυοῦς, καὶ σχολὴν ἐπὶ τοῦτο πολλὴν ἄγοντος. *Ex* Plutarcho *in Caeſ. p.*708.

Ἐκ δὲ τούτου διετέλει τιμῶν καὶ φιλοφρονούμενος, ὥστε καὶ γράψαντι λόγον ἐγκώμιον Κάτωνος, ἀντιγράφων, τόν τε λόγον αὐτοῦ καὶ τὸν βίον, ὡς μάλιστα τῷ Περικλέους ἐοικότα καὶ Θηραμένους ἐπαινεῖν. Ὁ μὲν οὖν Κικέρωνος λόγος Κάτων, ὁ δὲ Καίσαρος, Ἀντικάτων ἐπιγέγραπται. *Ex* Plutarcho *in Cicer. p.*880.

Κικέρωνος δὲ ποιήσαντος ἐγκώμιον εἰς αὐτὸν (Κάτωνα) καὶ ἐπιγράψαντος ΚΑΤΩΝ, ἀντέγραψε κατηγορίαν ὁ Καῖσαρ, καὶ ἐπέγραψεν ΑΝΤΙΚΑΤΩΝ. *Ex* Appiani *l.* II. *B. C. p.* 490.

Οὕτω γὰρ ἀνατεθαυμάκει, ὥστε, τοῦ Κικέρωνος ἐγκώμιον μετὰ ταῦτα αὐτοῦ (Κάτωνος) γράψαντος, ἀγανακτῆσαι μὲν μηδὲν, καίπερ καὶ ἐκείνου οἱ προσπολεμήσαντος, βιβλίον δέ τι γράψαι, ὃ καὶ ΑΝΤΙΚΑΤΩΝ ἐκάλεσεν. *Ex* Dionis Caſſii *l.* XLIII. *p.* 219. *ed. Hanov.*

Ex libris de Analogia ad M. T. Ciceronem.

Reliquit & de Analogia duos libros, &c. *Ex* Suetonio *in Caeſare c.* LVI.

C. Caeſar de Analogia libros edidit, ſciens ſine ea, neque ad philoſophiam, in qua peritiſſimus erat, neque ad eloquentiam, in qua potentiſſimus, poſſe quempiam pervenire. *Ex* Joannis Sariſberienſis *Metalog. l.* I. *c.* XXI. *p.* 777.

Ex lib. I.

Quin etiam in maximis occupationibus cum ad te ipſum (inquit, in me intuens) de ratione Latine loquendi accuratiſſime ſcripſerit, primoque in libro dixerit verborum delectum originem eſſe eloquentiae: tribueritque, mi Brute, huic noſtro, qui me de illo maluit, quam ſe dicere, laudem ſingularem: (nam ſcripſit his verbis, cum hunc nomine eſſet adfatus; *Ac, ſi cogitata praeclare eloqui poſſent, nonnulli ſtudio, & uſu laboraverunt, cujus te paene principem copiae, atque inventorem, bene de nomine ac dignitate Populi Romani meritum eſſe exiſtimare debemus*) hunc facilem, & quotidianum noviſſe ſermonem, nunc pro relicto eſt habendum. Tum Brutus, amice hercule, inquit, & magnifice te laudatum puto, quem non ſolum principem atque inventorem copiae dixerit, quae erat magna laus, ſed etiam bene meritum de Populi Romani nomine & dignitate. *Ex* Cicerone *in Bruto c.* LXXII.

C. Caeſar ille perpetuus Dictator, Cn. Pompeji ſocer, a quo familia & adpellatio Caeſarum deinceps propagata eſt: vir ingenii praecellentis, ſermonis praeter alios ſuae aetatis caſtiſſimi, in libris, quos ad M. Ciceronem de Analogia ſcripſit, *harenas* vitioſe dici exiſtimabat, quod *harena* numquam multitudinis numero adpellanda ſit, ſicuti neque *Coelum*, neque *Triticum*; contra autem *Quadrigas*, etiamſi currus unus equorum quatuor junctorum unum ſit, plurativo ſemper numero dicendas putat, ſicut *Arma*, & *Moenia*, & *Comitia*, & *Inimicitias*, &c. *Paullo poſt*: Tunc prolato libro de Analogia primo verba haec ex eo pauca memoriae mandavi; nam quum praedixiſſet, neque *Coelum*, *Triticumve*, neque *Harenam* multitudinis ſignificationem pati: *Num tu*, inquit, *harum rerum natura accidere arbitraris, quod unam Terram, & plures Terras, & Urbem, & Urbes, & Imperium, & Imperia dicamus, neque* Quadrigas *in unam nominis figuram redigere, neque* Harenam *in multitudinis adpellationem convertere poſſimus?* *Ex* A. Gellii *l.* XIX. *c.* VIII.

At-

[1] Atque id quod a C. Caeſare excellentis ingenii ac [2] prudentiae viro in primo de Analogia libro ſcriptum eſt, habe ſemper in memoria atque in pectore, *ut tanquam ſcopulum, ſic fugias inauditum atque inſolens verbum. Ex* A. Gellii *l.* I. *c.* X. *&* *Macrobii l.* I. *Saturnal c.* V.

Ex lib. II.

Caeſar in libro de Analogia ſecundo, *hujus die* & *hujus ſpecie* dicendum putat. *Ex* A. Gellii *l.* IX. *c.* XIV.

Caeſar de Analogia *panium* dixit, ſed Verrius *Panum* ſine *i*. *Ex* Chariſii *lib.* I. *col.* 69.

Caeſar de Analogia ſecundo, *Fagos*, *Populos*, *Ulmos*. *Ex* Chariſii *l.* I. *col.* 104.

Lacer an Laceris, *&c.* Caeſar de Analogia ſecundo, nec non Valgius de Rebus per epiſtolam quaeſitis. *Ex* Chariſii *l.* I. *col.* 109.

Caeſar de Analogia ſecundo, *Turbonem* non *Turbinem* etiam in tempeſtate dici debere ait, ut *Cato Catonis*, non ut *homo hominis*. *Ex* Chariſii *l.* I. *col.* 117.

Is homo, *Idem* compoſitum facit, niſi quia Caeſar libro ſecundo (*de Analogia videlicet*) ſingulariter *Idem*, pluraliter *Iidem* dicendum adfirmat; ſed conſuetudo hoc non ſervat. *Ex* Chariſii *l.* I.

Ex iiſdem, non diſtincto libro.

C. Caeſar gravis auctor linguae Latinae in libris Analogicis omnia iſtiuſmodi (*puta Senatu*, *Victu*, *Aſpectu*, *&c.*) ſine *i* littera dicenda cenſet. *Ex* A. Gellii *l.* IV. *c.* XVI.

Hic & haec Samnis, *hujus Samnitis*. Sic Caeſar de Analogia. *Ex* Priſciani l. VI. *col.* 707.

Partum. Caeſar de Analogicis, *harum partum*. *Ex* Chariſii *l.* I. *col.* 114.

Ex iiſdem, uti veroſimile eſt, non adſcripto tamen ubi laudantur libro.

Mihi autem placet Latinam rationem ſequi, quouſque patitur decor; neque enim jam *Calypſonem* dixerim, ut *Junonem*: quamquam ſecutus antiquos C. Caeſar utitur hac ratione declinandi. Quinctilianus *l.* V. *c.* V.

M. Tullius & C. Caeſar *mordeo memordi*; *pungo pepugi*; *ſpondeo ſpepondi* dixerunt. A. Gellii *l.* VII. *c.* IX.

C. Caeſar ait *L* littera nominativo ſingulari neutro finita nomina, eamdem definitionem capere, quam capiant *E* littera terminata. *Huic animali*, *& ab hoc animali*, *huic puteali*, & *ab hoc puteali*. Chariſius *l.* I. *col.* 95.

Apluſtre. Omnium nominum, quae ſunt neutri generis & in *E* terminantur, ait Plinius, Caeſarem ſciſſe eoſdem eſſe ablativos, quales ſunt dativi ſingulares. Chariſius *l.* I. *col.* 98.

AR litteris nomina neutralia terminata, ait Caeſar, quod dativo & ablativo pari jure funguntur, ut idem Plinius ſcribit. Chariſius *l.* I. *col.* 98.

Jubar. Plinius ait inter caetera etiam iſtud Caeſarem dediſſe praeceptum, quod neutra nomina, *AR* nominativo clauſa, per I dativum ablativumque ſingulares oſtendant; *Jubar* tamen & *Far* ab hac regula diſſidere: nam *huic jubari* dicimus, *ab hoc jubare*; & *huic farri*, *ab hoc farre*. Chariſius *l.* I. *col.* 108.

Ac ne illa ratio recepta eſt, quam Caeſar ponit in femininis, ut puppim, veſtim,

1. Huc reſpicit *Joan. Sarisberienſis* Metalog. l. I. c. XV. p. 766. *Caeſar*, ait ille, *in libro de Analogia Grammaticus quidem eſt & evitandum eſſe denunciat, quicquid auditori perito poteſt eſſe abſurdum*; ut nautae, *inquit*, ſcopulum fugiunt, ſic fugiendum eſt inſolens atque infrequens verbum. Ubi legendum *in libro* primo *de Analogia*: duos enim de Analogia libros edidit Caeſar. DAVIS.

2. PRUDENTIAE] Ita Agellius; Macrobius *providentiae*. SCAL.

ſtim, pelvim: hoc enim modo & ab hoc cani, & ab hoc cane. Chariſius *l.* I.

Tribus *III* junctis qualis poſſet ſyllaba pronunciari? nam poſtremum *I* pro vocali eſt accipiendum, quod Caeſari artis Grammaticae doctiſſimo placitum fuiſſe, a Victore quoque in arte Grammatica de ſyllabis comprobatur. Priſcianus *l.* I. *col.* 545.

V, loco conſonantis poſita, eamdem prorſus in omnibus vim habuit apud Latinos, quam apud Aeoles digamma *F*; pro quo Caeſar hanc figuram Ⅎ ſcribere voluit. Quod quamvis illi recte viſum eſt, tamen conſuetudo antiqua ſuperavit. Priſcianus *l.* I. *col.* 545.

Haec pollis pollinis, ſic Chariſius. Probus autem & Caeſar, *hoc pollen pollinis* declinaverunt. Priſcianus *l.* VI. *col.* 708.

Praeterea Caeſar declinat, *pubis puberis:* quidam, ut Probus, *pubes puberis*: quidam, *puber puberis*. Priſcianus *l.* VI. *col.* 707.

Quamvis Caeſar non incongrue protulit *ens* a verbo *ſum*, *es*, *eſt*. Priſcianus *lib.* XVIII.

Hoc lutum atque *macellum* ſingulariter exire memento, licet Memmius, *iſta macella* dicat, & Caeſar, *luta*. *Ex* Velio Longo *de Orthogr. col.* 2244.

Lacrumae an *Lacrimae*, *Maxumus* an *Maximus*, & ſi quae ſimilia ſunt, ſcribi debeant, quaeſitum eſt. Terentius Varro tradidit Caeſarem per *I* ejuſmodi verba ſolitum eſſe enunciare & ſcribere: inde propter auctoritatem tanti viri conſuetudinem factam. Sed ego in antiquorum, *&c.* Caſſiodorus *ex* Annaeo Cornuto *de Orthographia col.* 2284. *Vide &* Quinctilianum *Inſt. Orat. l.* I. *cap.* VII.

Varie etiam ſcriptitatum eſt, *Mancupium*, *Aucupium*, *Manubiae*, ſiquidem C. [1] Caeſar per *I* ſcripſit, ut adparet ex titulis ipſius. *Ex* Velio *de Orthographia col.* 2228.

An ideo minor eſt M. Tullius Orator, quod idem artis hujus (*Grammaticae*) diligentiſſimus fuit, & in filio, ut in epiſtolis adparet, recte loquendi uſquequaque aſper quoque exactor? Aut vim C. Caeſaris fregerunt editi de Analogia libri? Quinctilianus *l.* I. *c.* VII.

Apophthegmata.

Sed tamen ipſe Caeſar habet peracre judicium, &, ut Servius frater tuus, quem litteratiſſimum fuiſſe judico, facile diceret, *hic verſus Plauti non eſt*, *hic eſt*, quod tritas haberet aures notandis generibus Poetarum, & conſuetudine legendi: ſic audio Caeſarem, quum volumina jam confecerit Ἀποφθεγμάτων, ſi quid adferatur ad eum pro meo, quod meum non ſit, rejicere ſolere: quod eo nunc magis facit, quia vivunt mecum fere quotidie illius familiares. Incidunt autem in ſermone vario multa, quae fortaſſe illis, quum dixi, nec inlitterata, nec inſulſa eſſe videantur. Haec ad illum cum reliquis actis perferuntur. Ita enim ipſe mandavit. Sic fit, ut, ſi quid praeterea de me audiat, non audiendum putet. Cicero *l.* IX. *ad Famil. Epiſt.* XVI.

Dicta Collectanea.

Feruntur & a puero & ab adoleſcentulo quaedam ſcripta, &c. item *Dicta collectanea*. Quos omnes libellos vetuit Auguſtus publicari. Suetonius *in Caeſare*, *c.* LVI.

Ephemerides.

[2] C. Julius Caeſar quum dimicaret in Gallia, & ab hoſte raptus, equo ejus portare-

1. CAESAR.] Hic eſt Caligula. V. Cl. Burm. ad Quinct. locum, & me ſupra.

2. C. JULIUS CAESAR] Caeſarem a Gallis captum fuiſſe non memorant ii, qui ejus vitam & res geſtas ſcriptis mandarunt, unde factum, ut haec hiſtoria mihi quidem valde ſit ſuſpecta; ei tamen expendendae non immorabor. Obſervabo duntaxat falſos eſſe *G. J. Voſſium* de Hiſt. Lat.

taretur armatus, occurrit quidam ex hoſtibus, qui eum noſſet; & inſultans ait [1] *Cecos*, *Caeſar*, quod Gallorum lingua, *Dimitte*, ſignificat: & ita factum eſt, ut dimitteretur. Hoc autem ipſe Caeſar in Ephemeride ſua dicit, ubi propriam commemorat felicitatem. Servius *in l.* XI. *Aen. vſ.* 743.

Libri Auſpiciorum.

Contra Julius Caeſar XVI Auſpiciorum libro negat nundinis concionem advocari poſſe, id eſt, cum populo agi, ideoque nundinis Romanorum haberi comitia non poſſe. Macrobius *l.* I. *Saturnal. c.* XVI.

Auguralia.

Caeſar in auguralibus: *Si ſincera pecus erat.* Priſcianus *l.* VI. *col.* 719.

De Divinatione.

Genus eloquentiae duntaxat adoleſcens adhuc Strabonis Caeſaris ſecutus videtur: cujus etiam ex Oratione, quae inſcribitur *Pro Sardis*, ad verbum nonnulla tranſtulit in Divinationem ſuam. Suetonius *in Caeſare c.* LV.

Aſtronomica.

Julius Caeſar ut Siderum motus, de quibus non indoctos libros reliquit, ab Aegyptiis diſciplinis hauſit, ita hoc quoque ex eadem inſtitutione mutuatus eſt, ut ad Solis curſum finiendi anni tempus extenderet. Macrobius *l.* I. *Saturnal. c.* XVI.

Tres autem fuere ſectae, Chaldaea, Aegyptia, Graeca: his addidit apud nos quartam Caeſar Dictator, annos ad Solis curſum redigens ſingulos, Soſigene perito ſcientiae ejus adhibito. *Ex* Plinii *l.* XVIII. *c.* XXV.

A Bruma in Favonium Caeſari nobilia ſidera ſignificant, III Kal. Januarii matutino Canis occidens. *Paullo poſt:* Pridie Nonas Januarii Caeſari Delphinus matutino exoritur, & poſtero die Fidicula, quo Aegypto Sagitta veſperi occidit. *Paullo poſt:* A Favonio in aequinoctium vernum Caeſari ſignificat XVII Kal. Martii triduum varie: & VIII Kal. Hirundinis viſu, & poſtero die Arcturi exortu veſpertino. Item III Nonas Martii Caeſar Cancri exortu id fieri obſervavit. *Paullo poſt:* Caeſar & Idus Martias ferales ſibi annotavit Scorpionis occaſu. *Paullo poſt:* III Nonas Aprilis in Attica Vergiliae veſperi occultantur. Eaedem poſtridie in Boeotia: Caeſari autem & Chaldaeis, Nonis. *Paullo poſt:* Caeſari VI Idus ſignificatur imber Librae occaſu: XIV Kal. Maji Aegypto Suculae occidunt veſperi, ſidus vehemens, & terrae marique turbidum, XVI Atticae, XV Caeſari, con-

Lat. l. I. c. XIII. & *Dionyſ. Voſſium*, qui *Caeſaris Ephemerides* a *Commentariis* opus eſſe diverſum cenſuerunt; nam, praeterquam quod earum mentionem non faciat *Suetonius* in Jul. c. LV. & LVI. ubi *Caeſaris* opera accurate recenſet, certum eſt ἐφημερίδας a Sequioris aevi ſcriptoribus laxius eſſe ſumptas, adeo ut non modo *diarium*, verum etiam *Annales* ſeu *Hiſtoriam* denotent. Hinc *Dictyis* Hiſtoriam Ἐφημερίδα vocat *Suidas*, & *Ephemeridem Belli Trojani*, *Q. Septimius Romanus* in Epiſtola ad Arcadium, *Dictyi* praemiſſa, cum multum abſit, ut in ea per dies ſingulos res geſtae ſcribantur. Quin & *Plutarchus* in Caeſ. p. 718. D. ex Caeſaris ἐφημερίδων ea laudat, quae in Commentariorum de B. Gall. lib. IV. c. XII. hodienum exſtant; & *Symmachus* l. IV. Epiſt. XVIII. de *Caeſaris ephemeride* ſic loquitur: *Haec te origines, ſitus, pugnas, & quicquid fuit in moribus aut legibus Galliarum docebit,* quam deſcriptionem accurate his Commentariis congruere lubens fatetur *Voſſius*. Nec obſtat, quod *Polyaenus* & *Frontinus* complura *Caeſaris* ſtrategemata recenſeant, quorum in hiſce Commentariis nec vola nec veſtigium; ea enim hauſta eſſe poterunt vel ex *Aſinii Pollionis* commentariis, quos memorant *Plutarchus* in Pompejo p. 657. & in Caeſ. p. 739. ac *Appianus* lib. II. B. C. p. 489. aliique; vel ex *Balbi* Ephemeride, de qua *Sidonius Apollinaris* l. IX. Epiſt. XIV. ut hiſtoricos bene multos praeteream, qui praeclara *Caeſaris* facinora poſteris tradiderunt. DAVIS.

1. CECOS] Alias *Cetos Caeſar*. Servius P. Danielis *Caeſar*, *Caeſar*. Quod quid velit, docti examinent. SCAL.

2. Erunt forte, qui hoc ad Orationum Fragmenta pertinere exiſtimabunt, me non multum repugnante. IDEM.

continuoque triduo ſignificat. *Paullo poſt:* VI Nonas Maji Caeſari Suculae matutino exoriuntur, & VIII Idus Capella pluvialis. Plinius *l.* XVIII. *c.* XXVI.

A Vergiliarum exortu ſignificant Caeſari poſtridie Arcturi occaſus matutini. *Paullo poſt:* XI Kal. Caeſari Orionis gladius occidere incipit: III Non. Junii Caeſari, &, Aſſyriae Aquila veſperi oritur, &c. XI Kal. ejuſdem Orionis gladius Caeſari occidere incipit. *Ex* Plinii *l.* XVIII. *c.* XXVII.

A ſolſtitio ad Fidiculae occaſum VI Kal. [1] Junii Caeſari Orion exoritur. *Paullo poſt:* XVIII Kal. Auguſti, Aegypto Aquila occidit matutino, Eteſiarumque prodromi flatus incipiunt, quod Caeſar X Kal. ſentire Italiam exiſtimavit. *Paullo poſt:* Aquila Atticae matutino occidit: III Kal. regia in pectore Leonis ſtella matutino Caeſari immergitur. *Ex* Plinii *l.* XVIII. *c.* XXVIII.

De Sideribus.

etiam aliquid poeticum edidit.

[2] Sed nec aliquis paene Latinorum de hac arte inſtitutionis libros ſcripſit, niſi paucos verſus Julius Caeſar, & ipſos tamen de alieno opere mutuatus. Jul. Firmicus *Matheſ. l.* II. *initio.*

Exſecutus eſt etiam horum Siderum numerum Graece Aratus, Poeta diſertiſſimus; Latine vero Caeſar, & decus eloquentiae Tullius. Sed hi tantum nomina ipſorum & ortus, non autem apoteleſmatum auctoritatem ediderunt: ita ut mihi videantur non aliqua Aſtrologiae ſcientia, ſed Poetica potius elati licentia, docilis ſermonis ſtudia protuliſſe. Jul. Firmicus *Matheſ. l.* VIII. *c.* V.

Poemata.

Reliquit & de Analogia libros duos, & Anticatones totidem, ac praeterea Poema, quod inſcribitur Iter. Quorum librorum primos, in tranſitu Alpium, quum ex citeriore Gallia, conventibus peractis, ad exercitum rediret; ſequentes, ſub tempus Mundenſis proelii fecit: noviſſimum, dum ab Urbe in Hiſpaniam ulteriorem [3] IV & XX die pervenit. Suetonius *in Caeſare c.* LVI.

Feruntur & a puero & ab adoleſcentulo quaedam ſcripta: ut *Laudes Herculis*, tragoedia *Oedipus*, &c. quos omnes libellos vetuit Auguſtus publicari. Suetonius *in Caeſare c.* LVI.

Olus quoque ſilveſtre eſt trium foliorum, D. Julii carminibus praecipue jocisque militaribus celebratum: alternis quippe verſibus exprobravere lapſana ſe vixiſſe apud Dyrrachium, praemiorum parſimoniam cavillantes. Eſt autem id cyma ſilveſtris. Plinius *l.* XIX. *c.* VIII.

Donatus, ſeu potius Suetonius in vita Terentii hos ſub C. Julii Caeſaris nomine verſus producit.

Tu quoque, tu in ſummis, ô dimidiate Menander,
Poneris, & merito, puri ſermonis amator;
Lenibus atque utinam ſcriptis adjuncta foret vis
Comica, ut aequato virtus polleret honore
Cum Graecis, neque in hac deſpectus parte jaceres.
Unum hoc maceror, & doleo tibi deeſſe, Terenti.

Sequens etiam Epigramma C. Julio Caeſari quidam inſcribunt, alii Germanico.

Thrax puer adſtricto glacie dum ludit in Hebro,

Pon-

1. JUNII] Al. *Julii.* SCAL.

2. SED NEC ALIQUIS &c.] Bina haec teſtimonia ad noſtrum perperam referuntur; & lapſus eſt *Julius Firmicus*: *Caeſar* quippe Germanicus, non Julius, *Arati* verſiculos interpretatus eſt. Eundem errorem erravit *Suidas* v. Γαΐος Ἰούλιος Καῖσαρ. DAVIS.

3. IV ET XX DIE] *VII & XX* legit ex Strabone & Appiano Caſaubonus. SCAL. Vide & Julium Celſum p. 239. DAVIS.

Pondere concretas frigore rupit aquas.
Dumque imae partes rapido traherentur ab amne,
Abſcidit tenerum lubrica teſta caput.
Orba quod inventum mater dum conderet urna,
Hoc peperi flammis, caetera dixit aquis.

Illud vero diſtichon,

FELTRIA. PERPETUO. NIVIUM. DAMNATA. RIGORE.
TERRA. MIHI. POSTHAC. NON. HABITANDA. VALE.

falſo Caeſari inſcriptum eſt, etſi quidam in membrana, alii in ſaxo exſtare dicant. Ajunt quoque Caeſaris Decretum Viterbii in Hetruria inventum; hoc exemplo:

C. JULIUS. CAESAR. M. TULLIUM. CICERONEM. OB EGREGIAS. EJUS. VIRTUTES. SINGULARES. ANIMI. DOTES. PER. TOTUM. ORBEM. NOSTRIS. ARMIS. VIRTUTEQUE. PERDOMITUM. SALVUM. ET. INCOLUMEM. ESSE. JUBEMUS. C. JABOLENUS [1].

Incerta.

Unguenta dicuntur a locis, ut Telinum, cujus Julius Caeſar meminit dicens: Corpuſque ſuavi Telino unguimur. Hoc conficiebatur in Inſula Telo, quae eſt una ex Cycladibus, &c. Iſidorus *l.* IV. *Origin. c.* XII. [2]

Apud Caeſarem & Catulum & Calvum lectum eſt: *quum jam fulva cinis fueris.* Nonius *in voce* Cinis *p.* 224.

Salve primus omnium parens Patriae adpellate, primus in toga triumphum linguaeque lauream merite, & facundiae, Latinarumque litterarum parens: atque (ut Dictator Caeſar hoſtis quondam tuus de te ſcripſit) omnium triumphorum lauream adepte majorem, quanto plus eſt, ingenii Romani terminos in tantum promoviſſe, quam imperii. Plinius *l.* VII. *c.* XXX. *in fine*; *ubi de Cicerone.*

Cicero Cauſſarum XIII: *Re vendita iterum empta*; unde manifeſtum fit *venita* non dici, ſed aut *venundata*, aut *vendita*, ut Cicero. C. Caeſar: *Poſſeſſiones redimi, eas poſtea pluris venditas.* Diomedes *l.* I. *col.* 366.

Eſſe-

1. *Nugae, nugae.* SCAL.

2. *Inſertum hoc ab* Fulvio Urſino *Fragmentis de Analogia. Ut & illud ex* Nonio *in Voce* Cinis, *nec non locus* Plinii *ex l.* VII. *c.* XXX. *ubi alloquitur M. T. Ciceronem. Quid habuerit cauſae, cur hoc fecerit, comminiſci non potui. Quocirca inter* INCERTA *referendum duxi. Niſi quis potius* Caeſari Straboni, *non Dictatori tribuendum arbitretur. Si ad hunc modum addita una vocula ſcripſeris, erit integer Senarius:*

Corpuſque ſuavi Telini unguine unguimur.

Idem Urſinus *ex* Priſciani *lib.* VIII. *Fragmentum hoc:*

C. Caeſar, quae res augurantur οἰωνοσκοπεῖται, *ad Auguralia tranſtulerat: ego praetermiſi, quum iſto Priſciani loco non* Cajus Caeſar, *ſed* Lucius Caeſar *legatur. Non eſt quod corruptum aliquis exiſtimet. Citatur nominatim* L. Caeſar *a* Feſto, *in voce* Majorem. *Eodem fortaſſis eſt quod apud* Servium *nuper ex* Petri Danielis & *Fuldanae bibliothecae membranis editum habemus, Commentario ad Aeneidos* Virgilii *l.* I. Occiſo, *inquit*, Mezentio Aſcanium, ſicut J. Caeſar (*veroſimile mihi fit legendum* L. Caeſar) ſcribit, Julum coeptum vocari dicunt, vel quaſi ἰοβόλον, id eſt, ſagittandi peritum, vel a prima barbae lanugine, quam ἴουλον Graeci dicunt, quae ei tempore victoriae naſcebatur. *Haec ibi. Similiter expunxi quod inter Fragmenta Epiſtolarum legebatur;*

Veſpera fatigatus, luce dormitans.

Non enim apud Chariſium *l.* II. *unde haec deſcripta ſunt, nominatur* Jul. Caeſar, *ſed* Aurelius Caeſar *l.* II, *ſive* XI Epiſtolarum ad Frontonem. *Quo comperto, auctoritatem Civis Romani inſuper habui. Sed quid ſpuriis his diutius immoror, quin legitima, ſi quae porro reſtant, Fragmenta colligo?* SCAL. Plura Urſinus quaſi de Imperatore Caeſare dicta collegerat, quae pertinent ad Strabonem Caeſarem: ut obſervavit Scott. l. III. c. 35. Sed quaedam jam excluſit dudum Scaliger. Infra occurret aliud.

Eſſeda vehiculi vel currus genus, quo ſoliti ſunt pugnare Galli. Caeſar teſtis eſt libro ad Ciceronem III. *Multa milia equitum atque eſſedariorum habet.* Hinc & gladiatores eſſedarii dicuntur, qui curru certant. Junius Philargyrius *in* Virgilii Georg. III. *vſ.* 204.

Auguſtus quoque in epiſtolis ad C. Caeſarem ſcriptis emendat, quod is *Calidum* dicere quam *Caldum* [1] malit: non quia illud non ſit Latinum, ſed quia ſit odioſum, &, ut ipſe Graeco verbo ſignificavit, περίεργον. Quinctilianus *l.* I. *c.* VI. *p.* 41.

Caſtulonenſes, qui Caeſari *venales* adpellantur. Plinius *Hiſt. Nat. l.* III. *c.* III.

C. Julii Caeſaris dicta.

Tu, quaeſo, quidquid novi (multa autem exſpecto) ſcribere ne pigrere: in his, de Sexto, ſatiſne certum: maxime autem de Bruto noſtro: de quo quidem ille, ad quem diverti, Caeſarem ſolitum dicere: *Magni refert, hic quid velit; ſed quidquid volt, valde volt.* Idque eum animadvertiſſe, quum pro Dejotaro Niceae dixerit, valde vehementer eum viſum, & libere dicere. Cicero *l.* XIV. *ad Atticum Epiſt.* I.

Proxime quum Seſtii rogatu apud eum fuiſſem, exſpectaremque ſedens, quoad vocarer; dixiſſe eum: *Ego dubitem, quin ſummo in odio ſim, quum M. Cicero ſedeat, nec ſuo commodo me convenire poſſit. Atqui, ſi quiſquam eſt facilis, hic eſt: tamen non dubito, quin me male oderit.* Cicero *l.* XIV. *ad Attic. Epiſt.* I.

Ajebat Caeſarem ſecum, quo tempore Seſtii rogatu veni ad eum, quum exſpectarem ſedens dixiſſe: *Ego nunc tam ſim ſtultus, ut hunc ipſum, facilem hominem, putem mihi eſſe amicum, quum tam diu ſedens meum commodum exſpectet?* Cicero *l.* XIV. *ad Attic. Epiſt.* II.

Quo gaudio elatus, non temperavit, quin paucos poſt dies frequenti curia jactaret, invitis & gementibus adverſariis adeptum ſe quae concupiſſet: proinde ex eo inſultaturum omnium capitibus: ac negante quodam per contumeliam, *Facile hoc ulli feminae fore*; reſponderit quaſi adludens: *In Aſſyria quoque regnaſſe Semiramin; magnamque Aſiae partem Amazonas tenuiſſe quondam.* Suetonius *in Caeſare c.* XXII.

Pharſalica acie caeſos profligatoſque adverſarios proſpicientem, haec eum ad verbum dixiſſe refert Aſinius Pollio: *Hoc voluerunt: tantis rebus geſtis C. Caeſar condemnatus eſſem, niſi ab exercitu auxilium petiiſſem.* Suetonius *in Caeſare c.* XXX. *Vide &* Plutarchum *in Caeſ. p.* 730. *A.*

Conſecutuſque cohortes ad Rubiconem flumen, qui provinciae ejus finis erat, paullulum conſtitit, ac reputans quantum moliretur, converſus ad proximos, *Etiam nunc,* inquit, *regredi poſſumus: quod ſi ponticulum tranſierimus, omnia armis agenda erunt.* Suetonius *in Caeſare c.* XXXI.

Cunctanti oſtentum tale factum eſt. Quidam eximia magnitudine & forma, *&c.* Tunc Caeſar, *Eatur,* inquit, *quo deorum oſtenta, & inimicorum iniquitas vocat. Jacta alea eſt,* inquit. Suetonius *in Caeſare c.* XXXII.

Romam iter convertit; adpellatiſque de Rep. Patribus, validiſſimas Pompeji copias, quae ſub tribus legatis M. Petrejo, & L. Afranio, & M. Varrone in Hiſpania erant, invaſit: profeſſus ante inter ſuos, *Ire ſe ad exercitum ſine duce, & inde reverſurum ad ducem ſine exercitu.* Suetonius *in Caeſare c.* XXXIV.

Prolapſus in egreſſu navis, verſo ad melius omine, *Teneo te,* inquit, *Africa.* Suetonius *in Caeſare c.* LIX.

Quum exſpectatio adventus Jubae terribilis eſſet, convocatis ad concionem militibus, *Scitote,* inquit, *pauciſſimis his diebus Regem adfuturum cum* X *legionibus, equitum* XXX, *levis armaturae* C *milibus, elephantis* CCC. *Proinde deſinant quidam quae-*

rere:

1. In libris forte de Analogia. SCAL.

vere ultra, aut opinari; mihique, qui compertum habeo, credant: aut quidem vetuſtiſſima nave inpoſitos, quocumque vento in quaſcumque terras jubebo avehi. Suetonius *in Caeſare c.* LXVI.

Jactare ſolitus, *Milites ſuos etiam unguentatos bene pugnare poſſe*: nec *Milites* eos pro concione, ſed blandiori nomine *Commilitones* adpellabat. Suetonius *in Caeſare c.* LXVII.

Quoſdam infimi generis ad ampliſſimos honores provexit. Quum ob id culparetur, profeſſus eſt palam, *ſi graſſatorum & ſicariorum ope in tuenda ſua dignitate uſus eſſet, talibus quoque ſe parem gratiam relaturum.* Suetonius *in Caeſare c.* LXXII.

Interrogatus cur repudiaſſet uxorem, *Quoniam*, inquit, *meos tam ſuſpicione, quam crimine judico carere oportere.* Suetonius *in Caeſare c.* LXXIV.

Acie Pharſalica proclamavit, *Ut civibus parceretur.* Suetonius *in Caeſare c.* LXXV. *Vide &* Florum *l.* IV. *c.* II, 50.

Nec minoris inpotentiae voces propalam edebat, ut T. Ampius ſcribit: *Nihil eſſe Rempublicam, adpellationem modo, ſine corpore, ac ſpecie. Sullam neſciſſe litteras, qui Dictaturam depoſuerit. Debere homines conſideratius jam loqui ſecum, ac pro legibus habere quae dicat.* Suetonius *in Caeſare c.* LXXVII.

Eoque arrogantiae progreſſus eſt, ut Haruſpice triſtia, & ſine corde exta ſacro quodam nunciante, *Futura* diceret *laetiora, quum vellet: nec pro oſtento ducendum, ſi pecudi cor defuiſſet.* Suetonius *in Caeſare c.* LXXVII.

Triumphanti & ſubſellia Tribunitia praetervehenti ſibi unum e collegio Pontium Aquilam non adſurrexiſſe, adeo indignatus, ut proclamaverit: *Repete ergo a me Aquila Rempublicam Tribunus:* nec deſtiterit per continuos dies quidquam cuiquam, niſi ſub exceptione polliceri, *Si tamen per Pontium Aquilam licuerit.* Suetonius *in Caeſare c.* LXXVIII.

Plebi Regem ſe ſalutanti, *Caeſarem ſe, non Regem eſſe* reſpondit. Suetonius *in Caeſare c.* LXXIX.

De quo genere optime C. Caeſarem praetextatum adhuc accepimus dixiſſe, *Si cantas, male cantas: ſi legis, cantas.* Quinctilianus *l.* I. *c.* VIII. *Habet &* Joan. Sariſberienſis *Metal. l.* I. *c.* XXI. *p.* 777.

Elevandi ratio eſt duplex, ut aut veniam quis, aut jactantiam minuat: quemadmodum C. Caeſar Pomponio oſtendenti vulnus ore exceptum in ſeditione Sulpiciana, quod ipſe ſe paſſum pro Caeſare pugnantem gloriabatur, *Numquam fugiens reſpexeris*, inquit: aut crimen objectum, ut Cicero, &c. Quinctilianus *l.* VI. *c.* III.

Eſt & illa ex ironia fictio, qua uſus eſt C. Caeſar. Nam quum teſtis diceret, a reo femina ſua ferro petita, & eſſet facilis reprehenſio, cur illam potiſſimum partem corporis vulnerare voluiſſet: *quid enim faceret*, inquit, *quum tu galeam & loricam haberes?* Quinctilianus *l.* VI. *c.* III.

Sic fac exiſtimes, poſt has miſerias, id eſt, poſtquam armis diſceptari cœptum eſt de jure publico, nihil eſſe actum aliud cum dignitate. Nam & ipſe Caeſar accuſata acerbitate Marcelli (ſic enim adpellat) laudataque honorificentiſſime & aequitate tua, & prudentia, repente praeter ſpem dixit, *ſe Senatui roganti de Marcello, ne * hominis quidem cauſa negaturum.* [1] *Cicero l.* 4. *Epiſt. ad Famil. Epiſt.* 4. *ad Ser. Sulpicium.*

Demetrio Megae Dolabella rogatu meo civitatem a Caeſare impetravit: qua in re ego interfui. Itaque nunc P. Cornelius vocatur. Quumque propter quoſdam

 ſordi-

1. Sic Victorius edidit, eumque ſecutus Lambinus, cui tamen *ominis* legendum videtur. ipſum vide. SCAL.

ſordidos homines, qui Caeſaris beneficia vendebant, tabulam, in qua nomina civitate donatorum inciſa eſſent, revelli juſſiſſet, eidem Dolabellae, me audiente, Caeſar dixit, *Nihil eſſe, quod de Mega vereretur; beneficium ſuum in eo manere.* Cicero *l.* XIII. *ad Famil. Epiſt.* XXXVI. *ad Acilium.*

C. Caeſar cum forte conſcendens navem lapſus eſſet, *Teneo te, terra mater*, inquit; qua interpretatione effecit, ut repetiturus illas, a quibus proficiſcebatur, terras videretur. *Ex* Frontini *Strateg. l.* I. *c.* XII, 2.

Caeſar dicebat, *idem eſſe ſibi conſilium adverſus hoſtem, quod pleriſque medicis contra vitia corporum, fame potius quam ferro ſuperandi. Ex* Frontini *Strat. l.* IV. *c.* VII, 1.

Noſſeque, ut Caeſar dictator ajebat, *miſerum eſſe inſtrumentum ſenectuti recordationem crudelitatis. Ex* Ammian. Marcell. *l.* XXIX. *c.* 2.[1]

Τῆς δ' ἡμέρας ἐνστάσης (qua pontifex maximus erat eligendus) καὶ τῆς μητρὸς (Καίσαρος) ἐπὶ τὰς θύρας αὐτὸν οὐκ ἀδακρυτὶ προπεμπούσης, ἀσπασάμενος αὐτὴν, Ὦ μῆτερ, εἶπεν, τήμερον ἢ ἀρχιερέα τὸν υἱὸν, ἢ φυγάδα ὄψει. Plutarchus *in Caeſ. p.* 710.

Τὸν δὲ Καίσαρα σπουδάσαντα πρὸς αὐτοὺς εἰπεῖν, Ἐγὼ μὲν ἐβουλόμην παρὰ τούτοις εἶναι μᾶλλον πρῶτος, ἢ παρὰ Ῥωμαίοις δεύτερος. *Ex* Plutarcho *in Caeſ. p.* 712.

Οὐ δοκεῖ ὑμῖν ἄξιον εἶναι λύπης, εἰ τηλικοῦτος μὲν ὢν Ἀλέξανδρος, ἤδη τοσούτων ἐβασίλευεν, ἐμοὶ δὲ λαμπρὸν οὐδὲν πέπρακται. Plutarchus *in Caeſ.* 713.

Ἤρκει γὰρ (ἔφη Καῖσαρ) τὸ μὴ χρῆσθαι τοῖς ἀπαρέσκουσιν, ὁ δὲ τὴν τοιαύτην ἀγροικίαν ἐξελέγχων, αὐτός ἐστιν ἄγροικος. Plutarchus *in Caeſ. p.* 716.

Οὐκ, ἔφη, τὸν αὐτὸν ὅπλων καὶ νόμων καιρὸν εἶναι· σὺ δὲ εἰ τοῖς πραττομένοις δυσκολαίνεις, νῦν μὲν ἐκποδὼν ἄπιθι· παῤῥησίας γὰρ οὐ δεῖται πόλεμος· ὅταν δὲ καταθῶμαι τὰ ὅπλα, συμβάσεων, τότε παρελθὼν δημαγωγήσεις &c. *Ex* Plutarcho *in Caeſ. p.* 725.

Ἴθι, γενναῖε, τόλμα καὶ δέδιθι μηδέν· Καίσαρα φέρεις, καὶ τὴν Καίσαρος τύχην συμπλέουσαν. Plutarchus *in Caeſare p.* 726. *Vide &* Appianum *l.* II. *B. C. p.* 463.

Σήμερον ἂν ἡ νίκη παρὰ τοῖς πολεμίοις ἦν, εἰ τὸν νικῶντα εἶχον. Plutarchus *in Caeſar. p.* 727. *&* Appianus *l.* II. *B. C. p.* 467.

Ὦ Κάτων, φθονῶ σοι τοῦ θανάτου· καὶ γὰρ σύ μοι τῆς σωτηρίας ἐφθόνησας. Plutarchus *in Caeſ. p.* 733. *&* Appianus *l.* II. *B. C. p.* 490.

Λέγεται ὁ Καῖσαρ εἰπεῖν, ὡς δικαιότερα λέγοι μὲν Κάσσιος, αὐτὸς μέντοι Βροῦτον οὐκ ἂν παρέλθοι. Plutarchus *in Caeſ. p.* 737. *&* Appianus *l.* II. *B. C. p.* 498.

Ἀναμένει τοῦτο τὸ δέρμα Βροῦτον. *Ex* Plutarcho *in Caeſ. p.* 737.

Τί φαίνεται βουλόμενος ὑμῖν Κάσσιος; ἐμοὶ μὲν γὰρ οὐ λίαν ἀρέσκει, λίαν ὠχρὸς ὤν. Et paullo poſt. Οὐ πάνυ τούτους δέδοικα τοὺς παχεῖς καὶ κομήτας, μᾶλλον δὲ τοὺς ὠχροὺς καὶ λεπτοὺς, Κάσσιον λέγων καὶ Βροῦτον. *Ex* Plutarchi *Caeſ. p.* 737.

Αἱ μὲν δὴ Μάρτιαι Εἰδοὶ πάρεισιν· ὁ δὲ ἡσυχῆ πρὸς αὐτὸν εἴποι, Ναὶ πάρεισιν, ἀλλ' οὐ παρεληλύθασιν. Plutarchus *in Caeſ. p.* 737.

Ἐμπεσόντος λόγου, ποῖος ἄρα τῶν θανάτων ἄριστος; ἅπαντας φθάσας ἐξεβόησεν, Ὁ απροσδόκητος. *Ex* Plutarcho *in Caeſ. p.* 737. *Vide &* Appianum *l.* II. *B. C. p.* 500.

Φασὶ τὸν Καίσαρα τῷ μηνύοντι ἀποκρίνασθαι, κόπτοντα τὴν λαβὴν τοῦ ξίφους, Ἥδε μοι δώσει. *Ex* Appiani *l.* II. *B. C. p.* 443.

Ἀθηναίοις αἰτήσασι συγγνώμην ἐπεδίδου, καὶ ἐπεῖπε, Ποσάκις ὑμᾶς ἀπὸ σφῶν αὐτῶν ἀπολλυμένους ἡ δόξα τῶν προγόνων περισώσει. Appianus *l.* II. *B. C. p.* 282.

Ἔσται τοῦτο τέλος ἐμοί τε τοῦ βίου, καὶ ὑμῖν τῶν στρατειῶν. Et paullo poſt: Φασὶν αὐτὸν (Καίσαρα) εἰπεῖν, Ὅτι πολλάκις μὲν ἀγωνίσαιτο περὶ νίκης, νῦν δὲ περὶ ψυχῆς. *Ex* Appiani *l.* II. *B. C. p.* 493.

Οὐδὲν ἀτυχέστερον, ἔφη, διηνεκοῦς φυλακῆς· ἔστι γὰρ αἰεὶ δεδιότος. Appianus *l.* II. *B. C. p.* 496.

De

1. Vulgo hoc fragmentum deerat. Ἐφόδιον Caeſar dixit. Vide Valeſ.

De C. Julio Caeſare Judicia.

Sed tamen, Brute, inquit Atticus, de Caeſare & ipſe ita judico, & de hoc hujus generis acerrimo aeſtimatore ſaepiſſime audio, illum fere omnium Oratorum Latine loqui elegantiſſime, nec id ſolum domeſtica conſuetudine, ut dudum de Laeliorum & Domitiorum familiis audiebamus; ſed quamquam id quoque credo fuiſſe, tamen ut eſſet perfecta illa bene loquendi laus, multis litteris, & iis quidem reconditis & exquiſitis eſt conſecutus. *Ex* Cicerone *in Bruto c.* LXXII.

Sed perge, Pomponi, de Caeſare, & redde quae reſtant. Solum quidem, inquit ille, & quaſi fundamentum Oratoris, &c. Caeſar autem rationem adhibens, conſuetudinem vitioſam & corruptam, pura & incorrupta conſuetudine emendat. Itaque quum ad hanc elegantiam verborum Latinorum (quae, etiamſi Orator non ſis, & ſis ingenuus civis Romanus, tamen neceſſaria eſt) adjungit ille oratoria ornamenta dicendi: tum videtur tamquam tabulas bene pictas collocare in bono lumine. Hanc quum habeat praecipuam laudem in communibus, non video, cui debeat cedere: ſplendidam quamdam minimeque veteratoriam rationem dicendi tenet, voce, motu, forma etiam magnifica, & generoſa quodammodo. Tum Brutus: Orationes quidem ejus, &c. atque etiam Commentarios quoſdam ſcripſit rerum ſuarum, valde quidem, inquam, probandos: nudi enim ſunt, recti, & venuſti, omni ornatu orationis tamquam veſte detracto: ſed dum voluit alios habere parata unde ſumerent, qui vellent ſcribere hiſtoriam, ineptis gratum fortaſſe fecit, qui volunt illa calamiſtris inurere; ſanos quidem homines a ſcribendo deterruit, &c. *Ex* Cicerone *in Bruto c.* LXXV.

Quid Oratorum? quem huic antepones eorum, qui nihil aliud egerunt? quis ſententiis aut acutior aut crebrior? quis verbis aut ornatior, aut elegantior? *Ex* Cicerone *ad* Corn. Nepotem *apud* Suetonium *in Caeſ. c.* LV.

C. Julius Caeſar hiſtoriographus Romanorum nullus eſt. Commentarii belli Gallici, quorum ad vos manavit opinio, tantum exſtant: nec, quantum ad hiſtoriam, quod compertum habeam, quicquam aliud: nam ceterarum ejus rerum geſtarum, poſtquam idem Julius totius pene orbis cauſarum molibus eſt oppreſſus, Hirtius ejus notarius in commentarios ſeriem referendam ſuſcepit. *Ex* Lupi *Abbatis Ferrarienſis Epiſt.* XXXVII.

Sed bene loquendi de Catulis opinio non minor; ſale vero, & facetiis Caeſar vicit omnes. *Ex* Ciceronis *l.* I. *de Offic. c.* XXXVII. [1]

Vide ampliſſimam Caeſaris laudationem apud Plinium *Hiſt. Nat. l.* VII. *c.* XXV. *&* *apud* Ciceronem *pro* M. Marcello.

Reliquit & rerum ſuarum Commentarios Gallici, civiliſque belli Pompejani; nam Alexandrini, Africique & Hiſpanienſis incertus auctor eſt: alii enim Oppium putant, alii Hirtium: qui etiam Gallici belli noviſſimum, inperfectumque librum ſubpleverit. *Paullo poſt:* Pollio Aſinius parum diligenter, parumque integra veritate compoſitos putat; quum Caeſar pleraque & quae per alios erant geſta temere crediderit: & quae per ſe, vel conſulto, vel etiam memoria lapſus, perperam ediderit: exiſtimatque reſcripturum, & correcturum fuiſſe. *Ex* Suetonio *in Caeſare c.* LVI.

C. vero Caeſar ſi tantum foro vacaſſet, non alius ex noſtris contra Ciceronem nominaretur; tanta in eo vis eſt, id acumen, ea concitatio, ut illum eodem animo dixiſſe, quo bellavit, adpareat: exornat tamen haec omnia mira ſermonis, cujus proprie ſtudioſus fuit, elegantia. *Ex* Quinctiliano. *l.* X. *c.* I.

Quid tamen nocet vim Caeſaris, aſperitatem Coelii, diligentiam Pollionis, judicium Calvi quibuſdam in locis adſumere? *Ex* Quinctiliani *l.* X. *c.* II.

1 *Strabo* intelligitur. V. Scott. Obſ. III. c. 34.

Hinc vim Caeſaris, indolem Coelii, ſubtilitatem Calidii, gravitatem Bruti, acumen Sulpicii, acerbitatem Caſſii, diligentiam Pollionis, dignitatem Meſſallae, ſanctitatem Calvi reperiemus. *Ex* Quinctiliani *l.* XII. *c.* X.

At ſtrictior Calvus, numeroſior Aſinius, ſplendidior Caeſar, amarior Coelius, gravior Brutus, vehementior & plenior & valentior Cicero. *Ex Auctore Dialogi de oratoribus c.* XXV.

Λέγεται δὲ καὶ φῦναι πρὸς λόγους πολιτικοὺς ὁ Καῖσαρ ἄριστα καὶ διαπονῆσαι φιλοτιμότατα τὴν φύσιν, ὡς τὰ δευτερεῖα μὲν ἀδηρίτως ἔχειν, &c. *Ex* Plutarcho *in Caeſ. p.* 708.

Ἐν δὲ Ῥώμῃ πολλὴ μὴν ἐπὶ τῷ λόγῳ περὶ τὰς συνηγορίας αὐτοῦ χάρις ἐξέλαμπεν. *Ex* Plutarcho *in Caeſ. p.* 708.

Ac mihi ex Graecis orationes Lyſiae oſtentat, ex noſtris Gracchorum, Catoniſque; quorum ſane plurimae ſunt circumciſae & breves. Ego Lyſiae Demoſthenem, Aeſchinem, Hyperidem, multoſque praeterea, Gracchis, & Catoni Pollionem, Caeſarem, Coelium, inprimis, M. Tullium oppono, cujus oratio optima fertur eſſe, quae maxima. *Ex Plinii l.* I. *Epiſt.* XX.

Sed ego verear, ne me non ſatis deceat, quod decuit M. Tullium, C. Calvum, Aſinium Pollionem, M. Meſſallam, &c. Divum Julium, Divum Auguſtum, Divum Nervam, Tib. Caeſarem, &c. *Ex* Plinii *l.* V. *Epiſt.* III.

Dictator Caeſar ſummis oratoribus aemulus. *Ex* Taciti *Ann. l.* XIII. *c.* III.

Summus auctorum D. Julius. *Ex* Tacito *de Mor. Germ. c.* XXVIII.

C. Caeſarem Dictatorem —— ſtudia certandi, dictandi, lectitandique ſibi mutuo vindicavere. Et licet in perſona unius ejuſdemque tempore ſuo principis viri, caſtrenſis oratoriaeque ſcientiae cura certaverit ferme gloria aequipari, idem tamen numquam ſe ſatis duxit in utriuſque artis arce compoſitum, priuſquam veſtri Arpinatis teſtimonio anteferretur ceteris mortalibus. *Ex* Sidonii Apollinaris *l.* VIII. *Epiſt.* VI. *Vide & l.* IX. *Epiſt.* XIV.

DIS-

DISSERTATIO HENRICI DODWELLI.

DE

Lib. Oct. B. Gall. & Alex. Afric. atque Hiſp.

AUCTORE.

Auctor Prologi *ad Librum de Bell.* Gallico *VIII.* Hirtius *potius fuiſſe videtur quam* Oppius.

Si quidem recte habeat locus *Suetonii*, jam *tum* extiterint oportet Libri omnes, quos pollicetur Auctor *Prologi* ad Librum Belli *Gallici* VIII. Nondum autem, ut videtur, ſub nomine *Julii Celſi*, ſed *Oppii* duntaxat & *Hirtii*. Erantque ſane ambo illi *Caeſari* ſatis familiares. Cur autem *Oppio* tribuerentur, eam cauſam ſatis veriſimilem mihi videre videor, quod Auctor ille quicunque demum is fuerit, *Balbo* Prologum ſuum inſcripſerit. Erant enim ſane *Oppius* atque *Balbus* neceſſitudine aliqua, quam neſcimus, ut videtur invicem conjunctiſſimi. Forte officii alicujus cauſa utriuſque curae a *Caeſare* crediti. Certe *utrique* inſcriptas nonnullas Epiſtolas *Caeſaris* habemus hodieque Libro *Ciceronis* ad *Atticum* IX. Et Libros fuiſſe *Epiſtolarum* ad utrumque docet *Gellius* L. XVII. Noct. Attic. c. 9. qui rationem addit, quod *res ejus abſentis curarent*. *Literas curaſſe* docet *Cicer.* ad *Quint.* fr. Ep. 1. Se autem Bello *Alexandrino* atque *Africano abfuiſſe* lubens agnoſcit *Prologi* Auctor. Sed *abſentia* illa *Caeſaris*, erat in *Gallia*, ſi quidem ex *Epiſtolis* a *Cicerone* conſervatis liceat de reliquis augurari. Spectant enim illae ad prima Belli *Civilis* initia. Ex his igitur *Epiſtolis* ad *Oppium* datis rerum geſtarum memorias accipere potuit, ſiquis junior *Oppii* nomine Libros edidiſſet. Ita fiet, ut pari fide dignae ſint rerum geſtarum narrationes, ſeu hos Libros ipſe exararit *Oppius*, ſeu *junior Oppio* quiſpiam collegerit e *Caeſaris* Epiſtolis *Oppio* inſcriptis atque *Balbo*. Certe *Oppio* res *Caeſaris* etiam *arcanas* fuiſſe exploratiſſimas, ex eo Libro colligitur, quem ſcripſiſſe teſtatur *Oppium Suetonius* Jul. c. 52. ut probaret *non* fuiſſe *Caeſaris filium, quem dixerit Cleopatra*, nempe *Caeſarionem*. Minus tamen idoneus fuiſſet *Oppius* ad ſcribendum de hoc Argumento, ſi ipſe quoque Bello *Alexandrino* non interfuiſſet. Melius ergo, hac de cauſa *Hirtium* hujus *Prologi* Auctorem exiſtimabimus. *Oppii* enim teſtimonio de filio *Caeſaris* pugnabat etiam *Antonius*. Vix ita certe facturus niſi *Alexandriae* cum *Caeſare* adfuiſſet. Neſcio etiam an hic fuerit *Oppius* legatus, cujus mentio in Bello *Africano* c. 68. Et certe *Hirtio* magis favet ipſe *Suetonius*, dum *Hirtii* nomine *verba* ex illo ipſo advocat Prologo, quae hodieque ibi reperiuntur.

Idem Auctor Librorum ſequentium *de Bell.* Alex. Afric. Hiſp. *Sed poſt* Caeſaris mortem.

Sic ergo res, ni fallor, habuerit. Primus Auctor praedicti *Prologi* qui *Caeſaris* ſcripta *digeſſit* pariter ac *ſupplevit*, non *Oppius* fuerit, ſed *Hirtius*, qui proinde ibidem ubi *Balbus* fuerit, quod *aſſiduis* illius non literis, ſed *vocibus*, *coactus onus* illud *ſcribendi* ſuſceperit. Scripſit ergo *Hirtius Prologum* ad amicum Caeſaris *Cornelium Balbum Gaditanum* ditiſſimum. Et in *Prologo Commentarios* a ſe ſcriptos ſup-

ſupponit *rerum geſtarum Galliae non comparandos ſuperioribus*, *atque inſequentibus* Caeſaris *ſcriptis*. Hi *Commentarii* alii eſſe non poterant ab VIII. qui *Prologum* proxime excipiebat Belli *Gallici* Libro, medio nimirum inter Libros *Gallici* Belli priores, quos cenſet *ſuperiores*, & Libros Belli *Civilis*, quos pro Scriptis ejuſdem *Caeſaris* habet *inſequentibus*. Sic nihil habent, quo ſe tueantur *Floridus Sabinus* & *Ludovicus Carrio*. Hunc librum ſe *contexuiſſe* teſtatur *Hirtius*. Proinde jam antea ſcriptum, & *medio* tamen illo, quem dixi, loco diſpoſitum. Haec erat nimirum Scriptorum Caeſaris *digeſtio* illa, de qua loquitur noſter tot Seculis recentior, qua ſua Scriptis ipſius Caeſar *media* contexuit coaevus *Hirtius*. Noſter etiam *editos in lucem* Libros *Caeſaris* teſtatur ab aliis qui *rebus ipſis interfuerant*. Unde hoc? Nempe ex illis *Prologi* verbis: *qui ſunt editi, ne ſcientia tantarum rerum ſcriptoribus deeſſet*. Sed perperam noſter intellexit, ſi tum primum *editos in lucem* Caeſaris Commentarios cenſuerit cum *Prologum* ſcriberet *Hirtius*. Nempe poſt *mortem* Caeſaris. Imo jam antea in clara luce fuiſſe verſatos e *Ciceronis* conſtat *Bruto*. Imo ex hoc ipſo *Prologo*. Jam enim *probatos omnium judicio* teſtatur, jam *in omnium admiratione* fuiſſe quaſi bene emendateque ſcriptos. Non ergo de *ſua*, ſed *Caeſaris*, editione loquitur *Hirtius*, cum illud Editionis conſilium agnoſcit, tantum *ne ſcientia tantarum rerum Scriptoribus deeſſet*. Exprimunt haec verba *Caeſaris* potius de ſuis Scriptis agentis *modeſtiam*, quam *Hirtii* de iiſdem *admirationem*. Idem *Prologi* Auctor *noviſſime imperfecta* ab rebus geſtis *Alexandriae* ad finem vitae *Caeſaris* ſe confeciſſe teſtatur. Proinde jam una cum *Prologo* Libros ſuos jam penitus confectos de Bello *Alexandrino*, *Africano*, Auctor emiſerit. Imo de Bello etiam *Hiſpanico*, (quanquam illius in *Prologo* non meminerit) quod praedictam Epocham, quae ad *Caeſaris mortem* uſque pertigit hoc quoque Bellum anteceſſerit.

Librum Hirtii *de Bello* Africano, *multis poſt* Hirtium *Seculis interpolavit* Julius *fortaſſe* Celſus.

Et tamen, praeter *Hirtium*, alium ſaltem fuiſſe cenſet noſter, qui *Caeſaris* Scripta ad ejuſdem caedem ſuppleverit. Ita certe loquitur quaſi ſaltem uno *plures* hoc idem officium praeſtiterint. Quonam vero id pacto verum eſſe potuit, ſi quidem ad ipſam *Caeſaris caedem* res geſtas *Caeſaris* perduxerit *Hirtius*? Nempe, ut opinor, quod *A. Hirtii* nonnulla perierint, ſuppleta a *Julio Celſo*, alieniſſimaque ab *Hirtii* mente ſententia interpolata. Bello certe *Africano* atque *Hiſpanico* multa legimus quae vix *aevi*, quo vixit *Hirtius*, eſſe potuerint, nedum ipſius *Hirtii*. Et tamen viceverſa nonnulla, quae *coaevum* ſtylum ſapiant, non autem illum, qui a juniore fuerit *interpolatore*. Ab *Hirtii* etiam vel *aetate* in Libro de Bello *Africano* abhorret uſus vocis *Imperator*, quo ſaepe diſceptatum dicit Auctor quis eſſet pro *Populi Romani Imperatore* agnoſcendus, *Caeſar* an *Scipio*. Quaſi nimirum *unicus* eſſet *Populi Romani* ut poſtea, *Imperator*, qui rei ſummae praeeſſet. Hoc autem Seculo qui ſingulis *Romanae* ditionis *Provinciis* praeerant cum *Imperio*, ſeu cum jure gladii; ii *Imperatores* habebantur. Vix tamen ita appellabantur niſi ob res geſtas *Imperatores* ab exercitu fuiſſent acclamati. Sic autem *Caeſarem Imperatorem* ne quidem poterant negare *Pompejani*, cui Dictatura fuerat e ſententia *Senatus Populique Romani* delata; quippe etiam ab exercitu *Imperator* fuiſſet *appellatus*. Sed nec illud *coaevi* fuiſſe videtur, quod menſe, quo *Caeſar* in *Africam* appulit *Januario*, ſcribit Auctor *per anni tempus in mari claſſes ſine periculo vagari non potuiſſe*. *Octobris* enim *Juliani* die XIII. coepit anni confuſionis 708. ille *Januarius*, exiitque ante *Nov*. XI. quo *haedi* oriebantur, quo *ortu* coepit Epocha *maris clauſi*. Quod porro ait Centurionem *Caeſaris* XXXVI. annis pro Caeſaris *dignitate victoriaque depugnaſſe*, ita manifeſto falſum eſt, ut aegre ſcri-

bi

bi potuerit a coaevo. Detrahantur a praedicto *Confuſionis* anno 708. anni 36. reliquus erit annus U. C. *Varronian.* 672. quo ſub *Caeſare* mereri coeperit. Atqui certum eſt primam *Caeſaris* Provinciam fuiſſe ex *Praetura*, anno *Varr.* 692. Doluit praeterea *Caeſar* teſte *Suetonio*, c. 7. quod *nihil dum a ſe memorabile geſtum eſſet in aetate, qua jam Alexander orbem terrarum ſubegiſſet.* Aetas illa erat ann. 33. ut praeter alios docet etiam *Cicero* Philipp. V. Natus eſt *Caeſar* IV. Id. *Quintil.* ann. *Varr.* 654. Sic annum 33. abſolverit anno demum *Varr.* 687. ineunte *Quintili*, annis poſt praedict. 672. *quindecim.* In hoc tamen numero conſentiunt *editiones exſcriptoreſque*, in quibus & noſter, ne dubitemus ab *Interpolatore* ita ſcriptum eſſe. Hic idem Liber *Q. Ligario vitam in Africa conceſſam* eſſe narrat, c. 89. Quod tamen certiſſimo falſum eſſe conſtat, ex inſigni *Ciceronis*, poſt *reditum Caeſaris*, Oratione pro *Ligario.* *Coaevi* Scriptoris tam craſſus error eſſe vix potuit. Et L. *Caeſari* vitam a *Julio*, facileque conceſſam vult Auctor Belli *Africani.* Contra *Dio* L. XLIII. contra *Sueton.* Caeſ. c. 75. contra coaevus *Cicero.* Mitto rem, quam Auctor ipſe *incredibilem* fatetur, ab Equitibus *Caeſaris* minus XXX. *Gallis Maurorum equitum duo millia loco* eſſe *pulſa.* Mitto provocationem Centurionis praedicti, ut cum ſuis *decem* cum *coborte Scipionis firmiſſima concurreret.* Haec plane *fabulatorum* genium ſapiunt potius quam prudentiſſimorum, quibus Seculum illud politiſſimum abundabat, Scriptorum. Huc etiam & illud refero c. 70. quod dicit, *Caeſaris ſi non amplius tres aut quatuor milites veterani ſe convertiſſent, & pila viribus contorta in Numidas infeſtos conjeciſſent, amplius* II. *millium numero ad unum terga vertiſſe.* Sunt etiam in *dictione* plurima, quae nemo peritus harum rerum Cenſor ad *Caeſaris* vel *aetatem* retulerit: c. 12. *galeati.* Non me fugit illud, ſed Poëtae: *galeatum ſero duelli poenitet. S. Hieronymi Prologus galeatus* ſerior eſt. Cap. 31. *ignota peccata* legimus, quibus *ignoſcebatur.* Cap. 19. *innumerabilis.* Cap. 46. *cruciabiliter interfecti. Parvulam cauſſulam* c. 54. *Parvum Senatorem* c. 57. *Magnis copiis auxiliisque Regis praediti* c. 58. *Suppetias occurrere* c. 66, 68. Cap. 77. *commeatus.* Non a *caſtris* tamen, ſed ad *caſtra.* Cap. 78. *ut haberent facultatem turmas Julianas circumfundere.* Ibidem *ſatagere*, pro *proelio laborare.* Cap. 88. *mentem in fuga deſtinatam. Africanum* hunc Scriptorem, hiſque temporibus *juniorem*, arguunt tot immiſtae voces *Graecae* atque *Helleniſmi.* Qui mixto eſſent genere *Hybridas* appellat c. 19. *Hippotoxotas* habet ibid. *Epibatas* c. 20, 62, 63. *Cataſcopum*, c. 26. In *ſalo* eſſe huic Auctori c. 46, 62, 63. Tantundem valet quod *Graecis* σαλεύειν & διασαλεύειν, & de *navi* dicitur, quae liberae fluctuum marinorum agitationi exponitur. Sunt in eodem Libro alia quae coaevorum peritiam ſapiant: *Virgiliarum ſignum confectum* memorat poſt VI. Kal. *Feb.* c. 47. Pro *vero* ſcilicet illius anni Kalendario quo *Feb.* 1. in *Novemb. Juliani* diem XI. conveniebat, quo *Pleiadum confectionem* refert *Plinius.* Aliter certe ſenſit hic Auctor quam Interpolator, qui etiam *Januarium* ab *Octob. Juliani* die XIII. incipientem *per anni tempus periculoſum* eſſe voluit *navigantibus.* Et quidem ita *periculoſum* ut mediis Belli caſibus *magis* tamen eſſet, quam *Bellum* ipſum, metuendus. Et manum etiam coaevam accuratioremque indicant tot voces *militares*, aliaeque *Technicae*, magis hic vero *temporis decoro* reſpondentes quam pro captu junioris *Interpolatoris.* Librum ergo *Hirtii* de Bello *Africano* ad *Julii Celſi* aetatem perveniſſe puto. Sed *mutilum* fortaſſis, aut qui *Celſo* mutilus haberi poſſet. Hoc utique praetextu vel *ſuis*, vel neſcio cujus alterius *Fabulatoris* figmentis interpolavit.

Itidem factum in Libro Hirtii *de Bello* Hiſpanico.

In Bello *Hiſpanico* adhuc pauciora *coaevi* Scriptoris veſtigia ſunt, plura autem *Interpolatoris.* Et quidem ejuſdem, qui Bellum *Africanum* ſuis commentis auxerat.

Eadem in voce *facultas* elegantia quae ſupra c. 12. *Eis ad ignoſcendum nulla eſt data facultas.* Cap. 40. *naves quae in ſalo fuerunt.* Pro exemplo itidem a nobis ſupra obſervato. Nec diſſimiles alii occurrunt ſequiorum Seculorum Barbariſmi. Cap. 7. *reliquae ex fugitivis auxiliares conſiſtebant.* Cap. 12. *bene magnum tempus.* Cap. 13. *ſimulque balliſta miſſa a noſtris turrem dejecit.* Cap. 16. *exiſtimabant eos poſſe conatum efficere.* Cap. 29. *adverſarii patrocinari loco iniquo non deſinunt.* Cap. 33. *libertum, qui fuiſſet ejus concubinus.* Cap. 39. *gradiebatur Hiſpalim.* Cap. 42. *provinciam depopulavit.* Et praeter morem horum Scriptorum *Ennii* Poëtae fragmenta advocat, c. 23, 31. Illa vero, quam inepta quibus tamen *Caeſaris*, ſummi prudentiſſimique Oratoris, Perſonam agit hic Sophiſta! *An me deleto, non animadvertebatis X habere legiones Populum Romanum, quae non ſolum vobis obſiſtere, ſed etiam coelum diruere poſſent? Declamatoris* illa non *Oratoris* affectatio eſt. Dixerunt quidem *Germani*, *Suevis* ſuis *ne Deos quidem immortales pares eſſe potuiſſe*, Bell. *Gall.* L. IV. c. 10. Sed *Barbari* illi, non *Romani*. Inter *Ciceronianas* multorum coaevorum legimus *Epiſtolas*, nullam tamen quae cothurnum illum ſapiat. Nullum erat, *aetate Caeſaris*, otium iſtiuſmodi ingenii *luſibus*, cum de rebus *ſeriis* momentoſiſque, de *vita fortuniſque* clientum vel *fama* agerent *Oratores*. Sunt nihilominus primaevi Auctoris *Hirtii*, etiam in hoc Opere veſtigia. Quae habet communia cum aliis bonae fidei Auctoribus non aliunde emanaſſe cenſeo. Imprimis illud, quod *Caeſarem* dicat *Dictatorem* III. *deſignatum* IV. non (ut vult Auctor alioquin accuratiſſimus in Hiſtoria *Romana Sigonius*) anno quo *Africam* recepit, ſed quo Bello *Civili* in *Hiſpania* finem impoſuit, *Varr.* ſcilicet 709. Sic enim *coaeva* marmora *Capitolina* atque *Colotiana*. Sic etiam coaevi numi. Imo Auctor, quem ſequebatur, *Plutarchus*. Melius ſcilicet quam alii, etiam *veteres*, nec ab hoc Seculo admodum remoti, qui *dictaturam Caeſaris* unitate faciunt *Auctiorem*. *Hirtii* etiam Perſonam arguit, quod hoc toto Bello *Hiſpanico* ſic loquitur Auctor, quaſi ipſe *praeſens* adfuerit, & *Caeſaris* partes fuerit amplexus. Prima fere Perſona *Nos*, inquit, & *Caeſarianos noſtros* appellat. Hoc nempe erat, quod in Belli *Gallici* Libri VIII. *Prologo*, ipſe monuerat *Hirtius*, ſibi ne illud quidem accidiſſe, ut *Alexandrino* atque *Africano* Bello intereſſet. Innuens proinde in reliquis Bellis ſibi quoque operam fuiſſe non inutilem. Non ita certe in Bello *Alexandrino* loquitur, aut *Africano*. Nuſquam ibi *prima*, ſed tertia, Perſona, *abſentis* nimirum potius quam illius, qui rebus ipſe gerendis *interfuerit*, narrationem inſtituit. Nec puto hoc praevidiſſe *Interpolatorem*, in reliquis adeo *Perſonae*, quam ſuſtinuit, incautum atque obliviosum.

NO-

NOMENCLATOR GEOGRAPHICUS

Omnium Galliae, Germaniae, & Brittanniae locorum, quorum apud Caeſarem ſit mentio.

Excerptus quidem olim potiſſimum e Theſauro Geographico ABRAHAMI ORTELII; *ſed nunc pleriſque locis utiliter auctus & emendatus.*

A.

ADualdubis. Sic legit Ful. Urſinus apud Caeſarem; quo loco alii codices Alduaſdubis, & Alduaſdalis habent. Ptolomaeo Dubis eſt. atque ita reſtituendum in Juliani Imp. epiſtolis, ubi Danubin invenies. Galliae Lugdunenſis fluvius eſt, quem Poldus & Marlianus hodie *le Doux* nomen habere ajunt.

Advatici, alias Atvatici, quorum Metropolis Atuatuca, ut apud Caeſarem, quamquam apud Ptolomaeum Ἀτυάκκτον legitur. quae olim civitas Tungrorum erat, ubi primum ſedes Epiſcopalis fuit; tranſlata deinde Trajectum Moſae, hinc in vicum S. Lamberti. Itaque Atuatici ſunt Leodienſes.

Aedui. Civitas eorum hodie Auguſtodunum.

Agendicum. Civitas Senonum. Hodie *Sens*. Valde in ea exponenda delirarunt Scholiaſtae Caeſaris. Eſt civitas Archiepiſcopalis.

Alexia Caeſari Mandubiorum in Celtis oppidum. Aleſia Paterculo ſcribitur, Diodoro & Polyaeno l. 8. Strat. *L'Aſſois en Bourgogne*, vocant. Paradinus vero dicit ejus hodie nihil exſtare, praeter nominis umbram, *Alize*, cui ſubſcribit Vigenereus.

Allobrogum Caput fuit Vienna. quorum major pars ſub Ducatu Sabaudiae hodie. Olim tamen Sabaudi erant intra Alpes maritimas, ut eſt in Notitia Imperii.

Alpes, montes longiſſimi tractus, qui Italiam a Germania & Gallia tanquam muro nativo ſeparant. Alpia & Alpionia olim dictos fuiſſe ſcribit Strabo. Stephano etiam Alpeja & Alpejoi dicuntur. Olpia ſunt Phavorino. Hodie multis locis in Germania, adhuc *Alben* vocantur. Salpii videntur a Lycophrone appellati: ut ſentit ejus commentator Iſacius. Alpis, ſingulari numero, aliquando uſurpant poëtae. Abax vocat Serapio, cap. De reſina. De Alpibus vide Alciatum, in Commentariis ad Tacitum De moribus Germanorum: ſed in primis Joſiam Simlerum, in libello, quem De Alpibus inſcripſit.

Amagetrobia. Ignoratur. vide Magetrobia.

Ambarri. Celtarum populi. Ignorantur.

Ambiani. Belgicae gens. *Amiens*, hodie, Picardiae urbs. Ambianum primum Sommonobriam dictam, ſcribit Sigebertus: ſi Samarobrinam voluerit dicere, falſe, cum ex Caeſare & Antonino diverſas eſſe urbes conſtet. Ambiano idem Antoninus tribuit leg. XXIII.

Ambibarii inter Aremoricos, ignorantur.

Ambialites aut Ambiliates in Celtica, ignorantur.

Ambivariti in Belgio, ignorantur.

Anartes. Caeſari ſunt populi Dacis vicini. *Walachi*, *Servii*, *& Bulgari*, ſunt Blaſio Vigenereo.

Ancalites. Britanniae inſulae populi. *Ankelut*, Glareano: *The hundred of Henley*, Camdeno.

Andes. *Le Duché d'Anjou.* Civitas Epiſcopalis Juliomagus, *la ville d'Angiers.*

Antuates. vide Nantuates.

Aquitania. Auguſtus diviſit Aquitaniam in tres maximas provincias: primam Aquitaniam, cujus metropolis Avaricum Biturigum Cuborum: ſecundam Aquitaniam, cujus metropolis Burdigala Biturigum Vibiſcorum: tertiam Novempopulaniam, cujus caput Auguſta Auſciorum: Ea eſt, quam Caeſar Aquitaniam vocat, contenta intra Garumnam, Pyrenem, & Oceanum. Hodie ab ipſis Aquitanis vocatur Vaſconia: quum Aquitaniae nomen latius pateat. Itaque anguſtiores fines ſunt Aquitaniae Caeſaris, quam ut tertiam partem Galliae facere poſſit.

Arar. Galliae Narbonenſis fluvius. Plinio & Virgilio Araris eſt. Ab Am. Marcellino Sangona appellari ſcribit Paradinus: Sauconna ego apud Marcellinum lego. Videtur Scoras a Polybio appellari. Hodie *Saone* vocatur. Auctor De fluminibus tradit antea Brigulum nuncupatum. Fides ſit penes auctorem.

Arduenna. Galliae maximus ſaltus in Belgio. nomen fere retinet; *Ardenne* enim nominant. Franc. Irenicus *Achterwalt* appellat: *Lutticherwalt*, Rhenanus; quaſi Leodienſium nemus dicas.

Arecomici. Duplices ſunt: Volcae Arecomici, ubi Nemauſus, & Narbo: Tectoſages, ubi Toloſa.

Armoricae civitates, ponuntur a Caeſare in eo tractu, qui Britannia minor Sigeberto vocatur. Hermionia etiam, & vulgo *Bretagne*, Rob. Coe-

Coenali actore. Antiqua Britannica lingua hodie *Lhydaw* appellatur, ut ſcribit Humfredus in ſuo Britannicae deſcriptionis fragmento. Joannes Lelandus, *Armoria*, idem ſignificare dicit, quod, Supra mare, in ipſa Britannica lingua. Sunt Plinii Britanni, Pontico Virunnio ſi ſidendum. Letavia quoque dicta fuit haec Armorica.

Arverni. Celtarum populi. Aroëni Stephano. Hodie *Auvergne*.

Atrebates. *Le pays d'Artois*, quorum Civitas Origiacum, *Arras*.

Avaricum. Eſt metropolis primae Aquitaniae, *Bourges*.

Aulerci. Quadruplices fuerunt: Aulerci Eburovices, *le pays d'Evreus en Normandie*, ubi Epiſcopatus. Aulerci Diablintres. Aulerci Cenomanni, *le pays du Mans*. Aulerci Brannovices.

Auſcii. Caput Novempopulaniae, ſive Vaſconiae: Archiepiſcopatus. Auguſta Auſciorum, *la ville d'Auchs en Gaſcogne*.

Axona, *Aiſne*, notiſſimum flumen.

B.

Bacenis. Germaniae ſilva Caeſari, Cheruſcos a Suevis dirimens, quam Althamerus putat *Thuringerwalt*. Ubi forte Samana Ptolemaei. Confundunt quidam cum Hercynia ſilva & Martiana: & *Schwartzwalt* nominant.

Batavia. Ptolemaeo, Tacito & Caeſari Germaniae inferioris regio eſt, ad oſtia Rheni poſita, quam hodie *Holland* vocant, ſed improprie. Ea enim Hollandiae pars, quae hodie inter veterem Rhenum & Vahalim fluvios a Lobico ad Oceanum uſque quaſi duobus brachiis conſtringitur, olim Batavia dicta fuit. Atque hic tractus etiamnum veteris nomenclaturae veſtigia retinet, nam *Betuwe*, ab incolis vocatur. Haec fere Lamb. Hortenſius in libello Ultrajectinarum ſeceſſionum. Batavorum inſula haec vocatur a Plinio, Dione, Caeſare & Tacito. *Betuwe*, Battua, ab Aimonio, & Badua a Reginone nuncupatur.

Belgae, ſeu Belgica, ſtatim e principio Commentariorum Caeſaris innoteſcunt.

Belgium. Eſt quidem regionis nomen in Belgis, non autem urbis, ut nugantur Scholiaſtae. Sed nomen ignoratur.

Bellocaſſes, Verocaſſes, Bajocaſſes. *Le pays de Bayens en Normandie*. urbs Epiſcopalis eorum eſt Noviomagus, *la ville de Bayeus*.

Bellocaſſi, aut Bellocaſſes. Sunt qui eandem cum Verocaſſibus, aut Velocaſſibus gentem faciant. eorumque rurſus quidam, *Vergaſſins*, ad Sequanam, quorum oppidum primarium *Giſers* eſſe volunt; quidam in ultimis Armoricae Galliae finibus ponunt. Marlianus vero diſtinguit, & Bellocaſſes Celtas, ait, eos qui hodie Bajocenſes: Velocaſſes autem Belgas; eoſque qui hodie in Comitatu Flandriae territorium *Caſſel* occupant.

Bellovaci. In Belgica ſiti. hodie *Beauvoiſin*.

Bibracte. Aeduorum longe maximum & copioſiſſimum oppidum. *Beaulne* Orontio, in ſua Galliae tabula: item Vigenereo. Marlianus ſcribit nomen retinere. Bibracte aliquando Julia dicta fuit, niſi corruptus ſit locus Panegyrici Conſtantino dicti; ubi haec in calce leguntur: Bibracte quidem huc uſque dicta eſt Julia. Bibracte & Auguſtodunum unum & eundem locum deſignare, vult Petrus Sancto-Julianus in ſua Burgundia. *Bevray d'Autun*.

Bibrax. Rhemorum oppidum, ignoratur.

Bibroci. (pro quo nonnulli Bibrocaſſi legunt,) Britanniae populi. Glareanus eos nominat *Bibrogger*; Camdenus, *The Hundred of Bray*.

Bigerrones. in Novempopulania. quorum civitas Epiſcopalis Tarba. *Le Comté de Bigorre en Gaſcogne*.

Bituriges. Duplices fecimus, Cubos, hodie *Berri*, & *le Duché de Berri*: Vibiſcos, *la Seneſchaucée de Bourdelois*. Caeſar Cuborum tantum meminit: quorum metropolim Avaricum ſupra fuiſſe diximus.

Boji. Transhenani populi. Eorum pars quae cum Helvetiis Galliam invaſerat, in finibus Aeduorum, ipſis Aeduis deprecantibus, collocata, eos fines incoluiſſe creduntur, qui hodie *Bourbonnois*. Boja oppidum etiam habet Caeſar.

Brannovices. Ignorantur.

Bratuſpantum, inter Bellovacos & Ambianos. Ignoratur.

Britannia. Caeſaris tempore parum explorata regio: ſi aliis ſcriptoribus creditur. tamen accurate ſatis eam deſcribit Caeſar. unde ſunt, qui dubitant, an Commentarios iſtos ſcripſerit ipſe Caeſar. Ut ut ſit, Britanniae nomine Veteres comprehendebant omnem illam majorem inſulam, cum circumfuſis minoribus, quae hodie in Angliae & Scotiae regna dividuntur.

C.

Cabillonum. Aeduorum oppidum Marliano: nomen retinens, *Chalons ſur Saone*.

Cadetes, in Aremoricis. Ignorantur.

Cadurci. *La Seneſchaucée de Querci*. Civitas Epiſcopalis, Divona Cadurcorum. *La ville de Cahors*.

Caereſii, Germaniae populi. Ignorantur.

Caletes, Belgicae populi. Strabo eos ad Sequani oſtia pertingere facit, eorum regionem eſſe putat Divaeus, quae hodie *le pays de Caulx*. Turnebus, cum tractum, in quo hodie Diepa & Juliobona, & Caletenſes vocari.

Cantium. Britanniae inſulae promontorium Orientale Straboni, & Diodoro. Hodie *Northforland* appellatur. Caeſar totum hunc tractum in-

ſu-

ſulae, qui ſe verſus Ortum extendit, Cantium vocat. Cantiam vocat Beda. Hodie vulgo *Kent* nominatur. Littus Saxonicum in l. Notitiar. eſt.

Carnutes. *Le pays du Chartrain.* Urbs Epiſcopalis Autricum Carnutum, *la ville de Chartres.*

Caſſii. Britanniae inſulae populi. *Gaſſerer*, Glareani. *Chaisbouw*, Camdeni.

Catuaci in Belgis. Ignorantur.

Caturiges. In Alpibus. *Le pays d' Embrun.* Eorum enim metropolis Archiepiſcopalis Eberodunum, *Embrun.*

Celtae. Qui Caeſari fuerint, ſatis ipſe initio libri primi oſtendit. Nomen Celtarum alias latius extenditur. Graecique etiam Germanos ſub iis comprehendebant, & omnes Gallos.

Cenimagni. Britanniae populi. Glareanus eos *Cunman* appellat. Eoſdem cum Icenis eſſe vult Camdenus.

Cenomanni. *Le pays & Seneſchaucée du Mans.* Civitas Epiſcop. Vindinum, *la ville du Mans.*

Centones in Alpibus. *Le pays de Tarantaiſe.* Civitas Archiepiſcopalis Tarantaſia.

Centrones vicini Nerviis, ignorantur. & ſuſpecta eſt lectio.

Cheruſci, Tacito, Paterculo & Straboni: Chaeruſici Ptolemaeo: quos Vib. Sequeſter Cervecios nuncupat. Germaniae populi, Baceni ſilva a Suevis diviſi. *Mansfelders* ego exiſtimo. *Lunenburgenſes* mavult H. Junius in ſua Batavia. Vide Althamerum in Tacitum.

Cimbri. Germaniae populi maxime Septemtrionales. *Jutlanders* ſunt noſtra tempeſtate. iidem cum Cimmeriis Straboni. Cerberios etiam ab Ariſtophanis Commentatore vocatos notat Becanus.

Cocoſates, (ſeu Cocoſſates Sexignani, ut Plinius nominat) Aquitaniae populi.

Cocoſates in Novempopulania, ignorantur.

Condruſii, &, ut exiſtimat Vigenereus, Condruſones, Germaniae populi, ſeu Belgicae. *Condrotz* hodie. Leodienſis Dioeceſis tractus eſt, in quo caput eſt *Hoyum* oppidum, ad Moſam. P. Divaeus & H. Leodius. *Condoſtrum Auſtraſiae* vocat Molanus in vita S. Beregiſi.

Confluentes Moſae & Rheni. In Belgica non longe ab oppido *Bommel.*

Curioſolitae. Inter Armoricos, ad Oceanum. *Coriſopitenſes* multis eſſe, tradit Marlianus. Vulgo *Cornovaille.*

D.

Decetia. Urbs ad Ligerim, quae ponte continetur etiam hodie, & nomen retinet. *Deciſe ſur Loire.*

Diablintes, vel Diablintres, Celtae. eoſdem cum Diablindis Plinii facit Urſinus. Diaulitas Ptolemaei credit Villanovanus. *Leondoul* oppidum iis adſcribit Marlianus. Becanus vero in ſuis Atuaticis, *Linter* interpretatur: qui pagus eſt Brabantiae ad Getam flumen.

Durocortorum. Urbs Archiepiſcopalis, caput Rhemorum. *La ville de Reims.*

Duranium flumen. Hujus fluminis in octavo Commentario de Bello Gallico nomen quidem non extat, ſed tamen ibi deſignatur, in cujus editiſſimo & maxime praerupto colle Uxellodunum ſitum eſt. *La riviere de la Dordogne.* Nam prioribus quidem temporibus Duranius fluvius dictus, ut Auſonio & Sidonio: poſterioribus vero Dordonia, ut Gregorio Turonenſi. Nobiliſſimum & ampliſſimum flumen Aquitaniae ſecundum Garumnam.

E.

Eburones, qui & Aulerci Eburones, Belgae: Trevirorum clientes. Eburi Dioni. Horum urbs hodie Leodium & Leodicum dicitur; vulgo apud Gallos *Liege*; Teutones, *Luick*, & *Liitich.*

Eburovices. Urbs eorum Epiſcopalis, Mediolanum Eburovicum, *la ville d' Evreus.*

Elaver, Celtarum flumen in Arvernis. *Allier* Marliano. idem cum Elari Sidonii. Vide Gabrielem Simeonium in Dialogo pio & ſpeculativo.

Eleutheri. vox ipſa Graeca ſatis indicat hoc nomine populos immunes dici. ideo Eleutheri, Sueſſones: Eleutheri Cadurci Caeſari.

Eluſates. *Le pays d' Euſe en Gaſcogne.* Eorum olim Epiſcopatus, Eluſa Novempopulaniae. Vide Auſonianas lectiones Joſephi Scaligeri; ubi traducitur ſententia ſtultiſſima eorum, qui Eluſates eoſdem cum Foxenſibus faciunt.

Eſſui, ignorantur.

G.

Gabali. *Le pays de Givaudan*, quorum caput hodie urbs Mimatenſis: *La ville de Mande en Givaudan.* Eſt civitas Epiſcopalis provinciae Biturigum attributa. Nugantur qui hodie ſubjiciunt Arelatenſi metropoli.

Galli. Quinam illi Caeſari, apparet ex initio libri primi Commentariorum ipſius de bello Gallico.

Garites in Novempopulania, ſive Aquitania Caeſaris, ignorantur; niſi ſint Gavaritani hoc eſt, *le pays de Gavardan.*

Garoceli. Inalpini populi. Marlianus & Paradinus eos in monte *Mont Cenis* dicto, collocant, *Val de Marienne*, Vigenereo.

Garumna. Fluvius Celtas ab Aquitanis dividens. Ptolemaeo Garyna eſt, *Garonne* hodie. Garumnos, hujus accolas, nominat Caeſar.

Garumni in Novempopulania, ignorantur.

Gebenna, & Gebennici montes, qui Arvernos ab Helviis ſeparant. Cemmenus mons Ptolemaeo. *Montagnes de Cevennes.*

Genabum. Civitas Aurelianorum Epiſcopalis, olim

olim Carnutibus attributa, aevo Caeſaris. *La ville d' Orleans.*

Geneva. Allobrogum oppidum ad lacum Lemanum. Incolis *Geneve:* Helvetiis & Germanis *Genff.*

Gergovia. Diſtat horae itinere a Claromonte civitate Epiſcopali Arvernorum, ubi quaedam rudera & alia priſcae urbis veſtigia extant: Vulgo locus dicitur Gergeoia, ut amici noſtri nobis retulerunt.

Gergovia Bojorum. VIII Commentario de Bello Gallico manifeſto ſuppoſitum a ſciolis. Nam oppidum Bojorum, quod Vercingetorix expugnare decreverat, non nominatur, ut alia loca apud Caeſarem deſignantur potius, quam nominantur. Quare nullum eſt Bojorum oppidum nomine Gergovia.

Germanica. Incolis *Teutſchland*, exteris *Alemagne.*

Gorduni, in Belgis. ignorantur.

Grudii, in Belgis. ignorantur.

Grudii. Nerviorum clientes. *Launois* Marliano; *Brugge*, Flandriae urbs, Becano; aliis Lovanium, ſeu, *Loven.*

H.

Harudes, populi transrhenani, ignorantur.

Helvetii. ſatis a Caeſare deſcripti, *Schweitzer*, & *Eydgnoſſe*, incolis. *Suiſſes*, Gallis.

Helvii. Melius ſine aſpiratione. populi ad ripam ſiniſtram Rhodani, quorum civitas Epiſcopalis Caſtrum Vivario. *Le pays de Vivarez*, & *la ville de Viviers.* Hic nugantur rerum Gallicarum ſcriptores.

Hercynia. Silva in Germania maxima. Orcinia Eratoſthenis, teſte Apollonii Scholiaſte. Orcynium Ptolemaeo. Hercynius ſaltus, & Hercynium nemus Plinio. Rhellicanus in Annotationibus ad Caeſarem, & cum eo fere Althamerus ad Tacitum, haec de iſto nemore adferunt: Unam eandemque eſſe ſilvam, veterum Bacenim, Martianam, Gabritam, Semanam & Hercyniam. Hodie vero diverſis nominibus appellari. nam juxta Friburgum Briſgaviae *Schwartzwalt*; prope Heidelbergam, *Odenwalt*; prope Herbipolim, *Steygerwalt*; ad Loniam autem prope Confluentiam, *Weſterwalt:* prope Francfurdiam, *Speſhart:* in Saxoniae faucibus ad Mansfeldenſem ditionem, *Auff den Hartz:* denique a Thuringis, *Thuringerwalt*, & *Behemerwalt*, a Bohemis.

Hibernia. Inſula maris Oceani Incolis *Erin.* Germanis *Yrland.* Scribuntur melius ſine aſpiratione Ibernia, & Ivernia, & Juverna.

I.

Iccius Portus, Morinorum in Belgica navale, ut ſcribit Strabo; ſed is Itium habet; ut etiam pleraque MSS. Commentariorum Caeſaris. Hodie *Calais* eſt, ut Lhuydus oſtendit: quam urbem vernaculo vocabulo *Petreſſe*, quandoque vocatam, ſcribit P. Oudegerſt in ſuis Flandrorum Annalibus. Sunt qui S. Audomari fanum olim Iccium portum fuiſſe credunt, perſuaſi partim ex loci ſitu; qui cum valde humilis ſit, praealta tamen littora urbem quodammodo cingunt, & ſinum maris olim capaciſſimum fuiſſe indicant; partim ex vetuſto urbis nomine, quo *Sithieu* vocitabatur, quaſi dicas ſinus Ithii. His addam diſtantiam, quae eſt ab hoc oppido ad proximum Britanniae inſulae continentem, ad amuſſim cum CCCXX ſtadiis, quae illi Strabo l. 4. tribuit, hodie quadrare. tot namque ſtadia XIII milliaria noſtratia efficiunt: quae in hac diſtantia computantur. Caeſar eam XXX mill. paſſ. facit, Plinius quinquaginta. Dion. l. 39. ſex millibus auget. Hunc portum videtur Plinius alio in loco Britannicum portum Morinorum vocare.

Jura, & Juraſſus mons. *Le mont Juras.* in Burgundionum finibus.

L.

Latobriges; finitimi Helvetiis. ignorantur.

Lemanus. Lacus Helvetiorum. Limene, in Ptolemaeo, & Lauſonius in Itinerario Antonini nominatur. Hodie a Gallis *Lac de Loſanne,* & *de Geneve*, a Germanis *Genfferſee.*

Lemovices in prima Aquitania. *Limoſin.* Urbs Epiſcopalis Ratiaſtum, *Limoges.*

Leponii. Rhaetica gens Straboni, Helveticae populi; apud quos Rheni fontes ſunt Caeſari. *Rhynwalder*, ſumma Alpium habitantes, ſunt Scudo. Lepontios Liberos nominat Plinius, qui Rhodani fontem accolunt. Forte *Suitenſes* hodie dici putat Marlianus.

Levaci in Belgis. ignorantur.

Leuci. Belgae. Eorum urbem vocat Ptolemaeus Tullum; atque etiam Itinerarium Antonini. *Toul*, in Lotharingia, Marliano & Divaeo.

Lexovii, vel Lexobii. Celtae. *Liſieux* in Normanniae Ducatu, ut Marliano & Vineto placet.

Ligeris, & Liger, Celtarum flumen maximum. *Loire.*

Limonum. Oppidum inter Mediolanum Santonum; & Auguſtoritum Pictonum, VIII Commentar. de Bello Gallico. Ptolemaeo, Antonino, ignoratur.

Lingones Celtae. Longones habet Ptolemaeus. Ligonicam urbem nominat Greg. Turonenſis. *Langres* hodie.

Lutetia. Oppidum Pariſiorum in inſula Pariſiorum, ubi hodie ſedem regiam *Paris* locant, Lucotecia Ptolemaeo, & Leucetia Juliano, in Miſopogono, eſt.

M.

Magetobria in Celtis, ignoratur.

Mandubii. Celtarum populi, quorum caput

put

put Alexia, in Ducatu, Burgundico, ut putat Marlianus.

Marcomanni. Germaniae populi, qui cum Arioviſto Galliam invaſerant. *Mehren* hodie eſt Dubravio & aliis.

Matiſco. Aeduorum ad Ararim civitas. *Maſcon.*

Matrona. Galliae fluvius, Celtas a Belgis diſterminans, hodie *Merne.*

Mediomatrices. Belgae, quos *Weſtreicher* appellat Rhenanus. eorum metropolis *Metz* dicitur, in Lotharingia.

Mediomatrices. Eorum urbs Epiſcopalis Divodurum, *la ville de Metz.*

Menapii, Brabantiae & Flandriae maritimi populi.

Metioſedum ter nominatur a Caeſare. Poſteris temporibus Melodunum dictum. Hodie *Melun.*

Metioſedum, aut Joſedum, ad Sequanam oppidum, Marliano *Corbeil* eſt.

Mona. Inter Angliam & Hiberniam Inſula. dubium, an illa, quae medio curſu inter utramque (ubi & Caeſar collocat) quaeque hodie *Menau* ab incolis, & *Man* ab Anglis vocatur: an illa quae proximior Angliae, quaeque *Mon*, & ab Anglis *Angleſey* dicitur.

Morini. quorum caput Taroana, urbs Epiſcopalis, ſed nunc ſolo aequata. Retinet nomen, *Terouane.*

Morini. Belgae. *Teroanne* indicant Marlianus & alii. Bovillus *Monſtreuil.*

Moſa. Galliae Belgicae celebris fluvius. Gallis hodie *Meuſe*, Germanis *Maeſe.*

N.

Nannetes, vel Namnetes, Ναμνῆται Ptolemaeo, quorum urbs Epiſcopalis Condivienum. *La ville de Nantes.*

Nantuates inter Veragros, & fines Genevenſium, ſecundum ripam Lemani. Longe fallit eos ſuum judicium, qui monaſterium, Nantua, inter Lugdunum & Genevam ſitum, idem cum Nantuatibus faciunt. Diverſae enim ſunt regiones. Neque ubi blanditur aliqua ſimilitudo nominum, ſtatim ſine delectu de re propoſita pronunciandum.

Narbo, Provinciae Romanorum urbs, a qua & Gallia Narbonenſis nomen ſervat, *Narbone.*

Nemetes. Ad Rhenum populi. Rhenano & aliis *Speir*, ubi Camera Imperialis.

Nemetocerna in Belgis. ignoratur.

Nervii. quidam Tornacenſes putant: Sed Caeſar ultra fines Tornacenſium eos ſtatuere videtur.

Nitiobriges. Populi ſecundae Aquitaniae, quorum civitas Epiſcopalis Aginum, *Agen. La Seneſchaucée d'Agnois.* Mira fuit omnium inſcitia hactenus, qui Mompelienſes faciunt, quaſi in Provincia Narbonenſi bellum geſſerit Caeſar. Errant itinere ſeptem dierum.

Noricum regio & Norica urbs, in Germania. hodie forte Norimberga.

Noviodunum Aeduorum. Civitas Nivernenſium, ut eſt in Notitia manuſcripta. Eſt urbs Epiſcopalis. *Le Duché de Nivernois: la ville de Nevers.*

Noviodunum Belgarum. Civitas Epiſcopalis. *Noion.* Dicta fuit etiam Noviomagus. Nam in Synodis, & Geſtis Francorum dicitur *Noviomum*, unde Gallicum nomen formatum. Sic ex Rigomago, Rigomum, *Rion*; ex Rotomago, Rotomum. *Rouën.*

Noviodunum Biturigum, ignoratur.

O.

Ocelum. Caeſari & Straboni in Alpibus oppidum, quod Villanovanus & Varrerius *Oulx* appellari ajunt (*Ours* Itali dicunt) *Iſilles* vocat Simlerus. *Eſilles* Vigenereus. *Novaleſiam* interpretatur Marlianus; & *Chielano* Caſtilioneus: ſed male, ut docet Varrerius. Non eſſe idem cum Oſcella Ptolemaei, quod in Lepontiis ponit, oſtendit Scudus erudite.

Octodorus. Veragrorum vicus S. Mauritii hodie, inquit Marlianus, *Martenach*, Valleſiæ vallis, Rhenanus & Scudus.

Oſiſini, vel melius Oſiſmii. iidem qui Plinio Oſiſmii: quosque Timios vocat Pithoeus apud Strabonem, cui etiam Siſmii ſunt. ad mare Britannicum populi. *Landriguet* nominat Coenalis.

P.

Paemani in Belgis, ignorantur.

Pariſii. Ad Sequanam populi. hodie proprie *l'Iſle de France*, & caput ejus *Paris.*

Petrogorii. In ſecunda Aquitania. *Le pays & Seneſchaucée de Perigort.* Urbs eorum Epiſcopalis in duas partes diviſa, in oppidum, & civitatem. Oppidum antiquitus Veſuna. Hodieque nomen retinet, ubi Epiſcopium. Civitas a populo nomen hodiernum nacta *Perigueus* dicitur.

Pictones. In ſecunda Aquitania. *Le pays de Poitou.* Latiſſime patet. Urbs Epiſcopalis Auguſtoritum: *la ville de Poitiers.* Ampliſſima & florentiſſima civitas.

Pleumoſii, in Belgis. ignorantur.

Preciani, in Novempopulania. ignorantur.

Provincia Romanorum, ea Galliae pars quae etiam Narbonenſis dicta. pars hodie nomen retinuit, *Provence.*

Pyrenaei. Pyrenaeus ſaltus. Montes altiſſimi, qui Galliam ab Hiſpania ſeparant. *Los Pyreneos* Hiſpani in univerſum vocant. partes tamen ſeparatim diverſa nomina ſortiuntur.

R.

Rauraci. Ad Rhenum populi, Helvetiis vicini. *Baſler* ſunt Scudo, id eſt, Baſilienſis territorii incolae.

Rhedones. In Aremoricis. urbs eorum Epiſcopalis Condate. *La ville de Rhenes en Bretagne.*

Rhe-

Rhemi. Urbs Archiepiſcopalis eorum Durocortorum: *la ville de Rheims.*

Rhenus. Fluvius notiſſimus Galliam a Germania ſeparans. Germanice *Rhyn.*

Rhodanus. Galliae celebris fluvius, Provinciam Romanorum a Celtis diſpartiens, *Rhoſne* hodie.

Ruteni. in prima Aquitania. *La Seneſchaucée de Rouergne.* Urbs eodem Epiſcopalis Segodunum, *Rodais.*

S.

Sabis, Belgicae fluvius: Moſam influens. *Sambre.*

Samarobriva. *La ville d'Amiens.* Civitas Ambianorum Epiſcopalis. Multa multi de hac deblaterarunt ineptiſſime.

Santones. In ſecunda Aquitania. *La Seneſchaucée de Saintogne.* Urbs eorum Epiſc. Mediolanum. *La ville de Saintes.* Inepte quidam libri per X Xantones.

Scaldis. Hic Ptolemaei Tabula. Fluvius Belgicae, nomen ſervans, apud Teutones *Schelt,* Gallos *l'Eſcault.*

Seduni. Galliae populi, Alpibus vicini, *Valleſia* ſuperior. item Sedunum metropolis, *Sion* Sabaudica lingua & Germanica *Sitten.*

Seduſii, inter Germanos. ignorantur.

Segni, in Belgis. ignorantur.

Segontiaci. Angliae inſulae populi. a Glareano *Sengerer* nominantur. Apud Belgas fuiſſe putat Camdenus, in tractu *Holesbot* nunc dicto.

Seguſiani. *Le pays de Forés.* quorum duae Urbes, Forum Seguſianorum. *Fours en Forés.* Unde Fores vulgare nomen, tanquam Foreſces, id eſt, Forenſes. Altera urbs Rodumna. hodie vicus celeberrimus ad Ligerim, *Roüane.* Ptolemaeus Lugdunum ponit in Seguſianis, non bene.

Senones. vide Agendicum.

Sequana. Straboni Sequanus. flumen inter Celtas & Belgas. *Seine.*

Sequani. *La France Comté.* Maxima Sequanorum civitas & caput Viſontio, *Beſançon.* Civitas Imperialis extra territorium Comitatus Burgundici.

Seſuvii, in Aremoricis. ignorantur.

Sibutzates, in Aquitania Caeſaris, ſive Novempopulania. ignorantur.

Sicambri. Belgicae populi. Olim fuiſſe videntur (ut Marliano placet) ubi hodie Gelriae Ducatus eſt, inter Moſam nempe & Rhenum fluvios. Ptolemaeo tamen (apud quem Syngambri ſcribuntur) ſunt ab altera parte Rheni; cui ſubſcribit Suetonius in Auguſto. Zutphaniae Comitatum eos obtinuiſſe nonnulli volunt. Sugambros Strabo: atque ita plerumque vett. codic. Junius in Batavia putat, *Sigem* oppidum, *Sigemburch* arcem, & *Sigemberg* coenobium, in Bergenſi Comitatu, gentis ſervare nomen.

Sotiates. in Novempopulania *Sots* hodie vocatur. Oppidum in edito colle poſitum patrimonii Eccleſiae Metropolitanae Auſciorum.

Sueſſones. *Sueſſons.* Urbs eorum Epiſcopalis Auguſta Sueſſonum.

Suevi. Maximam Germaniae partem obtinebant. parum adhuc cognita ipſorum regio tempore Caeſaris. Hodie qui *Schwaben* appellantur, procul dubio partem tantum veteris Suevorum dominii obtinent.

T.

Tameſis. Ptolemaei Jamiſſa, maximus Angliae fluvius. Incolis hodie etiamnum *Thames* ſcribitur; ſed *Thems* pronunciant.

Tarbelli. Ultimi populi Novempopulaniae, ſive Aquitaniae Caeſaris, ad Aturri fluminis ripas. Eorum duae urbes Epiſcopales, Aquae Tarbelſicae, *Aqs*; & Bajona Lapurdenſium, *Bajone au pay de Labourd.* Cave confundas cum Tarba Bigerronum, quae longe hinc diſtat. quod fecit Ortelius. Vide Auſonianas lectiones Joſephi Scaligeri.

Taruſates. in Aquitania Caeſaris ignorantur. Quidam volunt eſſe Turſam Epiſcopalem urbem in Auſciorum provincia, quae nulla eſt in rerum natura, neque ullus Epiſcopatus eo nomine in omni Vaſconia. *Turſan* quidem eſt Vicecomitatus patrimonii illuſtris gentis Labretiorum. Sed Turſam cum Taruſatibus idem facere, hoc eſt divinare, & fortaſſe delirare.

Taurentum in ſecunda provincia Narbonenſi. ignoratur. Qui Telonum dicunt eſſe, non meminerunt, Telonum eſſe vetuſtam urbem, neque potuiſſe dici Taurentum, ſi qnidem Telonum vocata eſt.

Tectoſages. Hi apud Caeſarem Germani ſunt (nam & hoc nomine populi fuere in Gallia) circum Hercyniam ſilvam. Nicri fluminis ripam eos accoluiſſe putat Rhenanus. ubi adhuc hodie vetuſta arx eſt *Teck* dicta. Fulvius Urſinus in Caeſare, Volcae legit, pro Tectoſages. Volcae Tectoſages alii; nec abſurde.

Tenchtheri. aliis Thenchtheri, Appiano Tanchari, Plutarcho Tenterides, Tingri Ptolemaeo. Germaniae populi. Apud Willichium ſunt, qui hodie prope Rhenum, Luppiam & Lonam fluvios accolunt, ubi ſunt plerique Heſſi, & nonnulli Franci. H. Junio ſunt, qui Drentham incolunt, non abludente vocabulo.

Tigurinus pagus. Ejus caput & urbs olim fuit Aventicum, vulgo *Avenches*, ut indicat vetus inſcriptio, quae Aventici extat, in qua legitur GEN. PAG. TIGOR. hoc eſt, Genio pagi Tigorini. & urbs ipſa dicitur Aventicum Helvetiorum in alia inſcriptione.

Tolo-

Toloſates. Populi Narbonae finitimi: nomen retinuere, *Thoulouſe.*

Treviri Caeſari, Tribori Ptolemaeo. Triberi in Lib. Not. Belgicae populi, qui hodie *Trieriſche* poſſunt appellari, a metropoli *Trier.*

Triboces. Ita Caeſari. Ptolemaeo Tribocci. Germaniae populi; qui hodie *Elſaſſar* Pyramio; *Straſsburgher*, ab eorum metropoli Rhenano nominantur. Oſwaldo autem Molitori *Zun dreyen buchen*, vocantur. pagus eſt Alſatiae non male ad Tribocci vocem alludens.

Trinobantes, vel Trinovantes, Angliae populi. Hodie ſunt, ut Lelandus & Lhuydus affirmant, territorii Londinenſis. etiam Nevyllius; qui tamen latius extendit, & illis *Eſſex* & *Middelſex* adſcribit.

Tulingi. Celtae Helvetiis finitimi. *Lothringer*, ut Germani pronunciant, vel *Lorainois*, ut Galli, Marliano & Rhellicano ſunt. *Stulingen* & *Nellenburg* Comitatus Scudo.

Turones. Eorum urbs Archiepiſcopalis Caeſarodunum. *Tours.* Apud Ptolemaeum male legitur Τυρώπιοι pro Τυρόνιοι.

V.

Vangiones. Germaniae populi ad Rhenum. *Wormiſcher Bisthum*, B. Rhenano & Lichtenavio. Sed contra affirmat Pirchaymerus Vangiones eſſe Spirenſes, Nemetes vero Wormatienſes. Sig. Gemblacenſis tamen, qui ante annos ſcripſit circiter quingentos, Wormatiam Vangionum urbem vocat, eandemque Vangionum Speculam aliquando vocatam, ex antiqua ibidem inſcriptione colligit Joannes Heroldus.

Ubii. Germaniae populi, qui & Agrippinenſes Tacito, ubi & hodie Colonia Agrippina. *Ubich* pagus in agro Juliacenſi forte horum nomen ſervat.

Velauni. Pagus Velaunenſis. *Le Pays de Velai.* Eorum urbs Epiſcopalis Anicia. *Le pui en Velai. Le pui noſtre Dame. Noſtre Dame de pui.*

Vellaunodunum, Senonum oppidum, hodie *Auxerre* Coenali. Sed Vignereo *Caſteaulandon;* aliis *Villeneuve en Loraine.*

Velocaſſes. vide Bellocaſſes.

Veneti. Inter Armoricos, *Vannes* hodie in Britannia minori.

Veragri. Quorum urbs Octodorus. vide Octodorus.

Verbigemus. Pagus Helvetiorum. ignoratur.

Veromandui. Eorum urbs Auguſta Veromanduorum (*S. Quentin Vermandois*) Ptolemaeo, & in Martyrologio.

Veſontio. Metropolis maxima Sequanorum. vide Sequani.

Vienna. Allobrogum ad Rhodanum urbs, ſub Medulis. *Vienne* hodie.

Unelli. ignorantur.

Vocates. in Novempopulania. ignorantur.

Vocontii. Eorum duae civitates Epiſcopales, Dia Vocontiorum, *Die en Daulfiné.* item Vaſio Vocontiorum, *Vaiſon au Contat de Veniſſe.*

Vogeſus. Mons in finibus Lingonum, unde Moſa profluit. *Mont de Faucilles* dicitur Vineto.

Volcae. vide Arecomici.

Uſipetes. Germaniae populi, quos Plutarchus in vita Julii Huſipas vocat. Rhellicano ſunt intra Rhenum & montes in Haſſia, in eo loco qui *Hocbrug* appellatur. Hos Uſipetes, putat Willichius eoſdem eſſe cum Uſipiis Taciti & Veſpiis Ptolemaei; item Syſipetibus Appiani. Uſipii tamen & Uſipetes ſunt apud Tacitum diverſi populi. Nuſipi ſunt Straboni, ut cenſet H. Junius in ſua Batavia, ubi eos *Zutphen* hodie vocari, quidquid alii dicant, adfirmat. Viſpos Ptolemaei alios eſſe ab his, docent ejus tabulae.

Vahalis, ſive Walis. Batavorum fluvius, aut potius pars Rheni. *Wael* hodie dicitur. Tacitus Nabaliae fluminis etiam meminit. ſed, Vahalis, ibi quoque legunt.

Uxellodunum in finibus Cadurcorum primae Aquitaniae, in praerupto colle, qui Duranio flumini imminet, ſitum. Hodie nomen retinet. Incolis *Lopuech d'Uſſoldun*, id eſt, Podium Uxelloduni. Ibi quotidie effodiuntur multi nummi veteres. quaedam etiam monumenta venerandae vetuſtatis extant. Situm eſt in territorio oppidi Martelli. Fons etiam ille, de quo mentio fit in ejus oppugnatione Commentario VIII, oſtenditur a ruſticis, qui, mirum dictu, per manus traditum a majoribus habent, Uxellodunum a Caeſare obſeſſum & vix tandem expugnatum fuiſſe. Ridiculi ſunt, qui *Cadenac* interpretantur. Vide Duranium.

JOSEPHI JUSTI SCALIGERI

JUL. CAES. FIL.

NOTITIA GALLIAE.

ITEM

EJUSDEM. NOTAE

Super appellationibus locorum aliquot, & Gentium apud

CAESAREM.

Vulgatis caſtigatiores & auctiores ex ipſo Scaligeri autographo editæ.

EX MUSEO

[1]PAULI TERHAARII

AMSTELODAMAEI.

ANte tempora Auguſti, qui de imperii Romani Provinciis ſcripſerunt, in diviſione Galliarum nunquam provinciam Narbonenſem comprehendunt, quae intra Alpes, Juraſſum montem, Cebennas, Tarnim fluvium, Garumnam, Pyrenaeorum initium, & mare Maſſilioticum continebatur. Itaque quum apud illos ſcriptores Galliarum mentio occurrit, excipe ſemper Narbonenſem, ſi res geſtae ante imperium Auguſti memorantur. Et quidem unus omnium Romanorum C. Caeſar, ut Gallias arbitrio armorum ſubegit, ita etiam ſuo illas diviſit; in Belgas a Reno, ad Sequanam: hiuc ad Garumnam, in Celtas: quod reliquum eſt, intra Garumnam, Pyrenaeos, & mare Oceanum, in Aquitanos. Sed haec tertia pars, cum alterutra priorum comparata, adeo exigua viſa eſt, ut alia diviſio inſtituenda fuerit. Itaque Auguſtus non ſolum illam diviſionem caſtigavit, ſed in nova Galliarum diviſione inſtituenda etiam Provinciam Narbonenſem complexus eſt; quicquid intra Alpes, mare mediterraneum, & Oceanum, & Renum continetur, uno Galliarum nomine comprehendens, & quicquid intra illos fines ſitum eſt, in decem & ſeptem Provincias partitus eſt, Belgicam primam, Belgicam ſecundam, Germaniam primam, Germaniam ſecundam, Lugdunenſes quatuor, Maximam Sequanorum, Viennenſem, Alpes Graias & Poeninas, Alpes maritimas, primam Aquitaniam, Novempopulaniam. Poſtea Conſtantinus Magnus inſtitutis quatuor praefectis praetorio, duobus in Oriente, totidem in Occidente, alterum Occidentis in urbe Roma, alterum in urbe Treverenſi collocavit, qui praefectus praetorio Galliarum vocatus fuit. Et quia per occupationes Imperii in illis urbibus perpetuo haerere illis non licebat, vicarii aliquot eis attributi ſunt, qui eadem poteſtate provinciis jus redderent. Praefecto igitur praetorii Galliarum tres vicarii dati. Primo ſedes data Treveris, ſecundo Lugduni, tertio Viennae. Itaque ut horum vicariorum magna erat auctoritas, ita urbium quoque, in quibus ſedem habebant, maxima claritas. Treverenſi vicario parebant primae & ſecundae Germania & Belgica, & tota Britannia inſula. Lugdunenſi, quatuor Lugdunenſes, cum maxima Sequanorum. Viennenſi primae & ſecundae Narbonenſis & Aquitania. Alpes Graiae & Poeninae, Alpes maritimae, Novempopulania. Totum hoc, quod unius vicarii juriſdictioni ſubjacet, Latini quomodo deſignarint, non memini: ſed Graeci ἐξαρχίαν, διοίκησιν, πατριάν vocant. Regnorum vices multa in hac diviſione immutarunt, ſed ſtatus Eccleſiaſticus tam in Oriente quam in Occi-

1. V. N. Heinſii Epiſt. V. III. Epiſt. Corp. Burm. p. 258.

Occidente ejus integra veſtigia hactenus retinuit. Nam civitates, quae provinciis nomina fecerunt, μητροπόλεις vocant: & ſi in eis ſedes fuerit vicarii, quem ἔξαρχον vocabant, eas non ſolum μητροπόλεις, ſed & ἐξαρχίας & πατριαρχίας vocant: & praeſules earum ἐξάρχους καὶ πατριάρχας: reliquos μητροπολίτας, καὶ ἀρχιεπισκόπους, qui ſub ſe tantum ἐπισκόπους habent: nam οἱ ἔξαρχοι ſub ſe praeter epiſcopos μητροπολίτας habent, μητροπολῖται vero tantum ἐπισκόπους. In Eccleſia Latina Archiepiſcoporum & nomen & jus manet, & juriſdictio Canonica in ſuos epiſcopos ſuffraganeos, ſed ἐξάρχων nulla veſtigia extant: niſi forte quaedam umbra ejus fuerit, quod metropolita ſive archiepiſcopus Viennenſis primatem primatum ſeſe vocat. Eo enim oſtendit ſub ſe primates habuiſſe, qui ſub eo eſſent, Narbonenſem primatem Provinciae, Bituricenſem primatem Aquitaniae. Aliter quomodo aut quo jure primas primatum diceretur, niſi ratione dioeceſeos Vicarii Viennenſis praefecti praetorio, qui ſeptem provincias ſub ſe habebat, in quibus prima Narbonenſis, & prima Aquitania? Quod vero Lugdunenſis primatem ſeſe vocari gaudeat, nuperum & novitium eſt, & illi ex beneficio Pontificis Rom. indultum. neque tamen novum eſt. Nam Guilielmus Brito in ſua Philippeide ita canit:

Et Lugdunenſis, quo Gallia tota ſolebat,
Ut fama eſt, Primate regi.

At primas primatum antea dici jure non potuit, quia nullam primam provinciam ſub ſe habebat. Viennenſis primas quidem primatum vocari vult, ſed cauſſam tam ille, quam omnis eccleſia ignorat. Haec diviſio Galliarum, ut omnium antiquiſſima, ita certiſſima nobis ſequenda erat, neque ulla melior quaerenda a nobis erat, ſi integrae illae ἐξαρχίαι adhuc finibus Regni Francorum continerentur, ut olim ſub Karolo Magno, & ejus filio, & nepotibus. Sed quia ex illo ampliſſimo imperio multae Provinciae detractae ſunt, alia nobis tributio inſtituenda. Galliae igitur ſive Franciae imperium octo tribunalibus temperatur, quae jus reddunt provinciis ſuis, a quibus Tribunalibus provocatio non eſt. Quorum & majeſtas auguſtiſſima eſt, & auctoritas ſacroſancta. Parlamenta Galli idiomate ſuo vocant. Non poſſumus meliorem noſtrae partitionis rationem inire, quam ſi in octo haec Parlamenta omne Francorum regnum dividam, & ea in Provincias ſuas. Per Provincias autem non, ut hodie a regibus inſtituuntur, quia quot reges, tot mutationes provinciarum & nomina, aut regimina eorum oriuntur: Sed per dioeceſes Eccleſiaſticas & Epiſcopatus procedet diviſio noſtra: quia hoc modo non diſcedemus a priſca Romani imperii notitia. Quod ſi quidam novi epiſcopi inſtituti ſunt, aut Metropolitae, hoc non nocet veteri Romanae diſpoſitioni: modo conſtet, unde illi epiſcopatus abſciſſi ſint. Nam certum eſt, quum epiſcopatus novi inſtituuntur, veteres minui tantum, quantum ex illis abſciſſum in novam dioeceſim confertur. Vetuſtiſſimum igitur Tribunal Pariſienſe eſt, idque primo unicum in regno fuit, & reliqua ad ejus exemplum temporibus poſterioribus inſtituta.

Sub Pariſienſi Parlamento Dioeceſes ſunt xxx, in his Epiſcopatus xxv Archiepiſcopatus quinque.

Epiſcopatus octo, ſuffraganei Remenſi Metropolitae, ſive Archiepiſcopo.

I. *Laudunenſis.* Dux & Par Franciae, olim Laudunum Clavatum, vulgo *Laon.*

II. *Catalaunenſis.* Comes & Par Franciae. *Chaalon.*

III. *Sueſſonenſis.* Olim Auguſta Sueſſonum. *Soiſſons.*

IV. *Morinenſis.* Teroana Morinorum. Retinet nomen, quanquam deleta a Carolo V. ejus epiſcopalis ſedes Bononiam tranſlata, ubi eſt navale, veteribus Geſſoriacus dictum.

V. *Ambianenſis.* Samarobriva Ambianorum. *Amiens.*

VI. *Noviomagenſis.* Comes & Par Franciae. *Noion.* Noviomagus Vadicaſſium Ptolemaeo. (vulgo Eccleſiaſticorum Noviomus dicitur per compendium, ut Treſſes pro Tricaſſes.)

VII. *Silvanectenſis. Senlis.* Silvanectum.

VIII. *Bellovacenſis.* Caeſaromagus Bellovacorum, Comes & Par Franciae. *Beauvais.*

Septem Epiſcopatus ſub Metropoli Senonenſi.

IX. *Pariſienſis.* Lutetia Pariſiorum. Caput totius Francorum regni.

X. *Carnutenſis.* Autricum Carnutum. *Chartres.*

XI. *Aurelianenſis.* Genabum Aurelianorum. *Orleans.* Inepte vocant Aureliam. Temporibus C. Caeſaris haec urbs Carnutibus accenſebatur, & Autrico parebat.

XII. *Nivernenſis. Nevers.* Noviodunum Nivernenſium.

XIII. *Autiſſiodorenſis. Auſſerre.* Autiſſiodorum.

XIV. *Tricaſſenſis.* Auguſtobona Tricaſſium. *Troie en Champagne.* Vulgo Eccleſiaſtico Treſſes corrupte, ut Noviomus pro Noviomagus.

XV. *Meldenſis.* Jatinum Medorum. *Meaux.*

Quatuor Epiſcopi ſub Metropoli Burdigalenſi.

XVI. *Pictavienſis.* Auguſtoritum Pictorum. *Poitiers.*

XVII. *Maleacenſis.* Novus Epiſcopatus ex Monaſterio, delibatus ex dioeceſe Pictavienſi. *Maillezés.*

XVIII. *Luxonenſis.* Luſſon. Novus Epiſcopatus ex Monaſterio, detractus ex Pictavienſi.

XIX. *Enculiſma.* Auſonio Eculiſma. *Engouleſme.*

Duo Epiſcopatus ſub Metropoli Turonenſi.

XX. *Andegavenſis. Angiers.* Juliomagus Andicavorum. in Ptolemaeo excuſum eſt ἀνδικαῦιαι, pro ἀνδικαῦαι.

XXI. *Cenomanenſis. Le Mans.* Vindicum Aulercorum Cenomanorum.

Duo Epiſcopatus ſub Metropoli Bituricenſi.

XXII. *Claromontenſis. Clermont.* Auguſtonemetum Alvernorum. Sidonio ejus urbis Epiſcopo dicitur tantum Alvernum.

XXIII. *Sancti Fiori. Sainct Flour.* Novus Epiſcopatus, delibatus ex Claromontenſi.

Duo Epiſcopatus ſub Metropoli Lugdunenſi.

XXIV. *Lingonenſis. Langres.* Dux & Par Franciae. Andomatunum Lingonum.

XXV. *Matiſconenſis. Maſcon.* Matiſco Eduorum. Caeſar in extremo Commentario VII.

Quinque Metropoles, ſive Archiepiſcopatus.

XXVI. *Remenſis.* Dux & primus Par Franciae. Secunda Belgica. Durocortorum Remorum. *Reims.*

XXVII. *Senonenſis.* Agendicum Senonum. Quarta Lugdunenſis. *Sens.*

XXVIII. *Bituricenſis.* Primas Aquitaniae. Avaricum Biturigum Cuborum. Prima Aquitania. *Bourges.* In Decreto Gratiani vocatur Patriarcha, & aliquando legimus hunc titulum ipſos Bituricenſes Praeſules uſurpare. Sed Forojulienſis Epiſcopus ipſe quoque vocatur Patriarcha. In vetuſtiſſimis Annalibus Franciae: *Paulinus Patriarcha Forojulienſis obiit.*

XXIX. *Turonenſis.* Tertia Lugdunenſis. *Tours.* Caeſarodunum Turonum. In Ptolemaeo male excuſum eſt Τυρὼπιοι, pro Τυρόνιοι.

XXX. *Lugdunenſis.* Lugdunum Seguſianorum. Prima Lugdunenſis. *Lion.* Hodie primatus Cleri Gallicani.

Tribunal Toloſanum ampliſſimum inſtitutum a Rege Karolo VII, habet ſe ſub dioeceſes unam & triginta, Epiſcopatus in his XXIIX, Archiepiſcopatus tres.

Sub Metropoli Narbonenſi Epiſcopatus novem.

I. *Nemauſenſis.* Nemauſus Volcarum Arecomicorum. *Niſmes.*

II. *Ucetienſis. Uſetz.* Ucetenſium civitas.

III. *Lutevenſis.* Luteva. *Lodeve.*

IV. *Sancti Pontii Tomeriarum. Sainct Pont de Tomieres.*

V. *Aletenſis. Alet.* pro quo in Decreto & Decretalibus aliquando perperam editum eſt, *Arelatenſis.* civitas Aletenſium.

VI. *Magalonenſis. Mompelier*, ab inſula Magalone, ubi prius fuit ſedes Epiſcopalis, in Volcis Arecomicis.

VII. *Bitierenſis. Beſiers.* Bitierae, aut Biterae Septimanorum in Arecomicis. Ptolemaeo βαιτίραι.

VIII. *Agathenſis. Agde.* ἀγαθῇ τύχῃ. a Maſſilienſibus Graecis condita in Volcis Arecomicis.

IX. *Carcaſſonenſis. Carcaſſone.* Carcaſſo Volcarum Tectoſagum.

Sub Metropoli Bituricenſi Epiſcopatus ſeptem.

X. *Mimatenſis. Mende.* Vicus Mimates Gabalorum, vel Gabalitanorum, *Mende de Givauldan.* Nam ſyllabam GA primam in vocibus Galli mutant in GI, Gabalitanum, *Givauldan:* Gabalum, *Gibet:* Garumna, *Gironne:* quam etiam Gerunnam vocat Guilielmus Brito in ſua Philippeide: *Quum poſt retrofluum pelago creſcente Gerunnam.*

XI. *Caſtrenſis. Caſtres.* Epiſcopatus novus.

XII. *Albigenſis. Albi.* Civitas Albigenſium.

XIII. *Anicienſis. Le Pui en Velay.* Civitas Velaunorum.

XIV. *Rutenenſis. Rodés.* Segodunum Rutenorum.

XV. *Vabrenſis. Vabres.* Novus Epiſcopatus ex Monaſterio, abſciſſus a Rutenſi.

XVI. *Cadurcenſis. Caors.* Divona Cadurcorum.

Sub Metropoli nova Toloſa, ſeptem novi Epiſcopatus ex Monaſteriis, detracti de diverſis; partim ſinguli de ſingulis, partim ſinguli de pluribus.

XVII. *Apamienſis. Pamiers.*

XVIII. *Mirapicenſis. Mirepoix.*

XIX. *Sancti Papuli. Sainct Papoul.*

XX. *Montalbonenſis. Montaulban.*

Sainct Theodard de Montaulban.

XXI. *Vaurenſis. La Vaur.*

XXII. *Rivenſis. Rieus.* Rivi. Rivenſe Monaſterium.

XXIII. *Lombarienſis. Lombés.* Lombarienſe monaſterium.

Sub Metropoli Auſcorum quatuor Epiſcopatus.

XXIV. *Convenenſis. Sainct Bertrand de Cominge.* Lugdunum Convenarum olim ab exercitu Guntchranni Regis dirutum, & ex ejus ruinis Sancti Bertrandi Fanum in valle Capraria conſtructum.

XXV. *Conſarannenſis. Sainct Legier de Conſerans.* Civitas Conſarannorum.

XXVI. *Turbenſis. Tarbe.* Tarba Bigerronum. In notitia Provinciarum Galliae male editum *Turba.*

XXVII.

XXVII. *Lactoratenſis. Laictoure.*

In Metropoli Viennenſi Epiſcopatus unicus.

XXVIII. *Vivarienſis.* Caſtrum Vivario Albenſium, vel Elvenſium. *Viviers.* Apud Caeſarem hactenus omnes interpretati ſunt Albigenſes. At Albigenſes ſunt in Aquitania ad flumen Tarnim. Albienſes, vel Elvienſes ad Rodanum. In Notitia Provinciarum Galliae ſub provincia Viennenſi prima *Civitas Albenſium, hoc eſt, Beliſio.* Ridiculum eſt. Nam ſcripti libri habent, *Civitas Albenſium, nunc Vivario.* Caeſar profecturus in Gallias per Albenſes tranſivit in finibus provinciae Romanorum. Atqui, ut diximus, Albigenſes non erant in provincia Romana. Apud Plinium Alba Helviorum eſt, quae hodie *Aubenas* vocatur in Vivarienſi dioeceſi, Ptolemaeo ἀλβαύγυςα ἐλικωκίων. vocat Helicocios, quos Latini Helvios. *Aubenas* autem eſt nomen pluralis numeri Albanates, ut a Toloſa Toloſates, a Nola Nolates in veteri inſcriptione.

Metropoles tres.

XXIX. *Narbonenſis. Narbone.* Narbo Martius. Prima Narbonenſis. Secunda Viennenſis.

XXX. *Auſcenſis.* Auguſta Auſcorum; Novempopuli. Civitas Novempopulania. *Auch.* inepte vulgo Eccleſiaſtico Auxitanus Archiepiſcopus pro Auſciorum, aut Auſcorum.

XXXI. *Toloſa*, nova Metropolis detracta metropoli Narbonenſi. Novempopuli, a quibus nominata eſt, ſunt hi: Convenae, Conſaranni, Bigerrones, Lactoratenſes, Vaſates, Eloronenſes, Laſcarienſes, Tarbelli, Atyrenſes. Nam Lapurdenſes comprehenduntur ſub Tarbellis. Vide Extravagantes. Toloſa Volcarum Tectoſagum.

Gratianopolitanum Tribunal a Karolo VII inſtitutum ſeptennio poſtquam Toloſanum inſtitutum: vulgo *Parlamentum Delfinatus.* Habet dioeceſes ſeptem: in his Epiſcopatus quinque, Archiepiſcopatus duos.

Sub Metropoli Viennenſi Epiſcopatus tres.

I. *Valentinus. Valence.* Valentia Segalaunorum, non autem Cavarum, ut eſt apud Plinium.

II. *Dienſis. Die.* Auguſta Dia Vocontiorum in veteribus inſcriptionibus. Hae duae dioeceſes ab uno Epiſcopo reguntur: & tamen ſeparatae ſunt: neque altera alterius jura uſurpat. In aliis codicibus dicitur Dea, non Dia: & in Notitia Provinciarum ex veſtigiis priſcae lectionis videmur odorari *Civitas Deenſium:* ubi hodie vitioſe excuſum *Civitas Athenſium*, & omnino *Deenſium* legendum, ut diximus: quia alioquin haec Civitas deſideraretur.

III. *Gratianopolitanus. Grainoble.* a Gratiano imperatore ita dicta, quum antea Cularo vocaretur, ut in duabus egregiis inſcriptionibus legimus. In epiſtola Planci ad Ciceronem, quae incipit Nunquam Mehercule, in fine ita editum vulgo: *Octavo Eidus Junias, Civarone, in finibus Allobrogum.* Ubi legendum *Cularone.* In Notitia imperii ita excuſum eſt: In Provincia Gallia Ripanensi: *Tribunus cohortis primae Flaviae Sapaudiae Calaronae.* Ubi legendum quoque *Cularonae*, aut *Cularone.* Gratianopolis igitur eſt ſedes ampliſſimi Senatus Delfinatenſis ad flumen Iſaram ſita; Cujus fluminis non ſemel meminit Plancus ad Ciceronem. Territorium illius urbis, vel potius ager ſuburbicarius vocatur *Graiſivouldan* a vulgo Delfinatium, voce corrupta ex Gratianopolitano.

Sub nova Metropoli Arelatenſi unus Epiſcopatus.

IV. *Tricaſtinenſis. Sainct Antoine de Tricaſtin.* Auguſta Tricaſtinorum. aliam civitatem ponit Ptolemaeus; Juliomagum Tricaſtinorum.

Sub Metropoli Aquenſi unus Epiſcopatus.

V. *Vapincenſis. Gap.* Vapingum. Territorium dicitur *Gapençois.*

Duae Metropoles.

VI. *Viennenſis. Vienne.* Vienna Allobrogum. prima Viennenſis.

VII. *Ebrodunenſis. Ambrun.* Ebrodunum Alpium maritimarum. Quarta Viennenſis. Ebrodunum Caturigum. Aliud eſt Ebrodunum in finibus Helvetiorum, *Iverdun.*

Tribunal Burdegalenſe inſtitutum primo a Karolo VII; annis quatuor poſt Toloſanum. Quum autem per populares factionis Anglicae rebellaſſent Burdigalenſes, armis iterum a Karolo Burdegala recepta, multati ſunt privilegiis ſuis, & Tribunali, & a decuria Senatus Pariſienſis tamdiu recti ſunt, donec Ludovicus XI iterum tribunal reſtituit. Hinc factum, ut Senatus Burdigalenſis, qui antea tempore Gratianopolitanum antecedebat, nunc poſterior ſit, & quartus in ordine ſupremorum Senatuum Galliae. Habet ſub ſe Epiſcopatus undecim, metropolim unam, ipſam ſcilicet Burdegalam.

Sub Metropoli Auſcorum Epiſcopatus quatuor.

I. *Baionenſis. Baionne.* Baiona Lapurdenſium in Tarbellis. Nam totus ille tractus Syrtium, quas Landas vocant, dicitur Lapurdum Sidonio: hodie *Labord.*

II. *Aquenſis. Aqs.* Aquae Tarbellicae. Aquae Tarbellorum.

III. *Vaſatenſis. Baſats.* Vaſconice, B, pro *V*, Coſſio Vaſatum.

IV. *Adurenſis. Aire.* Atyrenſium civitas, vel Aturen-

turenſium, a flumine Atyro, vel Aturo. vide Lectiones Auſonianas.

Sub Metropoli Burdigalenſi Epiſcopatus quinque.

V. *Xantonenſis. Saintonge.* Mediolanum Xantonum, vel Santonum.

VI. *Petrocorienſis. Perigueus.* Veſuna Petrocoriorum. etiam hodie vetus oppidum illius Civitatis vocatur Veſuna: & turris vetuſtiſſimae ſtructurae.

VII. *Sarlatenſis. Sarlat.* Novus Epiſcopatus detractus Petrocorienſi.

VIII. *Agennenſis. Agen.* Aginnum Nitiobrigum. In Plinio male excuſum, *Antobroges Tarneg amne diſcreti a Toloſanis.* Legendum enim: *Nitiobriges Tarno amne.* Vide lectiones Auſonianas. In libro Hieronymi de claris ſcriptoribus dicitur *Agennum* ut vulgo: ſed Ptolemaeo & Auſonio *Aginnum* per i.

IX. *Condomienſis. Condom.* Novus Epiſcopatus in pago Aginnenſi ultra Garumnam, ex monaſterio, delibatus de Aginnenſi.

Sub Metropoli Bituricenſi Epiſcopatus duo.

X. *Lemovicenſis. Limoges.* Ratiaſtum Lemovicum.

XI. *Tutelenſis. Tulle.* Novus Epiſcopatus ex monaſterio, deminutus de Lemovicenſi.

Metropolis unica.

XII. *Burdigalenſis. Bourdeaus.* Burdigala Biturigum Viviſcorum. Secunda Aquitania.

Tribunal Aquenſe, inſtitutum a Ludovico XII. Sub eo ſunt dioeceſes tredecim: in quibus Epiſcopatus undecim, Archiepiſcopatus duo.

Sub Metropoli Ebrodunenſi Epiſcopatus quinque.

I. *Dinienſis. Dine.* Dinia Sentiorum, aut Ebroduntiorum.

II. *Craſſenſis. Graſſe.*

III. *Glandatenſis. Glandeve.* Glannate.

IV. *Sanitienſis. Senas.* Sanitium Vesdiantiorum in Alpibus maritimis.

V. *Ventienſis. S. Paul de Vences.* Ventium Neruſiorum in Alpibus maritimis.

Sub Metropoli Aquenſi quatuor Epiſcopatus.

VI. *Aptenſis. Apt.* Apta Julia Vulgientium. male *Athenſium* in notitia Provinciarum pro Aptenſium.

VI. *Reienſis. Riës.* Male apud Sidonium & alios *Regienſis.* Civitas Reienſium.

VIII. *Forojulienſium. Frejus.* Forum Julium, Octavanorum coloniae Pacenſis claſſica.

IX. *Ceſteronenſis. Ciſteron.* Ceſtero. Excuſum tamen *Ceſtero* in Notitia Provinciarum. Segeſtoriorum civitas.

Sub nova Metropoli Arelatenſi Epiſcopatus duo.

X. *Maſſilia. Marſeille.* Urbs Graecorum Phocaeenſium.

XI. *Telonenſis. Toulon.* Telonum.

Duae Metropoles.

XII. *Aquenſis. Aix.* Aquae Sextiae Salyorum. Secunda Narbonenſis. Tertia Viennenſis. Sedes Parlamenti.

XIII. *Arelatenſis. Arles.* Arelate Salyorum. Arelate Sextanorum. Nova Metropolis. neque mihi conſtat quando inſtituta. Nam ante trecentos annos erat ſub Viennenſi.

Divionenſe Tribunal, inſtitutum a Ludovico XII. Sub eo duo Epiſcopatus. Divio Caſtrum vocatur in Martyrologiis vetuſtiſſimis.

Sub Metropoli Lugdunenſi Epiſcopatus duo.

I. *Auguſtodunenſis. Auſtun.* Auguſtodunum Eduorum.

II. *Cabillonenſis. Challon ſur Saone.* (Ita ſcribi debet Gallice, non *Chaalon.* Nam hoc eſt Catalaunum.) Caballinum, vel Caballionum Eduorum.

Rotomagenſe Tribunal, inſtitutum a Ludovico XII. Sub quo dioeceſes ſeptem: quarum ſex Epiſcopatus: unus Archiepiſcopatus.

Sub Metropoli Rotomagenſi Epiſcopatus ſex.

I. *Abrincantenſis. Avrenches.* Ingena Abricantorum.

II. *Ebroïcenſis. Evreux.* Mediolanum Aulercorum Eburovicum.

III. *Baiocenſis. Baieux.* Baiocaſſes.

IV. *Saienſis. Sais.* Saiorum Civitas.

V. *Conſtantienſis. Coutances.* Conſtantia.

VI. *Lexovienſis. Liſieux.*

Metropolis unica.

VII. *Rotomagenſis. Rouen.* Rotomagus Venellocaſſum. Secunda Lugdunenſis. Sedes ampliſſimi Senatus Normanniae.

Tribunal Redonenſe in Britonibus Aremoricis, inſtitutum ab Henrico II memoria noſtra. Sub eo ſunt dioeceſes novem, omnes Epiſcopatus.

Sub Metropoli Turonenſi novem Epiſcopatus.

I. *Briocenſis. Sainct Brieu.*

II. *Machlovienſis. Sainct Malo.*

III. *Leonenſis. Sainct Paul de Leon.*

IV. *Nannetenſis. Nantes.* Condivicinum Nannetum.

V. *Venetenſis. Vannes.* Veneti ſatis noti Commentariis Caeſaris.

VI. *Tricorienſis. Triguier. Landtriguier.*

VII. *Curoſopitenſis. Cornouaille.*

VIII. *Dolenſis. Dol.* Hic Epiſcopus habet jus pallii, & ideo locum habet inter Archiepiſcopos.

IX. *Redonenſis. Renes.* Condate Redonum. Sedes Parlamenti Britanniae Aremoricae.

Ar-

Atque hi quidem ſunt octo ampliſſimi Senatus Franciae. Sed accrevit ditioni Regis Franciae Senatus ſupremus Benearnenſis, Chriſtianiſſimo Henrico rege Navarrae capeſſente ſceptrum regni Franciae jure ſucceſſorio. Tamen Benearnenſis principatus ſemper ſeparatus fuit a ditione Francorum, & eodem jure fuit, quo regnum, quod eſt optimo maximo jure, id eſt, nulli ditioni ſubditum.

Tribunal Benearnenſe ab Henrico rege Navarrae Chriſtianiſmi Henrici quarti avo materno inſtitutum in caſtro Palo. Sub eo ſunt Epiſcopatus duo.

Sub Metropoli Auſcorum Epiſcopatus duo.

I. *Laſcarienſis. Leſcar.* Civitas Laſcarienſium.

II. *Oloronenſis. Oleron.* Eloronenſium civitas.

Rurſus rex potitur Civitate Mediomatricum, ubi Magiſtratus miſſus a Rege Senatui urbis praeſidet.

Tribunal Mediomatricis urbis habet Epiſcopatus tres.

Sub Metropoli Treverenſi Epiſcopatus tres.

I. *Metenſis. Mets.* Divodurum Mediomatricum: olim ſedes Regni Lotaringiae. Luitprandus, *Metenſem urbem, quae potentiſſima in regno Lotarii claret.* Regnum Lotarii *Lotarrijck*, Lotaringiam vocat.

II. *Tulienſis. Toul.* Tullum Leucorum.

III. *Virdunenſis. Verdun.* Verodunum. In veteribus Conciliis Gallicanis aliquando *epiſcopus Veronenſis* perperam legitur pro *Verodunenſis.* Alii *Verdunum* ſcribunt.

Igitur hodie ſub ditione Chriſtianiſſimi Francorum Regis ſunt Dioeceſes CXVI, in quibus CII Epiſcopatus, XIV Archiepiſcopatus. Quia igitur nulli fines provinciarum certi ſunt, Regibus pro arbitrio omnia mutantibus, ideo nobis haec tributio omnium expeditiſſima viſa eſt, quam jure ſequuti ſumus.

Praeter Dioeceſes CXVI, quae hodie ſub ditione ſunt Regis Francorum, aliae V ſunt intra fines Imperii Gallicani, & tamen ſunt extra ditionem Francorum; quatuor nempe in Comitatu Venitiae, id eſt, Avenionenſi; & una extra Comitatum.

Comitatus Avenionenſis ſive Venitiae, Dioeceſes habet IV ſub ditione Pontificis Romani, in quibus Archiepiſcopatus unus, Epiſcopatus tres.

Metropolis ſive Archiepiſcopatus primus.

I. Avenio. Metropolis nova. *Avignon.* Avenio Cavarum. Pontifices Romani inſtituerunt hanc Metropolin, quum antea ſuffragaretur Viennae, ut & tres reliquae civitates.

Epiſcopatus tres ſub Metropoli Avenionenſi.

I. Carpentoractenſis. *Carpentras.* Carpentoracte Meminorum.

II. Cabillonenſis. *Cavaillon du Contat.* Cabillio Cavarum Colonia.

III. Vaſionenſis. *Vaiſon.* Vaſio Vocontiorum.

Extra Comitatum Avenionenſem Epiſcopatus eſt.

Arauſionenſis. *Orange. Aurange* indigenis, vulgo inepte *Auraſio* & *Auraica:* Arauſio Cavarum. Hic Principatus habet hodie proprium Dynaſtam ſeu Principem ex gente illuſtriſſima Naſſawia.

Quia vero initio hujus diatribae mentionem fecimus Galliarum, quas in XVII Provincias Auguſtum tribuiſſe monuimus; non poſſumus ſine piaculo ipſas provincias tranſire, partim ut eam diviſionem proponeremus, partim ut notitiam earum provinciarum, quae mirifice depravata circumfertur, ex veteribus Codicibus emendatam poſteritati daremus. Scito quicquid diſcrepat ab excuſis, id a ſcripta lectione eſſe.

NOTITIA PROVINCIARUM GALLIAE.

Provincia Lugdunenſis I.

Metropolis Civitas Lugdunenſium. *l'Archeveſché de Lion.*

Civitas Eduorum, hoc eſt, Auguſtodunum. *l'Eveſché d'Autun.*

Civitas Lingonum. *l'Eveſché de Langres.*

Caſtrum Matiſconenſe. *l'Eveſché de Maſcon.*

Caſtrum Caballionenſe. *l'Eveſché de Challon ſur Saoſne.*

Provincia Lugdunenſis II.

Metropolis Civitas Rotomagenſium. *l'Archeveſché de Rouen.*

Civitas Baiocaſſium. *l'Eveſché de Baieux.*

Civitas Abrincatorum. *l'Eveſché d'Avranches.*

Civitas Saiorum. *l'Eveſché de Sés, ou Sais.*

Civitas Lexoviorum. *l'Eveſché de Liſieus.*

Civitas Conſtantienſium. *l'Eveſché de Coutances.*

Provincia Lugdunenſis III.

Metropolis Civitas Turonorum. *l'Archeveſché de Tours.*

Civitas Cennomannorum. *l'Eveſché du Mans.*

Civitas Redonum. *l'Eveſché de Renes.*

Civitas Andegavorum. *l'Eveſché d'Angiers.*

Civitas Nannetum. *l'Eveſché de Nantes.*

Civitas Curoſopitorum. *l'Eveſché de Cornouaille.*

Civi-

Civitas Ciantium, id eſt, Venetorum. *l'Eveſché de Vennes, ou Vannes.*
Civitas Oſiſmiorum.
Civitas Diablintum, id eſt, Cariſes.

Provincia Lugdunenſis IV.

Metropolis Civitas Senonum. *l'Archeveſché de Sens.*
Civitas Carnutum. *l'Eveſché de Chartres.*
Civitas Autiſſodorum. *l'Eveſché d'Auxerre.*
Civitas Trecaſſium. *l'Eveſché de Troies.*
Civitas Aurelianorum. *l'Eveſché d'Orleans.*
Civitas Pariſiorum. *l'Eveſché de Paris.*
Civitas Meldorum. *l'Eveſche de Meaux.*

Provincia Lugdunenſis V.

Metropolis Civitas Criſpolinorum, id eſt, Veſuntio. *l'Archeveſché de Beſançon.*
Civitas Equeſtrium, id eſt, Nevidunum. *La ville de Nion entre Geneve & Lauſanne.*
Civitas Elvicorum, id eſt, Aventicum. *Avanches.*
Civitas Baſilienſium.
Caſtrum Viridunenſe.
Caſtrum Ebrodunenſe.
Caſtrum Argentarienſe.
Caſtrum Rauricenſe.
Portus Abucina.

Provincia Belgica I.

Metropolis Civitas Treverorum. *l'Archeveſché de Treves.*
Civitas Mediomatricum, hoc eſt, Metis. *l'Eveſché de Metz.*
Civitas Leucorum, id eſt, Tullo. *l'Eveſché de Toul.*
Civitas Verdonenſium. *l'Eveſché de Verdun.*

Provincia Belgica II.

Metropolis Civitas Remorum. *l'Archeveſché de Reims.*
Civitas Sueſſonum. *l'Eveſché de Soiſſons.*
Civitas Catalaunorum. *l'Eveſché de Chaallon.*
Civitas Veromanduorum. *La ville de Sainct Quentin en Vermandois.*
Civitas Atrebatum. *l'Eveſché d'Arras.*
Civitas Cameracenſium. *l'Eveſché de Cambraî.*
Civitas Tornacenſium. *l'Eveſché de Tournay.*
Civitas Silvanectum. *l'Eveſché de Senlis.*
Civitas Bellovacorum. *l'Eveſché de Beauvais.*
Civitas Ambianenſium. *l'Eveſché d'Amiens.*
Civitas Morinorum, id eſt, Ponticum. *l'Eveſché de Terouane.*
Civitas Bononienſium. *La ville de Bouloigne ſur mer.*

Provincia Germanica I.

Metropolis Civitas Magontiacenſium.
Civitas Argentoratenſium. Stratiburgo.
Civitas Nemetum, hoc eſt, Spira.
Civitas Wangionum, hoc eſt, Warmacia.

Provincia Germanica II.

Metropolis Civitas Agrippinenſium, hoc eſt, Colonia.
Civitas Tungrorum. *La ville de Tungres.*

Provincia Viennenſis I.

Metropolis Civitas Viennenſium. *l'Archeveſché de Vienne.*
Civitas Genevenſium. *l'Eveſché de Geneve.*
Civitas Gratianopolitanorum. *l'Eveſché de Grenoble.*
Civitas Deenſium. *l'Eveſché de Die.*
Civitas Valentinorum. *l'Eveſché de Valence.*
Civitas Tricaſtinorum. *l'Eveſché de Sainct Antoine de Tricaſtin.*
Civitas Vaſionenſium. *l'Eveſché de Vaiſon.*
Civitas Arauſicorum. *l'Eveſché d'Aurange.*
Civitas Carpentoractenſium, nunc Vindauſica. *l'Eveſché de Carpentras.*
Civitas Caballicorum. *l'Eveſché de Cabaillon.*
Civitas Avennicorum. *l'Archeveſché d'Avignon.*
Civitas Arelatenſium. *l'Archeveſché d'Arles.*

Provincia Viennenſis II.

Metropolis Civitas Narbonenſium. *l'Archeveſché de Narbone.*
Civitas Toloſatium. *l'Archeveſché de Toloſe.*
Civitas Agathenſium. *l'Eveſché d'Agde.*
Civitas Aletenſium. *l'Eveſché d'Alet.*
Civitas Betterienſium. *l'Eveſche de Beſiers.*
Civitas Magalonenſium. *l'Eveſché de Magalone, ou Mompelier.*
Civitas Nemauſenſium. *l'Eveſché de Nimes.*
Caſtrum Luteva. *l'Eveſché de Lodeve.*
Caſtrum Ucetienſe. *l'Eveſché d'Uſetz.*

Provincia Viennenſis III.

Metropolis Civitas Aquenſium. *l'Archeveſché d'Aix.*
Civitas Reienſium, id eſt, Reius. *l'Eveſché de Riës.*
Civitas Aptenſium. *l'Eveſché d'Apt.*
Civitas Forojulienſium. *l'Eveſché de Frejus.*
Civitas Wapincenſium. *l'Eveſché de Gap.*
Civitas Segeſtoriorum. *l'Eveſche de Siſteron.*
Civitas Antipolitana. *la ville d'Antibe, ou Antibol.*

Provincia Viennenſis IV. in Alpibus Maritimis.

Metropolis Civitas Ebrodunenſium. *l'Archeveſché d'Ambrun.*
Civitas Dinienſium. *l'Eveſché de Dine.*
Civitas Rigomagenſium.
Civitas Sollinienſium.
Civitas Sanicienſium, id eſt, Sanici. *l'Eveſché de Senas.*
Civitas Glannatena. *l'Eveſché de Glandeves.*
Civitas Cemelevenſium.
Civitas Vencienſium. *l'Eveſche de S. Paul de Vences.*

Provincia Viennenſis V. Alpium Graiarum Peninarum.

Metropolis Civitas Centronum, hoc eſt, Tarantaſia. *l'Archeveſché de Tarantaiſe.*

Civi-

Civitas Vallenſium, hoc eſt, Octodurum. *Sainct Maurice.*

Provincia Aquitania prima, VI Viennenſis.

Metropolis Civitas Bituricum, vel Betorigorum. *l'Archeveſché de Bourges.*

Civitas Arvernorum. *l'Eveſché de Clermont en Auvergne.*

Civitas Rutenorum. *l'Eveſché de Rodés, ou Rodais.*

Civitas Albigenſium. *l'Eveſché d'Albi.*

Civitas Cadurcorum. *l'Eveſché de Caors.*

Civitas Lemovicum. *l'Eveſché de Limoges.*

Civitas Gabalorum. *le pays de Givauldan.*

Civitas Velaunorum. *le pays de Velai.*

Provincia Aquitania ſecunda, VII Viennenſis.

Metropolis Civitas Burdegalenſium. *l'Archeveſché de Bourdeaux.*

Civitas Agennenſium. *l'Eveſché d'Agen.*

Civitas Ecoliſmenſium. *l'Eveſché d'Engouleſme.*

Civitas Sanctonum. *l'Eveſché de Sainctes.*

Civitas Pictavorum, vel Pectavonum. *l'Eveſché de Poitiers.*

Civitas Petrogoriorum. *l'Eveſché de Perigueus.*

Provincia Aquitania tertia, Novempopulania, VIII Viennenſis.

Metropolis Civitas Auſciorum. *l'Archeveſché d'Auch.*

Civitas Aquenſium. *l'Eveſché d'Aqs.*

Civitas Lacturacium, vel Laſtoracium. *l'Eveſché de Laictoure.*

Civitas Convenas. *l'Eveſché de Cominges.*

Civitas Conſarannorum, vel Conſorannorum. *l'Eveſché de Conſerans.*

Civitas Boatum, id eſt, Borus. *Le pays de Buchs.*

Civitas Benearnenſium, id eſt, Benaanus. *Le pays de Bearn.*

Civitas Aturenſium. *l'Eveſché d'Aire.*

Civitas Vaſatica. *l'Eveſché de Baſats.*

Civitas Tarba, ubi caſtrum Begorra. *l'Eveſché de Tarbe de Bigorro.*

Civitas Eloronenſium. *l'Eveſché d'Oleron en Bearn.*

Civitas Eluſatium. *La ville & pays d'Euſe en Gaſcogne.*

Hae ſunt XVII Provinciae, in quas Auguſtus Caeſar Gallias diviſit, & in quibus Conſtantinus Magnus alia officia, & magiſtratus conſtituit. Provincia aliquando dicitur Dioeceſis; Epiſcopatus autem, qui in ea continentur, aliquando etiam dicuntur Parochiae. In Proclamatione Karoli Calvi *Tullenſis Parochia* pro Epiſcopatu, aut urbe ipſa Epiſcopali poſitum eſt.

QUAEDAM LOCA IN

CAESARIS COMMENTARIIS DISCUSSA.

Multa ſunt in Commentariis belli Gallici apud C. Caeſarem, quae nondum explorata ſunt: multa etiam quae male ad veteres appellationes relata, quae nos caſtiganda ſuſcepimus. Obſcuritatem etiam peperit duplex appellatio locorum apud veteres, ut Scaldis, & Tabuda idem eſt; Phrudis & Sumina, *la riviere de Somme*; Obrinca & Moſella; Araris & Sagona, Bratuſpantium, & Caeſaromagus: *la ville de Beauvais.* Bononia maritima, & Geſſoriacus. Item nomina populorum pro ipſa urbe, ut Pariſii pro Lutetia: Turones pro Caeſaroduno: Aureliani pro Genabo, & alia ſimilia. Nos pauca ſed magis neceſſaria in Caeſare delibabimus.

Atuatici. Atuatucum eſt urbs Tungrorum, quae & hodieque *Tungres* dicitur. Quum a Barbaris vaſtata eſſet, epiſcopatus tranſlatus fuit in Trajectum Moſae, vulgo *Maſtricht:* ſed & illa quoque urbe a Normannis incenſa, epiſcopatus in vicum Sancti Lamberti traductus: qui hodie Leodium dicitur, id eſt Hominium, quia eſſet de hominio & feudo Epiſcopi Tungrenſis. In Conciliis Gallicanis epiſcopus Trajectenſis pro Tungrorum epiſcopo legitur. Cave intelligas Trajectum Reni, vulgo *Utrecht.* Bekkeſelenus, quo nullus mortalium magis abuſus eſt & ingenio & otio ſuo, multum ſudat, ut perſuadeat Atuaticos Caeſaris eſſe Antwerpiam. Hoc verum fuerit, ſiquidem Antwerpia eadem cum Tungrorum urbe eſſe poteſt. Sed nugas Bekkeſenelicas miſſas facimus. Antwerpiae vetuſtiorem mentionem non reperio, quam in Annalibus vetuſtis Franciae editis a Pithoeo noſtro, in quibus ſub annum Chriſti DCCCXXXV legimus: *Normanni Antwerpiam civitatem incendunt.*

Agendicum, La ville de Sens, non autem *Provins*, ut ſtulti.

Avaricum. Stulti putant eſſe oppidulum Bituricenſis dioeceſeos nomine *Vierzon.* Sed haec jam confutata ſunt. Et nemo eſt hodie, paulo humanior, qui ignoret Avaricum Caeſaris eſſe urbem Metropolim Biturigum, quae *Bourges* dicitur.

Auſci. Auch. ut ſupra diximus. Nam imperite faciunt, qui Auxitanos vocant.

B*ellocaſſi.* Apud Caeſarem male pro Bajocaſſii, qui & Bajocaſſes. *Bayeux.*

Bigerrones. In Notitia provinciarum, Civitas Bigerronum vocatur Tarba, ut hodie. Sed male excuſum eſt *Turſa*, & *Turba.* Marlianus inſanit, qui ait ibi hunc Turſam eſſe, & Caſtrum Begorram, ubi eſt Epiſcopatus Bitterenſis provinciae Narbonenſis. quae ſententia non eſt ſobrii capitis.

Bituriges duplices ſunt, cognomentis diſtincti. Bituriges Cubi, quorum Metropolis Avaricum primae Aquitaniae. Bituriges Vibiſci, aut Viviſci, quorum Metropolis Burdegala, ſecunda Aquitania. Utraque Civitas libera ſub Romanis.

Bratuſpantium. Civitas Bellovacorum, ſub Caeſaribus Romanis transnominata Caeſaromagus. *Beauvais.*

C*abillonum.* Vide in Tribunali Divionenſi.

Caduaci. Lege Atuaci. vide ſupra Atuatici.

Calurci. Eorum civitas Divona. *Caors en Querci.*

Caletes. Le bailliage de Caus en Normandie.

Cantabri. Le pays des Baſques.

Caturiges. Sunt Alpes maritimae. Metropolis Ebrodunum. *Les Alpes d'Ambrun.*

Centrones. Les Alpes de Tarentaiſe. Graiae Peninae Alpes.

Curioſolitae. In Notitia Provinciarum, & in libro Fiſci Romani Curioſolitae. *Cornouaille.*

E*burovices. l'Eveſché d'Evreux en Normandie.*

Elaver. Allier. Ingens fluvius, qui Ligeri excipitur.

Eluſates. Ita legendum, non *Fluſſates.* Vide lectiones Auſonianas. *La ville d'Euſe en Gaſcogne.* Hinc oriundus erat Ruffinus ille praepotens inſidiator imperii Romani, in quem extant duo στηλιτευτικὰ poëmata Claudiani. In priore ita legimus.

Invadit muros Eluſae, notiſſima dudum
Tecta petens.

Quod enim media ſyllaba corripiatur, pronunciatio Vaſconica id oſtendit, quae Eluſa, tanquam Elſa effert. Nam I ante Conſonantem, non ſolum Vaſcones in U ſemper convertunt, ſed & Franci, & major pars Teutoniſmi inferioris. Qui Fluſſates legebant, dicebant eſſe Comitatum de Fuxio: & hoc ſtupore ſuo perſuaſerunt illuſtri viro nomen *de Foix* in Fluſſatem recudere. quo nihil abſurdius. Nam aliud eſt Franciſcus de Fluſſa, aliud Franciſcus Fluſſas. Nam de Fluſſa eſſet verum cognomen familiae. Sed Fluſſas eſſet nomen nationis. Itaque Franciſcus Fluſſas eſſet natione Fluſſas, non de familia de Fluſſa. Sed Fluſſa non eſt *Foix.* Nam id eſſet Foxium, aut aliud quidvis potius quam Fluſſa.

G*abali. Le pays de Givauldan.* Marlianus dicit quondam fuiſſe provinciae Bituricenſis, nunc vero provinciae Arelatenſis. Certe & nunc quoque eſt provinciae Bituricenſis. Sed inter Gabalos, & provinciam Arelatenſem *Longa procul longis via dividit invia terris.* Et ridicula ſunt haec.

Garumna. Retinet nomen ſemper, ſed integrum a capite ad Blaviam Caſtrum, ubi lingua Francica incipit. Nam tunc pro *Garonne*, dicitur Geronde, & *Gironde.* Vide in Tribunali Toloſano in Civitate Mimatenſi. Excipit navigeros fluvios Tarnim, *le Tarn:* Oliten, ſive Oldum, *Ooldt*, aut cum articulo *l'Ooldt:* Duranium Auſonio, Dordoniam apud Gregorium Turonenſem, *la Dordogne*, unum ex praecipuis non ſolum Aquitaniae, ſed etiam totius Galliae fluminibus.

Gebenna. Scribendum Cebenna per C. *Les Cebenes & Cevenes.*

Genabum, qui negant Aurelianenſium urbem eſſe, habent oppoſita omnes veri veſtigia apud Caeſarem & multa alia argumenta. Nam quo nomine vocandi ſunt, qui *Gien* eſſe putant?

Geneva. Media corripi debet, ut in Eluſa: quod non ſolum Helveticus Germaniſmus oſtendit, qui *Genff* vocat, ſed etiam ipſi ruſtici ſuburbicarii, & reliqui Sabaudi: qui Zenevam, accentu in prima enunciant. Sed Gallorum proprium eſt mediam correptam producere. *publique, facile:* quae Latine corripitur.

Gergovia. Superſunt quaedam veſtigia cum veteri appellatione aliquot ſtadiis ab urbe Claromontenſi Avernorum.

H*elvii.* Diximus ſupra eſſe *le pays de Vivarais.* ubi Alba Helviorum ſine dubio *Aubenas*, id eſt Albanates. Caeſar trans Rodanum dicit eſſe, & extra provinciam Romanam, proximos Alvernis, & Cebennis montibus.

I*cius.* Eſt promontorium prope Bononiam maritimam. Navale autem dicitur Geſſoriacus. & delirant, qui aliud volunt eſſe a navali Bononienſi. Nam multa adverſus eorum pertinaciam objici poſſunt. At qui Icium oppidum *Cales* eſſe putant, nullo negotio refelluntur a Ptolemaeo; qui prius ponit Icium, deinde Geſſoriacum; hoc eſt Navale Bononiae, a quo oppidum *Cales* diſtat pluſquam viginti millibus paſſuum: hoc eſt leucis Belgicis ſeptem.

L*emovices. Le pays & Seneſchauſſée de Limoſin.* Urbs eorum Ratiaſtum. Sed Commentario octavo, ubi vulgo editum eſt, *ad oppidum Lemovicum*

vicum contendit; legendum *Lemonum:* cujus oppidi mentio in Itinerario Antonini, & apud Ptolemaeum.

Ligeris. Ejus caput eſt in pago Velauno, & vulgo dicitur *la Font de Leire*, hoc eſt ſons Ligeris. Excipit ingentes & navigiorum patientes fluvios non paucos: in quibus Elaverim, aemulum ipſi, neque magnitudine cedentem, & magis piſculentum; Carum, vel Carem, ut habet Fortunatianus : vulgo *le Cher.* item *Vigennam*, *la Viane*, *la Vignane*, & alios praeterea.

Lexovii. l'Eveſché & Pays de Liſieux en Normandie.

Lingones. Langres.

Lutetia, Graecis λευκοτεκία, λουκοτεκία.

M*atiſco. l'Eveſché de Maſcon.*

Matrona. Marne. Ingens flumen, neque minus ipſo Sequana.

Melodunum. Hoc nomen perperam inſultum eſt apud Caeſarem bis, pro quo veteres omnes ſcripti codices habent Metioſedum. Verum quidem eſt Melodunum & Metioſedum unum idemque oppidum eſſe. ſed Melodunum poſterius eſt. Hodie *Melun* in inſula Sequanae inſtar Lutetiae Pariſiorum. Aliud Melodunum, vel, ut alibi reperio, Miliodunum in agro Bituricenſi. Vulgo *Meun.* Alii pro Metioſedum legunt *Joſedum*, & *Corbeil* interpretantur. Quibus bonam mentem precamur.

Mediomatrices. Poſterioribus temporibus urbs Mediomatricum vocata eſt Metae, & vulgo nomen retinet, quum antea Divodurum ei nomen eſſet.

Menapii. Strabo cum Morinis continuat in maritimis Belgii, & Caeſar quoque indicat ibi eſſe. Denique Ptolemaeus collocat ad oſtia Moſae. Non ſunt igitur Geldrii. neque, qui ſapiunt, hoc concedent. Sed pars hodiernae Hollandiae & Brabantiae maritimae, vel potius ſecundum Strabonem ora Flandriae maritima, ſunt veri Menapii. & Menapiſcus pagus dicitur in Capitulariis Karoli Magni pro Flandriae Comitatu. Nunquam perſuaderi nobis potuit Menapios eſſe Geldrios.

Morini. Eorum urbs Teroana diruta a Karolo quinto.

N*antuates.* Cave credas eſſe monaſterium hoc nomine in Sabaudia, ut quaedam non ſana capita volunt. Sunt ii, in quibus pagus Octodurus eſt, id eſt, Sanctus Mauricius. Cujus rei fidem faciunt monumenta paſſionis legionis Thebaeorum, in quibus Octoduri eſt mentio: Octodurum autem a Caeſare in Veragris proxime Nantuatibus collocatur. Quidam legunt Antuates. Sed qui Nantuates ad Acronium lacum conſtituunt & Conſtantienſes eſſe dicunt, non minus deſipiunt, quam qui monaſterium illud Benedictinorum interpretantur.

Nitiobriges. Le Pays & Seneſchaucée d'Agenois. Eorum civitas Aginnum Auſonio, Ptolemaeo; Agennum Hieronymo, Gregorio Turonenſi, aliis. Si vis ridere, lege quae hactenus omnes de his delirarunt, quorum alii *Mompelier* eſſe dicunt, qui locus ſex dierum itinere diſtat a Nitiobrigibus; alii *Engouleſme* ſomniant. Alii jubent pro *Aginno* legendum eſſe *Ageſinates* Et quo non proceſſit audax inſcitia?

Nannetes. Nantes. Vide in Tribunali Aremorico.

Nervii. Quemadmodum certo nobis conſtat non eſſe Tornacenſes, quod vulgo perſuaſum eſt; ita quinam ſint, & quo nomine hodie appellentur, haud temere affirmarim.

Noviodunum ad Ligerim. *Nevers.* Noviodunum Nivernenſium, ut in quadam Notitia provinciarum Galliae legimus, quae penes Juriſconſultum Cujacium magnum erat. Et jam multis conjecturis nobis exploratum antea erat Noviodunum iſtud Eduis proximum civitatem Nivernenſium: in cujus oppidi inveſtigatione multi multa nugati ſunt. Alia duo oppida hoc nomine memorat Caeſar, ſed nobis ignota. Nam nugatoribus jurantibus non credimus. Quartum praeterea eſt, quod Civitas Equeſtrium dicitur, & nomen retinet, ad Lemanum lacum. Dicitur enim *Nion.* Nam longe falluntur, qui Genévam Equeſtrium Civitatem eſſe credunt, quia quaedam vetus inſcriptio Genevenſis, ut ajunt, ejus mentionem fecerit. Hoc modo quot nominibus Roma vocanda eſſet, in qua tot monumenta & ſaxa hodie extant, quae tot urbium mentionem faciunt? Denique Provincia Sequanorum, in qua civitas Equeſtrium eſt, eſt in ſiniſtra ripa Lemani: Geneva in dextra, in Provincia Viennenſi. Et, quod caput eſt, Noviodunum civitas Equeſtrium dicitur in manuſcripta provinciarum Notitia: quamquam ibi poſitum eſt Neviduno, quomodo in ultimis illis obſoleſcentis Latinitatis temporibus omnia in pejus ac retro ferebantur, & ut imperii, ita Latini ſermonis ruina ſequebatur.

P*etrocorii. Le Pays de Perigord.* Eorum civitas diviſa eſt in duo oppida, vetus & novum. Vetus adhuc dicitur Veſuna veteri appellatione. Vide ſextum libr. de emend. Temp.

Pictones. Le Pays de Poitou. Sunt hodie in tres Epiſcopatus tributi, Pictavienſem, Maliacenſem & Luxovienſem. Pictaviorum civitas olim Auguſtoritum dicta.

Redones. *l'Eveſché de Rones en Bretagne.*

Rodanus. In univerſum Gallis dicitur *le Roſne:* ſed indigenis *lo Ros.* Excipit Iſaram, Druentiam, Drunam, & Ararim non minorem eo, antequam in illum exoneretur.

Ruteni. Le Pays & Seneſchaucée de Rodais. Eorum urbs Sedunum Rutenorum.

Sabis. *La Sambre du Pays bas.*

Samarobriva. Urbs Ambianorum. *l'Eveſché d'Amiens.*

Scaldis. l'Eſcault.

Seguſiani. Le Pays & Seneſchaucée de Lionnois. Nam Lugdunum eſt in Seguſianis, ut illud alterum in Convenis ad Garumnam. Sed & totus pagus Forenſis, qui hodie *le Pays de Foreſt* dicitur, continetur in Seguſianis. Et vetus inſcriptio extat in oppido *Furs*, in qua mentio eſt Fori Seguſianorum. Nam a Foro Forenſes dicti. & ipſum oppidum *Furs.*

Senones. Eorum urbs Agendicum. *l'Archeveſché de Sens.*

Sequana. Seine.

Sequani. Le Pays de Beſançon & Franche-Comté. Eſt provincia, quae dicta Maxima Sequanorum.

Sueſſones. aliis *Sueſſiones. Soiſſons.*

Tarbelli. *le Pays de Labord.* Urbs Aquae Tarbellicae.

Ags. vide Auſon. Lection. Aturrus fluvius, qui vulgo *l'Ador* vocatur, alluit illam urbem, unde Lucano dicitur Tarbellicus Aturus.

Turones: Eorum urbs Caeſarodunum. *l'Archeveſché de Tours.*

Velauni. *Le Pays de Velai.* Pagus Velaunus. In veteribus Martyrologiis Epiſcopatus Anicienſis. *Le Pui en Velai.* id eſt, Podium in Velauno, quia urbs eſt in editiſſimo loco, qui lingua Gallorum *Pui*, id eſt, Podium dicitur.

Velocaſſes perperam edi putamus pro Baiocaſſibus. *Le pays, Bailliage & Eveſché de Baieux en Normandie.*

Veneti. Vennes en Bretagne.

Veromandui. Eorum civitas Auguſta Veromandorum. *Sainct Quentin en Vermandois.* In vita S. Quintini diſerte dicitur Auguſta Vermanduorum.

Veſuntio. Aliis ſcribitur Biſuntio. *Beſançon.* Maxima Sequanorum.

Vienna. Vienne de Daulfiné. Vienna Allobrogum.

Vocates. Suſpicamur eſſe *Boates, Buchs.* quod omnino certum eſt. Siti ſunt in finibus Lapurdenſium poſt Medulos in Novempopulania.

Vocontii. Le pays de Die juſques à Vaiſon.

Volcae. Duplices ſunt. Volcae Arecomici, in quibus Nemauſus, Ucetenſes, Magalonenſes, Bitierrae. Volcae Tectoſages, in quibus Carcaſſo, & Toloſa. In Caeſare editum eſt *Voigae*, ut & in quibuſdam aliis ſcriptoribus.

Uxellodunum. Nomen retinet, *Uſſoldun*, & *lo puech d'Uſſoldun*, id eſt podium Uxelloduni, quia eſt in editiſſimo & valde praerupto loco ſitum. Locus eſt in finibus Cadurcorum; ut Caeſar quoque notat, prope oppidum Martellum. Flumen, cujus nomen tacuit Caeſar, eſt Dordonia: horrendum aſpectu praecipitium, quale deſcribitur a Caeſare. Multae ſunt ibi reliquiae vetuſtatis venerandae. Quotidie ab arantibus numiſmata Romana effodiuntur. Vix reperias ruſticum, qui de loco interrogatus, non ſtatim reſpondeat: Caſtrum Uxellodunum illud a Caeſare magnis operibus expugnatum fuiſſe. Praeterea oſtendunt fontem, cujus uſum obſeſſis interceluſerant Romani. Si uſpiam ſcriptores hujus aevi in notandis veterum locorum appellationibus hariolati ſunt, hic vero unus locus eſt, in quo melius fuiſſet illos tacuiſſe: Et quid opus eorum ſomnia referre?

Haec pauxilla de appellationibus locorum & gentium in Caeſare delibavimus. Nam quaecunque omiſimus, adeo inexplorata ſunt, ut tantum abeſt, ea vere retulerint, qui de illis ſcripſerunt, ut mihi conſtet nullam ſpem eſſe ad eorum indagationem penetrandi. Quare in medio ea relinquimus, & ingenue fatemur nos ea neſcire, quod tam ſalvo pudore facere poſſumus, quam impudenter multi ſe ea ſcire profeſſi ſunt; in quo exemplo temeritatis primas tenet Bekkeſelenus cum ſuo Teutoniſmo, ex quo Hebraïſmum etiam propagatum eſſe jurat. ἄλις δρυός.

SE-

SEQUITUR ILLUSTRISSIMI

JOSEPHI JUSTI SCALIGERI,

JUL. CAES. FIL.

AD CLARISSIMUM VIRUM,

PAULUM G. F. P. N. MERULAM,

EPISTOLA:

Ejuſdem cum ſuperiore Diatriba de GALLIAE NOTITIA argumenti.

T*erritorium Rupellae* dicitur in veteribus monumentis Pagus Alniſienſis. Hodie *le pays d'Aulnis*. Accenſebatur Seneſchalliae Santonum. Sed ex quo Rupella excuſſo jugo Anglorum dedidit ſe Regi Franciae, pagus Alniſienſis ceſſit in privatam praefecturam, & a Santonio ſecluſus eſt. Neque ulli ſupremae Curiae poteſt ſubditus eſſe, praeterquam Pariſienſi. Id enim inter capita eorum privilegiorum continetur.

Le pays entre deux mers. Pinguiſſimus tractus inter Garumnam & Duranium ingentes fluvios, qui propter magnitudinem vocantur maria ab incolis.

Le Marquiſat de Fronſac, eſt in Seneſchallia Burdigalenſi.

Agenois, Nitiobriges, vocant ſeſe Aquitanos hactenus; etiamſi aliter inſtituerit Ludovicus XI.

Medoc, Meduli, pars Seneſchalliae Burdigalenſis: arenoſa regio. Meduli Auſonio.

Boates. Vide Auſon. Lectiones. Dominium illius tractus pertinet ad Comites Candallae, qui vocant ſeſe Capitales, id eſt, Dominos de Buchs. Sunt in finibus Medulorum.

l'Iſle Jordain. Una ex quatuor civitatibus Comitatus Armaniacenſis, ubi eſt tribunal Seneſchalli. Fuit quidem parvus Comitatus, ſed hodie vix memoria ſupereſt.

Garre, parvus Comitatus in finibus Bigerronum.

Eſtrac, parvus Comitatus in finibus Bigerronum.

Allebret oppidulum in Syrtibus Lapurdenſibus, quas Landas vocant, dedit nomen ampliſſimo Ducatui, qui memoria noſtra inſtitutus eſt, compoſitus ex mutilatione Seneſchalliatus Agennenſis, Armaniacenſis, & Vaſatenſis.

Vaſconia proprie eſt quicquid continetur intra Garumnam, Pyrenaeos montes, & Oceanum: quod Julio Caeſari in commentariis belli Gallici dicitur Aquitania. Dicta eſt Vaſconia a Vaſconibus ferociſſimis Pyrenaeorum populis, quos devictos primum a Pipino, deinde a Ludovico Caroli Magni filio (qui poſtea dictus fuit Pius) rege Aquitaniae, in plana Novempopulaniae deductos poſtea nomen huic regioni dediſſe certum eſt. Nam fuerunt pars Cantabrorum, quos etiam hodieque Hiſpani *Vaſcuença* vocant. Itaque quae prius Regio a Caeſare Aquitania, poſtea a novem populis Novempopulania dicta, ea tandem a Vaſconibus devictis, & in eam a Pyrenaeorum ſaltibus demiſſis Vaſconia vocata fuit. Eſt autem tertia pars veteris Aquitaniae. Nam Aquitania ab Auguſto triplex inſtituta fuit. Prima, cujus caput & Metropolis Bituriges Cubi, *Bourges*. Secunda Aquitania, Bituriges Vibiſci, cujus caput & Metropolis Burdegala. Tertia Aquitania, tota Trans-Garumnana, cujus Metropolis Auguſta Auſcorum, vulgo *Auchs*: quae provincia, ut diximus, ab Auguſti temporibus ad Pipinum vocata fuit Novempopulania, a Pipino ad hunc uſque diem Vaſconia.

Guienna depravatum quidem nomen eſt ex Aquitania, ut res ipſa loquitur: ſed ex quo tempore Reges Angliae per affinitatem Francorum regum fuerunt Domini Guiennae, anguſtioribus finibus determinata eſt, quam olim. Nam Arverni, Biturigium (*Berry*), &c. ſecluſi fuerunt extra fines Guiennae: quae incipiebat a Confluentibus Viennae & Croſae fluminum ad Oceanum, Pyrenaeos, Tarnim flumen, & montes Avernorum. Itaque quum Edoardus tertius, nomine Aquitaniae, homagium faceret Regi Franciae, has praefecturas, ſive Seneſchallias, nominatim comprehendit. Citra Garumnam, Pictonium ampliſſimam regionem, Xantonium, Encholiſmenſes, Lemovicum, Petrocorium, Aginnenſes, Cadurcium (*Querci*), Rutenenſes

(*Rouar-*

(*Rouargue*). Ultra Garumnam tota Novempopulania, praeter Benearnum (*Bearn*), quod ſemper fuit abſoluti imperii. Itaque omnium iſtorum tractuum nomine, rex Angliae, aut primogenitus Angliae (*Princeps de Galles dictus*) faciebat homagium regi Franciae: Comites autem Armaniacus, Bigorrenſis, Fuxenſis, & alii faciebant ipſi Anglo homagium, non Regi Franciae. Haec latiſſima, ampliſſima, & praedives regio nomine Guiennae cenſebatur uſque ad regnum Ludovici XI, qui cum Fratri attribuiſſet Ducatum Aquitaniae; & ipſi promiſiſſet quinque Seneſchallias, ex una Burdegalenſi Seneſchallia fecit tres: Burdegalenſem, quae unam tantum Diocceſim complectitur: Burdegalam ipſam; Vaſatenſem, in qua duae Dioeceſes, nempe Adurenſis, & ipſa Vaſatenſis, & tertiam Lapurdenſem, in qua duae Dioeceſes, Aquae Tarbellicae, & Lapurdenſium civitas, ſive Baiona. quartam Seneſchalliam Xantonium addidit. Ab eo tempore Aquitania coepit vocari totum illud, quod illas tantum quatuor Seneſchallias continet. Sed Regum eſt, mutare terminos provinciarum, non memoriam rerum. Nam hactenus omnes reliquae Seneſchalliae vocant ſeſe Aquitanos vel Guiennenſes. atque adeo Seneſchallus Burdigalenſis vocatur magnus Seneſchallus, non quidem quod hodie talis ſit, (eſt enim minimus omnium), ſed quia Burdigalenſis Seneſchallia quinque Dioeceſibus finiebatur: & quum eo nomine magnus, ut re vera erat, vocaretur; hodie, ditione imminuta nomen integrum retinuit. Quin etiam quicquid ad Burdigalam ſolam pertinet, id non Burdigalenſe hodie vocatur, ſed Aquitanum, vel Guiennenſe. Et curia Burdigalae minor, a qua provocatio eſt ad Parlamentum, curia Guiennae, & judices Guiennae vocantur, non Burdigalae. Haec igitur Guienna, quae hodie quatuor Seneſchalliis cenſetur, vocari jure merito poteſt Aquitania ſive Guienna Ludovici XI. Quod dixi de Pictonio, quum in feudo Aquitaniae ſive Guiennae comprehendit Edoardus III, ſcito ſaepe excluſum fuiſſe ex Aquitania, ut ſub Ludovico IX, (is eſt Sanctus Ludovicus) ſaepe reſtitutum finibus Aquitaniae. Certe hodie non parva pars Pictonii dicunt ſeſe Guiennenſes, ut olim erant re vera.

Comitatus Avenionenſis, alias Comitatus *Veniſſe*, habet quatuor Dioeceſes. Unum Archiepiſcopatum Avenionem; tres Epiſcopatus Avenioni ſuffragantes: Carpentoracte, Cabalionem, Vaſionem. ut alibi notavimus. Totus Comitatus ille comprehendens quatuor illas Dioeceſes datus fuit Pontifici Romano a Johanna Regina Neapolis, & Comitiſſa Provinciae, in compenſationem tributi Papae per multos annos non ſoluti nomine regni Neapolitani, cujus feudatarium Dominum dicit ſe Papa. Itaque Rex Franciae nihil juris habet in illum Comitatum.

Burgundiae Comitatus. Eſt feudum Imperii ſub protectione Bernenſium Helvetiorum: quemadmodum Dunkerka eſt Borboniae familiae, ideoque regis Franciae. Sed Comes Flandriae eſt Dominus feudatarius, ad cujus tribunalia a Dunkerkae judice appellatur.

Charolois eſt regis Hiſpaniarum; ſed rex Franciae eſt Dominus feudatarius. Eſt ſimplex feudum, neque ſupremi juris.

Armaniacenſis (vulgo *Armagnac*) Comitatus continet Dioeceſes duas ultra Garumnam, nempe Lactoratenſem, vulgo *Laictoure*, & Auſcenſem (vulgo *Auchs*) Metropolim totius Novempopulaniae, ſive Vaſconiae. Subjicitur Parlamento Toloſano.

Bigerronum Comitatus (*le Comté de Bigorre*) continet unum Epiſcopatum Tarbam, ſedem Epiſcopalem: vulgo *Tarbe de Begorre*, aut *Bigorre*, ſub metropoli Auſcenſi in Vaſconia, nempe ultra Garumnam. Eſt ſub Parlamento Toloſano.

Ducatus Allebreti, ut ſupra diximus, quod de Conſtantinopoli dixit Hieronymus, eam nuditate omnium civitatum conſtructam fuiſſe, ita nuditate proximarum Seneſchalliarum compoſitus eſt tam ultra, quam citra Garumnam. Caput eſt Neracum. Totus Ducatus eſt ſub Parlamento Burdigalenſi.

Lemovicium (*Limoſin*) Seneſchallia comprehendit duos Epiſcopatus, Ratiaſtum Lemovicum, *Limoges*, & Tutelam, *Tulle*. Subjacet Parlamento Burdigalenſi.

Petrocorium (*Perigor*) Seneſchallia continet duos Epiſcopatus, Veſunnam Petrocoriorum, *Perigueus*, & Sarlatum. Subjicitur Parlamento Burdigalenſi.

Seneſchallia Agennenſis continet duos Epiſcopatus, nempe citra Garumnam Aginnum Nitiobrigum (*Agen*), ultra Garumnam Condomium, quod peculiari nomine dicitur Vaſconia. Quemadmodum enim Africa dicitur tota illa magna continens, quae patet a Nilo ad Gades, & tamen in ea erat provincia, quae peculiariter dicebatur Africa, in qua Carthago: ita Vaſconia quidem dicitur ampliſſima illa regio, quae olim vocata fuit Novempopulania. Sed peculiariter Vaſconia quoque dicitur in ea Epiſcopatus Condomienſis. Itaque Seneſchallus Agennenſis vocat ſe Seneſchallum Agennenſium & Vaſconiae, id eſt, Condomii. Quae appellatio vetus eſt. Nam temporibus Pipini pagus Agennenſis citra Garumnam & ultra Garumnam dicebatur. Itaque ſub Pipino in vetuſtiſſimis Annalibus refertur pluiſſe frumento in pago Agennenſi ultra Garum-

rum-

rumnam: id eſt in ea regione, quae proprie dicitur Vaſconia, in qua Condomium. Seneſchallia Agennenſis ſubjacet Burdigalenſi Parlamento.

Seneſchallia Cadurcium (*Querci*) continet duas Dioeceſes, Divonam Cadurcorum (*Cahors*), & Montalbanum. Subjacet Parlamento Toloſano.

Seneſchallia Rutenenſis (*Rouargue*) complectitur duas Dioeceſes, Segodunum Rutenorum (*Rodais*), & Vabras. Subjacet Parlamento Toloſano.

Languedokium totum eſt ſub Parlamento Toloſano. Comprehendit tres ingentes Seneſchallias, Toloſanam, Carcaſſonenſem, Belloquadrenſem (*Beaucaire*), Epiſcopatus XXI.

Avernium (*Auvergne*) dividitur in montanum, & planum. Planum dicitur Alimania. quod nomen jam obtinebat tempore Gregorii Turonenſis; quae regio opima eſt & fertiliſſima, civitatibus ampliſſimis, vicis, villis, praetoriis magnificis exculta. Duo Epiſcopatus ſunt in Avernio, in plano quidem Auguſtonemetum Arvernorum, *Clermont en Auvergne*, non longe a Gergovia Caeſaris. In montano eſt Epiſcopatus Sanctus Florus. Totum Arvernium eſt ſub Pariſienſi Parlamento.

Pagus Gabalitanus; vulgo *Givauldan*, unum Epiſcopatum habet Mimatenſem, vulgo *Mende*. Subeſt Toloſano Parlamento. Eſt enim in Languedokio.

Pagus Vellaunenſis, unum Epiſcopatum habet Anicienſem, *le Pui en Vellai*. Eſt pars Languedokii, ideo ſubeſt Toloſano Parlamento.

Fuxenſis Ducatus, (*Foix*) ante paucos annos attributus eſt Languedokio, cum antea Guiennae cenſeretur. Continet unum Epiſcopatum Apamienſem.

Convenarum Comitatus, *le Comté de Cominges*, unum tantum Epiſcopatum continet, Sanctum Bertramum. eſt in Vaſconia ſub Parlamento Toloſano, ut diximus in Epiſcopatibus.

Picardia ampliſſima regio tota ſub Parlamento Pariſienſi.

Pares Franciae XII. Sex Clerici: quorum tres duces: Remenſis Archiepiſcopus, Laudunenſis, & Lingonenſis Epiſcopi. Tres Comites Clerici, Catalaunenſis, Noviomenſis, Bellovacenſis. Sex Laicorum tres duces, Normanniae, Burgundiae, Aquitaniae. Tres Comites, Campaniae, Flandriae, Toloſae. Omnes illi XII non poſſunt eſſe ſub alio Parlamento, quam Pariſienſi, cujus ipſi conſiliarii ſunt. Parlamentum enim Pariſienſe conſtabat antiquitus ex LXXXVII Senatoribus, & XII Paribus Galliae. Itaque omnino erat centumviralis Senatus regni Franciae. Ideo ſolum Parlamentum Pariſienſe eſt Parlamentum Parium Franciae: qui apud id ſolum Parlamentum conveniri & cauſſam dicere, &, ſi opus eſt, condemnari poſſunt.

NOMI-

NOMINA
POPULORUM, OPPIDORUM, FLUVIORUM &c.
Quae apud Caeſarem reperiuntur,
A S. CLARKIO *ordine Alphabetico digeſta.*

A.

ACarnania. Regio Epiri. *Carnia.*
Achaia. reg. Peloponneſi. *le Duché de Clarence.*
Acilla, *ſive* Acholla. Urbs Africae.
Adduaſdubis. *vide* Dubis.
Adrumetum. Oppid. Afr. *Toulba* ſive *Mahometta.*
Aduatici. *vide* Atuatici.
Aedui. pop. Galliae. *l'Autunois.*
Aegimurus. inſula maris Africi. *la Galetta.*
Aeginium. oppid. Theſſaliae.
Aegyptus.
Aetolia. regio Graeciae. *Artinia.* Al. *il Deſpotato.*
Agar. oppid. Africae. neſcitur.
Agendicum. Urbs Senonum. *Sens.*
Alba. Oppid. Latii; in Italia. *Albano.*
Albici. pop. Galliae. Qui ſint, neſcitur. Quibuſdam, *ceux de Viviers.*
Aleſia, *ſive* Alexia. Mandubiorum oppidum: *Aliſe, Vide* Mandubii.
Alexandria. urbs Aegypti. *Scanderia.*
Allobroges. *Sabaudi.*
Alpes. Montes.
Amagetobria. urbs Galliae. neſcitur.
Amantia. Oppid. Macedoniae. *Porto Raguſeo.*
Amanus, mons Syriae. *M. di Scanderona.*
Ambarri. pop. Galliae. incertum.
Ambialites. pop. Galliae. *ceux de Lamballe en Bretagne. Sed creditur corruptum ex* Ambiani.
Ambianum. Oppidum Belgarum. *Amiens.*
Ambibari. pop. Galliae. *ceux d'Ambie en Normandie.*
Ambivareti. pop. Galliae. *le Vivarais.*
Ambivariti. *Brabantini.* Incertum.
Ambracia. urbs Epiri. *l'Arta.*
Amphilochi. pop. Epiri. *Anſiloca.*
Amphipolis. urbs Macedoniae. *Chriſtopoli* ſeu *Emboli.*
Anartes. pop. Germaniae. *Walachi, Servii, Bulgari.* Incertum.
Anas. fluv. Hiſpan. *Guadiana* ſive *Rio Roydera.*
Ancalites, Britanni. *The hundred of Henley*, Camdeno.
Ancona. urbs Italiae. *Ancona.*
Andes. pop. Galliae. *Le Duché d'Anjou.*
Antiochia. urbs Syriae. *Antachia.*
Antuates. *vide* Nantuates.
Apollonia. urbs Macedoniae. *Piergo.*
Aponiana. Inſula prope Lilybaeum, promontorium Siciliae.
Apſus. fluv. Macedoniae. *Aſpro.* Al. *Vreo.* Al. *Spirnaza,*
Apulia. reg. Italiae. *Puglia.*
Aquilaria. opp. Africae, prope Clupeam.
Aquileia. urbs Italiae. *Aquilegia.*
Aquitania. regio Galliae. *Guienne.*
Arar. fluv. Galliae. *La Saone*, vel *Sône.*
Ardenna, Silva. *Foreſt d'Ardenne.*
Arecomici. *vide* Volcae.
Arelatae. urbs Galliae, *Arles.*
Ariminum. urbs Italiae. *Rimini.*
Armenia minor. regio Aſiae. *Aladuli.*
Armoricae civitates. *La Bretagne.*
Arretium. urbs Hetruriae in Italia. *Arezo.*
Arverni, pop. Galliae. *le pays d'Auvergne,*
Aſculum. opp. Italiae. *Aſcoli.*
Aſcurum. oppid. maritim. Mauritaniae.
Aſparagium. oppid. Macedoniae.
Aſpavia. oppid. Hiſpan. Baet. *Eſpejo.*
Aſta. oppid. Hiſpan. Baet. *Maſſa de Aſta.* Al. *Xerez de la Fontera.*
Ategua. oppid. Hiſpan. Baet. *Tebala Veja.*
Atrebates. pop. Gall. *le Pays d'Artois.*
Atuatici. *Leodienſes.* Al. *le Comté de Namur.* Al. *Baſtedue.*
Atuatuca. pag. Belgii. *Tongern. Tungri.*
Avaricum. urbs Aquitaniae. *Bourges.*
Aulerci Eburovices. pop. Galliae. *le Pays d'Evreux, en Normandie.*
Aulerci Diablintes. pop. Galliae. regio dicta *le Perche.*
Aulerci Cenomanni. pop. Galliae. *le Pays du Maine.*
Aulerci Brannovices. pop. Galliae. *le Morienne.*
Auſci. pop. Galliae. *ceux d'Auchs* vel *Aux en Gaſcogne.*
Auſetani. pop. Hiſpaniae ſub Pyrenaeis.
Auximum. oppid. Italiae. *Oſimo* ſive *Oſmo.*
Axona. fluv. Gall. Belg. *Aiſne.*

B.

Bacenis. ſilva German. *Thuringer Waldt.* Al. *der Hartz Waldt.*
Baetis. fluv. Hiſpan. *Guadalquivir.*
Baeturia. *vide* Berhuria.
Bagrada. fluv. Africae, prope Uticam.
Baleares inſulae. *Majorca* & *Minorca.*
Batavorum inſula. pars Geldriae. *Betuwe.*
Belgae. *les Pays Bas.*
Bellocaſſi, *ſive* Velocaſſes. pop. Galliae. *le Pays de Bayeux en Normandie.* Al. *le Vexin.*
Bellovaci, pop. Galliae, *le Beauvaiſis.*
Beſſi. pop. Thraciae.
Berhuria. regio Hiſpan. Luſit. *Eſtremadura.*
Betones *ſive* Berones. pop. Hiſpan. Tarracon. *Briones.*
Bibracte. urbs Aeduorum. *Bevray d'Autun.* Al. *Beuvect.* Al. *Beaulne.*
Bibrax. Rhemorum oppid. *Braine* ſive *Breſne.* Al. *Bray.*
Bibroci. Britanni. *The hundred of Bray.* Camd.
Bigerriones. pop. Galliae. *le Comté de Bigorre en Gaſcogne.* Incertum.
Bithynia. Regio Aſiae.
Bituriges. pop. Galliae. *le Duché de Berry.*
Boii. pop. Galliae. *les Bourbonnois.*
Boſphorus. regio prope Pontum Euxinum.
Brannovices. *vide* Aulerci.
Bratuſpantium. oppid. Bellovacorum. *Beauvais.*
Britannia.
Brundiſium. urbs Italiae. *Brindiſi.*
Brutii. pop. Italiae. *Calabri.*
Builis. oppid. Macedoniae.
Burſavoienſes. pop. Hiſpan. Baet. Creduntur iidem qui Urſaonenſes.
Buthrotum. urbs Epiri. *Butrinto* ſive *Botronto.*

C.

Cabillonum. urbs Galliae. *Chalons ſur Saone.*
Caderes. pop. Galliae. neſcitur.
Cadurci. pop. Galliae. *le pays de Quercy.*
Careſi. pop. Belgii. Incertum.

Calagurritani. pop. Hiſp. Tarracon. *Calahorra.*
Caletes. pop. Galliae. *le pays de Caux en Normandie.*
Calydon. Urbs Aetoliae. *Ayton.*
Camerinum. Urbs Umbriae, in Italia. *Camerino.*
Candavia. reg. Macedoniae. *la Canovia.*
Canopus. urbs Aegypti. *Bochir.*
Cantabri. pop. Hiſp. Tarracon. *Biſcaya.*
Cantium. Pars Britanniae. *Kent.*
Canuſium. urbs Apuliae, in Italia. *Canoſa.*
Cappadocia. reg. Aſiae.
Capua. urbs Italiae. *Capoa.*
Carales. Sardiniae urbs. *Cagliari.*
Carcaſo. urbs Gall. *Carcaſſone.*
Carmona. oppid. Hiſpan. Baet. *Carmone.*
Carnutes. pop. Galliae. *le pays du Chartrain.*
Carruca. oppidum Hiſpan. neſcitur.
Carteja. oppid. Hiſpan. *Algeziva.* Al. *Tariffa.*
Caſilinum. oppid. Italiae. *Caſtelluzzo.*
Caſſi, Britanni. *The hundred of Caishow.* Camd.
Caſtulonenſis ſaltus. urbs Hiſpan. Tarracon. *Caſtona la vieja.*
Caſtra Poſthumiana. oppid. Hiſp. Baet. *Caſtro el Rio.*
Catuaci. pop. Galliae. *ceux de Douay.* Sed *creditur corruptum ex* Atuatici.
Caturiges. pop. Galliae. *le pays d'Embrun.* Al. *Charges.*
Cebenna, mons. vide *Gebenna.*
Celtae. pop. Galliae.
Celtiberia. reg. Hiſpaniae.
Cenimagni. Britanni. *Iceni,* Camd. *Suffolk, Norfolk,* & *Cambridgeshire.*
Cenomanni. pop Galliae. *le pays du Maine* ſive *Mans.*
Centrones. pop. Galliae. *le pays de Tarantaiſe.*
Centrones. Nerviorum clientes. pop. Belgii. *ceux de Courtray.* Al. *de S. Truyen.* Al. *Gandavenſes.*
Ceranni. montes Epiri. *Monti di Chimera.*
Cercina. inſula Af. *Chercara. Cercare.*
Cherroneſus. peninſ. Afr. prope Alexandriam.
Cheruſci. pop. Germaniae. *Lunenburgenſes.* Al. *Mansfelders.*
Cilicia. reg. Aſiae min. *la Caramanie.*
Cimbri. pop. Germaniae. *Jutlanders.*
Cinga. fluv. Hiſpan. *Cinca* ſive *Senga.*
Cingulum. oppidum Piceni, in Ital. *Cingoli.*
Cirta. oppid. Afr. *Conſtantina,* ſive *Coſantina.* Al. *Tadel,*
Clupea. urbs Afr. marit. *Quipia.*
Cocoſates. pop. Galliae. neſcitur.
Comana, Pontica. *Com,* ſive *Tabachzan.*
Comana, Cappadociae. *Arminacha.*
Compſa. urbs Ital. *Conza* ſive *Conſa.*
Condruſi *ſive* Condruſones. pop. Belgii. *Condrotz.*
Confluens Moſae & Rheni. *Coblentz.*
Corcyra. Inſula Epiri. *Corfu.*
Corduba. urbs Hiſpan. Baet. *Cordova.*
Corfinium. oppid. Pelignorum, in Ital. *St. Pelino.* Al. *Pentina,* vicus Aprutii.
Corneliana caſtra. urbs Afr. inter Carthaginem & Uticam.
Coſa. *vide* Compſa.
Coſanum. urbs Calabriae, in Italia. *Caſſano.*
Cretenſes. *ceux de l'Iſle de Candie.*
Curioſolitae. pop. Galliae. *Cornoüalle en Bretagne.*
Cyclades. Inſ. Aegaei maris. *l'Iſole dell' Archipelago.*
Cyprus. Inſ. *Cipro.*

D.

Daci. *Tranſylvani, Moldavi* & *Valachi.*
Danubius. fluv. *Donaw.*
Dardani. pop. Myſiae. *Raſcia & pars Serviae.*
Decretia. opp. Galliae. *Deciſe ſur Loire.*
Delphi. urbs Achaiae. *Delfo.* Al. *Salona.*
Delta. pars Aegypti, in oſtiis Nili.
Diablintes. pop. Galliae. regio dicta *le Perche.* Al. *Diablintes en Bretagne.* Al. *Linter,* Brabantiae.
Dubis. fluv. Burgundiae, *le Doux.*
Duracium. *vulgo,* urbs Galliae, in Pictavienſi provincia. Sed apud Caeſarem revera eſt nomen Viri nobilis.
Durocortorum. urbs Galliae, *Reims.*
Dyrrachium. urbs Macedoniae. *Durazzo. Drazzi.*

E.

Eburones. pop. Belgii. *Tongres.* Al. *Liegeois.*
Eburovices. *vide* Aulerci.
Elaver. fluv. Galliae. *Allier.*
Eleutheri. *vide* Cadurci & Sueſſiones.
Elis. urbs Peloponneſi. *Belvedere.*
Eluſates. pop. Galliae. *le pays d'Euſe en Gaſcogne.*
Epheſus. urbs Aſiae min. *Efeſo. Figena.*
Epidaurus. urbs Dalmatiae marit. *Raguſa. Dobronicha.*
Epirus. regio Graeciae. *Chimera & Larta.*
Eſſui. pop. Gall. *ceux de Seez.* Sed *potius creditur corruptum ex* Aedui.
Euſubii. creditur corruptum ex, *Unelli* vel *Lexovii.*

F.

Fanum. urbs Umbriae, in Italia. *Fano.*
Frentani. pop. Italiae.

G.

Gabali. pop. Galliae. *le pays de Givaudan.*
Gaditani. pop. Hiſpan. *ceux de Cadis.*
Galli.
Gallograecia. regio Aſiae min. *Galatia.*
Garites, pop. Galliae. *le pays de Gavre* ſive *Gavardan.* Al. *Agennois.*
Garoceli *ſive* Graioceli. pop. Galliae. *ceux de Mont Cenis.* Al. *de la val de Morienne.* Al. *du mont Geneure.*
Garumna. fluv. Galliae. *la Garonne.*
Garumni. pop. Galliae circa Garumnam.
Gebenna. *Montagnes de Cevennes.*
Genabum. opp. Galliae. *Orleans.*
Geneva.
Genuſus. fluv. Macedoniae.
Gergovia, Bojorum & Arvernorum. urbes Galliae. Incertum.
Germania.
Getuli. pop. Africae.
Gomphi. opp. Theſſaliae. *Gonfi.*
Gorduni. pop. Belgii. *Gandavenſes.* Al. *ceux de Courtray.* Incertum.
Grajoceli. *vide* Garoceli.
Grudii, Nerviorum clientes. pop. Belgii. *ceux de Bruges.* Al. *de Louvain.*

H.

Heliacmon. fluv. Macedoniae.
Harudes. pop. Germaniae. neſcitur.
Helvetii. *les Suiſſes.*
Helvii. pop. Galliae. *le pays de Vivarez.*
Heraclea Sentica. oppid. Macedoniae.
Hercynia ſilva, in Germania. *Foreſt de Boheme.* olim multo amplior.
Herminius, mons Luſitaniae. *Monte Armino.* Al. *Monte della Strella.*
Hibernia.
Hippo. urbs. Africae. *Bona.*
Hiſpalis, urbs Hiſpan. Baet. *Sevilla.*
Hiſpania.

I.

Jacetani. *vide* Lacetani.
Jadertini (*ſive* Hiadertini.) Jadera, urbs Illyrici. *Zara.*
Iberus, fluv. Hiſpan. Tarracon. *Ebro.*
Iccius *ſive* Itius portus. opp. Galliae. *Viſſent,* ſive *Witſans* Al. *Calais.*
Igilium. *il Giglio: l'Iſle du Lys,* in mari Tyrrheno.
Iguvium. urbs Umbriae, in Italia. *Gubio.*
Ilerda. urbs Hiſpan. Tarracon. *Lerida.*
Illurgavonenſes. pop. Hiſpan, prope Iberum.
Illyricum. *Sclavonia.*
Ilurgis. oppid. Hiſpan. Baet. *Illora.*

Iſſa. Inſula maris Illyrici. *Liſſa.*
Italia.
Italica. urbs Hiſpan. Baet. *Sevila la veja.* Al. *Alcala del Rio.*
Ituraea. reg. Palaeſtinae.
Jura. Mons Galliae. *le Mont Juras.*

L.

Laccetani. pop. Hiſpan. ſub Pyrenaeis.
Larinates. Larinum, urbs Italiae. *Larino.*
Lariſſa. urbs Theſſaliae. *Larizza.*
Latobriges *ſive* Latobrigi. neſcitur.
Lemanus lacus. *le Lac de Geneve.*
Lemovices. pop. Galliae. *le Limoſin.*
Lemovices Armorici. *Ceux de St. Paul de Leon.*
Lenium, oppid. Luſitaniae. neſcitur.
Lepontii. Incolae vallis Levontinae, inter Alpes.
Lepris. oppid. Africae. *Lebeda* ſive *Lepeda.*
Levaci. pop. Belgii. Incertum.
Leuci. pop. Gal. Belgicae. *le Toulois.*
Lexovii. pop. Galliae. *Liſieux en Normandie. le Lieuvin.*
Liburni. pop. Illyrici.
Ligeris. fluv. Galliae. *le Loire.*
Lilybeum, promont. Siciliae. *Capo Coco.* Al. *Capo Boeo.*
Limo *ſive* Limonum. urbs Galliae. *Poitiers.*
Lingones. pop. Galliae. *ceux de Langres.*
Liſſus. urbs Macedon. *Aleſſio.*
Lucani, pop. Italiae.
Luceria. urbs Italiae. *Lucera.*
Luſitania. *Portugal.*
Lutetia. *Paris.*

M.

Macedonia.
Magetrobia *ſive* Amegetrobia. urbs Galliae. Incertum.
Malaca. urbs Hiſpan Baet. *Malaga.*
Mandubii. pop. Galliae. *Vide* Alexia. *l'Auxois en Bourgogne.*
Marcomanni. pop. Germaniae. *Marck.* Al. *Bohemia.*
Marrucini. pop. Aprutii, in Italia.
Marſi. pop. Italiae. *Ducato de Marſi.*
Maſſilia. urbs Galliae. *Marſeille.*
Matiſco. urbs Galliae. *Maſcon.*
Matrona. fluv. Galliae. *la Marne.*
Mauritania. reg. Africae. *Barbarie.*
Mazaca. urbs Cappadociae. *Tiſaria.*
Mediomatrices. *ceux de Metz en Lorraine.*
Medobrega. urbs Luſitaniae. *Armenna.*
Meldae. *ceux de Meaux.* Sed *creditur corruptum ex* Belgae.
Melodunum. oppid. Galliae, ſupra Lutetiam. *Melun.*
Menapii. pop. Germaniae, in ora Flandriae maritima. Incertum.
Meſſana. urbs Siciliae. *Meſſina.*
Metiosedum, oppidum Galliae ad Sequanam infra Lutetiam. *Corbeil.*
Metropolis. urbs Theſſaliae, inter Pharſalum & Gomphos.
Mitylena. urbs Lesbi inſ. *Metelin.*
Mona, Inſula. *Man.* Al. *Angleſey*, minus recte.
Morini. pop. Galliae. *ceux de Terouanne en Artois.*
Moſa. fluv. Galliae Belgicae. *la Meuſe.*
Munda. urbs Hiſpan. *Munda.* Al. *Ronda la Veja.*

N.

Nabataei. pop. Arabiae.
Nannetes. pop. Galliae. *ceux de Nantes.*
Nantuates. pop. Galliae. Incertum.
Narbo. urbs Galliae. *Narbonne.*
Naupactus. urbs Aetoliae. *Lepanto.*
Neapolis. *Napoli* urbs Italiae.
Neapolis. urbs Afr. inter Clupeam & Adrumetum.
Nemetes. pop. German. *ceux de Spire.*
Nemetocenna. Oppid. Belgii. Incertum. Quibuſdam, *Arras.*
Nervii. *le Haynault.* Al. *ceux de Tournay.* Incertum.
Nicopolis. oppid. Armeniae min. *Gianich.* Al. *Chiorme.*
Nilus fluv. *le Nil.*
Nitiobriges. pop. Galliae. *l'Agenois.*
Noricum *ſive* Noreia. urbs Germaniae. *Nurenberg.* Incertum.
Noviodunum Sueſſionum. *Soiſſons.*
Noviodunum Aeduorum. *la ville de Nevers.*
Noviodunum Belgarum. *Noyon.*
Noviodunum Biturigum. *Neuvy* ſive *Neufvy.*
Numidae. pop. Africae.
Nymphaeum. promontorium Macedoniae, in confinibus Illyrici.

O.

Obucula. oppid. Hiſpan. Baet. Incertum.
Ocelum. oppid. Alpinum Galliae. *Exilles.* Al. *Oulx.*
Octodurus. oppid. Helvet. *Martenach, Martigny*, *St. Maurice.*
Octogeſa. oppid. Hiſpan. Tarracon. *Mequinenza.*
Orchomenus. oppid. Baeotiae. *Orcomeno.*
Oricum. oppid. Epiri. *Orco* ſive *Orcha.*
Oſcenſes. pop. Hiſpan. Tarracon.
Oſiſmii. pop. Galliae. Incertum.

P.

Paemani. *ceux de Pemont*, in territorio Leodienſi. Incertum.
Palaepharſalus. *vide* Pharſalus.
Palaeſte. oppid. Epiri, prope Oricum.
Parada. oppid. Africae, non longe ab Utica.
Paraetonium. urbs Afr. marit. *Alberton* ſive *Berton.*
Paritii. *l'Iſle de France.*
Parthi. pop. Aſiae.
Parthini. pop. Macedoniae.
Peligni. pop. Italiae, in Aprutio.
Peluſium. urbs Aegypti. *Belbais.*
Pergamus. urbs Myſiae. *Pergamo.*
Petra. oppid. Macedoniae.
Petrogorii. reg. Galliae. *le Perigord.*
Pharſalus. urbs Theſſaliae. *Farſa.*
Pharus. olim inſula Aegypti. *Farion.*
Picenum. reg. Italiae. *la Marca d'Ancona.*
Pictones. pop. Galliae. *le Pays de Poitou.*
Piruſtae. pop. Illyrici. *Albaneſi.* Incertum.
Piſaurum. urbs Umbriae in Italia. *Peſaro.*
Pleumoſii. pop. Belgiae circa Tornacum. Incertum.
Pontus. reg. Aſiae, ad mare Euxinum.
Poſthumiana caſtra. *vide* Caſtra.
Preciani. pop. Galliae. *Precins.* Incertum.
Provincia Romanorum. *la Provence.*
Ptolemais. urbs Africae. *St. Jean d'Acre.*
Pyrenaei montes.

R.

Ravenna. urbs Italiae. *Ravenna.*
Rauraci. pop. Helvetiis finitimi. *ceux de Bâle.*
Rhedones. pop. Galliae. *ceux de Rennes en Bretagne.*
Rhemi. pop. Galliae. *le Remois.*
Rhenus. fluv. *le Rhein.*
Rhodanus. fluv. Galliae. *le Rhône.*
Rhodii. *ceux de Rhodes.*
Roma.
Ruſpina. urbs Africae marit. *Souſa.* Al. *Mahadia.*
Ruteni. pop. Galliae. *la Rouergue. le Rodais.*

S.

Sabis. fluv. Belgii. *Sambre.*
Saguntini. pop. Hiſpan. Tarracon. *Morvedre.*
Salonae. urbs Dalmatiae. *Salona.* Al. *Spalatro.*
Salſum. fluv. Hiſpan. Baet. *Rio Salado* ſive *Guadajoz.*
Samarobriva. pagus Galliae Belgicae. *Amiens.*
Santones. pop. Galliae. *la Saintonge.*
Sardinia inſula. *Sardigna.*
Sarſura. oppid. Afr. neſcitur.
Scaldis. fluv. Belgii. *l'Eſcaut. Schelde.*
Seduni. pop. Galliae. *le haut Valais.*

Seduſii

Sedufii. pop. Germaniae. neſcitur.
Segni. pop. Belgii. neſcitur.
Segontiaci. Britanni. Incertum.
Segovia, urbs Hiſpan. Baeticae. *Segovia la mener.*
Seguſiani. pop. Galliae. *le Lyonnois.*
Senones. pop. Galliae. *le Senonois.*
Sequana. fluv. Galliae. *la Seyne.*
Sequani. pop. Galliae. *la Franche Comté.*
Seſuvii. pop. Galliae. *ceux de Seez.* Incertum.
Sibutzates. pop. Galliae. *le Pays de Buch.* Incertum.
Sicilia. inſula.
Sicoris. fluv. Cataloniae. *Segré.*
Sigambri *ſive* Sicambri. pop. Germaniae. Neſcitur.
Silicenſis. fluv. Hiſpan. Baet. *Rio de las Algamidas.* Al. creditur corruptum ex *Singuli*; *Xenil.*
Soricaria. oppid. Hiſpan. neſcitur.
Soritia. oppid. Hiſpan. neſcitur.
Sotiates *vel* Sontiates. pop. Galliae. *Solz, le Pays alentour d'Aire.*
Sueſſiones. pop. Galliae. *le Soiſſonnois.*
Suevi. pop. Germaniae. *Schwaben.*
Sulcitani. pop. Sardiniae.
Sulmo. urbs Italiae. *Sulmona.*
Syria.

T.

Tameſis. fluv. Britann. *Thames.*
Tarbelli. pop. Galliae, prope Pyrenaeos montes. *ceux d'Ays & de Bayone au Pays de Labourd.*
Tarracina. oppidum Italiae.
Tarraconenſes. Tarraco. urbs Hiſpan. *Tarragone.*
Tarſus. urbs Ciliciae. *Tarſo.*
Taruſates. pop. Galliae. *le Teurſan.* Incertum.
Tauris. Inſula in mari Illyrico. neſcitur.
Tauroïs. caſtellum prope Maſſiliam.
Tectoſages. *vide* Volcae.
Tegea. oppid. Africae. neſcitur.
Tenchtheri. pop. Germaniae. neſcitur.
Tergeſtini. *ceux de Triſte.* in confinibus Iſtriae & Carnorum.
Teutoni. pop. Germaniae. *Teutſch.*
Thabena. urbs Africae.
Thapſus. oppid. Africae marit.
Thebae. urbs Baeotiae. *Tiba* ſive *Stibes.*
Theſſalia. regio Macedoniae.
Thurii *ſive* Turii. pop. Italiae. *Torre Brodogneto.*
Tigurinus pagus. *Canton de Zurich.* Al. *ceux d'Avenches.*
Tiſdra *ſive* Tiſdrus. urbs Africae. *Cairoan.*
Toloſates. pop. Galliae. *ceux de Thouloſe.*
Tralles. urbs Aſiae min. in Lydia. *Chora.*
Treviri. *le Trevirois. ceux de Triers.*
Triboces *ſive* Tribocci. pop. German. *Alſace.*
Trinobantes. pop. Britann. *Middleſex.*
Tulingi. pop. Germaniae. Incertum.
Turinus ager. *vide* Thurii.
Turones. pop. Galliae. *la Touraine.*

V.

Vacca. oppid. Africae. neſcitur.
Vahalis *ſive* Walis, fluvius. pars Rheni. *Wael.*
Vangiones. pop. German. *Wormes.*
Varus. fluv. Gall. *le Var.*
Ubii. pop. German. *ceux de Cologne.*
Ucubis. opp. Hiſpan. Baet. *Lucubi.*
Velauni. pop. Galliae. *le Velai.*
Vellaunodunum. oppid. Galliae. *Auxerre.* Al. *Caſteau Landon.* Al. *Villeneuve en Loraine.* Al. *Veron.*
Velocaſſes. *vide* Bellocaſſes.
Veneti. pop. Galliae. *Vannes en Bretagne.*
Ventiſponte. oppid. Hiſpan. neſcitur.
Veragri. pop. Galliae. *le Pays de Gavot.* Al. *Chablais.*
Verbigenus *ſive* Urbigenus pagus. pop. Helvet. *le Pays alentour d'Orbe.*
Veromandui. pop. Galliae. *le Vermandois.*
Verſaonenſes. *vide* Urſaonenſes.
Veſontio. urbs Galliae. *Bezançon.*
Vettones. pop. Hiſpan. *Extremadura.*
Vibo ad fretum. oppid. Italiae, prope fretum Siculum.
Vienna. urbs Galliae Narbonenſis. *Vienne en Dauſiné.*
Ulla *ſive* Ulia. oppid. Hiſpan. Baet. *Monte major.* Al. *Vaena.* Al. *Velia.*
Unelli. pop. Galliae. neſcitur.
Vocates. pop. Galliae. in finibus Lapurdenſium. *Buchs.* Incertum.
Vocontii. pop. Galliae. *ceux de Die en Dauſiné, & de Vaiſon au Comtat de Veniſſe.*
Vogeſus. *le Mont de Vauge en Loraine.* Al. *de Faucilles.*
Volcae Arecomici & Tectoſages. pop. Galliae. *le bas & le haut Languedoc.*
Urſao. oppid. Hiſpan. Baet. *Oſſuna.*
Uſceta. opp. Afr. neſcitur.
Uſipetes. pop. German. Incertum.
Utica. urbs Africae. *Biſerte.*
Uxellodunum. oppidum Galliae. Incertum. Quibuſdam *Uſſaldun.*
Uzida. opp. Afr. Incertum.

X.

Xantones. *vid.* Santones.

Z.

Zama. urbs Afr. *Zamora.*
Zerra. opp. Africae marit. *Zerbis.*
Ziela *ſive* Zela. urbs Ponti.

INDEX
RERUM MEMORABILIUM,
QUAE IN
COMMENTARIIS CAESARIS
HABENTUR.

A.

Abies *in* Britannia *non provenit* G. V, 12.
abſentia vehementius hominum mentes perturbat G. VII, 84.
abſentis etiam perinde ac praeſentis Arioviſti. *crudelitas timetur* Sequanis G. I, 32.
Acarnania Caeſari *ſubdita* C. III, 55.
Acco Senonum *princeps* G. VI, 4. *ejus ſupplicium* G. VI, 44.
in Achaia *&* Dyrrhachio *a* Caeſare geſta C. III, 55. *& ſeq.*
Achillas *praefectus regis* Ptolemaei *ad occidendum* Pompeium *miſſus* C. III, 104. *idem exercitus* Alexandrini *dux adverſus* Caeſarem C. III, 108. *ejus crudelitas & copiae* C. III, 110. *interitus* Al. 4.
Achillis *&* Memnonis *congreſſus* H. 25.
Acilla *civitas libera ſe* Caeſari *dedit* Af. 33. *obſidetur fruſtra a* Pompeianis Af. 43.
Actius Pelignus Pompeianus *captus a* Caeſare *incolumis dimittitur* C. I, 18.
Actius Rufus L. Afranium *proditionis poſtulat* C. III, 83.
Actii Vari Pompeiani *delectus* C. I, 12. III, 1. *fuga* C. III, 12.
Actius Varus Tuberonem *appulſu Africae prohibet* G. I, 31. *ejus copiae* C. II, 23. *caſtra* C. II, 25. *pugna cum* Curione C. II, 33. *periculum, clades, aſtutiaque* C. II, 35.
Actius Varus *caſtellorum praefectus* H. 27. *ejus mors* H. 31.
Abducillus Gallus Allobrox. C. III, 59.
Adcantuanni *rebellio ac mox deditio* G. III, 22.
adoleſcentes facile ſeducuntur G. VII, 37.
Adrumetum *oppidum* C. II, 23. *a* Caeſare *obſidetur* Af. 3. *capitur* Af. 89.
Adrumetinorum *mulcta a* Caeſare Af 97.
Aduatici *eorumque res* G. II, 4. 16, 29. *& ſeqq.* II, 30. *& ſeqq.* V, 38, 39, 56. VI, 2.
Aeduorum *auctoritas ac poteſtas & mox calamitas* G. VI, 12. *& ſeqq.* VII, 5, 9, 37, 41. VIII, 46. *clientes* G. I, 31. VII, 75. *tumultus ac ſeditio* G. VII, 32. *& ſeq. perfidia* G. VII, 54. *lex de magiſtratibus ſuis* G. VII, 33. *res cum* Arioviſto G. I, 33. *cum* Arvernis G. I, 31. *& ſeqq. cum* Biturigibus G. VII, 5. *cum* Caeſare *&* Romanis G. I, 11, 16, 17, 32, 35, 43. *& ſeq.* V, 7, 54. VI, 4. VII, 32. *& ſeq.* VII, 54. *& ſeq.* VII, 63, 89. *cum* Helvetiis G. I, 11, 14. *cum* Sequanis G. VI, 12.
Aeginium *oppidum* C. III, 79.
Aegus Gallus Allobrox *apud* Caeſarem *accuſatus* C. III, 59. *ad* Pompeium *transfugit* C. III, 60.
aegri militis ingens animus adverſus hoſtes G. VI, 38.
Aegypti *munimenta* Al. 26.
Aegypto *&* Alexandria Caeſar *potitus* Al. 30, 31. *& ſeq.*
Aegyptiae *claſſis* Pompeianae *praefectus* Pompeius *filius* C. III, 5.
Aegyptii *milites* Caeſari *inſidiantur* C. III, 106.
aequinoctialis navigatio periculoſa G. IV, 36. V, 23.
aerariae ſecturae ſeu ſtricturae in Aquitania G. III, 21.
aerarium ſanctius C. I, 14.
aerei nummi, & taleae ferreae pro pecunia apud Britannos G. V, 12.
aes apud Britannos *non naſcitur* G. V, 12.
aeſtimatio rerum & ſolutio arbitraria ex decreto Caeſaris *aequiſſima* C. III, 20.
aeſtimationes rerum & poſſeſſionum in anguſtia fidei C. III, 1.
aeſtus maris bis incitatus XII *horarum ſpatio* G. III, 12.
aeſtus marini vis G. V, 8.
aeſtus maritimos majores concitat plena luna G. IV, 29.
aeſtum ut vitent Galli G. VI, 30.
Aetolia *a* Caeſarianis *ducibus recepta* C. III, 35.
Afranii *&* Petreii *res* C. I, 38. *& ſeqq.*
Afranii *mors* Afr. 95. *& ſeqq.*
Afraniana *legio* H. 7.
Afri, *inſidioſa natio* Af. 10.
Africae *calamitas* Af. 26, 47.
Africanae Caeſaris *copiae* Af. 77.
Afrorum *mos in frumentis ſuis in ſpecubus ſubterraneis condendis* Af. 65.
Agar *oppidum* Af. 67, 76.
Agendicum *oppidum* G. VI, 44. VII, 10.
agger ex lateritiis muris confectus C. II, 15.
agger Romanorum *ad* Avaricum *oppidum* G. VII, 24.
agriculturae cur non ſtudeant Germani G. VI, 22.
agri privati olim Suevis *nulli* G. IV, 1.
agros a finibus ſuis latiſſime vacare, pulchrum ducunt Suevi G. IV, 3.
alacritas animi, pugnae ſtudio incenditur C. III, 92.
Alba *oppidum* C. I, 15.
Albici *contra* Caeſarem *a* Maſſilienſibus *acciti* G. I, 34, 56. II, 2.
Albicorum *feritas & virtus* C. I, 56, 57.
Alces *ferae* G. VI, 27.
Aleſia Mandubiorum *oppidum* G. VII, 68. *ad* Aleſiam *opera Caeſaris* G. VII, 69, 72. *& ſeqq.*
Aleſienſium *obſeſſorum anguſtia* G. VII, 77. *& ſeqq.*
Aleſiae *cladis memoria* G. VIII, 34. *obſidio* Caeſarianis *difficilis* C. III, 47.
Alexandria, *receptus fugitivorum* Romanorum C. III, 110.
Alexandria *incendio tuta* Al. 1. *ejus deſcriptio* Al. 5.
Alexandriam *uſque* Pompeium Caeſar *perſequitur* C. III, 106. *eamdem* Achillas *occupat* C. III, 111.
Alexandrina *licentia* C. III, 110.
Alexandrini *belli initia* C. III, 113. Al. 1.
Alexandrinorum *diligentia, ſolertia & induſtria* Al. 2, 3. *verſutia* Al. 24.
Alexandrini Romanorum *potentiam ſuſpectam habent* Al. 3. *eorum technae adverſus* Romanos Al. 2, 3. *Eorumdem diviſio* Al. 7. *animi fracti* Al. 12. *claſſis adverſus* Caeſarem, *& contra* Al. 10, 11, 19, 20. &c. *fuga & caedes* Al. 12, 29. Caeſari *deduntur* Al. 32.
Alexandrinum Caeſaris *periculum* Al. 48.
alga jumentis in paſtum data Af. 24.
Allienus Siciliae *praetor* Af. 2.
Allienus *proconſul* Caeſari *commeatum in* Africam *mittit* Af. 34.
Allobrogum *animus erga* Romanos G. I, 6. VII, 64. *iidem ad* Caeſarem *confugiunt* G. I, 11. *frumentum* Helvetiis *dare jubentur* G. I, 28. *ſollicitantur* G. VII, 64. *duo fratres, viri nobiles, a* Caeſare *ad* Pompeium *deficiunt* C. III, 59, 60, 84.
Alpes G. I, 10. Alpium *transmittendarum difficultas* G. III, 1.
Amagetobria G. I, 31.
Amantia C. III, 40.

Ama-

Amantis *mons* C. III, 31.
Ambacti *equitum* Gallorum G. VI, 15.
Ambarrorum *ad* Caeſarem *legati* G. I, 11.
Ambianorum *deditio* G. II, 15. *eorum poteſtas* G. II, 4.
Ambialites Galli G. II, 9.
Ambibari G. VII, 75.
Ambiorix *&* Cativulcus Eburonum *principes* G. V, 24.
Ambiorix Caeſaris *beneficiarius* G. IV, 27.
Ambiorigis *fraus & perfidia adverſus* Romanos G. V, 27, 34. VI, 2.
Ambiorigem *ulciſci & debellare* Caeſar *ſtatuit* G. VI, 5, 29. VIII, 24.
Ambiorigis *mira fuga* G. VI, 30, 43.
Ambivareti Aeduorum *clientes* G. VII, 75.
Ambivariti G. IV, 9.
Ambracia C. III, 36.
amicitia populi Romani *foederatis ornamento debet eſſe, & praeſidio, non detrimento* G. I, 44.
Amphilochi *a* Caeſare *recepti* C. III, 55.
Ana fluvius. C. I, 38.
Anartes *populi* G. VI, 25.
Ancalites Britanniae *populi* G. V, 21.
Ancona *oppidum* C. I, 11.
Andes *oppidum* G. II, 35. III, 7. VII, 4.
Androſthenes Theſſaliae *praetor* C. III, 80.
animadverſio non ubique exercenda C. III, 60.
animarum immortalitas G. VI, 14.
animus Caeſaris *altus & erectus* Af. 10.
animus indomabilis Caeſarianorum *militum* G. VII, 17, 19.
animi fortitudo, maximum hominis praeſidium C. III, 28.
animi magnitudo facilia ex difficillimis facit G. II, 27.
animos ad audendum faciemia C. III, 26.
Annii Scapulae *mors* Al. 55.
annonae difficultas ut ingraveſcat C. I, 52.
anſerem Britanni *non guſtant* G. V, 12.
Antebrogius *& Iccius legati* Rhemorum G. II, 3.
anteſignani equitibus inmixti C. III, 75.
Antiochi Comageni *auxilia* Pompejo C. III, 4.
Antiſtii Turpionis *&* Q. Pompeji *monomachia* H. 25.
Antonius Caeſarianus G. VIII, 50. C. I, 2. III, 24. 29. *& ſeq.* III, 40.
Apollinem *morbos depellere* G. VI, 17.
Apolloniam Caeſar *recipit* C. III, 11. 12.
Aponiana *inſula* Af. 2.
Apſus *fluvius* C. III, 13.
in Apuliam Caeſar *proficiſcitur* C. I, 23.
Apuliae *gravis autumnus* C. III, 2.
aqua dulcis ad litora marina Al. 8.
aquae avertendae labor Al. 6.
aquae dulcis magna vis inventa Al. 9.
aquae & ignis interdictio G. VI, 44.
aquae inopia Pompejani *laborant* C. III, 49.
aquam intrant Caeſariani, *ut cum* Britannis *decertent* G. V, 18.
Aquilaria *locus in* Africa C. II, 23.
Aquileja G. I, 10.
Aquiliferi Caeſariani *moribundi fortis animus* C. III, 64.
Aquiliferi decimae legionis virtus G. IV, 25.
Aquitania *tertia* Galliae *pars* G. I, I. III, 20. *ejus limites* G. I, I. *ejuſdem pars maxima ſeſe* Craſſo *dedit* G. III, 25.
Aquitaniam Caeſar *ipſe adit* G. VIII, 46.
Aquitani *in* Caeſaris *copiis* C. I, 39.
Aquitanorum *clades* G. III, 20. 21. 26.
Aquitius Clodius H. 23.
Arar *fluvius* G. I, 12.
aratores ſtipendiarii milites facti Af. 20.
arborum incidendarum aſtus in remorandis hoſtibus G. II, 17.
Arcana *conciliu jurejurando ſanciuntur* G. I, 30.
Arduenna *ſilva* G. V, 3. VI, 29.
Arecomici G. VII, 7. C. I, 35.
Arelatenſes *naves* Caeſaris C. I, 36.
Arguetius Caeſarianus H. 10.
Ariarathes Ariobarzanis *frater* Al. 5. 66.
Ariminum *oppidum* C. I, 8.
Ariobarzanes D *equites* Pompejo *ſuppeditat* C. III, 4.
Arioviſtus Germanorum *Rex* G. I, 31. *& ſeq. uſque ad lib.* II. V, 19, 55. VI, 12.
armis concrepandi mos apud Gallos G. VII, 21. *iiſdem deſpoliari timent* Aduatici G. II, 31. *& ſeq.*
armorum officinae Alexandriae *inſtitutae* Al. 2.
armorum ſimilitudo, nonnunquam fraudulenta eſt G. VII, 50.
armatum concilium Gallorum G. V, 56.
Armenia *minor* Dejotari *regnum* Al. 67.
Armoricae *civitates* G. V, 53. VII, 75. VIII, 31.
ars, locorum anguſtiis impedita Al. 15.
Arſinoë Ptolemaei *Regis minor filia* Al. 4.
Arvernorum *&* Aeduorum *factiones* G. I, 31.
Arverni *&* Rutheni *a* Fabio Max. *ſuperati* G. I, 45.
Arvernorum *timor a* Caeſare G. VII, 7, 8.
arundinum radicibus paſti equi G. III, 58.
Aſculum *oppidum a* Caeſare *recipitur* C. I, 16.
Aſcurum *oppidum* Af. 23.
in Aſiam Caeſar *proficiſcitur* Al. 78.
Aſparagium Dyrrachinorum *oppidum* C. III, 30.
Aſpavia *caſtellum* H. 24.
Aſprenas *proconſul* Af. 80.
Aſta *oppidum* Caeſari *ſe dedit* H. 36.
Ategua *oppidum* H. 8. *capitur* H. 22.
Atrebates G. II, 4, 16, 23. VII, 75.
Atuatuca G. VI, 32, 35.
Avaricum *oppidum* Biturigum G. VII, 13, 31, 32, 47.
avaritiae commenta C. III, 32.
avaritiae Imperatorum *malum* G. I, 40.
auctio bonorum Jubae *regis* Af. 97.
auctoritas & timor Romani *exercitus apud Barbaros* G. IV, 19.
audax facinus Fabii Peligni C. II, 35.
Avienus *tribunus militum ignominioſe a* Caeſare *dimittitur* Af. 54.
Aulerci Romanis *dediti* G. II, 34. *rebellant* G. III, 17. VII, 75.
Aulerci Brannovices G. VII, 75.
Aulerci Cenomani G. VII, 75.
Aulerci Eburones G. VII, 75.
A. Baebius *eques* H. 26.
A. Clodius C. III, 90.
A. Fonteji *ignominioſa miſſio* Af. 54.
A. Gabinius C. III, 4.
A. Trebellius *eques* H. 26.
A. Valgius H. 13.
A. Varro Pompejanus C. III, 19.
aurigarum Britannorum *in proeliis mira dexteritas* G. IV, 33.
aurium defectio in minoribus ſuppliciis G. VII, 4.
Auſci Aquitani Romanis *dediti* G. III, 27.
Auſetani *ad* Caeſarem *tranſeunt* C. I, 60.
auſpiciorum & religionum obſervans Pharnaces Al. 74.
Auximum *oppidum* C. I, 15.
Axona *fluvius* G. II, 5, 6.

B.

Bacenis *ſilva* G. VI, 10.
Baetis *fluvius* Al. 59. 60. H. 5.
Bagrada *fluvius* C. II 38.
Baleares *inſulae* Af. 23.
Baleares *funditores* G. II, 7.
Baliſta *turrem dejiciens* H. 13.
Barbarorum mos in caſtris figendis G. VIII, 36.
Barbaros ſe vocant Morini G. IV, 22.
Batavorum *inſula* G. IV, 10.
Belgae G. I, I. II, I. *& ſeq.*
Belgae Gallorum *fortiſſimi* G. I, I. II, 4. VIII, 54.
Belgarum *in* Romanos *conjuratio* G. II, I. *&c. fuga & caedes* G. II, 10, 11. *in* Britanniam *commigratio* G. V, 12. *fines* G. I, I.
Belgium G. V, 24, 25, 35.
bellandi cupidi Helvetii G. I, 2.
bella parvis momentis magnos caſus admittunt C. I, 21.
belli communes caſus C. III, 72.
belli eventu milites praemia ſui laboris expectant C. II, 32. *exitus durifſimi* G. VII, 14. *jus* G. I, 36. *jure in captos victor vitae neciſque poteſtatem habet* Af. 45. *de ſumma judicium ducis eſſe debere, non militum* G. I, 40. *ratio nova & inuſitata* C. III, 47.
bello Cimbrico *aetate inutiles bello apud* Gallos *comeſti* G. VII, 77. *inutiles ejiciuntur* G. VII, 78.
bellum ſectantes otii & praedae gratia G. III, 17. *confici nollet qui licentia peccandi gaudet* Al. 56. *idem ſine magiſtratus &* Principum *conſenſu geri non poſſe* G. VIII, 22.
bellica porta Uticae C. II, 25.
bellica laude ſemper incly̆ti Galli G. V, 51, 56. VII, 1, 76.

Bello-

Bellocaſſi *populi* G. VII, 75.
Bellonae *templum* Al. 66.
Bellovaci, *eorumque res* G. II, 4, 13, 14. VII, 59, 75. VIII, 7, 14. *& ſeqq.*
beneficium maximum quod Romani exteris conferre poſſent G. I, 43.
Berones Caſſiani Al. 53.
Beſſi *in copiis* Pompeji C. III, 4.
Bethuria H. 22.
Bibracte *oppidum Aeduorum* G. I, 23. VII, 55.
Bibrax *Rhemorum oppidum* G. II, 6.
Bibractenſe *Gallorum concilium* G. VII, 36.
Bibroci Britanniae *populi* G. V, 21.
Bibulus XXX *naves* Caeſaris *incendit* C. III, 8. *ejuſdem odium in* Caeſarem C. III, 8, 16. *crudelitas in Caeſarianos* C. III, 14. *mors* C. III, 18. *filii ejus duo occiſi* C. III, 110.
Bigerriones Romanis *dediti* G. III, 27.
Bithyniae *ac* Ponti *compoſitio* Caeſari *difficilis* Al. 65.
Biturigum *res* G. VII, 5. VIII, 3, 4.
Bivius Curius Caeſarianus C. I, 24.
Boduognatus *Nerviorum* dux G. II, 23.
Bogud Mauritaniae *rex a* Caſſio *in auxilium vocatur* Al. 59. *adverſus Marcellum pugnat* Al. 59, 60. *a* Pompejo *filio infeſtatur* Af. 23. *idem &* P. Sittius Cirtam Jubae *regis oppidum invadunt* Af. 25.
Boja G. VII, 14.
Boji G. I, 5. Helvetiorum *auxiliares* G. I, 25. *Aeduis adtributi* G. I, 28.
Bojorum *oppidum* Gergovia G. VII, 9.
bona Jubae *regis ſub haſta vendita* Af. 97.
bos cervi figura G. VI, 26.
Boſpori *Rex conſtituitur Mithridates* Pergamenus Al. 78.
brachium ad flumen Salſum Pompejus *facit* H. 14.
Brannovii G. VII, 75.
Bratuſpantium Bellovacorum *oppidum* G. II, 13.
Britanniae *deſcriptio* G. V, 12, 13. &c. *&* Britannorum *res* G. IV, 21. *& ſeqq.* V, 8. *& ſeqq.*
Britanniam *diſciplinae ergo adibant* Galli G. VI, 13.
Brundiſium *oppidum circaque res geſtae* C. I, 24. *& ſeqq.* III, 2, 24.
Brutus *adoleſcens*, Caeſarianus G. VII, 9. *ejus claſſis adverſus Maſſilienſes* C. II, 3, 5, 6, 22.
Bullis *&* Amantia *oppida* C. III, 40.
Bullidenſes Caeſari *ſe dedunt* C. III, 12.
Burſavolenſes *populi* H. 22.
Buthrotum *oppidum* C. III, 16.

C.

Cabillonum *oppidum* G. VII, 42, 90.
Caburus Allobrox G. VII, 65.
cadavera hoſtium pro ceſpite H. 32.
Cadetes *populi* G. VII, 75.
Caecilius Niger Barbarus, Pompejanus H. 35.
Caecinae Caeſar *ignoſcit* Af. 89.
Caeraeſi Germani G. II, 4.
Caeſar Antonio *adeſt in auguratus petitione* G. VIII, 50.
Caeſar *cum* Afranio *dimicat* C. I, 41. *& 42. eum ad deditionem compellere vult* C. I, 81.
Caeſar Dejotaro *ignoſcit* Al. 68. *deprecans a ſuis militibus non exauditur* Af. 85.
Caeſar *dictator a* Lepido *dictus* C. II, 21. *idem dictator* IV *deſignatus* H. 2.
Caeſar *diffidentibus ſuis accedens animum reſtituit* G. II, 25. *laborantibus ſubvenit* G. IV, 37.
Caeſar *&* Pompejus *vicina caſtra ponunt* C. III, 13, 30.
Caeſar *in* Galliam *contendit* G. I, 7. I, 10. VI, 12. *in mare ſe abjicit & nando evadit* Al. 21. *legatos ſuos violatos ulciſcitur* G. III, 16. *novem annis iiſdem fere militibus uſus* C. I, 7.
Caeſar Pompejo *conciliari vellet* C. I, 26. III, 10, 16, 17, 57.
Caeſar Pompejum *oppugnare ſemel deliberat* C. I, 26. Pompejum *ad pugnam elicere cupit* C. III, 85. Pompejum *terra arcet*, Pompejus Caeſarem *mari ex portubus* C. I, 15.
Caeſar Rhenum *trajicit* G. IV, 17.
Caeſar *quotannis in* Italiam *ibat.* G. V, 1. *ſuis adverſus elephantos pugnandi rationem commonſtrat* Af. 72. *ſupplicibus libentiſſime ignoſcit* Al. 70. *una aeſtate duo maxima bella conficit* G. I. 54. *uni militum ſcutum detrahit & in primam aciem provolat* G. II, 25.
Caeſar *contra* Aduaticos G. II, 29. *contra* Alexandrinos C. III, 111. Al. 1. *contra* Ambianos G. II, 15. *contra* Arioviſtum G. I, 33. *contra* Belgas G. II, 2. *& ſeqq. contra* Bellovacos G. II, 13. *contra* Britannos G. IV, 20, V, 8. *contra* Gallos G. VII, 88. *contra* Germanos G. IV, 6, 14, 15. *contra* Aeduos G. VII, 40. *contra* Labienum Af. 14. *& ſeq. contr* Maſſilienſes C. I, 35. *contra* Nervios G. II, 17. V. 46. *contra* Pharnacem Al. 71. *& ſeqq. contra* Scipionem Af. 1, 34. *& ſeqq. contra* Sotiates G. III, 20. *contra* Sueſſiones G. II, 12. *contra* Venetos G. III, 9. *contra* Vercingetorigem G. VII, 7.
Caeſaris *opera varia* G. I, 13. IV, 17
Caeſaris *opera ac munitiones ad* Aleſiam G. VII, 69, 72, 73. *& ſeq. ejuſdem opera ad* Alexandriam Al. 1. *& ſeqq. ad* Brundiſium C. I, 25. *ad* Ilerdam C. I, 41. *ad* Maſſiliam C. II, 15. *& ſeqq. ad* Dyrrachium C. III, 43, 44.
Caeſaris *opera ad* Pharum Al. 19. *ad* Uzitam Af. 41.
Caeſaris *pro caſtris ſemper duae legiones excubabant* G. VII, 24.
Caeſaris *&* Pompeji *diſſidiorum cauſae* C. I, 1. *& ſeqq. eorum noviſſimum inter ſe proelium* C. III, 39 *& ſeqq.*
Caeſaris *ad* Scipionem *de pace mandata* C. III, 57.
Caeſaris *in* Hiſpania *res geſtae* C. II, 19. *& ſeqq. in ſcientia & conſilio omnia ſibi poſita milites exiſtimabant* Af. 10.
Caeſari *ſupplicatio decreta* G. IV, 38. *honores exhibiti* G. VIII, 51.
Caeſarem Romana *Reſp. deſiderat* Al. 65.
Caeſarem *velut deſpicit* Scipio Af. 32.
Caeſarianae *claſſis incendium* C. III, 91.
Caeſariani *Centurionis captivi ad* Scipionem *forte & intrepidum reſponſum* Af. 45.
Caeſariani *exercitus tolerantia, ſitis & fames* C. III, 47. *& ſeq.* Af. 69.
Caeſariani *militis veterani ad* Labienum *verba* Af. 16.
Caeſariani *haud fere ad* Pompejum *perfugiebant, ſed ſaepe contra* C. III, 61.
Caeſariani a Pompejanis *in colloquio conducto contra fidem vulnerantur* C. III, 19.
Caeſariani *equites mille contra ſeptem millia* Pompejanorum *confligebant* C. III, 84.
Caeſariani *milites ab* Afranio *&* Petrejo *male plectuntur* C. I, 76. *in quodam caſtello omnes vulnerati* C. III, 53. *deſperatione ſe interficientes* G. V, 37.
Caeſarianorum *adverſus* Britannos *difficultates* G. IV, 29.
Caeſarianorum *militum adverſum* Germanos *trepidatio* G. I, 39. *adverſus* Pompejanos *pugna & victoria* H. 13. & ſeq. *ſtrages a* Pompejo C. III, 69, 70, 71. *diligentia ac induſtria ſingularis* G. V, 2, 11. *eorum lenitas* C. II, 13. *peritia militaris* G. II, 20. *licet paucorum adverſus multos hoſtes ingens animus* G. III, 23. *perplexitas atque etiam praeſens animus* G. III, 3. & ſeqq. *conſtantia ſeu pertinacia miranda* G. V, 43. H. 23. *res fortiter geſtae* C. III, 73. *virtus* Pompejanis *collata* Af. 45.
Caeſarianis *militibus* Labienus *inſultat* Af. 16.
C. Antiſtius Rheginus *legatus* Caeſaris G. VI, 1.
C. Arpinius *eq. Rom.* G. V, 27.
C. Atejo Caeſar *ignoſcit* Af. 89.
C. Avienus *trib. mil. ignominioſe a Caeſare mittitur* Af. 54.
C. Calviſius Sabinus Caeſarianus C. III, 34.
C. Caninius Uxellodunum *obſidet* G. VIII, 33.
C. Caſſius Syriacarum *navium* Pompeji *praefectus* C. III, 5.
C. Cluſinas *ignominioſe dimittitur* Af. 54.
C. Conſidius Pompejanus C. II, 23. Af. 3, 33. *ejus crudelitas* Af. 4.
C. Coponius C. III, 3.
C. Decimii *fuga* Af. 34.
C. Fabius *legatus* Caeſaris G. V, 24. VIII, 27. C. I, 37.
C. Flavius *eques* H. 26.
C. Fundanius *eques Rom. ad* Caeſarem *transfugit* H. 11.
C. Fuſii Cottae *mors* G. VII, 3.
C. Gallonius *eques Rom.* C. II, 18.
C. Marcellus Rhodiae *claſſis* Pompejanae *praefectus* C. III, 5.
C. Marius G. I, 40. Af. 35.
C. Meſſius Caeſarianus Af. 33.
C. Mutius Reginus *eq. Rom. a* Caeſare

ſare *captus* Af. 68.
C. Pietorius *quaeſtor* Af. 54.
C. Salluſtius Criſpus *praet.* Af. 8.
C. Saſerna Af. 57.
C. Trebonius *legatus* Caeſaris G. v, 17. vi, 40. G. vii, 11. Maſſiliam *oppugnat* C. i, 36. *praetor urbanus* C. iii, 20.
C. Triarius Pompejanus C. iii, 5. *ejus de procurſu militum praeceptum* C. iii, 92.
C. Valerius Caburus G. i, 47.
C. Valerius Donotaurus G. vii, 65.
C. Valerius Flaccus G. i, 47.
C. Valerius Procillus Galliae *provinciae princeps* G. i, 19, 47, 53.
C. Virgilius Praetorius Pompejanus Af. 28. *ejus deditio* Af. 93.
C. Volcatius Tullus G. vi, 29.
C. Voluſenus G. iii, 5. iv, 21. viii, 22, 48. C. iii, 60.
Calagurritani *populi* C. i, 60.
calamitas ex amicis inimicos facit C. iii, 104.
calamitatem aut ſuam aut temporum queri, mediocris eſt animi C. iii, 20.
Calenus Caeſarianus C. iii, 14.
Caletes *populi* G. ii, 4.
Calones *inermes armatis hoſtibus intrepidi occurrunt* G. ii, 27. *eorum fuga* G. ii, 24.
Calpurnius Salvianus Al. 53.
Calydon *oppidum* C. iii, 35.
cameli Regis Jubae *capti* Af. 68.
Camulogenus Aulercus G. vii, 57. *ejus mors* G. vii, 62.
Candavia C. iii, 11. 79.
Caninius Rebilus *legatus* Caeſaris C. i, 26.
Canopus Al. 25.
Cantabri *populi* C. i, 38.
Cantium Britanniae G. v, 13, 22.
Canuſium *oppidum* C. i, 24.
capillo promiſſo ſunt Britanni G. v, 14.
Cappadoces *in copiis* Pompeji C. iii, 4.
Cappadocia *regnum* Ariobarzanis Al. 34.
capita hominum occiſorum adverſus hoſtium oppidum converſa H. 32. *in capita ſingula liberorum ac ſervorum tributum impoſitum* C. iii, 32. *non niſi capite* Caeſaris *relato pacem fieri poſſe* Labieni *dictum* C. iii, 19. *caput* Cn. Pompeji *adoleſcentis* Caeſari *allatum* H. 39.
Capua *oppidum* C. i, 10. *perfugium* Pompejanorum C. i, 14.
Caralitani Caeſaris *ſtudioſi* C. i, 30.
Carales Sardiniae Caeſar *adit* Af. 98.
Carmonenſes *populi* C. ii, 19.
Carmona *oppidum* Al. 57.
Carnutes, *eorumque res* G. v, 25, 56. vi, 2, 4. vii, 2. viii, 31.
carri & impedimenta Gallorum *in bellis* G. viii, 14. C. i, 51.
carri Helvetiorum *pro vallo* G. i, 26.
Carruca *oppidum* H. 27.
Carſulenus Caeſarianus *praefectus* Al. 31.
Carteja *oppidum* H. 32.
Carvilius *rex* G. v, 22.
Caſſi Britanniae *populi* G. v, 21.
Caſſivellaunus Britannorum *dux* G. v, 11.
Caſſianae *turmae honos a* Caeſare H. 26.
Caſſius Longinus Caeſarianus C. iii, 34. *ejus timor* C. iii, 36.
Caſſius Longinus *Propraetor in* Hiſpania Al. 48. *ejus ſtipatores* Al. 53. *ejuſdem odium apud milites* Al. 48. & *ſeqq.* 54. *pugna cum* Marcello Al. 60. *vulneratio & conſanatio* Al. 52, 56. *ejuſdem mors* Al. 64.
Caſſius Pompejanus C. iii, 101. *ejus fuga*. ibid.
caſtellorum ingens numerus C. iii, 44.
Caſticus Sequanus G. i, 3.
Caſtor Tarcundarius C. iii, 4.
caſtra munire quando primum coeperint Galli G. vii, 30.
caſtra Q. Ciceronis *a* Gallis *oppugnantur* G. v, 39, 42. & *ſeqq.*
Caſtra Poſthumiana, *locus* H. 8.
caſtrorum Caeſaris *exiguitas in* Britannia G. iv, 30. Pompejanorum *immuries* C. iii, 96.
Catamantaledes Sequanus G. i, 3.
catenae ferreae pro funibus G. iii, 13.
Cativulcus Eburonum *princeps* G. v, 24. *taxo vitam finit* G. vi, 31.
Cato Caeſaris *hoſtis* C. i, 4, 32. *Siciliae praetor* C. i, 30. *ejus de* Pompejo *querelae* C. i, 32. *ejuſdem ad* Cn. Pompejum *filium oratio* Af. 22.
Catonis Luſitani *oratio ad* Caeſarem H. 17.
Catonis Uticenſis *molimina adverſus* Caeſarem Af. 36. *ejuſdem apud* Uticam *gratia, labor, exitus* Af. 88.
Catuiges Galli G. i, 10.
Cavarillus Aeduus *capitur* G. vii, 67.
Cavarinus Senonum *rex* G. v, 54. vi, 5.
Cebenna *mons* G. vii, 8, 56.
celeritatis in bellis momentum G. v, 29, 48. vii, 45. C. ii, 7. Al. 32.
Celtae, *qui &* Galli, *eorumque termini* G. i, 1.
Celtiberia *regio* C. i, 61.
Celtiberi *populi* C. i, 38.
Celtillus Vercingetorigis *pater* G. vii, 4.
Cenimagni Britanniae *populi* G. v, 21.
Centrones *populi* G. i, 10. Nerviorum *clientes* G. v, 39.
Cercina *inſula* Af. 8.
Cercinates Caeſarem *commeatu juvant* Af. 34.
cetrati Afraniani *occiduntur* C. i, 70.
Charae radicis uſus pro pane C. iii, 48.
Cherroneſus Al. 10.
Cheruſci Germaniae *populi* G. vi, 10.
cibaria trium menſium molita ſecum efferunt Helvetii G. i, 5.
cibis quibus Britanni *abſtineant* G. v, 12.
cibus ſervitute oblata petitus G. vii, 78.
Ciceronis *hybernorum oppugnandorum conſilium* G. v, 39. *prudentia* G. v, 40. & *periculum* G. v, 43. *cura* Caeſari G. v, 48. *obſervantia mandatorum* Caeſaris G. vi, 36.
Ciliciae *ordinatio* Al. 65, 66.
Cimberius & Naſua Suevorum *Imperatores* G. i, 37.
Cimbri *ac* Teutoni Italiam *vaſtantes*, G. i, 33. vii, 77. *a* Mario *pulſi* G. i, 40.
Cinga *flumen* Hiſpaniae C. i, 48.
Cingetorix *ejuſque res* G. v, 3, 45, 56, 57. vi, 8.
Cingulum *oppidum* C. i, 15.
Cirta *oppidum capitur* Af. 25.
Ciſpius & Aquila Caeſariani Af. 67.
civilis diſſenſio Romanorum *Praefat.* viii.
civilis diſſenſionis remedium G. viii, 52.
in civilibus diſſenſionibus quid accidere ſoleat Af. 65.
civitas omnis Helvetia *in quatuor pagos diviſa* G. i, 12.
civitas Pariſiorum & Senonum G. vi, 3.
civitatum Germanicarum *laus* G. vi, 23.
cives Romani Gaditani C. ii, 18.
civium Romanorum *bona, qui contra populum* Rom. *arma tuliſſent*, Zamae *vendita* Af. 97.
clades Caeſarianorum C. iii, 63, 64, 65, 71. & *ſeqq.*
cladibus deceſſorum ſuorum poſteriores duces prudentiores fiunt G. iii, 20.
clamor exercitus & ſignorum cantus auditus Antiochiae C. iii, 105.
clamor in pugna non inutilis C. iii, 92.
clamoris terror G. vii, 84. H. 31.
claſſis Pompejana C. iii, 5. Caeſarianae *incendium* C. iii, 101. Gallica *adverſus* Romanos G. iii, 14.
Cleopatra *cum ſuo fratre pugnans* C. iii, 103. *a* Caeſare *regina* Aegypti *conſtituitur* Al. 33.
clientum Gallorum *fides* G. vii, 40.
Clodius Aquitius *caeſus* H. 23.
Clodii *caedes* G. vii, 1.
Clodianae *caedis reus* Milo C. iii, 21.
Clupea *inſula* C. ii, 23. Af. 2, 3.
Cneus Domitius Calvinus C. ii, 42. iii, 34. Af. 86.
Cneus Magius, *praefectus Fabrum*, Pompejanus, *captus ad* Caeſarem *adducitur* C. i, 24, 26.
Cn. Piſo Pompejanus Af. 3. 18.
Cn. Pompejus Q. Titurii *interpres* G. v, 36.
Cn. Pompeji *adoleſcentis molimina, ejuſdem praeſidium fragile, res male geſtae* Af. 23. *ejus caedes* H. 39.
Cocoſates Aquitani G. iii, 27.
Coelius Vincianus Caeſarianus Af. 77.
Coelius *de Repub. remotus* C. iii, 20, 21. *ejus iniquitas* C. iii, 20 *ejuſdem molimina fruſtra cadunt* C. iii, 22.
Coeliae *leges* C. iii, 20. 21.
cohorti uni Pompejanae *decem* Caeſariani *decertare non detrectant* Af. 45.
colonorum delectum habent Pompejani C. i, 14.
Comagenus Antiochus C. iii, 4.
Comana *oppidum* Al. 34. Bellonae *templum* 66.
Cominius Af. 46.

Commius Attrebatum rex, ejuſque res G. IV, 21. 27. 35. VI, 6. VII, 76. VIII, 6. 23, 47, 48.
commeatibus duobus reportatus ex Britannia Roman. exercitus G. V, 24.
commentariorum Caeſaris elegantia C. VIII, praef.
commentarios Caeſaris Hirtius contexuit G. VIII, praef.
concilia nocturna & occulta G. V, 53.
concilium Gallorum G. I, 30. VI, 3.
concilium armatum apud Gallos G. V, 56.
conclamandi mos in caſtris C. I, 66.
concordiae bonum G. V, 31.
conditionem ab armato hoſte Romani non accipiunt G. V, 41.
conditiones pacis aequae quando maxime fieri poſſint C. III, 10.
Condruſi Germani G. II, 4. VI, 32. Trevirorum clientes G. IV, 6.
conductoribus aedium annua merces habitationis donata C. III, 21.
Conetodunus & Cotuatus duces Gallorum G. VII, 3.
confluens Moſae & Rheni G. IV, 15.
conjugia Gallorum G. VI, 19.
conjuratio adverſus Caeſarem G. IV, 30. adverſus Q. Caſſium Longinum Al. 52.
Conſidii Longi Pompejani crudelitas Af. 4. ejus acta Af. 33, 43, 93. ejus mors Af. 93.
conſilia hoſtis audienda non eſſe G. V, 28.
conſilium ſuum Caeſar occultabat Af. 10.
conſtantiae bonum G. I, 40.
conſulendi occaſio brevis G. V, 29.
conſulum & Pompeji ad Caeſarem mandata C. I, 10.
continentia Germanorum G. VI, 21.
conventus Thapſitanorum & Adrumetanorum a Caeſare mulctatus Af. 97.
Convictolitanes Aeduus G. VII, 32, 33, 55, 67.
copiarum Caeſaris paucitas C. III, 2. elevatio C. III, 87.
Corduba Caeſaris amica C. II, 19. Hiſpaniae caput Al. 3. eam Caeſar capere contendit H. 4.
Cordubenſis conventus Varronem excludit C. II, 19.
Cordubenſium onus a Caſſio Longino Al. 49. defectio Al. 57.
Corfinium Caeſar oppugnat C. I, 16.
Corneliana caſtra G. II, 24, 37.
Cornelius Balbus vulneratur C. III, 29.
Cornificius Caeſarianus Al. 42.
coronam auream Pharnaces Caeſari miſerat Al. 70.
Correus Bellovacorum dux G. VIII, 6. ejus mors G. VIII, 19.
cortice ex arboribus potius ſe victuros Caeſariani minantur, quam Pompejum e manibus dimiſſuros C. III, 49.
Coſam Milo oppugnat C. III, 22.
Cotho Adrumeti Af. 62.
Cottae Aurunculeji virtus G. V, 33.
Cotus Aeduus G. VII, 32, 33, 67.
Cotys Thracum rex ccccc equites Pompejo ſuppeditat C. III, 4, 36.
Craſtini primipili Caeſariani fortitudo C. III, 91. mors C. III, 99.
cratium uſus in bellis C. III, 46, 80.
credimus libenter ea quae volumus G. III, 18. C. II, 27.
creditarum pecuniarum ſine uſuris ſolvendarum lex C. III, 20.
cremandorum cadaverum mos apud Gallos G. VI, 19.
Criſpus Salluſtius proconſul Af. 79. ejuſdem praetoris ad Cercinam inſulam geſta Al. 34.
crines mulieribus abſciſſi, & ex illis tormenta facta C. III, 9.
Critognati Arverni crudelis oratio in obſidione Aleſiae G. VII, 77.
crudelitas veterum Gallorum G. VI, 16. VII, 77.
cuniculorum agendorum peritiſſimi Aquitani G. III, 21. VII, 22.
cupiditatis pecuniae malum G. VI, 22.
Curio Caeſarianus, ejuſque res G. VIII, 52. C. I, 2, 23. ejus mors C. II, 42.
Curioniani Galli ac Germani Af. 40.
Curionianorum militum trepidatio C. II, 29. 41.
Curioniani equites a Scipione deficientes Af. 52.
Curioſolitae dediti G. II, 34. III, 7. VII. 75.

D.

Damaſippi liberis Caeſar ignoſcit Af. 89. ejus mors Af. 96.
damnum privatum ſalutis publicae cauſa non formidandum G. VII, 14.
Dardani in copiis Pompeji C. III, 4.
Decetia oppidum G. VII, 33.
decimae legionis commendatio G. I, 40. 42. II, 21.
Decimus Brutus adoleſcens G. III, 11. claſſis ad Maſſiliam praefectus C. I, 36. 56.
Decius Laelius Aſiaticarum navium Pompeji praefectus C. III, 5. 40. 100.
decumae in octavas mutatae Af. 98.
Decumanus, miles ex decima legione Af. 16.
Dejotarus, ejus res C. III, 4. Al. 34. 67, 68, 69, 70, 78.
Delphos Kalenus recipit C. III, 55.
Delta in Aegypto Al. 27.
Devoti, qui Soldurii, eorumque mira fides G. III, 22.
Diablintes Galli G. III, 9.
Dianae Epheſiae fanum ſpoliari jubet Scipio C. III, 32. id interventu Caeſaris impeditur C. III, 32, 105.
Dictator Julius Caeſar C. II, 21. III, 2. dictatura ſe abdicat C. III, 2.
Didius Gadium praefectus H. 37. ejus mors H. 40.
diei prolatio in exactione pecuniae donatio dicta C. III, 32.
diei unius anteverſio quantum ad ſummam faciat C. III, 80.
Dii Gallorum G. VI, 17. Germanorum G, VI, 21.
Dii immortales omnibus caſibus belli interſunt Al. 75.
Dii, quos pro ſceleribus ulciſcuntur, impune diu graſſari permittunt C I, 14.
Dioſcorides & Serapion legati Ptolemaei ad Achillam C. III, 109.
Dis pater Gallorum G. VI, 18.
diſciplina memoria conſtans, non litteris G. VI, 14.
diſſenſionis malum G. V, 31. VII, 32.
Divico Helvetiorum legatus G. I, 13.
Divitiacus Aeduorum princeps, ejuſque res G. I, 3. 16. 18, 19. 31. 41. II, 5. VI, 12.
Divitiacus Sueſſionum rex G. II, 4.
domicilia Gallorum in aeſtu G. VI, 14.
Domitius Aenobarbus, Pompejanus C. I, 15. &c. ejus de fuga ex Corfinio conſultatio C. I, 19. a Maſſilienſibus receptus, excluſo Caeſare C. I, 34. inde fuga G. II, 22.
Domitius proditionis arguitur. C. II, 51. ejus urbana gratia & dignitas C. III, 83.
Domitius Calvinus C. III, 34. ejus cum Pharnace res Al. 34.
Donilaus Gallograecus ccc equites Pompejo ſuppeditat C. III, 4.
dotis ratio apud Gallos C. VI, 19.
Drappes Senonum princeps G. VIII, 30. inedia mortuus G. VIII, 44.
Druidum deſcriptio G. VI, 13, 14.
Dubis fluvius G, I, 38.
Dumnacus Andium dux G. VIII, 26. ejus fuga G. VIII, 31.
Dumnorix Aeduus Divitiaci frater, ejuſque res G. I, 3, 9, 18. & ſeqq. V, 6. ejus caedes G. V, 7.
duo viri aciem inclinatam reſtituunt H. 23.
Duracius Picto G. V, 26.
Durocortorum oppidum G. VI, 44.
Duumviri municipiorum C. I, 23, 30.
Dux quanquam in re deſperatiſſima animo non deficiens militibus gratus G. VII, 30.
Ducis praeſentia animus militibus reſtituitur G. II, 25.
ad Dyrrachium caſtra vicina ponunt Caeſar & Pompejus C. III, 14.
Dyrrhachio intercluditur Pompejus C. III, 41.
Dyrrachii & in Achaja geſta C. III, 57.
Dyrrhachina duo proelia Caeſarem nonnihil debilitarunt C. III, 71, 89. ob ea Caeſar a Pompejanis ubique traducitur C. III, 72

E.

Eburones populi G. II, 4. Trevirorum clientes G. IV, 6. ubi ſiti G. V, 24. eorum defectio G. V, 26. humiles & ignobiles G. V, 28. praedae omnibus a Caeſare exponuntur G. VI, 34, 35. vaſtantur G. VI, 43.
Eburovices adverſus Rom: conſpirant G. III, 17.
ediſcendi ſtudium apud Druides G. VI, 14.
Egeſaretus Theſſalus C. III, 35.
Elaver flumen G. VII, 34.
elephanti condocefacti Af. 27.
elephanti Scipionis Af. I. 27.

elephan-

elephanti communi periculo in aciem educuntur Af. 27. *eorum terroris minuendi ratio* Af. 72.
elephanti LX *adverſus* Caeſarianos *producti* Af. 48. *eorum fuga* Af. 83.
elephanti LXXIV *a* Caeſare *capti* Af. 86.
elephanto ferocienti veteranus miles ſe fortiter objicit Af. 84.
Eleutheri Cadurci G. VII, 75. Sueſſiones G. VII, 75.
Eluſates Romanis *dediti* G. III, 27.
Ennius *citatus* H. 23, 31.
Epaſnactus Arvernus G. VIII, 44.
Epheſiam *pecuniam auferre* Scipio *conatur* C. III, 32. *ei ſalutem* Caeſar *affert* C. III. 32, 105.
ephippiorum uſus apud Suevos *indecorus* G. IV, 2.
Epibatae armantur Af. 20. Al. 44.
Epidaurum *liberat* Vatinius C. III, 12, 42.
epiſtolae mittendae mira ratio G. V. 48.
Eporedorix Aeduus G. VII, 54, 55, 63. *capitur* G. VII, 67.
equeſtris proelii conſuetudo H. 15.
equeſtris pugnae mira exercitatio apud Germanos G. I, 48.
equites mille Caeſariani ſeptem millia Pompejanorum *equitum ſuſtinere non dubitabant* C. III, 84.
equites Galli G. VI, 15.
equitum Gallorum *temerarium jusjurandum* G. VII, 66.
equites Germani *ſaepe in proeliis ex equis deſiliunt, ac pedibus proeliantur* G. IV. 2.
equitum Rom. *generoſitas* G. VIII, 28.
equitibus quingentis Helvetii *quatuor millia equitum* Rom. *propellunt* G. I, 15.
equi alga paſti Af. 24.
equorum mira docilitas G. IV, 2. *ſtudioſi* Galli G. IV, 2.
equos ſuos aſſuefacit Caeſar *non reformidare elephantos* Af. 72.
Eratoſthenes *citatus* G. VI, 24.
Ergaſtula quaedam Milo *ſolvit* C. III, 22.
Eſſedorum uſus in proeliis apud Britannos G. IV, 24, 33.
Eſſui *populi* G. V, 24.
Eteſiae *venti* C. III, 107.
Euphranor Rhodius *vir fortis* Al. 15. *ejus mors* Al. 25.
exactiones graviſſimae Scipionis C. III, 32.
exactiones graves Caſſii Al. 49.
exactor improbus miniſtris etiam ſuis odioſus Al. 50.
excommunicatio veterum Gallorum G. VI, 15.
exacti a Pharnace *cives* Rom. Al. 70.
exercitus Caeſarianus Dyrrhachinis *proeliis attenuatus* C. III, 71, 89.
exercitus non minorem quam Imperator ipſe laudem conſecutus G. I, 40.
exercitus Rom. *ab* Helvetiis *pulſus, & ſub jugum miſſus* G. I, 7.
exercitus Caeſariani *major pars tirones* H. 28.
exercitus Caeſariani *ſitis* Af. 69.
exercitus totius ſalus parva in re aliquando conſiſtit G. III, 14.

F.

Fabii Peligni *facinus audax* C. III. 35.
Fabius Max. Rutenos & Arvernos *ſuperavit* G. I. 45.
factiones Gallorum G. VI. 12.
fagum Britannia *non habet* G. V, 12.
falcatae quadrigae Pharnacis Al. 75.
falcium in navibus bellicis uſus G. III, 14.
fama in novitate antecedit G. III, 36.
fames ac penuria Afranianorum C. I, 83.
fames Caeſarianorum *militum & tolerantia* G. VII, 17.
familia Orgetorigis, *decem millia hominum* G. I, 4.
ex familia una duo ſimul in Senatu Aeduo *eſſe non poterant* G. VII, 33.
Fanum *oppidum* C. I, 11.
faſcium praelationis invidia C. III, 106.
Favonius Scipionem *caſtigat* C. III, 58.
fautores Caeſaris LXXIV *a* Pompejo *ſecuri percuſſi* H. 21.
Fauſtus Sylla C. I, 6. *a* Sitio *capitur* Af. 95. *ejus mors* Af. 95.
feminae notitiam intra annum XX Germani *non habebant* G. VI, 21.
feminae a viris prodi hoſtibus metuentes, viros hoſtibus ipſae produnt G. VII, 26.
feminarum pavor in urbis oppugnatione G. VII, 40.
ferrariae Biturigum G. VII, 22.
ferrariae officinae a Pompejanis *inſtitutae* Af. 20.
ferrum in Britannia *naſcitur* G. V. 12.
fides Caeſaris H. 19.
fides Caeſarianorum *militum conſtantiſſima* Af. 45.
fides clientum Gallorum G. VII, 40.
fides hoſtili non temere credendum C. III, 28.
fiducia Caeſaris *miranda* Af. 63.
filia Ptolemaei *regis minor* C. III, 113.
fluminis alti tranſeundi ratio H. 5.
flumen avertere Caeſar *molitur* C. I. 61.
flumina Romanos *milites non morantur* G. VII, 56.
foederis militaris ſanciendi ritus apud Gallos G. VII, 2.
foliis arborum paſti equi C. III, 58.
fontem cuniculo intercipit Caeſar C. VIII. 43.
fortiſſimi Gallorum Belgae G. I, 1.
fortunae vis G. VI, 30. C. III, 10.
fraternae pietatis exempla G. I, 20. IV, 12. Af. 28.
frenati equi & infrenati Af. 19.
Frentani C. I, 23.
frigoris toleratiſſimi Suevi G. IV, 1.
frigoribus expoſita eſt Gallia G. I, 16.
frumentum deditiis ſuis dandum curat Caeſar G. I, 28.
frumentum militibus certis diebus admetiebatur Caeſar G. I, 16.
frumentum ſuum Helvetii *comburunt* G. I, 5.
frumenti condendi modus apud Afros Af. 65.
frumenti inopia in Caeſaris *caſtris, ea levata* Af. 34.
frumenta & aedificia propria corrumpentes Galli G. VII, 64.
frumenta intra munitiones ſata C. III, 58.
Fufius Kalenus C. III, 8. *ejus induſtria* C. III, 55.
fuga Ambiorigis *mira* G. VI, 43.
fuga pernox G. I, 26.
fugae celandae ratio G. VIII, 15.
fugae ſimulatae fraus G. VI, 8. II, 40.
fugae ſpem ſuis adimit Caeſar G. I, 25.
Fulvius Poſtumus C. III, 62.
funera Gallorum *magnifica* G. VI, 19.
Fuſius Cotta *occiditur* G. VII, 3.

G.

Gabali *populi* G. VII, 64, 75.
Gabinii Caeſariani *res geſtae* Al. 42, 43.
Gabiniani *milites* C. III, 4, 103, 110.
Gaditani Caeſaris *fautores* C. II, 18.
Galba Sueſſionum *rex* G. II, 4. *ejuſdem filii* Caeſari *deduntur* G. II, 13.
Galearum tegmenta ex viminibus C. III, 72.
Galliae *diviſio* G. I, 1.
Gallia *omnis ad* Septentrionem *eſt* G. I, 16.
Gallia *omnis pacata* G. II, 35. *repente tumultuatur* G. III, 7.
Gallia *provincia* C. I, 39. Caeſari *decreta* G. I, 35.
Gallia *tanquam praeda* Germanis & Romanis *expoſita* G. I, 46. *ſubacta libera eſſe juſſa* G. VIII, 46.
Gallia *tranſalpina* G. VII, 6.
Galliae *concilium, cui ne orbis quidem terrarum poſſit obſiſtere* G. VII, 29.
Galliae *conſenſus adverſus* Caeſarem *in libertate vindicanda* G. V, 27. VII, 76.
Galliae *conventus* Caeſar *agit* G. I, 30. *concilium indicit* G. I, 30. VI, 3.
Galliae *equitatus ad* Caeſarem *in* Britanniam *profecturum convenit* G. V, 5.
Galliae & Germaniae *morum diſciplina* G. I, 31. VI, 21.
Galliae & Hiſpaniae *regiones ſaluberrimae* C. III, 2.
Galliae *fertilitas ac opulentia prae* Germania G. VI, 14.
Galliae *imperium ſibi vindicare volunt* Helvetii G. I, 2. Arioviſtus & Caeſar G. I, 33, 43.
Galliae *motus repentini* G. V, 22, 53.
Galliae *praeſidia diſtribuit* Caeſar G. VIII, 46.
Galliae *provinciae ſervitus* G. VII, 77.
Galliae *res geſtas* Hirtius *abſolvit* G. VIII, 1.
Gallus Gallos *fallens* G. V, 48.
Galli Belgae G. II, 1. 3.
Galli *belicoſi* G. III, 19. V, 54, 56. VI, 15. VII, 1.
Galli *diſciplinae ergo in* Britanniam *proficiſcebantur* G. VI, 13.
Gallorum *equitum mos* G. VI, 15. *jusjurandum temerarium* G. VII, 66. *virtus ac fortitudo mirabilis* C. I, 51. Af 6.
Gallorum *veterum mores & inſtituta* G. VI, 11. & *ſeqq*.

Galli a Dite patre progeniti G. IV, 18. Graecis litteris utebantur G. VI, 14. humanis victimis diis litabant G. IV, 16. Cimbrico bello humanis corporibus veſcebantur G. VII, 77. in acie ſedere ſoliti G. VIII, 15. jumentis maxime delectantur G. IV, 2. etiam ſenes militant G. VIII, 12. multos carros in bellis habent C. I, 51. procero ac mirifico ſunt corpore G. II, 30. Af. 40. religionibus dediti, eorumque dii, ac vota G. VI, 16. & ſeqq. armati in concilium veniebant G. V, 56. novis rebus plerumque ſtudent G. IV, 5.

Galli in copiis Caeſaris C. I, 39. Jubae regis C. II, 40. Pompeji C. III, 4. proditores in exercitu Caeſaris G. II, 17. VI, 7. urbes ſuas ipſi incendunt G. VII, 15.

Gallorum ingenia candida & aperta Af. 73. inter ſe diſcrimina G. I, 1. factiones duae G. VI, 12. mira conſuetudo in concilii armati indictione G. V, 56. nobilium genera duo, Druides & Equites G. VI, 13. & ſeqq. praecipui Belgae & Aedui G. VIII, 54. tutelam adverſus Arioviſtum Caeſar ſuſcipit G. I, 33, 40, 43. adverſus Romanos conjuratio G. II, 1. V, 53. odium & inſidiae G. V, 29. VII, 1. rebellio G. II, 1. III, 3. IV, 6. VI, 2. VII, 7. ante Caeſaris adventum annua bella G. VI, 15. conjugia G. VI, 19. conſilia ſubita & repentina G. III, 8. VI, 5. conſuetudo erga liberos ſuos natu minores G. VI, 18. domicilia in aeſtu G. IV, 30. mos in rumoribus novis excipiendis G. IV, 5. cum Caeſarianis proelium G. III, 4. VII, 13. diſciplina ex Britannia allata G. VI, 13.

Gallorum & Belgarum eadem eſt oppugnatio G. II, 6.

Gallorum fortitudo G. VI, 23. induſtria ac ſolertia G. VII, 22. infirmitas G. IV, 5, 13. levitas ac mobilitas G. II, 1. III, 10. IV, 5. libertas G. VII, 5. mollities in adverſis G. III, 19. temeritas innata G. VII, 42. facinus memorabile in mortis pro patria contemptu G. VII, 25. fuga ac clades G. III, 6. G. VII, 83, 88.

Gallorum Labienianorum caedes Af. 40. immenſae copiae G. VII, 75.

Gallis ignota Britannia G. IV, 20.

Gallicarum navium forma G. III, 13.

Gallica claſſis adverſus Romanos G. III, 13.

Gallicae plebis conditio G. VI, 13.

Gallicus victus cum Germanico non conferendus G. I, 31.

Gallico agro Germanicus ager non comparandus G. I, 31.

Gallicorum murorum forma G. VII, 23.

Gallinam Britanni non guſtant G. V, 12.

Ganymedes eunuchus nutritius Arſinoes Al. 4. ejus odium Al. 23. impotens dominatio Al. 23, 33.

Garites Romanis dediti G. III, 27.

Garumna fluvius G. I, 1.

Garumni populi Aquitaniae G. III, 27.

Gemella legio C. III, 4.

Genabum, Carnutum oppidum G. VII, 3. VIII, 5. diripitur atque incenditur G. VII, 11.

Geneva, Allobrogum oppidum G. I, 7.

Genuſus flavius C. III, 75, 76.

Gergovia G. VII, 4. Bojorum oppidum G. VII, 9. Arvernorum oppidum G. VII, 34. ejus oppugnatio G. VII, 36, 41.

Germaniae & Galliae morum diſcrimen G. V, 11.

Germani quando primum & qua ratione in Galliam tranſierint G. I, 31, 33. IV, 16. &c. inde pulſi G. I, 53.

Germani auxiliares G. VI, 5, 8. VII, 76. VIII, 10. barbari ac feri G. I, 31, 33. bella non deprecantur G. IV, 7. importatis jumentis non utuntur G. IV, 2. quatuordecim annis tecta non ſubeuntes G. I, 36. fortunam contra Romanos tertio experiri nolunt G. V, 55. Suevis ſe impares fatentur G. IV, 7.

Germani equites cccc Caeſariani G. VII, 13. pedites ſummae velocitatis inter equites pugnantes G. I, 48. VIII, 36. levis armaturae C. I, 38. Tranſrhenani continenter cum Belgis pugnantes G. I, 1. Belgis adverſus Romanos conjuncti G. II, 3, 4. eos Caeſar uleiſcitur G. VI, 9. Germani & Galli Labieniani cum Caeſarianis fide data acceptaque colloquentes Af. 29. eorum caedes Af. 40.

Germanorum ad Caeſarem legatio G. IV, 7. legati retenti G. IV, 13. in Romanos odium G. V, 29. arrogantia G. IV, 7. cultus corporis G. VI, 21. cum Romanis conflictus G. I, 52. clades ac fuga G. I, 53. IV, 14. matresfamilias proeliandi tempus ſuis praeſcribunt G. I, 50.

Germanorum magnitudo corporis ac terror G. I, 39. mos in bellis parandis G. VI, 23. nuditas G. VI, 21. perfidia & ſimulatio G. IV, 12, 13. procacitas G. I, 46. ſuperſtitio in proeliis ſuſcipiendis G. I, 50. trepidatio G. IV, 14, 15. vagatio ſeu peregrinatio, & error G. VI, 22. victus G. VI, 22. virtus G. VII, 70. omnis vita in venationibus & ſtudio rei militaris conſiſtit G. VI, 21.

Germanorum equitum virtus Al. 29.

Germanorum Uſipetum adverſus Menapios dolus G. IV, 4.

Germanos Galli quondam virtute ſuperabant G. VI, 34. eoſdem in Gallia diutius verſari indignantur Galli G. II, 1.

Germanos Caeſar debellat & Germanico bello finem imponit G. IV. 12. & ſeqq. Caetera quae ad Germanorum deſcriptionem, mores & inſtrumenta pertinent, vide G. VI, 21. & ſeqq.

Getuli & Numidae, Marii beneficiarii Af. 32. ad Caeſarem deficiunt Af. 35, 55.

Getuli Conſidium occidunt Af. 93.

Getulorum duo oppida capiuntur Af. 25.

Getulorum equites ſine frenis Af. 61.

gladiatoria familia Milonis C. III, 22.

glans inſcripta vice epiſtolae miſſa H. 13, 18.

glandes fuſae Af. 20.

glaſto ſe inficiunt Britanni G. V, 14.

Gobanitio patruus Vercingetorigis G. VII, 4.

Gomphi a Caeſare non toto die expugnati C. III, 80.

Gorduni Nerviorum clientes G. V, 39.

Grajoceli G. I, 10.

grando ſaxea in exercitum Caeſaris cadens Af. 47.

gravis armaturae miles legionarius Af. 71.

Graece ad Ciceronem ſcribit Caeſar G. V, 48.

Graece indocti Nervii G. V, 48.

Graeci contra Rom. Imp. pugnare nolentes C. III, 11.

Graecis litteris Galli olim uſi G. VI, 14.

Grudii Nerviorum clientes G. V, 39.

Guturvatus, Carnutum factionis princeps, occiditur G. VIII, 38.

H.

Haliacmon, flumen C. III, 36.

Harudes populi G. I, 31, 37, 51.

Helvetia omnis civitas in quatuor pagos diviſa G. I, 12.

Helvetii caeteros Gallos virtute praecedunt G. I, 1. Germanis ſuperiores G. I, 40. Romanum Conſulem occidunt, exercitum ſub jugum mittunt G. VII, 4. Caeſarianos aliquot G. I, 15. a Caeſare caeduntur G. I, 12, 26. obſides accipere, non dare ſoliti G. I, 14. oppida ſua commigraturi incendunt G. I, 5. ea reſtituere jubentur G. I, 28. profectionem in Galliam adornant G. I, 2. quare patriam relinquerent G. I, 30. eorum iter G. I, 6, 7, 9. Rhodani tranſitu a Caeſare prohibentur G. I, 12. Graecis literis uſi G. I, 29. eorum conjuratio G. I, 3. feritas ac pervicacia in bello G. I, 25, 26. fuga G. I, 26. jactantia G. I, 13. legatio ſupplex ad Caeſarem G. I, 7, 13. mos in judiciis G. I, 4. perfidia adverſus Romanos G. I, 1. virtus G. I, 13. Caetera vide G. I, 1. & ſeqq.

Helvii populi G. VII, 8, 64. C. I, 35.

Heraclea Sentica C. III, 79.

Hercynia ſilva ejuſque ferae G. VI, 24.

Herculis fanum Gadibus C. II, 18. exinde ablata reſtituit Caeſar G. II, 21.

Herminius mons Al. 48.

Hiadertinorum in P. R. officia Al. 42.

Hibernia inſula G. V, 13.

hibernorum Caeſaris expugnandorum conſilium apud Gallos G. V, 26.

hibridae a Labieno conſcripti Af. 19.

hiemes in Gallia maturae G. IV, 20.

Hippo regius Af. 96.

Hiſpalis oppidum C. II, 18, 20. ejus oliveta H. 27. ejuſdem turbatio H. 35, 36.

Hiſpalenſibus ingratum animum exprobrat Caeſar H. 42.

Hiſpani equites G. V, 26.

Hiſpani

Hiſpani in copiis Caeſaris Af. 39.
Hiſpanorum auxilia Gallis adverſus Romanos G. III, 23.
Hiſpanorum pugnandi ratio C. I, 44. ſeditio inter ſe Al. 62.
Hiſpaniae principes ad Caeſarem tranſeunt C. I, 74.
ex Hiſpania apportabantur neceſſaria ad armandas naves Caeſaris G. V, I.
Hiſpaniae res tam Pompejanorum, quam Caeſarianorum C. I, 38, 39, 48. H. 3.
Hiſpaniae duae a Caeſarianis pacatae C. III, 73.
Hiſpaniae ulterioris faecunditas & ſitus H. 8. eadem potitus Cn. Pompejus adoleſcens H. I.
Hiſpaniarum deditio C. II, 32.
homines a Gallis immolati G. VI, 16.
hordeo corrupto & panico vetere ſe alentes Maſſilienſes C. II, 22.
hordeo frumentum auctum C. III, 58.
hoſpitalitas Germanorum G. VI, 23.
hoſpitium ſacroſanctum H. 16. ejus violati nefas H. 16.
hoſtis conſilia qualiter accipienda G. V, 28.
hoſtis in iniquum locum pertrahendi ſtrategema G. VI, 8.
hoſtium res prius diligenter explorandae, quam proelium committas C. II, 38.
Hyempſal rex Af. 56.

I.

Jacetani ad Caeſarem tranſeunt C. I, 60.
Iberus fluvius C. I, 60.
Iccius & Antebrogius Remorum legati G. II, 3.
Iccii anguſtiae G. II, 6.
ignis ſupplicium G. I, 4. VII, 4.
cum igne pugnantes Caeſariani G. V, 43.
igni vivi combuſti Paradenſes Af. 87.
ignibus nocturnis produntur aliquando milites C. 3, 50.
Iguvium oppidum C. I, 12.
Ilerda oppidum C. I, 43, 45.
Illurgavonenſes populi C. I, 60.
in Illyrico geſta G. II, 35. III, 7. Al. 42.
Imanuentius Trinobantium rex G. V, 20.
imitatores ſolertiſſimi Galli G. VII, 22. item Alexandrini Al. 3.
impedimentis amiſſis bellum geri non poſſe G. VII, 14.
Imperatoris aliae ſunt partes atque legati C. III, 51. conſilium milites explorare non debere G. II, 40. VII, 52. conſpectus, oratio ac praeſentia militibus animos addit & convertit G. I, 41. II, 25. Af. 10. in conſervandis militibus ſtudium C. I, 72. in commiſſione pugnae officium Al. 16.
Imperatorem ſe appellat Scipio C. III, 31. eo nomine indignus cenſetur a Centurione Caeſariano capto Af. 45.
Imperatores munera ac dona accipiebant re bene geſta Al. 70.
in impuberes etiam ſaevit Bibulus C. III, 14.
incendia aedificiorum, incurſionis hoſtium vulgare ſignum G. VIII, 3.
Indo rex H. 10.
induciarum genus ex miſericordia G. II, 13.
inducias Pompejani poſtulant a Caeſarianis & impetrant C. III, 19.
Inducionari Treviri ſimulatio G. V, 3, 4. dolus ac defectio G. V, 26, 55. fuga G. V, 53. caedes G. V, 58.
infantibus in ardore pugnae non parcunt Rom. G. VII, 28.
ingratos ac perfidos Caeſar ulciſcitur Af. 64.
inimici alter alterum ſervantes G. V, 14.
inſidiae Labieni adverſus Caeſarem Af. 50. detectae Af. 66.
inſidiae praemonitis minus nocent G. VIII, 19.
inſidiarum occultandarum modus Al. 36.
inſignia in proeliis accommodabant milites Romani G. II, 21.
inſignium & ſignorum militarium occultandorum fraus G. VII, 45.
inſtar legionis videri C. III, 66.
inſtar cohortium Al. 19.
interceſſio tribunitia C. I, 5, 8.
Iſſam Octavius a Caeſare abalienat C. III, 9.
Iſthmum Caeſar munit C. III, 55.
Italia ſine vulnere a Caeſarianis capta C. III, 73.
Italia ſine Sicilia & Africa teneri non poteſt C. II, 32.
Italiae facultates & exiſtimatio G. VI, I.
itineris Caeſariani ad hoſtes aſperitas C. I, 68.
itineris difficultas in Afraniano exercitu C. I, 78, 79.
Itius portus G. V, 5.
Ityreae naves Af. 20.
Juba Numidiae rex Pompeji hoſtis & amicus C. II, 25. Al. 5. Caeſaris hoſtis Af. 25. auxilia Pompejo ſuppeditat Al. 51. elephantes triginta ad Scipionem adducit Af. 25, 30. auxilia a Scipione abducit Af. 25. ad Uticam male pugnat C. II, 26. Uticenſes confirmat C. II, 36. Curionem Caeſarianum vincit C. II, 42. ejus crudelitas C. II, 44. Af. 66, 74. ſuperbia & arrogantia Af. 57. terror apud Caeſarianos, & rurſus contemptus Af. 48. anguſtiae Af. 25, 36, 55, 91. mors Af. 94.
Judiciorum mira forma, ut alii audirent, alii judicarent C. III, I.
jumenta alga paſta Af. 24.
jumenta ſua ſarcinaria Afraniani ipſi occidunt C. I, 6.
jumentis maxime delectantur Galli G. IV, 2.
Junii poenitentia H. 16.
Jupiter a Gallis cultus G. VI, 17.
Jura mons altiſſimus G. I, 2, 6.
jusjurandum Labieni in favorem Pompeji C. III, 12.
jusjurandum temerarium equitum Gallorum G. VII, 66.

L.

Labieni Caeſaris legati caſtra oppugnata G. V, 58. VI, 6. Ejus ſtrategema G. VII, 60. & ſeq. ſupplementum G. VII, 57. cum Gallis proelium G. VII, 62. virtus G. VII, 59.
Labienus a Caeſaris inimicis ad defectionem ſollicitatur G. VIII, 52. Cingulum oppidum exaedificat C. I, 15. Pompejo jurat C. III, 13. ejuſdem cum Vatinio de pace altercatio C. III, 19. adverſus Caeſarianos crudelitas C. III, 71. Pompejo aſſentatur C. III, 87. acies contra Caeſarem Af. 13. inſultatio in milites Caeſarianos Af. 16, 50. inſidiae adverſus Caeſarem Af. 50. detectae Af. 66. fuga & clades Af. 40, 50, 69. H. 31.
labor qui labores omnes finiat, non ingratus C. I, 68.
laboris intolerantes Galli G. VII, 20, 30.
labori ac duritia a pueris ſtudent Germani G. VI, 31.
labrum duntaxat ſuperius non radunt Britanni G. V, 14.
lacrimae fictae Al. 24.
lacte & pecore vivunt Suevi G. IV, I,
lacte, caſeo, carne vivunt Germani G. VI, 22.
Lacus Lemannus G. I, 2. 8.
laminae ſeu taleae ferreae pro numiſmate G. V, 12.
laniſtae in modum Caeſar ſuos adverſus elephantes inſtituit Af. 71.
largitio Caeſaris C. II, 21. III, 98.
Larinates populi C. I, 23.
Lariſſa oppidum C. III, 80, 97.
Latobrigi patriam ſuam deſerunt G. I, 5. redeunt G. I, 28. eorum numerus G. I, 29.
latrocinia quaedam apud Germanos infamia non ſunt G. VI, 23.
Latrones dicti Romani ab Aeduis G. VII, 38.
legati aliae ſunt partes atque Imperatoris C. III, 51.
legati officium C. II, 17.
legati jure gentium ſacroſancti G. III, 9.
legati ſingulis praefecti legionibus G. I, 52. VII, 45.
legatorum violatorum ultio G. III, 16.
legatos Caeſaris Galli violant G. III, 8. Pompejani H. 22.
legio centuriones ſuos caedens Al. 57.
legio gemella C. III, 4.
legio ſeptima G. IV, 32.
legio octava C. III, 89.
legionis nonae imminutio atque afflictio C. III, 67, 71, 89.
legionis decimae virtus G. I, 40.
legio undecima Caeſaris impar caeteris G. VIII, 8.
legio vigeſima ſeptima tyronum C. III, 28, 34.
legio triceſima ſexta Al. 40. triceſima ſeptima Al. 9.
legio vernacula C. II, 30.

INDEX RERUM MEMORABILIUM.

legio veterana C. II, 38.
legione una Gallia *ulterior obtenta* G. I, 7.
legiones Caeſaris *veteranae & novae* G. VIII, 8.
legiones duae Caeſari *detractae*, Pompejo *traditae* C. I, 9. *eae primariae erant in exercitu* Pompeji C. III, 88.
legiones Pompeji C. III, 1.
legiones duae pro caſtris Caeſaris *excubabant* G. VII, 24.
legionum inter ſe diſſidium & conſenſus Al. 54.
legionum Romanarum *robur admirabile* H. 42. C. III, 16. VIII, 14, 19.
legionarii militis virtus Af. 84.
legionarii in equos impoſiti G. I, 42.
leguminibus etiam contenti erant Caeſariani *milites in inopia* C. III, 47.
Lemovices *populi* G. VII, 4.
Lenium *oppidum* H. 37.
Lentulus Aſculo *expellitur* C. I, 15.
Lentulus Spinther *a* Caeſare *dimiſſus* C. I, 23. *ejuſdem fuga* C. I, 15.
Lentulus Marcellinus *quaeſtor*, Caeſarianus C. III, 62.
Lentuli *conſulis aes alienum* C. I, 4. *odium in* Caeſarem C. I, 1. *ſenium* C. III, 83.
Lentulus & Marcellus *coſſ.* Caeſaris *hoſtes* G. VIII, 50. C. I, 14. Roma *metu* Caeſaris *aufugiunt* C. I, 14.
Lenunculi *navigia piſcatoria* C. II, 43.
Lepidus *proconſ. in auxilium a* Caſſio *vocatur* Al. 59.
Lepontii *populi* G. IV, 10.
leporem Britanni *non guſtant* G. V, 12.
Leptis *civitas libera* Af. 7.
Leptim *oppidum* Labienus *oppugnare conatur* Af. 29.
Leptitanorum *mulcta* Af. 97.
Levaci Nerviorum *clientes* G. V, 39.
Leuci *populi* G. I, 40.
levis armatura inter equites interjecta Af. 19.
levis armaturae pedites G. VIII, 19.
Lexovii *populi* G. III, 11, 17.
lex Aeduorum *de magiſtratibus creandis* G. VII, 33.
lex Julia C. I, 14.
lex Pompeja *de ambitu* C. III, 1.
leges Coeliae *duae* C. III, 20, 21.
libertas Gallorum G. III, 8.
libertatis cupiditas G. V, 27. *dulcedo* G. III, 10. *ſtimulus* G. VII, 76. C. I, 47.
libertini in militiam adſcripti Af. 19.
Libo Pompejanus Achaicae *claſſis* Pompejanae *praefectus* C. III, 5. *cum* Caeſare *ad* Oricum *colloquitur* C. III, 16. *inſulam* Brundiſinam *occupat* C. III, 23. Caeſarianos *terret* C. III, 24. Brundiſio *diſcedit* C. III, 24.
Liburnica *claſſis* Pompejana C. III, 5.
licentiam militarem Caeſar *caſtigat* Af. 54.
Licinius Damaſippus C. II, 44.
lictores habere privatis non licebat C. [illegible], 6.
Ligarius P. *a* Caeſare *necari juſſus* Af. 64.
Liger *ſeu* Ligeris *fluvius* G. III, 5. VII, 5, 55.
lilium, munimenti genus G. VII, 73.
Lilybaeum *promontorium* Af. I, 37.
Limonum *oppidum* G. VIII, 26.
Lingones *populi* G. I, 26, 40. IV, 10.
Lintrium *uſus in fluminibus trajiciendis* G. I, 12.
Liſcus Aeduus Dumnorigem *apud* Caeſarem *defert* G. I, 16, 17.
Liſſus *oppidum* C. III, 26, 28, 40.
Litavicus Aeduus, *ejuſque fratres* G. VII, 37, 40. *ejus perfidia ac fuga* G. VII, 38, 39, 40, 54.
litterae Caeſaris Graecae *ad* Ciceronem G. V, 48.
litterae Caeſaris *vix atque aegre in ſenatu recitatae* C. I, 1.
litterarum perferendarum difficultas G. V, 45.
litteris diſciplina Druidum *non mandabatur* G. VI, 14.
litora omnia venas aquae dulcis habent Al. 8.
Livinejus Regulus, Adrumeti *praefectus* Af. 89.
loci iniquitas G. VII, 45, 52, 83.
locorum mutatio propter ſalubritatem G. VIII, 52.
longarum navium agilitas G. V, 8.
Longinus Caeſarianus Al. 48.
L. Aemilius *decurio equitum* Gallorum G. I. 23.
L. Afranius *legatus* Pompeji C. I, 37. *proditionis poſtulatus* C. III, 83.
L. Aurunculejus Cotta *legatus* G. II, 11. V, 24. *ejus prudens conſilium* G. V. 28. *vulnus* G. V, 36. *mors* G. V, 37.
L. Caeſar *adoleſcens legatus* G. VII, 65. C. I, 8. Julio Caeſari Uticam *venienti obviam it* Af. 89.
L. Calunejus *legatus* Caeſaris C. III, 42.
L. Caſſius *conſul ab* Helvetiis *caeſus* G. I. 7, 12.
L. Caſſius Longinus C. III, 34. Al. 49.
L. Cellae Caeſar *ignoſcit* Af. 89.
L. Ciſpius Caeſarianus Af. 62.
L. Decidius Saxa C. I, 66.
L. Domitius C. I, 6. *in* Caeſaris *poteſtatem venit* C. I, 23. *ejus fuga* C. II, 22.
L. Domitii *ſententia de tribus tabellis judicibus dandis in cauſa eorum, qui a* Pompejo *non ſtetiſſent* C. III, 83. *ejuſdem mors* C. III, 99.
L. Fabii *centurionis ſeu virtus, ſeu temeritas admiranda* G. VII, 47, 50. *ejus mors* G. VII, 50.
L. Hirtius *a* Pompejo *ad* Parthos *miſſus* C. III, 82.
L. Junius *ſeu* Julius Paticcus H. 3.
L. Laterenſis *mors* Al. 55.
L. Lentulus *Coſ.* C. I, 1. *ejus mors* C. III, 104.
L. Licinius Squillus Caſſium *ſauciat* Al. 52.
L. Lucejus Pompejanus C. III, 18.
L. Manilii *proconſulis fuga* G. III, 20.
L. Manlius *pr.* Pompejanus C. I, 24.
L. Mergilio Al. 55.
L. Metellus *trib. pl.* Caeſari *objicitur* C. I, 33.
L. Minutius Baſilus G. VI, 29. *ejus ad* Caeſarem *epiſtola* H. 19.
L. Munatius Plancus G. V, 24.
L. Naſidius Pompejanus C. II, 3, 24.
L. Paullus *conſul* G. VIII, 48.
L. Petroſidii *aquiliferi mors* G. V, 37.
L. Piſo *avus* L. Piſonis *ſoceri* Caeſaris *ab* Helvetiis *interfectus* G. I, 12.
L. Piſo *cenſor* C. I, 3.
L. Plancus Caeſarianus C. I, 40. Af. 4.
L. Pupius *centurio* C. I, 13.
L. Racilius *adverſus* Caſſium *conſpirat* Al. 52. *ejus mors* Al. 55.
L. Roſcius G. V, 24, 53.
L. Rubrius C. I, 23.
L. Septimius *trib. milit. una cum* Achille Pompejum *interficit* C. III, 104.
L. Sertorius C. I, 61.
L. Staberius Pompejanus C. III, 12.
L. Sylla G. I, 21.
L. Ticida *eques* Rom. Af. 44.
L. Titius *trib. mil.* Al. 57.
L. Tiburtius *vulneratur* C. III, 19.
L. Torquatus Orici *praefectus* C. III, 11. Oricum Caeſari *dedit* ibid. *ejus mors* Af. 96.
L. Valerii Praeconini *legati mors* G. III, 20.
L. Vareni *centurionis egregium pro inimico facinus* G. V, 44.
L. Vibullius Rufus C. I, 23.
Lucretius Veſpillo Pompejanus C. III, 7.
Lucterius *ſeu* Luterius Cadurcus G. VII, 5, 7, 8. VIII, 30, 32.
lunae plenae vis in aeſtibus maritimis G. IV, 29.
luna niſi nova Germanos *non contendere* G. I, 50.
Luſitania C. I, 38. Al. 51.
Luſitani Hiſpalim *oppugnant* H. 36.
Luſitani *levis armaturae* C. I, 48.
Lutetia Pariſiorum G. VI, 3. *incenditur* G. VII, 58.
lux ſeu dies, pudorem malefactoribus affert C. I, 67.
luxuries Pompejani *exercitus* G. III, 96.

M.

Macedones *equites in* Pompejanis *copiis* C. III, 4.
Macedoniae *pars libera* C. III, 14.
machinae bellicae Romanorum *barbaris admirationi ſunt* G. II, 31.
machinae variae Alexandrinae Al. 2.
magiſtratus Gallorum G. VI, 21. *apud* Germanos G. VI, 23. *apud* Aeduos G. VII, 33. *praepoſtere decernuntur* Romae C. I, 6.
magiſtratus Rom. *ſacroſancti* H. 42.
magnitudo corporis, & vires ut parentur G. IV, 1.
Malaca *urbs* Al. 64.
malo praeſenti aliis malis mederi C. I, 81.
Malcus Nabataeorum *rex* Al. 1.

Mandu-

Mandubiorum *fames ac miſeria* G. VII, 78.
Mandubratius Britannus G. V, 20.
Manlius Tuſculus Al. 53.
manus rebellibus praeciſae G. VIII, 44.
Marcellus *inimicus* Caeſaris G. VIII, 53.
Marcellus *cum* Cordubenſibus *a* Caſſio *deficit* Al. 57.
Marcius Criſpus *praeſidio* Thabenenſibus *mittitur* Af. 77.
Marcomanni Germani G. I, 51.
M. Acilius *legatus* Caeſaris C. III, 15.
M. Antonius *legatus* Caeſaris G. VII, 11. *quaeſtor* G. VIII, 2. Brundiſio *praeeſt* C. III, 24. *ejus ſacerdotii petitio* G. VIII, 50.
M. Antonius *trib. pl.* C. I, 2.
M. Aquinius Af. 57.
M. Aquinio Catonis *filio* Caeſar *ignoſcit* Af. 89.
M. Ariſtius *trib. militum* G. VII, 42.
M. Bibulus *praefectus maris* C. III, 5, 7.
M. Calidii *ſententia de rep. in diſſenſione civili* C. I, 2.
M. Coelius Rufus *pr.* C. III, 20.
M. Craſſus G. I, 21. *a* Parthis *interfectus* C. III, 31.
M. Eppius Af. 89.
M. Favonius Pompejanus C. III, 36.
M. Lepidus *pr.* C. II, 21.
M. Marcelli *ſententia de rep. in diſſenſione* Caeſaris *ac* Pompeji C. I, 2. *idem praetor appellatus* Al. 59. *ejuſdem prudentia* Al. 60, 61.
M. Meſſala *&* Piſo *coſſ.* G. I, 35.
M. Meſſala *legatus* Af. 28.
M. Mettius Arioviſti *hoſpes* G. I, 47. *liberatus* G. I, 53.
M. Octavius Pompejanus C. III, 5. Al. 43.
M. Opimius *praefectus equitum* C. III, 38.
M. Petreji *centurionis praeclarum facinus* G. VII, 50.
M. Petrejus Pompeji *legatus* Af. 81. *ejus vulnus* Af. 19. *fuga* Af. 91. *mors* Af. 94.
M. Plotius *vulneratur* C. III, 19.
M. Pomponius Caeſarianus C. III, 101.
M. Rufus *quaeſtor* C. II, 23, 43.
M. Silanus G. VI, 1.
M. Trebius Gallus G. III, 7.
M. Tyro *ignominioſe mittitur* Af. 54.
M. Varronis *ulteriore* Hiſpania *legati mutatio* C. II, 17. *ejus legiones* Al. 58.
mare bis aeſtuans XII *horarum ſpatio* G. III, 12.
maris tranſitu Caeſarem *prohibere* Pompejus *conatur* C. III, 5.
marium omnium non eandem eſſe naturam G. III, 9.
Marii *affinis* Caeſar Af. 32.
maritimorum Gallorum *rebellio adverſus* Caeſarem G. III, 7. & ſeqq.
maritimorum oppidorum munitio G. III, 12.
Marrucini *populi* C. I, 23. II, 34.
Mars G. VI, 17.
Marſi *centuriones perfugae* C. II, 27.
Marſorum *militum virtus* C. I, 26.
Maſſilienſium *res* C. I, 34, 35, 36, 55, 56, 57, 58. & ſeq. *eorum nomini & vetuſtati defert* Caeſar, *ne eos perdat* C. II, 22.
materfamil. de muro ſe dejiciens H. 19.
materiae inopia laborat Africa Af. 20.
Matiſco *oppidum* G. VII, 90.
Matrona *fluvius* G. I, 1.
Mauri *equites* Af. 7.
Maurorum *equitum duo millia a minus triginta* Gallis *equitibus in urbem repelluntur* Af. 6.
Mazaca *oppidum* Al. 66.
Mediomatrices G. IV, 10. VII, 75.
Medobrega Luſitaniae *oppidum* Al. 48.
Melodunum *oppidum* G. VII, 58, 60.
memoriae exercitatio G. VI, 14.
Menapii Galli G. II, 4. III, 9. IV, 4, 5, 48. *ab Uſipetibus oppreſſi* G. IV, 4. *eorum vaſtatio* G. IV, 38. *rebellio* G. VI, 2. *deditio* G. VI, 6.
mendacii uſus in captandis militum animis G. VII, 38.
Menedemus Macedoniae *princeps* C. III, 34.
mercatorum commercia cur admittant Suevi G. IV, 3.
mercaturae commercio nationum vires enervari G. I, 1.
Mercurius *praecipue apud* Gallos *colitur* G. VI, 17.
Metioſedum *oppidum* G. VII, 61.
Metropolis *oppidum* C. III, 80.
Meſſala Caeſarianus Uticam *cuſtodit* Af. 88.
Meſſanae *periclitatio* C. III, 101.
miles non minus modeſtia & continentia, quam virtute & animi magnitudine commendabilis G. VII, 52.
militis adverſus Imperatorem ingratitudo C. III, 104. *militis etiam aegerrimi mirus animus* G. VI, 38.
militis veterani cum elephanto pugna Af. 84.
milites a mane ad veſperam jejuni in armis ſtantes Af. 41.
milites ab Imperatoris auctoritate pendere debent G. VII, 52.
milites in conſpectu Imperatoris enixius contendunt G. III, 14.
milites luce magis in officio continentur C. I, 67.
milites prae pavore teſtamenta condentes G. I, 39.
milites propter res maximas geſtas peccandi licentiam ſumentes Af. 85.
milites ſe ipſos plectentes C. III, 74.
militum amor erga Caeſarem C. I, 87. *alacritas augenda magis quam reprimenda* C. III, 92.
militum inſolentia Af. 85.
militum pretium in ſeditionibus civilibus C. III, 113.
militum ſuorum cura Caeſari G. VI, 32. VII, 19, 34. C. I, 72. III, 90.
militum tyronum ruditas G. VI, 40.
militibus animus vel minima ſpe victoriae monſtrata accenditur G. III, 26.
milites fortes Caeſar *honoribus ac muneribus proſequitur* C. III, 53.
milites ſuos confirmat Caeſar C. I, 7. VII, 6.
militaris diſciplina & ſeveritas largitione nimia minuitur Al. 48.
militaris rei dedecus in exercitu Caeſaris *non admiſſum* C. III, 64.
Milo *caedis* Clodianae *reus* C. III, 21. *ejus munera* ibid. *ejuſdem molimen ac mors* C. III, 22.
Minerva Dea G. VI, 12. *ejus templum* C. III, 105.
Minutius Rufus Pompejanus C. III, 7.
Minutius Silo, L. Racilii *cliens* Al. 52. *conjurationis adverſus* Caſſium *index* Al. 45. *excruciatur* ibid.
miracula poſt victoriam Caeſaris C. III, 105.
miſeriam fortiter ferre, virtus eſt G. VII, 77.
Mithridates Pergamenus Al. 26, 27. Caeſari *ſe jungit* Al. 28. *Rex* Boſpori *a* Caeſare *conſtituitur* Al. 78.
Mona *inſula* G. V, 13.
Monomachia H. 25.
Morini Galli G. II, 4. III, 9. *ultimi* Gallorum *pacati* G. III, 28. *eorum ad* Caeſarem *legati* G. IV, 22. Caeſarianos *ex* Britannia *reduces invadunt* G. IV, 37. *in poteſtatem* Romanorum *rediguntur* G. I, 38. Atrebatibus *a* Caeſare *attributi* G. VII, 76.
a Morinis *in* Britanniam *trajectus breviſſimus eſt* G. IV, 20.
Moritaſgus Cavarini *regis frater* G. V, 54.
mortis metus ut tollatur G. VI, 14.
mortis praeſentis pro patria mirus contemptus G. VII, 25.
morti ſe facilius quidam offerunt, quam patienter ferunt G. VII, 77.
mortui facile culpantur G. VIII, 22.
Moſa *fluvius* G. IV, 10.
mulieres & pueri in muro diſpoſiti ad ſpeciem duntaxat C. III, 9.
mulieres Germanorum *rhedis & carris impoſitae* G. I, 51. *earum auctoritas in bellis* G. I, 50.
mulierum Gallicarum *mos in proeliis* G. VII, 48.
mulierum crines praeſecti ad tormenta bellica efficienda G. I, 9.
mulierum trepidatio in urbis oppugnatione G. VII, 47.
mulieribus & infantibus non parcunt Romani *milites* G. VII, 28.
muliones equitum ſpeciem exhibentes G. VII, 47.
Munatius Plancus Caſſii *lictorem gladio transfigit* Al. 52.
Munda *oppidum* H. 32.
Mundenſis *campus* H. 27.
Mundenſium *ducum caedes* H. 36.
munera ac dona a ſociis & amicis recipere ſoliti Imperatores Romani *re bene geſta* Al. 70.
municipia Roman. *pecunias conferre coguntur* C. I, 6.
munitiones Caeſaris *ad* Aleſiam G. VII, 72.
munitiones Caeſaris *&* Pompeji *ad* Dyrrhachium G. III, 43, 44. &c.

munitionum ambitus inuſitatus C. III, 63.
muri oppidorum Gallorum G. VII, 23.
muri hoſtilis primum conſcendendi gloria G. VII, 47.
murus mirae longitudinis G. I, 8.
muſculi forma G. II, 10.
mutationes magnae parvis momentis fiunt C. III, 69.

N.

Nabataeorum *rex* Malcus Al. I.
Nannetes Galli G. III, 9.
Nantuates G. III, I. IV, 10.
Narbo *urbs* G. III, 20. VII, 7.
nardum & reſinam ſibi infundens mori certus H. 33.
Naſidii *claſſis* Af. 64. *ob eam receptam* Sulcitani *a* Caeſare *mulctantur* Af. 98.
Naſidianae *naves* C. II, 7.
Naſua & Cimberius Suevorum *Imperatores* G. I, 37.
naves Britannorum C. I, 54.
naves Caeſaris G. III, 9. IV, 21. V, I, 5, 10, 11. C. I, 29, 54. III, 2, 8. &c.
naves longae G. II, 25. IV, 25.
navium Caeſarianarum *afflictatio* Af. 44. G. IV, 29. V, 10.
navium Gallicarum *forma* G. III, 13.
navium Rhodiarum *naufragium* C. III, 26.
navium Romanarum *cum* Gallicis *impar proelium* G. III, 13.
navale certamen Romanorum & Gallorum G. III, 13. Maſſilienſium & Caeſarianorum C. II, 6. Vatinii & Octavii Al. 46.
Naupactus C. III, 35.
nauſea a ſalo Al. 28.
Neapolis Af. 2.
nebulae craſſae in bello aliquando magnum momentum H. 6.
neceſſitas omnia perquirit Al. 13.
negligentia ex diuturnitate G. VIII, 17.
negligentiae ac remiſſionis pernicies in obſidione C. III, 9.
Nemetes Germani G. I, 51.
Nemetocenna *oppidum* G. VIII, 47.
Nervii *equitatu nihil olim valebant* G. II, 17. Gallorum *ferociſſimi* G. II, 4. Graecè *indocti* G. V, 48. *militaria opera a* Romanis *facere docti* G. V, 42. *fuga* G. V, 51. *eorum clientes* G. V, 39. *mores* G. II, 15. *aſtus* G. V, 51. *multitudo* G. V, 42. *rebellio ac fraus* G. II, 17, 18, 19. V, 39, 41. *deditio* G. II, 27. VI, 3.
Nicomedis Bithynii *nobilitas* Al. 66.
Nicopolis *oppidum* Al. 36.
Nili *aqua limoſa atque turbida* Al. 5.
Nitiobriges *populi* G. VII, 7. *eorum rex* Teutomatus G. VII, 31.
in nive altiſſima Caeſar *viam facit* G. VII, 8.
noctem dies praeponunt Galli G. VI, 18.
noctes in Britannia *quam in continente breviores* G. V, 13.
noctis licentia C. I, 21.
noctium non dierum numero ſpatia temporum metiuntur Galli G. VI, 18.
nocturna Gallorum *concilia* G. V, 33.
nocturna opera Caeſarianorum *obſeſſorum* G. V, 40.
Noreja *oppidum* G. I, 5.
Noricus *Rex* C. I, 18.
Noricus *ager* G. I, 5.
Noviodunum *oppidum* G. II, 12. VII, 12, 55.
nox dierum XXX *in inſulis* Britannicis G. V, 13. *peccantibus amica* C. II, 31.
Nummejus & Verodoctius Helvetiorum *legati* G. I, 7.
Numidae & Cretes *Sagittarii* G. II, 7.
Numidae & Getuli *a* Scipione *multi dilabuntur ad* Caeſarem Af. 32.
Numidae *in cruce ſuffixi* Af. 66.
Numidarum *adverſus* Curionem *ſtrategema* C. II, 41.
Numidarum *celeritas* Af. 69. *eorum equi infrenati* Af. 61. *clades* C. II, 25, 38. *incurſio in exercitum* Caeſaris Af. 6, 69, 70.
Nymphaeum *portus* C. III, 26.

O.

Obſeſſorum *fortis & audax eruptio, nec minus felix* C. III, 9.
obſides retenti G. I, 13.
obſidentium inſtitutum C. III, 47.
obſides Caeſariani *ab* Aeduis *male mulctantur* G. VII, 63.
obſides Gallorum *male habet* Arioviſtus G. I, 31.
obſidum recuperandorum cura G. III, 8.
Obucula *oppidum* Al. 57.
Ocelum *oppidum* G. I, 10.
Octavii Pompejani *caſtra expugnantur* C. III, 9. *ejus cum* Vatinio *navale proelium* Al. 45, 46. *fuga* Al. 46.
Octodurus Veragrorum *vicus* G. III, I. *incenſus* G. III, 6.
Octogeſa *oppidum* C. I, 61.
oculorum effoſſio G. VII, 4.
Ollovico Teutomati *pater* G. VII, 31.
opera bellica Romanorum Advaticis *admirationi ſunt* G. II, 30, 31.
opera Caeſaris *ad* Aleſiam G. VII, 72, 73, 74. *ad* Maſſiliam C. II, 8, 9, 10.
oppidum quod dicatur Britannis G. V, 21.
oppida Hiſpaniae *munita* H. 8.
Oppius *legatus* Caeſaris Af. 68.
in orbem ſe adverſus hoſtes colligendi ratio G. IV, 37. V, 33.
Orchomenum Caeſar *recipit* C. III, 55.
Orcinia *ſylva* G. VI, 24.
Orgetorix Helvetiorum *princeps* G. I, 2, 3. *ejus filia & filius capiuntur* G. I, 26. *mors* Orgetorigis G. I, 4.
Oricum *oppidum* Caeſar *recipit* C. III, 11, 12.
Oſcenſes *populi* C. I, 60.
Oſiſmii Romanis *dediti* G. I, 34.
Otacilii Craſſi *perjurium* C. III, 28.

P.

Pabuli *equorum inopia apud* Pompejanos C. III, 58.
pabuli inopia jumenta ſua occidunt Pompejani C. I, 81.
ſine pabulo retenta jumenta toto quatriduo C. I, 84.
pacatorum inſigne in bellis G. VII, 50.
Pacidii Pompejani *adverſus* Caeſarem *pugna* Af. 78. *ejus mors* Af. 78.
Paemani Germani G. II, 4.
pagi centum Suevorum G. IV, I.
pagi Tigurini *robur* G. I, 12.
Palaepharſalica *victoria* Al. 48.
palma ex pavimento enata C. III, 105.
paludes Morinorum G. IV, 38.
palus inter duo caſtra media G. II, 9. Sequanam *influens* G. VII, 57.
panis a famelicis in hoſtium caſtra abjectus C. III, 48. *e radice factus* ibidem.
panico ſe alunt Maſſilienſes C. II, 22.
Parada *oppidum direptum* Af. 87.
Paraetonium Al. 8.
Pariſii *populi* G. VI, 3.
Parthi Romanorum *hoſtes* C. III, 31.
Parthicum *bellum* G. VIII, 54.
Parthinorum *oppidum expugnatum* C. III, 41.
Parthinos Pompejus *praedae loco habuit* C. III, 43.
Paſtores indomiti C. I, 57. Turini *a* Milone *ſollicitantur* C. III, 21.
pax quando optime fiat C. III, 10.
pax unius diei G. II, 32.
pacis ſtudioſus Caeſar C. III, 10. *eam cum* Pompejo *ſaepe fruſtra tentat* C. III, 10, 11.
peccandi impunitatem ſibi arrogant milites poſt victoriam Af. 85.
pecoris cupidi barbari G. VI, 35.
pecuniae conflandae commenta C. III, 32. Al. 49, 55.
pecuniae cupiditatis malum G. VI, 22. Af. 93.
pecuniae e fanis tolluntur C. I, 6.
pecuniam publicam ſibi oblatam Caeſar *repudiat* C. I, 23.
pecus loco frumenti imperatum C. I, 52.
pedes equeſtre proelium faciens H. 15.
pedites Germani *inter equites praeliari ſoliti* G. I, 48. VII, 65.
pedites mira celeritate equorum curſum adaequantes G. I, 48. *inter equites pugnant* G. VIII, 19, 36. Af. 69.
Peligni *populi* G. I, 15.
pelles pro velis G. III, 13.
pelles veſtitus Suevorum G. IV, 10. VI, 21.
Peluſium *ſe confert* Pompejus C. III, 103. *id a* Mithridate *capitur* Al. 26.
penteres duae a Caeſare *capiuntur* Af. 62.
perfidia Aeduorum G. VII, 40, 42.
perfugae Caeſariani C. III, 60.
perfugae multi quotidie ad Caeſarem *conſuebant* C. III, 61.
perjurium Caeſar *ulciſcitur* Af. 64.
Petra locus C. III, 42.
Petrejus *legatus* Pompeii C. I, 38. *ejus furor* C. I, 75, 76. &c. *vulnus* Af. 19.
Petreji *mors* Af. 94.
Petrejus Theſſalus C. III, 35.
Petrocorii *populi* G. VII, 75.
Pharus *quid ſit* C. III, 112.

Pha-

Pharitae [illegible]. 17.
Pharnacis res geſtae Al. 34. & ſeqq.
Pharſalici exercitus clades &c. C. III,
[illegible] C. III, 6.
[illegible]b. pleb. Al. 16.
Philo Po[illegible]ejanus Hiſpali H. 35.
[illegible], 15.
P[illegible] G. VIII, 26.
[illegible]a ardentia Af. 47.
[illegible]ci G. V, 1.
[illegible]lum C. I, 11. ſeqq.
[illegible] avium victitantes populi
[illegible] occiditur G. IV, 12.
[illegible] paſſuum Af. 37.
[illegible]orum, ſervorum loco habetur G. VI, 13.
plebis Gallicae tutamen adverſus potentiores G. VI, 11.
plebem ſolam vix bellum conſtare poſſe G. VIII, 22.
Pletorii Ruſtiani mors Af. 96.
Pleumoſii Nerviorum clientes G. V, 39.
plumbum album in Britannia G. V, 12.
pluvia ſaxorum Af. 47.
Pompeja lex ambitus C. III, 1.
Pompejae Caeſar ignoſcit Af. 95.
Pompeji & Caeſaris amicitia G. VI, 1. abalienatio Pompeji G. VIII, 55. C. I, 7. aemulatio, obtrectatio & ſtudia adverſus Caeſarem G. VIII, 53. C. I, 3. & ſeq. arrogantia ac ſuperbia parem non ferentis C. I, 32, 44. amici C. I, 61. auctoritas, nomen & exiſtimatio G. I, 61. III, 42. dominatio Romanis ſuſpecta G. VIII, 52. legati & mandata ad Caeſarem C. I, 8, 10. ejus dignitati Caeſar ſemper ſtuduit C. I, 9. gratia in Senatu C. I, 14. in Hiſpania C. II, 18. Brundiſio abituri opera adverſus Caeſarem C. I, 27. facultas in parandis copiis C. III, 3, 4, 5. exercitus & unde conſcriptus C. III, 3, 4, 5. duces C. III, 3, 4, 5. acceleratio ad Dyrrhachium C. III, 13. inde excluſio C. III, 42. dictum de Caeſare C. III, 18. ambitio C. III, 45, 56. eum ad pugnam elicere Caeſar cupit C. III, 56. ejuſdem exercitus penuria C. III, 58. honor C. III, 71. praeſumptio de victoria & fuga Caeſarianorum C. III, 82, 83, 86. luxus C. III, 96. caſtra expugnata C. III, 96. nomen in ſcutis militum inſcriptum & mox detractum Al. 59. res praeclare geſtae Af. 22. fuga & incommoda & adverſa C. III, 15, 94, 102. mors C. III, 104.
Pompeji res C. III, 40. H. I.
Pompejanae aciei inſtructio C. III, 88. claſſis adminiſtratores C. III, 5, 7.
Pompejanarum partium inclinatio C. III, 49. Af. 89. earundem fautoribus Caeſar ignoſcit Af. 89.
Pompejani praefecti perfidia adverſus Caeſarianos tyrones C. III, 28.
Pompejani ſaepe ad Caeſarem deficiebant, raro contra C. III, 61. H. 19. & ſeq. milites mala valetudine laborantes C. III, 49.
Pompejanorum metus C. III, 13. eorum & Caeſarianorum de pace colloquium C. III, 19. in difficultatibus patientia C. III, 15. exactiones C. III, 31. fames & anguſtia C. III, 58. fuga ac clades C. III, 53, 94, 95, 99. a victoria ſpiritus C. III, 72. vana ſpes de victoria C. III, 82. deditio C. III, 98. in acie Pharſalica caeſorum numerus C. III, 99. eiſdem victis vix uſquam perfugium eſt C. III, 10.
Pompeji Rufi periculum Af. 85.
Pomponius Caeſarianus C. III, 101.
pontem celeriter efficit Caeſar G. VI, 9. C. I, 54.
pontem Genevenſem Caeſar reſcindit G. I, 7.
pontem in Arare Caeſar facit G. I, 13.
pontis in Rheno a Caeſare facti ratio & forma G. IV, 17. VI, 9.
Pontum Caeſar recipit Al. 77.
Pontum Pharnaces occupat Al. 41.
portenta victoriam Caeſaris ſecuta C. III, 105.
Poſtumiana caſtra H. 8.
Pothinus nutricius Ptolemaei regis C. III, 108. ejus mors C. III, 112.
praeda virtute parta, grata Al. 42.
praedonum bellum C. II, 23.
praeſcriptio, praetextus C. III, 32.
praeſidium Jubae regis apud Thabenam interſicitur Af. 77.
Praetores inter ſe adverſarii C. II, 20. & ſeq.
Praetorum de imperio, ad populum referebatur C. I, 6.
Preciani Romanis dediti G. III, 27.
precibus aliquem deteſtari G. VI, 31.
Proconſul cum imperio ad urbem manens G. VI, 1.
proelium equeſtre Af. 53. navale Al. 11.
proelia ſex a Caeſare uno die facta C. III, 33.
provinciae Galliae ſervitus G. VII, 77.
ad Ptolemaeum regem Aegypti Pompejus fugiens ſe confert C. III, 103.
Ptolemaeum inter & Cleopatram Caeſar arbitrum ſe interponit G. III, 107.
Ptolemaei patris teſtamentum C. III, 108.
Ptolemaeum puerum regem Caeſar in ſuam poteſtatem recipit C. III, 109.
Ptolemaei regis pueri fictae lachrymae Al. 24. mors Al. 31.
Ptolemaei regis caſtra oppugnat Caeſar Al. 30.
puberes omnes armati convenire coguntur armato concilio indicto apud Gallos G. V, 56.
P. Attius Varus C. II, 23.
P. Attius eques Romanus a Caeſare captus Af. 68. venia donatus Af. 89.
P. Calvitius Pompejanus H. 23.
P. Conſidius pro exploratore miſſus falſa renunciat G. I, 22.
P. Cornelii Scipionis mors Af. 96.
P. Craſſi adoleſcentis res geſtae G. I, 52. II, 34. III, 7, 20, 21.
P. Lentulus Spinther in poteſtatem Caeſaris venit C. I, 23.
P. Ligarius juſſu Caeſaris necatus Af. 64.
P. Saſerna Af. 10.
P. Servilius coſ. C. III, 1.
P. Sextus Bibaculus, alias Baculus G. II, 25. III, 5. VI, 38.
P. Sextius Al. 34.
P. Sitius Numidiam Jubae regnum invadit Af. 36. ejuſdem virtus Af. 95.
P. Sulpitius Rufus legatus G. IV, 22.
P. Sulpitius pr. C. III, 101.
P. Syllae dexteritas C. III, 51.
P. Vatinius Caeſaris legatus C. III, 19.
P. Veſtrius eques Romanus Af. 64.
puellae regnantis taedium apud populum Al. 23.
pueri & mulieres in muro ad ſpeciem militum diſpoſiti C. III, 9.
pugna acerrima Nerviorum ac Romanorum G. II, 23.
pugna non ſtataria, ſed percurſoria Luſitanorum C. I, 44.
pugna ex eſſedis G. IV, 24, 33.
pugna navalis G. III, 14.
pugna ſex horas durans G. III, 5.
pugnae ratio aſtuta G. V, 34.
pugnam ineuntium Gallorum vota G. VI, 17.
pulveris excitati indicium in bellis G. IV, 32.
putei a Caeſarianis fodiuntur Al. 9.
pyra Jubae regis in oppido Zama Af. 91.
Pyrenaei montes G. I, 1.

Q.

Quadrigae falcatae Pharnacis adverſus Caeſarem Al 75.
quaeſtus undecumque quaeſitus Al. 49.
Quaeſtorum nequitia C. III, 32.
Quaeſtorum improborum odium Al. 49.
quatuor unius cohortis Caeſarianae centuriones in pugna oculos amittunt C. III, 53.
Q. Aquila Caeſarianus Af. 62.
Q. Atrius navium Caeſarianarum praefectus G. V, 9.
Q. Attius Varus praefectus equitum G. VIII, 28.
Q. Caſſius trib. pleb. Caeſarianus C. II, 19. Gaditanorum praefectus C. II, 21.
Q. Caſſii Longini odium in Hiſpanos & contra Al. 48, 50. vulnus Al. 52. mors Al. 64.
Q. Cominius Caeſarianus, ad Scipionem deductus Af. 44.
Q. Coponius Rhodiae claſſis Pompejanae praefectus C. III, 26.
Q. Cornificius Caeſaris quaeſtor Al. 42.
Q. Cicero Caeſarianus G. V, 24. ejus caſtra oppugnantur a Nerviis G. V, 39. ejuſdem valetudo tenuiſſima G. V, 40.
Q. Fabius Max. legatus Caeſaris H. 2.
Q. Fulginii mors C. I, 46.
Q. Fufius Kalenus legatus Caeſaris C. III, 55.
Q. Junius Hiſpanus G. V, 27.
Q. Laberii Duri trib. mil. mors G. V, 15.
Q. Ligario Caeſar ignoſcit Af. 89.
Q. Lucanii Centurionis mors G. V, 35.
Q. Lucretius ſenator C. I, 18.
Q. Marcius trib. mil. Pompejanus ad Caeſarem transfugit H. 11.

INDEX RERUM MEMORABILIUM.

Q. Patiſius Caeſarianus Al. 34.
Q. Pedius legatus Caeſaris G. II, 2, II. C. III, 22. H. 2.
Q. Pompeji Nigri equitis Rom. Italicenſis robur H. 25. ejuſdem cum Antiſtio Turpione ſingulare certamen ibid.
Q. Sertorii milites G. III, 23.
Q. Sabinus C. III, 55.
Q. Sertorius de vita pecuniam paciſcitur Al. 55.
Q. Titurius Sabinus legatus Caeſaris G. II, 5, 9. ejuſdem provincia G. III, 11. apud Unellos acta G. III, 17. ſtrategema III, 18, 24. V, 27. ejuſdem mors G. V, 37.
Q. Tullius Cicero G. VI, 32.
Q. Varus praefectus equitum Domitii, Caeſarianus C. III, 37.
Q. Velanius G. III, 7.

R.

Rabirius Poſtumus Af. 8.
radix, qua vice panis utebantur Caeſariani C. III, 48.
radicibus arundinum paſti equi C. III, 58.
rapinas ſuorum caſtigat Caeſar Af. 54.
ratione & conſilio Romanos barbaris nationibus in bello praeſtare G. I, 40.
Ravenna oppidum C. I, 5.
Rauraci populi G. VII, 75. ſe Helvetiis domos ſuas relinquentibus jungunt G. I, 5, 29.
rebellionis reprimendae apud Gallos conſilium G. VI, 1.
Rebilus, legatus Caeſaris, magni uſus militaris vir C. II, 34.
reditus Caeſaris in Italiam quam honorificus G. VIII, 51.
regem a Romanis appellari & amicum, maximum beneficium G. I, 43.
regis pueri aetas a militibus eluſa Al. 25.
regem ad dicendam cauſam evocari indignatur regni procurator C. III, 108.
reges Aegyptiis conſtituit Caeſar Al. 33.
reges Britannici quatuor G. V, 22.
regnum Jubae in provinciam converſum Af. 97.
regni ambitio odioſa C. VII, 4.
regum controverſiis ſe interponit Caeſar C. III, 7.
rei ex vinculis cauſam apud Helvetios dicebant G. I, 4.
religio ſacerdotum Gallicorum G. VI, 13.
ne Reſpublica detrimentum capiat, cautio extrema C. I, 5.
Rhaſcypolis Pompejanus C. III, 4.
Rhedones Romanis dediti G. II, 34.
Rhemi Romanorum amici G. VII, 63, in inſidias Bellovacorum incidunt G. VIII. 12.
Rhemi ſe Caeſari dedunt G. II, 3. eorum amicitiae uſus Caeſari ibid. eorundem apud Caeſarem auctoritas & gratia G. V, 54. VI, 4.
Rheni fluminis latitudo & altitudo, origo, fluxus, & inſulae G. IV, 10, 16.
Rhenum tranſire Caeſar ſtatuit G. IV, 16. VI, 9.
Rhodanus fluvius G. I, I, 2. &c.
Rhodiae claſſis Pompejanae praefectus C. Marcellus cum C. Pomponio C. III, 5.
Rhodiorum in maritimis proeliis virtus Al. II, 15.
robur & magnitudo corporis ut paretur C. IV, I.
Roma male adminiſtrata Al. 65.
Roma terrore completur C. I, 14.
Romae omnia divina humanaque jura miſcentur Pompeji ac Caeſaris diſſenſione C. I, 6.
Romani ab armato hoſte conditionem non accipiunt G. V, 4.
Romani ab Helvetiis caeduntur G. I, 7. admirationi ſunt Uxellodunenſibus G. VIII, 43.
Romani arbitri regni Aegyptii teſtamento electi C. III, 108.
Romani armis graves G. V, 16.
Romani ſecundis rebus confirmantur, adverſis incitantur Galli G. VIII, 12, 15.
Romani ſociorum dignitatem augere ſoliti, non minuere G. I, 43.
Romani negotiatores Genabi a Gallis opprimuntur G. VII, 3.
Romani populi diſciplina & opes G. VI, I. diviſio C. I, 32. & ſeq.
Romani non ſine deorum ope bellum gerere Gallis viſi G. II, 13.
Romani Sicambris produntur G. VI, 25.
Romani ſtatura brevi, Gallis ludibrio ſunt G. II, 30.
Romani milites deſperata ſalute ſeipſos interficientes G. V, 37. detrimento accepto diligentiores ſiunt G. VIII, 12. in inſidiis a Gallis deprehenſi G. V, 33. & ſeqq.
Romanorum militum magnanimitas G. V, 35. VII, 19. praeſens in repentina re animus G. II, 20. opprimendorum conſilium apud Britannos G. IV, 31. trepidatio G. I, 39. virtus C. I, 51. Al. 34.
Romanorum ambitio G. VII, 77.
Romani auxilio Aeduorum adverſus Allobroges uſi G. I, 44.
Romanorum ac Britannorum diſpar pugna G. V, 16.
Romanorum civium etiam hoſtium ſuorum miſericordia movetur Caeſar C. I, 72.
Romanorum civium injurias in Ponto acceptas Pharnaci Caeſar remittit Al. 70.
Romanorum in Galliam evocatio per Divitiacum G. VI, 12. incautorum oppreſſio ab Aeduis G. VII, 42. mos in pugna committenda C. III, 92. ſervitutem excutere Galli conantur G. III, 8. timor apud Aeduos G. I, 14. apud barbaros G. IV, 16.
Romanis obmurmurant Alexandrinorum principes Al. 3.
Romanos in Gallia inveteraſcere indignantur Belgae G. II, 13.
Romani imperii dignitas ut conſervetur Al. 33.
Romanae naves ad Maſſiliam C. I, 6.
Romanarum legionum laus H. 42.
Romanum praeſidium crudeliter ab Aeduis interfectum G. VII, 38.
roſ pellibus, quibus naves tegebantur, exceptus C. III, 15.
Roſcillus & Aegus Allobroges fratres a Caeſare ad Pompejum deficiunt C. III, 59. & ſeq.
Roſcius praetor Pompejum Caeſari purgat C. I, 10.
roſtra actuariis navibus Vatinius imponit H. 44.
rumoribus incertis ſaepe Galli ſerviunt G. IV, 6.
rumorum coercendorum ratio G. VI, 20.
Ruſpina oppidum Af. 6. prima ad amicitiam Caeſaris Af. 3.
Rutheni G. I, 45. Arvernis conciliantur G. VII, 5. C. III, 55.
Rutilius Lupus pr. C. I, 24.

S.

Sabis fluvius G. II, 16, 18.
Sabura Jubae regis praefectus C. II, 38. ejuſdem ſtrategema C. II, 40. mors C. II, 95.
Sacerdotum auctoritas G. VII, 33.
Sacerdotes Galliae Druides G. VI, 13. & ſeqq.
Sacramentum apud ſe dicere Domitianos milites Caeſar jubet C. I, 23.
Sacramenti Domitiani religione, milites ſuos liberat Curio C. II, 32.
Sacramentum militare ut ſolvatur C. II, 32.
Sacramenti redemtione, pecuniae cogendae inventum Al. 56.
Sacrativiri caedes G. III, 71.
Sacrificia Gallorum G. VI. 13.
Sacrificiorum interdictio graviſſima G. VI, 13.
Sadales Coti regis filius inter Pompeji copias C. III, 4.
ſagittarii Galli G. VII, 31.
ſagittariorum & funditorum Pompejanorum caedes C. III, 93.
ſagittarum triginta millia in caſtellum Caeſarianum conjecta C. III, 53.
Saguntinorum ſigna V relata H. 10.
ſalinarum ſtagnum Af. 80.
Salonae oppidum C. III, 8, 9. Al. 43.
Salonarum conventus C. III, 9. oppugnatio ibid.
Salſum fluvius H. 9.
ſaltus Caſtulonenſis C. I, 38.
ſali & nauſeae moleſtia C. III, 28.
Salluſtii ad Cercinam inſulam geſta Af. 8.
ſalutatio militaris Af. 85.
ſalutem omnium paucis committi, grave ac miſerum Al. 16.
Samarobriva oppidum G. V, 24, 32, 46.
Samarobrivenſe Gallorum concilium G. V, 24.
Santones Toloſatium vicini G. I, 10.
Sarſura oppidum Af. 75.
Saſerna praefectus Lepti Af. 10, 29.
Saturnini & Gracchorum caſus C. I, 7.
Scaevae centurionis virtus C. III, 53. ejus ſcutum CCXXX foraminibus confoſſum ibid.
Scaldis G. VI, 43.
Scapula rogo extructo ſibi exitium parat H. 33.

ſcelera-

Eluſates 165. b.
Emittere in hoſtem 232. b.
Emolumentum 53. b. 54. a.
Enaſci de rubis 108. a.
Enatare intervallum 794. b.
Ἓν διὰ δυοῖν 637. a.
Ἑνὸς 422. a.
Enim *quid* 218. b. 545. b. 601. a.
Ennii fragmentum 963. b. 973. a, b.
Enſe demiſſo ſalutare 927. b.
Eo 66. a. aditus eſt 171. a. *praecedente plur. numero* 230. b. quod 37. b. 146. a.
Epexegeſis 409. b. 415. a. 982. b.
Ephemerides Caeſaris *an diverſae* a Commentariis 2. b. 703. b. & Fragm.
Epibatae 787. b.
Epizeuxis 900. a.
Eques *pro* equitatu 83. a.
Equus Trojanus fuit Aries 126. a.
Equis recipi 945. b.
Equos argento tecti equites 965. a.
Equitatus praeſidium 449. a. *in plur.* 290. b. 583. a. 604. b. 974. a.
Equites levis armaturae 894. a.
Eratoſthenes 317. b.
Erectus animo 857. a.
Ericius 735. a.
Erogare praemia , vectigalia regia 937. b.
Erigere brachia 897. b.
Eripere e manibus 84. a. ex periculo 182. b.
Erumpere ſe 600. b. iracundiam 668. a. b.
Eruptio & inruptio *conf.* 416. b. 978. a.
Eſcendere 137. b.
Eſcenſus 391. b.
Eſſedum 198. b.
Eſt *cum infinitivo* 420. b.
Eſſe ab Ucubi 946. b. a Clypeis tot milia 638. a. cum aliquo 882. a.
Eſſui 240. a.
Eſubii 139. a.
Et *quid* 670. a. 856. b. 860. b. hoc tempore 335. a. quidem 597. b.
Etiam nunc 338. b.
Etſi *cum ſubjunctivo* 337. b.
Evagari 486 b.
Eventum rei experiri 135. a.
Eventus navium 205. b. *plur.* 339. b. 475. b. 546. a.
Evincit ſententia 590. a.
Evocare 770. a. mercatores 193. a. ad ſe 277. a. 332. a. notum & municipem 594. a.
Evocatio 158. a.
Evocati 554. a, b.
Ex Druidibus proditur 310. a. equis deſcendere 954. b. fuga ſe recipere 365. a. recipi 474. b. excipere 373. a. fugitivis conſtare *vel* conſiſtere 948. b. inproviſo 746. a. multitudine cadaverum odor 719. b. parte tertia Gallia 155. a. parte 179. a. 370. a. practura 557. a. primo haſtato 573. a. proelio circummuniri 976. a. rupibus nactus planitiem 591. b. ſilvis proeliari 472. a. tironum *ſc.* legionibus 905. b.
Exaeſtuare 758. a.
Exaudire 753. b. clamorem 118. a.
Exanimari 757. b.
Exanimatus 115. b. 154. a. 264. b.
Exaruit fons 500. a.
Excedere locum 570. b.
Excidere copias 485. b. portas 396. b.
Exciſae arbores projectae 804. b.
Excipere deceſſum aeſtus 145. a. diem 528. b. venientes 40. b. vulnus , cladem 672. a.
Excitus imperiis 837. b.
Excludere ab re frumentaria 402. a.
Excludi a navigatione 240. a.
Excubavi 732. a.
Excubitus 946. b.
Exculcari terra 423. b.
Excuſationem recipere 838. a.
Exempla edere 49. a.
Exemplo Populi R. 18. a.
Exercere copias 279. a. exercitum 268. a. genus omne 951. b.
Exercitus bellis 480. a.
Exercitus equitatuſque 406. b. *plur.* 454. b. *pro* peditibus 706. a. tiro 967. b.
Exſilare 624. b.
Exhauſtus fons 499. b.
Eximere diem 528. b.
Exinaniri 758. a.
Exire vallum 876. a.
Exiſtimare & aeſtimare *conf.* 108. b. 760. b. 767. b.
Exitus navibus fornice exſtructo 795. b.
Exoritur clamor 118. a.
Expedire aditus , foſſas 441. a. omnia 432. a.
Experiri eventum rei 135. a. omnia 432. a.
Explicare conſilium 598. a.
Exponere in terra & terram 557. b.
Expoſito 398. a.
Exprimere & Expromere vocem 51. a. *quid* 621. a.
Exprimit agger turres 366. a.
Expugnare vi 884. a.
Expugnatio 380. b.
Exſerere humeros 395, 396. a. b.
Exſilire 853. b.
Exſiſtere *quid* 247. a. 379. a. 853. b. 913. a.
Exſiſtit motus 287. b.
Exſpectare imperium 113. a.
Exſpoliare 430. a. honorem alicujus 509. b.
Extrahere dies 557. b.
Exterior vallus 732. b.
Extrema oratio 398. b. ſpes 121. b.
Extruſum mare aggere 144. b.
Eyerlandt 180. a.

F.

Face prima 932. b.
Facere alicui plus 66. b. auxilium 704. b. bellum 239. a. 246. b. fidem 339. a. jugulationem 956. a. periculum 880. a.
Factum proelium 204. a.
Facti proelii fama 746. b.
Facto proelio 507. a. eo 512. b.
Facta *de ſermone* 648. a.
Facile 162. a.
Facultas rerum 57. b.
Falarica 959. a. 261. b.
Falcatae quadrigae 844. b.
Fama proelii facti 746. b. nunciare 828. a.
Fames creat peſtilentiam 750. b.
Familia *quid* 595. a, b. 959. a.
Familiarum patres 540. a. matres 830. b.
Familiaritas & auctoritas *conf.* 214. b.
Fas 79. b.
Faſtigatus *non* faſtigiatus 98. a.
Faſtigium *quid* 423. a.
Fauſtus Sulla Proquaeſtore , *non* Propraet. 529. b.
Fautores 969. a.
Fecunditas terrae *quid* 449. a.
Femen 423. a.
Feraciſſima urbs 781. b.
Ferae & feminae *conf.* 606. a.
Fere omnes 226. a.
Ferre acceptum 822. b. ad populum 530. b. ſermonibus 630. a.
Fert conſuetudo 490. a. opinio 967. b.
Feſtinare 840. b.
Fideles retinere amicos 451. a.
Fides interpoſita 506. a.
Fiduciaria opera 629. b.
Filiis *pro* filiabus 773. a.
Fine pectoris 393. b.
Fines partium 479. b.
Fingere vultum 60. a.
Finire *quid* 319. a.
Finitima provincia 158. a.
Firmiſſimus & fortiſſimus *conf.* 9. b.
Firmum *oppidum* 541. b.
Fiſtuca 187. b.
Flaccus Munatius 824. a.
Flagitare 28. a.
Flagitari aliquid 610. b.
Flavius Licerius Firminus Lupicinus 3. b.
Flexus ad virtutem 792. b.
Florum jactatio praeſtita victoribus 511. b.
Flumen Ligeris 140. b.
Flumina dividi 132. b. tectae ſudes 234. a.
Fluvii divini 500. a. ſacri 180. b. forma capitis humani depinguntur 181. a.
Fons aquae 494. b.
Fors 473. a. & ſors *conf.* 113. a. obtulit 441. b.
Forſit 906. b.
Forſitan acciderit 906. b.
Fortiſſima ligna 614. a.
Fortuita dimicatio 818. b.
Fortuitus caſus 851. a. 988. a.
Fortuito & fortuitu 363. b. 364. a.
Fortuna dimicationis 818. b.
Fortunae jus 739. a.
Foſſae *a Pharnace quomodo ductae* 813. b.
Fovere aliquem 833. a.
Fratres Aedui 72. a.
Fraudare ſtipendium 729. a.

INDEX NOTARUM.

Frentani 549. b.
Frequentare copias 865. a.
Fretum *de Siculo & Gaditano* 555. b.
Frons caſtrorum 600. a.
Frontem faſtigatus 98. a.
Fructus 43. a.
Frumentum commeatuſque 77. a. 138. b. duplex, militare donum 724 b. 725. a.
Frumenti ratio 418. a. 425. a.
Frumenta 236. b. 590. b. ſunt in herbis 574. b.
Frumentarii *vel* frumentatores 907. b.
Fruns & frus 728. b. 988. a.
Fuſius Q. 771. b. Kalenus 347. a. 610. b. 667. b.
Fugitivi a ſaltu Pyrenaeo 684. b.
Funera juſta 312. a, b.
Fungi ſtipendio 457. b.
Fuſilis argilla 261. a.
Fuſus & ſuperatus 70. a.

G.

Gabali 348. b. 350. b.
Gabinius in Aegypto 781. b.
Gadis ire ſtatuit 981. b.
Gaeſa 135. b.
Gaetuli Numidae 878. b.
Galba, *nomen Gallicum* 91. a.
Galli & Germani *conf.* 23. a.
Galli *pro Gallograecis* 663. b.
Galli *an Graece ſciverint* 270. a. immolant homines 304. b. an ſedeant in caſtris 466. b.
Gallorum lingua 4. b.
Galliae diviſio 3. b. bella 662. b. res geſtae 507. a. Galliae *plur.* 193. a. 508. a.
Gaza & gazae 934. b.
Geiduni 256. b.
Genabum 346. a.
Generis variatio 208. b. 383. b. 533. a. 660. b.
Geneua 13. a.
Gentile nomen *ante praenomen* 6. a.
Genus *pro* gente 173. a. 174. a. omne 387. a. hominum 564. b. quibus &c. 951 b.
Gerere diſſimiliter 899. b.
Gergovia Bojorum 353. a.
Germanae fatidicae 79. a.
Germani & Galli *conf.* 23. a. maxime hoſpitales fuere 317. a. equiteſque 490. b.
Germaniam a ſe pacatam falſo gloriatur Caeſar 533. b.
Gerundia per *u* 137. a. 248. a. in *dum* raro *cum Feminini Generis nomine* 148. a.
Gerundii paſſivi ſignificatio 593. a.
Geſta ſunt de illo 493. a.
Glandes ex argilla ferventes 261. a.
Glaſtum 228. &c.
Gloſſa 125. b. 279. b. 531. a. 676. a. 696. b. 838. a. 849. b. 896. b. 904. b. 936. b.
Globus 716. b.
Gobannitio 348. a.
Gracchorum caſus 533. b.
Grajoceli 20. a.
Granius A. 738. b.
Gratia contendere 509. a.
Gratulatio 444. a.
Gravius extimeſcere 783. a.
Gutruatus 492. a.

H.

Habere magni 195. a. animo 968. a. ſecum 216. b. numero & in num. 289. a, b. in honore 597. a. ſupplices malis 602. b. rationem 723. b.
Haſtam ponere 128. b.
Hegeſaretos 703.
Helvetia civitas 23. a. 354. a.
Helvetii agri menſura 8. a.
Helveticum proelium 354. a.
Helvii 351. a. 426. b.
Heraclea *quaenam* 746. b.
Herbae & hiberna *conf.* 574. b.
Heſus, *qui &* Mars 307. b.
Hiberna & hibernacula *conf.* 129. b. & herbae *conf.* 574. b.
Hic, hic dies 263. a. annus tertius 243. a. ſaepe *ad remotius*, ille *ad propius* refertur 646. b. 647. a. idem 94. b. hac 145. b.
Hiemari 204. a.
Hilaratus 881. b.
Hippotoxotae 665. a.
Hirrus & Hirtius 540. b.
Hirtii error 836. a.
Homines & omnes *conf.* 125. a. 489. b. Galli 124. b. 304. b. Harudes 48. a.
Homo adoleſcens 323. a. *de hominibus* 607. b. de pedite 655. a, b.
Honore habere 597. a.
Hora *pro* hora diei 968. b.
Horridior adſpectus 230. b.
Hortatio 798. a.
Hortatus 941. a.
Hoſpitii jus ſanctum 76. a, b.
Humilis *quis* 315. b.
Hypallage 200. a. 804. a.

I.

I pro *u* quis primus ſcripſerit 117. b.
Jacent in via ſaxa 825. a.
Jacetani 581. b.
Jacturae 297. a. 777. b.
Jam ante 405. b.
Januariae Kal. 449. a. Idus 528. b.
Ictus gladiorum 862. a.
Id facti 838. b. hoc conſilio 928. b. qua mente 830. a. quod 296. a. 713. b. 752. b. 949. b.
Idem hic 94. b. illi & cum illo 926. a. temporis 942. b. 252. a.
Idonei centuriones 475. b.
Igilium 559. b.
Igni cremabantur hoſtes reip. 10. a.
Ignota peccata 877. a.
Iguvium 537. a.
Ii & L *conf.* 952. a. primi v dies 528. b.
Ilipa 828. a.
Ille omnis 372. b. & ipſe *conf.* 504. a. ille *ad propius*, hic *ad remotius* ſaepe refertur 646. b. 647. a.
Illi *Adverb.* 800. b.
Illico 903. b.
Illo adire 193. a.
Illurgavonenſes & Ilerga[illegible] 582. a.
Ilui *vel* Hilui 351. b.
Imanuentius 236. b.
Imperandum 286. a.
Imp. *pro* Imperator 851. b.
Imperator *pro* iis, qui ejus [illegible] agunt 22. b. 193. b. 194. a.
Imperatum 286. a.
Imperia 700. b.
Imperio & in Imperio 31. [illegible] confirmari 808. b.
Imperium in Gallia 73. a [illegible] 378. a.
In acie pugnare 888. b. vincere 373. b. Africam 892. b. agmine impediti 162. b. 412. a. aliquo facere 126. a, b. altitudinem, latitudinem &c. 94. a. Arvernos verſus 352. b. anguſto eſſe 119. b. auxilio 143. a, b. caſtris venit &c. 107. a. 915. a. celeritate praeſtare 146. a. circuitu & circuitum 260. b. 487. b. 713. b. civitatem habere principatum 728. b. conſpectu adducere, veniſſe 162. a, b. 458. a. 477. a. 481. b. 641. a. conſpectum interfici 697. a. directum 834. b. ea re 547. a. eamdem partem 407. a. extremis rebus 120. b. fugam deſtinata mens 930. b. hoc tractu 777. b. honore habere 597. a. horam progredi 914. b. Illyricum geri 816. b. jus adire 610. a. litore ejectae naves 221. b. longitudinem 391. b. manibus eſſe 111. b. mendacio permovere 385. a. modum hunc 245. a. numero habere 289. a. eſſe 298 a. muris diſponere tormenta 542. a. occulto 46. a. 371. b. oppido progredi 909. a. oppidum verſus 961. a. orbem ſe recipere 814. b. partem juris recipere 44. a. poteſtatem habere 551. a. praeſidio eſſe 329. b. 336. a. publicum deponere 548. b. quaerendo reperire 31. b. reos referri 822. a. Rep. eſſe animo 503. b. ripis conſidere 405. b. ſpatio 914. b. ſumma *vel* ſummam 770. a. terrore ac fuga 739. a. vicem 440. a. veſtigio 176. a. 369. a.
Inaequari 424. a.
Incautus impetus 479. a.
Inceſſit timor *Simpl.* vel *cum Dat. & Acc.* 642. b.
Incidit terror exercitui 675. b. in tempus 848. a.
Incidere arbores 322. b.
Incitari ſtudio libertatis 143. a.
Incitat ſe aeſtus 144. a.
Incitate 521. b.
Incitatus curſu 599. b.
Incitatio remorum & incitata remis navis 146. b.
Incolere 85. b. 90. a. 170. a.
Increbuit & increbruit *conf.* 694. b.
Incurſio 478. b.
Incurſus & impetus 471. a.

Inde

Inde 793. b.
Indidem 408. b. 674. a.
Indicere ſubplicationem 444. b.
Indignatio & indignitas *conf.* 501. a.
Indiligenria 668. a. 731. a. & Indulgentia *conf.* 835. a.
Inducere galeas 114. a. legationes in ſenatum 984. a. praeſidia 127. b. venditionem 933. b.
Induere ſe vallis 421. a.
Inermus 62. a. 590. b. 845. a.
Infecta *vel* inperfecta re 297. b.
Inferior & infirmior animo 163. a. viribus 464. a. 487. a.
Inferre cauſſam 59. b. 940. b. quid ſermonibus 630. a. ſuſpicionem 706. a.
Inlata ſpes 120. a.
Infeſta lancea 506. a.
Inficere proſpectum 898. b.
Infideles 405. b.
Infilare 624. b.
Infima adclivis mons 109. b.
Infinite 521. b.
Infirmitas naturae, virium 370. b.
Inflexi rami 107. b.
Influere in Oceanum 140. b.
Influit lacus in flumen 15. a.
Inflammari 462. b.
Inflari 461. a. 462. b.
Infra elephantos 323. a.
Inſularum *uſus & etymologia* 624. a, b. 625. a.
Ingredi in eum ſermonem 683. b.
Ingreſſu prohibere 606. b.
Inimicitias perſequi 750. a.
Injicere ſtudium pugnandi 75. a. timorem 401. a. milites in naves 404. b.
Inire bellum 448. b. conſilium 466. b.
Inita aeſtas 87. b. pugna 946. b. vigilia 240. a.
Injungere avaritiam 63. b. onus 508. b. alicui inimicos 526. a.
Injuriae ſuae 385. b. populi Romani 45. b.
Inlidi & elidi *conf.* 695. b.
Inluxit 547. b.
Inmeriti 607. a.
Inmittere cohortes 232. b. pilum 264. b. 292. a. timorem 401. a. in flumen 187. a.
Inmunis & libera civitas 879. b.
Inopinus adventus 732. b.
Inpalam 653. b.
Inpedimenta 412. b. 389. b.
Inpeditus 312. b.
Inpeditus animus 218. a. locus 291. b.
Inpedita palus 330. b.
Inpeditum iter 743. b.
Inpeditiſſimae ſilvae 470. a.
Inpendium privatum 701. a.
Inpenſae 151. a.
Inpenſum pretium 171. a.
Inperfectus pons 332. b.
Inperitus *quis* 313. a. 607. a, b.
Inpetrare *abſolute* 19. b.
Inpetus maris 139. b. & incurſus 471. a. *in plur.* 40. b.
Inpetuoſum flumen 470. a.
Inplexus & inflexus *conf.* 107. b.
Inponere onus 508. b. vulnera 505. b. in equos 66. a. in naves 677. b. in navi *an rectum* 901. a.
Inportatitium frumentum 712. b. jumentum 171. b.
Inpuberes 313. a.
Inpugnatio 245. b.
Inpulſu eorum 243. b.
Inrumpere in hoſtes 264. a. ſe 625. b.
Inruptio & eruptio *conf.* 416. b.
Inruptione pugnari 925. a.
Inſcendere navem 867. b.
Inſcientia 154. b.
Inſcripta glans 958. b.
Inſectatus *paſſive* 915. b.
Inſidiae 472. a.
Inſigne navis praetoriae 617. b.
Inſignia 36. b.
Inſiſtere & inſtituere rationem 148. b. 149. a. facere 161. b. in litore 794. a.
Inſolens belli 653. a.
Inſtare 485. b.
Inſtans bellum 287. a.
Inſtar cohortium 795. b.
Inſterni 975. b.
Inſtituere 341. b. machinationem 124. a. & inſtruere aciem 162. a.
Inſtituit & conſuevit *conf.* 210. a. deportare 239. b.
Inſtituta pars copiarum pro vallo 812. a.
Inſtruere aggeres 495. b. & in Add. copias & copiis vias 464. b. opus 897. b. parietes *vel* contabulationem 619. b.
Inſtructus Caeſar 861. a.
Inſtructae naves 212. b. ſcaphae 765. b.
Inſtructurae 779. a.
Inſuetus laboris 374. b.
Inſuper 188. a.
Interdum 26. b.
Intectus armis 687. a. 987. b.
Integere 423. b. 552. a.
Integra palma 771. a.
Intellectum eſt facile 895. a.
Intellego 19. V. L.
Intendo ire 165. b. iter 936. b.
Intendere in fines 190. b.
Intentus animo 434. a.
Inter annos 56. a.
Interceſſio tribunitia 532. b.
Interceſſionis vis 523. a.
Intercludere fugam alicui 356. b.
Interdicere aqua & igni, & aliquid 341. a, b.
Interire *de rebus inanimatis* 581. a.
Interior Gallia 88. a.
Intermittere diem 183. a.
Intermittit flumen 58. b.
Intermitti *quid* 378. a.
Intermiſſa nox 42. a.
Intermiſſae ſpatiis trabes & intermiſſis ſpatiis 368. a.
Interpellat Fortuna victoriam 741. a.
Interpoſita fides 506. a.
Intertextis ſentibus 108. a.
Intolerantius 397. b.
Intra locum 714. b. vineas 371. b.
Intrare fumum 468. b. *cum caſu ſexto* 709. a. 807. a.
Intritus a labore 764. b.
Introire in oppidum 932. b.
Introrſus 367. b.
Intus adire 601. a. 695. b.
Inulta vulnera 506. a.
Inutilis *quid* 834. b.
Invehere milites in naves 404. b.
Invitae res 615. b.
Invitare *quid* 594. b.
Invitatus 176. b.
Involare aliquem & in aliquem 824. a.
Ipſe *quid* 583. a. ſibi &c. 118. b.
Ire iter 919. a.
Is *refertur ad remotius* 5. a. & ille *παρέλκει* 184. a. omnis 370. a. 372. b.
Iſſa 820. a, b.
Iſthmus Achaicus 726. a.
Ita 482. a. id facere 54. b. ut 111. a. 427. b. ita 854. b.
Italicenſes 824. a.
Item 56. a. 71. b.
Iteſui 240. b.
Iter, iteris 123. a.
Itineris ſimulatio 291. b.
Itu uno 862. a.
Juba & Petrejus ſe invicem occiderunt 936. b.
Jubeo, ut agat, *vel ſine* ut 843. a. 968. b. ne quid fiat 513. a. *cum Inſin. Act. & Paſſ.* 583. b. *cum Infinit.* ſequente Indicativo alio 357. b. 405. a. *an cum* Dativo 764. a. b. facere 94. a. pronunciare 251. b.
Judicii ſui res non eſt 537. b.
Jugis fumus 468. a.
Jugis *pro* per juga 763. a.
Jugo dirigere 980. b.
Jugulare hoſpites 955. a.
Juliani 898. a.
Junculi 424. a.
Jungere naves 18. a.
Junius L. Paciecus 943. b.
Jura mons 7. b.
Jus comitiorum 524. a. Fortunae 739. a.
Juſſu & miſſu *conf.* 637. a.
Juſta funera *vel* funebria 312. a, b.
Juſtitia *quid* 259. a.

L.

L & ii *conf.* 952. a.
Laberius Durus 232. a.
Labienus *perſuga* 739. b.
Labra foſſae 419. a.
Laceſſere bellum & bello 288. a. proelium 207. a.
Laetatio 275. b.
Laniſta & lixa *conf.* 947. b.
Lapilli minuti 872. b.
Lapſana 718. b.
Late *pro* longe lateque 639. b. finitimi 11. b.
Latiſſimi agri 91. a.
Latitudo & altitudo *conf.* 582. a. 628. b.
Latius perſcribere 630. b.
Latobrigi 11. b.
Latorum audacia 527. b.
Latrocinia 484. b.

INDEX NOTARUM.

Latus tegere 823. b.
Lectus & electus *conf.* 90. b.
Legatus propraetore 32. b. & quaeſtor *conf.* 276. b.
Leges cognationis 846. b.
Legio IV in Togatam Galliam miſſa 478. a. & cohors *conf.* 536. b.
Legiones Syriae 836. a.
Legionum nomina & ratio per & poſt bellum civile mutata 703. b.
Legionarius miles 332. a.
Lemonum 480. a, b.
Lemovices *varii* 427. a.
Lenis fluvius 22. a.
Leniter faſtigari 98. a, b.
Lenius agere 521. b. laceſſere 233. b.
Lentulus Conſul 663. a.
Lepa 828. a.
Leptini 855. b.
Leptis 828. a.
Levare annonam 881. b.
Lexovii 128. b. 129. a.
Libenter 719. a.
Libera facultas 486. a. Macedoniae pars 703. a. & immunis civitas 879. b.
Liberaliter proſequi oratione 92. b.
Liberalia 973. b.
Libere decernere 524. b. vagari 486. b. & liberti *conf.* 575. a.
Librilia 435. b.
Licet eſſe fortunatiſſimis 333. a. ei eſſe conſulem & conſuli 659, 660. a. ei legatum proficiſci 962. a.
Lilium 424. b.
Lingulae 144. a.
Litterae Graecae 302. b. a Caeſare 520. b.
Litora habent venas aquae dulcis 784. b.
Livineus Regulus 932. VV. LL.
Lixa & lanista *conf.* 947. b.
Locus & lucus *comm.* 237. b. 301. a.
Locum in unum cogere 93. a.
Loco argumenti 589. a.
Longae naves 196. a.
Longe III milia p. ab &c. 269. b. 875. b. ab eo abeſſe 654. a.
Longius producere 505. a. portibus 684. a.
Longiſſime abeſſe 91. b.
Longinqua conſuetudo 75. b. 76. a. obſidio 249. a.
Loricula 458. b.
Λόχος ἱερὸς 160. a.
Luce prima 250. b.
Lucejus Hirrus 540. b.
Lucterius Cadurcus 399. a. 484. a.
Lucus & locus *conf.* 237. b. 301. a.
Lugotorix 238. a.
Luminibus accenſis 932. b.
Luna plena: qui dies 203. b. 986. b.
Luſitanus 979. b.
Lutarius 349. a.
Luxit 547. b.
Lycomedes 836. a.

M.

Macedoniae pars libera 703. a.
Macum 820. a.
Magis & minus *conf.* 399. a. licet non ſequatur *quam* vel ſimile 843. b. *cum comparativo* 894. a, b.
Magiſtratus Populi Romani 984. b.
Magius N. 550. a.
Magni haberi 195. a.
Magnitudine inmani homines 70. b. infinita 295. a.
Magno opere 24, b. 507. a.
Majores copiae augebantur 941. a.
Malacia 151. b.
Malchus, rex Nabataeorum 778. b.
Male acceptus 862. b.
Mali turrium 366. b.
Μᾶλλον cum Comparativo 894.
Malum acceptum 862. b.
Mandata Vibullii 681. a.
Manilius procoſ. 155. &c.
Manius Acilius 679. b.
Manu munita caſtra 280. b.
Manum *vel* manus dare 250. b.
Manus paſſae 81. a. Romanorum 430. b.
Marcelli Coſſ. 507. b. 515. b.
Marcellinus 530. a.
Marcius Criſpus 920. b.
Mare noſtrum 211. a.
Maribus 211. b.
Marii *vel* Mariani 867. b.
Marius affinis Caeſari 878. b.
Maſſilienſium Quindecim Viri 560. b.
Matares 41. a.
Mater familiae 79. b. 370. a. 393. b.
Materia 167. a. 562. a. 563. a.
Materies 128. b.
Matta 620. b.
Mauritania, non per *t* 746. a.
Maxime & proxime *conf.* 167. b.
Medobrega & Medubriga 821. b.
Meldi 216. a.
Μίλια 636. b.
Melodunum 404. a.
Memnonis Achilliſque congreſſus 966. a.
Memoria prodere 223. b.
Menapii 465. b.
Menſurae ex aqua 227. a.
Menſum *pro* menſium 11. b.
Mercurius praeeſt itineri & mercaturae 306, 307. a Gallis cultus 306. a. 307.
Meridie 437. b.
Metioſedum 404. a. 407. a.
Mettius 84. b.
Metropolitae 748. a.
Mile equitum audebant 751. a.
Miles legionarius 859. b. populi Romani 900. a. *pro* pedite 221. a. 406. b. *de exercitu* 782. b.
Milites noſtri 266. a.
Militari more 588. b.
Militaria dona *quae* 724, 725.
Milo lapide ictus periit 690. a.
Minatius L. 959. b.
Minis firmum oppidum 382. b.
Minuere deſidiam 316. b.
Minus magnus 211. a.
Minus & magis *conf.* 399. a. ducentis *vel* ducenti 696. b. mile hominum *vel* hominibus 839. a.
Minnius *vel* Ninnius Reg. 91. a.
Minuti lapilli 872. b.
Minutatim 922. b.
Miſſus telorum 972. a.
Miſſu Caeſaris 245. a. & ju[illegible] 637. a.
Mittere *abſolute* 52. b. 469. a. [illegible]dio 96. a. pilum 39. a. 2[illegible]. b. [illegible] 950. a. tormentum 621. [illegible] a, b.
Mittit ire 702. b.
Mixta dolore voluptas 826. [illegible]
Modia milia & modiûm 883. [illegible]
Modo 340. b. hi, nonnum[illegible] 946. b.
MODUS Infinitivus *ſaepe* [illegible] 14. a. 66. a. pro Gerundi[illegible] 473. b. 500. b. 417. b. 605. a. 921. b. 922. a. ſolutus *vel* per admirationem 811. a. 903. a. Indicat. *pro* Subj. 649. a.
Modorum *variatio* 101. a. 211. a. 362. a. 379. b. 400. a. 553. a. 605. a. 685. b. 915. a. conjunctio Indicativi & Infinitivi 853. b. 870. b.
Moeris *ſeu* Myris lacus 802. a.
Moles *in plur.* 551. b.
Molita cibaria 81. b.
Mollitia & Mollities 429. b.
Mona 226. a.
Mons Cevennae 402. b.
Montuoſus 588. b.
Monumenta 636. a.
Morari 598. b.
More 851. a. populi R. 18. a.
Moritasgus *pro Deo habitus* 277. a.
Motus expeditus ad uſum 200. a.
Movere & movere caſtra 64. b. 853. a. rem 859. a.
Multus dies 36. b.
Multa ſcientia 76. a.
Multum 33. b. 174. a.
Multitudo *cum verbo plur. num.* 153. a. 806. b. 945. b.
Munatius Flaccus 824. a.
Mundanum praeſidium 982. b.
Municipia & coloniae habebant jus ſuffragiorum 512. a.
Munimen 108. b.
Munitio 391. a.
Munitiones & opera 134. b. milium p. complecti 732. a.
Murmurari 59. b.
Murus *Caeſaris a lacu Lemanno ad montem Juram ductus.* 15. b. 16. &c.
Murales falces 149. b.
Muta ſigna 821. a.
Mutius Reginus 913. a.
Myris *ſeu* Moeris lacus 802. a.
Mytilenae 767. b.

N.

N *inſertum a librariis* 95. a.
Namque enim 644. a.
Narbo & Narbona 157. a.
Natalis dies *de eo, qui vitae mutationem adfert* 933. b.
Natura *quid* 321. a. inſulae 225. b.
Naturae infirmitas 370. b.

Natu-

Naturalis moles 710. a.
Naturale bonum 788. a.
Navalia regiae occulta 788. b.
Naves tectae & apertae 579. a, b.
Navibus venire 557. a.
Navigium 193. b.
Navigiolum parvulum 910. a.
Nautici 139. b.
Ne *pro* ne quidem 352. a.
Neceſſario cogi 30. a, b.
Neceſſitas *&* neceſſitudo *conſ.* 513. b. 534. a.
Necis auctores 243. a.
Negatio duplex 239. b. 430. b. 871. b.
Negotiari 346. b.
Nemetes 319. a.
Nemo non 402. b. cum *plur.* 591. b.
Neque, aut *&* vel 148. b. nullus 239. b. *pro* ne quidem 697. a. quidem 705. b. *ſemel omiſſum* 739.
Nervi 34. a.
Nihilominus tamen 682. a.
Ninnius Reginus 913. a.
Niſi ſi 50. a. *pro* ſed 227. a.
Niti *&* uti *conſ.* 713. a. 715. b. ſtudio 199. b. vi 715. b.
Nives proluit tempeſtas 573. b.
Nivibus liquefactis creſcunt fluvii 379. b.
Narbona *Accuſ.* 502. a.
Nobilis domi 800. b.
Nobilitas virtutis 502. a.
Noctis vigilia 42. b. & Add.
Nomine praedae 451. b. 487. a. ſuo 515. a.
Non ἀπὸ κοινοῦ repetendum 667. modo *pro* non modo non 108. b. 136. a. ſed ne 487. b. non, ſed etiam 892. b. nimis 382. b. 449. a. niſi 379. b.
Noreia 12. a.
Noſter miles 916. b.
Noſtrum mare 211. a.
Noſtri milites 266. a.
Noſtrae manus 111. b.
Notatur armis interceſſio 532. b.
Notus *active* 943. a.
Notae viae 236. a.
Notiſſimi 901. b.
Notitiam feminae habere 313. b.
Nullae *Genitivus* 709. b.
Nullo *Dativ.* 228. b.
Nullus *pro* non ullus 473. b.
NUMERUS *variatur* 102. a. 171. a. 296. b. 379. a. 915. b. verbi ſingul. cum nomine plur. & ſing. 118. b ſingularis pro plurali 220. a. & Add.
Numero hoſtium 956. a. legatorum 658. a. habere 289. b. eſſe 298. b. ad milia 868. a. circiter CD. 921. a. tot 78. b. pari 943. a.
Numidae levis armaturae 913. b.
Nunciantur aquatores premi 593. b.
Nuper maxime 671. a.
Noviodunum *oppidum Aeduorum in finibus Biturigum* 357. a.
Noxa *&* noxia *conſ.* 305. b.
Nymphaei portus deſcriptio 695. a, b.

O.

Ob hoc 941. a.
Obfendere in aliquo 649. a.
Obfert ſe fors 113. b.
Oblata ſpes 333. b.
Obſicere proſpectu 898. b. iter *ante* 908. a.
Objecta ſpes 333. b.
Objectae inſulae 226. b. turres pluteis *ſive* plateis 781. b.
Obliqui ordines 422. b.
Oblique agere ſublicas 189. b.
Obponere *&* adpon. *conſ.* 904. b.
Obportunitati eſſe 151. b.
Obportunum conſilium 251. a.
Obprimi onere armorum 199. a.
Obpugnatum ad caſtra venire 244. a.
Obſervare judicium 73. a. *&* adſervare *conſ.* 545. b. 697. b.
Obſidium 294. a.
Obſopiri 773. b.
Obſtrictus religione 536. a.
Obſtruere portas 725. b.
Obtinere 29. b. nomen 739. a. praeſidia 608. b.
Obucula 829. a.
Obviam contravenire 372. a.
Oceanum mare 6. b. 138. a.
Occaſione data 901. b.
Occaſu ſolis 219. a.
Occultare inſulis 327. a.
Occupari vulnere *quid* 773. b.
Occupatio temporum 690. b.
Occurrere *quid* 135. b. ad animum 439. b. propere 885. b. ſubpetias 911. b. bello 176. b.
Occurri aliquo 369. a.
Omittere opera 785. a. orationem 686. b. pila 442. b.
Omiſſis rebus omnibus 778. b.
Omnis ille *vel* is 372. b. Gallia 347. a. 501. a. illa regio 503. a.
Omnis *&* omnium opinio 88. b.
Omnes *&* homines *conſ.* 125. a. fere 226. a. Galli 304. b. omnium 484. a.
Omnino omnis 372. b.
Oneratae naves 649. b.
Opima coena 975. a.
Opinione celerius 88. b.
Oppidum Thapſi 873. b. Tiſdrae 882. b. Zamae 934. a. Paradae 929. a.
Optimum factu *&* factum 204. b.
Opus *&* corpus *conſ.* 419. a. munitionesque 134. b.
Opera circummunire 734. b.
Operibus anteire 558. b.
Orare cum aliquo 546. b.
Oratio ſubmiſſa 686. b. *obponitur* altercationi *ibid.*
Oratione accepta 212. a.
Oratoris modo 202. b.
Orbis hic 321. a. in orbem ſe recipere 814. b.
Orcynia Silva 317. b.
Ordo primus 538. b.
Ordines primi 290. b. ſuperiores 742. a.
Ordinarii 554. b.
Oritur clamor 118. a.
Oriens ſol 6. a. 415. b.
Ortus loco 429. a.
Ornare equites 823. a.
Os adverſum 254. b.
Oſtentatio potentium 525. b.
Oſtium portus 788. b.
Otium 529. a.

P.

Pabulatio *&* populatio *conſ.* 27. b.
Pabulationes 461. b. 468 b.
Pacare 13. a. *&* placare *conſ.* 802. a.
Pacatis inſigne 396. b.
Pacidei 858. b.
Paciecus *vel* Paciaecus Junius 943. b.
Paconia 848. a.
Paedius (Q.) Praetor 690. a.
Pagus 23. a.
Pagi parteſque 295. b.
Πάκτων 708. a, b.
Palaephatſalus 820. b.
Palaeſte 666. b.
Palma ex pavimento nata 771. a.
Paludamentum purpureum *vel* album 442. a.
Palus inpedita 330. b.
Paludes 465. b.
Panicum 636. b. 718. a.
Paradae oppidum 929. a.
Parare bellum 477. a. numerum 564. a.
Paratus animus 879. b. animo 752. a. 818. a.
Παραγγέλματα τάξεως 580.
Parere ſalutem ſibi 926. b.
Parta dignitas 868. a.
Paries *quid* 190. a.
Pariter 721. a.
Pars *cum plurali* 116. b. 944. b. Caeſaris 777. b. 889. a.
Parte *&* partem 582. b.
Partem magnam 23. a. maximam 170. a. 415. a. nullam 41. b.
Partes *quid* 295. b. 296. a. finium 479. b.
PARTICIPIUM. Participia abſolute poſita 398. a. *adjective ſimpliciter ſumta* 804. b. *pro Infinitivo* 752. b. cum verbo *ſum.* 979. b.
Partim *ſemel poſitum* 804. a.
Partiri cum aliquo 525. b. fidem 886. b.
Parvulae res ſecundae 464. a.
Parvulum navigiolum 910. a.
Parvus *&* pravus *conſ.* 171. b. *&* paucus *conſ.* 912. b. ſenator 988. b.
Paſſis crinibus *&* manibus *quando* 80. b.
Paſſuum *vox* ſaepe intelligitur 28. a. & ſaepe.
Paſtores ſervi 664. b. ſervique 549. b.
Pati & perferre 375. a.
Patiens 877. b.
Patientia beſtiarum 917. b.
Patere *&* petere *conſ.* 482. a.
Patens conſpectus 888. a.
Patiſcus 809. b.
Patiſius 809. b.
Paucus 912. b.
Paullatim 206. b.

INDEX NOTARUM.

Paullo 390. b. prope 797. a.
Pavimentum in tecto 771. a.
Pecoris *&* pecorum numerus 224. a.
Pectoris fine 393. b.
Pedibus pervenire 636. b.
Pedeſtris acceſſus 801. a. iter 808. b.
Pedites levis armaturae 859. a. 894. a. 913. b.
Peditatus *plur.* 979. a.
Pelles pro veſtibus 314. a, b.
Penteris 819. a. 909. b.
Per annum 209. b. concilium 313. a. dies 334. a. fidem 74. a. 505. b. tempus id 642. b. virtutem 645. b.
Percipere uſum 338. b.
Percontationes 226. b.
Perculſi hoſtes 472. b.
Perculſus inpetu 506. b.
Perducere *&* producere *conf.* 358. a. 492. a. foſſam 392. a. ad ſententiam 348. b.
Perduci ad extremum caſum 136. b.
Perendinus dies 249. b.
Perferre mandata 203. a. famam & aliquid fama 352. b.
Perficere librum 447. a.
Perfectus pons 333. a.
Perforata navis 787. a.
Perfugere *&* prof. *conf.* 266. b. 638. b.
Periclitari 97. a. 381. a. virtutem 815. b.
Pericula 267. b.
Periculi caſus 783. a.
Periculum ſuorum facere 880. a.
Perinde *&* proinde *conf.* 661. a.
Peritus *abſolute* & cum *Ablativo* 607. a, b. 758. a. 877. a.
Perluere *&* proluere *conf.* 313. b.
Permanere 893. a.
Permittere *&* committere *conf.* 215. a. tela 459. b.
Perpetua vita 64. a. trabes 367. a.
Perrumpere munitiones 165. a. *&* prorumpere *conf.* 232. a. 737. a.
Perſcribere 630. b.
Perſeverare curſum 861. b.
Perſpeculari 381. a. 876. b.
Perſpicere *&* proſp. *conf.* 107. a.
Perſuaſum mihi habeo 134. a.
Pertentare 793. b.
Perterrere 435. b. *&* proterr. *conf.* 281. b.
Pertinere 5. b. 399. b. ad flumen 736. a.
Perturbare *&* proturbare *conf.* 111. a. 435. a.
Pervagari 389. a.
Pervehi *&* provehi *conf.* 614. b.
Pes pede premitur 973. a.
Petere commeatum 139. a. fugam 117. a. vallem 876. a.
Petrejus & Juba *ſe invicem occiderunt* 936. b.
Phalanga 82. a.
Phalangae 623. b.
Pharos, ejusque moles, *a regibus antiquis in mare jactae* 776. b.
Pharitae 794 b.
Pharſalia 666. b.
Pietas 246. a.
Pignere 565. a.
Pila arierunt 893. b. praepilata 917. a.
Pinnae 419. b.
Plaetorius Ruſtianus 937. a.
Planare 833. b.
Planitia *&* planities *conf.* 569. a. 804. a. 965. a.
Plebes 298. b. 782. b.
Pleonaſmus 257. b. pronominis 450. b. 514. b. τε *in* 547. a. τε *ſe* 718. a.
Πλεονεξία 153. b.
Plerumque *&* plerique omnes 124. b. 281. a.
Pleumoxii 256. b.
Ploſtrum 867. 919. VV. LL.
Pluit nivis 573. b.
Plumbum album 225. b.
Plumbi ſtridor 925. b.
Pluries 598. a.
Plus minus 474. a.
Plutei 387. b. 419. b. 420. a.
Pocula ex cornibus 323. b.
Pollicitari 690. b.
Pollicitus *paſſive* 635. a, b.
Πόλις *quid* 348. b.
Pompeji M. mors 769. a.
Pompeji Cn. adoleſcentis mors 981. a.
Ponere pro certo 350. b. in aliquid 502. b. 503. a. in naves 678. a.
Poſitum in Ponto oppidum 841. b.
Ponto 698. a.
Poplicus 300. a.
Populi R. magiſtratus 984. b. proconſul 937. b.
Porrecta 110. b.
Portibus *&* portubus *conf.* 139. b.
Porticus 613. a.
Portus oſtium 788. b.
Portoria 132. a.
Poſt diem ſeptimum 329. b.
Poſt quae 886. b.
Poſtmeridianum tempus 823. a.
Poſteritas 538. a.
Potentatus 47. a.
Poteſtas & ditio 129. b.
Pote 900. a.
Potiri provinciae 941. b. caſtellum 883. b. oppidum 913. a. caſtra 929. b.
Prae *junctura comparativo* 51. a.
Praeceptis diſſerta provincia 700. b.
Praecidere funes 150. b.
Praecipere *&* praeripere *conf.* 661. a, b. iter 676. a. pecuniam 699. b.
Praecipitari muro, e m. *&* de m. 396. b.
Praeconinus Valerius 155. &c.
Praedae nomine 451. b. 487. a.
Praedones *qui* 685 a.
Praeducere murum 392. a.
Praeeſſe in regionibus 478. a.
Praeferre *&* proferre *conf.* 807. b.
Praefractus pons 333. a.
Praefractum roſtrum 617. b.
Praegredi 744 b.
Praemetuens 395. a.
Praeoccupare iter 676. a.
Praeparare rem frumentariam 750. b.
Praepedit timor 973. a.
Praepidata pila 917. a.
Praepoſitio *addita* nominibus urbium 13. b. 286. b. 536. b. 631. a. 811. a, b.
Praepoſitionis *repetitio* 73. b. 10[illegible] 131. b. 932. a.
Praeripere *&* praecipere *con*[illegible] a, b.
Praerumpere funes 150. b.
Praeſentem adeſſe 407. b.
Praeſidium *quid* 329. b. 330. [illegible] b.
Praeſidio eſſe praedae 578. b [illegible] quere 79. b.
Praeſidia 469. b. rebus urba[illegible] b. terreſtria 679. b.
Praeſidiandi cauſſa 690. b.
Praeſtare aliquem 6. b. 45[illegible] celeritate 146. a.
Praeſtaturus 959. b.
Praetentare 231. b. 794. a.
Praeter *pro* praeter quam 11, a. 965. a.
Praeteritus eſt 950. b.
Praetermittere 331. b.
Praetor *de propraetore* 537. a.
Pratervehi locum 694. b.
Praevehi locum 694. b.
Preciani 165. b.
Precibus omnibus deteſtari 327. b.
Prehendere Pharon 777. a.
Premere foſſam 418. b.
Prenſio *&* preſſio *conf.* 621. a, b.
Preteus Theſſalus 704. a.
Prima face 932. b. nocte *&* noctis 42. b.
Primi ordines 290. b.
Primus pilus *&* primipili centurio 119, a. primipilus 724. a.
Primo die 88. a.
Primis navibus intrare 790. b. proximae naves 201. a.
Princeps 23, b. 24. a. ordo 548. a.
Principatus 8. b.
Priſtinus dies 184. b.
Priſtina lenitas 595. a.
Privati *&* Privatim *conf.* 29. a. 631. b.
Pro oppido 381. b. ſano facere 218. a. ſe quisque 120. a. milite 555. a.
Proboſcis *&* promuſcis *conf.* 926. a.
Procedere *&* progredi *conf.* 268. a. 359. a.
Proceſſus 918. b.
Procillus 33. a.
Procliva 857. a.
Proconſul populi R. 937. b.
Proncorſule 924. b. 929. a.
Procurrere *&* praec. *conf.* 569. b.
Prodere memoriam 25. a. memoria 223. b.
Producere *&* perducere *conf.* 358. a. ad dignitatem 385. b. longius 505. a.
Proelium *&* bellum *conf.* 5. a.
Proelio dimicare 233. a. diffugere 603. b.
Proeliandum 970. b.
Profectum ſatis 192. a.
Proferre arma 354. b.
Proficere viam tridui 57. a.
Profugere 473. a. *&* perfugere *conf.* 638. b.
Progredi 254. a. *&* procedere *conf.* 268. a. 359. a.
Prohibere commeatu 100. b. itinere 20. a.

20. a. ab injuria 317. a. aditum *vel* aditu 652. b.
Pro[illegible] 730. a. & porinde *conſ.*
[illegible] perluere *conſ.* 313. b.
[illegible]peſtas nives 573. b.
[illegible]longius 460. b.
[illegible] vectigal 701. b.
[illegible] *ille πλεονάζει.* 450. b. re-
[illegible]*caſu, in quo eſt antecedens*
[illegible] b. 888. a. praeponitur
[illegible]monſtrativum *pro* reci-
[illegible]a. Reciprocum *pro* de-
[illegible] 812. b. Reciproci uſus
[illegible]. b.
[illegible]gnum 467. b.
[illegible]ope jam 738. a.
Properare *quid* 840. b.
Propinquare 691. b.
Propinqua fuga 793. a.
Propoſitum committere proelium 605. a.
Propraetore 556. a. 820. b. 924. b. legatus 32. b.
Propria victoria 738. a.
Proprium *quid* 565. b. gaudium 907. a.
Propter caſtra 36. b. 918. a. mare 884. a. pontem 946. b.
Propugnator 369. b.
Proripere ſe 600. b.
Proruere munitiones 164. b. 165. a.
Prorutae munitiones 736 b.
Prorumpere & perrumpere *comm.* 737. a.
Proſequi & perſequi *conſ.* 800. b. longius 221. a. 951. a.
Proſpeculari 876. b.
Proſpicere & perſp. *conſ.* 107. a.
Protegi a palude 405. a.
Proterrere *quid* 281. a, b. 479. a.
Proturbare & perturbare *conſ.* 111. a.
Provectus 938. b. Africo 219. a.
Proventus rerum ſecundi 374. a. pugnae 434. a.
Providere rem & rei 218. b.
Provincia 4. b. noſtra 319. a.
Provinciae 488. a.
Proviſa res frumentaria 88. b.
Proximus dies 627. b. mare 138. a. Oceanum 327. a. Rhenum & Rheno 85. b.
Proximo die 987. b.
Proximae primis naves 201. a.
Proxime & maxime *conſ.* 167. b. locum 902. a.
Ψιλός. 620. a.
Publicus 300. a.
Pudentes milites 646. a.
Pudoris ſedes in oculis 589. b.
Pudore cogi 463. a.
Pugnae loca 121. b.
Pulcio & Pulſio *conſ.* 735. b.
Pulſio, *vel* Pullo 262. a.
Pupius M. Piſo 6. b. L. 538. b.
Puncto temporis 953. b.
Pulſus & ſuperatus 70. a. remorum 146. b.
Putare & ſperare *conſ.* 835. b.

Q.

Qua 99. b. 493. b. 511. b. pars viſa eſt 264. a. 438. b. & quo, *praecedente plurali, vel alius generis ſubſtantivo* 12. b.
Quaerere fidem alicujus 594. b.
Quaeſiit 50. b.
Quaeſtor & Legatus *conſ.* 276.
Quaeſtores *an plures uno in provincia* 243. b.
Quaeſtorius 880. b.
Quam maxime 66. a. 760. a. poteſt 14. a. quam *cum poſitivo* 198. a. 320. b. 461. b. 578. b. *vel* qua poterat 498. b.
Quamquam ſint 447. b.
Quantaevis magnae copiae 247. b.
Quanto opere 398. b.
Quantum 678. b. pote 900. a.
Quantumcumque itineris 767. a.
Quater tanto 864. b.
Qui 391. a. Nihil quorum 608. a.
Quicum 684.
Quid mei conſilii eſt 431. a.
Quidem *quid* 431. b. 727. a.
Quieta gens in ſedibus 176. a.
Quieti Galli 350. b.
Quin & qui non *conſ.* 61. b.
Quinam *pro* utro 262. b.
Quincunx 422. b.
Quindecim viri Maſſilienſium 560. b.
Quis quem interficiat 386. b.
Quiſquam omnium 737. b.
Quiſque *pro* quicumque *cum plurali* 60. b. 120. a. 498. b. pro ſe 120. a, b. & quisquis *conſ.* 241.
Quo & quod *conſ.* 80. a. 805. a. *praecedente plurali numero* 230. b. i. quomodo 295. a. *pro* ut 942. a.
Quod & quoad *conſ.* 233. b. 234. a. *cum Indicativo* 7. a. *cum Subjunctivo* quid ſignificet 553. a, b. *abundat* 682. b. 736. a.
Quoi 124. a. 401. a.
Quoquo verſus & quoquo verſum 161. a, b. quoque pacto 437. b.
Quum primum 141. a. 581. b. maxime 393. a.

R.

Raptim & ruptim *conſ.* 526. b.
Ratio frumenti 418. a. 425. a.
Ratus aliquid auxilii ſibi 931. b.
Rauraci 43. a. 319. b.
Rebilus 437. b. (Caninius) Proconſule 928. b.
Recidere & reſcindere pontem 324. a.
Recipere ſe ex fuga 365. a. detrimentum 671. b. alicui 749. a. excuſationem 833. a.
Recipi equis 945. b.
Receptui ſibi conſulere 737. a.
Reciproca vox 774. b.
Reclinatus 322. a.
Recondita templi 770. b.
Reconciliari 628. b.
Reconcinnari 629. a.
Recuſo mori & mortem 160. b.
Rediebam 99. a.
Redigere in provinciam 73. a. quid facile 122. a. in deditionem & ditionem 129. a. humiliores 174. b.
Redigi in caſtra 954. b.
Reducere ex hibernis 452. a. legiones 569. a.
Referre litteras *quid* 271. b. ſe domum 292. b. ad Senatum, *non* ad populum 530. b. acceptum 822. b.
Referri *quid* 239. b.
Relatae tabulae 41. a.
Regere bella 309. a.
Reges *de rege & regina* 807. b.
Regione fluminis 806. b.
Regius & Regis *conſ.* 799. b.
Regnum *de regno Jubae* 930. a.
Regulae quadratae 622. b.
Rejicere & dejicere *conſ.* 716. a. ius oppidum 853. a. praeſidia 703. b. ſubſidium 981. b.
Rejici *quid* 239. b.
Rejectae naves 147. b.
Religio *quid* 589. a.
Religiones *quid* 335. b.
Religionibus inpediri 217. a.
Relinquere praeſidio 79. b. 128. b. 567. a.
Relinquit eum animus 336. b. 337. a, b.
Relinquebatur *quid* 599. b.
Relictus *pro reliquo* 235. a.
Relictae legiones *quid* 600. b. munitiones 745. a. portae 417. a.
Reliquus commeatus 376. b.
Reliqua *caſtra* 670. b. 671. a.
Remanere ad urbem 283. b.
Remi 90. b.
Remittere litteras 269. a.
Remiſſus dolor pecuniae 826. b.
Remulcus *quid* 708. 709.
Remulco deducere naves 787. b.
Renones *ſeu* Rhenones 314. a.
Rentur 265. b.
Renunciare 19. b.
Repellere ſubſidium 981. b.
Repentino, Repentina *vel* repens eruptio 127. b.
Reperire ſalutem fuga 83. a.
REPETITIO earumdem vocum & verborum *Caeſari familiaris* 8. a. 14. a. 68. b. 70. b. praepoſitionis 6. a. 101. a, b. 116. b. 377. a. 932. a. & Adjectivi 295. b. nominis 326. a. verbi 118. b. 331. b. 402. b. 450. a. nominis proprii 244. b. pronominis 234. b. vocis poſt parentheſin 55. a. 157. b. 976. b. 977. b. nominis poſt relativum 109. a. 131. a. 416. a.
Reportare 658. a.
Repoſcere rationem 249. a.
Repraeſentare 64. b. 839. a.
Repromittere 749. a.
Requirere conſilium 856. a. indulgentiam 409. a.
Res *inſerit ſaepe Caeſar* 33. a. 190. b. *pro argumentis* 534. b. *rationibus* 552. a.

552. a. *quid* 523. a. & ſpes *conf.* 248. b.
Rebus omnibus omiſſis 378. b.
Reſarcire detrimentum 284. b.
Reſcribere ad equum 66. b. 67. a.
Reſidere 411. a. 487. a.
Reſciit 42. b.
Reſina 975. b.
Reſtare 902. b.
Reſtituere oppida 43. b.
Retinere memoriam 407. b.
Reverto 349. b.
Revertiſſe 953. b. 958. a.
Revincire introrſus 367. b.
Revocare legiones 914. b.
Rhaſcupolis & Rhaſcuporis 664. a.
Rhodanum & Rhodani flumen 15. a.
Ripae Rheni 57. a. Ubiorum 324. b.
Roſtratus & conſtratus *conf.* 766. a.
Rudes elephanti 873. a.
Ruina magna obprimi 806. b.
Rumores 176. a. 577. a.
Ruptim & raptim *conf.* 526. b.
Rurſus reverti 175. b. denuo 977. b.
Ruſtianus Plaetorius 937. a.
Rutenus 349. b. Ruteni provinciales 351. a.

S.

S. V. G. E. V. 967. b.
Sabinus (C.) 725. b.
Sabura & Saburra 654. b.
Sacilis 829. b.
Sacramentum conſulis 284. a. quis adigat 641. b.
Sacrativiri mors 738. b.
Sacrum occultum 46. b.
Sadalas 664. a.
Sagulis exhaurire terram 259. b.
Sallyes 561. b.
Saltim 529. a.
Salum. In ſalo eſſe, ſtare 891. a.
Salus communis 92. b. *conf. cum* laus, virtus, vita 363. b.
Salutatio militaris per enſem demiſſum 927. b.
Santoni & Santones 21. b. 426. a.
Sapienter timidus 877. b.
Saranicus Jupiter 308. b.
Sarcire detrimentum 284. b.
Σαρκάσμος 299. a.
Satisfacere ſuis 730. a.
Saturnini caſus 533. b.
Scaevae ſcutum quot foraminibus inſigne 723. b.
Scandulare tectum 498. a.
Scindere vallum manu 274. a.
Scindulae 497. b. 498. a.
Scipio Pompeji Socer 525. b. Imperator deriſus a Caeſare 699. a.
Scipionis mors 937. a.
Scopae contextae 893. a.
Scorium 841. b.
Scutis adlevati, *vel* adlevatis natare 797. a. inſcriptum Imperatoris nomen 830. a.
Scutorum tegimenta 114. a.
Scutulae 710. b.
Secreto in occulto 46. b.
Sectio oppidi 128. b.
Secturae 159. a.
Secus & ſequius *conf.* 971. b. Secius & ſegnius nihilo *conf.* 619. a.
Secundus motus 405. b.
Secundum flumen 406. a.
Secundius noſtris proelium 99. b.
Sedere in caſtris 466. b.
Seducere aliquem 532. a.
Segetes 748. b.
Segnius & ſecius nihilo *conf.* 619. a.
Segovia 829. a.
Seguſiani 20. b.
Semel & ſaepius 984. b.
Semiſſe in dies 688. b.
Senatus populi Romani 8. b. quot hominum fuerit initio belli civilis 523. b. habitus aliquando diebus comitialibus 528. b.
Septemtriones 192. a.
Septimius 769. a.
Sequana inſula *quid* 404. a.
Sequius & ſecus *conf.* 971. b.
Seriſſime 743. b.
Sermonis aditus 258. b.
Servare itinera 235. b.
Servi militaturi libertate donabantur 670. a.
Servire rumori 176. a.
Servitia 926. b.
Servius Galba 131. a.
Seſtertii C. donum militibus 930. a.
Seſtertio bis millies inpoſito 933. b.
Seſuvii 128. b.
Sevocare 217. a.
Sexcenaria cohors 663. b. 987. b.
Si *pro* etſi 826. a. poſſet 699. a. qui 77. b. 299. b. 606. b. 639. b. 963. b. ſi 616. b. *vel* ſin, *in oppoſitione* 745. b.
Sibi conſulere receptui 757. b.
Siduſii 80. b.
Sibuzates 165. b.
Sic tamen 873. b.
Sicut erant ſignatae litterae 852. a.
Signiferi amiſſo ſigno, morte damnabantur 741. b.
Signum *pro teſſera* 111. b. habebant ſinguli manipuli 957. b.
Silentio *adgredi* 720. a. audiri 685. a.
Silet verbum facere 944. a.
Simul *bis poſitum* 138. b. *pro* ſimulac 202. a. *pro* eodem tempore 675. b. armatura levi 954.
Simulatio itineris 291. b. rei frumentariae 63.
Simultatium 822. a.
Singillatim & ſingulatim 133. a, b. 275. a.
Singuli ſingulis additi ſervi 900. b.
Singulis 829. b.
Sintica Heraclea 746. b.
Sinu gladium educere 957. b.
Sive, aut 693. b.
Σκυταλίδες 710. b.
Sociis & copiis *conf.* 399. b.
Sol oriens 6. a. 415. b.
Soldurii 160. a.
Sollicitationes proelii 97. & Add.
Solvere & ſolvere naves 197. a.
Sopiri vulnere 773. b.
Soritia 968. a.
Sors *quid* 701. a. & Fors *conf.* 113. a.
Sorte ter conſulere 84. b.
Sotiates 158. b.
Sparſi capilli 81. a.
Speciaria dona 724, 725.
Speciem dare 507. b.
Species *corruptum in* ſpes 764. a.
Spectare 751. b. inperium 113. a. locum probandae virtutis 263. a. rem 248. a.
Sperare & putare *conf.* 835. b.
Sperans hoc 779. b.
Sperata praeda 291. a.
Spes & res *conf.* 248. b.
Spe inpunitatis 928. a.
Spira 716. b.
Spoliare honorem alicujus [illegible]
Staberius 675. a.
Stacta 975. b.
Stantes accedere 914. a.
Statius Murcus 679. b.
Statuit ire Gadis 981. b.
Stativa caſtra 705. a.
Statumina navis 578. a.
Statutus dies 633. b.
Στίμματα 625. a.
Storia 620. a, b.
Straba *unde* 312. a.
Stramentitiae caſae 955. b.
Strata, ſtramenta 390. a. triclinia 764. a.
Srepitus & crepitus *conf.* 972. b.
Stricturae & ſtructurae 159. b.
Struere aciem 569. b. copias 705. a.
Structae trichilae 761. a, b.
Structurae 779. a.
Studere libertati 143. a.
Sua quaeque legio 604. b.
Sub beneficio 19. b. deceſſu 508. a. hoſte ſtare 898. a. imperio redactus 248. b. jugum & jugo mittere 14. a, b. manu & ſub manum 882. a. monte conſidere 34. b. occaſum & occaſu 103. b. pellibus 167. a. ſarcinis 919. b. veſpere 127. a.
Subditus imperio 345. a.
Subductiones navium 211. a.
Subjicere tragulas 41. b. navigationem hiemi 208. a.
Subjectae inſulae 226. b.
Subire locum 980. a.
Sublatus proelio 27. a.
Sublimatus 546. b.
Subliquae 189. b.
Submittere ſubſidium 96. a. 439. a, b. ſubſidia 570. b.
Submiſſa oratio 686. b.
Subpetias occurrere 911. b.
Subpetit copia 615. a.
Subplices habere malis 602. b.
Subplicia 305. a.
ſubprimere flammam 498. a. hoſtem 571. a.
Subripere legiones 522. b.
Subſequi laborem non poteſt hortatio 798. a. *ſine caſu* 920. a.
Subſidia 469. b.
Subſiſtere 222. a. 483. a.
Succedere portas 95. a, b.
Succedit tempus 720. a.
Succeſſus & incurſus 112. b.
Succiduus 261. a.
Succiſa frumenta 191. a.
Succurrit tempus 720. a.

Sudet

INDEX RERUM MEMORABILIUM.

ſceleratum Caeſarem *vocat* Scipio Af. 44.
ſceleris conſcientia C. III, 60.
Scipio *juſſu* Jubae *regis veſtitum mutat* Af. 57. *elephantos ad pugnam aſſuefacit* Af. 27. *Imperatorem ſe appellat* C. III, 31. Af. 44. Pompeji *fautor & affinis* C. III, 4, 37, 82.
Scipionis *copiae* Af. 1. *ſententia de* Pompejo *&* Caeſare C. I, 1, 21. *largitio & avaritia* C. III, 31, 32. *diligentia & celeritas* C. III, 16. *fuga* C. III, 37. *clades* Af. 52.
Scipionis *commiſeratur* Caeſar Af. 8.
Scipionis *legionarii multi ad* Caeſarem *deficiunt* Af. 52, *ejus oratio ad captivos* Caeſarianos Af. 44. *crudelitas adverſus eoſdem* Af. 46. *acies ad pugnam inſtructa* Af. 48. *ejuſdem victoriola* Af. 61.
Scipioni *legatos* Caeſar *de pace mittit* C. III, 57. *ſuppetias fert* Juba *rex* Af. 48.
Scipionem *unum eſſe populi* Romani *Imperatorem*, Conſidii *vox* Af. 4.
Scipionis *milites ad unum omnes caeſi* Af. 85.
Scipionis *mors* Af. 96.
ſcorpio bellicum inſtrumentum G. VII, 25. Af. 31.
Scribonius Libo C. I, 26. Achaicae *claſſis* Pompejanae *praefectus* C. III, 5. *cum* Caeſare *ad* Oricum *colloquitur* C. III, 16.
ſcuta & pila pro vallo poſita H. 32.
ſcuta ex cortice facta & viminibus intexta G. II, 33.
ſcutorum caelatura H. 25.
ſcutis ſe a grandine protegentes Caeſariani Af. 47.
ſectio oppidi Aduatici *vendita* G. II, 33.
ſeditionum Romanarum *cura* Caeſari Al. 65.
Sedulii Lemovicum *ducis mors* G. VII, 88.
Seduni Galli G. III, 1.
Seduſii Germani G. I, 51.
Segni *populi* Germaniae G. VI, 32.
Segonax *rex* G. V, 22.
Segontiaci Britanniae *populi* G. V, 21.
Segovia *oppidum* Al. 57.
Seguſiani G. I, 10. VII, 64.
Senatores Rom. *in* Caeſaris *poteſtatem redacti* C. I, 23.
Senatores tres ex ſexcentis reliqui, quingenti milites ex ſexaginta millibus G. II, 28.
Senatus a Gallis *interfectus quod bellum cum* Romanis *gerere nollet* G. III, 17.
Senatus omnis Venetus *necatus, reliqui ſub corona venditi* G. III, 16.
Senatus reverentia apud Caeſarem G. VIII, 52.
Senatui populoque Romano *ſe* Caeſar *ſubjicere vult, ut pacem cum* Pompejo *faciat* C. III, 10.
Senatuſconſultum adverſus Caeſarem G. VIII, 53, 54.
Senatuſconſultum extremum, dent operam magiſtratus ne Reſpublica detrimentum capiat C. I, 5. *quando id fieret* C. I, 5.
ſenectus apud Gallos *a militia non excuſat* G. VIII, 12.
ſenes bello inutiles, Cimbrico *bello apud* Gallos *comeſti* G. VII, 77.
ſenis honor propter peritiam G. VII, 57.
Senones *in fide* Aeduorum G. VI, 4.
Senonum *conſcientia facinoris adverſus* Romanos G. V, 56. *eorumdem motus* G. V, 54. *rebellio & deditio* G. VI, 4.
Sequana *fluvius* G. I, 1. VII, 57.
Sequanus *ager optimus totius* Galliae G. I, 31.
Sequani Germanos *in* Galliam *inducunt* G. VI, 12. *principatu dejiciuntur*. ibid.
Sequanorum *demiſſus animus* G. I, 32.
Sequanorum *&* Aeduorum *factiones* G. VI, 12.
Sequanorum *miſeria a* Germanis G. I, 31, 35. *ab* Arioviſto G. I, 32.
Sequanis Aedui *ſubditi* G. I, 31. VI, 12.
Sequanos *ſibi* Helvetii *per* Dumnorigem *conciliant* G. I, 9.
Serapion *legatus* Alexandrinorum C. III. 109.
Sergius Galba Caeſari *amicus* G. VIII, 50. *legatus* G. III, 1. *ejus perplexitas* G. III, 1.
ſervus dominum jugulans H. 18. *punitus* H. 20.
ſervi paſtores armantur a Pompejo C. I, 24.
ſervi puberes armati Alexandrino *bello* Al. 2.
ſervi puberes omnes in extrema neceſſitate manumiſſi C. III, 9.
ſervi ſpeculatores capti, in crucem ſublati H. 20.
ſervos ſe mentientes milites interfecti H. 12.
Servilis tumultus in Italia G. I, 40.
Servilius *conſul* C. III, 21.
ſervitus, conditio odioſa G. III, 10.
Servius Sulpitius C. II, 44.
ſeſtertia C *militibus donat* Longinus Al. 48.
Sesuvii Romanis *dediti* G. II, 34.
ſeveritas Caeſaris G. III, 16. Vercingetorigis G. VII, 4.
ſex proelia uno die a Caeſare *facta* G. III, 35.
Sexti Bibaculi *aegri ingens animus adverſus hoſtes* G. VI, 38.
Sextus Caeſar C. II, 20. Julii Caeſaris *amicus & neceſſarius* Al. 66.
Sextus Pompejus *filius* Cn. Pompeji Magni H. 3. *a fratre* Cn. Pompeji *auxilium petit* H. 4.
Sextus Quintilius Varus *quaeſtor* C. I, 23. C. II, 28.
Sibutzates Aquitani, Rom. *dediti* G. III, 27.
Sicilia *ac* Sardinia *a* Caeſare *recipiuntur* C. I, 30.
Sicoris *fluvius* C. I. 40, 48, 63.
Sigambri, *vel* Sicambri G. IV, 18.
ſignorum cantus in bellis utilitas C. III, 92.
ſigna militaria ſeptuaginta quatuor de Gallis *capta* G. VII, 88.
ſigna militaria viginti duo Caeſariana *amiſſa* C. III, 71.
ſignorum militarium conferendorum mos Gallicus G. VII, 2.
ſignorum militarium Pompejanorum *ad* Caeſarem *delatorum numerus* C. III, 101.
ſigniferi ignominia notati. C. III, 74.
ſignifer Pompejanus *ad* Caeſarem *transfugiens* H. 18.
Silicenſe *flumen* Al. 57.
ſilvarum latibula & munimenta G. II, 17, 19. III, 28. IV, 19. V, 15.
ſitis ingens G. VIII, 41.
Sitius, Jubae *fines invadit* Af. 36.
ſocios de ſe bene meritos Romani *non deſerebant* G. I, 43. VIII, 6.
Soldurioruni *devotorum fides* G. III, 22.
ſolitudines circum civitates ſuas amant Germani G. VI, 23.
Soricia *oppidum* H. 27.
ſortes & vaticinationes matrumfamilias Germanarum *in proeliis ineundis* G. I, 50.
Sotiates *a* Caeſare *victi* G. III, 20, 21.
ſpeculae Hiſpaniae H. 8.
ſpeculator Pompejanus *captus & occiſus* H. 13.
ſpeculatores, ſuorum conſilia hoſti aperiunt Af. 23.
ſpeculatorum comprehenſorum poena H. 20.
ſpeculatoria navigia G. IV, 26.
ſpes inopiam ſuſtentat G. III, 49.
ſpes una miſeris reliqua C. II, 24.
Squillus *index conjurationis* Al. 55.
ſtagnum Salinarum Af. 80.
Statius Murcus Caeſaris *legatus* C. III, 15.
ſtatura quibus rebus alatur G. VI, 21.
ſtimuli in operibus bellicis G. VII, 73.
ſtipendium duplex bene meritis Caeſar *largitur* C. III, 53.
ſtipendium militum avertentes delati C. III, 59.
ſtipendium victores victis inponunt jure belli G. I, 44.
ſtoriarum uſus in bellis C. II, 9.
ſtrategema Ambiorigis G. V, 34. Bellovacorum G. VIII, 14, 19. Caeſaris G. VII, 44, 45. Domitii C. III, 38. Jubae *regis* C. II, 40.
ſtrategema peditum pernicium equitibus in pugna permiſcendorum Al. 29.
ſtrategema Pompeji *in eruptione* C. III, 62.
ſtrategema Salonenſium *civium adverſus* Octavium C. III, 9.
ſtrategema Vercingetorigis *in fallendis ſuis* G. VII, 20.
ſtructores ut ſe muniant a telis hoſtium C. II, 9.
ſubcoactae vel coactae, thoracis genus ad vitanda tela C. III, 44.
ſudes in bello paratae Af. 20.
Sueſſiones Rhemorum *fratres* G. II, 3. Rhemis *attributi* G VIII, 6. Caeſari *deduntur* G. II. 13.
Suevi G. I, 37, 51, 54. Germanorum *bellicoſiſſimi* G. IV, 37. *eorum delectus adverſus* Romanos G. IV, 19.
Suevis *ne* Deos *quidem pares ajunt* Germani G. III, 7.
Suevis *vectigales* Ubii G. IV, 4.
Sulcitanorum *mulcta a* Caeſare Af. 98.
Sulmonenſes Caeſaris *fautores* C. I, 18.
Sulpitius *legatus* Caeſaris C. I, 74.
ſupplicatio Caeſari *decreta* G. II, 15. XX *dierum* G. II, 35. IV, 38.
ſupplicia apud Gallos G. VI, 16.
ſupplicum ritus ad victores exeuntium Al. 32.

ſupplicibus Caeſar *ignoſcit* Al. 70.
Surus Aeduus *captus* G. VIII, 45.
Sylla *alter*, Lentulus C. I, 4.
Sylla *interceſſionem tribunitiam non ſuſtulit* C. I, 5, 73.
Syllae (*praenomine* P.) *caſtrorum* Caeſaris *praefecti induſtria* C. III, 51.
Syllae Fauſti *largitio* Af. 87.
Syriacae *res* Caeſaris Al. 65. & ſeqq.

T.

Tabulae tres judicum C. III, 83.
tabellarii Caeſaris *a* Pharnace *intercepti* Al. 38.
tabellarii capti, *manibus praeciſis*, *dimiſſi* H. 12.
tabernaculorum Pompejanorum *luxuries* C. III, 96.
tabulae in Helvetiorum *caſtris repertae literis* Graecis *confectae* G. I, 29.
tabulae novae C. III, I. *earum lex* C. III, 21.
Tarbelli *populi* G. III, 27.
Tarcundarius Caſtor CCC *equites* Pompejo *ſuppeditat* C. III, 4.
Tarraconenſes *ad* Caeſarem *tranſeunt* C. I, 21, 60.
Tarſus Ciliciae *urbs* Al. 66.
Taruſates Romanis *dediti* G. III, 13, 23, 27.
Taſgetius Carnutenſis *a ſuis civibus caeditur* G. V, 25.
Tauris *inſula* Al. 45.
Taurois, Maſſilienſium *caſtellum* C. II, 4.
taxi venenum G. VI, 31.
Taximagulus *rex* G. V, 22.
Tectoſages Volcae G. VI, 24.
Tegea *oppidum* Af. 78.
tela ut vitent milites C. III, 44.
temeritas Gallis *innata* G. VII, 42.
temeritatis & feſtinantiae exitus C. II, 41, 42.
tempeſtas naves Caeſaris *affligens* G. IV, 29. V, 10.
tempeſtatis incommodum in bonum verſum H. 3.
tempeſtatum vis G. III, 29. C. I, 48.
temporum ſpatia Galli *non dierum ſed noctium numero definiunt* G. VI, 18.
Tenchtherorum *bellum* G. IV, I, 4.
tentoriola Caeſarianorum Af 47.
Tergeſtinorum *oppreſſio* G. VIII, 24.
teſtamenta Ptolemaei *regis* C. III, 108. Al. 33.
teſtamenta pavore condunt Caeſariani *milites adverſus* Germanos *pugnaturi* G. I, 39.
teſtudo pedum LX C. II, 2.
tetrarchia Dejotaro *adimitur* Al. 87.
Teutomatus Nitiobrigum *rex* G. VII, 31, 46.
Teutoni & Cimbri G. I, 33, 40. VII, 77. *a finibus* Belgarum *arcentur* G. II, 4.
Thabena *oppidum* Af. 77.
Thabenenſes Caeſaris *auxilium invocant* Af. 77.
Thameſis *ſeu* Tameſis *fluvius* G. V, II, 18.
Thapſus *oppidum* Af. 44. *ejus cuſtodes* Caeſar *ignominioſe mittit* Af. 46.
Thapſitanorum *anguſtia* Af. 79. *mulcta* Af. 97.
Thebas Kalenus *recipit* C. III, 55.
Theologia Gallorum G. VI, 14. & Germanorum G. VI, 21.
Theophanes Pompejanus C. III, 18.
Thermus *praetor* C. I, 12.
Theſſali *in copiis* Pompeji C. III, 5.
Theſſaliae & Aetoliae *legati ad* Caeſarem C. III, 34.
Theſſaliae *diviſio* C. III, 36.
Theſſalia *in* Caeſaris *poteſtatem venit* C. III, 81.
Thoraces ad vitandos telorum ictus C. III, 44.
Thurii C. III, 21.
Tiberius Nero Caeſarianus Al. 25.
Tiberius Tullius H. 18.
Ticida Af. 46.
Tigurinus *pagus* C. I, 12.
timor miſericordiam non recipit in ſummo periculo G. VII, 26. *mentem homini eripit* Al. 18. *timoris excuſatio ac praetextus* G. I, 39. *ejus vanitas* C. II, 41. *vis* C. II, 42, 43. C. III, 13. *ejus ſimulandi aſtus* G. III, 18. V, 50, 57.
timorem a Germanis, *militibus ſuis adimit* Caeſar G. I, 40.
Tiſdra *oppidum* Af. 36, 86, 93.
Tiſdritanorum *mulcta* Af. 97.
Titi *duo* Hiſpani *adoleſcentes* Caeſariani *ab inimicis intercepti* Af. 28.
Titurii Sabini *trepidatio* G. V, 33.
T. Ampii *ſacrilegium impeditur* C. III, 105.
T. Balventii *primipilaris mors* G. V, 35.
T. Caecilii *centurionis mors* C. I, 46.
T. Labienus Caeſaris *legatus* G. I, 10. II, 26. III, II. V, 24. VI, 33.
T. Pulcio C. III, 67.
T. Pulfionis *centurionis inimicitia cum* L. Vareno, *ejuſdemque* Pulfionis *virtus* G. V, 44.
T. *vel* C. Rebellus *proconſ.* Af. 86.
T. Salienus *centurio* Af. 28, 54.
T. Sextius G. VI. I. VII, 49, 90.
T. Silius G. III, 7.
T. Terraſidius G. III, 8.
T. Thorius Italicenſis, *dux a legionibus quibuſdam eligitur in odium* Caſſii Al. 57.
T. Vaſius Al. 52.
Togata Gallia G. VIII, 24, 52.
Toloſa & Toloſates G. I, 10. III, 20. VII, 7.
Torquatus Orici *praefectus* C. III, II. *mors* Af. 96.
Torques *aurei duo honoris ergo praefecto turmae a* Caeſare *dati* H. 26.
Tragulae amento epiſtola deligata G. V, 48.
trajectus Britanniae *breviſſimus* G. IV, 21.
Tranſrhenani *populi legatos ad* Caeſarem *mittunt* G. II, 35.
Trebonius *legatus* C. I, 36. *proconſul* Al. 64. *vi de tribunali deturbatus* C. III, 21. *ejuſdem mira in reficiendis operibus induſtria* C. II, 14. *humanitas* C. III, 20.
trecentis, *qui* Varo *ac* Scipioni *pecunias contuliſſent*, *uno nomine pecunia imperata* Caeſar *ignoſcit* Af. 90.
tres aut quatuor milites Caeſariani *duo millia* Numidarum *in fugam* [illegible] Af. 70.
Treviri G. I, 37. III, II. [illegible] *teris* Gallis *praeſtant* G. [illegible] Germanos *adverſus* R[illegible] *citant* G. V. 2, 55. [illegible] VIII, 25. *clades* G. [illegible] VIII, 45.
Triboces Germani, [illegible] 51.
Tribuni *militum* & [illegible] *ni ad* Caeſarem [illegible]
Tribuni *plebis* [illegible] 5. *octavo* [illegible] *bantur* C. I, [illegible]
Tribuni *quidam* [illegible] *minioſe dimittuntur* Af. [illegible]
Tribunitiae *interceſſionis violatio* [illegible] 7.
tributum in capita ſingula ſervorum ac liberorum impoſitum C. III, 32.
triginta equites Galli *duo millia* Maurorum *equitum repellunt* Af. 6.
Trinobantes Britanni G. III, 20.
triumphi Caeſaris *ornamenta* Af. 28.
triumphus Pompejanorum *ante victoriam* C. III, 83.
tubae ſoni non exauditi malum in receptu canendo G. VII, 47.
Tubero *ab* Attio Varo *appulſu litoris Africani prohibetur* G. I, 31.
Tulingi *populi* C. I, 5, 26, 28.
Tullius *legatus* H. 17.
Tullii Rufi *quaeſtoris mors* Af. 85.
Turinum *oppidum*, & Turini a Milone *ſollicitantur* C. III, 21, 22.
Turios Coelius *ſollicitans interficitur* C. III, 22.
Turmae proeliares nimis denſae eſſe non debent G. VIII, 18.
Turones *populi* G. II, 35. VI, 4. VIII, 46.
turris altius tuto attollendae ratio C. II, 9.
turris Phari *admirabilis* C. III, 112.
turres bellicas Romani *quo volunt promovent* G. II, 31.
turres CXX *celerrime a* Caeſarianis *excitatae* G. V, 40.
Tuticani *caedes* C. III, 71.
tympanorum in adytis ſpontaneus ſonus C. III, 105.
Tyrannos Caeſar *in fidem recepit* Al. 65.
Tyrones ut hortandi Af. 81.
tyrones Caeſariani *capti inter legiones* Scipionis *diſpartiti* Af. 46.
tyronum legio C. III, 28, 34. *mollities & ignavia* C. III, 28. *timiditati* Caeſar *proſpicit* Af. 31, 32.

V.

Vacca *oppidum* Af. 74.
Valerius *adoleſcens* H. 32.
Valerius Flaccus *legatus Caeſaris* C. I, 30. *ejus mors* C. III, 53.
Vangiones Germani G. I, 51.
Vareni centurionis virtus G. V, 44.
Varro *legatus* Pompeji C. I, 38.
Varronis *cohortes a* Carmonenſibus *ejiciuntur* C. II, 19.
Varronis *erga* Caeſarem *animus* C. II, 17. *deditio* C. II, 20.
Varus *in* Africa Af. 64. Jubae *reſiſtere* non

non audet C. II, 44. ejus fuga C. II, 34, 35. Af. 63.
Varus fluvius C. I, 87.
vaſtitatem circum ſe amant Suevi G. IV, 3.
Vatinius Caeſarianus C. III, 100. ejus virtus & victoria adverſus Octavium Al. 41, 46.
Vatinianorum militum fortitudo Al. 45.
Ubii G. I, 54. IV, 3. auxilium contra Suevos a Romanis petunt G. IV, 3. Suevis vectigales G. IV. 3. Caeſari conciliati G. IV, 9, 19.
Ucubis oppidum H. 8, 20.
vectigalia Hiſpalenſibus remitti Caeſar a [illegible] Romano impetraverat H. 42.
vectigalium multiplicatio C. III, 32.
Vedeliacus Coti frater G. VII, 32.
Velauni G. VII, 75.
Vellaunodunum oppidum deditur G. VII, 11.
Velocaſſium poteſtas G. II, 4.
velorum navibus inutilium reddendorum ratio G. III, 14.
venationis exercitum & laus G. VI, 21, 27. ejus ſtudioſi Suevi G. IV, 1.
Venetia G. III, 9.
Veneti Galli G. III, 1. Romanis dediti G. II, 34.
Venetorum Senatus a Caeſare necatus G. III, 34.
Venetici belli confectio G. III, 34. IV, 21.
Ventiſponte oppidum H. 27.
ventus Caeſari velut ad nutum ſerviens C. III, 27.
Veragri Galli G. III, 1.
Vercingetorix Celtilli filius G. VII, 4. rex a ſuis adpellatur ibid. ejus conſilia G. VII, 8. proditionis accuſatur G. VII, 20. ejuſdem res G. VII, 28. Caeſari deditur G. VII, 82.
Vergaſillaunus Arvernus Gallicarum copiarum dux G. VII, 76, 83. captus G. VII, 88.
Vergilius Pompejanus Thapſi praefectus Af. 79.
Vergiliarum ſignum confectum Af. 47.
Vergobretus magiſtratus Aeduorum G. I, 16.
vernacularum legionum duarum robur H. 7.
Verodoctius G. I, 7.
Veromandui G. II, 4, 9.
Verſaonenſes H. 28.
Vertico Nervius G. V, 49.
Vertiſcus Rhemorum praefectus occiditur G. VIII, 12.
Veſontio Sequanorum oppidum G. I, 38.
veſtitus regius Dejotaro a Caeſare reſtitutus Al. 68.
veſtitu inſigni utebatur Caeſar in proeliis G. VII, 88.
veteranarum legionum fiducia Af. 31.
veterani militis mira adverſus elephantum fortitudo Af. 84.
veterani militis Caeſariani ad Labienum inſultabundum verba Af. 26.
veterani milites Caeſariani in nave capti ad Scipionem deducti, & male mulctati Af. 45.
veteranorum hortatio Af. 81.
veteranorum militum irritatorum gravis ultio Af. 85. prudentia & fortitudo animi C. III, 28. tolerantia Af. 24.
Vettones populi C. I, 38.
vetuſtati oppidi Maſſilienſium Caeſar defert C. II, 22.
vexilli proponendi mos Caeſari G. II, 20.
Vibullius Rufus Pompejanus C. I, 15, 23, 34.
victori auctoritas adeſt Al. 26.
victorum in victos poteſtas G. I. 36.
victi a victoribus pacem ſupplices petunt Al. 32.
victoria non praeſumenda ſolum, ſed cogitandum etiam ut paretur C. III, 82.
victoriae Caeſaris nuncii terror hoſtibus C. III, 103.
victoriae conditio expendenda C. III. 72. Af. 31.
victoriae gloria G. VIII, 19.
victoriae ſimulacrum ſe convertens C. III, 105.
victoriae ſpei ſtimulus G. III, 3.
victoriam non qualemcunque Caeſar volebat, ſed incruentam & mitem C. I, 2. Af. 31.
victoriam certo ſibi praeſumit Pompejus C. III, 83, 86.
vicorum ac caſtellorum gravamina C. III, 105.
Vienna oppidum G. VII, 9.
vinum ad ſe inferri nolunt Nervii G. II, 15.
vino Suevi non utuntur G. IV, 2.
vinum & nardum identidem ſibi infundens Scapula mori certus H. 33.
vires & magnitudo corporis ut parentur G. IV, 1.
virilitas Romanis negotiatoribus in Ponto exciſa Al. 70.
virorum poteſtas adverſus uxorem & liberos olim in Gallia G. VI, 19.
Viridomarus ſeu Virdumarus Aeduus G. VII, 38, 40, 54.
Viridovix Unelliorum rex G. III, 17. VII, 63.
virtus fortunae incommodum vincens Al. 43.
virtuti multa concedenda C. III, 60. per virtutem interfecti videri volunt Juba & Petrejus ſe ipſos conficientes Af. 94.
virtutem ſuorum militum Caeſar honorat C. III, 53.
virtute non dolo certare ſoliti Galli Af. 73. item Helvetii G. I, 23.
virtute Romanos Galli ſuperabant G. III, 14.
vita pecunia redempta Al. 55.
vitam fidei poſthabent Caeſariani milites capti Af. 45.
vivos homines diis ſacrificabant Galli veteres G. VI, 6.
Ulcilles Hirrus Pompejanus C. I, 15.
Ulla oppidum Al. 61. H. 3.
ultio Romanorum militum Af. 35.
ultionis cupiditas C. I, 35, 36.
Unelli populi G. II, 34. III, 17.
vocabulorum armamentorum imperitiae malum in gubernatoribus C. I, 58.
Vocates Aquitani G. III, 23, 27.
Vocio Noricorum Rex G. I, 58.
Vocontii populi G. I, 18.
Vogeſus mons G. IV, 10.
Volcatius Tullus Caeſarianus C. III, 52.
Volcae G. VII, 7. C. I, 35.
vota Gallorum G. VI, 6.
urbs civitati praeſidio G. VII, 15.
urbes a Caeſare occupatae C. I, 11.
urbes XX Biturigum uno die incenſae G. VII, 15.
Urbigenus pagus G. I, 27.
uri ferae G. VI, 28.
Urſao oppidum natura munitum H. 41.
Uſipetes & Tenchtheri Germani G. IV, 1. a Suevis expulſi G. IV, 1, 4. Sigambris ſe jungunt G. IV, 4.
uſurae graviſſimae C. III, 32.
uſurarum levatio C. III, 1.
uſus rerum magiſter C. II, 8.
Utica oppidum C. I, 31. II, 36. Af. 87.
Uticenſis expeditio Curionis Caeſariani C. II, 23. & ſeq.
Uticenſes Caeſaris amici C. II, 36. eorum erga Catonem animus Af. 88.
utrium in bellis uſus C. I, 48.
vulgi inſcientia & levitas civitati exitioſa eſſe non debet G. VII, 43.
vulnera corporis tegenda C. II, 31.
vulneribus confecti milites proelium redintegrant C. II, 22.
vultus Germanorum formidabilis Gallis viſus G. I, 39.
vultu Imperatoris ſui milites animantur Af. 10.
Uxellodunum oppidum ejuſque obſidium & expugnatio G. VIII, 32, 40, 43.
uxores Arioviſti duae G. I, 53.
uxores multis communes apud Britannos G. V. 14.
Uzita oppidum Af. 41, 51, 56, 58.

Z.

Zama regia Jubae, illum excludit Af. 91.
Zamenſes Caeſarem arceſſunt, qui ſe a Juba rege ſuo tueatur Af. 92.
Zetta oppidum Af. 68.
Ziela oppidum Ponti Al. 72.

INDEX NOTARUM,

SIVE EORUM,

Quae in animadverſionibus occurrunt. Paginam deſignat nu[illegible]

A.

A Caeſare litterae 520. b. populo imperia 278. b. Vercingetorige *quid* 436. fano tolli 702. a. caſtris conclamatum 589. a. ducibus 874. b. labore intermitti 223. a. milibus paſſuum 196. b. 290. a. abeſſe 489. a. regione 776. b. ſuperiore aeſtate 448. a.

Ab & a *juncta* 253. b. 673. a. & ad *conf.* 496. b.

Ab *ante conſonantem* 870. a.

Ab domo educere 83. b. noviſſimis nonnulli 119. b. porta 117. b. recognoſcere 36. a. vineis cuniculos agere 496. b.

Abdere in locum & loco 288. b. copias 433. b.

Abducere *&* adducere *conf.* 176. b. & adducere navem 649. b.

Abeſſe ab eo 212. b. a caſtris 246. b. tantum ut perturbarentur &c. 797. b.

Abigere pecus 361. a.

Abjicere litteras 270. b. 958. b. telum 727. b. 901. b.

Abjunctus 403. b.

Abripere *&* adripere *conf.* 252. a.

Abſciſus 150. b.

Abſciſi rami 420. b.

Abſciſae militi cervices 960. b.

Abſtinere aliquo & ab aliquo 394. a. ſe cibo 501. a.

Abſtractum *pro* concreto 432. b. 461. b. 468. b. 472. a. 484. a. 750. a.

Ac non ponitur ante vocalem 336. b. *pro* at 280. a. 338. b.

Accenſis luminibus 932. b.

Acciſae copiae 485. a.

Accidere arbores 322. b.

Accidit, quod accidere fuit neceſſe 450. a. detrimentum 398. a.

Accipere detrimentum ab aliquo 492. b. orationem 212. a. ſolem 564. a.

Acceptus male 862. b.

Acceptum referre alicui 492. b. ferre *&* fieri 822. b.

Accepta ſibi ſuisque liberis fide 935. b.

Acco 287. a.

Achaia 726. a.

Achilles Memnoniſque congreſſus 966. a.

Achlis 321. a, b.

Acholla, Achilla 879. a.

Acie *in Genit.* 115. b. 898. a.

Acies *in plur.* 407. b.

Acilius 707. b.

Acillitani 880. a.

Acriter pugnare 438. b.

Actuariae naves 211. b.

Actu uno 862. a.

Ad aliquem eſſe 45. b. 46. a. Caeſarem 336. b. nationes ſanctum nomen 142. a. inpedimenta relinqui 449. b. cohortes ternas 866. b. declivitatem 440. a. defenſionem 625. b. diem convenire 633. b. II milium numero 723. a. duo milia 451. b. laborem intermitti 222. b. libram 709. b. modum hunc 245. a. numerum 868. a. Oceanum verſus 328. a. opinionem 284. b. obpugnationem *quid* 258. a. orationem extremam 398. b. Oricum 708. a. Dyrrachium 712. a. petitionem ſacerdotii aliquem commendare 509. a. proelium committendum inpediri 971. b. pugnam alacrior 252. a. ſe venire 417. b. ſententiam perducere 348. b. ſpem 656. a. ſummam rerum conſulere 721. a. Thapſum verſus 908. b. virtutem electus 792. b.

Adaequare *neutr.* 298. a. moenibus 497. a. virtuti 792. b.

Adaquari 497. b.

Adaugeri 284. b.

Adcantuannus *vel* Adiatumnus *vel* Adiatomus 159. b.

Addere auctoritatem & terrorem 893. b.

Adducere copias 456. b. exercitum 196. b. agmen ad oppidum 488. a. & abducere navem 709. b. cum copiis 801. a.

Adduci inopia 294. a. ſpe 176. b.

384. a.

Adelborſten 554. b.

Adequitare ad aliquem 73. b.

Adeſſe *quid* 522. b. praeſentem 408. a.

Adferre *quid* 680. a. famam ac nuncium adventus 326. a. terrorem 597. a. manus ſibi 935. a, b.

Adfici inopia 361. a.

Adfectus inopia 294. b. 719. b.

Adfectae opes 474. b.

Adfingere aliquid 577. a.

Adfligi inopia 294. b.

Adflicta omnia 208. a.

Adhaereſcere 619. b.

Adhibere conſilio 299. a.

Adicere *vel* adjicere telum 197. b.

Adigere pecus e vicis 361. b. milites jusjurandum *vel* ad jusj. 413. a, b. telum 197. b. 722. b. 916. b.

Adire locum 96. b. ad illos, illo 193. a. in jus ad aliquem 610. a.

Aditus 471. a. ad mare 612. a. a terra 629. a. obſcuratus 943. b. multitudinis 175. a. obpugnationis 805. a. ſermonis 258. b. *plur.* 497. a. expedire 441. a.

Adjacet alicui, aliquem *&* ad aliquem 328. b.

Adjicere aciem [illegible] 901. b. & [illegible]

Adjectus agger [illegible]

Adjungi ad [illegible]

Adlegere 300. [illegible]

Admagetobria 49[illegible]

Admiratio per In[illegible]

Admiſcere lacte 718. [illegible]

Admittere equum 737. b.

Admiſſus equus 33. b.

Admodum 257. b.

Adoleſcens homo 323. a.

Adoriri *ſine caſu* 913. a. 937. a.

Adparare bellum 477. a.

Adpellatur *&* adpellabatur *quando ſcripſerit Caeſar* 703. a, b. 754. b.

Adplicat ad litus navem *&* navis, *&* *abſolute* 794. a.

Adpoſitio vocis *milia* 663. a.

Adpropinquare Oceanum 180. a. ripas 946. b.

Adrumetini 938. a.

Adrumetinus equitatus 850. b.

Adſcendere murum 372. a.

Adſcenſus *&* acceſſus *conf.* 852. b.

Adſciſcere exſules 484. b.

Adſerere 680. a.

Adſervare *&* obſervare *conf.* 545. b. 697. b.

Adſignare 382. b.

Adſuere 680. a.

Adſueverant uti 211. b.

Adtingere *vel* adtigere ad oſtium 612. a, b.

Adtribuere aliquem alicui 443. b. 837. a.

Aduatuca 328. a.

Aduatuci 92. a. 106. b.

Advehere pecuniam 548. b.

Adventus famam adferre 326. a.

Adverſus pilum 717. a. Remp. 632. b.

Advertere 391. a. *ac* animum adv. *conf.* 804. b. 818. a. *&* animadvertere *conf.* 201. b. partes equorum 468. b. vitium 601. a.

Adverſum os 254. b.

Adverſi inpetus 785. a.

Advocare 524. b.

Adyta 770. b.

Aedui 240. b. vetuſtiſſimi Romanorum amici 69. a. fratres P. R. 72. a. Ambarri 21. a.

Aegyptii fraudulenti 784. a.

Aelius Praeconinus 156. b.

Aeque 658. b. 827. b.

Aequus locus 740. b.

Aere uti 225. a.

Aeraciae 159. b.

Aerarium ſanctum apertum a Lentulo, falſo ſcribſit Caeſar 538. b. in aede Saturni ſervabat acta publica &c. 773. a.

Aeſtate commoda ſtatio 638. a, b.

Aeſtimare *&* exiſtimare *conf.* 108. b.

760.

760. b. 767. b. de menſura ſpatii 226. a.
Aeſtivorum tempus 454. a.
Africum & Africanum bellum 847. a.
Afuerunt 409. a.
Afuiſſe ab hibernis 277. a. a conſilio 286. b.
Afuturum his 56. a, b.
Agendicum *vel* Aged. 341. b.
Agendico timere 403. b.
Agere cum Tribunis 65. a. aggerem 843. a. 947. b. bellum 166. a. 554. a. copias 456. b. 871. b. hiemem 258. b. muniones 714. a. ſublicas [illegible] a. turres 983. b. vineas 104. a. de bello 554. a.
Agger comportatus 843. a.
Agitare 753. a. & cogit. *conf.* 966. a.
Agmen. in agmine dimicare 816. b.
Agnoſcere & cognoſcere *conf.* 943. b.
Agyrta 585. b.
Alarii 80. a.
Albente coelo 923. VV. LL.
Alces 321. a, b.
Alere ſe 169. b.
Aleſia 414. b. 415. a.
Alexandrini fraudulenti 784. a.
Alias *ſemel poſitum* 159. a.
Aliae partes legati, atque *vel* aliae Imperatoris 720. b.
Alienata mens 339. a.
Alienus locus 27. a.
Aliquantum detrimentum 589. b.
Aliquantulum frumenti & aliquantus frum. numerus 866. b.
Aliqui *pro* aliquis 244. a.
Aliquis *pro* alius quis 592. b.
Aliquid 62. a.
Aliter non, niſi 334. b. cecidit 898. b.
Alius 4. a. *cum plurali* 60. a. *de altero* 688. b.
Alter *bis cum plur.* 386. a.
Alterum tantum 971. a.
Alterae *in dat. ſing.* 245. b.
Altercatio *obponitur* orationi 686. b.
Altitudo & latitudo *conf.* 582. a. 628. b.
Ambactus 303, 304.
Ambarri Aedui 21. a.
Ambiani, Ambiliati 142. b.
Ambivareti 425. a.
Ambo in *Accuſ.* 574. b.
Amicitia 726. b.
Amiſos direpta 840. a.
Amittere Virgilium 923. b.
Amiſſa vita, virilitas 840. b.
Ampliores ordines 597. b.
Amplius 601. a. quingenti 461. a. horas & horis 209. a. annos & annis 890. b. 891. a.
Amplecti circuitu 713. b.
Anacoluthon 31. b. 567. a. 685. a. 864. b. 869. a. 983. a.
Anas fluvius 563. b.
Anceps proelium 40. b. 429. a.
Ancon & Ancona 537. a.
Andes 138. b.
Andi 348. b.
Androgorius 236. a.
Anguillaria 37. b.
Anguſti montes 197. b.
Animus relinquit eum 337. b. militum cogitabat 651. b.
Animum advertere aliquid 37. b. 465. b. adverſa res 600. a. 618. a.
Animo eſſe in aliquo 13. a, b. paratus 752. a. officioſus in aliquem 840. a. habere 968. a.
Aulerci Eburovices 152. b. 426. b.
Anni ratio Juliana 692. b. tempus 782. a.
Annotinae 219. b.
Annuli ferrei 224. b.
Ante iter 941. b.
Antecedere 399. a.
Anteceſſores 857. b.
Anteire operibus 559. a.
Antiproſis nulla eſt 567. b.
Apertus humerus 652. a. Oceanus 142. b.
Aperta loca 110. b.
Aperti cuniculi 366. b.
Apollo Belenus a Gallis & Aquilejenſibus cultus 307. a.
Aponiana *quae*, & quantum abeſt a Lilybaeo 848. a, b.
Aptari teſtudinibus 779. a.
Apud aliquem ſententiam dicere 429. a.
Aquae fons 494. b.
Aquatum convenire 494. a.
Aquilaria 637. b.
Aquilae amiſſio, maximum dedecus 734. a.
Aquitania aliquando diſtincta a Gallia 564. b.
Aquitius 964. b.
Arae *quid* 555. b.
Arar flumen, qui 21, a. lenis 21, b. 22, a.
Arbitrium 687. b. datum 898. b.
Arcano 543.
Arceſſire 47. b.
Arceſſiri 222. b.
Arduennae ſilvae ſpatium 214. a.
Argilla fuſilis 261. a.
Arguetius 950. b.
Aries *quid* 189, 190. a.
Arma navium 148. a, b. tegebantur in itinere, vel otio 626. a. armis proeliari 750. b.
Armamenta 562. b.
Armatae copiae 488. b.
Armati 271. a.
Armatura 232. b. 839. a. levis 651. a.
Armillae inter militaria dona 724. b.
Armoracia 718. b.
Armoricae civitates 276. b.
Arpinejus 244. b. 246. b.
Arpinejus C. Interpres Titurii 255. a.
Artificia gubernatorum 580. b.
Artiores ſilvae 362. b.
Arverni 73. a.
Aſculum Picenum & Apulum 540. b.
Aſtenſes equites Romani 965. b.
Aſſer 612. b.
Aſyndeton 185. b. 315. a. 317. b.
Aſyndetos oratio 104. a.
At *pro* tum ſaltem 337. b.
Ateguae obſidio 947. a.
Atius Varus 482. b.
Atque 642. a. & at *conf.* 200, b, 861, a. *pro* ſtatim 885. a.
Atrebatae 106. b.
Atrius 220. b.
Auctiores honore 69. b.
Auctor, agenſque 552. b. & actor *conf.* 927. VV. LL.
Auctoritas 561. a. & familiaritas *conf.* 214. b.
Audito 565. a.
Augere praeſidia 491. a.
Augebantur majores copiae 941. a.
Aurum quando in Britannia 224. b.
Auſpicio ductuque 816. a.
Auſus *quartae decl.* 815. b.
Auxilia 291. b. 469. b. 481. a.
Auxilium ſaluti 269. b.
Avertere a caſtris barbaros 340. a. ab itinere 746. a.
Averſus & Adverſus *conf.* 599. a. 815. a.
Averſum conripere 823. a.
Avitus 964. b.
Axes 619. b.

B.

Babilus, Babilius, Balbilius 951. b.
Baculus *vel* Bibaculus 119. a. 136. b. 336. a.
Baeturia 963. a.
Baltea 715. a.
Bardi 302. a.
Baro 824. b.
Baſſaris 314. b.
Belenus *vel* Belinus Apollo 307. a, b.
Belgae & Bellovaci 491. a.
Belgium 502. a & Belgae *conf.* 223. b. 241. a, b.
Bellum & proelium *conf.* 5. a.
Belli caſus 249. a.
Bellici caſus 844. b.
Bellica *vel* Beli porta 639. b.
Belligerare 516. a.
Bero 824. a, b.
Bibaculus 119. a. 136. b. 336. a.
Bibracte 400. a.
Bibulus & Vibullius *conf.* 673. b. 680. a. & Caeſar ſemper diſcordes 661. a.
Biduum 705. a.
Bidui via 289. b.
Biduo noctibusque 637. b.
Bini equites 944. a.
Bipartito 40. a.
Biſons 320. a.
Bithynius 836. b.
Bochus *vel* Bocchus Rex 869. b.
Boja 358. b.
Bonum naturale 788. a.
Bono valere 831. b.
Bos cervi figura 320. a.
Boſporos *quid* 846. a.
Brachia caſtrorum 805. a.
Brannovices & Brannovii 425. a.
Bratuſpantium 104. b.
Britanni glaſto & ferro ſe pinguns 228. a. ab colore dicti 230. a.
Burſavolenſes 961. a.
Buthrotum, Corcyrae obpoſitum 681. a.

INDEX NOTARUM.

C.

Cadere animis 792. a.
Caeci ſtyli 877. a.
Caecum vallum 555. a.
Caer 137. b.
Caeſar *unde dictus* 1. a, b. an praenomen ſuum aliquando addiderit 520. b. & Bibulus ſemper diſcordes 681. a. affinis Mario 878. b. Dict. III. Coſ. deſign. IV. 941. a.
Caeſaris ſtylus 633. a, b.
Caeſaris Lib. ſec. de B. Civ. mutilus 663. a. & Lib. tert. 720. b. copiae adtenuatae 755. a, b.
Calcatae 955. b.
Caletes *&* Caleti 427. a.
Calles & ſilvae 231. a.
Cancelli 860. a.
Capere bellum 491. b. fugam 793. a. locum 239. b. ſtipendia 70. a.
Capta conſuetudine 916. b.
Captae cohortes *quid* 380. b.
Captus *&* cultus *conf.* 311. a.
Captivos ad funus mactandi mos antiquus 311. b. 312. a.
Capra *&* caprea *conf.* 325. b.
Capreoli 622. b.
Caput de fonte & oſtio fluvii 496. b.
Capita Rheni 181. a.
Carabus *quid* 577. b.
Carales 938. b.
Carcaſo 158. a.
Carfulenus 806. a.
Carmina, memoriae genus 301. b.
Carmo, Carmona 828. b. 834. a.
Carmonenſes, civitas 633. b.
Carpere agmen 585. a.
Cartejenſes duces 978. b.
Carula 968. b.
Caſſivellauni oppidum 237. b.
Caſtella vicique 676. b. 677. a.
Caſtigatus 98. b.
Caſtor Tarcondarius 665. a.
Caſtulo & Caſtulonenſis ſaltus 563. b.
Caſtrorum vallum 744. a.
Catervatim 417. b.
Cativolcus *vel* Catuvolcus 241. b. 327. b.
Cato amore publici erat hoſtis Caeſaris 525. a.
Cato Luſitanus 956. a.
CASUS Nominativus, poſitus inter ablativos 272. a. abſolutus 685. a, b.
—— Genitivus quintae declin. in *e* 115. b. *i* a nominativo *ius* & *ium* 75. VV. LL. pro ablativo 434. b. 446. a.
—— Dativus perſonae in *deſcriptione Geographica* 213. b. nominum Urbis, motum ad eam ſignificans 633. a. 765. a. 773. a. pro accuſ. cum praepoſ. 953. b. 963. a. in *u* 29. a. *pro* genitivo 265. a. 269. b. 481. a, b.
—— Accuſativus per Graeciſmum 61. b. 98. a. Graecus 348. b. 410. b. temporis 333. b. pro nominativo per Syllepſin 866. a. plur. in *is* vel *es* 4. a. 140. a.
—— Ablativus cum paſſ. ſine praep. *a* 846. a. cum participio *pro* nominativo *vel* accuſativo 734. b. 856. b. 862. a. 868. b. 879. a. 988. b. in nomine urbis, *ubi vulgo* genitivus 367. a. 881. a. deſignans patriam 550. a.
CASUS duo uni verbo juncti 503. a.
—— Genitivi duo ab uno nomine recti 45. a, b. plurales in *ium* 172. a.
—— Accuſ. duo 256. a.
Caſus diei 616. a. temporis 106. a. periculi 783. a.
Caſu magno conſtitit ſalus 679. a.
Cauſſa interpoſita 66. a.
Cauſſae deferre ſummam imperii 525. a.
Cavere obſidibus de pecunia 285. b. & de obſidibus *quid* 345. b.
Cavillonum 387. b.
Cedere animo aut virtute 772. a.
Celari *quomodo conſtruatur* 783. b.
Celox 769. b.
Celtae 4, a.
Celtillus 347. a.
Cenabium 346. b.
Cenimagni 237. a.
Centones 714. b.
Ceraunioium terra & ſaxa 666. a.
Cercinitani 880. b.
Cerimoniae 346. a.
Cernere & videre *juncta* 705. a.
Certus animus 887. b.
Certi venti 693. a.
Certa loca 906. b.
Certiores facti de adventu 141. a.
Cetra 2, a.
Cetrati citerioris Hiſpaniae 574. b. *&* centuriati *conf.* 578. b.
Cervi 419. b.
Cervices *quid* 960. b.
Ceutrones 256. b.
Cevenna 351. b.
Cevennae mons 402. b.
Chara, Chera, Cera 718. b.
Χαμαλκὶς 709. a. 710. b.
Chatti 613. b.
Chors *pro* cohors 631. b.
Cilicia 714. b. 715. a.
Cippus 421. b. 422. a.
Circiter ducentas paratae naves 148. a.
Circulati 585. b.
Circum loca 851. a.
Circumdata palus 456. a.
Circumducere *cum* 2. *Accuſ.* 730. a.
Circumfundi turmas *quid* 922. a.
Circumire urbem muro 629. b.
Circuitu amplecti 713. b.
Circumita acies *quid* 759. b.
Circumitis cohortibus 861. b.
Circummittere ad civitates 280. b.
Circummoenire oppidum 543. a.
Circummunire *&* circumvenire *conf.* 653. a.
Circumſiſtere aliquem 805. a.
Circumvenire hoſtes 602. b. montem 762. a. oppidum 543. a.
Cita Fuſius 346. b.
Citiſſime 743. b.
Civitas 6, a. 348. b. 521. a. 677. a. *cum verbo plur.* 748. b.
Civitatium 172. a. 381. [illegible]
CL *corruptum in* & 858. [illegible]
Clam praeſidia 943. a.
Claſſim 560. b.
Claudii *&* Clodii 344. [illegible]
Clodii *&* Claudii 344. [illegible]
Cludo 940. b.
Clupea 638. a. *&* C[illegible]
Cnidos in Corcyra [illegible]
Coacervari 417. b.
Coagulari 946. b.
Coanguſtari 946. [illegible]
Coartari 417. a.
Conlata caſtra [illegible]
Conlocare caſtr[illegible]
Caedes *in plur.* 75[illegible]
Coelius Vinicianus 845. b. [illegible] Thurios ſollicitat 690. b.
Coenatus 936. a.
Cogere in unum locum 93. a. equites 268. a. primos ordines 291. a. a regionibus 541.
Cogi neceſſario 30. a, b. *quid* 289. a. *&* niti *conf.* 260. a.
Cognitus virtute 43. b.
Cognoſcere ab aliqua re 36. a. ab aliquo 436. b. 909. a. *&* agnoſcere *conf.* 860. a.
Cohors *&* legio *conf.* 536. b. ſexcenaria 663. b.
Cohortium 285. a.
Cohortamen 118. b.
Colere *quid* 169. b. agros 455. b.
Comana 810. a.
Cominius 889. b.
Comitatus *plural.* 484. b.
Comitium completur armatis 524. b.
Commeatus *de claſſe* 865. a. frumentumque 138. b. *plur.* 93. b. duo 239. a.
Commendare, ne 764. a.
Commentarii 2, 3. Caeſaris an diverſi ab Ephemeriſin 2, b. 703. b. & Fragm.
Commilites 644. a.
Commilitones 201. a.
Commirari 881. b.
Committere caſtellum cum caſtris 805. a.
Commius 195. a.
Commovere proelium 37. a. 986. a.
Commune 92. b.
Communicare praemium 383. a. alicui *an* Latinum ſit 683. b.
Commutatio voluntatum 278. a.
Comparare rem frumentariam 750. b.
Comparata res frumentaria 88. b.
Comparativus cum *quam* & Ablativo 173. b.
Complere numerum 427. b.
Complexus Caeſaris 669. b.
Componuntur res 681. b.
Compreſſa civitas 748. a.
Comprobat veritas orationem 882. b.
Compſa *&* Coſa *conf.* 690. a.
Concertare 288. a.
Concilium 184. a. 412. a.
Concilii ſententia 681. b.
Conciliare alicui 726. b.

Con

Concionari cum aliquo 392. b. 393. a. 987. a.
Concipere ignem 626. b.
Concire 430. a.
Concitor & concitator belli 474. b.
Conclamare *quid* 76. b.
Conclamari vaſa 588. a.
Condocefacere 863. b.
Condruſi 177. a.
Conferre cum aliquo 49. a. & Add. in diem 64. a. arma 354. b. numerum 427. b. caſtra caſtris 831. b.
Conficere iter 412. b. obſides 475. a.
Confici vulnere 773. b.
Confectus *&* conjectus *conf.* 122. b.
Confecta vigilia 347. a.
Confectum ſignum 891. b.
Confidere virtute 691. a, b. ſibi ſine fide aliorum 863. b.
Confieri 355. b.
Configere *&* confingere turres 780. b.
Confirmare 106. a. 329. b. pacem 203. b. libertatis, *an* libertati 539. b.
Confligere proelio 231. a.
Confluens Moſae & Rheni 185. a.
Congeſtitius agger 628. b.
Congredi cum aliquo 288. b.
Conjicere in fugam 116. a. auxilia in mediam aciem 162. b.
Conjugationis Act. & paſſ. variatio 647. b.
Conjugatio Activa & paſſiva junctae 406. a. 558. b. 897. a.
Conjurare 344. a.
Conjuratus Iter 344. a.
Conlatione 457. b.
Conlocare res 135. b. ſe curru 206. b.
Conor obpugnare urbem 745. a.
Conſtanter 164. a.
Conſcendere *quid* 849. b. in naves 217. b.
Conſcii adjutores 772. a.
Conſciit 42. b.
Conſequi largiter 917. a.
Conſecuta tranquillitate 240. a.
Conſidere 487. a. 803. b. ſub monte 34. b.
C. Conſidius filius 932. a.
Conſilium *quid* 162. a. 247. a. 290. a. 406. a. 644. b. 752. a. cum Infinitivo 500. b. convocare 134. b. advocare 457. b.
Conſilio eo 12. a.
Conſilia Gallorum 276. b.
Conſiliis 645. b.
Conſiliari 543. b.
Conſiſtere 487. b. in lacte 315. a. in opere 876. b. negotiandi cauſſa 346. b. *&* conſtare in ſententia 255. b.
Conſpectus patriae 618. a.
Conſpicere procul viſos 587. a.
Conſpirati 716. b.
Conſtantia 62. a.
Conſtituere legiones in Aedium 502. b.
Conſtratae naves 679. a.
Conſtratus *&* roſtratus *conf.* 766. a.
Conſtruere aciem 569. b.
Conſtat *vel* conſiſtit periculum in alicna virtute 439. a.
Conſtituere aciem 111. a. 184. a. 413. b. copias 568. b. caſtra 968. b. legiones in acie 921. b. diem alicujus rei 702. a.
Conſuevit *&* inſtituit *conf.* 210. a.
Conſuerunt *&* coguntur *conf.* 279. b.
Conſueram *&* conſueſſe *&c.* 68. b.
Conſuetudine 322. b. 916. b.
Conſul de proconſule 528. b.
Conſulere ad ſummam rerum 721. a. ſibi receptui 737. b.
Conſulis ſacramentum 284. a.
Conſumere diem 819. b. 820. a. in re 481. a.
Contari *ſeu* cunctari 488. a.
Contegere in tecta 453. b.
Contendo ire 930. b.
Contendere dolo 25. a. gratia 509. a. proelio 288. a.
Contendi 439. b.
Contexere commentarios 446. b.
Contextae ſcopae 893. a.
Continens Gallia 236. b. impetus 372. b.
Continentes paludes 327. a.
Continere *quid* 356. a. vulnus 931. a.
Contineri loci natura 7. a.
Contingit pons oppidum 356. a, b.
Continui dies 226. b.
Contra caſtra 408. a. Hiſpalim 968. b. montem 495. a. ſe caſtra muniri 925. a.
Contravenire obviam 372. a.
Contrahere exercitum 388. b.
Contributi 581. b.
Contrarium *quid* 645. b.
Contumeliâ 642. a.
Convenarum urbs 684. b.
Conventus 509. a. 655. a. Salonis 669. b. militum 271. a. Campani 539. b.
Convertit multitudo 271. b.
Convertere caſtra caſtris 601. b.
Converſus impetus 585. b.
Convincere avaritiam 63. b.
Convocare conſilium 291. a.
Convoluta rebus &c. teſtudo 614. a.
Convulnerare 887. VV. LL.
Copia *quid* 77. a. 571. b. 885. b. pedeſtris 947. b.
Copiae *quid* 48, 1. 883. a. equitatus peditatuſque 269. b.
Copiis omnibus 97. a. *&* ſociis *conf.* 399. b.
Copulae 147. a. arundinum 893. a.
Corcyra nigra 672. b.
Κορμὸς λίθινος 422. a.
Cornelia caſtra 639. a.
Cornus ſiniſtri acies 906. a.
Cornua pro poculis 323. b.
Corona militum cingi 419. b. ſub corona vendere 152.
Coronae valli 458. b.
Corpus *quid* 419. a.
Correus 454. b.
Corrumpi macie 728. b.
Coſanus ager 559. b.
Coſoſus 308. a.
Cothon 909. b.
Cotys 664. a. 704. b.
Crates 438. a.
Craſtinus 757. a.
Crepitus *&* ſtrepitus *conf.* 972. b.
Cretes 778. b.
Crines mulierum aptati ad tormentorum nervos 670. b.
Crinibus paſſis 80. b.
Cruciatus edere 49. b.
Cruciabiliter 891. a.
Cujuscujus 700. a.
Cujuſcemodi 700. a.
Cujusquemodi genus 864. b.
Culcitae 955. b.
Cultus *&* captus *conf.* 311. a.
Cum celeritate 511. b. contumeliâ 281. a. copiis omnibus *&* *ſine praepoſ.* 97. a. feſtinatione 941. b. luce 937. a. navibus venire 557. a. periculo 359. a. praeſidio 449. a. 502. a. 880. b. primo mane 909. b. quibus nominavi 937. a.
Cumulus *&* tumulus *conf.* 309. b.
Cuniculi aperti 366. b.
Cupere alicui 31. a.
Cupidius inſequi 26. b.
Curetum origo 672. b.
Curio in Africam transduxit legiones 641. b.
Curioniani 899. a.
Cuſtodiae 433. a.

D.

Dare *&* dedere ſe 106. a. ſe in clientelam 298. a. ſe ad oppidum 950. a. vento 147. b. in fugam 116. a. manum 250. a.
Dari ſub poteſtate 901. b.
Data occaſione 901. b.
De incurſione 478. b. more 588. b. nocte 910. b.
Decedere 509. b. *&* diſcedere *conf.* 72. b. 96. a. alicui 300. a. proſpere 456. b.
Decernere 299. b. 711. b. ſupplicationem 444. b. de bello 947. a. & diſcernere *conf.* 561. a.
Decertare 456. b.
Deceſſus 508. a. *&* diſceſſus aeſtus 145. b.
Decetia 377. b.
Decimius 880. b.
Decipere vada 145. a.
Decliva 442. a.
Decucurri 111. a.
Decurſio 478. b.
Decumana *vel* decimana porta 177. b.
Dedere *&* dare ſe 106. a. oppidum 675. a. ſe amicitiae 160. b.
Deditio *&* ditio *conf.* 129. a.
Deducere cohortes 441. b. 887. a. exercitum 196. b. in collem 414. b. legiones in Aeduos 502. b. praeſidia 127. b. 634. a. 987. b. *vel* reducere huc rem 583. b.
Deduci *quid* 384. a.
Deducta virgo 231. a.
Deeſſe oneri 558. b. terrori hoſtium 412. b.
Defectione 503. b.
Defectus 709. b.
Defendere bellum 71. a. cauſſas 984. a. ho-

a. hoſtem 459. a, b. tabernacula 751. b.
Defenſores 188. b.
Deferre reſponſa 54. b.
Delatus in ſcrobes 436. a.
Deficere alicui & aliquem 136. a, b.
Defici a viribus 733. b.
Deficit navis 789. a. res & deficimur re 451. a.
Defigere in terra & terram 613. a. humi *vel* humum 875. a.
Definire cuique locum 435. b.
Defugere & diffugere *quid* 603. a.
Dejectus *quid* 97. b.
Dejicere & disjicere *conf.* 150. b. 151. a. & rejicere *conf.* 716. a.
Dejici ad inferiorem partem 203. b.
Deinceps reliquis diebus 257. b.
Delere milites 358. a.
Deliberata re 535. b.
Delibrare quid 411. a.
Deligati in ploſtris ſaucii 867. a.
Deligere 300. b.
Demigrare de vallo 261. b.
Deminutiva duo 872. b. 910. a.
Demonſtrare 21. a.
Denuo redire 44. b.
Dependere ſtipendium 71. a.
Deperdere milites 166. b.
Deponere in ſilvas & ſilvis 191. b.
Deponere memoriam 26. a. 642. a. oculos ad mare 872. a. ſollicitudinem 881. b.
Depopulare 985. a.
Deportare 239. a.
Deprecari aliquem 807. b.
Deprecator 19. a.
Deprenſum & depreſſum *conf.* 621. b.
Depreſſa *navis* 767. a.
Depugnare 874. b.
Derecte 187. b.
Derogare fidem 316. b.
Deſcendere ad ſententiam &c. non *diſcedere* 432. a, b. valle in proelium 844. a.
Deſcenſum eſt ad S. C. 527. b.
Deſerere 588. a.
Deſiderare milites 167. a.
Deſilire de navi 199. a.
Deſinere *abſolute* 103. b.
Deſerere proelium 119. b.
Deſiſtere itinere 222. a. obpugnatione 337. b.
Deſitus 985. a.
Deſperans ſibi *vel* ſui 397. a.
Deſtinare *quid* 149. b. 150. a, b. 365. b. 366. a.
Deſtinata in fugam mens 930. b.
Deſtringere gladium 39. a.
Deſtruere portas 725. b.
Deſuper protegere 598. b.
Detergere remos 580. b.
Detineri 630. a.
Detrahere alicui, de & ex aliquo 390. b.
Detrahi a ſcopulis 696. a.
Detrimentoſum 377. a.
Detrudere *quid* 114. b.
Deturbare de vallo 435. a.
Deus Mercurius 305. b.
Devehere legionem 67. b.
Devocare *quid* 964. b. in dubium 290. a.
Dicare ſe in clientelam 298. a.
Dicere locum conloquio 53. a. ſacramentum & ſacramento 609. b.
dictum 418. b.
Dicrota navis 819. b.
Dies 14. b. ejus rei conſtitutus 702. a. die *pro diei* 159. a.
Diei initium ab occaſu ſolis 310. b.
Diducere aliquem 532. a. naves 617. a.
Differre alicui *vel* ab aliquo aliqua re 227. b.
Diffidere *cum abl.* 762. b.
Diffiſus voluntate 537. b.
Diffugere 477. b. proelio 603. b.
Diffundunt ſe rami 321. a.
Dignitas Reip. 534. b.
Dignitatis eſſe 479. a. tantum tribuere 217. a.
Dijungi 188. a.
Dilectus 283. a. *plur. num.* 529. a.
Dimicare proelio 233. a.
Dimittere 777. a. in omnes partes 191. b. 453. b. litteras 269. a. oppida 452. b. ſpem 593. b. turmas praeſidio 292. a.
Depopulare 431. b.
Dirigere opera 371. a. jugo 980. b.
Directum iter 639. a. 746. a.
Directam navem tenere 834. b.
Directi plutei 781. a, b.
Directo transverſae trabes 619. b.
Dirimere vi 74. b.
Diſcedit & decedit ſpes 96. a.
Diſceſſu 669. b.
Diſceptator 383. b.
Disjecta tentoria vi aquarum 893. a.
Disjecti 449. b. & Add.
Diſparare 373. a.
Diſponi *ora maritima* 602. a.
Diſſenſiones 378. a.
Diſſimulatus *deponentis forma* 543. b.
Diſtare alicui 227. b.
Diſtinere 92. b. victoriam 383. b.
Diſtineri 188. b. 630. a. 978. a.
Diſtribuere hiberna exercitui 515. a.
Ditio & poteſtas 129. b.
Diutius & tutius *conf.* 983. b.
Diverſae legiones 115. b. partes 643. b.
Divina humanaque 532. a.
Diviſus in partes equitatus 340. b.
Divûm ope 125. b.
Docti homines 625. b.
Dolabrare & dolare *quid* 421. a.
Dolor & indignatio 501. a.
Dolorem corpore ferre 606. b.
Domi nobilis 560. a. 800. b.
Domitii *qui* 749. a, b.
Domum reditio 11. b. ad Afranium concurſus 577. b.
Domos redire 44. b.
Drappes 484. a.
Druidae *unde dicti* 299. a. bello abſunt 303. a. Pythagoraei ſunt 303. a.
Dubis flumen 58. a.
Dubius animi 826. b.
Ducere aliquem 28. b. brachium 952. b. rem in noctem 721. b.
Duci calamitate 452. a.
Ductu a uſpicioque 816. a.
Dum cum Indic. & Subjunct. *quando* 907. a. 931. a. 953. a.
Duo in *Accuſ.* 377. b.
Dux pro militibus 357. b.
Dynaſtae & Reges *conjunguntur* [illegible] provinciae finitimi 336. a.
Dysdag *unde* 308. a.

E loco pr[illegible] b. veſtigio 176. a.
Ea in[illegible]
Eâdem [illegible] b.
Eburones [illegible]
Eburovices A[illegible]
Edere cruciatu[illegible]
Edicere ſupplicat[illegible]4. b.
Editus mons 832. b.
Educere ab domo 83. [illegible] cohortes 887. a. ex hibernis 452. a. naves ex portu 637. a.
Efferre litteras 267. a.
Efferri iracundia 473. b.
Efficere claſſem 194. a.
Effugere mortem 326. b.
Effundere ſe in agros 235. b.
Egredi fines 71. a, b.
Ejicere ſe e caſtris 235. b. naves 693. b.
Ejectae in litore naves 221. b.
Electus & lectus *conf.* 90. b.
Elephanti corio ſcuta induta 2. a. ex Italia tranſportati in Africam a Caeſare 916. a.
Eleutheri 21. a.
Elicere inſidiis 462. a.
Elici ex caſtello 981. b.
Eliduntur naves 695. b.
ELLIPSIS verbi *fit* 582. a. *dico* 29. b. 591. a. 961. b. *orant* 831. a. τ̃ *qui dicerent* 89. a. verbi contrarii 430. b. 453. b. *dubito* vel ſimilis 184. b. τȣ *parant* vel *coeperunt* 435. a. 940. b. Nominativi 42. a. 174. a 910. b. 938. b. Accuſativi, praecedente Ablativo Abſoluto 347. b. praepoſitionis 788. b. *in nominibus propriis Regionum* 137. b. 977. a. pronominis demonſtrativi 933. a. reciproci 248. a. τȣ *ſe* 255. a. 259. a. 345. a. 763. b. 855. b. *velle* vel *poſſe* 126. b. 146. a. 460. a. τȣ *cauſſa* vel *gratia* 169. a. 431. a. 605. a. 835. b. τȣ *hora* 42. b. 544. b. τȣ *alii* 18, 2. 317. b. 368. b. τȣ *navis* 793. b. *locis* 217. b. τ̃ *paſſuum* 28. a. 124. a. 227. a. τȣ *oppidum* 984. a. vocis *unus* 751. b. τȣ *quam* 696. b. copulae & 125. a. 126. b. 185. b. 252. a. 605. a. 753. b. τȣ *etiam* poſt *non ſolum* 31, a. τȣ *ſolum* ſeq. *ſed etiam* 512. b. τȣ *an* vel *ne* 350. a. 650. a. 854. a. 855. b. τȣ *ut* poſt *peto, rogo &c.* 186. a. 409. a. 316. b. 440. b. 474 b. 749. a. 757. b. 885. b. τ̃ *ita, tam adeo, ſic*, ſequente *ut* 149. a, b. 231. a. 373. a. 387. b. 507. a. 796. a. τȣ *partim* 453. b. 979. a. τȣ *tamen* 822. b. totius ſententiae, praecedente *magis* 894. b.

Elu-

INDEX AUCTORUM,

Quorum loca inluſtrantur, corriguntur, notantur vel defenduntur.

Albinovanus Pedo 119. b.
Appianus 556. a. 665. b. 675. a. 750. b. 769. a. 809. b. 836. b.
Appulejus 10. b. 11. a. 14. b. 24. b. 31. a. 39. a. 51. b. 55. a. 71. a. 77. b. 102. a. 107. a. 117. b. 126. a. 137. a. 148. a, b. 149. a. 161. a. 167. b. 199. b. 202, a. 203. a. 204. b. 215. a. 234. a. 269. b. 261. b. 300. b. 303. a. 313. b. 330. a. 350. a. 352. b. 354. a. 374. a, 390. a. 398. a. 424. a. 430. a. 451. b. 453. b. 461. b. 473. b. 487. a. 495. b. 498. a, b. 503 a. 600. b. 614. b. 687. b. 722. b. 751. b. 752. b. 759. b. 780. a. 805. b. 807. b. 852. b. 856. b. 899. a. 966. b. 984. b. 987. a, b. 988. b.
Arnobius 339. b.
Athenaeus 160.
Auctor Moreti 482. a.
Avienus 421. a.
Caeſar 313. a.
Capella Martianus 95. b. 107. b.
Catalecta Scalig. 157. a.
Cato 678. a.
Cenſorinus 377. b.
Chalcidius 906. b.
Cicero 19. a. 24. a. 26. b. 35. b. 91. a. 98. b. 135. b. 148. b. 178. a. 215. a. 279. a. 529. b. 541. b. 769. b. 973. a.
Claudianus 228. b.
Columella 314. a.
Curtius 10. a. 14. a. 27. b. 45. a. 47. b. 78. a. 107. a. 164. a. 170. a. 232. b. 312. a, b. 350. a. 722. b. 892, b.
Dio Caſſius 11. a. 123. a. 158. b. 168. b. 223. a. 234. a. 255. a. 270. b. 660. b. 841. a.
Dictys Cret. [illegible] 694. b. 717. a.
Eumenius 297. b.
Eutropius 143. b.
Feſtus 624. b.
Firmicus 85. a. 433. a.
Florus 99. a. 102. a. 143. b. 146. b. 148. a. 151. b. 157. a. 226. a. 238. a. 282. b. 365. a. 395. a. 443. b. 487. a. 672. a. 697. a, b. 755. a.
Frontinus 21. b. 76. b. 102. a. 113. b 260. a. 274. a. 566. b. 588. a. 755. b. 756. a. 759. a. 889. b.
Gellius 48. a. 53. b.
Gloſſae 150. a. 314. a. 422. a. 613. a. 620. a. 621. b. 624. a, b. 625. a.
Gratius 78. a.
Hermas 396. a.
Herodianus 307. b.
Heſychius 2. b.
Horatius 16. b. 269. a. 468. a. 660. a.
Hyginus 708, b,
Inſcriptiones 308. a, b.
Jornandes 228. a.
Iſidorus 314. a. 324. b. 698. a. 816. a.
Juſtinus 36. b. 78. b. 81. a. 83. b. 113. a. 126. b. 143. b. 158. b. 265. a. 271. a. 475. a. 630. a. 750. a. 862. a. 865. a.
Juſtinus Martyr 132. b.
Juvenalis 117. b. 692. a.
Juvencus 840. b.
Lactantius 39. a. 43. a, b. 62. b. 98. b. 110. a. 154. b. 181. b. 431. b. 468. a. 546. a. 691. b. 838. a.
Livius 5. b. 205. b. 531. a. 722. b. 764. b.
Lucanus 102. a. 113. b. 124. a. 151. a. 181. a. 190. a. 231. b. 232. b. 301. a, b. 312. b. 388. b. 411. a. 419. b. 432. b. 435. a. 436. a. 446. a. 471. a. 523. a. 633. a. 664. a. 666. b. 668. a. 685. b. 695. a. 705. a. 746. a. 871. b.
Lucilius 421. b.
Mamertinus 664. a.
Martialis 758. b.
Mela Pomp. 2. a. 10. b. 11. a. 76. b. 98. b. 199. a. 229. a. 230. a. 617. a. 694. b. 879. a.
Minucius Felix 22. a. 132. b. 330. b.
Moſes *in Lib. Geneſ.* 838. a.
Nemeſianus 113. b.
Nepos Cornelius 25. a. 42. b. 54. b. 87. b. 126. b. 129. b. 153. a. 160. b. 176. b. 225. a. 250. b. 271. a. 297. b. 376. b. 429. a. 547. a. 600. b. 712. a. 751. a.
Nummi 84. b. 197. a. 249. b. 314. b.
Obſequens 151. a. 279. a. 639. b. 893. b.
Oppianus 320. b.
Oroſius 80. b. 82 a. 91. b. 136. b. 145. a. 260. a, b. 497. b. 508. b.
Ovidius 43. a. 114. a. 592. b. 833. a. 922. a. 986. b. 988 a.
Petronius 248. a. 714. a.
Phaedrus 607. b.
Plautus 164. b. 218. a.
Plinius 2. a. 229. a. 302. b. 321. a. 563. b. 636. b. 718. b. 926. a.
Plutarchus 61. b. 82. a. 100. b. 121. a. 168. a. 349. b. 664. a. 673. b. 757. a. 841. a.
Polyaenus 20. a. 22. b. 79. a. 223. a. 254. a. 275. b.
Propertius 43. b.
Ptolemaeus 168 b. 480. a.
Quinctilianus 60. a. 64. a. 349. b. 987. a.
Salluſtius 23. a. 89. a. 129. b. 607. b. 973. a.
Seneca 174. b. 390. a. 627. a.
Servius 322. b.
Severus Corn. 32. a. 110. a. 192. b. 200. a. 446. a.
Severus Sulpitius 128. a. 406. b. 507. b. 697. b. 709. b.
Silius 128. a. 144. b. 157. b. 371. b. 472. a. 687. b. 914. b.
Siſenna 715. a. 735. a.
Spartianus 16. b.
Statius 207. a. 311. b. 344. b. 396. b. 411. a. 434. b. 485. b.
Strabo 107. a. 145. b. 146. a. 270. a. 563. b.
Suetonius 78. a. 129 a. 192. b. 374. a. 723. b.
Symmachus 3. a.
Syrus Pub. 315. b.
Tacitus 18. a, b. 52. a. 95. b. 165. a. 228. b. 306. b. 595. b. 613. a.
Tatianus 27. b. 503. b.
Terentius 18. a. 567. a. 631. a.
Tibullus 269. a. 709. b.
Valerius Maxim. 24. b. 51. a. 78. b. 79. b. 119. b. 146. a. 166. b. 253. b. 264. a. 286. b. 291. a. 296. b. 373. b. 350. a. 420. b. 503. a. 750. a. 649. a. 700. b. 770. b. 866. b. 877. a.
Varro 53. a, b. 150. a. 624. b.
Vegetius 264. b. 498. a. 554. b. 588. a. 613. a. 623. a. 700. b. 709. b. 822. b.
Vellejus Paterc. 525. a. 679. b. 774. a.
Vincentius Bellovacenſis 613. b.
Virgilius 36. a. 180. b. 182. a. 610. b. 914. b. 962. a.
Vitruvius 229. a. 230. a.
Vopiſcus 554. b.

ERRATA ſic corrigenda.

In TEXTU.

Pag. 55. 9. quemadmodam *l.* quemadmodum.
69. 17. ſed Gallis ſ. *l.* ſed Gallos ſibi.
74. 1. legiones delectae, c. *l.* legionis delectae c.
209. 8. ſere *l.* fere.
217. 16. conſilio *l.* conſilia.
220. 16. coeperunt *l.* ceperunt.
232. 3. hac *l.* ac.
405. 5. colloquiis *l.* conloquiis.
641. 12. obſecare *l.* obſecrare.
761. 1. ti *l.* argenti.
768. 16. peur. *l.* puer.
930. 11. partim. *l.* partem.
966. 10. pter pro *l.* propter.

In NOTIS.

Pag. 24. 31. b. 18. L. *Lib.* 111, 18. p. 48. a. in f. l. hoc ordine איש יהודי. p. 62. In VV. LL. *aliquid* l. *aliquis.* p. 68. 25. b. *donum* l. *domum.* ibid. 29. b. *demonſtrant* l. *demonſtrat.* p. 76. 4. b. קרח l. כלח. p. 79. 36. b. *niſi* ll *ſuis.* p. 132. 10. b. *habere* l. *haberi.* p. 134. 11. b. IDEM l. CLARK. p. 144. 16. b. *Gryph. Steph.* l. *Steph. Gryph.* p. 160. 11. b. *Adiatonius* l. *Adiatomus.* p. 191. 4. b. *priſci* l. *priſcae.* 201. 3. b. *abſtinuerat* l. *abſtinuerant.* p. 213. 23. b. *vide* dele. p. 225. 9. a. *numero* l. *nummo.* p. 242. a. in f. l. *m* adhaeſit e ſeq. voce *morari*; & cuncti MSS. h. c. h. *Gallia.* p. 246. 10. b. *ac in* l. *atque.* p. 249. 4. a. *primae* l. *prima.* p. 254. 4. a. adde DAVIS. p. 285. 2. b. *defendunt* l. *defendit.* p. 291. 11. a. *Regius* l. *Regiae.* p. 295. 28. a. *quo D.* l. *quō D.* p. 301. 20. a. *unde* l. *vide.* p. 333. 24. a. *dubitari* l. *dubitare.* p. 338. 4. b. *Vitruvius* l. *Vegetius.* p. 340. 1. a. *indicavit* l. *jud.* p. 359. 4. a. *Boja.* l. *Bojis.* p. 361. 16. b. *munire* l. *innuere.* p. 379. 7. a. *quo verbo* l. *quod verbum.* p. 387. 16. a. *tormentis* l. *tomentis.* p. 398. 20. b. *pet.* l. *pr.* p. 408. 6. b. *acrem* l. *aciem.* 15. *III.* l. *p.* p. 418. 17. a. *initia* l. *inita.* p. 421. 31. a. *at* l. *ait.* p. 443. 6. a. *Vaſcoſani* l. *Vaſcoſ. Ed.* p. 445. 2. b. *quotquot ſunt. v.* l. *aliquot v.* 4. *vocat* l. *vocant.* p. 460. 12. b. *porta* l. *portae.* p. 467. 1. a. *cedere* l. *ſedere.* p. 523. 10, 11. a. *reum* dele. *Scriv.* l. *Elm.* p. 554. 22. b. *ille* l. *illi.* p. 560. 5. b. *referunt* l. *refecerunt.* p. 575. 4. b. *qua* l. *quo.* p. 576. 4. a. *Belgiae* l. *Belgice.* p. 599. 2. b. *bum* l. *verbum.* p. 637. 6. a. *Optime* l. *Optimi.* p. 692. 32. b. *pla* l. *placuit.* p. 712. de *Tillio* vel *Tullio Cimbro* ſive potius *Atilio* vide ibid. ad Suet. Cl. Burm. p. 722. a. f. *machina* l. *machinam.* p. 723. a. f. *milia* l. *milium.* p. 740. 11. a. *alter* l. *aliter.* p. 784. 6. a. poſt *Grutero* incipit nova nota Daviſii ad v. TEMERARII. p. 810. 7. b. *Domitius* l. *Domitium.* p. 821. 2. b. *c.* 52. l. *& c.* 52. p. 856. 3. a. *claſſem* l. *claſſim.* p. 857. 12. b. *invenit* l. *invexit.* p. 859. 15. a. *eſſe* dele. p. 861. 23. a. *in* l. M. p. 891. 17. b. *doctoribus* l. *doctioribus.* p. 918. b. in f. *Et ita Edd. add. Cic. pro L. Man. C.* 9. pone ante *progreſſus.* p. 920. 20. b. *petivit* l. *petunt.* ibid. 26. *Murio* l. *Murco.* p. 931. 13. a. *detinentur* l. *detinerentur.* p. 932. 6. a. *repoſui* l. *repoſuit.* ibid. poſt *optant* adde CLARK. p. 980. 18. a. l. *munitum locum n., quem, a. ſ. p.* p. 984. 9. a. *ſe prov. lib.* dele *ſe.*

Suſes flumine tectae 234. a.
Sudor & labor 352. a.
Sueſſones 426. b.
Suetiſſime 743. b.
Suevis Dii non ſunt pares 177. b.
Suevorum pagi centum 57. a.
Sui familia 10. a. b. nihil 69. a. *qui* 791. a.
Sulfurea fax 959. a.
Sumere orationem 686. b.
Summa fuerunt ad milia 44. b. exercitus 589. b. omnium rerum 57. b. & re[illegible]6. a.
Summum bellum 454. a. periculum 544. a.
Summae res 53. a.
Σύνθημα 111. a.
Suo quiſque loco 876. b.
Suopte conſilio 798. b.
Super lateres 623. a.
Superare & ſupereſſe *conf.* 122. b.
Supercilium 903. b.
Superior aetas 616. a. regio 776. a.
Superioris temporis contentio 627. b.
Superiores ordines 742. a.
Superſedere pugna *vel* pugnae 919. a.
Suſpectio 291. a.
Suſpenſus 499. a.
Suſpenſiore animo 894. a, b.
Suſtinere 119. a. vultum hoſtium 408. b.
Syllepſis generis 96. b. 141. a. 872. a. 924. a. caſus 866. a. numeri 898. b.
Synonymia Caeſari frequens 112. b. 615. b. 748. b. 841. a.
Syntheſis generis vel numeri 102. a. 354. b. 365. a. 617. a. 754. a. 774. b. 759. a. 780. a. 786. b. 951. b. generis & numeri 978. b.
Syrii & Syri 865. a.

T.

Tabulae notae 660. b.
Taedium puellae 798. b.
Taleae ferreae 225. a.
Tam diu 573. a. ampliſſimus 68. a. pleniſſimus 133. a.
Tamen *quid* 472. a, b. & tantum *conf.* tandem *conf.* 158. b. nihilominus 682. a. etſi 460. b. tamen 253. b. *initio periodi* 254. b.
Tanto opere 398. b. quater 864. b.
Tantulae copiae 272. b.
Tantum poteſt 429. b. valet. 277. b. ſpatii 419. a. ſtudii 586. b.
Tarcondarius Caſtor 665. a.
Taunus mons 306. b.
Tauris 820. a.
Tauroïs 615. b.
Tectoſages Volcae 318. a.
Tegere a conſpectu 467. b. latus 823. b.
Tectae pellibus naves 679. a.
Tectum pavimento inſtructum 771. a.
Tegimentum 114. b. 715. b.
Temerarius *qui* 784. b.
Temere 26. b.
Temperare ſibi 52. a.
TEMPUS praeſens pro futuro 194. b. 365. b. 410. a. 976. a. in perfectum *pro* plusquam perfecto 443. a. & contra 919. b. 969. b. ſubjunctivi praecedente praeſenti tempore 542. b. praeteritum perf. ſubjunct. ſaepe corruptum 245. a. praeteriti temporis participium *pro* praeſenti 325. a.
TEMPORA, praeſens & praeteritum, juncta 294. a. 449. a. 568. a. 570. b. 587. b. 640. b. variantur 8. a. 18. a. 23. b. 73. b. 213. b. 222. b. 356. b. 962. a, b.
Tempus diei, anni 360. b. 361. a. 782. a.
Tempore 432. b.
Temporum occupatio 690. b.
Tempeſtatis vitia 697. a.
Tempeſtates 781. b.
Tendere *quid* 335. b. ad aliquem 704. a.
Tenere ſe caſtris 62. b. 280. b.
Teneri ab equitatu 588. b.
Tenue faſtigium 571. b.
Tergere *unde* 580. b.
Terſi dies 580. b.
Terminatio Graeca 776. b.
Terra Gallia 45. b.
Terreſtria praeſidia 679. b.
Terreus 67. b.
Terror ſuus 878. a.
Terrores 597. a.
Teſſera 112. a.
Teutanes *vel* Teutates 306. a.
Teutomatus 392. b.
Teutoni 52. a. 90. a.
Theſſalia civitas 354. a.
Thor Jupiter 308.
Thurii & Thurinus 689. a.
Timor praepedit 973. a.
Τιμοῦχοι ſeu xv. viri Maſſilienſium 560. b.
Tiro exercitus 967. b.
Tirones legionarii 862. b.
Tiſdra & Tiſdrum 882. b.
Q. Titius 712. b.
Titii duo Hiſpani 873. b.
Tollere praedam 359. b.
Topia 761. a.
Tormentum *quid* 722. a, b.
Tota Gallia 279. b. 347. a.
Totum ſe facere *vel* ſuum 969. a.
Totae copiae 714. a. *Dat.* 411. b.
Transducere copias flumen 22. a.
Transgredi convallem 896. a.
Transjicere legionem 578. b.
Tranſpectus & Transmiſſus *conf.* 213. a.
Tranſire *abſolute* 69. b. iter 971. b. vado 585. a.
Transmiſſae legiones 360. b.
Transmiſſus & Transjectus *conf.* 213. a.
Tranſnare & tranſnatare 83. a.
Tranſcendere valles 590. b.
Tranſcribere 67. a.
Transverſae trabes 619. b.
Tribunus cohortis 634. b.
Tribuni plebis Id. Decemb. dignitatem auſpicabantur 527. a.
Trichilae ſtructae 761. a.
Triclinia ſtrata 761. a, b.
Triduum 106. a.
Trieris 889. b.
Trinum praeſidium 923. b.
Tripartito 49. a.
Triquetra 225. b.
Tris 4. a.
Triſtimonia 856. b.
Trucidare pecus 872. b.
Tueri portus cuſtodia clauſos 691. a.
Q. Tullius 712. b.
Tum 116. a.
Tumultuari 407. a.
Tumultuarii milites 344. b. 809. a.
Tumulus & cumulus *conf.* 309. b.
Turones & Turoni 348. b. 502. b.
Turris 793. a.
Tutus incendio 779. a.
Tuta fugae facultas 51. b.
Tutius & diutius *conf.* 983. b.

V.

Ubii 85. a, b.
Ulia 832. a. 942. b.
Ulterior Gallia 88. a.
Ultronea miſſio 608. b.
Unciaria lex 660. b.
Undequadraginta 441. b.
Unelli 139. a. 427. b.
Unetviceſimani 828. b.
Unus & alter *quid* 293. a. 688. b. impetus 154. b. Nervius 266. b.
Una ſalus 248. b. res 916. a. caſtra 869. a.
Unum latus 897. b.
Unam navem deducere 615. a.
Uno tempore 420. a.
Una 800. a. ſecum 418. a, b.
Univerſi vulgo 730. b.
Ὑπομόχλια 621. a.
Urbigenus 42. a.
Urguere in oppidum 852. b.
Uri 322. b.
Urſo, Urſao, Urgao 961. a. 982. b.
Uſque eo 901. a.
Ut cum inperfecto *praecedente praeſenti tempore* 17. b. 140. a. ne 758. b. poſſes 943. b. conſtipaverant ſe 262. a. in difficultatibus 331. b. erant diſpoſiti 406. b. conlocaverat 414. a. conſederant 467. a. pugnans 709. b.
Uti conſilio 12. a. 579. a. pace 70. b. viribus 829. b. peditatum 656. b. & niti *conf.* 713. a. 715. b.
Uſus neceſſarius 762. a. temporum 576. a. poſcit & eſt 172. a.
Uſui eſſe 192. b. 259. b.
Uſu manuque 753. b. peritus 758. b.
Utraque caſtra 67. b.
Utrique 83. b.
Utrorumque copiae 964. b.
Vado transire 585. a.
Valere apud aliquem 64. b.
Valeria, Hiſpaniae oppidum 718. b.
Valeriana legio 718. a.
Valerius Praeconinus 155. &c. (C.) Procillus 75. b.
Valetiacus 376. b.
Valle deſcendere in proelium 844. a.
Valles in *ſing.* 393. b. tranſcendere 590. b.
Vallum caecum 555. a. caſtrorum 744. a.
Vallus *quid* 731. a, b.
Vaſa conclamari 588. a.

INDEX NOTARUM.

Vaſtus Oceanus 142. b.
Vates Gallorum 302. a.
Verbo uni juncta variae ſignificationis nomina 145. a. & *ſaepe.*
Vel *pro* ſaltem 693. b.
Velauni, Velavii 425. b.
Vellocaſſes 241. a. & Vellocaſſi 426. b.
Vendere ſub corona 152. a.
Veneticum bellum 194. a.
Venit dies 462. a.
Venire in ſpem 137. a. in ditionem & deditionem 293. a, b. alicui 954. b. *ſeu* vendi 963. b.
Veniri 333. b. ſubſidio 382. b.
Ventiſponte 968. b.
Vereor, ne non &c. 269. a.
Veritas comprobat orationem 882. b.
Veromandui 106. b.
Vertiſcus 462. b.
Verti detrimentum in bonum 741. b.
Verum eſt 178. a.
Veruto ſubfixa capita 974. a.
Veſpere 127. a.
Veſperi prima 544. b.
Veſperum 41. a.
Veſtigio 176. a. temporis 369. a. 640. b.
Veſtis *inter dona militaria* 724, 725. ſubplicum ſordidata 807. a.
Veterana fiducia 543. b. legio 698. a.
Veteranae legiones 905. b.
Veteratorius 784. a.
Veterrimae legiones 457. a.
Vetus legio 829. b.
Vexillum 112. a. ſignum proelii, vel extraordinarium 757. a.
Vocates 161. a.
Volcae Arecomici 551. a. 410. b. Tectoſages 317. b. &c.
Voluntas in ſe 33. a.
Voluntates 277. b.
Voſegus 178. b.
Via bidui 289. b.
Vibo ad Fretum Siculum 765. b.
Vibius Curius 549. b.
Vibullius Corcyrae expoſitus 673. a. *corruptus in* Bibulus 680. b. 681. a.
Viceſies HS. 938. a.
Vicibus cuſtodiarum 731. a.
Vicinitates 330. b.
Victoriae adeſt auctoritas 801. b.
Victrix legio 718. a.
Victus *plur.* 317. a.
Videre & cernere *juncta* 705. a.
Vigiles caſtrorum 488. b.
Vigor 857. a.
Vindicare libertati & in libertatem 547. a.
Vinea 613. b.
Vineae 613. a. 623. a.
Viuicianus Coelius 845. b.
Virgiliarum ſignum confectum *quando* 891. b.
Virgulae 424. a.
Virgulta 423. b.
Viridomarus 384. b.
Virtus militum 219. b.
Virum conſtantia 802. b.
Virtutis nobilitas 502. a.
Vis *ſaepe corruptum in MSS.* 566. b. *cum verbo plur.* 617. a. aquarum 893. a. fluminis 573. b. 586. b. venti 698. b. ſuorum 739. a. 774. b.
Vi dirimere 74. b. expugnare 384. a.
Vita perpetua 64. a.
Vitei flagelli figura deſignat Centurionem 572. a.
Vitia tempeſtatis 697. a.
Vitro ſe inficiunt Britanni 228. &c.
Vitta 624. b.
Vivus capi 356. b.
Vulgare incurſioni ſignum 450. b.
Vulgo univerſi 730. b.
Vulgum 303. a.
Vultum hoſtium ſuſtinere 408. b.

W.

Wodan appellarunt Galli Mercurum 306. a.

X.

X, *nota denarii* 477. a.

Z.

Zela *vel* Ziela 851. a.
Zeta 918. a.

00079463

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 25 June, 2016